Digitized by Google

Emptus a Fr. Joseph Pergolino 20 julij hac

Die 10 8bris 1715

BIBLIORVM SACRORVM CONCORDANTIAE MORALES ET HISTORICAE:

Concionatoribus in primis atque vniuersis S. SCRIPTVRAE studiosis vtilissimæ:

A PETRO EVLARD Ariensi Societatis IESV Sacerdote conscriptæ.

Cum Appendice ex Silua Allegoriarum F. Hieronymi Laureti Benedictini, & ex Georgij Bulloci Oeconomia Concordantiarum, per eumdem PETRVM EVLARD *selecta.*

ANTVERPIAE,
EX OFFICINA PLANTINIANA,
Apud Balthasarem Moretum, & Viduam
Ioannis Moreti, & Io. Meursium.
M. DC. XXV.

ORATIO
AD
B. V. MARIAM
DEI MATREM.

BEATISSIMA Virgo MARIA, Regina omnium, ſpes deſperatorum, Domina noſtra glorioſiſſima ac præcellentiſſima, candidior ſolis radiis atque fulgoribus, honoratior Cherubim, ſanctior Seraphim, vnica ſpes Patrum, gloria Prophetarum, præconium Apoſtolorum, honor Martyrum, lætitia Sanctorum, Virginum corona, lucerna clariſſima: dignare me humilem & indigniſſimum ſeruum tuum ad te accedere; tibique, quæ es * VOLVMEN NOVVM, in quo Deus Verbum ſine manibus inſcriptum fuit, offerre Concordantiarum Textus ſacri Volumen, quod, mortis (te adiuuante) perfunctus periculis, tandem

S. Ephr. de Laud. ſanctiſſ. Virginis Mariæ.

**S. Ioan. Damaſc. Orat. 2. de Dorm. Deiparæ.*

dem abſolui: vt tui fauoris aura protectum lucem videat, noſque omnes alliciat, vt lignum vitæ deguſtemus, cuius fructus ſunt in cibum, & folia eius ad medicinam: *D.Hieron. l.14. in Ezech. * ſcientiam ſcilicet Scripturarum, quæ ducit ad Regnum, & præbet nobis panem, qui Ioan. 6. dicit: *Ego ſum panis, qui de cælo deſcendi:* & folia eius, quę moralem doctrinam continent, & tribuunt ſanitatem, vt peccantium curent vulnera: vt poſt cibos fructuum, verborum monitis ad cæleſtia conſcendamus: ibique æternùm veſcamur Ligno vitæ, afferente Apoc. 22. fructus vitæ æternæ: vbi *maledictum non erit ampliùs: ſed ſedes Dei & Agni in illa erunt, & ſerui eius ſeruient illi. Et videbunt faciem eius: & nomen eius in frontibus eorum.*

RE-

REVERMO AC PERILLVSTRI

DOMINO

D. IOANNI MALDERO

EPISCOPO ANTVERPIENSI.

VOD quidam è Sapientibus cenſuit, Benè demum cum rebus humanis agi, ſi vel Philoſophi regnarent, vel Reges philoſopharentur; potiori iure ſibi in te, REV^ME DOMINE, Antuerpia poſſidere gloriatur: qui non ſolùm Philoſophicis imbutus es diſciplinis, ſed etiam ſacræ Theologiæ apicem conſecutus, Princepſque ſacrorum præeuntibus factus meritis; ad beatæ æternitatis Regnum ſubditos non tantùm verbo ſcriptiſque, ſed etiam virtutum trahis exemplo: memor illius S. Hieronymi ſententiæ: Viue quaſi quotidie moriturus, ſtude quaſi ſemper victurus. Et ne REVEREN^mæ D.T. nobiſque deeſſe videatur, quod de S. Elia refert Sapiens, *Beati ſunt qui te viderunt, & in amicitia tua decorati ſunt: nam nos vita viuimus tantùm; poſt mortem autem non erit tale nomen noſtrum*: non in virtutum exemplis, morum ſuauitate, animi ſinceritate, fidei zelo, Paſtorali vigilantia, ſubditis ad virtutum decora facem prælucens, ſtitiſti; verùm etiam eò Eccl. 48.

te tuus impulit zelus, vt posteri eam vtilitatem sentirent, cùm præclarissimis doctissimisque Commentariis in lucem datis, Fidei mysteria, prauarum opinionum errorumque dissipatis damnatisque tenebris, explicares; Pseudosynodum orthodoxę Fidei aduersantem, doctrinæ tuæ radiis oppositis, inscitiæ perfidiæque argueres. Denique te Iustitiæ tenax impulit amor, vt eius virtutis amplissimas partes officiaque, Commentationum tuarum clarissima luce perfunderes. Hæc cùm animo voluerem, CONCORDANTIAS hasce Scripturæ sacræ, Morales & Historicas, Tua humanitate fretus, R^MAE D. T. dicare ausus sum, vt tui nominis auctoritate protectæ, securiùs recipiantur, auidiùs expetantur, fructusque iucundos simul & vberes, nullo, vel exiguo labore (cùm omnia ita distributa sint, vt quæ virtutem commendant, à vitiis retrahunt, statim sub aspectum cadant) legentibus afferant. Deum precor, vt REVER^MAM D. T. omnium bono votisq; diutissimè incolumem conseruet, dum votorum tuorum summam, cum Sanctis omnibus æternùm assequaris. Amen. Antuerpiæ Kalend. Ianuarij, anno M. DC. XXV.

REV^MAE D. T.

Seruus in Christo

PETRVS EVLARD.

AD

AD LECTOREM.

N *lucem prodeunt* CONCORDANTIAE MORALES ET HISTORICAE : *in quibus præcipuas sententias sub notioribus titulis descripsi : alias verò, breuitati studens, perstrinxi, vel etiam annotaui.*

Animum calamumque ad nouas hasce Concordantias exarandas exacuit concepta spes, non paucos ad lectionem vtilissimam Scripturæ Sacræ, sententiarum plenitudine, & paucitate, alliciendi, quos aliarum Concordantiarum prolixitas (maximè aliis distentos occupationibus) subinde solet auertere.

Breuiores optabunt forsitan alij, alij fusiores: sed mihi media ingredi via visum est : vt doctos & minùs occupatos, harum Concordantiarum velut riuulis, ad ipsos fontes, in quibus sitim expleant, deducerem; tum maximè vt Theologis, Concionatoribus, alijsque qui ad Missiones excurrunt, quibusque non sine labore maiorum Concordantiarum volumina conferenda essent, vel non sine incommodo ijs carendum foret, prodessem; præsertim cùm hæ Concordantiæ ijs abundè vsui esse possint, licet Biblia sacra non conferant.

Omnibus denique pietatis cultoribus, virtutumque studiosis labor hic meus amplam meditandi materiam subministrabit, virtutumque stimulos subijciet, vt earum apicem petentes iucunditate simul animi perfundantur. Si enim, teste S. Hieronymo, lætitia est vnam Epistolam habere Martyris; quantò maior erit lætitia vtilitati iuncta, non vnius, sed plurium Martyrum, aliorumque Sanctorum, qui Spiritu sancto inspirati locuti sunt; imò Reginæ Sanctorum omnium, & maximè ipsius Capitis & Coronæ Martyrum Sanctorumque omnium Iesu Christi Domini nostri, verba ruminare? (De Script. Ecclesi. in Pamphilo.)
Verba sapientium, *inquit Ecclesiastes,* sicut stimuli, & quasi (Cap. 12.)
claui

claui in altum defixi, quæ per magistrorum consilium data
Cap. 2. sunt à pastore vno. *His adiutus S. Tobias*, manducauit panem cum luctu & tremore, memorans illum sermonem, quem dixit Dominus per Amos Prophetam: Dies festi vestri conuertentur in lamentationem & luctum. *Cùm enim Scriptura sacra diuino spiritu conscripta sit, narrat res humanas vt à diuina prouidentia gubernantur: docetque prudentiam diuinam, qua mens pio cultu Deo adhæreat, eiusque ope potissimùm nitatur.* Scriptura
Lib. 2. Moral. cap. 1. sacra, *inquit S. Gregorius*, mentis oculis quasi quoddam speculum opponitur, vt interna nostra facies in ipsa videatur. Ibi etenim fœda, ibi pulchra nostra cognoscimus: ibi sentimus quantum proficimus, ibi à profectu quàm longè distamus. Narrat autem gesta Sanctorum, & ad imitationem corda prouocat infirmorum: dumque illorum victricia facta commemorat, contra vitiorum prælia debilia nostra confirmat.

Aduertendum, in citationibus eiusdem libri capita hac † nota distingui. Vbi verò ea abest, & vnus tantùm numerus apponitur, referri ad citationem sententiæ præcedenti proximam; non autem ad alias, quæ subinde ex aliis capitibus vel libris attexuntur: in sententiis porrò longioribus, quæ sub variis numeris in sacro Textu continentur, primum dumtaxat, cui sententia subest, numerum adscriptum esse.

Adieci his Concordantiis Appendicem, ex Silua Allegoriarum Scripturæ sacræ F. Hieronymi Laureti, Benedictini, & ex Georgij Bulloci Oeconomia Concordantiarum eiusdem Scripturæ sacræ, selectam, quæ plurimam Concionatoribus vtilitatem adferre possit.

BIBLIORVM SACRORVM CONCORDANTIAE MORALES ET HISTORICAE.

A,A,A.

A,a,Domine Deus: ecce nescio loqui,quia puer ego sum. Ier.1,6.

A,a,a,Domine Deus. Prophetæ dicunt eis: Non videbitis gladium. † 14,13.

A,a,a, Domine Deus, ecce anima mea non est polluta. Ezech.4,14.

A,a,a,diei,quia propè est dies Domini,& quasi vastitas à potente veniet. Ioel 1,15.

AARON.

Aaron peculiari ritu consecratur cum filiis. Leuit.8. Hebr.5,4.

Sicut Dominus præscripserat. Exod.29.†40,12.

ABANA.

Numquid non meliores sunt Abana & Pharphar, fluuij Damasci, omnibus aquis Israel? 4.Reg.5,12.

ABBA.

Abba pater,omnia tibi possibilia sunt,transfer calicem hunc à me, sed non quod ego volo, sed quod tu. Marc.14,36.

Sed accepistis spiritum adoptionis filiorum,in quo clamamus: Abba(Pater) Rom.8,15.

Quoniam autem estis filij,misit Deus Spiritum filij sui in corda vestra,clamantem: Abba,Pater. Gal.4,6.

ABBREVIO.

Consummatio abbreuiata inundabit iustitiam. Isa.10,22,23.†28,22.

Numquid abbreuiata & paruula facta est manus mea,vt non possim redimere, aut non est in me virtus ad liberandum? Isa.50,2.

Numquid abbreuiatus est spiritus Domini? Mich.2,7.

Verbum enim consummans & abbreuians in æquitate: quia verbum breuiatum faciet Dominus super terram. Rom.9,28.

ABDIAS.

Abdias autem timebat Dominum valdè.3.Regum 18,3.

Abscondit Prophetas quinquagenos & quinquagenos, & pascit eos. 13.

Visio Abdiæ. Hæc dicit Dominus. Abd.v. 1.

ABDICO.

Abdicamus occulta dedecoris. 2.Cor.4,2.

ABDITVM.

Absconderunt se in speluncis & in abditis. 1.Reg.13,6.

Habitans in abditis. Psal.16,12.1.Mach.1,56.

ABDVCO.

Abduxitque [Holofernes] omnes filios Madian, & prædauit omnem locupletationem eorum. Iudith 2,16.

ABEL.

Vbi est Abel frater tuus? Gen.4,9.

Vsque ad Abelmagnum. 1.Reg.6,18.

A sanguine Abel vsque ad sanguinem Zachariæ. Luc.11,51.

ABELA.

Sermo,inquit,dicebatur in veteri Prouerbio: Qui interrogant, interrogent in Abela, & sic perficiebant. 2.Reg.20,18.

ABEO.

Abiit autē Samuel in Ramatha.1.Reg.15,34.

Quò abiit dilectus tuus,ô pulcherrima mulierum. Cant. 5,17.

ABIA.

Zacharias,de vice Abia,& vxor eius de filiabus Aaron. Luc.1,5.

ABIATHAR.

Et applicauit Abiathar ephod ad Dauid. 1.Reg.30,7.

Introiuit [Dauid] in domum Dei sub Abiathar principe Sacerdotum, & panes propositionis manducauit. Marc.2,26.

ABIES.

Erudiuit [Beseleel & Ooliab] sapientia,vt faciant opera abietarij, polymitarij,ac plumarij de hyacintho. Exod.35,35.

Succidi sublimes cedros eius, & electas abietes illius. 4.Reg.19,23.

Pro saliuncula ascendet abies. Isa.55,13.

Abietibus de Sanir extruxerunt te cum omnibus tabulatis maris; cedrum de Libano tulerunt vt facerent tibi malum. Ezechiel. 27,5.

ABIGAIL.

Abigail occurrit Dauid: eum placat verbis & muneribus. Dauid ducit eam vxorem: eius humilitas, filij eius. 1.Reg 25 † 27.† 30. 1.Par.2, 16, 17. † 3,1.

ABIGO.

Et cœpit abigere eũ,& à se repellere. Iudic.16,19

ABIICIO.

Abieci eum. 1.Reg.16,7.

Quare calce abiecistis victimã meam?† 2.29.

Pro eo ergo quòd abiecisti sermonem Domini, abiecit te Dominus ne sis rex. † 15,23.

Elegi abiectus esse in domo Dei mei, magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum. Psal.83,11.

Fundamenta terræ deorsum: & ego abiiciam vniuersum semen Israel. Ier.31,37.

Eradicationem & abiectionem posuisti me in medio populorum. Thren.3,45.

Quod perierat requiram, & quod abiectum erat reducam, & quod confractum fuerat alligabo. Ezech 34,16.

Ego dixi: Abiectus sum à conspectu oculorum tuorum. Ionæ 2,5.

ABIMELECH.

Venit autem Deus ad Abimelech per somnium nocte, & ait illi: En morieris propter mulierem, quam tulisti: habet enim virum. Gen 20,3.

Occidit [Abimelech] fratres suos filios Ierobaal septuaginta viros. Iudic.9,5.† 10,1.

ABISAG.

Detur Abisag Sunamitis Adoniæ fratri tuo vxor. 3.Reg.2,21.

ABISAI.

Præsidioque ei fuit Abisai. 2.Reg.21,7.

ABLACTO.

Ablactatus est [Isaac] fecitq; Abraham grande conuiuium in die ablactationis eius. Gen.21,8.

Non vadam, donec ablactetur infans, & ducam eum vt appareat ante conspectum Domini, & maneat ibi iugiter. 1.Reg.1,22.

Sicut ablactatus est super matre sua. Ps.130,2. Isa.28,9.

Ablactauit eam, quæ erat Absque misericordia. Osee 1,8.

ABLVO.

Si abluerit Dominus sordes filiarum Sion, & sanguinem Ierusalem lauerit de medio eius, in spiritu iudicij & spiritu ardoris. Isa.4,4.

Quem docebit scientiam? & quem intelligere faciet auditum? ablactatos à lacte, auulsos ab vberibus. † 28,9.

Et hæc quidam fuistis: sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine Domini nostri Iesu. 1.Cor.6,11.

ABNEGO.

Abnegatio parentum. Exod.32,29. Num.6, 6,7. Deut.33,9. Ruth 2,11.

Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Matth.16,24. Luc.9,23.

Habentes quidem speciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes, & hos deuita. 2. Timoth.3,5.

Apparuit enim gratia Dei Saluatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, vt abnegantes impietatem & sæcularia desideria, sobriè & iustè & piè viuamus in hoc sæculo. Tit. 2,12.

ABNER.

Nomen Principis militiæ eius [Saulis] Abner. 1.Reg.14,50. 2.Reg 2,8. † 4,1.

ABOMINOR.

Abominationes enim Aegyptiorum immolabimus Deo nostro. Exod.8,26.

Abominatio est Domini Dei tui, nec inferes quidpiam ex idolo in domum tuam. Deut.7,25.

Abominationes, quas auersatur Dominus, fecerunt diis suis, offerentes filios & filias, & comburentes igni. † 12,31.

Vidistis abominationes & sordes, id est, idola eorum, lignum & lapidem, argentum & aurum quæ colebant. † 29,17.

In abominationibus ad iracundiam concitauerunt. † 32,16.

Abominabilis factus est [Achab] in tantum vt sequeretur idola, quæ fecerant Amorrhæi. 3.Reg.21,26.

Quia fecit Manasses rex Iuda abominationes istas pessimas, super omnia quæ fecerunt Amorrhæi ante eum, & peccare fecit etiam Iudam in immunditiis suis: propterea hæc dicit Dominus Deus Israel: Ecce inducam mala super Ierusalem & Iudam. 4.Reg 21,11.

Iuxta abominationes gentium, quas subuertit Dominus. 2 Par.33,2.

Abominationum eius, quas operatus est, & quę inuentæ sunt in eo. † 36,8.

Abominationes sacerdotum & populi. 14.

Abominationes eorum, qui repleuerunt eam ab ore ad os in coinquinatione sua. 1.Esd. 9,11.

Abominantur me [filij stultorum] & longè fugiunt à me. Iob 30,10.

Abominabilis ei fit in vita sua panis. † 33,20.

Abominatus est hereditatem suam. Psalmo 105,40.

Iniquitatem odio habui & abominatus sum, legem autem tuam dilexi. † 118,163.

Abominatio est Domino via impij. Prouerb.15,9.

Ipse est directus diuinitus in pœnitentiam gentis, & tulit abominationes impietatis. Eccli.49,3.

Abominatio est qui elegit vos. Isa.41,24.

In

In abominationibus suis anima eorum delectata est. † 66, 3.

Contaminastis terram meam, & hereditatem meam posuistis in abominationem. Ier.2,7.

Liberati sumus eò quòd fecerimus omnes abominationes istas. † 7,10.

Numquid proiiciens abiecisti Iudam? aut Sion abominata est anima tua? quare ergo percussisti nos, ita vt nulla sit sanitas? † 14,19.

Abominationes tuæ in medio tui erunt. Ezechielis 7,4.

Fili hominis, putásne, vides tu quid isti faciunt, abominationes magnas, quas domus Israel facit hic, vt procul recedam à sanctuario meo? † 8,6,7,9.

Numquid hoc leue est domui Iuda vt facerent abominationes istas? 17.

Quorum cor post offendicula & abominationes suas ambulat, horum viam in capite suo ponam. † 11,21. † 16,2.

Abominabilem fecisti decorem tuum. † 16,25.

Nónne iudicas, nónne iudicas ciuitatem sanguinum? & ostendes ei omnes abominationes suas? † 22,2.

Erit in templo abominatio desolationis. Daniel.9,27.

Cùm ablatum fuerit iuge sacrificium, & posita fuerit abominatio in desolationem, dies mille ducenti nonaginta. † 12,11.

Abalienati sunt in confusionem, & facti sunt abominabiles sicut ea quæ dilexerunt. Osee 9.10.

Proiiciam super te abominationes, & contumeliis te afficiam, & ponam te in exemplum. Nahum 3,6.

Et auferam sanguinem eius de ore eius, & abominationes eius de medio dentium eius. Zachar.9,3.

Transgressus est Iuda, & abominatio facta est in Israel. Malach.2,11.

Et quia diruerunt abominationem, quam ædificauerat super altare. 1.Machab.6,7.

Cùm ergo videritis abominationem desolationis. Matth.24,15.

Vos scitis quomodo abominatum sit viro Iudæo coniungi aut accedere ad alienigenam. Act.10,28.

Confitentur se nosse Deum, factis autem negant: cùm sint abominati, & incredibiles, & ad omne opus bonum reprobi. Tit. 1,16.

Habens poculum aureũ in manu sua, plenum abominatione & immunditia fornicationis eius. Apoc.17,4.

ABORTIVVS.

Aut sicut abortiuum absconditum non subsisterem. Iob 3,16.

Sepulturaque careat; de hoc ego pronuntio, quòd melior illo sit abortiuus. Eccl.6,3.

Nouissimè autem omnium, tamquam abortiuo, visus est & mihi. 1.Corinth.15,8.

ABRA.

Dimisit [Iudith] abram suam liberam. Iudith 16,28.

ABRAM.

Abram nascitur. Gen.11,26.

Iubetur egredi de terra sua. † 12,1.

Promittuntur ei multa. 5.

Abraham an idola coluerit. Iosu. 24.2. Iudith 5,6,8.

Abraham magnus pater multitudinis gentium, & non est inuentus similis illi in gloria. Ecclesiastici 44,20.

Attendite ad Abraham patrem vestrum, & ad Saram, quæ peperit vos. Isa.51,2.

Tu enim pater noster, & Abraham nesciuit nos, & Israel ignorauit nos. † 63,16.

Neque auferas misericordiam tuam à nobis, propter Abraham dilectum tuum, & Isaac seruum tuum, & Israel sanctum tuum. Dan.3,35.

Pater Abraham miserere mei, & mitte Lazarum. Luc.16,23.

Abraha peregrinationes. Act.7,2.

Si enim Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum. Rom.4,2.

Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, & vnum de libera. Gal.4,22.

ABSALOM.

Et Absalom transiuit Iordanem. 2.Reg.17,24.

Vidi Absalom pendere de quercu. † 18,10.

Tulerunt Absalom, & proiecerunt eum in saltu in foueam grandem. 17.

Absalom fili mi, fili mi Absalom. 33.

Maacha filiam Absalom. 2.Par.11,20.

Psalmus Dauid, quando persequebatur eum Absalom. Titulus Psalmi 142.

ABSCINDO.

Abscissus est de terra viuentium: propter scelus populi mei percussi eum. Isa.53,8.

ABSCONDO.

Abscondit se Adam & vxor eius à facie Domini Dei in medio ligni paradisi. Gen.3,8.

Abscondit idola subter stramenta cameli. Gen.31,34.

Abscondit Moyses faciem suam: non enim audebat aspicere contra Deum. Exodi 3,6.

Abscondita, Domino Deo nostro: quæ manifesta sunt, nobis. Deut.29,29.

Abscondam faciem meam ab eis. † 32,20.

Abscondi in terra contra medium tabernaculi mei, argentumque fossa humo operui. Iosu.7,21.

Absconditus est [Saul] domi. 1.Reg.10,22.

Absconderũt se in speluncis & in abditis, in petris quoq; & in antris, & in cisternis. † 13,6.

Manebis clàm & absconderis. † 19,2.

Absconditus est ergo Dauid in agro. † 20,5,24.

Ecce Dauid absconditus est in colle Hachila. † 26,1.

Tu enim fecisti absconditè: ego autem faciam verbum hoc in conspectu omnis Israel, & in conspectu Solis. 2.Reg.12,12.

Abscondar in campestribus deserti, donec veniat sermo à vobis indicans mihi. † 15,28.

Abscondere in torrente Carith. 3.Reg.17,3.

Abscondit eos [Abdias] quinquagenos & quinquagenos in speluncis, & pauit eos pane & aqua. † 18,4.

Quando ingredieris cubiculum, intra cubiculum vt abscondaris. † 22,25.

Abscondit eum à facie Athaliæ vt non interficeretur. 4.Reg.11,2.

Porrò Ornan, cùm suspexisset, & vidisset Angelum, quatuorq; filij eius cum eo, absconderunt se: nam eo tempore terebat in area triticum. 1.Par.21,20.

Cur faciem tuam abscondis? Iob 13,24.

Abscondita in lucem produxit. † 28,11.

Si abscondi quasi homo peccatum meum, & celaui in sinu meo iniquitatem meam. † 31,33.

Non sunt tenebræ, & non est vmbra mortis, vt abscondantur ibi qui operantur iniquitatem. † 34,22.

De absconditis tuis adimpletus est venter eorum. Psal.16,14.

Abscondit me in tabernaculo suo. † 26,5.

Abscondes eos in abscondito faciei tuæ, à conturbatione hominum. † 30,21.

Ipse enim nouit abscondita cordis. † 43,22.

Qui abscondit scelera sua, non dirigetur: qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur. Prou 28,13.

Absconsè enim sacrificabant iusti pueri bonorum. Sap.18,9.

Non dicas: A Deo abscondar, & ex summo quis mei memorabitur? in populo magno non agnoscar: quæ est enim anima mea in tam immensa creatura? Eccli.16,17.

Multa abscondita sunt maiora his: pauca enim vidimus operum eius. † 43 36.

Ingredere in petram, & abscondere in fossa humo à facie timoris Domini. Isa.2,10.

Vade populus meus, intra in cubicula tua, claude ostia tua super te, abscondere modicum ad momentum. † 26,20.

Et erit vir sicut qui absconditur à vento, & celat se à tempestate, sicut riui aquarum in siti, & vmbra petræ prominentis in terra deserta. † 32,2.

Quare dicis Iacob & loqueris Israel: Abscondita est via à Domino, & à Deo meo iudicium meum transiuit? † 40,27.

Tantum in te est Deus, & non est absque te Deus; verè tu es Deus absconditus, Deus Israel saluator. † 45,15.

Non in abscondito locutus sum in loco terræ tenebroso: non dixi semini Iacob: Frustrà quærite me. 19.

Abscondisti faciem tuam à nobis, & allisisti nos in manu iniquitatis nostræ. † 64,7.

Abscondere tu & Ieremias, & nemo sciat vbi sitis. Ier.36,19.

Vt comprehenderent Baruch scribam & Ieremiam Prophetam: abscondit autem eos Dominus. 26.

Absconderim faciem meam ab eis, & tradiderim eos in manu hostium. Ezech.39,23.

Et dixit: Deus æterne, qui absconditorum es cognitor, qui nosti omnia antequam fiant. Daniel.13,42.

Ego scio Ephraim, & Israel non est absconditus à me, quia nũc fornicatus est Ephraim. Osee 5,3.

Si absconditi fuerint in vertice Carmeli, inde scrutans auferam eos. Amos 9,3.

Acceptum ignem de altari occultè absconderunt in valle. 2.Mach.1,19.

Tulerunt ergo lapides, vt iacerẽt in eum: Iesus autẽ abscondit se, & exiuit de templo. Ioan.8,59.

Qui in abscondito, Iudæus est, & circumcisio cordis in spiritu, non litera. Rom.2,29.

Et reges terræ, & Principes, & tribuni, & diuites, & fortes, & omnis seruus & liber absconderũt se in speluncis & in petris montium. Apoc.6,15.

ABSOLVO.

Peto, Domine, vt de vinculo huius improperij absoluas me, aut certè desuper terram eripias me. Tob.3,15.

In legitima Ecclesia poterit absolui. Act.19,39.

ABSORBEO.

Absorbetur Core à terra. Dirupta est terra sub pedibus eorum, & aperiens os suum, deuorauit illos cum tabernaculis suis & vniuersa substantia eorum, descenderuntque viui in infernum operti humo, & perierunt de medio multitudinis. Num.16,31.

Et Dathan atque Abiron filiis Eliab, qui fuit filius Ruben: quos aperto ore suo terra absorbuit cum domibus & tabernaculis & vniuersa substantia eorum. Deut.11,6.

Ecce, absorbebit fluuium, & non mirabitur: & habet fiduciam quòd Iordanis influat in os eius. Iob 40,18.

Neque absorbeat me profundum. Psal.68,16. † 123,4. † 149,6. Isa.14,29. † 42,14. Ierem.51. 34. 1.Cor.15,34. 2.Cor.5,4. Apoc.12,16.

Ne fortè absorbeatur rex & omnis populus qui cum eo est. 2.Reg.17,16.

Absorpti sunt iuncti petræ iudices eorum. Psal. 140,6.

Et visitabo super Bel in Babylone, & eiiciam quod absorbuerat de ore eius. Ier.51,44.

ABSTERGO.

Liuor vulneris absterget mala: & plagæ in secretioribus ventris. Prou.20,30.

Absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum. Apoc.7,17.

ABSTINEO.

Abstinet se [iustus] à viis nostris tamquam ab immunditiis, & præfert nouissima iustorum. Sap.2,16.

Sapiens cor & intelligibile abstinebit se à peccatis, & in operibus iustitiæ successus habebit. Eccli.3,32.

Propter crapulam multi obierunt: qui autem abstinens est, adiiciet dies. † 37, 34. Ier. 35, 6. 2.Mach.6.19. † 7,2.

Ab omni specie mala abstinete vos. 1.Thessal.5,22.

Prohibentes nubere, abstinere à cibis, quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & iis qui cognouerunt veritatem. 1.Tim.4,3. 1.Pet.2,11.

In scientia autem abstinentiam, in abstinentia autem patientiam. 2.Pet.1,6.

ABSTRAHO.

Lapidibus obrutus necabitur; quia voluit te abstrahere à Domino Deo tuo, qui eduxit te de Terra Aegypti, de domo seruitutis. Deut.13,10.

Ne abstrahatur in viis illius [mulieris] mens tua: neque decipiaris semitis eius. Prou.7,25.

Cute capitis abstracta. 2.Mach.7,4. Act.21,1.

A concupiscentia sua abstractus & illectus. Iacobi 1,14.

ABSUM.

Abesse non licet vbi commune bonum curatur sub vita periculo. Iud.21,10.

Absit hoc à me. 1.Reg.2,30.

Nam etsi corpore absens sum, sed spiritu vobiscum sum: gaudens & videns ordinem vestrum. Col.2,5.

ABSYNTHIUM.

Ecce ego cibabo populum istum absynthio, & potum dabo eis aquam fellis. Ier.9,15. † 23,15.

Nomen stellæ dicitur Absynthium. Apocal.8,11.

ABUNDO. ABUNDANTIA.

Inuenimus aquam, vnde appellauit eum Abundantiam. Gen.26,33.

Tantaque fuit abundantia tritici, vt arenæ maris coæquaretur, & copia mensuram excederet. † 41, 49.

Abundare te faciet Dominus Deus tuus in cunctis operibus manuum tuarum. Deut.30,9.

Nephthali abundantia perfruetur. † 33,23.

Fecitque vt tanta esset abundantia argenti in Ierusalem, quanta & lapidum. 3.Reg.10,27.

Dixi in abundantia mea: Non mouebor in æternum. Psal.29,7.

Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis. † 121,6,7.

Locutus sum ad te in abundantia tua, & dixisti: Non audiam. hæc est via tua ab adolescentia tua, quia non audisti vocem meam. Ier.22,21.

Nam omnes hi ex abundanti sibi miserunt in munera Dei: hæc autem ex eo, quod deest illi, omnem victum suum, quem habuit, misit. Lucæ 21,4.

Vestra abundantia illorum inopiam suppleat; vt & illorum abundantia vestræ inopiæ sit supplementum, vt fiat æqualitas. 2.Cor 8,14.

Scio & humiliari, scio & abundare. Phil 4,12.

Habeo autem omnia & abundo: repletus sum, acceptis ab Epaphrodito quæ misistis, odorem suauitatis. 18.

ABUTOR.

Volui nequaquam abuti potentiæ magnitudine. Esth.13,2.

Multi bonitate Principum & honore, qui in eos collatus est, abusi sunt in superbiam. † 16,2.

Dedit ei Deus locum pœnitentiæ, & ille abutitur eo in superbiam. Iob 24,23.

Abusus donorum Dei. Ezech.16, 14,16,17.

ABYSSUS.

Abyssi operuerunt eos. Exod.15,5.

Congregatæ sunt abyssi in medio mari. 8.

Erumpunt fluuiorum abyssi. Deut.8,7.

De pomis cæli & rore, atque abysso subiacente. † 33,13.

Tenuit pedes eorum abyssus. Iudith 9,8.

Et in nouissimis abyssi deambulasti? Iob 38, 16.

Post eum lucebit semita, æstimabit abyssum quasi senescentem. † 41,23.

Abyssus abyssum inuocat. Psal.41,8.

Et de abyssis terræ iterum reduxisti me. † 70, 20.

Turbatæ sunt abyssi. † 76,17.

Abyssus sicut vestimentum amictus eius. † 103,6.

Laudate Dominum de terra, dracones & omnes abyssi. † 148,7.

Profundum abyssi penetraui. Eccli.24,8.

Abyssum & cor hominum inuestigauit: & in astutia eorum excogitauit. † 42,18.

In sermone eius siluit ventus, & cogitatione sua placauit abyssum, & plantauit in illa Dominus insulas. † 43,25.

Qui eduxit eos per abyssos, quasi equum in deserto non impingentem. Isa.63,13.

Benedictus es, qui intueris abyssos, & sedes super Cherubim. Dan.3,55.

Circumdederunt me aquæ vsque ad animam, abyssus vallauit me, pelagus operuit caput meum. Ionæ 2,6.

Dedit abyssus vocem suam, altitudo manus suas leuauit. Habac.3,10.

Et misit eum [satanam] in abyssum, & clausit & signauit super illum, vt non seducat amplius gentes. Apoc.20,3.

ACCEDO.

Ita vt ad se inuicem toto noctis tempore accedere

cedere non valerent. Exod.14,20.

Accedite coram Domino: audiuit enim murmur vestrum. † 16,9.

Accedamus huc ad Deum. 1.Reg. 14,36.

Accedentes iniussi ad regem occiduntur. Esth.4,11.

Accedite ad eum,& illuminamini. Psal. 33,6.

Accedit homo ad cor altum. † 63,8.

Per quem & habemus accessum per fidem in gratiam istam. Rom.5,2.

Per ipsum habemus accessum ambo in vno spiritu ad Patrem. Ephes.2,18.

Fiduciam,& accessum in confidentia per fidem eius. † 3,12.

ACCELERO.

Accelera vt eruas me. Psal.30,3.

Imperio suo accelerauit niuem,& accelerat coruscationes emittere iudicij sui. Eccli.43,14.

Accelera spolia detrahere. Isa.8,3.

ACCENDO.

Saluator eius vt lampas accendatur. Isa.62,1.

Lucernas accendunt illis. Baruch 6,18.

Rotæ eius ignis accensus. Dan.7,9.

Visitabo super eam dies Baalim,quibus accendebat incensum. Osee 2,13. † 4,13.

ACCERSO.

Accersendum Abimelech Sacerdotem filium Achitob & omnem domum patris eius Sacerdotum. 1.Reg.22,11.

ACCINGO.

Ne glorietur accinctus æquè vt discinctus. 3.Reg.20,11.

Accingere gladio tuo super femur tuum. Psal.44,4.

Accingite vos & vincimini, inite consilium & dissipabitur. Isa.8,10.

ACCIPIO.

Accipere non vult quidquam Abraham à rege Sodomorum. Gen.14,22.

Acceptio personarum fugiatur. Nulla erit distantia personarum; ita paruum audietis vt magnum,nec accipietis cuiusquam personam, quia Dei iudicium est. Deut.1,17.

Acceptus erat [Dauid] in oculis vniuersi populi, maximeque in conspectu famulorum Saul. 1.Reg.18,5.

Etiam cuncta accipiat, postquam reuersus est Dominus meus rex pacificè. 2.Reg.19,30.

Accepisti argentum & accepisti vestes vt emas oliueta & vineas. 4.Reg.5,26.

Et quia acceptus eras Deo, necesse fuit vt tentatio probaret te. Tob.12,13.

Ita vt accepti essent tam Deo, quàm hominibus. † 14,17.

Magnus apud Iudæos & acceptabilis plebi fratrum suorum. Esth.10,3.

Non sit porrecta manus tua ad accipiendum, & ad dandum collecta. Eccli.4,36.

Qui non accipiat centies tantum,nunc in tempore hoc,domos & fratres & sorores. Marc.10,30.

Si autem accepisti,quid gloriaris quasi non acceperis? 1.Cor.4,7.

Dignus es Domine Deus noster accipere gloriam, & honorem,& virtutem. Apoc.4,11.

ACCIPITER.

Accipiter comedi non potest. Leuit.11,16.

Numquid per sapientiã tuam plumescit accipiter,expandens alas suas ad Austrũ. Iob 39,26.

ACCLAMO.

Fausta acclamantes. 1.Mach.5,64. Act.12,22. † 22,24. † 25,24.

ACCOLA.

Iacob accola fuit in terra Cham. Psal.104,23.

ACCOMMODO.

Accommodat se Dauid aliorum iudicio. 2.Reg.18,4.

Accommodare se non vult verus Propheta Michæas sermonibus pseudoprophetarum. 3. Regum 22,13,14.

ACCRESCO.

Filius accrescens Ioseph, filius accrescens & decorus aspectu. Gen.49,22.

ACCVMBO.

Accumbe in iucunditate. Iudith 12,17.

Nec accumbas cum ea super cubitum. Eccli.9,12.

Super vestimentis pignoratis accubuerunt. Amos 2,8.

Cùm accumberet in domo illius multi publicani. Marc.2,15. † 6,30. Luc.7,49. † 13,29.

ACCVBO.

Accubans inter terminos. Gen.49,14.

Accubans dormiuit vt leo & quasi leæna quam suscitare nullus audebit. Num.24,9.

ACVO.

Si acuero vt fulgur gladium meũ. Deut.32,41.

ACCVSO.

Accusauitque fratres suos apud patrem crimine pessimo. Gen.37,2.

Accusat Doeg Abimelech. 1.Reg 22,10.

Accusauit me seruum tuum apud dominum meum regem. 2.Reg.19,27.

Scripserunt accusationem aduersus habitatores Iudæ. 1.Esd.4,6,8.

Accusatio, quam misistis ad nos, manifestè lecta est coram me, & à me præceptum est. 18.

Res ad Darium referretur,& tunc satisfacerent aduersus accusationem illam. † 5,5.

Accusat Aman Iudæos. Esth.3,8.

Accusatus Aman obstupescit. † 7,6.

Iustus, prior est accusator sui. Prou.18,17.

Ne accuses seruum ad dominum suum. † 30,10.

Non est enim in inferno accusatio vitæ. Eccli 41,7.

Et non accusauit illum homo. † 46,22.

Ac-

Accusantur socij Danielis non adorantes statuam. Dan.3,8.

Adducti sunt viri illi, qui accusauerant Danielem, & in lacum leonum missi sunt. † 6,24.

Non vt ciuium accusator, sed communem vtilitatem apud semetipsum vniuersæ multitudinis considerans. 2 Mach.4,5.

Accusauit quòd pecunia fratres vendidissent, aduersariis eorum dimissis. † 10,21.

Accusabant eum summi Sacerdotes in multis. Marc.15,3.

Cœperunt autem illum accusare dicentes: Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram. Luc.23,2.

Nolite putare quia ego accusaturus sim vos apud Patrem: est qui accusat vos Moyses, in quo speratis. Ioan.5,45.

Quam accusationem adfertis aduersus hominem hunc? † 18,29.

Denuntians & accusatoribus, vt dicant apud te. Act.23,30.

Si quod est in viro crimen, accusent eũ. † 25,5.

Non quasi gentem meam habens aliquid accusare. † 28,19.

Quis accusabit aduersus electos Dei? Deus qui iustificat, quis est qui condemnet? Rom.8,33.

Aduersus presbyterum accusationem noli recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus. 1. Timoth.5,19.

ACEDIOR.

Et ne acedieris vinculis eius. Eccli.6,26.

ACERBVS.

Fructus eorum inutiles & acerbi ad manducandum, & ad nihilum apti. Sap.4,5.

ACERVVS.

Aceruum lapidum magnum nimis. 2. Regum 18,17.

Ponite ea ad duos aceruos iuxta introitum portæ vsque manè. 4 Reg.10,8.

Onus Damasci: Ecce Damascus desinet esse ciuitas, & erit sicut aceruus lapidum in ruina. Isa.17,1.

Sicut qui mittit lapidem in aceruum Mercurij: sic qui tribuit insipienti honorem. Prou.26,8.

Venter tuus sicut aceruus tritici, vallatus liliis. Cant.6,2.

Qui operatur terram suam, inaltabit aceruum frugum: & qui operatur iustitiam, ipse exaltabitur. Eccli.20,30. Mich.3,12. Agg.2,17.

ACETVM.

Acetabula ac phialas, thuribula & cyathos. Exod.25,29.

Acetum ex vino & ex qualibet alia potione, & quidquid de vua exprimitur non bibent [qui votum fecerunt.] Num.6,2,3.

Et in siti mea potauerũt me aceto. Psal.68,22.

Sicut acetum dentibus & fumus oculis: sic piger his qui miserunt eum. Prou.10,26.

Acetum in nitro, qui cantat carmina cordi pessimo. † 25,20.

Illudebant autem ei & milites accedentes & acetum offerentes. Luc.23,36.

Illi autem spongiam plenam aceto hyssopo circumponentes obtulerunt ori eius. Ioan.19,29.

ACHAB.

Achab coluit Baal parum, ego autem colam eum amplius. 4.Reg.10,18.

ACHAN.

Achan de tribu Iuda propter auream regulam lapidatur. Ios.7,18,25.

Achan comburitur, & filij, filiæ, argentum, pallium, aurea regula, boues, asini, congeruntur lapides super eum. 24,25.

ACHATES.

Achates & amethystus, in quarto chrysolithus. Exod.28,19. † 39,12.

ACHAZ.

Egredere in occursum Achaz. Isa.7,3.

Pete tibi signum, &c & dixit Achaz, Non petam, & non tentabo Dominum. Isa.7,10.

Reuerti faciam vmbram linearum, per quas descenderat in horologio Achaz. † 38,8.

ACHIOR.

Achior libertas & veritas in sermone. Iudith 5,5.

Achior traditur Israelitis. † 6,7,8.

ACHITOPHEL.

Accersiuit quoque Absalom Achitophel Gilonitem consiliarium Dauid. 2.Reg.15,12,31, 34. † 16,23.

Dixit Chusai ad Absolom: Non est bonũ consilium, quod dedit Achitophel hac vice. † 17,7, 14,21.

Achitophel videns quòd non fuisset factum consilium suum, &c. disposita domo sua suspendio interiit. 23.

ACIES.

Ego qui de acie fugi hodie. 1.Reg.4,16.

Retusæ itaque erant acies vomerum, & ligonum. † 13,21.

Direxerunt aciem ad pugnandum, † 17,2.

Quis enim est hic Philisthæus incircumcisus, qui exprobrauit acies Dei viuentis. 26.

Instruxit aciem contra Syrum. 2.Reg.10,9.

ACINVS.

Cunctis diebus quibus ex voto Domino consecrantur: quidquid ex vinea esse potest, ab vua passa vsque ad acinum non comedent. Num.6,4.

Ego nouissimus euigilaui, & quasi qui colligit acinos post vindemiatores. Eccli.33,16.

ACQVIESCO.

Non acquieuerunt ei, propter angustiam spiritus. Exod.6,9.

Noluitque acquiescere rex filiorum Ammon verbis Iephte, quæ per nuntios mandauerat. Iudic.11,28.

Acquiescit Samuel Sauli. 1.Reg.15,31.

Acquieuitque populus pacto. 4.Reg.23,3.

Acquiesce igitur ei,& habeto pacem,& per hæc habebis fructus optimos. Iob 22,21,22.

ACQVIRO.

Populus multus es, ascende in siluam,& succide tibi spatia. Ios.17.15,17,18.

Acquisita iure belli. Iudic.11,23.

Tempus acquirendi,& tempus perdendi. Eccles.3,6.

Ad lucrum,& oportere vndecumque, etiam ex malo acquirere. Sap.15,12.

De acquisitione multorum & paucorum. Ecli. 42,4.

ACVTVS.

Acutus inueniar in iudicio. Sap.8,11.

ADAD.

Suscitauit autem Dominus aduersarium Salomoni Adad Idumæum de semine regio. 3. Regum 11,14,25. 1.Par.1,51.

ADAEQVO.

Non adæquabitur ei aurum vel vitrum. Iob 28,17,19.

Et cui assimulastis me & adæquastis me, dicit Sanctus? Isa.40,25. † 46,5.

Confusa est mater vestra nimis & adæquata pulueri. Isa.50,12. Ezech.13.14.† 31,18.

Vitis frondosa Israel, fructus adæquatus est ei, secundum multitudinem fructus sui multiplicauit altaria. Osee 10,1.

ADAM.

Adam creatus collocatur in paradiso. Gen.1.27. † 2,15.

Adam maximus ibi inter Enacim situs est. Iosue 14,15.

Ista est enim lex Adam, Domine Deus. 2.Regum 7,19.

Adæ pœnitentia. Sap.10,1,2.

Et super omnem animam in origine Adam. Ecli.49,19.

Ipsi autem sicut Adam transgressi sunt pactũ, ibi præuaricati sunt in me. Osee 6,7.

Non sum Propheta, homo agricola ego sum, quoniam Adam exemplum meum ab adolescentia mea. Zach.13,5.

Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. 1.Cor.15,22.

Factus est primus homo Adam in animã viuẽtem, nouissimus Adam in spiritũ viuificantem.45

Adam enim primus formatus est, deinde Heua,& Adam non est seductus: mulier autem seducta in præuaricatione fuit. 1.Tim.2,13.

ADAMA.

In exemplum subuersionis Sodomæ & Gomorrhæ, Adamæ & Seboim, quas subuertit Dominus in ira & furore suo. Deut.29,23,

Quomodo dabo te sicut Adama, ponam te vt Seboim? Osee 11,8.

ADAMO.

Salomon adamauit mulieres alienigenas multas. 3.Reg.11,1.

Adamauit eam [Esther] rex plus quàm omnes mulieres. Esther 2,17.

Desperaui, nequaquam faciam: adamaui quippe alienos. Ier.2,25.

ADAPERIO.

Inimicis tuis adapertione pandentur portæ terræ tuæ. Nahum 3,13.

Adaperiat cor vestrum in lege sua. 2. Machab.1,4.

Ephphetha, quod est Adaperire. Marc.7,34.

ADAQVO.

Adaquabantur pecora,& os eius grandi lapide claudebatur. Gen.29,2.

Adaquare cupiebant greges patris sui. Exodi 2,16.

ADAR.

Vsque ad diem tertium mensis Adar. 1. Esdræ 6,15. Esth.3,7.

ADAREZER.

Percussit Dauid Adarezer. 2.Reg.8,3.† 10, 16. 1.Par.18,19.

ADAVGEO.

Adaugeat Dominus Deus tuus ad populum tuum, quantus nunc est, iterumque centuplicet. 2.Reg.24,3.

ADDECIMO.

Greges quoque vestros addecimabit [rex] vósque eritis ei serui. 1.Reg.8,17.

ADDO.

Non addetis ad verbum, quod vobis loquor, nec auferetis ex eo. Deut.4,2.

Nihil addens amplius; & scripsit in duabus tabulis lapideis quas tradidit mihi. † 5,22.

Ne addas quidquam verbis illius. Prou.30,6.

ADDVCO.

Adduxit ea ad Adam. Gen.2,19.

Adducite ad me Agag. 1.Reg.15,32.

Ite & adducite eum ad me. 3.Reg.20,33.

Adducam te per mediam Ierusalem. Iudith 11,15.

Adducentur regi virgines post eam. Psalmo 44,15.

Me enim insulæ expectant,& naues maris in principio, vt adducam filios tuos de longè: argentum eorum & aurum eorum cum eis, nomini Domini Dei tui. Isa.60,9.

ADEPS.

Sumes & adipem totum, qui operit intestina. Exod.29,13. Leuit.3.3,14.

Omnis adeps Domini erit. 17.

Adipem ouis & bouis & capræ non comedetis. † 7,23,25.

*Etiam antequam adolerent adipem. 1. Regum 2,15,16.

Adipem suum concluserunt. Psal.16,10.

Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea. † 61,6

Adipe frumenti satiat te. † 147,3

Et quasi adeps separatus à carne; sic Dauid à filiis Israel. Eccli. 47,2.

Adipe victimarum tuarum non inebriasti me. Isa. 43,24.

ADHAEREO.

Vos autem qui adhæretis Domino, viuitis vniuersi vsque in præsentem diem: scitis quòd docuerim vos præcepta. Deut. 4,4.

Adhæsit [Ezechias] Domino, & non recessit à vestigiis eius. 4. Reg. 18,6.

Adhæsit anima mea post te, me suscepit dextera tua. Psalm. 62,9.

Mihi autem adhærere Deo bonum est; ponere in Domino Deo spem meam. † 72,28.

Non adhæsit mihi cor prauum. † 100,4.

Adhæsit os meum carni meæ. 101,6.

Adhæsit pauimento anima mea. † 118,25.

Adhæsi testimoniis tuis Domine, noli me confundere. 31.

Qui autem adhæret Deo, vnus spiritus est. 1. Cor. 6,17.

ADHORTOR.

Adhortatio Iosue. Ios. 23,5,6,7,10,13.

Adhortatio ante prælium. 2. Reg. 10,12.

Adhortatur populum circumiens sacerdos magnus. Iudith 4,11.

Adhortamini volmetipsos per singulos dies, donec Hodie cognominatur. Heb. 3,13.

ADIICIO.

Adijciam super omnem laudem tuam. Psalmo 70,14.

Adijciat Dominus super vos. † 113,22.

ADIMPLEO.

Vir superbus, & non decorabitur: qui dilatauit quasi infernus animam suam: & ipse quasi mors, & non adimpletur. Habac. 2,5.

Vt adimpleretur quod dictum est. Matth. 4,14. † 26,46. Gal. 6,2.

Qui nunc gaudeo in passionibus pro vobis, & adimpleo ea, quæ desunt passionum Christi in carne mea pro corpore eius, quod est Ecclesia. Colos. 1,24.

ADINVENIO.

Et in adinuentionibus tuis exercebor. Psalmo 76,13.

Ibunt in adinuentionibus suis. † 80,13.

ADIVDICO.

Pilatus adiudicauit fieri petitionem eorum. Luc. 23,24.

ADIVNGO.

Requiescere eos faciet super humum suam: adiungetur aduena ad eos, & adhærebit domui Iacob. Isa. 14,1. † 54,15.

Crediderunt & adiuncti sunt Paulo & Silæ. Actor. 17,4.

ADIVRO.

Adiurauerit me, dicens: En morior, in sepulchro meo quod fodi mihi in terra Chanaan, sepelies me. Gen. 50,5.

Cumque adiurasset eos atque dixisset: Deus visitabit vos: asportate ossa mea. 24.

Adiurasset filios Israel. Exod 13,19.

Adiurabitque eam. Num. 5.19.

Adiurauit autem Saul populum. 1. Reg. 14,24.

Ionathas non audierat cùm adiuraret pater eius populum. 27.

Adiurauit regna singula & gentes, eò quòd minimè reperireris. 3. Reg. 18. 10.

Adiuro te vt non loquaris mihi, nisi quod verum est, in nomine Domini. † 22,16.

Adiurans eos in domo Domini, ostendit eis filium regis. 4. Reg. 11,5.

Faceretque quæ scripta sunt in volumine illo, quod legerat. adiurauit quoque super hoc omnes, qui reperti fuerant in Ierusalem & Beniamin. 2. Par. 34,32.

Adiurauerat eum per Deum: & indurauit ceruicem suam. † 36,13.

Adiurauit principes Sacerdotum & Leuitarum & omnem Israel, vt facerent secundum verbum hoc. 1. Esd. 10,5.

Adiuraui eos vt facerent iuxta quod dixeram. 2. Esd. 5.12.

Cecidi ex eis viros, & decaluaui eos, & adiuraui in Deo vt non darent filias suas filiis eorum. † 13,25.

Adiurauit Raguel Tobiam, vt duas hebdomadas moraretur apud se. Tob. 8,23. † 9,5.

Adiuro vos filiæ Ierusalem. Cant. 5,8.

Adiuro te per Deum viuum, vt dicas nobis si tu es Christus filius Dei. Matth. 26,63.

Adiuro te per Deum, ne me torqueas. Marci 5,7.

Adiuro vos per Iesum quem Paulus prædicat. Act. 19,13.

Adiuro vos per Dominum, vt legatur epistola hæc omnibus sanctis fratribus. 1. Thes. 5,27.

ADIVVO.

Adiutor tuus, & omnipotens benedicet tibi benedictionibus cæli desuper, benedictionibus abyssi. Gen. 49,25.

Adiutor meus, & eripuit me de manu Pharaonis. Exod. 2,22.

Vocauit nomen loci illius, Lapis adiutorij, dicens: Hucusque auxiliatus est nobis Dominus. 1. Reg. 7,12.

Si præualuerint aduersum me Syri, eris mihi in adiutorium. 2. Reg. 10,11.

Te enim adiuuat Deus tuus. 1. Par. 12,18.

Præcepit quoque Dauid cunctis principibus Israel vt adiuuarent Salomonem filium suum. † 22,17,18,19.

Adiuuent eum viri de loco suo, argento & auro,

ro, & substantia & pecoribus. 1. E'd.1,4,6.

Et ideò non est qui adiuuet, cùm prosternamur ante oculos eorum in siti & perditione magna. Iudith 7,14.

Cuius adiutor es? nûquid imbecillis? Iob 26,2.

Adiutor meus esto, ne derelinquas me. Psalmo 26,9.

Ad adiuuandum me respice. † 39,14.

Adiutor in tribulationibus. † 45,2.

Ecce homo qui non posuit Deum adiutorem suum. † 51,9.

Deus adiuuat me. † 53.6.

Deus adiutor noster in æternum. † 61,9.

Deus in adiutorium meum intende. † 69,2.

Facti sunt in adiutorium filiis Lot. † 82,9.

Posui adiutorium in potente. † 88,20.

Facti sunt in adiutorium gladij eius. 44.

Deus meus in adiutorium spei meæ. † 93,22.

Non sit illi adiutor. † 108,12.

Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo. † 117,6.

Adiutorium nostrum in nomine Domini. † 123,8.

Adiutor & protector factus es mihi. Eccli. 51,2,4.

In adiutorium inutilem inuocat. Sap. 13,18.

Circumspexi, & non erat auxiliator; quæsiui, & non fuit qui adiuuaret. Isa.63,5.

Nemo est adiutor meus in omnibus his, nisi Michael princeps vester. Dan.10,21.

Sed in mente haberent adiutoria sibi facta de cælo, & nunc sperarent ab Omnipotente sibi affuturam victoriam. 2. Mach.15,8.

Deprecans eum & dicens: Transiens in Macedoniam, adiuua nos. Act.16,9.

Dei enim sumus adiutores. 1. Cor.3,9.

Hi soli sunt adiutores mei in regno Dei, qui mihi fuerunt solatio. Col.4,11.

Adiuuit terra mulierem, & aperuit terra os suum, & absorbuit flumen. Apoc.12,16.

ADMINISTRO.

Et quomodo administraretur bellum. 2. Regum 11,7.

Nónne omnes sunt administratorij spiritus? Heb.1,14.

ADMIROR.

Admirati sunt seniores ciuitatis, occurrentes ei [Samueli] dixeruntque: Pacificúsne est ingressus tuus? 1. Reg.16,4.

Admirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt. Psal.47,6.

Acutus inueniar in iudicio, & in conspectu potentium admirabilis ero, & facies principum mirabuntur me. Sap.8,11.

Et vocabitur nomē eius Admirabilis. Isa.9,6.

Admirationem faciam populo huic miraculo grandi & stupendo: peribit enim sapientia à sapientibus eius. † 29, 14.

Cùm venerit glorificari in sanctis suis, & admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt. 2. Thes.1,10.

In quo admirantur, non concurrentibus vobis in eamdem luxuriæ confusionē, blasphemantes. 1. Pet.4,4.

ADMISCEO.

Nominatio verò Dei non sit assidua in ore tuo, & nominibus Sanctorum non admiscearis: quoniam non eris immunis ab eis. Eccli.23,10.

Non profuit illis sermo auditus, non admistus fidei ex iis quæ audierunt. Heb.4,2.

ADMITTO.

Admitte ad te alienigenam, & subuertet te in turbine, & abalienabit te à tuis propriis. Eccli.11.36.

ADMONEO.

Admonitio parentum iuuat filios. Gen.18,19.

Admonet Iacob familiam, & pietatem suadet. † 35,2.

Iacobi admonitio ante mortem. † 49,1,2,32.

Angeli admonitio & reprehensio lacrymas ciet. Iudic. 2,4,5.

Admonet Dauid moriturus Salomonem. 3. Reg.2,3,4.

Admonitiones contemnentes ducuntur in captiuitatem. 4. Reg.17.6,7,13,14.

Admonet Iosaphat Iudices officij. 2. Par.19, 5,6,7.

Admonitio Ezechi[illegible]. † 29,4,7,8,9.

Subditos admonet literis Ezechias & inuitat ad Phase. † 30,6.

Admonitiones spernūt impij, suo malo. † 33,10. † 36.15,16,17.

Admonet filium & nepotes parens. Audi fili mi verba oris mei, & ea in corde tuo, quasi fundamentum constitue. Tob.4,2. † 14,10.

Eos qui exerrat, partibus corripis: & de quibus peccant, admones & alloqueris: vt relicta malitia, credant in te Domine. Sap.12,2.

Admonet Propheta populum per annos vigintitres paruo fructu. Ier.25,3,4.

Admonitiones diuinæ neglectæ. † 44,1.4,5.

Admonet Ieremias transmigrantes in Babylonem, vt caueant à vitiis, & idola contemnat. Baruch 6,1,2.

Admonitionis impij necessitas; vltio in eam omittentem. Ezech.3,18.

Admonet filios moriens Mathathias. 1. Machab.2,49,50.

Admonitiones Ieremiæ. 2. Mach.2,2,3.

Admone illos Principibus & potestatibus subditos esse, dicto obedire. Tit.3,1.

ADOLEO.

Adolebit incensum super eo [altari] Aaron. Exod.30,7.

Adoleuit super eo incensum aromatum. † 40,25.

Ado-

Adoleuit [Achaz] incensum in Vallebenennom, & lustrauit filios suos in igne, iuxta ritum gentium. 2.Par.28,3.

ADOLESCENS.

De qua progenie es ô adolescés? 1.Reg.17,58.

Adolescentem bonæ indolis & industrium, constituerat eum præfectum. 3.Reg.11,28.

Abiit ergo adolescens puer Prophetæ in Ramoth Galaad. 4.Reg.9,4.

Consumere me vis peccatis adolescétiæ meæ. Iob 13,26.

Ossa eius implebuntur vitiis adolescentiæ eius, & cum eo in puluere dormient. † 20,11.

S. Iob optat esse sicut fuit in diebus adolescentiæ. † 29,4.

Reuertatur ad dies adolescentiæ suæ. † 33,25.

Ibi Beniamin adolescentulus in mentis excessu. Psal.67,28.

In quo corrigit adolescentior viam suam? in custodiendo sermones tuos. † 118,9.

Adolescentulus sum ego & contemptus. 141.

Prouerbium est: Adolescens iuxta viam suam, etiã cùm senuerit non recedet ab ea. Prou.22,6.

Viam viri in adolescentia [ignoro] † 30,19.

Cum adolescente secundo, qui consurget pro eo. Eccles.4,15.

Lætare ergo iuuenis in adolescétia tua. † 11,9.

Adolescens loquere in causa tua vix. si bis interrogatus fueris, habeat caput responsum tuum. Eccli.32,10.

Et de senioribus, qui iudicantur ab adolescentibus. † 42,8.

Super adolescentulis eius non lætabitur Dominus. Isa.9,17.

Non confunderis neque erubesces: Non enim te pudebit, quia confusionis adolescentiæ tuæ obliuisceris, & opprobrij viduitatis tuæ non recordaberis ampliùs. † 54,4.

Recordatus sum tui, miserans adolescentiam tuam, & charitatem desponsationis tuæ, quando secuta es me in deserto. Ierem.2,2.

Locutus sum ad te in abundantia tua & dixisti: Non audiam; hæc est via tua ab adolescentia tua, quia non audisti vocem meam. † 22,21.

Confusus sum & erubui, quoniam sustinui opprobrium adolescentiæ meæ. † 31,19.

Iugiter facientes malum in oculis meis ab adolescentia sua. † 32,30.

Adolescentibus impudicè abusi sunt: & pueri in ligno corruerunt. Thren.5,13.

Non es recordata dierum adolescentiæ tuæ, quando eras nuda & confusione plena. Ezechielis 16,22.

Recordabor ego pacti mei tecum in diebus adolescentiæ tuæ, & suscitabo tibi pactum sempiternum. 60.

Adolescentibus forma cũctis egregia. † 23,12.

Visitasti scelus adolescentiæ tuæ. 21.

Adolescens, tibi dico, surge. Luc.7,14.

Adolescentior filius peregrè profectus est in regionem longinquam. † 15,13.

Nemo adolescentiam tuam contemnat: sed exemplum esto fidelium in verbo. 1.Tim.4,12.

Adolescentiores autem viduas deuita. † 5,11.

Adolescentes, subditi estote senioribus. 1.Petri 5,5.

Scribo vobis adolescentes, quoniam vicistis malignum. 1.Ioan.2,13.

ADONAI.

Nomen meum Adonai non indicaui eis. Exod.6,3.

Adonai Domine, magnus es tu & præclarus in virtute tua, & quem superare nemo potest. Iudith 16,16.

ADONIAS.

Adonias autem filius Haggith eleuabatur dicens: Ego regnabo; fecitque sibi currus & equites, & quinquaginta viros, qui currerent ante eum. 3.Reg.1,5.

Adonias timens regem Salomonem, tenuit cornu altaris. 51.

Hodie occidetur Adonias. † 2,24.

ADONIBEZEC.

Adonibezec capitur, & cæsis summitatibus manuum eius ac pedum moritur in Ierusalem. Iudic.1,6,7.

ADONIS.

Mulieres sedebant plangentes Adonidem. Ezech.8,14.

ADOPTO.

Mardochæus sibi eam adoptauit in filiam. Esther 2,7.

Accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus: Abba (Pater.) Rom.8,5.

Qui sunt Israelitæ, quorum adoptio est filiorum & gloria. † 9,4.

Vt adoptionem filiorum reciperemus. Gal.4.5.

Qui prędestinauit nos in adoptionem filiorum. Ephes.1,5.

ADORO.

Adoratio Angelis & hominibus tributa. Genes.18,2.1.Reg.20,41. Dan.2,46. Act.10,25.

Adorauit populum terrę, filios videlicet Heth. Gen.23,7.

Adorauit [Iacob] pronus in terram septies, donec appropinquaret frater eius. † 33,3.

Adorassent eum fratres sui, & agnouisset eos, quasi ad alienos duriùs loquebatur. † 42,7.

Adorauerunt proni in terram. † 43,26,28. † 44,14.

Adorauit Israel Dominum, conuersus ad lectuli caput. † 47,31.

Adorauit [Ioseph] pronus in terram. † 48,12.

Adorabunt te filij patris tui. † 49,8.

Proni adorantes in terra, dixerunt: Serui tui sumus. † 50,18.

ro, & substantia & pecoribus. 1. Esd.1,4,6.

Et ideò non est qui adiuuet, cùm prosternamur ante oculos eorum in siti & perditione magna. Iudith 7,14.

Cuius adiutor es? nûquid imbecillis? Iob 26,2.

Adiutor meus esto, ne derelinquas me. Psalmo 26,9.

Ad adiuuandum me respice. † 39,14.

Adiutor in tribulationibus. † 45,2.

Ecce homo qui non posuit Deum adiutorem suum. † 51,9.

Deus adiuuat me. † 53,6.

Deus adiutor noster in æternum. † 61,9.

Deus in adiutorium meum intende. † 69,2.

Facti sunt in adiutorium filiis Lot. † 82,9.

Posui adiutorium in potente. † 88,20.

Facti sunt in adiutorium gladij eius. 44.

Deus meus in adiutorium spei meæ. † 93,22.

Non sit illi adiutor. † 108,12.

Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo. † 117,6.

Adiutorium nostrum in nomine Domini. † 123,8.

Adiutor & protector factus es mihi. Ecli.51,2.4.

In adiutorium inutilem inuocat. Sap.13,18.

Circumspexi, & non erat auxiliator; quæsiui, & non fuit qui adiuuaret. Isa.63,5.

Nemo est adiutor meus in omnibus his, nisi Michael princeps vester. Dan.10,21.

Sed in mente haberent adiutoria sibi facta de cælo, & nunc sperarent ab Omnipotente sibi affuturam victoriam. 2.Mach.15,8.

Deprecans eum & dicens: Transiens in Macedoniam, adiuua nos. Act.16,9.

Dei enim sumus adiutores. 1.Cor.3,9.

Hi soli sunt adiutores mei in regno Dei, qui mihi fuerunt solatio. Col.4,11.

Adiuuit terra mulierem, & aperuit terra os suum, & absorbuit flumen. Apoc.12,16.

ADMINISTRO.

Et quomodo administraretur bellum. 2.Regum 11,7.

Nónne omnes sunt administratorij spiritus? Heb.1,14.

ADMIROR.

Admirati sunt seniores ciuitatis, occurrentes ei [Samueli] dixeruntque: Pacificúsne est ingressus tuus? 1.Reg.16,4.

Admirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt. Psal.47,6.

Acutus inueniar in iudicio, & in conspectu potentium admirabilis ero, & facies principum mirabuntur me. Sap.8,11.

Et vocabitur nomẽ eius Admirabilis. Isa.9,6.

Admirationem faciam populo huic miraculo grandi & stupendo: peribit enim sapientia à sapientibus eius. † 29,14.

Cùm venerit glorificari in sanctis suis, & admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt. 2.Thes.1,10.

In quo admirantur, non concurrentibus vobis in eamdem luxurię confusionẽ, blasphemantes. 1.Pet.4,4.

ADMISCEO.

Nominatio verò Dei non sit assidua in ore tuo, & nominibus Sanctorum non admiscearis: quoniam non eris immunis ab eis. Ecclі.23,10.

Non profuit illis sermo auditus, non admistus fidei ex iis quæ audierunt. Heb.4,2.

ADMITTO.

Admitte ad te alienigenam, & subuertet te in turbine, & abalienabit te à tuis propriis. Ecli.11.36.

ADMONEO.

Admonitio parentum iuuat filios. Gen.18,19.

Admonet Iacob familiam, & pietatem suadet. † 35,2.

Iacobi admonitio ante mortem. † 49,1,2,32.

Angeli admonitio & reprehensio lacrymas ciet. Iudic.2,4,5.

Admonet Dauid moriturus Salomonem. 3.Reg.2,3,4.

Admonitiones contemnentes ducuntur in captiuitatem. 4.Reg.17.6,7,13,14.

Admonet Iosaphat Iudices officij. 2.Par.19,5,6,7.

Admonitio Ezechiæ. † 29,4,7,8,9.

Subditos admonet literis Ezechias & inuitat ad Phase. † 30,6.

Admonitiones spernũt impij, suo malo. † 33,10. † 36.15,16,17.

Admonet filium & nepotes parens. Audi fili mi verba oris mei, & ea in corde tuo, quasi fundamentum constitue. Tob.4,2. † 14,10.

Eos qui exerrat, partibus corripis: & de quibus peccant, admones & alloqueris: vt relicta malitia, credant in te Domine. Sap.12,2.

Admonet Propheta populum per annos viginti tres paruo fructu. Ier.25,3,4.

Admonitiones diuinæ neglectæ. † 44,1.4,5.

Admonet Ieremias transmigrantes in Babylonem, vt caueant à vitiis, & idola contemnat. Baruch 6,1,2.

Admonitionis impij necessitas; vltio in eam omittentem. Ezech.3,18.

Admonet filios moriens Mathathias. 1.Machab.2,49,50.

Admonitiones Ieremiæ. 2.Mach.2,2,3.

Admone illos Principibus & potestatibus subditos esse, dicto obedire. Tit.3,1.

ADOLEO.

Adolebit incensum super eo [altari] Aaron. Exod.30,7.

Adoleuit super eo incensum aromatum. † 40,25.

Ado-

Adoleuit [Achaz] incensum in Vallebenennom, & lustrauit filios suos in igne, iuxta ritum gentium. 2.Par.28,3.

ADOLESCENS.

De qua progenie es ô adolescẽs? 1.Reg.17,58.

Adolescentem bonæ indolis & industrium, constituerat eum præfectum. 3.Reg.11.28.

Abiit ergo adolescens puer Prophetæ in Ramoth Galaad. 4.Reg.9,4.

Consumere me vis peccatis adolescẽtiæ meæ. Iob 13,26.

Ossa eius implebuntur vitiis adolescentiæ eius, & cum eo in puluere dormient. † 20,11.

S. Iob optat esse sicut fuit in diebus adolescentiæ. † 29,4.

Reuertatur ad dies adolescentiæ suæ. † 33,25.

Ibi Beniamin adolescentulus in mentis excessu. Psal.67,28.

In quo corrigit adolescentior viam suam? in custodiendo sermones tuos. † 118,9.

Adolescentulus sum ego & contemptus. 141.

Prouerbium est: Adolescens iuxta viam suam, etiã cùm senuerit non recedet ab ea. Prou.22,6.

Viam viri in adolescentia [ignoro] † 30,19.

Cum adolescente secundo, qui consurget pro eo. Eccles.4,15.

Lætare ergo iuuenis in adolescẽtia tua.† 11,9.

Adolescens loquere in causa tua vix. si bis interrogatus fueris, habeat caput responsum tuum. Eccli.32,10.

Et de senioribus, qui iudicantur ab adolescentibus. † 42,8.

Super adolescentulis eius non lætabitur Dominus. Isa.9,17.

Non confunderis neque erubesces: Non enim te pudebit, quia confusionis adolescentiæ tuæ obliuisceris, & opprobrij viduitatis tuæ non recordaberis amplius. † 54,4.

Recordatus sum tui, miserans adolescentiam tuam, & charitatem desponsationis tuæ, quando secuta es me in deserto. Ierem.2,2.

Locutus sum ad te in abundantia tua. & dixisti: Non audiam; hæc est via tua ab adolescentia tua, quia non audisti vocem meam. † 22,21.

Confusus sum & erubui, quoniam sustinui opprobrium adolescentiæ meæ. † 31,19.

Iugiter facientes malum in oculis meis ab adolescentia sua. † 32,30.

Adolescentibus impudicè abusi sunt: & pueri in ligno corruerunt. Thren.5,13.

Non es recordata dierum adolescentiæ tuæ, quando eras nuda & confusione plena. Ezechielis 16,22.

Recordabor ego pacti mei tecum in diebus adolescentiæ tuæ, & suscitabo tibi pactum sempiternum. 60.

Adolescentibus forma cũctis egregia.† 23,12.

Visitasti scelus adolescentiæ tuæ. 21.

Adolescens, tibi dico, surge. Luc.7,14.

Adolescentior filius peregrè profectus est in regionem longinquam. † 15,13.

Nemo adolescentiam tuam contemnat: sed exemplum esto fidelium in verbo. 1.Tim.4,12.

Adolescentiores autem viduas deuita. † 5,11.

Adolescentes, subditi estote senioribus. 1.Petri 5,5.

Scribo vobis adolescentes, quoniam vicistis malignum. 1.Ioan.2,13.

ADONAI.

Nomen meum Adonai non indicaui eis. Exod.6,3.

Adonai Domine, magnus es tu & præclarus in virtute tua, & quem superare nemo potest. Iudith 16,16.

ADONIAS.

Adonias autem filius Haggith eleuabatur dicens: Ego regnabo; fecitque sibi currus & equites, & quinquaginta viros, qui currerent ante eum. 3.Reg.1,5.

Adonias timens regem Salomonem, tenuit cornu altaris. 51.

Hodie occidetur Adonias. † 2,24.

ADONIBEZEC.

Adonibezec capitur, & cæsis summitatibus manuum eius ac pedum moritur in Ierusalem. Iudic.1,6,7.

ADONIS.

Mulieres sedebant plangentes Adonidem. Ezech.8,14.

ADOPTO.

Mardochæus sibi eam adoptauit in filiam. Esther 2,7.

Accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus: Abba (Pater.) Rom.8,15.

Qui sunt Israelitæ, quorum adoptio est filiorum & gloria. † 9,4.

Vt adoptionem filiorum reciperemus. Gal.4,5.

Qui prędestinauit nos in adoptionem filiorum. Ephes.1,5.

ADORO.

Adoratio Angelis & hominibus tributa. Genes.18,2. 1.Reg.10,41. Dan.2,46. Act.10,25.

Adorauit populum terrę, filios videlicet Heth. Gen.23,7.

Adorauit [Iacob] pronus in terram septies, donec appropinquaret frater eius. † 33,3.

Adorassent eum fratres sui, & agnouisset eos, quasi ad alienos duriùs loquebatur. † 42,7.

Adorauerunt proni in terram. † 43,26,28. † 44,14.

Adorauit Israel Dominum, conuersus ad lectuli caput. † 47,31.

Adorauit [Ioseph] pronus in terram. † 48,12.

Adorabunt te filij patris tui. † 49,8.

Proni adorantes in terra, dixerunt: Serui tui sumus. † 50,18.

Filij Israel audita liberatione Deum proni adorant. Exod.4,31.
Incuruatusque populus adorauit. † 12,27.
Moyses occurrit Iethro; adorat, & osculatur eum. † 18,7.
Adorabis procul; solusque Moyses ascendet ad Dominum. † 24,2.
Festinusque Moyses curuatus est pronus in terram, & adorans ait: Si inueni gratiam. † 34,8.
Et errore deceptus adores & colas. Deut.4,19.
Adoraueris deos alienos & seruieris eis, prædico tibi hodie quòd pereas, & paruo tempore moreris in Terra. † 30,18.
Adorauit [Gedeon] & reuersus est ad castra Israel. Iudic.7,15.
Adorans super terram. Ruth 2,10.
Adorant & sacrificant Elcana & vxor eius Domino. 1.Reg.1,3,19.
Et cadens [Dauid] pronus in terram adorauit tertiò. 1.Reg.20,41. † 24,9.
Adorauit super terram. † 25,23,24.
Adorauit [Abigail] prona in terram, & ait: Ecce famula tua sit in ancillam. 41.
Inclinauit se [Saul] super faciem suam & adorauit. † 28,14.
Adorans [Miphiboseth] eum dixit: Quis ego sum seruus tuus, quoniam respexisti super canem mortuum similem mei? 2 Reg.9,8.
Adorauit [Dauid] & venit in domum suam. † 12,20.
Ioab Dauidem adorat. † 14,22.
Adorauit [Absalom] super faciem terræ coram eo, osculatusque est rex Absalom. 33.
Cumque ascenderet Dauid summitatē montis in quo adoraturus erat Dominum † 15,32.
Adorauit Chusi Ioab, & cucurrit. † 18, 21.
Et adorans regem coram eo pronus in terram, ait: Benedictus Dominus Deus tuus, qui conclusit homines, qui leuauerunt manus suas contra dominum meum regem. 28.
Adorauit regem prono vultu in terrā. † 24,21.
Inclinauit se Bethsabee, & adorauit regem. 3.Reg.1,16.
Adorasset eum pronus in terram, dixit Nathan. 24.
Adorauit rex in lectulo suo. 47.
Adorauitque eam, & sedit super thronum. † 2,19.
Seruiuit [Achab] Baal, & adorauit eum. † 16, 31. † 22,54.
Requieuit spiritus Eliæ super Elisæum, & venientes in occursum eius, adorauerunt eum proni in terram. 4.Reg.2,15.
Venit illa & corruit ad pedes eius, & adorauit super terram, tulitque filium suum, & egressa est. † 4,37.
Si adorauero in templo Remmon, adorante eo in eodem loco. † 5,18.
Sennacherib adorans in templo Nesroch Deum suum, occiditur à filiis. † 19,37.
Adorauit [Manasses] omnem militiam cæli. † 21,3.
Dauidem adorat Ornan pronus in terram. 1.Par.21,21.
Benedixit omnis Ecclesia Domino Deo patrum suorum, & inclinauerunt se, & adorauerunt Deum, deinde regem. † 29,20.
Cur adorasti deos, qui non liberauerunt populum suum de manu tua? 2.Par.25,15.
Cumque finita esset oblatio, incuruatus est rex & omnes qui erant cum eo, & adorauerunt. † 29,29,30.
Respondit omnis populus, Amen, amen, eleuans manus suas, & incuruati sunt, & adorauerunt Deum proni in terram. 2 Esd.8,6.
Pergebat [Tobias] in Ierusalem ad templum Domini, & ibi adorabat Dominum Deum Israel. Tob.1,6.
Vbi introieris in domum tuam, statim adora Dominum Deum tuum; & gratias agens ei, accede ad patrem tuum, & osculare eum. † 11,7.
Cumque adorassent Deum & gratias egissent, consederunt. 12.
Omnes fines terræ adorabunt te. † 13,13,14.
Adorauit [Iudith] eum, prosternens se super terram, & eleuauerunt eam serui Holofernis. Iudith 10,20.
Omnis populus post victoriam venit in Ierusalem, adorare Dominum. † 16,22.
Flectebant genua & adorabant Aman. Esther 3,2.
Scis quia non pro superbia & contumelia & aliqua gloriæ cupiditate fecerim hoc, vt non adorarem Aman superbissimum. † 13,12.
Sed timui ne honorem Dei mei transferrem ad hominem, & ne quempiam adorarem, excepto Deo meo. 14.
Adorabunt in conspectu eius vniuersæ familiæ gentium. Psal.21,28.
Omnis terra adoret te & psallat tibi. † 65, 4.
Adorabunt eum omnes reges terræ. † 71,11.
Adorabunt de ipso semper. 15.
Adorabunt coram te Domine, & glorificabunt nomen tuum. † 85,9.
Adorate Dominū in atrio sancto eius. † 95,9.
Confundantur omnes qui adorant sculptilia. † 96,7.
Adorate eum omnes Angeli eius. 8.
Adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est. † 98,5.
Adorauerunt sculptile. † 105,19.
Adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius. † 131,7.
Oportet præuenire solem ad benedictionem tuam, & ad ortum lucis te adorare. Sap 16,28.
Qui adorat Deum in oblectatione, suscipietur,

tur, & deprecatio illius vsque ad nubes propinquabit. Eccli.35,20.

Ceciderunt in faciem super terram adorare Dominum Deum suum. † 50,19.

Et te adorabunt, teque deprecabuntur. Isa.45,14.

Reges videbunt & consurgent Principes,& adorabunt propter Dominum & sanctum Israel, qui elegit te. † 49,7.

Vultu in terram demisso adorabunt te, & puluerem pedum tuorum lingent. 23.

Et adorabunt vestigia pedum tuorum, omnes qui detrahebant tibi. † 60,14.

Veniet omnis caro vt adoret coram facie mea. † 66,23.

Adorauerunt opus manuum suarum. Ieremiæ 1,16.

De quibus veniunt vt adorent in domo Domini. † 26,2.

Te oportet adorari, Domine. Baruch 6,5.

Adorabant ad ortum solis. Ezech.8,16.

Adorabit super limen portæ, & egredietur. † 46,2,3.

Nabuchodonosor cecidit in faciem suam, & Danielem adorauit,& hostias & incensum præcepit vt sacrificarent ei. Dan.2,46.

Cadentes adorate statuam auream. † 3,5,6.

Tradiderunt corpora sua ne seruirent & ne adorarent omnem Deum,excepto Deo suo. 95.

Tribus temporibus in die flectebat [Daniel] genua sua,& adorabat, confitebaturque coram Deo suo, sicut & antè facere cõsueuerat. † 6,10.

Rex quoque colebat eum [Bel]& ibat per singulos dies adorare eum: porrò Daniel adorabat Deum suum. † 14,3.

Dominum Deum meum adoro: quia ipse est Deus viuens; iste autem non est Deus viuens. 23.

Non adorabis vltrà opera manuum tuarum. Mich.5,12.

Qui adorant super tecta malitiam cæli. Sophon.1,5.

Adorabunt eum viri de loco suo,omnes insulæ gentium. † 2,11.

Ascendent ab anno in annum vt adorent regem, Dominum exercituum. Zach.14,16.

Et cecidit omnis populus in faciem,& adorauerunt,& benedixerunt in cælum eum, qui prosperauit eis. 1.Mach.4,55.

Vidimus enim stellam eius in Oriente, & venimus adorare eum. Matth.2,2,11.

Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. † 4,10.

Adorauerunt eum dicentes: Verè Filius Dei es. † 14,33.

Concidens se lapidibus: Videns autem Iesum à longè,cucurrit & adorauit eum. Mar.5,6.

Tu ergo si adoraueris coram me, erunt tua omnia. Luc.4,7.

Adorantes regressi sunt in Ierusalem cum gaudio magno. † 24,53.

Vos adoratis quod nescitis:nos adoramus quod scimus, quia salus ex Iudæis est. Ioan.4,22.

Et procidens adorauit eum. † 9,38.

Venerat adorare in Ierusalem. Act,8,27. † 24,11.

Adorabit Deum,pronuntians quòd verè Deus in vobis sit. 1.Cor.14,25.

Adorent eum omnes Angeli Dei. Heb.1,6.

Ecce faciam illos vt veniant & adorent ante pedes tuos, & scient quia ego dilexi te. Apocal.3,9.

Adorabant viuentem in sæcula sæculorum. † 4,10.

Et vigintiquatuor seniores ceciderunt in faciem suam, & adorauerunt viuentem in sæcula sæculorum. † 5,14.

Adorauerunt draconem, qui dedit potestatem bestiæ, & adorauerunt bestiam. † 13,4.

Adorauerunt eam omnes, qui inhabitant terram, quorum non sunt scripta nomina in Libro vitæ Agni, qui occisus est ab origine mundi. 8.

Et fecit terram & habitantes in ea adorare bestiam primam,cuius curata est plaga mortis. 12.

Faciat vt quicumque non adorauerint imaginem bestiæ,occidantur. 15.

Adorate eum, qui fecit cælũ & terram.† 14,7.

Si quis adorauerit bestiam & imaginem eius,& acceperit characterem in fronte sua, aut in manu sua. 9.

Adorauerunt Deum sedentem super thronum dicentes: Amen,alleluia. † 19,4.

Cecidi ante pedes eius vt adorarem eum, & dixit mihi: Vide ne feceris, conseruus tuus sum, & fratrum tuorum habentium testimonium Iesu, Deum adora. 10.

Qui non adorauerunt bestiam neque imaginem eius, nec acceperunt characterem eius in frontibus aut in manibus suis. † 20,4.

Cecidi vt adorarem ante pedes Angeli. † 22, 8,9.

ADSVM.

Repertum est non adesse Ionathan & armigerum eius. 1.Reg 14,17.

Adest Elias 3.Reg 18,8,11.

Ego ipse qui loquebar,ecce adsum. Isa.52,6.

ADVENA.

Aduena fui in terra aliena. Exod.2,22.

Aduena & mercenarius non comedent ex eo [Phase.] † 12,45.

Aduenam non contristabis. † 22,21.

Aduena vt tractandi. Leuit.19,33.

Dominabuntur Israelitis peccantibus. Deuter 28,43.

Non peruertes iudicium aduenæ & pupilli, nec auferes pignoris loco viduæ vestimentum. Deut.24,17.

Aduenas cum eis de Ephraim. 2.Par.15,9.

Aduena ego sum apud te, & peregrinus, sicut omnes patres mei. Psal.38,13.

Dominus custodit aduenas † 145,9.

Alij quidem ignotos non susceperunt aduenas. Sap.19,13.

Adiungetur aduena ad eos, & adhærebit domui Iacob. Isa.14,1.

Ecce accola veniet qui non erat mecum, aduena quondam tuus adiungetur tibi † 54,15.

Non dicat filius aduenæ qui adhæret Domino, dicens: Separatione diuidet me Dominus à populo suo. † 56,3.

Aduenarum priuilegia. 3.

Aduenæ & pupillo non feceritis calumniam, nec sanguinem innocentem effuderitis in loco hoc. Ierem.7,6.

Patrem & matrem contumeliis affecerunt in te, aduenam calumniati sunt in medio tui. Ezechiel. 22,7.

In tribu autem quacumque fuerit aduena, ibi dabitis possessionem illi. † 47,23.

ADVENTVS.

Quis poterit cogitare diem aduentus eius? & quis stabit ad videndum eum? Mal.3,2.

Aduentus Domini expectandus. Mat.24,42. Rom.13,12. Apoc.3,3.

Occiderunt eos qui prænuntiabant de aduentu Iusti, cuius vos nunc proditores & homicidæ fuistis. Act.7,52.

Confirmabit vos in finem sine crimine, in die aduentus Domini. 1.Cor.1,8.

Vt gratulatio vestra abundet in Christo Iesu in me, per meum aduentum iterum ad vos. Philip.1,26.

Qui residui sumus in aduentum Domini, non præueniemus eos qui dormierunt. 1.Thess.4,14.

Rogamus autem vos fratres per aduentum Domini nostri Iesu Christi, & nostræ congregationis in ipsum, vt non citò moueamini à vestro sensu. 2.Thess.2,2.

Quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui eum, cuius est aduentus secundũ operationẽ satanæ. 9.

Vt serues mandatum sine macula, irreprehensibile, vsque in aduentum Domini. 1.Tim.6,14.

Per aduentum ipsius & regnum eius, prædica verbum. 2.Tim.4,1.

Sobriè, & iustè, & piè viuamus in hoc sæculo, expectantes beatam spem & aduentum gloriæ magni Dei. Tit.2,13.

Patientes igitur estote fratres vsque ad aduentum Domini, Iac.5,7,8.

Vbi est promissio aut aduentus eius? ex quo enim patres dormierunt, omnia sic perseuerant. 2.Pet.3,4.

Habeamus fiduciam, & non confundamur ab eo in aduentu eius. 1.Ioan.2,28.

Immaculatos in exultatione, in aduentu Domini nostri. Iudæ v.24.

ADVERSOR.

Deposuisti aduersarios tuos. Exod.15,7.

Dominum formidabunt aduersarij eius. 1.Regum 2,10.

Ne fiat nobis aduersarius, cùm præliari cœperimus. † 29,4.

Et tu stares ex aduerso? 2.Reg.18,13.

Suscitauit autem Dominus aduersarium Salomoni, Adad Idumæum. 3.Reg.11,14,23.

Aduersa quid leniat. Tob 2,13.

Conuenerunt in vnum aduersus Dominum & aduersus Christum eius. Psal 2,2.

Aduersus fratrem tuum loquebaris. † 49,20.

Stemus simul, quis est aduersarius meus? accedat ad me. Isa.50,8.

Et econtrariò populus meus in aduersarium consurrexit. Mich.2,8.

Ostium enim mihi apertum est magnum & euidens, & aduersarij multi. 1.Cor.16,9.

Et omnibus hominibus aduersantur. 1.Thessal.2,15.

ADVESPERASCIT.

Aduesperascente die in noctis tenebris, & caligine. Prou.7,9.

Mane nobiscum, quoniam aduesperascit, & inclinata est iam dies. Luc 24,29.

ADVLOR.

Melius est à sapiente corripi, quàm stultorum adulatione decipi. Eccles.7,5.

Neque enim aliquando fuimus in sermone adulationis. 1.Thess.2,5.

ADVLTEROR.

Adulteræ maledictiones. Num.5,21,22.

Adulterium quomodo deprehendatur. 27.

Adulter & adultera occidantur. Deut.22,22.

Oculus adulteri obseruat caliginem, dicens: Non me videbit oculus, & operiet vultum suum. Iob 24,15,16.

Cum adulteris portionem tuam ponebas. Psal.49,18.

Qui autem adulter est, propter cordis inopiam perdet animam suam. Prou.6,32.

Qui autem tenet adulteram, stultus est & impius. † 18,22.

Talis est & via mulieris adulteræ. † 30,20.

Filij autem adulterorum in inconsummatione erunt. Sap.3,16.

Alius alium per inuidiam occidit, aut adulterans contristat. Sap.14,24.

Adulterij mala. Sic & mulier omnis relinquens virum suum, & statuens hereditatẽ ex alieno matrimonio: primò enim in lege Altissimi incredibilis fuit: secundò in virum suum deliquit: tertiò in adulterio fornicata est, & ex alio viro filios statuit sibi. Hæc in Ecclesiam adducetur, & in filios eius respicietur, non tradent filij eius radices.

dices, & rami eius non dabunt fructum, derelinquet in maledictum memoriam eius, & dedecus illius non delebitur. Eccli,23,32.

In adulterio fornicata est, & ex alio viro filios statuit sibi. 33.

Suscepisti adulterum, dilatasti cubile tuum, & pepigisti cum eis fœdus. Isa.57,8.

Furari, occidere, adulterari. Ierem.7,9.

Omnes adulteri sunt, cœtus præuaricatorum. † 9,2.

Et in prophetis Ierusalem vidi similitudinem adulterantium, & iter mendacij, & confortauerunt manus pessimorum. † 23,14.

Hi iudicabunt eas iudicio adulterarum, & iudicio effundentium sanguinem. Ezech.23,45.

Dilige mulierem dilectam amico & adulteram, sicut diligit Dominus filios Israel. Osee 3,1.

Maledictum, & mendaciũ, & homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt; & sanguis sanguinẽ tetigit: propter hoc lugebit terra. † 4,2.

Omnes adulterantes quasi clibanus succensus à coquente. † 7,4.

Accedam ad vos in iudicio, & ero testis velox maleficis & adulteris & periuris. Mal.3,5.

Hæc mulier modò deprehensa est in adulterio. Ioan.8,4.

Viuente viro vocabitur adultera si fuerit cum alio viro. Rom.7,3.

Non enim sumus sicut plurimi, adulterantes verbum Dei; sed ex sinceritate, sed sicut ex Deo, coram Deo, in Christo loquimur. 2.Cor.2,17.

In conuiuiis suis luxuriantes vobiscum, oculos habentes plenos adulterij & incessabilis delicti. 2.Pet.2,4.

ADVLTVS.

Nutriuit puerum [Moysen] adultumque tradidit filiæ Pharaonis: quem illa adoptauit in locum filij. Exod.2,9,10.

Ne fortè in adolescentia sua adulta efficiatur, & cum viro commorata odibilis fiat. Eccli 42,9.

ADVNO.

Consurgensque diluculo Ezechias rex, adunauit omnes principes ciuitatis, & ascẽdit in domum Domini: obtuleruntque simul tauros septem, & arietes septem, agnos septem, & hircos septem pro peccato. 2.Par.29,20.

Sedit ibi [Holofernes] per triginta dies, in quibus diebus adunari præcepit vniuersum exercitum virtutis suæ. Iudith 3,15.

Congregabo vos de populis & adunabo de terris, in quibus dispersi estis, daboque vobis humum Israel. Ezech.11,17.

ADVOCO.

Aduocauit cælum desursum. Psal.49,4.

Aduocatus à potentiore discede; ex hoc enim magis te aduocabit. Eccli.13,12.

Vobis enim est repromissio & filiis vestris, & omnibus qui longè sunt, quoscumque aduocauerit Dominus Deus noster. Act.2,39.

Sed & si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Iesum. 1.Ioan.2,1.

[illegible]ADVRO.

Pedem [illegible], adustionem pro adustione, vulnus pro [illegible] Exod.21,25.

Ductor tuus fuit in solitudine magna atque terribili, in qua erat serpens flatu adurens, & scorpio ac dipsas & nullæ omnino aquæ. Deut.8,15.

Et capillus capitis eorum non esset adustus. Dan.3,94.

ADYTVM.

Descriptionem, &c. cœnaculi & cubiculorum in adytis & domus propitiationis. 1.Par.28,11.

AEDIFICO.

Aedificaueruntque vrbes tabernaculorum Pharaoni. Exod.1,11.

Aedes Leuitarum, quæ in vrbibus sunt, semper possunt redimi. Leuit.25,32,33.

Qui ædiculam quoque in ea Deo separauit, & fecit ephod & theraphim, id est, vestem sacerdotalem & idola. Iudic.17,5.

Sicut Rachel & Liam, quæ ædificauerunt domum Israel. Ruth 4,11.

Numquid tu ædificabis mihi domum ad habitandum? 2.Reg.7,5.

Quare non ædificastis mihi donum cedrinũ? 7.

Ipse ædificabit domum nomini meo. 13.

Aedifica tibi domũ in Ierusalem. 3.Reg.2,36.

Aedificans ædificaui domum in habitaculum tuum, firmissimum solium tuum in sempiternum. † 8,13.

Tu non ædificabis mihi donum, sed filius tuus. 19.

Intermisit ædificare Rama. † 15,21.

Aedificauit de lapidibus altare in nomine Domini. † 18,32.

Aedificemus nobis ibi locum ad habitandum. 4.Reg.6,2.

Destruxerunt quoque ædem Baal, & fecerunt pro ea latrinas. † 10,27.

Aedificauit excelsa, quæ dissipauerat Ezechias pater eius. † 21,3.

Aedificauitque vrbem in circuitu. 1.Par.11,8.

Aedificet [Salomon] ædem, cuius impensas paraui. † 29,19.

Aedificet domũ Domini Dei Israel. 1.Esdræ 1,3

Aedificatur templum prosperè. † 6,14.

Aedificemus muros Ierusalem, & non simus vltrà opprobrium. 2.Esd.2,17.

Et iuxta eum ædificauerunt viri Iericho. † 3,2.

Aedificatores Ierusalem. † 3.

Aedificauit sicut tinea domũ suam. Iob 27,18.

Aedificentur muri Ierusalem. Psal.50,20.

Aedificabuntur ciuitates Iuda. † 68,36.

Aedificauit Dominus Sion. † 101,17.

Nisi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt qui ædificant eam. † 126,1.

Aedi-

Aedificans Ierusalem Dominus. † 146,2.

Sapiens mulier ædificat domum suam. Prouerb. 14,1.

Qui ædificat domum [illegible] alienis, quasi qui colligit lapide[illegible]ne. Eccli. 21,9.

Vnus ędificans & vnus destruens, quid prodest illis nisi labor. † 34,28.

Duplex ædificatio, & excelsi parietes templi. † 50,2.

Aedificabuntur in te deserta sæculorum. Isa. 58,12.

Væ qui ædificat domum suam in iniustitia, & cœnacula sua non in iudicio, amicum suum opprimet frustrà, & mercedem eius non reddet ei. Ierem. 22,13,14.

Aedificate domos, & habitate, & plantate hortos. † 29,4.

Rursumque ædificabo te, & ædificaberis virgo Israel. † 31,4.

Si quiescentes manseritis in terra hac, ædificabo vos, & non destruam. † 42,10.

Ecce quos ædificaui ego destruo: & quos plantaui ego euello, & vniuersam terram hanc; & tu quæris tibi grandia? † 45,4,5.

Qui ædificat in cælo ascensionem suam, & fasciculum suum super terrã fundauit. Amos 9,6.

Qui ædificatis Sion in sanguinibus, & Ierusalem in iniquitate. Mich. 3,10.

Dies, vt ædificentur maceriæ tuæ, in die illa longè fiet lex. † 7,11.

Væ qui ædificat ciuitatem in sanguinibus, & præparat vrbem in iniquitate. Habac. 2,12.

Ascendite in montem, portate ligna & ædificate domum, & acceptibilis mihi erit. Agg 1,8.

Vt ædificetur ei domus in terra Sennaar. Zach. 5,11.

Et subter eum orietur & ædificabit templum Domino. † 6,12.

Et qui procul sunt, venient & ædificabunt in templo Domini. 15.

Isti ædificabunt & ego destruam, & vocabuntur termini impietatis. Mal. 1,4.

Aedificauerunt in tempore illo montem Sion. 1. Mach. 4,60.

Aedificauit Simon super sepulchrum patris sui & fratrum suorum ædificium altum visu, lapide polito retrò & antè. † 13,27.

Aedificauit Simon præsidia Iudææ. 33.

Accesserunt discipuli eius vt ostenderent ei ædificationes templi. Matth. 24,2.

Væ vobis, qui ædificatis monumenta prophetarum; patres autem vestri occiderunt illos. Luc. 11,47.

Hic homo cœpit ædificare, & non potuit consummare. † 14,30.

Demetrius enim quidam nomine, argentarius, faciens ædes argenteas Dianæ. Actor. 19,24.

Potens est ædificare & dare in hereditatem in sanctificatis omnibus. † 20,32.

Quæ pacis sunt sectemur, & quæ ædificationis sunt in inuicem custodiamus. Rom 14,19.

Si amplius aliquid gloriatus fuero de potestate, quam dedit nobis Dominus in ædificationem, & non in destructionem. 2 Cor. 10,8.

Omnia autem charissimi propter ædificationem vestram. † 12,19.

Si enim quæ destruxi, iterùm hæc ædifico; præuaricatorem me constituo. Gal. 2,18.

In quo omnis ædificatio constructa, crescit in templum sanctum in Domino. Eph. 2,21.

Augmentum corporis facit in ædificationem sui in charitate. † 4,16.

Consolamini inuicem, & ędificate alterutrum, sicut & facitis. 1. Thes. 5,11.

AEGROTO.

Aegrotantem patrem visitat Ioseph. Gen. 48,1.

Misit autem Saul apparitores, qui raperent Dauid: & responsum est quòd ægrotaret. 1. Regum 19,14.

Afferte eum ad me in lecto, vt occidatur. 15.

Dereliquit autem me Dominus meus, quia ægrotare cœpi nudiustertius. † 30,13.

Aegrotat Amnon præ amore sororis. 2. Regum 13,2.

Aegrotauit Abia filius Ieroboam. 3. Reg. 14,1.

Aegrotauit filius mulieris matrisfamilias. † 17,17.

Aegrotauit [Ochozias] misitque nuntios, dicens ad eos: Ite, consulite Beelzebub Deum Accaron, vtrùm viuere queam de infirmitate mea hac. 4. Reg. 1,2.

Benadad rex Syriæ ægrotabat. † 8,7.

Descendit inuisere Ioram filium Achab in Iezrahel, quia ægrotabat ibi. 29.

Elisæus autem ægrotabat infirmitate, qua & mortuus est: descenditque ad eum Ioas rex Israel & flebat coram eo, dicebatque: Pater mi, pater mi, currus Israel & auriga eius. † 13,14.

Aegrotauit Ezechias vsq; ad mortem. † 20,1.

Aegrotauit etiam Asa, &c. dolore pedum vehementissimo, & nec in infirmitate sua quæsiuit Dominum, sed magis in medicorum arte confisus est. 2. Par. 16,12.

Aegrotabis pessimo languore vteri tui, donec egrediantur vitalia tua paulatim per singulos dies. † 21,15,18.

Dixitque mihi rex: Quare vultus tuus tristis est, cùm te ægrotum non videam. 2. Esd. 2,2.

Mortibus ægrotationum morientur: non plangentur, & non sepelientur. Ierem. 16,4.

Langui & ægrotaui per dies, cumque surrexissem, faciebam opera regis, & stupebam ad visionem, & non erat qui interpretaretur. Dan. 8,27.

AEGYPTVS.

Ne descendas in Aegyptum, sed quiesce in terra

terra quam dixero tibi. Gen.26,2.

Aegyptium occidit Moyses, operit sabulo. Exodi.2,12.

Aegyptius non abominandus. quia aduena fuisti in terra eius. Deut.23,7.

Aegyptū expugnat rex Babylonis. 4.Reg.4,7. Ierem.46,2.

Eduxi te de terra Aegypti. Psal.80,11.

In exitu Israel de Aegypto. † 113,1.

Qui percussit Aegyptum cum primogenitis eorum. † 135,10.

Concurrere faciam Aegyptios aduersus Aegyptios. Isa.19,2.

Erit Aegyptus quasi mulieres, & stupebunt & timebunt à facie commotionis manus Domini. 16.

Aegyptus enim frustrà & vanè auxiliabitur. † 30,7.

Væ qui descendunt in Aegyptum ad auxilium, in equis sperantes, & habentes fiduciam super quadrigis, quia multæ sunt; & super equitibus, quia præualidi nimis, & non sunt confisi super sanctum Israel, & Dominum non requisierunt. † 31,1

Aegyptus homo & non Deus. 3.

Et non dixerunt: Vbi est Dominus, qui ascendere nos fecit de terra Aegypti. Ier.2,6.

Et nunc quid tibi vis in via Aegypti, vt bibas aquam turbidam? 18.

Nolite intrare Aegyptum: scientes scietis quia obtestatus sum vos hodie, quia decepistis animas vestras. † 42,19.

Aegyptus fluminis instar ascendit, & veluti flumina mouebuntur fluctus eius. † 46,8.

Vitula elegans atque formosa Aegyptus: stimulator ab Aquilone veniet ei. 20.

Dispergam Aegyptum in nationes, & ventilabo eos in terras. Ezech.30,26.

Aegyptum innocabant, ad Assyrios abierunt. Osee 7,11.

Ex Aegypto vocaui Filium meum. † 11,1. Matth.2,15.

Non reuertetur in terram Aegypti, & Assur ipse rex eius. 5.

Aegyptus in desolationem erit, & Idumæa in desertum perditionis. Ioel.3,19.

Ego sum qui ascendere vos feci de terra Aegypti, & duxi vos in deserto quadraginta annis. Amos 2,10.

Nónne tu es Aegyptius, qui ante hos dies tumultum concitasti? Act.21,38.

AELAM.

Confringam arcum Aelam, & summam fortitudinem eorum. Ierem.49,35.

Ibi Aelam & omnis multitudo eius per gyrum sepulchri sui. Ezech.32,24.

AEMVLOR.

Quid æmularis pro me? Num.11,29.

Dominus Deus tuus, ignis consumens est, Deus æmulator. Deut.4,24.

Deus æmulator, reddens iniquitatem patrum super filios. † 5,9.

Deus æmulator, Dominus Deus tuus in medio tui. † 6,14,15.

Deus enim sanctus & fortis æmulator est, nec ignoscet sceleribus vestris atque peccatis. Ios.24,19.

Affligebat quoq; eam æmula eius. 1 Reg.1,6.

Et videbis æmulum tuum in templo in vniuersis prosperis Israel. † 2,32.

Noli æmulari in malignantibus: neque zelaueris facientes iniquitatem. Psal.36,1,7.

Ad æmulationem eum provocauerunt. † 77,58.

Quia fortis est vt mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio. Cant.8,6.

Ephraim non æmulabitur Iudam, & Iudas non pugnabit contra Ephraim. Isa.11,13.

Deus æmulator & vlciscens Dominus. Nahum 1,12.

Nunc ergo, ô filij, æmulatores estote legis, & date animas vestras pro testimento patrum vestrorum. 1.Mach.2,50.

Patriarchæ æmulantes vendiderunt Ioseph in Aegyptum. Act.7,9.

Aemulator Legis, sicut & vos omnes estis hodie. † 22,3.

Aemulationem Dei habent, sed non secundùm scientiam. Rom.10,2.

Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem. 19.

Si quo modo ad æmulandum prouocem carnem meam. † 11,14.

Aemulanimi autem charismata meliora. 1.Cor.12,31.

Vestra æmulatio prouocauit plurimos. 2.Corinth.9,2.

Aemulor enim vos Dei æmulatione. † 11,2.

Aemulantur vos non benè, sed excludere vos volunt vt illos æmulemini. Gal.4,17,18.

AENEAS.

Aenea, sanet te Dominus Iesus. Act.9,34.

AENEVS.

Nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea ænea est. Iob 6,12.

AENIGMA.

Palàm & non per ænigmata & figuras Dominum videt [Moyses] Num.12,8.

Venit tentare eū in ęnigmatibus. 3.Reg.10,1.

Aenigmata percipite auribus vestris. Iob 13,17

Verba sapientum ænigmata eorum. Prou.1,6.

Replesti in comparationibus ænigmata. Eccli.47,17.

Propone ænigma, & narra parabolam ad domum Israel. Ezech.17,2.

Numquid non omnes isti super eum parabolam

sument & loquelam ænigmatum eius. Habacuc 2,6.

AEQVVM.

Proponat æquitatem contra me. Iob 23,7.

Deum homini non æquabo. † 32,21.

Quis in nubibus æquabitur Domino? Psalmo 88,7.

Aequaliter cura est illi de omnibus. Sap.6,8.

AER.

Pestilentia aut corruptus aër. 3.Reg.8,37.

Aër cogetur in nubes, & ventus transiens fugabit eas. Iob 37,21.

Et spiritus diffundetur tamquam mollis aër. Sap.2,3.

AERVGO.

Dedit ærugini fructus eorum, & labores eorum locustæ. Psal.77,46.

Aurum & argentum vestrum æruginauit, & ærugo eorum in testimonium vobis erit, & manducabit carnes vestras sicut ignis. Iac.5,3.

AES.

Pecuniam congregauit [Ioseph] pro venditione frumenti, & intulit eam in ærarium regis. Gen.47,14.

Aeris quoq; oblata sunt taléta septuaginta duo millia & quadringenti supra sicli. Exod.38,29.

Operies illud [altare] ære. Exod.27,2.

Auro & argento, &c. Quæ in ærarium Domini consecrarunt. Ios.6,24.

Oppressi, afflicti, grauati ære alieno confugiunt ad Dauid. 1.Reg 22,2.

Et de Beroth, ciuitatibus Adarezer tulit rex Dauid æs multum nimis. 2.Reg.8,8.

Non erat pondus æris omnium vasorum. 4.Reg.25,16.

Aeris plurimum, de quo fecit Salomon mare æneum, & columnas & vasa ænea. 1. Par.18,8.

Aeris pondus innumerabile. † 22,3.

Et vasa æris fulgentis optimi duo, pulchra vt aurum. 1.Esd.8,27.

Aes alienum concedamus, quod debetur nobis. 2.Esd.5,10.

Ferrum de terra tollitur: & lapis solutus calore in æs vertitur. Iob 28,2.

Pro ære afferam aurum, & pro ferro afferam argentum. Isa.60,17.

Omnes isti principes declinantes, ambulantes fraudulenter, æs & ferrum, vniuersi consumpti sunt. Ier.6,28.

Effusum est æs tuum, & reuelata est ignominia tua. Ezech.16,36.

Versa est mihi domus Israel in scoriam, omnes isti æs & stannum, & ferrum, & plumbum in medio fornacis. † 22,18.

AESTAS.

Aestatem & ver, tu plasmasti ea. Psalmo 73,17.

Aestate perpetua erunt super eum volucres, & omnes bestiæ terræ super illum hiemabunt. Isa.18,6.

Transiit messis, finita est æstas, & nos saluati non sumus. Ierem.8,20.

Arbores, cùm producunt iam ex se fructum, scitis quoniam propè est æstas. Luc.21,30.

AESTIMO.

Dum aures principum simplices & ex natura sua alios æstimantes callida fraude decipiunt. Esther 16,6.

Aestimatus sum cum descendentibus in lacum. Psal.87,5.

Vitam illorum æstimabamus insaniam. Sapient.5,4. † 8,3.

Difficilè æstimamus quæ in terra sunt: & quæ in prospectu sunt, inuenimus cum labore: quæ autem in cælis sunt quis inuestigabit? † 9,16. † 13,9. † 15,12.

Hic est Deus noster, & non æstimabitur alius aduersus eum. Baruch 3,36.

Genus ergo cùm simus Dei, non debemus æstimare auro, aut argento, aut lapidi, sculpturæ artis, & cogitationi hominis diuinum esse simile. Act 17,29.

Non qui filij carnis, hi filij Dei: sed qui filij sunt promissionis, æstimãtur in semine. Rom.9,8.

Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. 1.Cor.4,1.

AESTVS.

Aestu vrebar & gelu. Gen.31,40.

Instabat enim [Manasses] super alligantes manipulos in campo, & venit æstus super caput eius, & mortuus est. Iudith 8,3.

Et datum est illi æstu affligere homines & igni, & æstuauerunt homines æstu magno, & blasphemauerunt nomen Dei. Apoc.16,9.

AETAS.

Aetas Adæ 130 anni, cùm genuit filium. moritur annorum 930. Gen.5,3.5.

Vixit Mathusale 369. annis. 27.

Aetas Noë tempore diluuij. † 7,6.

Impleti sunt omnes dies eius [Noë] nongẽtorũ quinquaginta annorũ: & mortuus est. † 9,29.

Aetas Abrahæ 175 *anni.* Et deficiens mortuus est in senectute bona prouectæque ætatis, & plenus dierum, congregatusque est ad populum suum. † 25,8.

Aetas Isaac 180. anni. † 35,28.

Aetas Iacob 147. anni, vixit in Aegypto 17. annis. † 47,28.

Aetas Ioseph centum & decem anni. † 50,22.

Mortuus est [Aaron] anno quadragesimo egressionis filiorum Israel ex Aegypto, mense quinto, prima die mensis, cùm esset annorum centum viginti trium. Num.33,38.39.

Aetas Moysis. Centum viginti annorum sum hodie, non possum vltrà egredi & ingredi. Deut.31,1,3. † 34,7.

Aetas

Aetas Iosue 110. anni. Iof.24,29.

Aetas Heli nonaginta octo anni. 1.Reg.4,15.

Aetatis anno 30 regnat Dauid. 2.Reg.5,4.

Aetas Tobiæ, centum duo anni. Tob.14,2.

Aetas Iudith anni centũ quinque. Iudith 16,28

Sperabam enim quòd ætas prolixior loqueretur. Iob 32,7.

Aetas S. Iob. Post flagella vixit centum quadraginta annis. † 42,16.

Lucerna splendens super candelabrum sanctum, & species faciei super ætatem stabilem. Eccli.26,22.

Ipsum interrogate, ætatem habet, ipse de se loquatur. Ioan.9,21.

In mensuram ætatis plenitudinis Christi. Ephes.4,13.

AETERNVM.

Omnem terram Chanaan in possessionem æternam. Gen.17,8.

Legitimum tibi & filiis tuis vsque in æternum. Exod.12,24.

Dominus regnabit in æternũ & vltra. † 15,18.

Numquid in æternum proiiciet Deus, aut non apponet vt complacitior sit adhuc, aut in finem misericordiam suam abscindet à generatione in generationem? Psal.76,8,9.

Vsque in æternum præparabo semen tuum. † 88,5.

In æternum permanes. † 101,13.

Misericordia autem Domini ab æterno & vsque in æternum. † 102,17.

Quoniam in æternum misericordia eius. † 135,1.

Ab æterno ordinata sum, & ex antiquis. Prouerb.8,23.

Quoniam ibit homo in domum æternitatis suæ, & circuibunt in platea plangentes. Eccles.12,5.

Hæc dicit excelsus & sublimis, habitans æternitatem. Isa.57,15.

Et qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Dan.12,3.

Nos autem ambulabimus in nomine Domini Dei nostri in æternum & vltrà. Mich.4,5.

Et egressus eius ab initio, à diebus æternitatis. † 5,2.

Incuruati sunt colles mundi ab itineribus æternitatis eius. Habac.3,6.

AETHER.

Suspice cælum, & intuere & contemplare æthera, quòd altior te sit. Iob 35,5.

Quando æthera firmabat sursum, & librabat fontes aquarum. Prou.8,28.

AETHIOPIA.

Aethiopia præueniet manus eius Deo. Psalmo 67,32.

Si mutare potest Aethiops pellem suam, aut pardus varietates suas, & vos poteritis benè facere, cùm didiceritis malum. Ierem.13,23.

Aethiopia fortitudo eius & Aegyptus. Nah.3,9

Sed & vos Aethiopes interfecti gladio meo eritis. Soph.2,12.

AEVVM.

Sapientiam, & non desinam in progenies illorum vsque in æuum sanctum. Eccli.24,46.

AFFABILIS.

Congregationi pauperum affabilem te facito, & presbytero humilia animam tuam. Eccli.4,7.

AFFECTVS.

Affectus iungatur operi æterno. Deut.5,19. Iof.22,5. 1.Reg.12,20. Eccli.7,31. Matth.15,8.

Transierunt in affectum cordis. Psal.72,7.

Aut affectui aut regibus deseruientes homines, incommunicabile nomen lapidibus & lignis imposuerunt. Sap.14,21.

AFFERO.

Afferte eum [Dauid] ad me in lecto, vt occidatur. 1.Reg.19,15.

Affer mihi sagittas. † 20,21,22.

Afferte Domino filij Dei, afferte Domino filios arietum. Psal 28,1.

Afferte Domino patriæ gentium. † 95,7.

AFFIGO.

Si affiget homo Deum suum, quia vos configitis me? Mal.3,8.

AFFINITAS.

Affinitas. Leuit.18,6.

Affinitate coniunctus est [Salomon] Pharaoni. 3.Reg.3,1.

Affinitas cum impiis noxia. 4.Reg.8,18,27.

Et in domo affinitatum suarum multiplicati sunt vehementer. 1.Par.4,38.

Affinitate coniunctus est [Iosaphat] Achab. 2.Par.18,1.

AFFLIGO.

Vocabis nomen eius Ismahel: eò quòd audierit Dominus afflictionem tuam. Gen.16,11.

Aegyptij Israelitas affligunt: eis illudunt. Exod.1,13.

Afflictis compatitur Moyses. † 2,11.

Afflictis compatitur Deus. † 3,7.

Vidi afflictionem populi mei in Aegypto, & clamorem eius audiui. 8.

Cur afflixisti populum istum? quare misisti me? † 5,22.

Affligetis animas vestras, nullumque opus facietis. Leuit.16,29.

Et affligetis animas vestras; omne opus seruile non facietis in ea. Num.29,7.

Septem diebus comedes absque fermento, afflictionis panem. Deut.16,3.

Afflictis quò recurrendum. Iof.7,6,7.

Afflictusque est Israel nimis. Iudic.10,9.

Cur ergo vocatis me Noëmi, quam Dominus humiliauit & afflixit omnipotẽs? Ruth 1,21.

Affligebat quoque eã æmula eius. 1.Reg.1,6,7

Si respiciens videris afflictionem famulæ tuæ. 1 1.

Afflictio multa bona causat. 10,12.

Affligit Arca eos qui ceperant eam. † 5,6.

Afflictus enim erat populus. † 13,6

Nec addent filij iniquitatis vt affligant eum. 2.Reg.7,10.

Neque affligas cor tuum pro hac re. † 13,20.

Dauid afflictus ascendit montem, adoraturus Dominum. † 15,32.

Si fortè respiciat Dominus afflictionem meam, & reddat mihi Dominus bonum pro maledictione hac hodierna. † 16,12.

Nunc magis afflicturus est nos Seba filius Bochri quàm Absalom. 2.Reg.20,6.

Et affligam domum Dauid super hoc, verumtamen non cunctis diebus. 3.Reg.11,39.

Domine Deus meus, etiam ne viduam apud quam ego vtcumque sustentor, afflixisti? † 17,20.

Hazael rex Syriæ afflixit Israel cunctis diebus Ioachaz. 4.Reg.13,22.

Vidit enim Dominus afflictionem Israel amarum nimis, & quòd consumpti essent vsque ad clausos carcere & extremos, & non esset qui auxiliaretur Israeli. † 14,26.

Proiecitque Dominus omne semen Israel & afflixit eos. † 17,20.

Affligens alium affligitur. 2.Par.16,10,12.

Afflixit eum, & nullo resistente vastauit. † 28,20.

Prædicaui ibi ieiunium iuxta fluuium Ahaua, vt affligeremur coram Domino Deo nostro, & peteremus ab eo viam rectam. 1.Esd.8,21

Qui remanserunt & relicti sunt de captiuitate ibi in prouincia, in afflictione magna sunt & in opprobrio, & murus Ierusalem dissipatus est, & portæ eius combustæ sunt igni. 2.Esd.1,3.

Contristati sunt afflictione magna. † 2,10.

Vidisti afflictionem patrum nostrorum in Aegypto, clamoremque eorum. † 9,9.

Afflictionis effectus. Tob.3,10.

Afflictorum oratio. Iudith 6,15. † 7,19,20.

Commouisti me aduersus eum, vt affligerem eum frustrà. Iob 2,3.

Vsquequò affligitis animam meam & atteritis me sermonibus. † 19,2.

Afflixit me, & frenum posuit in os meum. † 30,11,

Præuenerunt me in die afflictionis meæ. Psal.17,19.

Afflictus sum & humiliatus sum nimis. † 37.9.

Afflixisti populos, & expulisti eos. † 43,3.

Vniuersa vanitas & afflictio spiritus. Eccle.1 14.

Vidi afflictionem, quam dedit Deus filiis hominum. † 3,10.

Aestimata est afflictio exitus illorum. Sapientiæ 3,2.

Tristitiam non des animæ tuæ, & non affligas temetipsum in consilio tuo. Eccli.30,22.

Ecce Dominus dissipabit terram, & nudabit eam, & affliget faciem eius, & disperget habitatores eius. Isa.24,1.

Numquid tale est ieiunium quod elegi, per diem affligere hominem animam suam? † 58,5.

Ipsi autem ad iracundiam prouocauerunt & afflixerunt spiritum sancti eius: & conuersus est eis in inimicum, & ipse debellauit eos. † 63,10.

Numquid super his continebis te Domine, tacebis & affliges nos vehementer? † 64,12.

Verterunt ad me tergum, & non faciem, & in tempore afflictionis suæ dicent: Surge & libera nos. Ier 2,28.

Dicit Dominus: Si non reliquiæ tuæ in bonum, si non occurri tibi in tempore afflictionis, & in tempore tribulationis aduersus inimicū. † 15,11.

Ecce ego inducam afflictionem super locum istum, ita vt omnis qui audierit illam, tinniant aures eius. † 19,3.

Et dabo eos in vexationem, afflictionemque omnibus regnis terræ. † 24,9.

Ecce ego in ciuitate, in qua inuocatum est nomen meum: ego incipiam affligere, & vos quasi innocentes & immunes eritis? † 25,29.

Afflictio egredietur de gente in gentem, & turbo magnus egredietur à summitatibus terræ. 32.

Ego enim scio cogitationes, quas ego cogito super vos, ait Dominus, cogitationes pacis & non afflictionis. † 29,11.

Et dices: Sic submergetur Babylon, & non consurget à facie afflictionis. † 51,64.

Vide Domine afflictionem meam, quoniam erectus est inimicus. Thren.1,9.

Afflictio vna, afflictio ecce venit. Ezech.7,5.

Ex die primo, quo posuisti cor tuum ad intelligendum, vt te affligeres in conspectu Dei tui, exaudita sunt verba tua, & ego veni propter sermones tuos. Dan 10 12.

Et afflictus est Ionas afflictione magna, & iratus est, & orauit ad Dominum. Ionæ 4,1.

Afflixi te & non affligam te vltrà. Nahum 1,12.

Sicut cogitaui vt affligerem vos, cùm ad iracundiam prouocassent patres vestri me, dicit Dominus, & non sum misertus. Zach.8,14.

Affl ge opprimentes nos & contumeliam facientes in superbia. 2.Mach.1,28.

Reliquit autem & præpositos ad affligendam gentem. † 5,22.

Præceptor, turbæ te comprimunt, & affligunt, & dicis: Quis me tetigit? Luc.8,45.

Afflixit patres nostros, vt exponerent infantes suos,

suos, ne viuificarentur. Actor.7,19.

Misit Herodes rex manus, vt affligeret quosdam de Ecclesia. Act.12,1.

Magis eligens [Moyses] affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere iucunditatem. Heb.11,25.

AFFLVO.

Reuertetur Iacob, & quiescet, & cunctis affluet bonis, & non erit quem formidet: quoniam tecum ego sum. Ierem.30,10.

Adhuc affluent ciuitates meæ bonis, & consolabitur adhuc Dominus Sion, & eliget adhuc Ierusalem. Zach.1,17.

Si quis autem vestrûm indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat. Iac.1,5.

Coinquinationes & maculæ deliciis affluentes. 2.Pet.2,13.

AGABVS.

Agabus significabat per spiritum famem magnam futuram in vniuerso orbe terrarum, quæ facta est sub Claudio. Act.11,28. † 21,10.

AGAG.

Tolletur propter Agag rex eius, & auferetur regnum illius. Num.24.7.

Apprehendit [Saul] Agag regem Amalec viuum: omne autem vulgus interfecit in ore gladij. 1.Reg.15,8.

Occiditur Agag. 33.

AGAR.

Agar cum filio eijcitur. Gen.21,12,14.

AGER, AGRICOLA.

Cœpitque Noë vir agricola, exercere terram, & plantauit vineam. Gen.9,20.

Esau vir gnarus venandi & homo agricola. † 25,27.

Si læserit quispiam agrum vel vineam, & dimiserit iumentum suum vt depascatur aliena. Exod.22,5,6.

Agrum tuum non seres diuerso semine. Leuit.19,19.

Cumq; exissent ambo in agrum. 1.Reg 20,11

Neque sint agri primitiarum. 2.Reg.1.21.

Ager robustorum in Gabaon. † 2,16.

Omnem agrum egregium operietis lapidibus. 4.Reg.3,19.

Ciuitates destruxerunt: & omnem agrum optimum, mittentes singuli lapides, repleuerunt. 25.

Proijce eum in agro Naboth. † 9,25.

Erat quippe [Ozias] homo agriculturæ deditus. 2 Par.26,10.

Agrum non suum demetunt. Iob 24,6.

Si fructus eius comedi absque pecunia, & animam agricolarum eius afflixi. † 31,39

Ne attingas paruulorum terminos, & agrum pupillorum ne introëas. Prou.23,10.

Diligenter exerce agrum tuum. † 24,27,30.

Considerauit agrum & emit eum. † 31.16.

Agrestia enim in aquatica conuertebantur. Sap.19.18.

Posside agrum meum qui est in Anathoth. Ierem.32,8.

Agri ementur pecunia, & scribentur in libro, & imprimetur signum, & testis adhibebitur: in terra Beniamin & in circuitu Ierusalem. 44.

Non sum propheta, homo agricola ego sum: quoniam Adam exemplum meum ab adolescentia mea. Zach.13,5.

Iudæi autem agriculturæ operam dabant. 2.Mach.12,1.

Ager autem est mundus. Math.13,38.

Et qui in agro, non reuertatur tollere tunicam suam. † 24,18.

Emerunt ex illis agrum figuli in sepulturam peregrinorum. † 27,8.

Et qui in agro, similiter non redeat retrò. Luc.17,31.

Ita vt appellaretur ager ille lingua eorum Haceldama, hoc est, ager sanguinis. Act.1,19.

Dei enim sumus adiutores; Dei agricultura estis, Dei ædificatio estis. 1.Cor.3,9.

Laborantem agricolam oportet primùm de fructibus percipere. 2.Timoth.2,6.

Agricola expectat pretiosum fructum terræ, patienter ferens donec accipiat temporaneum & serotinum. Iac.5,7.

AGGAEVS.

Alleluia, Aggæi & Zachariæ. Tit Psal.145.

AGGER.

Circumdabo quasi sphæram in circuitu tuo, & iaciam contra te aggerem. Isa 29.3.

AGGLVTINO.

Sicut enim adhæret lumbare ad lumbos viri, sic agglutinaui mihi omnem domum Israel, & omnem domum Iuda, dicit Dominus. Ier.13,1.

AGGRAVO.

Aggrauata est autem manus Domini super Azotios, & demolitus est eos, & percussit in secretiori parte natium Azotum & fines eius. 1.Regum 5,6.

Quare aggrauatis corda vestra, sicut aggrauauit Aegyptus & Pharao cor suum. † 6,6.

AGGREDIOR.

Aggrediar eum coram te. 2.Reg.18,14.

AGITO.

Solo tremore & metu agitati fugæ præsidium sumunt. Iudith 15,1.

Stimulo boues agitat. Eccli 38,26.

Agitatione agitabitur terra. Isa.24.20.

Iussit [Antiochus] agitari currum suum, sine intermissione agens iter, cælesti eum iudicio perurgente. 2.Mach.9.4.

AGMEN.

Ego exprobraui agminibus Israel hodie. 1.Regum 17,10.



Congregauerunt Philisthijm agmina sua, vt præpararentur ad bellum contra Israel. † 28,1.

Vno agmine persequentes, debilitabant omnes, quos inuenire potuissent. Iudith 15,4.

AGNOSCO.

Præcepit vt egrederentur cūcti foras, & nullus interesset alienus agnitioni mutuæ. Gen.45,1.

Agnoscit peccatum Pharao. Exod.9,27.

Agnosco enim seruus tuus peccatum meum, & idcirco hodie primus veni de omni domo Ioseph. 2.Reg.19,20.

Agnitio peccati. 3.Reg.8,48.

Domino enim Deo antequam crearentur, omnia sunt agnita: sic & post perfectum respicit omnia. Eccli.23,29.

AGNVS.

Septem agnas accipies de manu mea, vt sint mihi in testimonium quoniam ego fodi puteum istum. Gen.21,30.

Agni comestio. Exod.12,3.

Agnos anniculos duos per singulos dies. † 29,38.

Si agnum obtulerit coram Domino, ponet manum suam super caput victimæ. Leuit.3,7.

Offerat de gregibus agnam, siue capram; orabitque pro ea sacerdos & pro peccato eius. † 5,6.

Agnum anniculum in holocaustum & pullum columbæ. † 12,6.

Offerre debetis agnos anniculos immaculatos duos in holocaustum sempiternum: vnum offeretis manè, & alterum ad vesperam. Numer.28,3,4.

Tulit autem Samuel agnum lactentem, & obtulit illum holocaustum integrum Domino. 1.Reg.7,9.

Recensuit eos quasi agnos, ducenta millia peditum, & decem millia virorum Iuda. † 15,4.

Montes exultauerunt vt arietes, & colles sicut agni ouium. Psal.113,4.

In oblatione agni inuiolati. Eccli.46,19.

Emitte agnum, Domine, dominatorem terræ de petra deserti ad montem filiæ Sion. Isa.16,1.

Sicut pastor gregem suum pascet; in brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit, fœtas ipse portabit. † 40,11.

Et ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad victimam. Ierem.11,19.

Mitto vos sicut agnos inter lupos. Luc.10,3.

Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi. Ioan.1,29.

Pasce agnos meos. † 21,16.

Sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi, præcogniti quidem ante mundi constitutionem. 1.Pet.1,20.

Agnum stantem tamquam occisum, habentem cornua septem. Apoc.5,6.

Dignus est agnus, qui occisus est, accipere virtutem & diuinitatem. 12.

Agnus, qui in medio throni est, reget illos. † 7,17.

Agni, qui occisus est ab origine mundi. † 13,8.

Agnus stabat supra montem Sion, & cum eo centum quadragintaquatuor millia, habentes nomen eius, & nomen Patris eius scriptum in frontibus suis. † 14,1.

AGO, AGON, AGONIA.

Sed cùm ignoremus quid agere debeamus, hoc solùm habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te. 2.Par.20,12.

Et lætitiam in actione gratiarum, & cantico & in cymbalis, psalteriis & citharis. 2.Esd.12,27.

Vos autem nolo vt scrutemini actum meum. Iudith 8,33.

Fili, ne in multis sint actus tui, & si diues fueris, non eris immunis à delicto. Eccli.11,10.

Donec reddat hominibus secundùm actus suos. † 35,24.

Multitudinis & magni sacerdotis, in agone constituti expectatio. 2.Mach.3,21.

Cùm autem quinquennalis agon Tyri celebraretur. † 4,18.

Et factus in agonia prolixiùs orabat. Lucæ 22,43.

Omnis autem qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet. 1.Cor.9,25.

Vt autem sciatis, quę circa me sunt, quid agam; omnia vobis nota faciet Tychicus charissimus frater. Ephes.6,21.

Nam & qui certat in agone, non coronatur nisi qui legitimè certauerit. 2.Timoth.2,5.

ALA.

Vtrumque latus propitiatorij tegant [Cherubim] expandentes alas & operientes oraculum. Exod.25,20.

Expandit alas suas, & assumpsit eum atque portauit in humeris suis. Deut.32,11.

Reddat tibi Dominus pro opere tuo, & plenam mercedem recipias à Domino Deo Israel, ad quem venisti, & sub cuius confugisti alas. Ruth 2,12.

Quinque cubitorum ala cherub vna. 3.Regum 6,24.

Alæ cherubim viginti cubitis extendebantur. 2.Par.3,11.

Sub vmbra alarum tuarum protege me. Psalmo 16,8.

In velamento alarū tuarum exaltabo. † 62,8.

Seraphim stabant super illud, sex alæ vni, & sex alæ alteri. Isa.6,2.

Et erit extensio alarum eius, implens latitudinem terræ tuæ ô Emmanuel. † 8,8.

In alis tuis inuentus est sanguis animarum pauperum. Ierem.2,34.

Euulsæ sunt alæ eius, & sublata est de terra. Dan.7,4.

Qua-

Quatuor animalia, singula eorum habebant alas senas. Apoc.4,8.

Datæ sunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ, vt volaret in desertum. † 12,14.

ALABASTRVM.

Accessit ad eum mulier, habens alabastrum vnguenti pretiosi, & effudit super caput ipsius recumbentis. Matth 26,6. Luc.7,37.

ALAPA.

Vnus assistens ministrorum dedit alapam Iesu dicens: Sic respondes Pontifici. Ioan.18,22.

Dicebant; Aue rex Iudæorum, & dabant ei alapas. † 19,3.

ALBVGO.

Cœpit albugo ex oculis eius, quasi membrana oui egredi. Tob.11,14.

ALEXANDER, ALEXANDRIA.

Numquid melior es Alexandria populorum, quæ habitat in fluminibus? Nahum 3,8.

Alexander ærarius multa mala mihi ostendit. 2.Tim.4,14.

ALIENVS, ALIVS, ALIENIGENA.

Nonne quasi alienas reputauit nos & vendidit, comeditque pretium nostrum? Gen.31,15.

Et nullus interesset alienus agnitioni mutuæ. † 45,1.

Alienigena non vescetur ex eis [panibus.] Exodi 29,33.

Non est alius extra te. 1.Reg.2,2.

Alienigena, cùm venerit de terra longinqua propter nomen tuum. 3.Reg.8,41,43.

Cùm audissent legem, separauerunt omnem alienigenam ab Israel. 2.Esd.13,3.

Alieni insurrexerunt aduersum me. Psalmo 53,5.

Alienati sunt peccatores à vulua. † 57,4.

Alienigenæ & Tyrus & populus Aethiopum, hi fuerunt illic. † 86,4.

Mihi alienigenæ amici facti sunt. † 107,10.

Admitte ad te alienigenam, & subuertet te in turbine. Eccli.11,36.

Alienum autem non sequuntur [oues] sed fugiunt ab eo, quia non nouerunt vocem alienorũ. Ioan.10,5.

Quia eratis illo in tempore sine Christo, alienati à conuersatione Israel & hospites testamentorum, promissionis spem non habentes. Ephes.2,12.

ALLEGORIA.

Quæ sunt per allegoriam dicta: hæc enim sunt duo Testamenta. Gal 4.24.

ALLELVIA.

Per vicos eius alleluia cantabitur. Tob.13,22.

Alleluia. Tit. Psalmi 104.† 106.† 110.† 111.† 112.† 113.† 114.† 115.† 116.† 117.† 118.† 134.† 135.† 145.† 146.† 147.† 148.† 149.† 150.

Audiui quasi vocem turbarum multarum in cælo dicentium: Alleluia. Apoc.19,1,3.

ALLEVIO, ALLEVO.

Alleuat Dominus omnes, qui corruunt. Psalmo 144,14.

Primo tempore alleuiata est terra Zabulon, & terra Nephthali. Isa.9,1.

Oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus: & si in peccatis sit, remittentur ei. Iacobi 5,15.

ALLIA.

In mentem nobis veniunt cucumeres & pepones, porrique & cepe & allia: anima nostra arida est, nihil aliud respiciunt oculi nostri nisi Man. Numer.11,6.

ALLIDO.

Allide virtutem illorum in virtute tua: cadat virtus eorum in iracundia tua. Iudith 9,11.

Eleuans allisisti me. Psal.101,11.

Beatus, qui tenebit & allidet paruulos tuos ad petram. † 136,9.

Infantes eorum allidentur in oculis eorum. Isa.13,16 † 27,9.† 25,11.† 30,30.

Allisisti nos in manu iniquitatis nostræ.† 64,7. Ierem.48,26.

Percute manum tuam, & allide pedem tuum, & dic: Heu, ad omnes abominationes malorum domus Israel. Ezech.6,11.

Matre super filios allisa, sic fecit vobis Bethel, à facie malitiæ nequitiarum vestrarũ. Osee 10,14.

ALLIGO.

Alligat contritiones eorum. Psal.146,3.

Ad alligandos reges eorum in compedibus. † 149,8.

Alligatus ego spiritu vado in Ierusalem, quæ in ea ventura sint mihi ignorans. Act.20,22.

ALLOQVOR.

Quid faciemus sorori nostræ in die quando alloquenda est. Cant.8,8. Act.20,11.

In allocutione enim desiderij, ascendit illis de mari ortygometra; & vexationes peccatoribus superuenerunt. Sap.19,12.

ALLVVIO.

Lapides excauant aquæ, & alluuione paulatim terra consumitur: & hominem ergo similiter perdes. Iob 14,19.

ALO.

Alebat eos [Ioseph] omnemque domum patris sui, præbens cibaria singulis. Gen.47,12.

Alit rex Aegypti sacerdotes. 22.

Alimenta pretio vende nobis vt vescamur. Deut.2,28.

Alendi Leuites, aduena, pupillus. † 26,13.

Aluntur sacerdotes à populo. 2.Par. 31. 4,5, 6,9,10.

Aluntur cantores & ianitores; per dies singulos. 2.Esd.12,46.

Alat eos in fame. Psal.32,19.

Habentes autem alimenta & quibus tegamur,

mur, his contenti simus. 1.Timoth. 6,8.

ALOE.

Myrrha & aloë cum omnibus primis vnguentis. Cant.4,14.

ALPHA.

Ego sum α & ω, principium & finis, dicit Dominus Deus. Apoc.1,8.

ALTARE.

Altare ædificat Noë, & offert sacrificium. Genes. 8,20.

Altare ædificat Abraham Deo, qui ipsi apparuerat, eiq; multa promiserat. † 12, 7, 8. † 13, 16,17.

Aedificauit [Abraham] altare, & desuper ligna composuit: cumque alligasset Isaac filium suum, posuit eum in altare super struem lignorum. Extenditque manum, & arripuit gladium vt immolaret filium suum. † 22,9.

Aedificauit ibi [Isaac] altare, & inuocato nomine Domini, extendit tabernaculum: præcepitque seruis suis vt foderent puteum. † 26,25.

Erecto ibi altari, inuocauit [Iacob] super illud fortissimum Deum Israel. † 33,20.

Facque altare Deo, qui apparuit tibi quando fugiebas Esau. † 35,1,3,7.

Altare de terra facietis mihi, & offeretis super eo holocausta. Exod. 20,24.25.

Ab altari meo euelles eum, [homicidam] vt moriatur. † 21,14.

Altare ad radices montis, & duodecim titulos. † 24,4.

Facies & altare de lignis setim. † 27,1. † 37,25. † 38,1.

Altare ad adolendum thymiama. † 30,1.

Aedificauit Aaron altare coram vitulo. † 32,5.

Posuit & altare aureum sub tecto testimonij. † 40,24.

Et ædificabis ibi altare Domino Deo tuo de lapidibus, quos ferrum non tetigit, & de saxis informibus. Deut.27,5,6.

Aedificauerunt ibi iuxta Iordanem altare infinitæ magnitudinis. Iosu.22,10.

Legatis ad se missis satisfaciunt duæ & semis tribus. 28,29.

Altare vnicum ædificetur. † 22.19.

Altare non ad holocausta & sacrificium, sed ad memoriam & testimonium. 23.

Tunc ædificauit Iosue altare Domino Deo Israel in monte Hebal. Iosu.8,30,31.

Aedificauit ergo ibi Gedeon altare Domino, vocauitque illud, Domini pax, vsque in præsentem diem. Iudic.6,24.

Altare contra altare. † 18,30,31.

Extruxerunt altare, obtuleruntque ibi holocausta & pacificas victimas. † 21,4.

Vt ascenderet ad altare meum. 1.Reg.2,28.

Non auferam penitus virum ex te ab altari meo. 33.

Aedificauit etiam ibi altare Domino. † 7,17.

Aedificauit autem Saul altare Domino, túncque primum cœpit ædificare altare Domino. † 14,35.

Constitue altare Domino. 2.Reg.24,18. 1.Par.21,18.

Eduxit eum [Adoniam] ab altari, & ingressus adorauit regem Salomonem. 3.Reg.1,53.

Altare æreum quod erat coram Domino, minus erat, & capere non poterat holocaustum, & sacrificium & adipem pacificorum. † 8,64.

Altare, altare, hæc dicit Dominus: Ecce filius nascetur domui Dauid Iosias nomine, & immolabit super te sacerdotes excelsorum, qui nunc in te thura succendunt. † 13,2.

Altare quoque scissum est, & effusus est cinis de altari. 5.

Transiliebántq; altare quod fecerant. † 18,26.

Curauit [Elias] altare Domini, quod destructum fuerat. 30.

Altaria tua destruxerunt. † 19,10.

Cumque vidisset altare Damasci, misit rex Achaz ad Vriam sacerdotem exemplar eius & similitudinē, iuxta omne opus eius. 4.Reg.16,10.

Vidit altare & veneratus est illud, ascenditque & immolauit holocausta & sacrificium suum. 12.

Altare æreum, quod erat coram Domino, transtulit de facie templi, & de loco altaris, & de loco templi Domini. 14.

Ante altare hoc adorabitis in Ierusalē. † 18,22.

Et extruxit altaria vniuersæ militiæ cæli, in duobus atriis templi Domini. † 21,5.

Altaria quoque quæ erant super tecta cœnaculi Achaz, & altaria quæ fecerat Manasses in duobus atriis templi Domini, destruxit rex. † 23,12.

Et non præualuit Dauid ire ad altare vt ibi obsecraret Deum. 1.Par.21,30.

Altari autem in quo adolebatur incensum, aurum purissimum dedit, vt ex ipso fieret similitudo quadrigæ Cherubim, extendentiū alas. † 28,18.

Altare æneum. 2.Par.4,1.

Clausit [Achaz] ianuas templi Dei, & fecit sibi altaria in vniuersis angulis Ierusalē. † 28,24,25.

Surgentes destruxerunt altaria, quæ erant in Ierusalem, atque vniuersa in quibus idolis adolebatur incensum. † 30,14.

Aedificauerunt altare Dei Israel, vt offerrent in eo holocautomata. 1.Esd.3,2.

Altare Domini operuerunt cilicio. Iudith 4,9.

Et deiicere gladio suo cornu altaris tui. † 9,11.

Altaria tua Domine virtutum. Psal.83,4.

In ascensu altaris sancti, gloriam dedit sanctitatis amictum. Eccli.50,12.

Effudit in fundamento altaris odorem diuinum excelso principi. 17.

In die illa erit altare Domini in medio Terræ Aegypti, & titulus Domini iuxta terminum eius. Isa.19,19.

Re-

Repulit Dominus altare suum, maledixit sanctificationi suæ. Thren.2,7.

Altaris lignei trium cubitorum altitudo. Ezechiel.41,22.

Hi sunt ritus altaris in quacumque die fuerit fabricatum. † 43,18

Septem diebus expiabunt altare, & mundabunt illud. 26.

Dies multos sedebunt filij Israel sine lege, & sine principe, & sine sacrificio, & sine altari, & sine ephod, & sine theraphim. Osee 3,4.

Quia multiplicauit Ephraim altaria ad peccandum: factæ sunt ei aræ in delictum. † 8,11.

Altaria eorum quasi acerui super sulcos agri. † 12,11.

Vidi Dominum stantem super altare, & dixit: Percute cardinem. Amos 9,1.

Aedificauerunt altare nouum secundùm illud quod fuit priùs. 1.Mach.4,47.

Altare etiam plenum erat illicitis, quæ legibus prohibebantur. 2.Mach.6,5.

Quid enim maius est, donum, an altare, quod sanctificat donum? Matth.23,16.

Et qui altari deseruiunt, cum altari participant. 1.Cor.9,13.

Habemus altare, de quo edere non habent potestatẽ qui tabernaculo deseruiunt. Heb.13,10.

Altaris aurei, quod est ante oculos Dei. Apocal.9,13.

ALTERCOR.

Non altercaris cum illa [muliere] in vino, ne fortè declinet cor tuum in illam, & sanguine tuo labaris in perditionem. Eccli.9,13.

Cùm Michaël Archangelus cum diabolo disputans altercaretur de Moysi corpore, non est ausus iudicium inferre blasphemiæ, sed dixit: Imperet tibi Dominus. Iudæ v.9.

ALTILIA.

Excepta venatione ceruorum, caprearum, atque bubalorum, & auium altilium. 3.Reg.4,23.

Sanguinem principum terræ bibetis: arietum & agnorum & hircorum, taurorumq; & altilium & pinguium omnium. Ezech.39,18.

Tauri mei & altilia occisa sunt, & omnia parata: venite ad nuptias. Matth.22,4.

ALTRINSECUS.

Vtrasque partes contra se altrinsecus posuit. Gen.15,10.

Panes, qui singuli habebunt duas decimas: quorum senos altrinsecus super mensam purissimam coram Domino statues. Leuit.24,6. 2.Paral.9,18.

ALTUM.

Altior fuit [Saul] vniuerso populo ab humero & sursum. 1.Reg.10,23.

Altitudinis sex cubitorum & palmi. † 17,4.

Ab altitudine diei timebo. Psal.55,4.

Altissimum posuisti refugium tuum. † 90,9.

Tu Dominus altissimus super omnem terram. † 96,9.

Quoniam secundùm altitudinem cæli à terra, corroborauit misericordiam suam super timentes se. † 102,11.

Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat? † 112,5.

Excelsus Dominus & humilia respicit, & alta à longè cognoscit. † 137,6.

Altitudinem cæli, & latitudinem terræ, & profundum abyssi quis dimensus est? Eccli.1,2.

Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris, sed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita semper. † 3,22.

Ego autem exterminaui Amorrhæum à facie eorum: cuius altitudo, cedrorum altitudo eius, & fortis ipse quasi quercus. Amos 2,9.

Iustificatis vos coram hominibus: Deus autem nouit corda vestra: quia quod hominibus altum est, abominatio est ante Deum. Luc.16,15.

O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei! Rom.11,33.

Omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei. 2.Cor.10,5.

ALVEUS.

Alueus iste replebitur aquis. 4.Reg.3,17.

Nudabitur alueus riui à fonte suo, & omnis sementis irrigua siccabitur. Isa.19,7.

ALUMNUS.

Incrementa ei alumni hominum peccatorum, vt augeretis furorem Domini contra Israel. Numer.32,14.

ALVUS.

Percussit eum [Ioram] Dominus alui languore insanabili. 2.Par.21,18.

AMALEC.

Principium gentium Amalec, cuius extrema perdentur. Num.24,20. 1.Reg 14,48. † 15,2. † 28,18.

Amalecites ego sum. 2.Reg.1,8.

AMAN.

Aman exaltatur. Esther 3,1,2.

Deprimitur, suspenditur. † 6,13. † 7,10.

Et decem filij eius. † 9,14.

AMANA.

Veni de Libano sponsa mea, veni de Libano, veni: coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum. Cant.4,8.

AMARUM.

Oderantque filios Israel Aegyptij, & affligebant illudentes eis, atque ad amaritudinẽ perducebant vitam eorum operibus duris luti ac lateris. Exod.1,14.

Amaræ aquæ. † 15,23.

Amaritudine valdè repleuit me Omnipotens. Ruth 1,20.

Cùm esset Anna amaro animo, orauit ad Dominum,

minum, flens largiter. 1. Regum 1,10.

Siccine separat amara mors? † 15,32.

Conuenerunt ad eum [Dauidem] omnes qui erant in angustia constituti, & oppressi ære alieno, & amaro animo. † 22,2.

Amara erat anima vniuscuiusque viri super filiis suis & filiabus. † 30,6.

Esse fortissimos & amaro animo. 2. Reg. 17,8.

Anima enim eius in amaritudine est. 4. Regum 4,27.

Non fuit amplius quidquam amaritudinis in olla. 41.

Vidit enim Dominus afflictionem Israel, amaram nimis. † 14,26.

Illic fontes amari obdulcati sunt eis ad bibendum. Iudith 5,15.

Voce magna clamabat [Mardochæus] ostendens amaritudinem animi sui. Esth 4,1.

Inuoluatur [dies] amaritudine. Iob 3,5.

Confabulabor cum amaritudine animæ meæ. † 7,11.

Non concedit requiescere spiritum meum: & implet me amaritudinibus. † 9,18.

Scribis enim cōtra me amaritudines. † 13,26.

Alius verò moritur in amaritudine animæ absque vllis opibus. † 21,25.

In amaritudine est sermo meus. † 23,2.

Qui ad amaritudinē adduxit animā meā † 27,2

Intenderunt arcum rem amaram. Psal. 63,4.

Inueni amariorem morte mulierem. Ecclesiastæ 7,26,27.

Non enim habet amaritudinem conuersatio illius. Sap. 8,16.

Amaritudo animæ vinum multum potatum. Eccli. 31,39.

Nónne à ligno indulcata est aqua amara? † 38,5.

Ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum. Isa. 5,20.

Amara erit potio bibentibus illam. † 24,9.

Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. † 38,15.

Scito, & vide quia malum & amarum est reliquisse te Dominum Deum tuum, & non esse timorem mei apud te. Ierem. 2,19.

Statue tibi speculam, pone tibi amaritudines. † 31,21.

Amaro animo suspirans [Ieremias] & eiulans dixit: Quomodo sedet sola ciuitas plena populo. Thren. 1,1.

Repleuit me amaritudinibus, inebriauit me absynthio. † 3,15.

Ad iracundiam me prouocauit Ephraim in amaritudinibus suis, & sanguis eius super eum veniet. Osee 12,14.

Ne qua radix amaritudinis sursum germinans impediat. Heb. 12,15.

Accipe librum & deuora illum; & faciet amaricari ventrem tuum, sed in ore tuo erit dulce tamquam mel. Apoc. 10,9,10.

AMASA.

Amasam verò constituit Absalom pro Ioab super exercitum. 2. Reg. 17,25.

Amasa autem conspersus sanguine iacebat in media via. † 20,12.

AMBIDEXTER.

Ambidexter Aod filius Gera filij Iemini. Iudic. 3,15.

AMBIGVVM.

Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris inter sanguinem & sanguinem, causam & causam, lepram & lepram. Deut. 17,8.

Ambigua dissoluat sacerdos. Veniesque ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore: quæresque ab eis, qui indicabunt tibi iudicij veritatem, & facies quodcumque dixerint. 9.

Vir nobilis: omne quod loquitur, sine ambiguitate venit. 1. Reg. 9,6.

Non enim erit vltrà omnis visio cassa, neque diuinatio ambigua in medio filiorum Israel. Ezech. 12,24.

Ambigebant de illis quidnam fieret. Act. 5,24.

AMBITIO.

Eritis sicut dij scientes bonum & malum. Gen. 3,5.

Ambitio Core. Num. 16,7,11,12.

Ambitionis falsò insimulatur Moyses. 13.

Ambitio punitur. 31.

Absolonis ambitio. 2 Reg. 15,2.

Vnguentis me retriciis, quæ erant pigmentariorum arte confecta, & combusserunt super eum [Asa] ambitione nimia. 2. Par. 16,14.

Ambitionis falsò insimulatur Nehemias. Propter quam causam & prophetas posueris, qui prædicent de te in Ierusalem dicentes: Rex in Iudæa est. 2. Esd. 6,6,7.

Ambitio Nabuchodonosor. Iudith 3,13.

Ambitiosi liberalitas. Esth. 3,9.

Ambitiosi miseria. † 5,9.10,13.

Ambitio viam sternit cædibus 75. millium hominum. † 9,16.

Alcimi ambitio. 1. Mach. 7,5,21,23.

Ambiebat Iason frater Oniæ summum sacerdotium: adito rege promittens ei argenti talenta trecenta sexaginta. 2. Mach. 4,8.

Cùm venisset Agrippa & Berenice cum multa ambitione, & introissent in auditorium cum tribunis & viris principalibus ciuitatis, iubente Festo adductus est Paulus. Actor. 25,23.

AMBVLO.

Si plus in ambulando fecero laborare, morientur vna die cuncti greges. Gen. 33,13.

Ambulabo & ego igitur contra eos, & inducam illos in terram hostilem, donec erubescat incircumcisa mens eorum: tunc orabunt pro impieta-

pietatibus suis. Leuit.26,41.

Dominus enim Deus tuus ambulat in medio castrorum. Deut.23,13,14.

Ambulabit coram Christo meo cunctis diebus. 1.Reg.2,35.

Et non ambulauerunt filij eius [Samuelis] in viis eius, sed declinauerunt post auaritiam, acceperuntque munera, & peruerterunt iudicium. † 8,3,5.

Ambulaui in via per quam misit me Dominus. † 15,20.

Ambulauit [Dauid] in conspectu tuo in veritate & iustitia & recto corde tecum. 3.Reg.3,6.

Ambulauit [Elias] in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus vsque ad montem Dei Horeb. † 19,8.

Ambulauitque in viis Regum Israel. 4.Regum 8,18.

Porrò Iehu non custodiuit vt ambularet in lege Domini Dei Israel. † 10,31.

Memento quæso quomodo ambulauerim coram te in veritate. † 20,3.

Fœdus percussit coram Domino [Iosias] vt ambularent post Dominum, & custodirent præcepta eius. † 23,3.

Quando splendebat lucerna eius super caput meum, & ad lumen eius ambulabam in tenebris? Iob 29,3.

Neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus super me. Psal.130,1.

Ambulabunt qui liberati fuerint. Isa.35,9.

Ambulate in lumine ignis vestri, & in flammis quas succendistis. † 50,11.

Cùmque ambularent animalia, ambulabant pariter & rotæ iuxta ea. Ezech.1,19.

Sidrach, Misach, & Abdenago, ceciderunt in medio camino ignis ardētis, colligati, & ambulabant in medio flammę laudantes Deū. Dan.3,24.

Post Dominum ambulabunt, quasi leo rugiet. Osee 11,10.

Quia omnes populi ambulabunt vnusquisque in nomine Dei sui: nos autem ambulabimus in nomine Dei nostri in æternū & vltrà. Mich.4,5.

Multi discipulorū eius abierunt retrò, & iam non cum illo ambulabant. Ioan.6,67.

Intrauit cum illis in templum ambulans & exiliens & laudans Deum. Act.3,8.

Sed cùm vidissem quòd non rectè ambularent ad veritatem Euangelij, dixi Cephæ coram omnibus: Si tu cùm Iudæus sis gentiliter viuis. Gal.2,14.

Vt iam non ambuletis sicut & Gentes ambulant in vanitate sensus sui. Ephes.4,17.

Videte itaque fratres quomodo cautè ambuletis, non quasi insipientes. † 5,15.

Obseruate eos qui ita ambulant sicut habetis formam nostram. Philip.3,17.

Deprecantes vos & consolantes testificati sumus, vt ambularetis dignè Deo, qui vocauit vos in suum regnum & gloriam. 1.Thess.2,12.

Quemadmodum accepistis à nobis quomodo oporteat vos ambulare & placere Deo, sic & ambuletis, vt abundetis magis. † 4,1.

Vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè, & non secundùm traditionem, quam acceperunt à nobis. 2.Thess.3,6.

AMEN.

Amen & hymnum Domino. 1.Par.16,36.

AMENTIA.

Percutiat te Dominus amentia & cæcitate ac furore mentis. Deut.28,28.

AMETHYSTVS.

Duodecimum [fundamentum] amethystus, & duodecim portæ, duodecim margaritæ sunt per singulas. Apoc.21,20.

AMICTVS.

Amictus corporis, & risus dentium, & ingressus hominis, enuntiant de illo. Eccli.19,27.

In ascensu altaris sancti, gloriam dedit sanctitatis amictum. † 50,12.

Amicietur terra Aegypti, sicut amicitur pastor pallio suo, & ingredietur inde in pace. Ier.43,12.

Expandi amictum meum super te, & operui ignominiam tuam. Ezech.16,8.

Ora amictu non velabitis, & cibos lugentium non comedetis. † 24,22.

AMITA.

Turpitudinem materteræ & amitæ tuæ non discooperies. Leuit.20,19.

AMITTO.

Si enim amissio eorum reconciliatio est mundi. Rom.11,15.

AMNON.

Amnon solus mortuus est. 2.Reg.13,32.

AMO, AMICVS.

Seruiuit Iacob pro Rachel septem annis, & videbantur illi pauci præ amoris magnitudine. Genes.29,20.

Amorem sequentis priori prætulit, seruiens apud eum septem annis aliis. † 29,30.

Amorem conciliat proles. 32.

Amor etiam difficilia persuadet. † 34,20.

Ne vmquam cum habitatoribus terræ illius iungas amicitias. Exod.34,12.

Amoris Dei priuilegia. Deut.7,9,10.

Ama itaque Dominum Deum tuum, & obserua præcepta eius & cærimonias, iudicia atque mandata, omni tempore. † 11,1.

Et Beniamin ait: Amantissimus Domini habitabit confidenter in eo. † 33,12.

Amicitia cum impiis, euersio est. Ios.23,12,13.

Amauit [Samson] mulierem, quæ habitabat in Valle Sorec. Iudic.16,4.

Quomodo dicis quòd amas me, cùm animus tuus non sit mecum? 15.

Amicitiæ vis. Ruth 1,9,12.

Amor Samuelis in Saulem. 1.Reg.15,11,35. †16,1.

Saul & Ionathas amabiles & decori in vita sua,in morte quoq; non sunt diuisi. 2.Reg.1,23.

Amabilis super amorem mulierum. 26.

Sicut mater vnicum amat filium suum,ita ego te diligebam. 26.

Fac mecum amicitias,& erit manus mea tecum. †3,12.

Deperiret eam valdè,ita vt propter amorem eius ægrotaret. †13,2.

Amor maternus. Commota sunt quippe viscera eius super filio suo. 3.Reg.3,26.

Auertent corda vestra, vt sequamini deos earum. His itaque copulatus est Salomon ardentissimo amore. †11,2.

Amor maternus. 4.Reg.4,23.

Impio præbes auxilium,& his qui oderunt Dominum amicitia iungeris,&idcircò iram quidem Domini merebaris: sed bona opera inuenta sunt in te,eò quòd abstuleris lucos de terra Iuda,& præparaueris cor tuum vt requireres Dominum Deum patrum tuorum. 2.Par.19,2,3.

Dedisti eam semini Abrahā amici tui.†20,7.

Iniit amicitias Iosaphat rex Iuda cum Ochozia rege Israel,cuius opera fuerūt impiissima.35

Amor parentum in filios Tob.10,1,2,†11,5.

Pater noster Abraham tentatus est,& per multas tribulationes probatus, Dei amicus effectus est. Iudith 8,22.

Esther amatur valdè ab Assuero. Esth.2,17.

Super pupillum irruitis,& subuertere nitimini amicum vestrum. Iob 6,27.

Miseremini mei,miseremini mei, saltem vos amici mei. †19,21.

Amici mei & proximi mei aduersum me appropinquauerunt,& steterunt. Psal.37,12.

Elongasti à me amicum & proximum & notos meos à miseria. †87,19.

Etiam proximo suo pauper odiosus erit; amici verò diuitum multi. Prou.14,20.

Vir iniquus lactat amicum suum,& ducit eum per viam non bonam. †16,29.

Vir amabilis ad societatem magis amicus erit quàm frater. †18,24.

Diuitiæ addunt amicos plurimos: à paupere autem & hi,quos habuit,separantur. †19,4.

Amicum tuum & amicum patris tui ne dimiseris. †27,10.

Et tamen nescit homo vtrùm amore an odio dignus sit; sed omnia in futurum seruantur incerta. Eccles.9,1,2.

Amor quoque & odium & inuidiæ simul perierunt. 6.

Amore langueo. Cant.2,5.† 5,8,

Surge amica mea,speciosa mea,& veni.†2,13

Amicos Dei & prophetas constituit [sapientia] Sap.7,27.

Hanc [sapientiam] amaui & quæsiui à iuuentute mea. †8,2.

Malorum amatores digni sunt qui spem habeant in talibus. †15,6.

Noli fieri pro amico inimicus proximo tuo. Eccli.6,1.

Si possides amicum,in tentatione posside eum, & ne facilè credas ei. Est enim amicus secundùm tempus suum,& non permanebit in diē tribulationis. Et est amicus qui conuertitur ad inimicitiam;& est amicus qui odium & rixam & inimicitias denudabit. Est autem amicus socius mensę, & non permanebit in die necessitatis. Amicus si permanserit fixus, erit tibi quasi coæqualis,& in domesticis tuis fiducialiter aget. Si humiliauerit se contra te, & à facie tua absconderit se, vnanimem habebis amicitiam bonam. Ab inimicis tuis separare & ab amicis tuis attende. Amicus fidelis, protectio fortis: qui autem inuenit illum, inuenit thesaurum. Amico fideli nulla est comparatio, & non est digna ponderatio auri & argenti contra bonitatem fidei illius. Amicus fidelis, medicamentum vitæ & immortalitatis: & qui metuunt Dominum, inuenient illum. Qui timet Deum, æquè habebit amicitiam bonam: quoniam secundùm illum erit amicus illius. Eccli. 6,7.

Ne derelinquas amicum antiquum, nouus enim non erit similis illi. †9,14.

Vinum nouum amicus nouus: veterascet, & cum suauitate bibes illud. 15.

Non agnoscetur in bonis amicus, & non abscondetur in malis inimicus. †12,8.

Fatuo non erit amicus, & non erit gratia bonis illius. †20,17.

Amicitiam quæ dissoluant. †22,26,27.

Mittens lapidem in volatilia, deiiciet illa: sic & qui conuitiatur amico,dissoluit amicitiam. 25.

Fidem posside cum amico in paupertate illius, vt & in bonis illius læteris. 28.

Amicum salutare non confundar, à facie illius non me abscondam: & si mala mihi euenerint per illum,sustinebo. 31.

Beatus qui inuenit amicum verum,&qui enarrat iustitiam auri audienti. †25,12.

Ad amicum etsi produxeris gladium, non desperes,est enim regressus. 26.

Qui denudat arcana amici, fidem perdit, & non inueniet amicum ad animum suū. †27,17.

Sicut enim homo qui perdit amicum suum, sic & qui perdit amicitiam proximi sui. 20.

Equus emissarius sic & amicus subsannator, sub omni suprà sedente hinnit. Eccli.33,6.

Omnis amicus dicet: Et ego amicitiam copulaui: sed est amicus solo nomine amicus. †37,1.

Non obliuiscaris amici tui in animo tuo, & non immemor sis illius in opibus tuis. 6.

Beati

Beati sunt qui te viderunt, & in amicitia tua decorati sunt. † 48, 11.

Sed quomodo si contemnat mulier amatorem suũ, sic contempsit me domus Israel. Ierem. 3, 20.

Equi amatores emissarij facti sunt, vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebat. † 5, 8.

Omnis amicus fraudulenter incedet. † 9, 4.

Omnes amatores tui obliti sunt tui, teq́ue non quærent. † 30, 14.

Amici eius spreuerunt eam, & facti sunt ei inimici. Thren 1, 2.

Vocaui amicos meos, & ipsi deceperũt me. 19.

Suscitabo omnes amatores tuos contra te. Ezech. 23, 22.

Et post amicitias cum eo faciet dolum. Daniel. 11, 23.

Erant ergo ambo vulnerati amore eius [Susannæ] nec indicauerunt sibi vicissim dolorem suum. † 13, 10.

Vadam post amatores meos, qui dant panes mihi & aquas meas, lanam meam & linum meum. Osee 2, 5.

Sequetur amatores suos, & non apprehendet eos; & quæret eos, & non inueniet. 7.

Nolite credere amico, & nolite confidere in duce. Mich. 7, 5.

Conuenite, congregamini gens non amabilis. Sophon. 2, 1.

Vocabit vir amicum suum subter vitem. Zachar. 3, 10.

Et eris tu & filij tui inter amicos regis, & amplificatus auro & argento. 1. Mach. 2, 18.

Conseruauerunt amicitiam, & obtinuerunt regna quæ erant proxima, & quæ erant longè. † 8, 12.

Misit eos Romam, constituere cum illis amicitiam & societatem. 17.

Et exquirebant & perscrutabantur amicos Iudæ, & adducebant eos ad Bacchidem, & vindicabat in illos, & illudebat. † 9, 26.

Audiuimus de te quòd vir potens sis viribus, & aptus es vt sis amicus noster, & nunc constituimus te hodie summum sacerdotem. † 10, 20.

Scripsit eum inter primos amicos, & posuit eum ducem & participem principatus. 65.

Scripserunt ad eum in tabulis æreis vt renouarent amicitias & societatem, quam fecerant cum Iuda. † 14, 18.

Audiuit enim quòd appellati sunt Iudæi à Romanis amici & socij & fratres, & quia susceperunt legatos Simonis gloriosè. † 14, 40.

Grauiter ferebant Ptolemenses amicitiæ conuentionem, indignantes ne fortè fœdus irrumperent. 2. Mach. 13, 25.

Qui amat patrem aut matrem plus quàm me, non est me dignus. Matth. 10, 37.

Amice, ad quid venisti? † 26, 50.

Amicus meus venit de via ad me, & non habeo quod ponam ante illum. Luc. 11, 6.

Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. † 16, 9.

Facti sunt amici Herodes & Pilatus in ipsa die. † 23, 12.

Amicus autem sponsi, qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi. Ioan. 3, 29.

Ecce, quem amas, infirmatur. † 11, 3.

Ecce quomodo amabat eum. 36.

Qui amat animam suam, perdet eam. † 12, 25.

Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio vobis. † 15, 14.

Ipse enim Pater amat vos, quia vos me amastis & credidistis quia à Deo exiui. † 16, 27.

Humanè autem tractans Iulius Paulum, permisit ad amicos ire & curam sui agere. Act. 27, 3.

Siquis non amat Dominum nostrum Iesum Christũ, sit Anathema, Maran Atha. 1. Cor, 16, 22.

Instabunt tempora periculosa. Erunt homines seipsos amantes, cupidi, elati, superbi. 2. Tim. 3, 2.

Adulteri, nescitis quia amicitia huius mundi, inimica est Dei? Iac. 4, 4.

Ego quos amo, arguo & castigo. Apoc. 3, 19.

AMORRHAEVS.

Amorrhæorum & Iebusæorum pater, Chanaan. Gen. 10, 16.

AMOVEO.

Amouit ergo eum [Dauidem] Saul à se, & fecit eum tribunũ super mille viros. 1. Reg. 18, 13.

Amouit Amasam de via in agrum: operuitq́ue eum vestimento. 2. Reg 20, 12.

AMPHORA.

Hæc est amphora egrediens. Zach. 5, 6.

AMPLECTOR.

Amplexatus est eum, stringensq́ue collum eius & osculans fleuit. Gen. 33, 4.

Cumq́ue amplexatus cecidisset in collum Beniamin fratris sui, fleuit, illo quoque similiter flente. † 45, 14.

Irruit super collum eius, & inter amplexus fleuit. † 46, 29.

Fruamur cupitis amplexibus, donec illucescat dies. Prou. 7. 18.

Tempus amplexandi. Eccles. 3, 5.

ANA.

Iste est Ana, qui inuenit aquas calidas in solitudine, cùm pasceret asinas. Gen. 36, 24.

ANAGLYPHA.

Anaglypha valdè prominentia. 3. Reg. 6, 32.

ANATHEMA.

Nec inferes quidpiam ex idolo in domum tuam, ne fias anathema, sicut & illud est. Deuter. 7, 26.

Et non adhærebit de illo anathemate quidquam in manu tua. † 13, 17.

Sitq́ue ciuitas hæc anathema, & omnia quæ in ea sunt, Domino. Ios. 6, 17.

Et vsurpauerunt de anathemate. † 7, 1.

Tuleruntque de anathemate, & furati sunt atque mentiti, & absconderunt inter vasa sua. 11.

Anathema in medio tui est, Israel: non poteris stare coram hostibus tuis, donec deleatur ex te qui hoc contaminatus est scelere. 13.

Anathematata. 1.Reg.21,9. † 31, 9, 10. 2.Reg.8,10,11.

Achar, qui turbauit Israel, & peccauit in furto anathematis. 1.Par.2,7.

Obtulit [Iudith vasa Holofernis] in anathema obliuionis. Iudith 16,23.

Anathema non erit amplius, sed sedebit Ierusalem secura. Zach.14,11.

Conuertet [Elias] cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum; ne fortè veniam, & percutiam terram anathemate. Mal.4,6.

Anathematizauit eos, & incendit turres eorum igni. 1.Mach.5,5.

Optabam enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundùm carnem. Rom.9,3.

Nemo in spiritu Dei loquens dicit anathema Iesu. 1.Cor.12,3.

Si quis non amat Dominum nostrum Iesum Christum, sit anathema, Maran Atha.† 16,22.

Sed licet nos, aut Angelus de cælo euangelizet vobis præterquam quod euangelizauimus vobis, anathema sit. Gal.1,8.

ANATHOTH.

Hæc dicit Dominus ad viros Anathoth, qui quærunt animam tuam. Ierem.11,21.

ANCHORA.

Ad tenendam propositam spem, quam sicut anchoram habemus animæ tutam ac firmam. Hebr.6,19.

ANCILLA.

Vsque ad primogenitum ancillæ, quæ est ad molam. Exod.11,5.

Filius ancillæ fit rex. Filij 70. legitimi occiduntur. Iudic.9,18.

Ne reputes ancillam tuam quasi vnam de filiabus Belial. 1.Reg.1,16,18.

Et cum ancillis de quibus locuta es, gloriosior apparebo. 2.Reg.6,22.

Abiit ancilla, & nuntiauit eis. † 17,17.

Saluum fac filium ancillæ tuæ. Psal.85,16.

Ego seruus tuus & filius ancillæ tuæ. † 115,7.

Misit [sapientia] ancillas suas vt vocarent ad arcem. Prou.9,3.

Mouetur terra, &c. per ancillam, cùm fuerit heres dominæ suæ. † 30,23.

Ne respicias mulierem alieni viri, & ne scruteris ancillam eius, neque steteris ad lectum eius. Eccli.41,27.

Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundùm verbum tuum. Luc.1,38.

Quia respexit humilitatem ancillæ suæ. 48.

Qui de ancilla, secundùm carnem natus est. Gal.4,23.

Non sumus ancillæ filij, sed liberæ, qua libertate Christus nos liberauit. 31.

ANDREAS.

Erat autem Andreas frater Simonis Petri vnus ex duobus. Ioan.1,40.

ANGARIO.

Quicumque te angariauerit mille passus, vade cum illo & alia duo. Matth.5,41.

Cyrenæum, nomine Simonem: hunc angariauerunt vt tolleret crucem eius. † 27,32.

ANGELVS.

Angeli euertunt Sodomam. Gen.19,13.24.

Angelus iubet Agar tenere manũ filij. † 21,17.

Angelus de cælo clamauit, dicens: Non extendas manum tuam super puerum, neque facias illi quidquam. † 22,12.

Angelos quoque Dei ascendentes & descendentes per eam, & Dominum innixum scalæ. † 28,12.

Dixitq; Angelus Dei ad me in somnis. † 31,12.

Fueruntque ei [Iacob] obuiàm Angeli Dei, quos cùm vidisset, ait: Castra Dei sunt hæc. † 32,2.

Angelus, qui eripuit me de cunctis malis, benedicat pueris istis. † 48,16.

Tollensque se Angelus Domini, qui præcedebat castra Israel, abiit post eos, & cum eo pariter columna nubis. Exod.14,19.

Mittam Angelum meum, qui præcedat te & custodiat in via, & introducat in locum quem præparaui, obserua eum, & audi vocem eius. † 23,20,22.

Angelus meus præcedet te. † 32,34.

Mittam præcursorem tui Angelum, vt eiiciam Chananæum. † 33,2.

Cernens asina Angelum stantem in via euaginato gladio, auertit se de itinere, & ibat per agrũ. Num.22,23.

Stetit Angelus in angustiis duarum maceriarum, quibus vineæ cingebantur. 24.

Vidit [Balaam] Angelum stantem in via, euaginato gladio, adorauitque eum pronus in terram. 31.

Ascenditque Angelus Domini de Galgalis ad Locum flentium. Iudic.2,1.

Maledicite terræ Meroz, dixit Angelus Domini. † 5,23.

Venit autem Angelus Domini, & sedit sub quercu. † 6,11,12.

Extendit Angelus Domini summitatem virgæ, quam tenebat manu, & tetigit carnes & panes azymos, ascenditque ignis de petra, & carnes azymosque panes consumpsit. 21.

Angelus autẽ Domini euanuit ex oculis eius. 22.

Cui apparuit Angelus Domini, & dixit ad eam: Sterilis es & absque liberis, sed concipies & paries filium. † 13,3,6,9.

Cum

Cumq́ue ascenderet flamma altaris in cælum, Angelus Domini pariter in flamma ascendit. 20.

Scio quia bonus es in oculis meis, sicut Angelus Dei. 1.Reg.29,9.

Sicut enim Angelus Dei, sic est Dominus meus rex, vt nec benedictione nec maledictione moueatur, vnde & Dominus Deus tuus tecum est. 2.Reg.14,17.

Domine mi rex, sicut Angelus Dei es, fac quod placitum est tibi. † 19,27.

Cumq́ue extendisset manum suam Angelus Domini super Ierusalem vt disperderet eam, misertus est Dominus super afflictione. † 24,16. 1.Par.21,15.

Et ait Angelo percutienti populum: Sufficit, nunc contine manum tuam. 16.

Angelus locutus est mihi in sermone Domini. 3.Reg.13,18.

Angelus Domini tetigit eum [Eliam] & dixit illi: Surge & comede. † 19,5.

Reuersusq́ue est Angelus Domini secundò. 7.

Angelus autem Domini locutus est ad Eliam Thesbiten, dicens: Surge, & ascende in occursum nuntiorum regis Samariæ. 4.Reg.1,3.

Locutus est autem Angelus Domini ad Eliam, dicens: Descende cum eo, ne timeas. 15.

In nocte illa venit Angelus Domini, & percussit in castris Assyriorum centum octoginta quinque millia. † 19,35.

Angelus autem Domini præcepit Gad vt diceret Dauidi vt ascenderet, extrueretq; altare Domino. 1.Par.21,18.

Porrò Ornan cùm suspexisset & vidisset Angelum, quatuorq́ue filij eius cum eo, absconderunt se, nam eo tempore terebat in area triticum. 20.

Et missus est Angelus Domini sanctus Raphael vt curaret eos ambos. Tob.3,25.

Et ignorans quòd Angelus Dei esset, salutauit eum, & dixit: Vnde te habemus, bone iuuenis. † 5,6.

Credo enim quòd Angelus Dei bonus comitetur ei, & benè disponat omnia. 27.

Recordatus autem Tobias sermonum Angeli, protulit de cassidili suo partem iecoris. † 8,2,3.

Angelus Domini sanctus sit in itinere vestro, perducatq́ue vos incolumes. † 10,11.

Ego sum Raphael Angelus, vnus ex septem qui astamus ante Dominum. † 12,15.

Viuit autem ipse Dominus, quoniam custodiuit me Angelus eius & hinc euntem, & ibi commorantem, & inde huc reuertentem, & non permisit me Dominus ancillam suam coinquinari. Iudith 13,20.

Vidi te Domine quasi Angelum Dei, & conturbatum est cor meum præ timore gloriæ tuæ. Esth.15,16.

Angelorum ruina. Iob 4,18.† 15,15. Isa.14,9. Ezech.28,1. Ioan.8,44. 2.Pet.2,4. Iudæ v.6.

Ecce qui seruiunt ei, non sunt stabiles, & in Angelis suis reperit prauitatem, quantò magis hi qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum, consumentur velut à tinea? Iob 4,18.

Si fuerit pro eo Angelus loquens vnus de millibus, vt annuntiet hominis æquitatem. † 33,23.

Cùm sublatus fuerit, timebunt Angeli, & territi purgabuntur. † 41,16.

Minuisti eum paulò minùs ab Angelis, gloria & honore coronasti eum. Psal 8,6.

Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum. † 33,8.

Angelus Domini coarctans eos. † 34,5.

Angelus Domini persequens eos. 6.

Immissiones per angelos malos. † 77,49.

Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis. † 90,11.

Adorate eum omnes Angeli eius, audiuit & lætata est Sion. † 96,8.

Benedicite Domino omnes Angeli eius: potentes virtute, facientes verbum eius, ad audiendam vocem sermonum eius. † 102,20.

Qui facis Angelos tuos, spiritus, & ministros tuos ignem vrentem. † 103,4.

In conspectu Angelorum psallā tibi. † 137,1.

Laudate eum omnes Angeli eius. † 148,2.

Semper iurgia quærit malus, Angelus autem crudelis mittetur contra eum. Prou.17,11.

Neque dicas coram Angelo: Non est prouidentia. Eccles.5,5.

Angelorum esca nutriuisti populum tuum, & paratum panem de cælo præstitisti eis sine labore. Sap.16,20.

Ite Angeli veloces ad gentem conuulsam & dilaceratam, ad populum terribilem, post quem non est alius. Isa.18,2.

A voce Angeli fugerunt populi, & ab exaltatione tua dispersæ sunt gentes. † 33,3.

Angeli pacis amarè flebunt. 7.

Angelorum nomine appellantur Doctores & prædicatores. Isa.37,7. Mal.2,7. † 3,1 Matth.11,10. Gal.4,14. Apoc.2.† 3.

In omni tribulatione eorum non est tribulatus, & Angelus faciei eius saluauit eos. Isai.63,9.

Angelus enim meus vobiscum est: ipse autem exquiram animas vestras. Baruch 6,6.

Angelus autem Domini descendit cum Azaria & socijs eius in fornacem. Dan.3,49.

Benedictus Deus eorum, Sidrach videlicet, Misach & Abdenago, qui misit Angelum suum, & eruit seruos suos, qui crediderunt in eum. 95.

Deus meus misit Angelum suum, & conclusit ora leonum. † 6,22.

Ecce enim Angelus Dei, accepta sententia ab eo, scindet te medium. † 13,55.

Manet enim Angelus Domini, gladium habens,

bens, vt secet te medium & interficiat vos. 59.

Et apprehendit eum [Habacuc] Angelus Domini in vertice eius. † 14,35,38.

In fortitudine sua directus est [Iacob] cum Angelo, & inualuit ad Angelum, & confortatus est, fleuit & rogauit eum. Osee 12,3,4.

Dixit ad me Angelus, qui loquebatur in me. Zach.1,9,12.

Angelus alius egrediebatur in occursum eius. † 2,3.

Et reuersus est Angelus qui loquebatur in me, & suscitauit me. † 4,1.

Et domus Dauid quasi Dei, sicut Angelus Domini in conspectu Domini. † 12,8.

Labia enim sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum est. Mal.2,7.

Ecce ego mitto Angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam, & statim veniet ad templum suum dominator, quem vos quæritis, & angelus testamenti, quem vos vultis. † 3,1,2.

Cum fletu & lacrymis rogabant Dominum, & omnis turba simul, vt bonum Angelum mitteret ad salutem Israel. 2.Mach.11,6.

Mitte Angelum tuum bonum ante nos, in timore & tremore magnitudinis brachij tui. † 15,23.

Angelus Domini apparuit in somnis ei [Ioseph.] Matth.1,20.

Exurgens autem Ioseph à somno, fecit sicut præcepit ei Angelus Domini, & accepit coniugem suam. 24.

Defuncto autem Herode, ecce Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph in Aegypto. † 2,19.

Reliquit eum diabolus, & ecce Angeli accesserunt & ministrabant ei. † 4,11.

Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam. † 11,10.

Messores autem Angeli sunt. † 13,39.

Mittet filius hominis Angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatem. 41.

Exibunt Angeli, & separabunt malos de medio iustorum. 49.

Angeli eorum in cælis semper vident faciem Patris mei. † 18,10.

Mittet Angelos suos cum tuba & voce magna. † 24,31.

Angelus enim Domini descendit de cælo. † 28,2.

Mitto Angelum meum ante faciem tuam. Marc.1,2.

Apparuit autem illi [Zachariæ] Angelus Domini, stans à dextris altaris incensi. Luc.1,11.

Angelus Domini stetit iuxta illos. † 2,9.

Factum est autem vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ. † 16,22.

Neque enim vltrà mori poterunt, æquales enim Angelis sunt, & filij sunt Dei, cùm sint filij resurrectionis. † 20,36.

Apparuit autem illi Angelus de cælo confortans eum. † 22,43.

Videbitis cælum apertum, & Angelos Dei adscendentes & descendentes supra Filium hominis. Ioan.1,51.

Angelus autem Domini descendebat secundùm tempus in piscinam: & mouebatur aqua. † 5,4.

Et vidit duos Angelos in albis, sedentes, vnum ad caput & vnum ad pedes, vbi positum fuerat corpus Iesu. † 20,12.

Angelus autem Domini per noctem aperiens ianuas carceris, & educens eos [Apostolos] dixit: Ite, & stantes loquimini in templo plebi omnia verba vitæ huius. Act.5,19.

Apparuit illi [Moysi] in deserto montis Sina Angelus in igne flammæ rubi. † 7,30.

Hic est qui fuit in Ecclesia in solitudine cum Angelo, qui loquebatur ei in monte Sina. 38.

Qui accepistis legem in dispositione Angelorum, & non custodistis. 53.

Angelus autem Domini locutus est ad Philippum. † 8,26.

Vidit [Cornelius] in visu manifestè, quasi hora diei nona Angelum Dei introeuntem ad se. † 10,3.

Et ecce Angelus Domini astitit, & lumen refulsit in habitaculo. † 12,7.

Misit Dominus Angelum suum, & eripuit me de manu Herodis. 11.

Angelus eius est. 15.

Confestim autem percussit eum [Herodem] Angelus Domini. 23.

Sadducæi enim dicunt non esse resurrectionem, neque Angelum, neque spiritum; Pharisæi autem vtraque confitentur. † 23,8.

Astitit enim mihi [Paulo] hac nocte Angelus Dei, cuius sum ego, & cui deseruio. † 27,23.

Certus sum enim quia neque mors, neq; vita, neque Angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, &c. Rom 8,38.

Nescitis quoniam Angelos iudicabimus, quãtò magis sæcularia? 1.Cor.6,3.

Ipse enim satanas transfigurat se in Angelum lucis. 2.Cor.11,14.

Datus est enim mihi stimulus carnis meæ angelus satanæ, qui me colaphizet. † 12,7.

Sed licet nos aut Angelus de cælo euangelizet vobis præterquam quod euangelizauimus vobis, anathema sit Gal.1,8.

Sicut Angelum Dei excepistis me, sicut Christum Iesum. † 4,14.

Nemo vos seducat, volens in humilitate, & religione Angelorum, quæ non vidit ambulans. Col.2,18.

In

In iussu & in voce Archangeli, & in tuba Dei descendet de cælo. 1.Thess.4,15.

Apparuit Angelis, prædicatum est Gentibus. 1.Tim.3,16.

Sedet ad dexteram maiestatis in excelsis, tantò melior Angelis effectus, quantò differentius præ illis nomen hæreditauit. Hebr.1,4.

Si enim qui per Angelos dictus est sermo, factus est firmus. † 2,2.

Non enim Angelis subiecit Deus orbem terræ futurum. 5.

Nusquam enim Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit. 16.

Accessistis ad Sion montem & ciuitatem Dei viuentis, Ierusalem cælestem, & multorum millium Angelorum frequentiam, & Ecclesiam primitiuorum, qui conscripti sunt in cælis. † 12,22.

Hospitalitatem nolite obliuisci; per hanc enim latuerunt quidam, Angelis hospitio receptis. † 13,2.

Si enim Deus Angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos, in iudicium reseruari. 2.Petri 2,4.

Vbi Angeli fortitudine & veritate cùm sint maiores, non portant aduersum se execrabile iudicium. 11.

Angelos verò, qui non seruauerunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium, in iudicium magni diei, vinculis æternis sub caligine reseruauit. Iudæ v.6.

Mittens per Angelum suum seruo suo Ioanni. Apoc.1,1.

Septem stellæ Angeli sunt septem Ecclesiarũ. 20

Audiui vocem Angelorum multorum in circuitu throni. † 5,11.

Vidi septem Angelos stantes in conspectu Dei, & datæ sunt illis septem tubæ. † 8,2.

Solue quatuor Angelos, qui alligati sunt in flumine magno Euphrate. † 9,14.

Et Deus spirituum Prophetarum misit Angelum suum ostendere seruis suis quæ oportet fieri citò. † 22,6.

ANGO, ANGVSTIA.

Quia vestra angustia magis me premit, & egressa est manus Domini contra me. Ruth 1,13.

Aemula eius, & vehementer [Annam] angebat. 1.Reg.1,6.

Conuenerunt ad eum [Dauidem] omnes qui erant in angustia constituti. † 22,2.

Sta super me, & interfice me: quoniam tenent me angustiæ, & adhuc tota anima mea in me est. 2.Reg.1,9.

Sustentate eum [Michæam] pane tribulationis, & aqua angustiæ. 3 Reg.22,27.

Ecce locus, in quo habitamus coram te, angustus est nobis. 4.Reg.6,1.

Deprecatus est autem Ioachaz faciem Domini, & audiuit eum Dominus: vidit enim angustiã Israel, quia attriuerat eos rex Syriæ. † 13,4.

Cumque reuersi fuerint in angustia sua ad Dominum Deum Israel, & quæsierint eum, reperient eum. 2 Par.15,4,6.

Insuper & tempore angustiæ suæ auxit contemptum in Dominum, ipse per se rex Achaz. † 28,22.

Videns autem Achior caput Holofernis, angustiatus præ pauore, cecidit in faciem suam super terram, & æstuauit anima eius. Iudith 13,29.

Noli extollere te in faciendo opere tuo, & noli cunctari in tempore angustiæ. Eccli.10,29.

Vnusquisque proximum sibi non angustiabit vsque in æternum. † 16,28.

Angustia possedit me sicut angustia parturientis. Isa.21,3.

In angustia requisierunt te, in tribulatione murmuris doctrina tua eis. † 26,16.

Adhuc dicent in auribus tuis filij sterilitatis tuæ: Angustus est mihi locus, fac spatium mihi vt habitem. † 49,20.

De angustia & de iudicio sublatus est: generationem eius quis enarrabit? † 53,8.

Obliuioni traditæ sunt angustiæ priores, & quia absconditæ sunt ab oculis meis. † 65,16.

Omnes persecutores eius apprehenderunt eam inter angustias. Thren.1,3.

Angustia superueniente requirent pacem, & non erit. Ezech.7,25.

Alexandria erit dissipata, & in Memphis angustiæ quotidianæ. † 30,16.

Ingemuit Susanna, & ait: Angustiæ mihi sunt vndique: si enim hoc egero, mors mihi est: si autem non egero, non effugiam manus vestras. Dan.13,22.

Cùm angustiaretur in me anima mea, Domini recordatus sum, vt veniat ad te oratio mea ad templum sanctum tuum. Ionæ 2,8.

Vos scitis quanta ego & fratres mei & domus patris mei, fecimus pro legibus & pro sanctis prælia, & angustias quales vidimus. Horum gratia perierunt fratres mei omnes propter Israel. 1.Mach.13,3.

Quàm angusta porta & arcta via est, quæ ducit ad vitam? Matth.7,14.

Non angustiamini in nobis, angustiamini autem in visceribus vestris. 2.Cor.6,12.

ANGVLVS.

Omnesque anguli populorum & cunctæ tribus Israel in Ecclesiam populi Dei conuenerunt, quadringenta millia peditum pugnatorum. Iudic.20,2.

Applicate huc vniuersos angulos populi. 1.Regum 14,38.

Contra ascensum firmissimi anguli. 2.Esdræ 3,19.

Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic

factus est in caput anguli. Psal.117,22.

Deceperunt Aegyptum, angulum populorum eius. Isa.19,13.

Non tollent de te lapidem in angulum. Ierem.51,26.

Dies tubæ & clangoris super ciuitates munitas & super angulos excelsos. Soph.1,16.

Disperdidi gentes, & dissipati sunt anguli earum. † 3,6.

Ex ipso angulus, ex ipso paxillus, ex ipso arcus prælij. Zach.10,4.

ANIMA, ANIMOSITAS.

Da mihi animas, cetera tolle tibi. Gen.14,21.

Egrediente anima præ dolore, & imminente iam morte, vocauit [Rachel] nomen filij sui Benoni. † 35,18.

Cùm anima illius ex huius anima dependeat. † 44,30.

Animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente. Exod.21,24.

Anima quę peccauerit, & contempto Domino negauerit proximo suo depositum, quod fidei eius creditum fuerat. Leuit.6,2.

Anima nostra sit pro vobis in mortem, si tamen non prodideris nos. Iosu.2,14.

Animus excelsus Caleb. † 14,12.

Quod cernens posui animam meam in manibus meis, transiuique ad filios Ammon, & tradidit eos Dominus in manus meas. Iudic.12,3.

Animositas Beniamitarum. † 20,13,14.

Anima Ionathæ conglutinata est animæ Dauid, & dilexit eum Ionathas quasi animam suam. 1.Reg.18,1.

Si quis quæsierit animam meam, quæret & animam tuam, mecumque seruaberis. † 22,23.

Animositas Saulis. Quòd si etiam in terram se abstruserit [Dauid] perscrutabor eum in cunctis millibus Iuda. † 23,23 † 24,3.

Animi Dauidis celsitudo. † 24,7,8,11.

Erit anima Domini mei custodita quasi in fasciculo viuentium. † 25,29.

Num sanguinem hominũ istorum, qui profecti sunt, & animarum periculũ bibam? 2.Reg.23,17

Contra animam suam locutus est Adonias verbum hoc. 3.Reg.2,23.

Reuertatur obsecro anima pueri huius in viscera eius. † 17,21.

Tolle animam meam, neque enim melior sum quàm patres mei. † 19,4.

Si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima eius. † 20,39.

Dimitte illam, anima enim eius in amaritudine est. 4.Reg.4,27.

Fugeruntque, animas tantùm suas saluare cupientes. † 7,7.

Anima eius erit pro anima illius. † 10,24.

Omnem pecuniam sanctorum, quæ illata fuerit in templum Domini à prætereuntibus, quæ offertur pro pretio animæ. † 12,4.

Animus excelsus regis Iosaphat. 2.Par.17,6.

Animat suos Ezechias, vt resistant Assyriis. † 32,6,7.

Anima mea benedic Dominum, quoniam liberauit Ierusalem ciuitatem suam à cunctis tribulationibus eius. Tob.13,19.

Animat Israelitas circumiens sacerdos magnus. Iudith 4,11,13.

Quoniam vos estis presbyteri in populo Dei, & ex vobis pendet anima illorum. † 8,21.

Si inueni gratiam in oculis tuis ô rex, & si tibi placet, dona mihi animam meam, pro qua rogo, & populum meum pro quo obsecro. Esth.7,3.

Aman quoque surrexit, vt rogaret Esther reginam pro anima sua. 7.

Aman filius Amadathi & animo & gente Macedo. † 16,10.

Ecce in manu tua est, verumtamen animam illius serua. Iob 2,6.

Quare lacero carnes meas dentibus meis, & animam meam porto in manibus meis? † 13,14.

Qui perdis animam tuam in furore tuo. † 18,4.

Et anima mea illi viuet, & semen meum seruiet ipsi. Psal.21,31.

Anima eius in bonis demorabitur. † 24,13.

Anima nostra sustinet Dominum. † 32,20.

Anima eius in vita ipsius benedicetur. † 48,18.

Intende animæ meæ, & libera eam. † 68,19.

Et animas pauperum ne obliuiscaris in finem. † 73,19.

Anima eorum in malis tabescebat. † 106,26.

Anima mea in manibus meis semper. † 118,109.

Anima mea sicut terra sine aqua tibi. † 142,6.

Pretium enim scorti vix est vnius panis: mulier autem viri pretiosam animam capit. Prou.6,26.

Qui autem in me peccauerit, lædet animam suam. † 8,36.

Benefacit animæ suæ vir misericors: qui autem crudelis est, etiam propinquos abijcit. † 11,17.

Anima quæ benedicit, impinguabitur. 25.

Qui suscipit animas, sapiens est. 30.

Animæ dolosæ errant in peccatis. † 13,13.

Qui autem possessor est mentis, diligit animam suam. † 19,8.

In virga percuties eum [puerum] & animam eius de inferno liberabis. † 23,14.

Anima saturata calcabit fauum, & anima esuriens etiam amarum pro dulci sumet. † 27,7.

Animi motus varij. Eccles.2,11,12,15,18,19.

Anima mea liquefacta est vt locutus est. Cantic.5,6.

Iustorum autem animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis. Sap.3,1.

Puer autem eram ingeniosus, & sortitus sum animam bonam. † 8,19.

Parcis autem omnibus: quoniam tua sunt, Domi-

Domine, qui amas animas. † 11,27.

Quoniam ignorauit qui se finxit, & qui inspirauit illi animam quæ operatur, & qui insufflauit ei spiritum vitalem. † 15,11.

Animæ deficiebant traductione. † 17,14.

Iracundia enim animositatis illius, subuersio illius est. Eccli.1,28.

Animam esurientem ne despexeris, & non exasperes pauperem in inopia sua. † 2,3.

Anima enim nequam disperdet qui se habet, & in gaudium inimicis dat illum. † 6,4.

Fili, in mansuetudine serua animam tuam, & da illi honorem secundùm meritum suum: peccantem in animam suam quis iustificabit? & quis honorabit exhonorantem animam suam? † 10,31.

Immitis animus illius conseruabit verba tua. † 11,15.

Animæ irreuerenti & infrunitæ ne tradas me. † 23,6.

Omnis autem ponderatio non est digna continentis animæ. † 26,20.

Anima viri sancti enuntiat aliquando vera, quàm septem circumspectores sedentes in excelso ad speculandum. † 37,18.

Est sapiens, animæ suæ sapiens, & fructus sensus illius laudabilis. 25.

Anima mea desiderauit te in nocte: sed & spiritu meo in præcordiis meis de manè vigilabo ad te. Isa.26,9.

Tu autem eruisti animam meam vt non periret, proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea. † 38,17.

Ad contemptibilem animam, ad abominatam gentem, ad seruum dominorum. † 49,7.

Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longæuum. † 53,10.

Dedi dilectam animam meam in manu inimicorum eius. Ierem.12,7.

Si steterit Moyses & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum. † 15,1.

Custodite animas vestras, & nolite portare pōdera in die sabbati. † 17,21,22.

Quia inebriaui animam lassam, omnem animam esurientem saturaui. † 31,25.

Viuit Dominus qui fecit nobis animam hanc. † 38,16.

Fugite de medio Babylonis, & saluet vnusquisque animam suam. † 51,6.

Egredimini de medio eius populus meus, vt saluet vnusquisque animam suam ab ira furoris Domini. 45.

Cùm exhalarent animas suas in sinu matrum suarum. Thren.2,12.

Leua ad eum manus tuas pro anima paruulorum tuorum, qui defecerunt in fame. 19.

Anima quæ tristis est, super magnitudine mali, & incedit curua & infirma, & oculi deficientes, & anima esuriens dat tibi gloriam, & iustitiam Domino. Baruch 2,18.

Animam suam non saturabunt, & ventres eorum non implebuntur. Ezech 7,19.

Vt interficerent animas quæ non moriuntur, & viuificarent animas quæ non viuunt, mentientes populo meo credenti mendaciis. † 13,19.

Omnes animæ meæ sunt: vt anima patris ita & anima filij mea est: anima quæ peccauerit ipsa morietur. † 18,4.20.

Recessit anima mea ab ea. † 23,18.

Et videntes hi qui insecuti fuerant, quia pro anima res est illis, reuersi sunt. 1.Mach.12,51.

Non mihi contingat parcere animæ meæ in omni tempore tribulationis: non enim melior sum fratribus meis. † 13,5.

Neque enim ego spiritum & animam donaui vobis & vitam, & singulorum membra non ego ipsa compegi, sed enim mundi creator, qui formauit hominis natiuitatem. 2 Mach.7,22.

Ego autem, sicut & fratres mei, animam & corpus meum trado pro patriis legibus. 37.

Sed Rex regum suscitauit animos Antiochi in peccatorem. † 13,4.

Nónne anima plus est quàm esca, & corpus plus quàm vestimentum? Matth.6,25.

Qui perdiderit animam suam propter me, inueniet illam. † 10,39.

Qui enim voluerit animam suam saluam facere, perdet eam. † 16,25.

Filius hominis non venit animas perdere, sed saluare. Luc.9,56.

Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te, quæ autem parasti, cuius erunt? † 12,20.

Animam meam pono pro ouibus meis. Ioannis 10,15.

Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis. † 15,13.

Appositæ sunt in die illa animæ tria millia. Actor 2,41.

Sed nihil horum vereor: nec facio animam meam pretiosiorem quàm me, dummodò consummem cursum meum. † 20,24.

Et nunc suadeo vobis bono animo esse, amissio enim nullius animæ erit ex vobis, præterquam nauis. † 27,22,25.

Eramus verò vniuersæ animæ in naui ducentæ septuaginta sex. 37.

Pro anima mea suas ceruices supposuerunt. Rom.16,4.

Factus est primus homo Adam in animam viuentem. 1.Cor.15,45.

Animæ quorumdam piorum statim post mortem sunt cum Christo. 2.Cor.5,8. Philip.1,24. Apoc.14,13. *contra eos qui putant illas vsque in diem iudicij quiescere.*

Cupidè volebamus tradere vobis non solùm

Euangelium Dei, sed etiam animas nostras: quoniam charissimi nobis facti estis. 1.Thess.2,8.

Fide [Moyses] reliquit Aegyptum, non veritus animositatem regis. Heb.11,27.

Animas vestras castificantes in obedientia charitatis, in fraternitatis amore. 1.Pet.1,22.

Pellicientes animas instabiles, cor exercitatum auaritia habentes. 2.Pet.2,14.

In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. 1.Ioan.3,16.

Hi sunt qui segregant semetipsos, animales, spiritum non habentes. Iudæ v.19.

Vidi subtus altare animas interfectorum propter verbum Dei. Apoc.6,9.

Non dilexerunt animas suas vsque ad mortem. † 12,11.

Et animas decollatorum propter testimonium Iesu, & verbum Dei. † 20,4.

ANIMAL.

Hæc sunt animalia quæ comedere debetis. Leuit.11,2.

Dixit asina: Nónne animal tuum sum, cui semper sedere consueuisti? Num.22,30.

Animalia tua habitabunt in ea. Psal.67,11.

Animalia pusilla cum magnis. † 103,26.

Omne animal diligit sibi simile. Eccli.13,19,20.

Similitudo quatuor animalium. Ezech.1,5.

Nolite timere animalia regionis, quia germinauerunt speciosa deserti. Ioel 2,22.

Animalis autem homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei: stultitia enim est illi. 1.Corinth.2,14.

Correptionem verò habuit suæ vesaniæ: subiugale mutum animal, hominis voce loquens, prohibuit Prophetæ insipientiam. 2 Pet.2,16.

Animal primum simile leoni. Apoc.4,7.

ANNA, ANNAS.

Anna, cur fles, & quare non comedis? & quam obrem affligitur cor tuum? 1.Reg.1,8.

Et erat Anna prophetissa, filia Phanuel de tribu Aser. Luc.2,36.

Annas Princeps sacerdotum. Act.4,6.

ANNONA.

Annonam negant viri Soccoth militi Gedeonis lasso & deficienti, & eum irrident. Iudic.8,5,8.

Annonam fert Abigail Dauidi. 1.Reg.25,18.

Annonam adfert Siba Dauidi cum duobus asinis, qui onerati erant ducentis panibus, & centum alligaturis vuæ passæ, & centum massis palatharum, & vtre vini. 2.Reg 16,1.

Annona subministratur Dauidi fugienti. † 17,28.

Qui præbebant annonam regi & domui eius. 3. Reg 4,7.

Annonam quoque constituit ei [Ioachin regi] sine intermissione. 4.Reg.25,30.

Annona copiosa defertur in Hebron, cùm Dauid rex constituitur. 1.Par.12,40.

Ego & fratres mei, annonas, quæ ducibus debebantur, non comedimus. 2.Esd.5,14,18.

Annona defectus fugat Leuitas & cantores. † 13,10.

Annona apparatus. Iudith 2,8.

Et per annos quadraginta annonam de cælo consecuti sunt. † 5,15.

Constituit eis rex annonam per singulos dies de cibis suis. Dan.1,5.

ANNVLVS.

Annulum tuum & armillam & baculum quem manu tenes. Gen.38,18.

Tulitque annulum de manu sua, & dedit eum in manu eius [Ioseph,] vestiuitque eum stola byssina, & collo torquem auream circumposuit, fecitque eum ascendere super currum suum secundum, clamante præcone, vt omnes coram eo genu flecterent, & præpositum esse scirent vniuersæ Terræ Aegypti. † 41,42.

Annuli ænei. Exod.27,4.

Facies & duos annulos aureos, quos pones in summitatibus Rationalis. † 28,26.

Scripsit itaque [Iezabel] literas ex nomine Achab, & signauit eas annulo eius. 3.Reg.21,8.

Assumpsitque dextrariola & lilia, & inaures & annulos. Iudith 10,3.

Annulum dat Assuerus Aman, permittens Iudaeorum euersionem. Esth.3,10.

Tulitque rex annulum, quem ab Aman recipi iusserat, & tradidit Mardochæo. † 8,2.

Si fuerit Iechonias, filius Ioakim regis Iuda, annulus in manu dextera mea, inde euellã eum, & dabo te in manum quęrentium animam tuam. Ierem.22,24,25.

Allatusque est lapis vnus, & positus est super os laci, quem obsignauit rex annulo suo, & annulo optimatum suorum ne quid fieret contra Danielem. Dan.6,17.

Et egressi clauserunt ostium, & signantes annulo regis abierunt. † 14,13.

Et dedit ei [Philippo] diadema & stolam suam & annulum, vt adduceret Antiochum filium suum, & nutriret eum, & regnaret. 1.Machab.6,15.

Citò proferte stolam primam, & induite illum, & date annulum in manum eius. Luc.15,22.

Si introierit in conuentum vestrum vir aureum annulum habens, in veste candida: introierit autem & pauper in sordido habitu. Iac.2,2,3.

ANNVNTIO.

Congregamini, vt annuntiem quæ ventura sunt vobis in diebus nouissimis. Gen.49,1.

Abiathar fugit ad Dauid, & annuntiauit ei quòd occidisset Saul sacerdotes Domini. 1.Regum 22,21.

Nolite annuntiare in Geth. 2.Reg.1,20.

An-

Annuntiabunt cæli iustitiam eius, quoniam iudex est. Psal. 49,6.

Annuntiauerunt opera Dei, & facta eius intellexerunt. † 63,10.

Annuntiabo in sæculum, cantabo Deo Iacob. † 74,10.

Annũtiate de die in diem salutare eius. † 95,2.

Vt annuntient in Sion nomen Domini. † 101,22.

Annuntiare inter Gentes opera eius. † 104,1.

Quis annuntiauit ab exordio & à principio, vt dicamus: Iustus es? Isa. 41,26.

Annuntiabũt gloriã meam Gentibus. † 66,19.

Vade in domum tuam ad tuos, & annuntia illis, quanta tibi Dominus fecerit, & misertus sit tui. Marc. 5,19.

Annuntiantes quanta Deus fecisset cum illis. Act. 15,4.

Quid enim? dum omni modo, siue per occasionem, siue per veritatem Christus annuntietur: & in hoc gaudeo, sed & gaudebo. Philip. 1,18.

Annuntians vobis vitam æternam, quæ erat apud Patrem, & apparuit nobis. 1. Ioan. 1,2.

ANNVO.

Annuunt oculis. Psal. 34,19.

Annuit oculis, terit pede. Prou 6,13.

Qui annuit oculo, dabit dolorem, & stultus labiis verberabitur. † 10,10.

Annuens oculo fabricat iniqua, & nemo eum abiiciet, in conspectu oculorum tuorum condulcabit os suum, & super sermones tuos admirabitur. Eccli. 27,25.

ANNVS, ANNALES.

Eruntque dies illius centum viginti annorum. Gen. 6,3.

Anni vbertatis, anni famis. † 41,27.

Triginta annorum erat [Ioseph] quando stetit in conspectu regis Pharaonis. 46.

Anni autem vitæ Leui fuerunt centum triginta septem. Exod. 6,16.

Anni primus mensis. † 12,1.

Annis 430. habitauit Israel in Aegypto. 40.

A viginti annis & suprà, dabit pretiũ. † 30,14.

Vt oretis pro filiis Israel, & pro cunctis peccatis eorum semel in anno. Leuit. 16, 34.

Anno 30. ministrant filij Caath in tabernaculo, vsque ad quinquagesimum. Num. 4.3.

Ab anno 25. vsque ad 50. seruiunt Leuitæ: postea opera non faciunt. † 8,26.

Annus pro die imputabitur, & quadraginta annis recipietis iniquitates vestras, & scietis vltionem meam. † 14,34.

Anno tertio separabis aliam decimam ex omnibus quæ nascũtur tibi eo tempore. Deut. 14,28.

Caue ne fortè subrepat tibi impia cogitatio, & dicas in corde tuo: Appropinquat septimus annus remissionis, & auertas oculos tuos à paupere fratre tuo. † 15,9.

Consuetudo seruata est, vt post anni circulum conueniant in vnum filiæ Israel, & plangant filiã Iephte Galaaditæ diebus quatuor. Iudic. 11,40.

Ecce solemnitas Domini est in Silo anniuersaria. † 21,19.

Donec crescant & annos pubertatis impleant, antè eritis vetulę quàm nubatis. Ruth 1,13.

Annis viginti manet Arca in Cariathiarim. 1. Reg. 7,2.

Filius vnius anni erat Saul, cùm regnare cœpisset, duobus autem annis regnauit super Israel. † 13,1.

Factum est autem vertente anno, eo tempore quo solent reges ad bella procedere; misit Dauid Ioab, & seruos suos cum eo. 2. Reg. 11,1.

Quot sunt dies annorum vitæ meæ, vt ascendam cum rege in Ierusalem? † 19,34.

Comede hoc anno quæ repereris: in secundo autem anno quæ sponte nascuntur: porrò in tertio anno seminate & metite, plantate vineas, & comedite fructum earum. 4. Reg. 19,29.

Octo annorum erat Iosias, cùm regnare cœpisset, triginta & vno anno regnauit. † 22,1.

Per annos duodecim, ego & fratres mei, annonas, quæ ducibus debebantur, non comedimus. 2. Esd. 5,14.

Protraxisti super eos annos multos, & contestatus eos in spiritu tuo, per manum Prophetarum tuorum. † 9,30.

Anno integro preparantur vxores Assueri, ornantur, vnguntur. Esth. 2,12.

Mandatumque est historiis, & annalibus traditum coram rege. 23.

Numquid sicut dies hominis dies tui, & anni tui sicut humana sunt tempora? Iob 10,5.

Ecce enim breues anni transeunt, & semitam per quam non reuertar, ambulo. † 16,23.

Sperabam enim quòd ætas prolixior loqueretur, & annorum multitudo doceret sapientiam. † 32,7.

Defecit in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus. Psal. 30.11.

Annos eius vsque in diem generationis & generationis. † 60,7.

Benedices coronæ anni benignitatis tuæ. † 64,12.

Cogitaui dies antiquos, & annos æternos in mente habui. † 76,6.

Defecerunt in vanitate dies eorum, & anni eorum cum festinatione. † 77,33.

Mille anni ante oculos tuos, tamquam dies hesterna, quæ præteriit. † 89,4.

Anni nostri sicut aranea meditabuntur, dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni. 10.

Lætati sumus pro diebus quibus nos humiliasti: annis quibus vidimus mala. 15.

Anni tui non deficient. † 101,28.

Per me enim multiplicabuntur dies tui, & addentur tibi anni vitæ. Prou.9,11.

Timor Domini apponet dies, & anni impiorum breuiabuntur. † 10,27.

Mulieris bonæ beatus vir: numerus enim annorum illius duplex. Eccli.26,1.

Quare dies diem superat, & iterùm lux lucem, & annus annum à sole? † 33,7,8.

Cum operario annali de consummatione anni. † 37,14.

In tribus annis, quasi anni mercenarij, auferetur gloria Moab super omni populo multo. Isa.16,14.

Post septuaginta autem annos erit Tyro quasi canticum meretricis. † 23,15.

Quæsiui residuum annorum meorũ. † 38,11.

Et prædicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertionem: vt prædicarem annum placabilem Domino, & diẽ vltionis Deo nostro. † 61,2.

Inducam malum super viros Anathoth, annum visitationis eorum. Ierem.11,23.

Annis viginti tribus fructu exiguo prædicat Ieremias. † 25,3,4,5.

Et seruient omnes gentes istæ regi Babylonis septuaginta annis. 11.

Adducam enim super Moab annum visitationis eorum. † 48,44.

Veniet in anno auditio, & post hunc annum auditio. † 51,46.

Dedi tibi annos iniquitatis eorum, numero dierum trecentos & nonaginta dies, & portabis iniquitatem domus Israel. Ezech.4,5.

Appropinquare fecisti dies tuos, & adduxisti tempus annorum tuorum. † 22,4.

Post finem quadraginta annorum congregabo Aegyptum de populis, in quibus dispersi fuerant. † 29,13.

Intellexi in libris numerum annorum, de quo factus est sermo Domini ad Ieremiam prophetam, vt complerentur desolationis Ierusalem septuaginta anni. Dan.9,2.

Reddam vobis annos, quos comedit locusta, bruchus & rubigo. Ioel 2,25.

In medio annorum notum facies. Habac.3,2.

Ascendent ab anno in annum, vt adorent regem Dominum exercituum. Zach.14,16.

Decreuerunt communi præcepto & decreto, vniuersæ genti Iudæorum omnibus annis, agere dies istos. 2.Mach.10,8.

Et ibant parentes eius per omnes annos in Ierusalem, in die solemni Paschæ. Luc.2,41.

Anno quintodecimo Imperij Tiberij Cæsaris. † 3,1.

Et ipse Iesus erat incipiẽs quasi annorũ triginta, vt putabatur, filius Ioseph, qui fuit Heli. 23.

Prædicare annum Domini acceptum, & diem retributionis. † 4,19.

Anni tres sunt, ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac, & non inuenio: succide ergo illam. † 13,7.

In secundo autem [tabernaculo,] semel in anno solus Pontifex, non sine sanguine. Heb.9,7.

Vnus dies apud Dominum sicut mille anni, & mille anni sicut dies vnus. 2.Pet.3,8.

Satanas, & ligauit eum per annos mille. Apocal.20,2.

ANSA.

Ansulas hyacinthinas. Exod.26,4.

Ansa contra ansam veniat. 5.

ANTELVCANVM.

Sic est ante te orbis terrarum, & tamquam gutta roris antelucani, quæ descendit in terram. Sap.11,23.

Doctrinam quasi antelucanum illumino omnibus. Eccli.24,44.

ANTEMVRALE.

Luxitque antemurale, & murus pariter dissipatus est. Thren.2,8. Isa.26,1.

ANTICHRISTVS.

Antichristus & eius regnũ. Isa.11,4. Ezech.38, † 39. Dan.7,7,19,24. Zach.11,15. Matth.24,24, 2.Thessal.2,3. Iudæ v.10. Apoc.11,7.

Antichristi multi facti sunt. 1.Ioan.2,18,22.

ANTIOCHVS.

Et exiit ex eis radix peccatrix, Antiochus illustris. 1.Mach.1,11.

ANTIPAS.

Antipas testis meus fidelis, qui occisus est apud vos, vbi satanas habitat. Apoc.2,13.

ANTIQVVM.

Interroga de diebus antiquis, qui fuerunt ante te, ex die quo creauit Deus hominem super terram, à summo cælo vsque ad summum eius, si facta est aliquando huiuscemodi res, aut vmquam cognitum est, vt audiret populus vocem Dei loquentis de medio ignis. Deut.4,33.

Memento dierum antiquorum. † 32,7.

Hic autem erat mos antiquitus in Israel. Ruth 4,7.

In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia. Iob 12,12,13.

Gloriabatur à diebus pristinis in antiquitate sua? Isa.23,7.

Ne memineritis priorum, & antiqua ne intueamini. † 43,18.

Antiqua via inquirenda, & obseruanda, & à nouis declinandum. Ier.6,16. Prou.22,28. Eccli.8,11. † 39,1. Roman.16,17. Gal.1,6. 2.Petri 3,17. Iudæ v.18,19,20.

Sodoma & filiæ eius reuertentur ad antiquitatem suam. Ezech.16,55.

Aspiciebam donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit. Dan.7,9.

ANTISTES.

Donec impleretur opus, & sanctificarentur antistites. 2.Par.29,34.

ANTRVM.

Feceruntque sibi antra & speluncas in montibus,& munitissima ad repugnandum loca. Iudic.6, 2.

In petris quoque & in antris. 1.Reg.13,6.

ANVS, NI.

Hi sunt autem ani aurei,quos reddiderunt Philisthijm pro delicto, Domino. 1.Reg.6,5,17.

ANVS, NVS.

Anus similiter in habitu sancto. Tit.2,3.

ANXIVS.

Dum anxiaretur cor meum, in petra exaltasti me. Psal.60,3.

Oratio pauperis, cùm anxius fuerit,& coram Domino effuderit precem suam. Tit.Psal.101.

Anxiatus est super me spiritus meus, in me turbatum est cor meum. Psal.142,4.

Anima in angustiis & spiritus anxius clamat ad te:audi Domine & miserere,quia Deus es misericors. Baruch 3,1,2.

AOD.

Suscitauit eis saluatorem vocabulo Aod. Iudic. 3, 15.

APADNO.

Et figet tabernaculum suum Apadno inter maria. Dan.11,45.

APER.

Exterminauit eam [vineam] aper de silua. Psalm.79,14.

APERIO.

Aperui os meum ad Dominum,& aliud facere non potero. Iudic.11,35.

Aperuit Dominus oculos eorum.4.Reg.6,20.

Noluerant enim aperire ei,& interfecit [Manahem] omnes prægnantes eius, & scidit eas. 4.Reg.15,16.

Non aperiantur portæ Ierusalem vsque ad calorem solis: cumque adhuc assisterent, clausæ portæ sunt & oppilatæ. 2.Esd.7,3.

Aperta est terra, & deglutiuit Dathan. Psalmo 105,17.

Aperi mihi soror mea. Cant.5,2.

Surrexi,vt aperirem dilecto meo. 5.

Dabo clauem Dauid super humerum eius : & aperiet,& non erit qui claudat: & claudet,& non erit qui aperiat: & figam illum paxillum in loco fideli, & erit in solium gloriæ domui patris eius. Isa.22,22.

Et non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius : omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius. Hebr.4,13.

Qui habet clauem Dauid:qui aperit,& nemo claudit; claudit, & nemo aperit. Apoc.3,7.

Quis est dignus aperire librum, & soluere signacula eius? † 5,2.

APEX.

Iota vnum aut vnus apex non præteribit à lege. Math.5,18.

APHRICA.

Aphrica & Libyes fuerunt in auxilio tuo. Nahum 3,9.

APIS.

Et ecce examen apum in ore leonis erat & fauus mellis. Iudic.14,8.

Breuis in volatilibus est apis,& initium dulcoris habet fructus illius. Eccli.11,3.

Sibilabit Dominus muscæ,quę est in extremo flumine Aegypti, & api, quæ est in terra Assur Isa.7,18.

APOCALYPSIS.

Cùm conuenitis, vnusquisque vestrûm psalmum habet,doctrinam habet, apocalypsim habet, linguam habet, interpretationem habet. 1.Cor.14,26.

APOLLO.

Ego plantaui, Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit. 1.Cor.3,6.

Non fuit voluntas [Apollo] vt nunc veniret: veniet autem cùm ei vacuum fuerit. † 16,12.

APOLLONIVS.

Accepit spolia eorum, & gladium Apollonij abstulit Iudas, & erat pugnans in eo omnibus diebus. 1.Mach.3,12.

APOLLYON.

Habebant super se regem angelum abyssi,cui nomen Hebraicè Abadnon,Græcè autem Apollyon,Latinè habens nomen,Exterminans. Apocal.9,11.

APORIA.

Sicut in percussura cribri remanebit puluis, sic aporia hominis in cogitatu illius. Ecclesiastici 27,5.

Et vidit quia non est vir: & aporiatus est, quia non est qui occurrat. Isa.59,16.

APOSTATA.

Apostatarum ingenium. Exod.16,3. Numer.16,3,9,13.

Apostatantium voces. Nónne melius est reuerti in Aegyptum? Num.14,3.

Qui dicit regi,Apostata; qui vocat duces impios. Iob 34,18.

Homo apostata, vir inutilis, graditur ore peruerso,annuit oculis, terit pede, digito loquitur, prauo corde machinatur malum,& omni tempore iurgia seminat. huic extempló veniet perditio sua,& subitò conteretur,nec habebit vltrà medicinam. Prou.6,12,13.

Initium superbiæ hominis, apostatare à Deo; quoniam ab eo, qui fecit illum, recessit cor eius. Eccli.10,14.

Vinum & mulieres apostatare faciunt sapientes. † 19,2.

Væ filij desertores, dicit Dominus, vt faceretis consilium, & non ex me: & ordiremini telam, & nõ per spiritum meum: vt adderetis peccatum super peccatum: qui ambulatis vt descendatis in Aegy-

Aegyptum, & os meum non interrogastis, *&c.* Isa.30,1,2.

Mitto ego te ad filios Israel, ad gentes apostatrices, quæ recesserunt à me. Ezech.2,3.

APOSTOLVS.

Duodecim autem Apostolorum nomina sunt hæc: Primus, Simon qui dicitur Petrus. Matthæi 10,2.

Ostende quem elegeris ex his duobus vnum, accipere locum ministerij huius & Apostolatus, de quo præuaricatus est Iudas. Act.1,25.

Per quem accepimus gratiam & Apostolatum. Rom.1,5.

Puto enim quòd Deus nos Apostolos nouissimos ostendit tamquam morti destinatos. 1.Corinth.4,9.

Non sum liber, non sum Apostolus? † 9,1,2.

Quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia; primùm Apostolos, secundò Prophetas † 12,28.

Sicut fratres nostri Apostoli Ecclesiarum, gloria Christi. 2.Cor.8,23.

Nihil enim minus fui ab iis, qui sunt supra modum Apostoli, tametsi nihil sum. † 12,11,12.

Signa autem Apostolatus mei facta sunt super vos, in omni patientia, in signis & prodigiis. 12.

Neque veni Ierosolymam ad antecessores meos Apostolos. Gal.1,17.

Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas. Ephes.4,11.

Vestrum autem Apostolum [Epaphroditum] & ministrum necessitatis meæ mittere ad vos. Philip.2,25.

Cùm possemus vobis oneri esse, vt Christi Apostoli. 1.Thess.2,7.

Apostolus magnus est Christus. Hebr.3,1.

Apostoli eliguntur ex discipulis. Luc 6,13.

Considerate Apostolum & Pontificem confessionis nostræ Iesum. Hebr.3,1.

Tentasti eos, qui se dicunt Apostolos esse, & non sunt. Apoc.2,2.

APOTHECA.

Vnguenti optimi, & omnes apothecas supellectilis suæ. Isa.39,2.

Demolita sunt horrea, dissipatæ sunt apothecę. Ioel.1,17.

APPAREO.

Apparet Deus Abrahæ. Gen.12,7.† 18,1.

Apparuit ei Dominus, dixitque ad eum: Ego Dominus omnipotens, ambula coram me, & esto perfectus, ponamque fœdus meum inter me & te. † 17,1.

Apparet Dominus, & inhibet Isaac descensum in Aegyptum. † 26,2.

Deus omnipotens apparuit mihi in Luza: benedixitque mihi, & ait: Ego te augebo. † 48,3.

Apparuitque ei [Moysi] Dominus in flamma ignis, de medio rubi. Exod.3,2.

Hodie Dominus apparebit vobis. Leuit.9,4,6.

Apparuit de monte Pharan. Deut.33,2.

Apparuit ei Angelus Domini, & ait: Dominus tecum, virorum fortissime. Dixitque ei Gedeon: Obsecro, mi Domine, si Dominus nobiscum est, cur apprehenderunt nos hæc omnia? vbi sunt mirabilia eius, quæ narrauerunt patres nostri? Iudic.6,12.

Apparuit [Manue] Angelus Domini. † 13,2,9.

Addidit Dominus vt appareret in Silo. 1.Regum 3,21.

Apparuit Samuel egrediens obuiàm eis, vt ascenderet in excelsum. † 9,14.

Apparuit vir ille spurius, ascendens, Goliath nomine. † 17,23.

Misit autem Saul apparitores, qui raperent Dauid: & responsū est quòd ægrotaret. † 19,14.

Apparuit autem Dominus Salomoni per somnium nocte, dicens: Postula quod vis, vt dem tibi. 3.Reg.3,5. † 9,2. 2.Par.1,7.

Ego autē in iustitia apparebo tibi. Psal.16,15.

Quando veniam & apparebo ante faciem Dei mei? † 41,3.

Horrendè & citò apparebit vobis, quoniam iudicium durissimū his, qui præsunt, fiet. Sap.6,6.

Per quæ tristes illis apparentes, pauorem illis præstabant. † 17,4,6.

Longè Dominus apparuit mihi. Ierem.3,3.

Quia adhuc visus procul, & apparebit in finē, & non mentietur. Habac.2,3.

Apparuit enim illis quidam equus, terribilem habens sessorem, optimis operimentis adornatus. 2.Mach.3,25.

Sed cùm vehemens pugna esset, apparuerunt aduersariis de cælo viri quinque in equis, frænis aureis decori, ducatum Iudæis præstantes. † 10,29.

Apparuit præcedens eos eques in veste candida, armis aureis hastam vibrans. † 11,8.

Angelus Domini apparuit in somnis ei [Ioseph.] Matth 1,20.

Apparuerunt eis Moyses & Elias cum eo loquentes. † 17,3.

Exeuntes de monumentis post resurrectionem eius, venerunt in sanctam ciuitatem, & apparuerunt multis. † 27,53.

Apparuit primò Mariæ Magdalenæ. Marci 16,9.

Apparuit autē illi Angelus Domini. Luc.1,11.

Apparuit autem illi Angelus de cælo, confortans eum. † 22,43.

Surrexit Dominus verè, & apparuit Simoni. † 24,34.

Per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno Dei. Act.1,3.

Deus gloriæ apparuit patri nostro Abrahæ, cùm esset in Mesopotamia. † 7,2.

Contradicentibus autem Iudæis, coactus sum appellare Cæsarem. † 28,19.

APPARO.

Vt commodarent illis apparatum suum, qui erat copiosus. 1.Mach 9,35. † 2,15,21,32.

APPENDO.

Quis appendit tribus digitis molem terræ, & librauit in pondere montes? Isa.40,12.

Thecel: appensus es in statera, & inuentus es minus habens. Dan.5,27.

Appenderunt mercedem meam triginta argenteos. Zach.11,12.

APPETO.

Subter te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius. Gen.4,7.

APPLICO.

Si latet fur, dominus domus applicabitur ad deos, & iurabit quòd non extenderit manum in rem proximi. Exod.22,8.

Applica ad te Aaron cum filiis suis de medio filiorum Israel. † 28,1.

Applicuerunt tribum Beniamin. 1.Reg.10,21.

Applica arcam Dei. † 14,18.

Applicate huc vniuersos angulos populi. 38.

Applica ad me ephod. † 30,7.

APPONO.

Si quis apposuerit ad hæc, apponet Deus super illum plagas. Apoc 22,18.

APPRECOR.

Fratres apprecantur prospera sorori suæ Rebecca. Gen.24,60.

Apprecatio fausta. Ruth 4,11,12.Tob.9,11.

Apprecantur omnes fausta Iudith. Iudith 10,9.

APPREHENDO.

Apprehendit [Sunamitis] pedes eius, & accessit Giezi vt amoueret eam. 4.Reg.4,27.

APPRETIO.

Proiice illud ad statuarium, decorum pretium, quo appretiatus sum ab eis. Zach 11,13. Matthæi 27,9.

APPROBO.

Audite tribus, & quis approbabit illud? adhuc ignis in domo impij thesauri iniquitatis. Michææ 6,9.

Iesum Nazarenum, virum approbatum à Deo in vobis, virtutibus & prodigiis, & signis, quæ fecit Deus per illum. Act.2,22.

APPROPIO, APPROPINQVO.

Ne appropies, inquit, huc: solue calceamentum de pedibus tuis. Exod.3,5.

Qui appropinquant pedibus eius, accipient de doctrina illius. Deut.33,3.

Cauete ne appropinquetis ad arcam. Ios.3,4.

Incedens & appropinquans aduersus Dauid, & armiger eius ante eum. 1.Reg.17,41.

Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. Iac.4,8.

APPROXIMATIO.

Approximatio rei vendita. Leuit.25,25.

APTVS.

Quemcumque videbat Saul virum fortem, & aptum ad prœliū, sociabat eum sibi. 1.Reg.14,52.

AQVA.

Repererunt aquam viuam, sed & ibi iurgium fuit pastorum Geraræ aduersus pastores Isaac. Gen.26,20.

Iste est Ana, qui inuenit aquas calidas in solitudine. † 36,24.

Effusus es sicut aqua, non crescas. † 49,4.

Sume aquam fluminis, & effunde eam super aridam, & quidquid hauseris de fluuio, vertetur in sanguinem. Exod.4,9. † 7,17.

Foderunt per circuitum fluminis aquam vt biberent. 24.

Erat enim aqua quasi murus à dextra eorum & læua. † 14,22.

Fugientibusque Aegyptiis occurrerunt aquę, & inuoluit eos Dominus. 27.

Ambulaueruntque tribus diebus per solitudinem, & non inueniebant aquam, & venerunt in Mara. † 15,22.

Da nobis aquam vt bibamus. quibus respondet Moyses: Quid iurgamini contra me? cur tentatis Dominum? † 17,2.

Lotos aqua [Aaron & filios eius] indues sanctis vestibus vt ministrent mihi. † 40,13.

Lotis vestibus, & toto corpore in aquis viuentibus, erit mundus. Leuit.15,13.

Assumetque aquam sanctam in vase fictili, & pauxillum terræ de pauimento tabernaculi mittet in eam. Num.5,17.

Non te nocebunt aquæ istæ amarissimæ, in quas maledicta congessi. 19.

Aspergantur [Leuitę] aqua lustrationis, & radant omnes pilos carnis suæ, cumque lauerint vestimenta sua, & mundati fuerint, tollent bouem de armentis. † 8,7,8.

Et in aquam aspersionis: quia pro peccato vacca combusta est. † 19,9.

Aquam emere volunt Israelitæ. † 20,19.

Percutiens virga bis silicem, egressę sunt aquæ largissimæ, ita vt populus biberet & iumenta. 11.

Fluet aqua de situla eius, & semen illius erit in aquas multas. † 24,7.

Aquam pecunia tribue, & sic bibemus. Deuter.2,28.

Vbi iacto semine in hortorum morem aquæ ducuntur irriguæ. † 11,10.

Aquæ Iordanis sistuntur. Ios.3,10.

Ad instar montis, tumescentes [aquæ] apparebant procul. 16.

Reuersæ sunt aquæ in alueum suum, & fluebant sicut antè consueuerant. † 4,18.

Transitque aquas, quæ vocantur Fons solis. † 15,7.

Aquam petenti, lac dedit, & in phiala Principum obtulit butyrum. Iudic 5,25.

In trecentis viris, qui lambuerunt aquas, liberabo vos. † 7,7.

Aperuit itaque Dominus molarem dentem in maxilla asini, & egressæ sunt ex eo aquæ. † 15,19.

Hauseruntque aquam, & effuderunt in conspectu Domini, & ieiunauerunt in die illa, atque dixerunt ibi: Peccauimus Domino. 1 Reg. 7,6.

O si quis daret mihi potum aquæ de cisterna, quæ est in Bethlehem iuxta portã! 2. Reg. 23,15.

Da mihi paululum aquæ in vase vt bibam. 3. Reg. 17,10.

Currebant aquæ circum altare, & fossa aquæductus repleta est. † 18,34.

Mittite virum istum in carcerem, & sustentate eũ pane tribulationis & aqua angustiæ. † 22,27.

Tulitque Elias pallium suum, & inuoluit illud, & percussit aquas, quæ diuisæ sunt. 4. Regum 2, 8.

Et pallio Eliæ, quod ceciderat ei, percussit aquas, & non sunt diuisæ. 14.

Sed aquæ pessimæ sunt & terra sterilis. 19.

Sanaui aquas has, & non erit vltrà in eis mors, neque sterilitas. 21.

Nec erat aqua exercitui & iumentis, quæ sequebantur eos. † 3,9.

Est hîc Elisæus filius Saphat, qui fundebat aquam super manus Eliæ. 11.

Repleta est terra aquis. 20.

Viderunt Moabitæ econtrà, aquas rubras quasi sanguinem. 22.

Tulit stragulum, & infudit aquam, & expandit super faciem eius; quo mortuo, regnauit Hazael pro eo. † 8,15.

Ego bibi aquas alienas, & siccaui vestigiis pedum meorum omnes aquas clausas. † 19,24.

Quomodo fecerit [Ezechias] piscinam & aquæductum, & introduxerit aquas in ciuitatem. † 20,20.

Transiui ad portam fontis & ad aquæductum regis. 2. Esd. 2,14.

Aquæ quasi murus solidarentur. Iudith 5,12.

Pone custodes fontium, vt non hauriant aquam ex eis. † 7,9.

Fames inuasit eos, & ab ariditate aquæ iam inter mortuos computantur. † 11 10

Si continuerit aquas, omnia siccabuntur; & si emiserit eas, subuertent terram. Iob 12,15.

Aquam lasso non dedisti. † 22,7.

Qui ligat aquas in nubibus suis, vt non erumpant pariter deorsum. † 26,8.

Aquas appendit in mensura. † 28,25.

In similitudinem lapidis aquæ durantur, & superficies abyssi constringitur. † 38,30.

Tenebrosa aqua in nubibus aëris. Psal. 17,12.

Sicut aqua effusus sum: & dispersa sunt omnia ossa mea. † 21,15.

Super aquam refectionis educauit me, animam meam conuertit. † 22,3.

Intrauerunt aquæ vsque ad animam meam. † 68, 2.

Eduxit aquam de petra, & deduxit tamquam flumina aquas. † 77,16.

Qui tegis aquis superiora eius. † 103,3.

Super montes stabunt aquæ. 6.

Inter medium montiũ pertransibũt aquæ. 10.

Conuertit aquas eorũ in sanguinẽ † 104,29.

Irritauerunt eum ad aquas contradictionis. † 105,32.

Intrauit sicut aqua in interiora eius. † 108,18.

Libera me de aquis multis. † 143,7.

Aquæ, quæ super cælos sunt, laudent nomen Domini. † 148,5.

Aquæ furtiuæ dulciores sunt, & panis absconditus suauior. Prou. 9,17.

Quis colligauit aquas quasi in vestimento? † 30,4.

Mitte panem tuum super transeuntes aquas. Eccles. 11,2.

Fons hortorum, puteus aquarum viuentium. Cant 4,15.

Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem. † 8,7.

Excandescet in illos aqua maris, & flumina concurrent duriter. Sap. 5,23.

Transuexit illos per aquam nimiam † 10,18.

In aqua, quæ omnia extinguit, plus ignis valebat. † 16,17.

Ex aqua, quæ antè erat, terra arida apparuit, & in mari rubro via sine impedimento, & campus germinans de profundo nimio. † 19,7.

Ignis in aqua valebat supra suam virtutem, & aqua extinguentis naturæ obliuiscebatur. 19.

Apposuit tibi aquam & ignem: ad quod volueris, porrige manum tuam. Eccli. 15,17.

Ego quasi trames aquæ immensæ. † 24,41.

In verbo eius stetit aqua sicut congeries. † 39,22.

Fodit [Ezechias] ferro rupem, & ædificauit ad aquam puteum. † 48,19.

Pro eo quòd abiecit populus iste aquas Siloë, quæ vadunt cum silentio, & assumpsit magis Razin, & filium Romeliæ: propter hoc ecce Dominus adducet super eos aquas fluminis fortes & multas, regem Assyriorum, & omnem gloriam eius. Isa. 8,6,7.

Aquæ enim Nemrim desertæ erunt, quia aruit herba. † 15,6.

Aquæ Dibon repletæ sunt sanguine: ponam enim super Dibon additamenta, his qui fugerint de Moab leonem, & reliquiis terræ. 9.

Arescet aqua de mari, & fluuius desolabitur. † 19,5.

Et super omnem collem eleuatum riui currentium aquarum. † 30,25.

Quia scissæ sunt in deserto aquæ, & torrentes in solitudine. † 35,6

Ponam

Ponam desertum in stagna aquarum, & terram inuiam in riuos aquarum. † 41,18.

Dedi in deserto aquas flumina in inuio, vt darem potum populo meo, electo meo. † 43,20.

Effundam enim aquas super sitientem, & fluenta super aridam. † 44,3.

Et nunc quid tibi vis in via Aegypti, vt bibas aquam turbidam? & quid tibi cum via Assyriorũ, vt bibas aquam fluminis? Ierem. 2,18.

Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum? & plorabo die ac nocte interfectos filiæ populi mei. † 9,1.

Ad vocem suam dat multitudinem aquarum in cælo. † 10,13.

Maiores miserunt minores suos ad aquam: venerunt ad hauriendum, non inuenerunt aquam: reportauerunt vasa sua vacua, confusi sunt & afflicti, & operuerunt capita sua. † 14,3.

Facta est mihi quasi mendacium aquarum infidelium. † 15,18.

Recedentes à te, in terra scribentur, quoniam dereliquerunt venam aquarum viuentium Dominum. † 17,13.

Aquæ quoq; Nemrim pessimę erunt. † 48,34.

Quæ habitas super aquas multas. † 51,13.

Inundauerunt aquæ super caput meum, dixi: Perij. Thren. 3,54.

Aquam nostram pecunia bibimus, ligna nostra pretio comparauimus. † 5,4.

Aquam in mensura bibes. Ezech. 4,11.

Panem suum in sollicitudine comedent, & aquam suam in desolatione bibent. † 12,19.

Aqua non es lota in salutem. † 16,4.

Aquæ nutrierunt illum, abyssus exaltauit illum, flumina eius manabant in circuitu radicum eius. † 31,4.

Cùm purissimam aquam biberetis, reliquam pedibus vestris turbabatis. † 34,18,19.

Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, & ab vniuersis idolis vestris mundabo vos. † 36,25.

Aquæ descendebant in latus templi dextrum ad Meridiem altaris. † 47,1,2.

Intrabunt mare, & exibunt, & sanabuntur aquæ. 8.

Dentur nobis legumina ad vescendum, & aqua ad bibendum. Dan. 1,12.

Per omnes riuos Iuda ibunt aquæ, & fons de domo Domini egredietur. Ioël. 3,18.

Qui vocat aquas maris, & effundit eas super faciem terræ. Amos 9,6.

Circumdederunt me aquę vsque ad animam: abyssus vallauit me, pelagus operuit caput meũ. Ionæ 2,6.

Aquam propter obsidionem hauri tibi, extrue munitiones tuas. Nahum 3,14.

Exibunt aquæ viuæ de Ierusalem: medium earum ad mare orientale, & medium earum ad mare nouissimum. Zach 14,8.

Non inuenerunt ignem, sed aquam crassam. 2. Mach. 1,20.

Ex residua aqua Nehemias iussit lapides maiores perfundi. quod vt factum est, ex eis flamma accensa est. 2. Mach. 1,31.

Et quicumque potum dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ, tantùm in nomine discipuli; amen dico vobis, non perdet mercedem suam. Matth. 10,42.

Aquam pedibus meis non dedisti. Luc. 7,44.

Vnde ergo habes aquã viuam? Ioan. 4,11,14.

Hominem non habeo, vt cùm turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam. † 5,7.

Ait eunuchus: Ecce aqua, quid prohibet me baptizari? Act. 8,36.

Noli adhuc aquam bibere: sed modico vino vtere, propter stomachum tuum, & frequentes tuas infirmitates. 1. Tim. 5,23.

Sic neque salsa dulcem potest facere aquam. Iac 3,12.

Hic est qui venit per aquam & sanguinem Christus Iesus. 1. Ioan. 5,6.

Potestatem habent super aquas conuertendi eas in sanguinem. Apoc. 11,6.

Ego sitienti dabo de fonte aquæ vitæ, gratis. † 21,6.

Et ostendit mihi fluuium aquæ vitæ, splendidum tamquam crystallum. † 22,1.

AQVILA.

Vos vidistis quæ fecerim Aegyptiis, quomodo portauerim vos super alas aquilarum, & assumpserim mihi. Exod 19,4.

Hæc sunt quæ de auibus comedere non debetis, & vitanda sunt vobis: aquilam, & gryphem, & haliæetum, & miluũ ac vulturem Leuit. 11,13.

Adducet Dominus super te gentem de longinquo, & de extremis terræ finibus, in similitudinem aquilæ volantis cum impetu. Deut. 28,49.

Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans. † 32,11.

Saul & Ionathas, &c. aquilis velociores, leonibus fortiores. 2 Reg. 1,23.

Pertransierunt quasi naues poma portantes, sicut aquila volans ad escam. Iob 9,26.

Numquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila, & in arduis ponet nidum suum? † 39,27.

Renouabitur sicut aquilæ iuuentus tua. Psalmo 102,5.

Viam aquilæ in cælo. Prou. 30,19.

Quasi aquila volabit, & extendet alas suas ad Moab. Ierem. 48,40.

Arrogantia tua decepit te, & superbia cordis tui, qui habitas in cauernis petrę, & apprehendere niteris altitudinem collis: cùm exaltaueris quasi aquila nidum tuum, inde detraham te. † 49,16.

Ecce quasi aquila ascendet, & auolabit, & expandet alas suas super Bostan. 22.

Aquila grandis magnarum alarum, longo membrorum ductu, plena plumis, & varietate, venit ad Libanum, & tulit medullam cedri. Ezech.17,3,7.

Vbicumque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ. Matth.24,28.

Audiui vocem vnius aquilæ volantis per medium cæli, dicentis voce magna: Væ, væ, væ habitantibus in terra. Apoc.8,13.

AQVILO.

Aquilonem & mare tu creasti. Psal.88,13.

Surge Aquilo, & veni Auster, perfla hortum meum. Cant.4,16.

Ollam succensam ego video, & faciem eius à facie Aquilonis. Ier.1,13.

Ab Aquilone pandetur malum super omnes habitatores terræ. 14.

Ibi principes Aquilonis omnes, & vniuersi venatores. Ezech.32,30.

Eum qui ab Aquilone est, procul faciam à vobis, & expellam eum in terrã inuiam. Ioel.2,20.

ARA.

Annuli ænei, quos pones subter arulam altaris. Exod.27,5.

Aras eorum destrue, confringe statuas, lucosque succide. † 34,13. Deut 7,5, † 12,3.

Aram Baal iubet Deus destrui: eam destruens morti adiudicatur. Iudic.6,25,30.

Aedificauerunt enim & ipsi sibi aras & statuas & lucos super omnem collem excelsum, & subter omnem arborem frondosam. 3.Reg.14,23.

Posuit [Achab] aram Baal in templo Baal, quod ædificauerat in Samaria. † 16,32.

Destruxerunt aras eius. 4.Reg.11,18.

Erexit [Manasses] aras Baal, & fecit lucos. † 21,3.

Et destruxit aras portarum in introitu ostij Iosue principis ciuitatis. † 23,8.

Destruxeruntque coram eo aras Baalim, & simulacra, quæ superposita fuerant, demoliti sunt. 2.Par.34,4.

Posuisti aras confusionis, aras ad libandum Baalim. Ier.11,13.

Cùm recordati fuerint filij eorum ararum suarum, & lucorum suorum, lignorumque frondentium in montibus excelsis, sacrificantes in agro. † 17,2.

Demoliar aras vestras, & confringentur simulachra vestra. Ezech.6,3.

Et iussit ædificari aras & templa & idola, & immolari carnes suillas. 1.Mach.1,50.

Aras autem, quas alienigenæ per plateas extruxerant, itemque delubra demolitus est. 2.Machab.10,2.

Et quidem satis iustè, nam quia multa erga aram Dei delicta commisit, cuius ignis & cinis erat sanctus; ipse [Menelaus] in cineris morte damnatus est. † 13,8.

ARANEA.

Sicut tela aranearum fiducia eius. Iob 8,14.

Tabescere fecisti sicut araneam animam eius. Psalm.38,12.

Anni nostri sicut aranea meditabuntur. † 89,10.

Oua aspidum ruperunt, & telas araneæ texuerunt. Isa.59,5.

In aranearum telas erit vitulus Samariæ. Osee 8,6.

ARATRVM.

Qua sapientia replebitur, qui tenet aratrum, & qui gloriatur in iaculo, stimulo boues agitat. Eccli.38,26.

Concidite aratra vestra in gladios. Ioel.3,10.

Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retrò, aptus est regno Dei. Luc.9,62.

ARBITER.

Pœna percutientis pragnantem, prout arbitri iudicauerint. Exod.21,22.

Iudicet Dominus arbiter huius diei inter Israel & inter filios Ammon. Iudic.11,27.

Quam sponte & arbitrio cordis sui inferant in templum. 4.Reg.12,4.

Posuistis vos tẽpus miserationis Domini, & in arbitriũ vestrũ diem constituistis ei. Iudith 8,13.

ARBOR.

Arbores fructiferæ in obsidione non succidantur. Deut.20,19.

Descendit [Holofernes] in campos Damasci in diebus messis, & succendit omnia sata, omnesque arbores & vineas fecit incidi. Iudith 2,17.

Sub arbore malo suscitaui te: ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua. Cant.8,5.

Arbor in medio terræ, & altitudo eius nimia. Dan.4,7,8.

Succidite arborem, & præcidite ramos eius. 11.

Dic sub qua arbore videris eos colloquentes sibi. † 13,54.

Non potest arbor bona malos fructus facere. Matth.7,18.

Ex fructu arbor agnoscitur. † 12,33.

Et aspiciens ait, Video homines velut arbores ambulantes. Marc 8,24.

Præcurrens ascendit in arborem sycomorum vt videret eum. Luc.19,4.

Arbores autumnales, infructuosæ, bis mortuæ, eradicatæ. Iudæ v.12.

ARCA.

Fac tibi arcam de lignis læuigatis. Gen.6,14.

Trecentorum cubitorum erit longitudo arcæ, quinquaginta cubitorum latitudo, & triginta cubitorum altitudo illius. 15.

Arca ferebatur super aquas, & aquæ præualuerunt nimis super terram. † 7,18.

Requieuitque arca mense septimo, *&c.* super montes Armeniæ. † 8,4.

Arcã de lignis Setim compingite. Exod.25,10.

Fecit

Fecit autem Beseleel & arcam de lignis Setim, &c. vestiuitque eam auro purissimo intus ac foris. † 37,1.

Cumque intulisset arcam in tabernaculum, appendit ante eam velum. † 40,19.

Cumque eleuaretur arca, dicebat Moyses; Surge Domine, & dissipentur inimici tui, & fugiant qui oderunt te à facie tua. Cùm autem deponeretur, aiebat: Reuertere Domine ad multitudinem exercitus Israel. Num. 10,35,36.

Facisque arcam ligneam. Deut. 10,1,5.

Arca fœderis Domini antecedet vos per Iordanem. Iosu. 3,11.

Afferamus ad nos de Silo arcam fœderis Domini, & veniat in medium nostri, vt saluet nos de manu inimicorum. 1. Reg. 4,3.

Arca Dei capta est: cumque ille nominasset arcam Dei, cecidit [Heli] de sella retrorsum iuxta ostium, & fractis ceruicibus mortuus est. 11,17.

Iudicauit Israel 40. annis. 18.

Arca infertur in templum Dagon. † 5,2.

Dagon deiicitur, palma ei præcisa. 5.

Non maneat arca Dei Israel apud nos: quoniam dura est manus eius super nos, & super Dagon Deum nostrum. 7.

Cumque venisset arca Dei in Accaron, exclamauerunt Accaronitæ, dicentes: Adduxerunt ad nos arcam Dei Israel, vt interficiat nos & populum nostrum. 10 12.

Fuit ergo arca Domini in regione Philisthinorum septem mensibus. † 6,1.

Tolletisque arcam Domini, & ponetis in plaustro, & vasa aurea, quæ exoluistis ei pro delicto, ponetis in capsellam ad latus eius. 8.

Viderunt [Bethsamitæ] arcam, & gauisi sunt cùm vidissent. 13.

Leuitæ autem deposuerunt arcam Dei. 15.

Reduxerunt Philisthiim arcam Domini, descendite & reducite eam ad vos. 21.

Arca Dei manet in Cariathiarim viginti annis. † 7,2.

Applica arcam Dei. † 14,18.

Vt adducerent arcam Dei. 2. Reg. 6,2.

Et imposuerunt arcam Dei super plaustrum nouum. 3.

Quomodo ingredietur ad me arca Domini? 9.

Adduxit arcam Dei de domo Obededom in ciuitatem Dauid, cum gaudio: & erant cum Dauid septem chori, & victima vituli. 12.

Ducebant arcam testamenti Domini in iubilo, & in clangore buccinæ. 15.

Et introduxerunt arcam Domini, & imposuerunt eam in loco suo, in medio tabernaculi, quod tetenderat ei Dauid. Et obtulit Dauid holocausta & pacifica coram Domino, cumque complesset offerens holocausta, & pacifica, benedixit populo in nomine Domini. 17,18.

Cibus datur populo arca translata. 19.

Arca Dei & Israel & Iuda habitant in papilionibus, & dominus meus Ioab, & serui domini mei super faciem terræ manent: & ego ingrediar domum meam, vt comedā, & bibam, & dormiam cum vxore mea? per salutem tuam, & per salutem animæ tuæ non faciam rem hanc. † 11,11.

Portantes arcam fœderis Dei. † 15,24.

Reporta arcam Dei in vrbem. Si inuenero gratiam in oculis Domini, reducet me, & ostendet mihi eam, & tabernaculum suum: si autem dixerit; Non places præstò sum, faciat quod bonum est coram se. 25,26.

Vt deferrent arcam fœderis Domini, de ciuitate Dauid, id est, de Sion. 3. Reg. 8,1.

Tulerunt arcam sacerdotes. 3.

Gradiebatur coram illo ante arcam. 5.

Et intulerunt sacerdotes arcam fœderis Domini in locum suum, in oraculum templi, in Sanctum sanctorum subter alas Cherubim. 6.

In arca autem non erat aliud nisi duæ tabulæ lapideæ. 9.

Arca transfertur à Dauid congregata maxima multitudine. 1. Par. 13,5,6,8.

Aedificauit locum arcæ Dei, tetenditque ei tabernaculum. † 15,1,2,12.

Arcam portant Leuitæ humeris suis. 15.

Deducebant arcam Domini in iubilo. 28.

Constituerunt eam in medio tabernaculi, quod tetenderat ei Dauid. † 16,1.

Vt adducerent arcam fœderis Domini de ciuitate Dauid, quæ est Sion. 2. Par. 5,2.

Nihilque aliud erat in arca, nisi duæ tabulæ. 2. Par. 5,10. Hebr. 9,4.

Aedificaui domū nomini Domini Dei Israel, & posui in ea arcam, in qua est pactum Domini, quod pepigit cum filiis Israel. 2. Par. 6,11.

Arcula ad ostium templi impletur donis. † 24, 9,10.

Vt de arca regis, id est, de tributis quæ dantur de regione trans flumen, studiosè sumptus dentur viris illis, ne impediatur opus. 1. Esd. 6,8.

Surge Domine in requiem tuam, tu & arca sanctificationis tuæ. Psal. 131,8.

Non dicent vltrà: Arca testamenti Domini, neque ascendet super cor. Ierem. 3,16.

Erat autem in ipsa scriptura quomodo tabernaculum & arcam iussit propheta diuino responso ad se facto comitari secum, vsquequò exiit in montem. 2. Mach. 2,4,5.

Aureum habens thuribulum, & arcam testamenti circumtectā ex omni parte auro. Heb. 9,4.

Fide Noe, responso accepto, de iis, quæ adhuc non videbantur, metuens aptauit arcā in salutem domus suæ, per quam damnauit mundū. † 11,7.

Et apertum est templū Dei in cælo, & visa est arca testamenti eius in templo eius. Apoc. 11,19.

ARCANVM.

Fecerunt etiam ipsi [malefici] per incantationes

nes Aegyptiacas, & arcana quædam similiter. Exod.7,11.

In nablis arcana cantabant. 1.Par.15,20.

Pro arcanis. Tit.Psal.45.

Qui denudat arcana amici, fidem perdit, & non inueniet amicum ad animum suum. Eccli.27,17.

Violabunt arcanum meum, & introibunt in illud emissarij. Ezech.7,22.

ARCHANGELVS.

Dominus in iussu & in voce Archangeli, & in tuba Dei descendet de cælo. 1.Thess.4,15.

Cùm Michaël Archangelus cum diabolo disputans altercaretur de Moysi corpore. Iudæ v.9.

ARCHEVTINVM.

Ligna, &c. archeutina & pinea. 2.Par.2,8.

ARCHITECTVS.

Vt sapiens architectus fundamentum posui: alius autem superædificat. 1.Cor.3,10.

ARCHITRICLINVS.

Haurite nunc, & ferte architriclino. Ioan.2,8.

ARCTO.

Arctauitque Amorrhæos filios Dan in monte. Iudic.2,34.

Se in arcto positos (afflictus enim erat populus) absconderunt se in speluncis. 1.Reg.13,6.

ARCTVRVS.

Qui facit Arcturum & Oriona, & Hyadas, & interiora Austri. Iob 9,9. Amos 5,8.

ARCVS.

Arcum meũ ponam in nubibus, & erit signum fœderis inter me & inter terrã. Gen.9,13,14,16.

Sedit in forti arcus eius. † 49,23.

Arcus fortium superatus est. 1.Reg.2,4.

Præcepit [David] vt docerent filios Iuda arcum, sicut scriptum est in libro iustorum. 2.Regum 1,18.

Iehu tetendit arcum, & percussit Ioram inter scapulas, & egressa est sagitta per cor eius, statímque corruit in curru suo. 4.Reg.9,24.

Affer arcum & sagittas. † 13,15.

Fugiet arma ferrea, & irruet in arcum æreum. Iob 20,24.

Arcus meus in manu mea instaurabitur. † 29,20.

Arcum suum tetendit. Psal.7,13.

Peccatores intenderunt arcum: parauerunt sagittas in pharetra. † 10,2.

Posuisti vt arcum æreũ brachia mea. † 17,35.

Intenderunt arcum suum. † 36,14.

Arcus eorum confringatur. 15.

Arcum conteret, & confringet arma. † 45,10.

Intendit arcum suũ donec infirmentur. † 57,8.

Dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant à facie arcus. † 59,6.

Ibi confregit potentias arcuum, scutum, gladium, & bellum. † 75,4.

Filij Ephrem intendentes, & mittentes arcum, conuersi sunt in die belli. † 77,9.

Conuersi sunt in arcum prauum. 57.

Tamquam à benè curuato arcu nubium exterminabuntur. Sap.5,22.

Vide arcum, & benedic eum, qui fecit illum. valdè speciosus est in splendore suo. Eccli.43,12.

Quasi arcus refulgens inter nebulas gloriæ. † 50,8.

Extenderunt linguam suam quasi arcũ mendacij, & non veritatis. Ierem.9,3.

Tetendit arcum suum quasi inimicus: firmauit dexteram suam quasi hostis. Thren.2,4.

Tetendit arcum suum, & posuit me quasi signum ad sagittam. † 3,12.

Velut aspectum arcus, cùm fuerit in nube in die pluuiæ. Ezech.1,28.

Percutiam arcum tuum in manu sinistra tua, & sagittas tuas de manu dextera tua deiiciam. † 39,3.

Conteram arcum Israel in valle Iezrahel. Osee 1,5.

Reuersi sunt vt essent absque iugo: facti sunt quasi arcus dolosus. † 7,16.

Suscitans suscitabis arcum tuum. Habac.3,9.

Extendi mihi Iudam quasi arcum, impleui Ephraim. Zach.9,13.

Et ecce equus albus, & qui sedebat super illum habebat arcum. Apoc.6,2.

ARDEO.

Ardeat lucerna semper. Exod.27,20.

Visitabo vos velociter in egestate, & ardore, qui conficiat oculos vestros, & consumat animas vestras. Leuit.26,16.

Et arderent [ligna] super altare Dei nostri, sicut scriptum est in lege Moysi. 2.Esd.10,34.

Nónne ardorem refrigerabit ros? sic & verbum melius quàm datum. Eccli.18,16.

Si abluerit Dominus sordes filiarum Sion, & sanguinem Ierusalem lauerit de medio eius, in spiritu iudicij & spiritu ardoris. Isa.4,4,5.

A facie tua montes defluerent, sicut exustio ignis tabescerent, aquæ arderent igni. † 64,2.

Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, & arescet, & in ignem mittent, & ardet. Ioan.15,6.

Et si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. 1.Cor 13,3.

ARDVVS.

Numquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila, & in arduis ponet nidum suum? Iob 39,27.

A voce equitis & mittentis sagittam fugit omnis ciuitas, ingressi sunt ardua, & ascenderunt rupes. Ierem.4,29.

AREA.

Veneruntque ad aream Atad, quæ sita est trans Iordanem. Gen.50,10.

Vnde

Vnde te saluare possum; de area, vel de torculari? 4.Reg.6,27.

Filia Babylonis quasi area, tempus trituræ eius. Ier.51,33.

ARESACIO.

Radices gentium superbarum arefecit Deus, & plantauit humiles ex ipsis gentibus. Eccli.10,18.

Arefacta est continuò ficulnea. Matth.21,19.

Exortus est enim sol cum ardore, & arefecit fœnum, & flos eius decidit, & decor vultus eius deperiit, ita & diues in itineribus suis marcescet. Iac.1,11.

ARENA.

Et reliquum vulgus, sicut arena, quæ est in litore maris plurima. 1.Reg.13,5.

Quasi arena maris innumerabilis: & tu eris in medio eorum. 2.Reg.17,11.

Vtinam appenderentur peccata mea quibus iram merui, & calamitas quam patior, in statera, quasi arena maris hęc grauior appareret. Iob 6,3.

Aurum in comparatione illius arena est exigua. Sap.7,9.

Arenam maris & pluuiæ guttas & dies sæculi quis dinumerauit? Eccli.1,2.

Qui posui arenam terminum mari, præceptum sempiternum, quod non præteribit: & commouebuntur. Ier 5,22.

Dabo Ierusalem in aceruos arenæ, & cubilia draconum, & ciuitates Iuda dabo in desolationem, eò quòd non sit habitator. † 9,11.

Si fuerit numerus filiorum Israel tamquam arena maris, reliquiæ saluæ fient. Rom.9,27.

Et stetit [draco] supra arenam maris. Apocal.12,18.

AREOPAGVS.

Apprehensum eum [Paulum] ad Areopagum duxerunt. Act.17,19,22.

AREVNA.

Erat autem Angelus Domini iuxta aream Areuna Iebusæi. 2.Reg.24,16.

ARGENTVM.

Argentum seruat Michas; inde fit idolum. Iudic.17,3.

Non erat argentum, nec alicuius pretij putabatur in diebus Salomonis. 3.Reg.10,21.

Fecitque vt tanta esset abundantia argenti in Ierusalem, quanta & lapidum. 27.

Deditque Ezechias omne argentum quod repertum fuerat in domo Domini & in thesauris regis. 4.Reg 18,15.

Appendi in manibus eorum argenti talenta sexcenta quinquaginta, & vasa argentea centum, auri centum talenta: & crateres aureos viginti, qui habebant solidos millenos, & vasa æris fulgentis optimi duo, pulchra vt aurum. 1.Esd.8,26,27.

Habet argentum venarum suarum principia, & auro locus est in quo conflatur. Iob 28,1.

Argentum igne examinatum, purgatum septuplum. Psal.11,7.

Coaceruaui mihi argentum & aurum. Eccles.2,8.

Argentum tuũ versum est in scoriam. Isa.1,22.

Quare appenditis argentum non in panibus, & laborem vestrum non in saturitate? † 55,2.

Vt adducam filios tuos de longè, argentum eorum & aurum eorum cum eis nomini Domini Dei tui, & sancto Israel, quia glorificauit te. † 60,9.

Argentum reprobum vocate eos, quia Dominus proiecit illos. Ier.6,30.

Argentum inuolutum de Tharsis affertur, & aurum de Ophaz. † 10,9.

Appendi ei argentum septem stateres, & decem argenteos. † 32,9.

Argentum multiplicaui ei & aurum, quæ fecerunt Baal. Osee 2,8.

Fodi mihi eam quindecim argenteis, & coro hordei. † 3,2.

Coaceruauit [Tyrus] argentum quasi humũ, & aurum vt lutum platearum. Zach.9,3.

Appenderunt mercedem meam triginta argenteos. † 11,12.

Argentum & aurum non est mihi, quod autem habeo, hoc tibi do: In nomine Iesu Christi Nazareni surge & ambula. Act.3,6.

Demetrius enim quidam nomine argentarius, faciens ædes argenteas Dianæ, præstabat artificibus non modicum quæstum. † 19,24.

Argentum & aurum aut vestem nullius concupiui. † 20,33.

ARGILLA.

Fudit ea [vasa] rex in argillosa terra. 3.Regum 7,46.

ARGVMENTVM.

Scit [sapientia] versutias sermonum, & dissolutiones argumentorum: signa & monstra scit antequam fiant. Sap.8,8. † 19,12. Act 1,3.

Est autem fides sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium. Heb.11,1.

ARGVO.

Non oderis fratrem tuum in corde tuo: sed publicè argue eum, ne habeas super illo peccatum. Leuit.19,17.

Arguam eum in virga virorum. 2.Reg 7,14.

Verba Rabsacis, quem misit rex Assyriorum dominus suus vt exprobraret Deum viuentem, & argueret eum verbis. 4.Reg.19,4.

Arguebant autem eum omnes proximi eius. Tob.2,8.

Ipse vos arguet, quoniam in abscondito faciem eius accipitis. Iob 13,10.

Etiamsi occiderit me, in ipso sperabo: verumtamen vias meas in conspectu eius arguam, & ipse erit saluator meus. † 13,15.

Arguis

Arguis verbis eum, qui non est æqualis tibi. † 15,3.

Quis arguet coram eo viam eius? † 21,31.

Non est qui possit arguere Iob, & respondere ex vobis sermonibus eius. † 32,12.

Vtique qui arguit Deum, debet respondere ei. † 39,32.

Arguam te & statuam contra faciem tuam. Psal.49,21.

Qui arguit impium, sibi maculam generat. Prou.9,7.

Argue sapientem, & diliget te. 8.

Qui illusor est, nō audit cùm arguitur. † 13,1.

Qui acquiescit arguenti, glorificabitur. 18.

Inauris aurea & margaritum fulgens, qui arguit sapientem & aurem obedientem. † 25,12.

Quàm bonum est arguere quàm irasci, & confitentem in oratione non prohibere? Eccli.20,1.

In conuiuio vini non arguas proximum, & non despicias eum in iucunditate illius. † 31,41.

Qui peccare faciebant homines in verbo, & arguentem in porta supplantabant, & declinauerunt frustrà à iusto. Isa.29,20,21.

Arguet te malitia tua, & auersio tua increpabit te. Ierem.2,19.

Contemplabor, vt videã quid dicatur mihi, & quid respondeam ad arguentem me. Hab.2,1.

Quis ex vobis arguet me de peccato? Ioannis 8,46.

Cùm venerit ille, arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio. † 16,8.

Omnia autem quæ arguuntur, à lumine manifestantur. Ephel.5,13.

Peccantem coram omnibus argue, vt & ceteri timorem habeant. 1.Tim.5,20.

Vt potens sit [Episcopus] exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt, arguere. Tit. 1,9.

Noli negligere disciplinam Domini, neque fatigeris dum ab eo argueris. Heb.12,5.

Facere iudicium contra omnes, & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum. Iudæ v.15.

Hos quidem arguite iudicatos; illos verò saluate, de igne rapientes. 22.

Ego quos amo, arguo & castigo. Apoc.3,19.

ARIDA.

Vocauit Deus aridam, terram, congregationesque aquarum appellauit maria. Gen.1,10.

Et quæ erat arida, erit in stagnum, & sitiens in fontes aquarum. Isa.35,7.

ARIEL.

Væ Ariel, Ariel ciuitas quam expugnauit Dauid. Isa.29,1,

ARIES.

Viditque post tergum arietem inter vepres hærentem cornibus, quem assumens obtulit holocaustum pro filio. Gen.22,13.

Arietem quoque vnum sumes, super cuius caput ponent Aaron & filij eius manus. Exod.29, 15,16,19.

Afferte Domino filios arietum. Psal.28,1,

Induti sunt arietes ouium. † 64,14.

Gallus succinctus lumbos: & aries; nec est rex qui resistat ei. Prou. 30,31.

Facti sunt principes eius velut arietes non inuenientes pascua. Thren.1,6.

Aries vnus stabat ante paludem, habens cornua excelsa. Dan.8,3.

ARIMATHAEA.

Venit quidam homo diues ab Arimathæa nomine Ioseph. Matth.27,57.

ARIOLVS.

Non declinetis ad magos, nec ab ariolis aliquid sciscitemini, vt polluamini per eos. Leuitici 19,31.

Ariolus Balaam vetatur ire ad Balac. Numer.22,13.

Quasi peccatum ariolandi est, repugnare. 1.Reg.15,23.

Traduxit [Manasses] filium suum per ignem, & ariolatus est. 4 Reg 21,6.

Sed & pythones, & ariolos, & figuras idolorum. † 23,24.

In similitudinem arioli & coniectoris, æstimat [inuidus] quod ignorat. Prou.23,7.

Baltassar princeps ariolorum. Dan.4,6.

ARMA.

Armati ascenderunt filij Israel de terra Aegypti. Exod.13,18.

Nos autem ipsi armati & accincti pergemus ad prælium ante filios Israel. Num.32,17.

Non armis, sed timore debellata Gentes. Deuter 2,25.

Vos autem transite armati ante fratres vestros, omnes fortes manu, & pugnate pro eis. Iosu.1,14.

Armorum vsus. Iudic.3,1,2.

Armiger occidit Abimelech, eius iussu. † 9,54.

Arma non permittunt Philisthæi Hebræis. 1.Reg.13,19,22.

Dixitque ei armiger suus: Fac omnia quæ placent animo tuo. † 14,7.

Dauid fit armiger Saulis. † 16,21.

Armiger eius antecedebat eum. † 17,7.

Tu venis ad me cum gladio, & hasta: ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum, Dei agminum Israel, quibus exprobrasti hodie. † 45,47.

Posuerunt arma eius [Saul] in templo Astaroth. † 31,10.

Quomodo ceciderunt robusti, & perierunt arma bellica? 2.Reg.1,27.

Tulit Dauid arma aurea quæ habebant serui Adarezer, & detulit ea in Ierusalem. † 8,7.

Deferebant ei munera, vasa argentea & aurea, vestes, & arma bellica, aromata quoque & equos & mulos, per annos singulos. 3.Reg.10,25.

De-

Dedit eis hastas & arma regis Dauid, quę erant in domo Domini. 4.Reg.11,10.

Mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium. Cant.4,4.

Accipiet armaturam zelus illius. Sap.5,18, 19,20,23.

Apprehende armà & scutum, & exurge in adiutorium mihi. Psal.34,2.

Reuelabitur operimentum Iudæ, & videbis in die illa armamentarium domus saltus. Isa.22,8.

Armabuntur contra te vndique, & dabo coram eis iudicium. Ezech.23,24.

Arma succendent igni, & deprædabuntur eos, quibus prædæ fuerant. † 39,10.

Arma quæ fabricata sunt, & pręsidia quæ construxisti, quæ tenes, maneant tibi. 1.Mach 15,7.

Qui autem ei sedebat, videbatur arma habere aurea. 2.Mach.3,25.

Ex quibus duo Machabæum medium habentes armis suis circumseptum incolumem cõseruabant, in aduersarios autem tela & fulmina iaciebant. † 10,30.

Singulos autem illorum armauit, non clypei & hastæ munitione, sed sermonibus optimis & exhortationibus. † 15,11.

Per arma iustitiæ à dextris & à sinistris. 2.Corinth 6,7.

Arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia Deo ad destructionem munitionum. † 10,4.

Accipite armaturam Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli. Ephes.6,11.

ARMAGEDDON.

Vocatur Hebraicè Armageddon. Apoc.16,16.

ARMENTVM.

Mugierunt greges armenti. Ioel.1,18. Amos 6,4. Habac.3,17. Mal.4,2.

Non sum Propheta, & non sum filius Prophetæ, sed armentarius ego sum, vellicans sycomoros, & tulit me Dominus, cùm sequerer gregem. Amos 7,14.

ARMILLA.

Viri cum mulieribus præbuerunt armillas & inaures, annulos. Exod.35,22.

Et tuli diadema quod erat in capite eius, & armillam de brachio illius, & attuli ad te Dominum meum huc. 2.Reg.1,10.

Armilla perforabis maxillam eius. Iob 40,21.

ARMVS.

Armumq́ue dextrum, eò quòd sit aries consecrationis. Exod.29,22.

Armus quoque dexter de pacificorum hostiis cedet in primitias sacerdotis. Leuit.7,32.

Leuauit autem coquus armum, & posuit ante Saul. 1.Reg.9,24.

ARO.

Non arabis in boue simul & asino. Deuteron.22,10.

Si non arassetis in vitula mea, non inuenissetis propositionem meam. Iudic.14,18.

Et facta est plaga prima, qua percussit Ionathas & armiger eius quasi viginti virorum in media parte iugeri, quam par boum arare consueuit. 1.Reg.14,14.

Reperit Eliseum filium Saphat arantem in duodecim iugis boum. 3.Reg.19,19.

In aratro boum coxit carnes, & dedit populo, & comederunt. 21.

Erunt ciuitates fortitudinis eius derelictæ sicut aratra & segetes. Isa.17,9.

Numquid tota die arabit arans vt serat, proscindet & sarriet humum suam? nónne cùm adæquauerit faciem eius, seret gith? † 28,24.

Sion quasi ager arabitur, & Ierusalem in aceruum lapidum erit. Ier.26,18.

Concidite aratra vestra in gladios, & ligones vestros in lanceas. Ioel.3,10.

Numquid, currere queunt in petris equi aut arari potest in bubalis? Amos 6,13.

Nemo mittens manum suam ad aratrum & respiciens retrò, aptus est regno Dei. Luc.9,62.

Quoniam debet in spe qui arat, arare. 1.Corinth.9,10.

AROMATA.

Præcepit [Ioseph] seruis suis medicis, vt aromatibus condírent patrem. Gen.50,2.

Conditus [Ioseph] aromatibus, repositus est in loculo in Aegypto. 25.

Aromata in vnguentum. Exod.25,6.

Aromata primæ myrrhæ. † 30,23.

Aromata quoque & equos & mulos. 3.Regum 10,25.

Sicut cinnamomum & balsamum aromatizans odorem dedi. Eccli.24,20.

Cum vniuersis primis aromatibus & lapide pretioso & auro. Ezech.27,22.

ARRHABO.

Si dederis mihi arrhabonem, donec mittas quod polliceris. Gen.38,17.

ARRIPIO.

Arripuit Saul lanceam, vt percuteret eum. 1.Reg.20,35.

Vt sis dux in domo Domini super omnem virum arreptitium & prophetantem, vt mittas eum in neruum. Ierem.29,26.

ARROGANTIA.

Arrogantia Aman. Esth.6,6.

Qui in tantum arrogantiæ tumorem sublatus est, vt regno priuare nos niteretur & spiritu. Esth.16,12.

Disperge superbos in furore tuo, & respiciens omnem arrogantem humilia. Iob 40,6.

Abominatio Domini est omnis arrogans: etiamsi manus ad manum fuerit, non est innocens. Prou.16,5.

Arrogantia tua decepit te, & superbia cordis

tui: qui habitas in cauernis petræ. Ierem.49,16.

Et respondebit arrogantia Israel in facie eius, & Israel & Ephraim ruent in iniquitate sua. Osee 5,5.

Visitabo super omnem, qui arroganter ingreditur super limen. Soph.1,9.

Ergo nunc beatos dicimus arrogantes: siquidem ædificati sunt facientes impietatem, & tentauerunt Deum, & salui facti sunt. Mal.3,15.

ARS, ARTIFEX.

Artifex lignorum egregius fuit [Ooliab.] Exod.38,23.

Artificesq; lapidum ad parietes. 2.Reg.5,11.

Artificia ad tegendum peccatum. † 11, 7,10, 15,21.

Ioab patrem Vallis artificum: ibi quippe artifices erant. 1.Par,4,14.

Artifices prudentissimi plurimi pro templo. † 22,15,16.

Artificia diaboli. Iob.1,14,& seqq.

Nec doctorum diuitias, nec artificum gratiam. Eccles.9,11.

Potens es ex omnibus saluare, etiam si sine arte aliquis adeat mare. Sap.14,4.

Prouexit autem horum culturam, & hos qui ignorabat, artificis eximia diligentia. 18.

Elaborauit arte sua, vt similitudinem in melius figuraret. 19.

In manu artificum opera laudabuntur. Ecclì.9,24.

Artifex sapiens quærit quomodo statuat simulacrum. Isa.40,20.

Artifex artis non inuenietur in te amplius. Apoc.18, 22.

ARTAXERXES.

Quòd conarentur in regem Artaxerxem manus mittere. Esther 12,2.

ARTICVLVS.

In articulo diei illius ingressus est Noë in arcam. Gen.7,13.

Aspiciebat articulos manus. Dan.5,5.

ARVINA.

Caudam & aruinam, quæ operit vitalia. Exod.29,22.

De lateribus eius aruina dependet. Iob 15,27.

ARVNDO.

Sicut moueri solet arundo in aqua. 3.Regum 14,15.

Increpa feras arundinis. Psal.67,31.

Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam? Matth.11,8.

Arundinem quassatam non confringet, & linum fumigans non extinguet. † 12,20.

Arundinem in dextera eius. † 27,29,30.

ARVSPEX.

Aruspices multiplicauit [Manasses.] 4.Regum 21,6.

Et deleuit [Iosias] aruspices, quos posuerant reges Iuda ad sacrificandum in excelsis per ciuitates Iuda. † 23,5.

ASA.

Aegrotauit etiam Asa anno trigesimo nono regni sui, dolore pedum vehementissimo. 2.Paral.16,12.

ASAEL.

Asael cursor velocissimus. 2.Reg.2,18.

Disperdam habitatorem de Azoto, & tenentem sceptrum de Ascalone. Amos 1,8. Sophon.2,4. Zach 9,5.

ASCELLA.

Abscondit piger manum suam sub ascella, nec ad os suum applicat eam. Prou.19,24. † 26,15.

ASCENDO.

Moyses autem ascendit ad Deum, vocauitque eum Dominus de monte. Exod.19,3.

Ascende ad Dominum, tu & Aaron, & Nadab, & Abiu, & septuaginta senes. † 24, 1.

Ascende ad me in montem, & esto ibi, daboque tibi tabulas lapideas, & legem ac mandata quæ scripsi, vt doceas eos. 12.

Ascende de loco isto. † 33,1.

Non enim ascendam tecum, quia populus duræ ceruicis es. 3.

Ascende in montem istum Abarim, & contemplare inde terram, quam daturus sum filiis Israel. Num.27,12.

Per ascensum scorpionis. † 34,4.

Ascende cacumen Phasgæ, & oculos tuos circumfer ad Occidentem, & ad Aquilonem, Austrumque, & Orientem, & aspice, nec enim transibis Iordanem istum. Deut 3,27.

Ascensor cæli auxiliator tuus. † 33,26.

Ascensum difficilem subit Ionathas. Eminentes petræ ex vtraque parte, & quasi in modum dentium scopuli hinc & inde prærupti. 1.Regum 14,4.

Si autem dixerunt, Ascendite ad nos: ascendamus, quia tradidit eos Dominus in manibus nostris. Hoc erit nobis signum. 10.

Ascēdite ad nos, & ostendemus vobis rem. 12.

Ascendit autem Ionathas manibus & pedibus reptans, & armiger eius post eum. 13.

Quò ascendam? & respondit ei: In Hebron. 2.Reg.2,1.

Non ascendas contra eos, sed gyra post tergum eorum, & venies ad eos ex aduerso pyrorum. † 5,23.

Porrò Dauid ascendebat cliuum oliuarum, scandens & flens, nudis pedibus incedens, & operto capite: sed & omnis populus qui erat cum eo, operto capite ascendebat plorans. † 15, 30.

Elias autem ascendit in verticem Carmeli. 3.Reg.18,42.

Ascendit Elias per turbinem in cælum. 4.Regum 2,11.

In multitudine curruum meorum ascendi excelsa

celsa montium, in summitate L bani, & succidi sublimes cedros eius, & electas abietes illius. † 19,23.
Ascendit super Cherubim. Psal. 17,11.
Quis ascendet in montem Domini? † 23,3.
Ascendit Deus in iubilo. † 46,6.
Iter facite ei qui ascendit super Occasum. † 67,5.
Ascendisti in altum, cepisti captiuitatem. 19.
Qui ascendit super cælum cæli ad Orientem. 34.
Ascensiones in corde suo disposuit. † 83,6.
Qui ponis nubem ascensum tuum. † 103,3.
Ascendunt montes, & descendunt campi, in locum quem fundasti eis. 8.
Ascendunt vsque ad cælos, & descendunt vsque ad abyssos. † 106,26.
Si ascendero in cælum, tu illic es: si descendero in infernum, ades. † 138,8.
Quis ascendit in cælum atque descendit? Prou. 30,4.
Quæ est ista, quæ ascendit per desertum? Cant. 3,6.
Ascensum purpureum. 10.
Quæ est ista quæ ascendit de deserto, deliciis affluens, innixa super dilectum suum? † 8,5.
Sicut ascensus arenosus in pedibus veterani, sic mulier linguata homini quieto. Eccli. 25,27.
Ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo? Isa. 14,14.
Quis ascendit in cælum, & accepit eam, & eduxit eam de nubibus? Baruch 3,29.
Et si ascenderint vsque in cælum, inde detraham eos. Amos 9,2.
Ascendet enim pandens iter, ante eos: diuident & transibunt portam. Mich. 2,13.
Qui ascendes super equos tuos, & quadrigæ tuæ saluatio. Habac. 3,8.
Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, Filius hominis, qui est in cælo. Ioannis 3,13.
Si ergo videritis Filium hominis ascendentem vbi erat prius? † 6,63.
Ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrum, Deum meum, & Deum vestrum. † 20,18.
Non enim Dauid ascendit in cælum. Act. 2,34.
Quis ascendet in cælum? id est, Christum deducere. Rom. 10,6.
Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Ephes. 4,8,10.
Ascenderunt [testes] in cælum in nube. Apocal. 11,12.

ASCIA.

In securi & ascia deiecerunt eam. Psal. 73,6. Ierem. 10,3.

ASER.

Aser, pinguis panis eius, & præbebit delicias regibus. Gen. 49,20.

ASINVS.

Issachar asinus fortis, accubans inter terminos. Genes. 49,14.
Primogenitum asini mutabis oue. quòd si non redemeris, interficies. Exod. 13,13.
Si videris asinum odientis te iacere sub onere, non pertransibis, sed subleuabis cum eo. † 23,5.
Cernens asina Angelum stantem in via euaginato gladio, auertit se de itinere, & ibat per agrum. Num. 22,23.
Qui ascenditis super nitētes asinos, & sedetis in iudicio, & ambulatis in via, loquimini. Iudic. 5,10.
Sedentes super triginta pullos asinarũ. † 10,4.
Qui habuit quadraginta filios, & ex eis nepotes triginta, ascendentes super septuaginta pullos asinarum. † 12,14.
Asinas quærit Saul. 1. Reg. 9,3.
Inuentæ sunt asinæ. † 10,2,14.
Asinum plenum panibus. † 16,20.
Asini, domesticis regis vt sedeant. 2. Reg. 16,2.
Asinum pupillorum abegerunt. Iob 24,3.
Cibaria & virga, & onus asino, panis & disciplina, & opus seruo. Eccli. 33,25.
Et vidit currum duorum equitum, ascensorem asini, & ascensorem cameli. Isa. 21,7.
Sepultura asini sepelietur [Ioakim] putrefactus & proiectus extra portas Ierusalem. Ierem. 22,19.
Insaniuit libidine super concubitu eorum, quorum carnes sunt vt carnes asinorum. Ezechiel. 23,20.
Iste pauper & ascendens super asinam, & super pullum filium asinæ. Zach. 9,9.
Sic erit ruina equi, & muli, & cameli, & asini. † 14,15.
Statim inuenietis asinam alligatam, & pullum cum ea, soluite, & adducite mihi. Matth. 21,2.
Rex tuus venit sedens super pullum asinæ. Ioan. 12,15.

ASOR.

Et erit Asor habitaculum draconum, deserta vsque in æternum. Ierem. 49,33.

ASPERGO.

Cumque sanctificans aspersisset altare septem vicibus, vnxit illud. Leuit. 8,11.
Aspergit illum qui mundandus est, septies. † 14,7.
Tangens immundum, aspergetur ex hac aqua die tertio & septimo, & sic mundabitur. Numerorum 19,12.
Asperges me hyssopo, & mũdabor; lauabis me, & super niuem dealbabor. Psal. 50,9.
Iste asperget gentes multas, super ipsum continebunt reges os suum. Isa. 52,15.
Ipsum quoque librum & omnem populum aspersit. Heb. 9,19.

ASPERNOR.

In lapide luteo lapidatus est piger, & omnes loquen-

loquĕtur super aspernationem illius. Eccli.22,1.

Dixit autem [Iesus] & ad quosdam, qui in se confidebant tamquam iusti,& aspernabantur ceteros, parabolam istam: Duo homines ascenderunt in templum vt orarent. Luc.18,9.

ASPICIO.

Ante oculos haberent virgas,& in aspectu earum conciperent. Gen.30,38.

Dominus de cælo in terram aspexit. Psalmo 101,20.

Aspice in me,& miserere mei. † 118,132.

Aspectus insensato dat concupiscentiam, & diligit mortuæ imaginis effigiem sine anima. Sap.15,5.

Non est species ei neq; decor;& vidimus eum, & non erat aspectus. Isa.53,2.

Ego autem ad Dominum aspiciam, expectabo Deum saluatorem meum; audiet me Deus meus. Mich.7,7.

Aspectus eorum quasi lampades,quasi fulgura discurrentia. Nahum 2,4.

Aspicient ad me, quem confixerunt. Zachar.12,10.

Peto nate vt aspicias ad cælum & terram,& ad omnia quæ in eis sunt. 2.Mach. ,28.

Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cælum. Act.1,11.

Aspicientes in auctorem fidei & consummatorem Iesum,qui proposito sibi gaudio, sustinuit crucem,confusione contempta. Heb.12,2.

ASPER.

Caue ne quidquam asperè loquaris contra Iacob. Gen.31,14,29.

ASPIS.

Venenum aspidum insanabile. Deut.32,33.

Sicut aspidis surdæ & obturantis aures suas. Psal.57,5.

Super aspidem & basiliscum ambulabis. † 90,13.

Venenum aspidum sub labiis eorum. † 139,4.

Delectabitur infans ab vbere super foramine aspidis. Isa.11,8.

ASPORTO.

Ecce Dominus asportari te faciet, sicut asportatur gallus gallinaceus, & quasi amictum, sic subleuabit te. Isa.22,17.

ASSEQVOR.

Visum est & mihi assecuto omnia à principio. Luc.1,2.

Enutritus verbis fidei & bonæ doctrinæ, quam assecutus es. 1.Timoth.4,6. 2.Tim.3,10.

ASSIMILO.

Assimilabor descendentibus in lacum. Psalmo 27,1.

Et cui assimilastis me & adæquastis, dicit sanctus? Isa.40,25.

Melchisedech, &c. assimilatus autem Filio Dei,manet sacerdos in perpetuum. Heb.7,3.

ASSISTO.

Doeg Idumæus,qui assistebat & erat primus inter seruos Saul. 1.Reg.22,9.

ASSO.

Non comedetis ex eo [agno] crudum quid, nec coctum aqua,sed tantum assum igni. Exodi 12,9.

Assauerunt Phase super ignem. 2. Par.35,13.

Assauit carnes eius [piscis] & secum tulerunt in via: cetera salierunt. Tob.6,6.

ASSVERVS.

Regem Assuerum iugulare cupientium. Esther 6,2.

ASSVMO.

Te autem assumam,& regnabis super omnia quæ desiderat anima tua. 3.Reg.11,37.

Domini est assumptio nostra,& sancti Israel regis nostri. Psal 88,19.

Viderunt autem tibi assumptiones falsas & eiectiones. Thren.2,14.

Assumam te Zorobabel, fili Salathiel, serue meus. Agg.2,24.

Assumptus est in cælum,& sedet à dextris Dei. Marc.16,19.

Factum est autem dum complerentur dies assumptionis eius, & ipse faciem suam firmauit vt iret in Ierusalem. Luc.9,51.

ASSVR, ASSYRIVS.

De terra illa egressus est Assur, & ædificauit Niniuen & plateas ciuitatis. Gen 10,11.

Assur enim capiet te. Num.24,22.

Canticum ad Assyrios. Tit.Psalmi 75.

Assur absque vlla causa calumniatus est eum. Isa.52,4.

Ecce Assur quasi cedrus in Libano,pulcher ramis,& frondibus nemorosus, excelsusque altitudine. Ezech.31,3.

Ibi Assur, & omnis multitudo eius, in circuitu illius sepulchra eius. † 32,22.

Assur non saluabit nos, super equum non adscendemus. Osee 14,4.

ASSVRGO.

Assurgere nequeo, quia iuxta consuetudinem feminarum nunc accidit mihi. Gen.31,35.

Non solùm non assurrexisse sibi, sed ne motum quidem de loco sessionis suæ. Esth.5,9.

Senes assurgentes stabant. Iob 29,8.

ASTO.

Astant Esdræ viri primarij. 2.Esd.8.4,5.

Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum. Psal.2,2.

Astitit omni viæ non bonæ. † 35,5.

Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate. † 44.10.

Astitit à dextris pauperis. † 108,31.

ASTRA.

Cùm me laudarent simul astra matutina,& iubilarent omnes filij Dei? Iob 38,7.

ASTVTIA.

Astutia serpentis. Gen.3,1.

Astutia Rachelis. † 31,35.

Vt detur paruulis astutia. Prou.1,4.

Astutus videns malum absconditus est: paruuli transeuntes sustinuerunt dispendia. † 27,12.

Sed cùm essem astutus, dolo vos cepi. 2.Corinth.12,16.

ASYLA.

Decernite quæ vrbes esse debeant in præsidia fugitiuorum, qui nolentes sanguinem fuderint, in quibus cùm fuerit profugus, cognatus occisi non poterit eum occidere, donec stet in conspectu multitudinis, & causa illius iudicetur. Numer.35,11,12.

Asyli via sternatur. Deut.4,42.† 19,3,4,5. Ios.19,2,1.Mach.10,43.

Suasisset de asylo procedere, statim eum peremit. 2.Mach.4,34.

ATHALIA.

Athalia regnauit super terram. 4.Reg.11,3.

ATHENAE.

Aequales nunc Atheniensibus facturum pollicetur [Iudæos.] 2.Mach.9,15.

Placuit nobis remanere Athenis, solis. 1.Thessalon.3,1.

ATRAMENTARIVM.

Vestitus erat lineis, & atramentarium scriptoris ad renes eius. Ezech.9,2.

ATRIVM.

Facies & atrium tabernaculi, in cuius australi plaga contra Meridiem erunt tentoria. Exodi 27,9.† 38,9.

Et ædificauit atrium interius tribus ordinibus lapidum politorum. 3.Reg.6,36.

Atrium sacerdotum. 2.Par 4,9.

Feceruntque sibi tabernacula vnusquisque in domate suo & atriis suis, & in atriis domus Dei, & in platea portæ aquarum, & in platea portæ Ephraim. 2.Esd.8,16,17.

In atriis domus Domini, in medio tui Ierusalem. Psal.115,10. † 133,1.

Stantes erant pedes nostri in atriis tuis Ierusalem. † 121,2.

Et eduxit me ad atrium exterius, & ecce gazophylacia. Ezech.40,17.

Atrium autem, quod est foris templum, eiice foras. Apoc.11,2.

ATTENDO.

Attendite popule meus legem meã. Psal.77,1.

Cùm tanta [inimicos] cruciasti attentione. Sap.12,20.

Attende tibi & doctrinæ, insta in illis. hoc enim faciens, & teipsum saluum facies, & eos qui te audiunt. 1.Timoth 4,16.

ATTENVOR.

Quare sic attenuaris macie, fili regis, per singulos dies? 2.Reg.13,4.

ATTERO.

Attriuit [asina] sedentis pedem. Num.22,25.

Virum qui attriuit nos & oppressit iniquè, ita delere debemus, vt ne vnus quidem residuus sit de stirpe eius in cunctis finibus Israel. 2.Regum 21,5.

Sic homo cùm dormierit, non resurget, donec atteratur cælum. Iob 14,12.

ATTINGO.

Sapientia: attingit autem vbique propter suam munditiam. Sap.7,24.

Et vsque ad cælum attingebat [gladius] stans in terra. † 18,16.

ATTONITVS.

Quid te eleuat cor tuum, & quasi magna cogitans, attonitos habes oculos? Iob 15,12.

Qui attonitis oculis cogitat praua, mordens labia sua perficit malũ. Eccli.16,30. Ezech.26,16.

ATTRECTO.

Si attrectauerit me pater. Gen.27,12.

Quasi absque oculis attrectauimus. Isa.59,10.

Quærere Deum, si fortè attrectent eum, aut inueniant. Act.17,27.

ATTRIBVO.

Adorauerunt eos, quos nesciebant, & quibus non fuerant attributi. Deut.29,26.

AVARITIA.

Qui oderint auaritiam, & constitue ex eis tribunos. Exod.18,21.

Auaritia impotentia dat malum consilium. Num.24,14.

Auaritia potens. Iudic.16,19.

Declinauerunt [filij Samuelis] post auaritiam, acceperuntque munera, & peruerterunt iudicium. 1.Reg.8,3,5.

Sic semitæ omnis auari, animas possidentium rapiunt. Prou.1,19.

Conturbat domum suam qui sectatur auaritiam. † 15,27.

Qui autem odit auaritiam, longi fient dies eius. † 28,16.

Auarus non implebitur pecunia, & qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis. Eccles.5,9.

Auaro nihil est scelestius. Eccli.10,9,10.

Auaritiæ osor Samuel. † 46,22.

Qui ambulat in iustitiis, & loquitur veritatem, qui proiicit auaritiam ex calumnia, & excutit manus suas ab omni munere. Isa.33,15.

Omnes in viam suam declinauerunt, vnusquisque ad auaritiam suam, à summo vsque ad nouissimum. † 56,11.

Propter iniquitatem auaritiæ eius iratus sum & percussi eum: abscondi à te faciem meam. † 57,17.

A minore quippe vsque ad maiorem omnes auaritiæ student, & à propheta vsque ad sacerdotem cuncti faciunt dolum. Ierem.6,13.

Tui verò oculi & cor ad auaritiam & ad sanguinem

guinem innocentem fundendũ, & calumniam, & ad cursum mali operis. † 22,17.

Ecce complosi manus meas super auaritiam tuam. Ezech. 22,13.

Auaritia enim in capite omnium, & nouissimum eorum in gladio interficiam. Amos 9,1.

Væ qui congregat auaritiã malam domui suę, vt sit in excelso nidus eius, & liberari se putat de manu mali. Habac. 2,9.

Propter eorũ, qui in potentia erant, auaritiam permanebat in potestate, crescens in malitia ad insidias ciuium. 2. Mach. 4,50.

Videte & cauete ab omni auaritia: quia non in abundantia cuiusquam vita eius est, ex his quæ possidet. Luc. 12,15.

Audiebant autem omnia hæc Pharisæi, qui erant auari, & deridebant eum. † 16,14.

Auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hereditatem in regno Christi & Dei. Ephes. 5,5.

Auaritiam, quæ est simulacrorum seruitus. Col. 3,5.

Neque enim aliquando fuimus in sermone adulationis, sicut scitis, neque in occasione auaritiæ. 1. Thess. 2,5.

Sint mores sine auaritia, contenti pręsentibus. Hebr. 13,5.

In auaritia fictis verbis de vobis negotiabuntur. 2. Pet. 2,3.

Pellicientes animas instabiles, cor exercitatum auaritia habentes. 14,15.

AVCEPS.

Eruere quasi damula de manu, & quasi auis de manu aucupis. Prou. 6,7. Ierem. 5,16. Amos 3,5.

AVCTORITAS.

Auctoritatem Aaronis agnoscere nolentes insitato mortis genere intereunt. Exod. 16,3, 11, 30,31.

Miraculo ostenditur præ ceteris in summum sacerdotem electus. Exod. 17,5,8.

Grandis auctoritatis es, & benè regis regnum Israel. 3. Reg. 21,6.

Respondimus eis, quæ essent nomina hominum auctorum ædificationis illius. 1. Esd. 5,4.

Auctorem verò vitæ interfecistis. Act. 3,15.

AVDEO.

Audax ingratitudo. Exod. 14,11.

Non audet occidere hostes filius Gedeonis, quia puer erat. Iudic. 8,20.

Audacter eruperunt de ciuitate. † 20,31.

Cumque sumpsisset cor eius [Iosaphat] audaciam propter vias Domini, etiam excelsa & lucos de Iuda abstulit. 2. Par. 17,6.

Horruerunt Persæ constantiam eius, & Medi audaciam eius. Iudith 16,12.

Quis est iste, & cuius potentiæ, vt hæc audeat facere? Esther 7,5.

Et horum qui te nesciunt, audaciam traducis. Sap. 12,17.

Cum audace non eas in via, ne fortè grauet mala sua in te. Eccli. 8,18,19.

Patrem & virum confundit audax. † 22,5.

Audaciùs autem scripsi vobis fratres ex parte, tamquam in memoriã vos reducẽs. Rom. 15,15.

Ne præsens audeam per eam confidentiam, qua existimor audere in quosdam. 2. Cor. 10,2.

In quo quis audet (in insipientia dico) audeo & ego. † 11,21.

AVDIO.

Audite filij Iacob, audite Israel patrem vestrum. Gen. 49,2.

Ecce filij Israel non audiunt me: & quomodo audiet Pharao, pręsertim cùm incircumcisus sim labiis? Exod. 6,12.

Non audiet vos Pharao, vt multa signa fiant. † 11,9.

Cumque audisset Iethro sacerdos Madian cognatus Moysi omnia quę fecerat Deus Moysi. † 18,1,7.

Audi vocem eius [Angeli] nec contemnendum putes. † 23,21.

Dixit auditor sermonum Dei, qui visionem Omnipotentis intuitus est, qui cadit, & sic aperiuntur oculi eius. Num. 24,4.

Dixit auditor sermonum Dei, qui nouit doctrinam Altissimi, & visiones Omnipotentis videt. 16.

De cælo te fecit audire vocem suam, vt doceret te. Deut. 4,36.

Tu magis accede, & audi cuncta quæ dixerit Dominus Deus noster tibi, loquerisque ad nos. Deut. 5,27.

Audientes discant & timeant Dominum. † 31,13.

Audite cæli quæ loquor. † 32,1.

Audi Domine vocem Iudæ, & ad populum suum introduc eum. † 33,7.

Audiatur altera pars. Iosu. 22,16,21.

Audi vocem populi in omnibus quæ loquuntur tibi. Non enim te abiecerunt, sed me, ne regnum super eos. 1. Reg. 7,7.

Audiant Hebræi. † 13,3.

Audientiam petit Samuel. † 15,17.

Audiet Saul, & interficiet me. † 16,2.

Audiamus quid etiam ipse dicat. † 17,5.

Quare audis verba hominum loquentium: Dauid quærit malum aduersum te? † 24,10.

Audi & tu vocem ancillæ tuæ. † 28,22.

Nec audiet vos quisquam super sermone hoc. † 30,24.

Et veniebant de cunctis populis ad audiendam sapientiam Salomonis. 3. Reg. 4,34.

Non audias neque acquiescas illi. † 20,8.

Qui non audierunt, sed indurauerunt ceruicem suam, iuxta ceruicem patrum suorum. 4. Reg. 17,14.

Nolite audire Ezechiam. † 18,31.

Si

Si fortè audiat Dominus Deus tuus verba Rabsacis. † 19,4.

Pro eo quòd audisti verba voluminis huius, & perterritum est cor tuum, & humiliatus es coram Domino, colligam te ad patres nos. † 22,18.

Audit populus libenter & auidè lectionem legis. 2 Esd.8,3,5.

Audite ergo filij mei patrem vestrum: seruite Domino in veritate. Tob.14,10.

Quis mihi tribuat auditorem, vt desiderium meum audiat Omnipotens? Iob 31,35.

Auditu auris audiui te, nunc autem oculus meus videt te. † 42,5.

Populus quem non cognoui, seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi. Psal.17,45.

Audi filia & vide, & inclina aurem tuam. † 44,11.

Sicut audiuimus, sic vidimus in ciuitate Domini virtutum. † 47,9.

Auditam facite vocem laudis eius. † 65,8.

Non audiuit populus meus vocem meam. † 80,12.

Audiã quid loquatur in me Dominus. † 84,9.

Audisti verba oris mei. † 137,1.

Qui autem me audierit, absque terrore requiescet. Prou.1,33.

Nunc ergo filij audite me: Beati qui custodiunt vias meas, † 8,32,33.

Priusquam audias, ne respondeas verbum, & in medio sermonũ ne adiicias loqui. Eccli.11,8.

Qui audit me, non confundetur. † 24,30.

Sepi aures tuas spinis, linguam nequam noli audire, & ori tuo facito ostia & seras. † 28,28.

Vbi auditus non est, non effundas sermonem, & importunè noli extolli in sapientia tua. † 32,6.

Audi tacens, & pro reuerentia accedet tibi bona gratia. 9.

Non duplices sermonem auditus de reuelatione sermonis absconditi, & eris verè sine confusione. † 42,1.

Audite audientes, & nolite intelligere. Isa.6,9.

Audite vocem meam, attendite & audite eloquium meum. † 28,23.

Audient in die illa surdi verba libri, & de tenebris & caligine oculi cæcorum videbunt. † 29,18.

Quæ audisti vide omnia. † 48,6.

Audite insulæ & attendite populi de longè. † 49,1.

Audite audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in crassitudine anima vestra † 55,2.

Quis audiuit vmquam tale, & quis vidit huic simile? nũquid parturiet terra in die vna? † 66,8.

Audite vocem meam, & ero vobis Deus, & vos eritis mihi populus. Ierem.7,23.

Audite verba pacti huius, & facite illa. † 11,6.

Auditum pessimum audierunt, turbati sunt in mari. † 49,23.

Auditum, qui audietur in terra, & veniet in anno auditio, & post hunc annum auditio, & iniquitas in terra, & dominator super dominatorem. † 51,46.

Si fortè vel ipsi audiant, & si fortè quiescant. Ezech.2,5.

Audi quæcumque loquor ad te, & noli esse exasperans. 8.

Domine audiui auditionem tuam, & timui. Habac.3,2.

Auditu audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & non videbitis. Matth.13,14.

Videte quid audiatis. Mar.4,24.

Multa turba eum libenter audiuit. † 12,37.

Qui vos audit, me audit. Luc.10,16.

Omnis enim populus suspensus erat, audiens illum. † 19,48.

Erit autem: omnis anima quæ non audierit Prophetam illum, exterminabitur de plebe. Act.3,23.

Nunc ergo omnes nos in conspectu tuo adsumus, audire omnia quæcumque tibi præcepta sunt à Domino. † 10,33.

Audias nos pro tua clementia. † 24,4.

Propter quod obsecro patienter me audias. † 26,3.

Sit autem omnis homo velox ad audiendum. Iacob.1,19.

Non auditor obliuiosus factus, sed factor operis, hic beatus in facto suo erit. 25.

Beatus qui legit, & audit verba prophetiæ huius. Apoc.1,3.

AVE.

Iesus occurrit illis, dicens: Auete, illæ autem accesserunt & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum. Matth.28,9.

Aue Rabbi, & osculatus est eum. Mar.14,45.

Aue gratia plena, Dominus tecum. Luc.1,28.

Et veniebant ad eum, & dicebant: Aue rex Iudæorum. Ioan.19,3.

Nolite recipere eum in domum, nec AVE ei dixeritis. qui enim dicit illi AVE, communicat operibus eius malignis. 2.Ioan.v.11.

AVELLO.

Ascendamus ad Iudam, & suscitemus eum, & auellamus eum ad nos. Isa.7,6.

Et ipse auulsus est ab eis, quantum iactus est lapidis, & positis genibus orabat. Luc.22,41.

AVERTO, AVERSIO.

Auertitque se & ingressus est domum suam, nec apposuit cor etiam hac vice. Exod.7,23.

Auertitq; se & egressus est à Pharaone. † 10,6.

Auersor impium. † 23,7.

Dauid misit nuntios de deserto, vt benedicerent Domino nostro, & auersatus est eos. 1.Regum 25,14.

Si autem auersione auersi fueritis vos, & filij vestri non sequentes me. 3.Reg.9,6.

Auer-

Auertent corda vestra, vt sequamini deos earum. † 11,2.

Quoniam auersatus eum fuerat Dominus, vt suscitaret verbum suum. † 12,15.

Auertit [Achab] faciem suam ad parietem, & non comedit panem. † 21,4.

Noli auertere faciem tuam ab vllo paupere; ita enim fiet vt nec à te auertatur facies Domini. Tob.4,7,8,9.

Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus. Psalm.29,8.

Auertantur retrorsum, & confundantur cogitantes mihi mala. † 34,4.

Auertisti nos retrorsum post inimicos nostros. † 43,11.

Auerte faciem tuam à peccatis meis. † 50,11.

Auerte mala inimicis meis. † 53,7.

Auertantur retrorsum & erubescant, qui volunt mihi mala. † 69,4.

Quare auertis manum tuam & dexteram tuam? † 73,11.

Non auertas faciem tuam à me. † 103,3. † 142,7.

Auerte oculos meos ne videant vanitatem. † 118,37.

Auersio paruulorũ interficiet eos. Prou.1,32.

Arguet te malitia tua, & auersio tua increpabit te. Ierem.2,19.

Conuertimini filij reuertentes, & sanabo auersiones vestras. Ecce nos venimus ad te: tu enim es Dominus Deus noster. † 3,22.

Multiplicatæ sunt præuaricationes eorum, confortatæ sunt auersiones eorum. † 5,6.

Quare ergo auersus est populus iste in Ierusalem auersione contentiosa. † 8,5.

Ciuitas repleta est auersione, dixerunt enim: Dereliquit Dominus terram, & Dominus non videt. Ezech.9,9.

Qui auertuntur de post tergum Domini, & non quæsierunt Dominum. Soph.1,6.

Auersi sunt à me omnes, qui in Asia sunt, ex quibus est Phigellus & Hermogenes. 2. Timoth.1,15.

AVFERO.

Ablatã terrã repetit Ammonites. Iudic.11,13.

Verumtamen non auferam penitus virum ex te ab altari meo. 1.Reg.2,33.

Auferat Ionathan de domo sua, & requirat Dominus de manu inimicorum Dauid. † 20,15.

Abstulit eos à conspectu suo, & non remansit nisi tribus Iuda tantummodò. 4.Reg.17,18.

Auferret Israel à facie sua. 23.

Etiam Iudam auferam à facie mea. † 23,27.

Neque enim tibi auferre debeo, & sic offerre Domino holocausta gratuita. 1.Par.21,24.

Abstulit sicut oues populum suũ. Psal.77,52.

Quod videtur habere, auferetur ab eo. Matthæi 25,29.

AVGEO.

Auxit [Pharao] peccatum. Exod.9,34.

Auxit populũ suũ vehementer. Psal.104,24.

AVGVROR.

Scyphus, quem furati estis, ipse est in quo bibit dominus meus, & in quo augurari solet. Genes.44,5,15.

Non augurabimini, nec obseruabitis somnia. Leuit.19,26.

Non est augurium in Iacob, nec diuinatio in Israel. Num.23,23.

Augures & diuinos audiunt [Gentes:] tu autem à Domino Deo tuo aliter institutus es. Deuteron.18,14.

Diuinationibus inseruiebant [Israelitæ] & auguriis. 4.Reg.17,17.

Ariolatus est [Manasses] & obseruauit auguria. † 21,6, 2.Par.3,21.

Diuinatio erroris, & auguria mendacia, & somnia malefacientium, vanitas est. Eccli.34,5.

Stent & saluent te augures cæli. Isa.47,13.

Vos autem accedite huc filij auguratricis, semen adulteræ & fornicariæ. † 57,3.

AVGVSTVS.

Paulo autem appellante vt seruaretur ad Augusti cognitionem. Act.25,21.

AVIA.

Recordationem accipiens eius fidei, quæ est in te non ficta, quæ & habitauit primùm in auia tua Loide, & matre tua Eunice, certus sum autem quòd & in te. 2.Timoth.1,5.

AVIDITAS.

Auiditas audiendi S.Iobum. Iob 29,23.

Noli auidus esse in omni epulatione, & non te effundas super omnem escam. Eccli.37,32,33. Act. 17,11.

AVIS.

Auesq; multiplicentur super terrã. Gen.1,22.

Aues autem non diuisit. † 15,10.

Auium immolatio. Leuit.1,14.

Auem cum pullis non capias. Deut.22,6.

Deuorabunt eos aues morsu amarissimo. † 32,24.

Homo nascitur ad laborem, & auis ad volatum. Iob 5,7.

Semitam ignorauit auis. † 28,7.

Eruere quasi damula de manu, & quasi auis de manu aucupis. Prou.6,5.

Donec transfigat sagitta iecur eius: velut si auis festinet ad laqueum, & nescit quòd de periculo animæ illius agitur. † 7,23.

Qui nititur mendaciis, hic pascit ventos: idem autem sequitur aues volantes. † 10,4.

Sicut auis ad alia transuolans, & passer quò libet vadens. † 26,2.

Aues cæli portabunt vocem tuam, & qui habet pennas annuntiabit sententiam. Ecclesiastæ 10,20.

Trans-

Transierunt omnia illa, *&c.* tamquam auis, quæ transuolat in aëre. Sap. 5,11.

Siue spiritus sibilans, aut inter spissos arborum ramos auium sonus suauis. † 17,17.

Et sicut qui dimittit auem de manu sua, sic dereliquisti proximũ tuum, & non eum capies. non illum sequaris, quoniã longè abest. Eccli. 27,21.

Et erit sicut auis fugiens, & pulli de nido auolantes, sic erunt filiæ Moab. Isa. 16,2.

Relinquentur simul auibus montium & bestiis terræ. † 18,6.

Vocans ab Oriente auem, & de terra longinqua virum voluntatis meæ. † 46,11.

Numquid auis discolor hereditas mea mihi? numquid auis tincta per totum? Ierem. 12,9.

Dic omni volucri, & vniuersis auibus, cunctisque bestiis agri: Conuenite, properate, concurrite vndique ad victimam meam. Ezech. 39,17.

Ephraim quasi auis auolauit. Osee 9,11.

Et auolabunt quasi auis ex Aegypto, & quasi columba de terra Assyriorum. † 11,11.

Numquid cadet auis in laqueum terræ absque aucupe? Amos 3,5.

Omnes aues saturatæ sunt carnibus eorum. Apoc. 19,18,21.

AVLA.

Vulgatum in aula regis: Venerunt fratres Ioseph. Gen. 45,16.

Nuntiemus in aula regis. 4. Reg. 7,9.

Non enim erat licitum, indutum sacco aulam regis intrare. Esth. 4,2.

In aula Babylonis deambulabat [Nabuchodonosor.] Dan. 4,26, † 5,5.

AVOCO.

In domum tuam: illic auocare & illic lude, & age conceptiones tuas, & non in delictis & verbo superbo. Eccli. 32,15.

AVOLO.

Velut somnium auolans non inuenietur [impius,] transiet sicut visio nocturna. Iob 20,8.

Auerte oculos tuos à me, quia ipsi me auolare fecerunt. Cant. 6,4.

Auolabũt quasi auis ex Aegypto. Osee 11,11.

AVRA.

Et post ignẽ sibilus auræ tenuis. 3. Reg. 19,12.

Vocem quasi auræ lenis audiui. Iob 4,16.

AVREOLA.

Super illã alterã coronam aureolã. Exo. 25,25.

AVRIGA.

Pater mi, pater mi, currus Israel & auriga eius. 4. Reg. 2,12.

AVRIS.

Sumes de sanguine eius [arietis] & pones super extremum auriculæ dexteræ Aaron & filiorum eius. Exod. 29,20.

Ponet [sacerdos de sanguine hostiæ] super extremum auriculæ dexteræ eius qui mundatur. Leuit. 14,14.

Perforabis aurem eius in ianua domus tuæ. Deut. 15,17.

Reuelabo aurem tuam, & dimittam te vt vadas in pace. 1. Reg. 20,13.

Reuelasti aurem serui tui. 2. Reg. 7,27.

Fecitque eum sibi Dauid auricularium à secreto. † 23,23.

Inclina aurem tuam & audi. 4. Reg. 19,16.

Aures principũ simplices & ex sua natura alios æstimantes, callida fraude decipiunt. Esth. 16,5.

Nónne auris verba diiudicat? Iob 12,11.

Auris enim verba probat. † 34,3.

Auditu auris audiui te: nunc autem oculus meus videt te. † 42,5.

Sacrificium & oblationem noluisti: aures autem perfecisti mihi. Psalm. 39,7.

Auribus nostris audiuimus. † 43,2.

Qui plantauit aurem, non audiet? † 93,9.

Fiant aures tuæ intendentes in vocem deprecationis meæ. † 129,2.

Auris zeli audit omnia. Sap. 1,10.

Sepi aures tuas spinis, linguam nequam noli audire, & ori tuo facito ostia & seras. Eccli. 28,28.

Qui obturat aures suas ne audiat sanguinem: & claudit oculos suos ne videat malũ. Isa. 33,15.

Qui vides multa, nónne custodies; qui apertas habes aures, nónne audies. † 42,20.

Manè erigit mihi aurem vt audiam quasi magistrum. † 50,4.

Vocem meam audisti, ne auertas aurem tuam à singultu meo & clamoribus. Thren. 3,56.

Noluerunt attendere, & auerterunt scapulam recedentem, & aures suas aggrauauerunt, ne audirent. Zach. 7,11.

Qui habet aures audiẽdi, audiat. Matth. 11,15. Luc. 14,35.

Et percussit vnus ex illis seruum principis sacerdotum, & amputauit auriculam eius dexteram. Luc. 22,50. Ioan. 18,10.

Exclamantes autem voce magna continuerunt aures suas, & impetum fecerunt vnanimiter in eum. Act. 7,56.

Aure audietis, & non intelligetis. † 28,26.

AVRORA.

Media pars nostrûm teneat lanceas ab ascensu auroræ, donec egrediantur astra. 2. Esd. 4,21.

Expectet lucem & non videat, nec ortum surgentis auroræ. Iob 3,9.

Et ostendisti auroræ locum suum. † 38,12.

Si subitò apparuerit aurora, arbitrantur [adulteri] vmbram mortis. † 24,17.

Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens? Cant. 6,9.

AVRVGO.

Conuersæ sunt vniuersæ facies in auruginem. Ierem. 30,6.

AVRVM.

Aurũ terræ illius [Heuilath] optimũ est. Gen. 2,12

Aurũ, & argentũ, & æs, hyacinthũ & purpurã, coccumque bis tinctum, & byssum. Exodi 25, 3, 4.

Aurum quod expensum est in opere sanctuarij & quod oblatum est in donariis, viginti nouem talentorum fuit, & septingentorum triginta siclorum ad mensuram Sanctuarij. † 38, 24.

Haseroth, vbi est auri plurimum. Deut. 1, 1.

De aurichalco erant [vasa.] 3. Reg. 7, 45.

Misit quoque Hiram ad regem Salomonem centum viginti talenta auri. Hæc est summa expensarum. † 9, 14.

Qui cùm venissent in Ophir, sumptum inde aurum quadringentorum viginti talentorum detulerunt ad regem Salomonem. 28.

Et aurum infinitum nimis. † 10, 2.

Erat autem pondus auri quod afferebatur Salomoni per annos singulos, sexcentorum sexaginta sex talentorum auri: excepto eo quod afferebant viri, qui super vectigalia erant. 14, 15.

Vestiuit eum [thronum] auro fuluo nimis. 18.

Præparaui impensas domus Domini, auri talenta centum millia: & argenti mille millia talentorum: æris verò & ferri non est pondus, vincitur enim numerus magnitudine. 1. Par. 22, 14.

Aurũ in põdere per singula vasa ministerij. 28, 14.

Aurum & argentum effertur è Babylone in Ierusalem. 1. Esd. 7, 16.

Inter cœnaculum anguli in porta gregis ædificauerunt aurifices & negotiatores. 2. Esd. 3, 31.

Aurum verò & argentum assumpsit [Holofernes] de domo regis multum nimis. Iudith 2, 10.

Statim interficiatur: nisi forte rex auream virgam ad eum tetenderit pro signo clementiæ, atque ita possit viuere. Esther 4, 11.

Auro locus est in quo conflatur. Iob 28, 1.

Glebæ illius aurum. 6.

Si putaui aurum robur meum. † 31, 24.

Ab Aquilone aurum venit, & ad Deum formidolosa laudatio. † 37, 22.

Sternet sibi aurum quasi lutum. † 41, 21.

Dabitur ei de auro Arabiæ. Psal. 71, 15.

Bonum mihi lex oris tui super millia auri & argenti. † 118, 72.

Multos enim perdidit aurũ & argentũ, & vsque ad cor regum extendit & conuertit. Eccli. 8, 3.

Qui aurum diligit, non iustificabitur. † 31, 5, 6.

Aurum & argentum est constitutio pedum: & super vtrumque consilium bẽneplacitũ. † 40, 25.

Collegisti quasi aurichalcum aurum, & vt plumbum complesti argentum. † 47, 20.

Tamquã aurũ in fornace probauit illos. Sap. 3, 6.

Pro ære afferam aurum, & pro ferro afferam argentum, & pro lignis æs, & pro lapidibus ferrum. Isa. 60, 17.

Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus? Thren. 4, 1.

Aurum etiam quod habent ad speciem est. Baruch 6, 23.

Argentum eorum foras proiicietur, & aurum eorum in sterquilinium erit. Ezech. 7, 19.

Aurum opus decoris tui. † 28, 13.

Argentum enim meum & aurum tulistis, & desiderabilia mea & pulcherrima intulistis in delubra vestra. Ioel 3, 5.

Diripite argentum, diripite aurum, & non est finis diuitiarum. Nahum 2, 9.

Aurum eorum non poterit liberare eos in die iræ Domini. Soph. 1, 18.

Habebat [Ptolemæus] argentum, & aurum multum: erat enim gener summi sacerdotis. 1. Mach. 16, 11.

Nolite possidere aurum neque argentum. Matth. 10, 9.

Si quis autẽ superædificat super fundamentum hoc aurũ, argẽtũ, lapides pretiosos. 1. Cor 3, 12.

Aurum & argentum vestrum æruginauit, & ærugo eorum in testimonium vobis erit, & manducabit carnes vestras sicut ignis. Iac. 5, 3.

Suadeo tibi à me emere aurum ignitum probatum, vt locuples fias. Apoc. 3, 18.

AVSCVLTO.

Quæ habitas in hortis, amici auscultant: fac me audire vocem tuam. Cant. 8, 13.

Stultitia hominis auscultare per ostiũ, & prudẽs grauabitur cõtumelia. Eccli. 21, 27. Act. 8, 10.

AVSITIS.

Cunctis regibus terræ Ausitidis, & cunctis regibus terræ Philisthiim. Ierem. 25, 20.

AVSTER.

Transtulit Austrum de cælo, & induxit in virtute sua Africum. Psal. 77, 26.

Filiaque regis Austri veniet ad regem Aquilonis facere amicitiam. Dan. 11, 6.

Deus ab Austro veniet, & sanctus de monte Pharan. Habac. 3, 3.

AVSTERVS.

Timui enim te, quia homo austerus es: tollis quod non posuisti, & metis quod non seminasti. Luc. 19, 21.

AVTVMNVS.

Quasi temporaneum ante maturitatem autumni. Isa. 28, 4.

Factus sum sicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ, non est botrus ad comedendum. Mich. 7, 1.

Arbores autumnales, infructuosæ, bis mortuæ, eradicatæ. Iudæ v. 12.

AVVS.

Aui, ex quo orti sunt super terrã. Exod. 10, 6.

Qui coierit cum vxore patrui vel auunculi sui. Leuit. 20, 20.

Auus meus Iesus. Prol. Eccli.

AVXILIVM.

Deus tuus ipse trãsibit ante te, ignis deuorãs atque consumens, qui conterat eos & deleat atque disperdat ante faciem tuã velociter. Deut. 9, 3.

Ascen-

Ascenso: cæli auxiliator tuus. † 33,26.

Reges triginta duo cum eo [Benadad] qui ad auxilium eius venerant. 3.Reg.20,16.

Vt esset ei in auxilium. 4.Reg.15,19,30.

Hi præbuerunt auxilium David aduersus latrunculos. 1.Par.12,21.

Impio præbes auxilium, & his qui oderunt Dominum amicitia iungeris, & idcircò iram quidem Domini merebaris: sed bona opera inuenta sunt in te, eò quòd abstuleris lucos de terra Iuda, & præparaueris cor tuum, vt requireres Dominum patrum tuorum. 2.Par.19,2,3.

Eò quòd nudasset eum auxilio, & contemptui habuisset Dominum. † 28,19.

Assumpsit sibi [Holofernes] auxiliarios viros fortes, & electos ad bellum. Iudith 3,8.

Adiuua me solitariam, & cuius præter te nullus est auxiliator alius. Esth.14,3,14.

Ecce non est auxilium mihi in me, & necessarij quoque mei recesserunt à me. Iob 6,13.

Da nobis auxilium de tribulatione, quia vana salus hominis. Psal.59,13. † 107,13.

Deus auxilij mei. † 61,8.

Beatus vir, cuius est auxilium abs te. † 83,6.

Auxilium meum à Domino. † 120,2.

Quid facietis in die visitationis & calamitatis de longè venientis, ad cuius confugietis auxiliũ? Isa.10,3.

Ecce hęc erat spes nostra, ad quos confugimus in auxiliũ, vt liberarent nos à facie regis Assyriorũ: & quomodo effugere poterimus nos? † 20,6.

Sperantes auxilium in fortitudine Pharaonis. † 30,2.

Væ qui descendunt in Aegyptum ad auxilium, in equis sperantes. † 31,1.

Corruet auxiliator, & cadet cui præstatur auxilium, simulque omnes consumentur. 3.

Ne timeas quia ego tecum sum: ne declines, quia ego Deus tuus: confortaui te, & auxiliatus sum tibi, & suscepit te dextera iusti mei. Ecce confundentur & erubescent omnes qui pugnant aduersum te: erunt quasi non sint, & peribunt viri, qui contradicunt tibi. † 41,10,11.

Hæc dicit Dominus faciens & formans te, ab vtero auxiliator tuus, noli timere serue meus Iacob, & rectissime, quem elegi. † 44,2.

In die salutis auxiliatus sum tui. † 49,8.

Dominus Deus auxiliator meus, & ideò non sum confusus. † 50,7,9.

Circumspexi, & non erat auxiliator: quæsiui, & non fuit qui adiuuaret. † 63,5.

Defecerunt oculi nostri ad auxilium nostrum vanum, cùm respiceremus attenti ad gentem, quæ saluare non poterat. Thren.4,17.

Cumque corruerint, subleuabuntur auxilio paruulo, & applicabuntur eis plurimi fraudulenter. Dan.11,34.

Perditio tua Israel, tantummodò in me auxilium tuum. Osee 13, 9.

Eris despecta, & tu quæres auxilium ab inimico. Nahum 3,11.

Auxilium feret gens Iudæorum, prout tempus dictauerit, corde pleno. 1.Mach.8,25.

Noluimus ergo vobis molesti esse, neque ceteris sociis, & amicis nostris in his prælijs: habuimus enim de cælo auxilium, & liberati sumus nos, & humiliati sunt inimici nostri. † 12,15.

Egressi pugnate pro gente nostra: auxilium verò de cælo vobiscum sit. † 16,3.

Admonuit autem eos de auxiliis Dei, quæ facta sunt erga parentes. 2.Mach.8,19.

Auxilium à cœlo mittit Deus pugnaturis. † 11,9,10,11.

Intelligens inuictos esse Hebræos, omnipotentis Dei auxilio innitentes. 13.

Auxilio autem adiutus Dei, vsque in hodiernum diem sto. Act.26,22.

AXA.

Qui percusserit Cariath Sepher, & ceperit eam, dabo ei Axam filiam meam vxorem. Iosue 15,16.

Dedit itaque ei [Axæ] Caleb irriguum superius & inferius. 19.

AXIS.

Præcordia fatui quasi rota carri, & quasi axis versatilis cogitatus illius. Eccli.33,5.

AZARIAS.

Ego sum Azarias Ananiæ magni filius. Tobiæ 5,18.

AZOTVS, AZOTII.

Aggrauata est autem manus Domini super Azotios. 1 Reg.5,6. Amos 1,8.

AZYMVS.

Edent carnes nocte illa assas igni, & azymos panes cum lactucis agrestibus. Exod.12,8.

Septem diebus azyma comedetis. 15,17. † 13,7.

Coxit azyma. 1 Reg.28,24.

Feceruntque filij Israel, qui inuenti sunt in Ierusalem, solemnitatem azymorum septem diebus in lætitia magna. 2.Par.30,21.

Expurgate vetus fermentum, vt sitis noua conspersio, sicut estis azymi. 1.Cor.5,7.

BAAL.

Baal Pharasim. 2.Reg.5,20.

Posuit [Achab] aram Baal in templo Baal, quod ædificauerat in Samaria. 3.Reg.16,32

Baal exaudi nos. † 18,26.

Seruiuit quoque [Ochozias] Baal, & adorauit eum. † 22,54.

Achab coluit Baal parum, ego autem colam eum ampliùs. 4.Reg.10,18.

Deleuit itaque Iehu Baal de Israel. 28.

Ingressusque est omnis populus terræ templum Baal, & destruxerunt aras eius, & imagines contriuerunt validè. † 11,18.

Seruieruntque Baal. † 17, 16.

Argentum multiplicaui ei & aurum, quæ fecerunt Baal. Osee 2,8.

Auferam nomina Baalim de ore eius, & non recordabitur vltrà nominis eorum. 17.

Baalim immolabant, & simulacris sacrificabant. † 11,2.

BABEL.

Turris Babel ædificatur. Gen.11.

BABYLON.

Babylonis fundatio. Gen.10,10.

Filia Babylonis misera. Psal.136,8.

Et erit Babylon illa gloriosa in regnis, inclyta superbia Chaldæorum, sicut subuertit Dominus Sodomam. Isa.13,19,20.

Et perdam Babylonis nomen, & reliquias & germen & progeniem, dicit Dominus. † 14,22.

Babylon dilecta mea posita est mihi in miraculum. † 21,4.

Cecidit, cecidit Babylon & omnia sculptilia deorum eius contrita sunt in terram. 9.

Dicite: Capta est Babylon, confusus est Bel, victus est Merodach, confusa sunt sculptilia eius, superata sunt idola eorum. Ierem.50,2.

Vox fugientium & eorum qui euaserunt de terra Babylonis. 28.

Fugite de medio Babylonis, & saluet vnusquisque animam suam. † 51,6.

Subitò cecidit Babylon. 8.

Filia Babylonis quasi area, tempus trituræ eius: adhuc modicum, & veniet tempus messionis eius. 33.

Et erit Babylon in tumulos, habitatio draconum, stupor & sibilus, eò quòd non sit habitator. 37.

Ascendit super Babylonem mare, multitudine fluctuum eius operta est. 42.

Si ascenderit Babylon in cælum, & firmauerit in excelso robur suum, à me venient vastatores eius. 53,54.

Ecce venit rex Babylonis in Ierusalem, & assumet Regem & principes eius. Ezech.17,12.

Nónne hæc est Babylon magna, quam ego ædificaui in domum regni, in robore fortitudinis meæ? Dan.4,27.

Quod cùm audissent Babylonij, indignati sunt vehementer. † 14,27.

Cecidit, cecidit Babylon illa magna. Apocal. 14, 8.

Babylon magna venit in memoriam ante Deum, dare illi calicem vini indignationis iræ eius. † 16,19.

Cecidit, cecidit Babylon magna; & facta est habitatio dæmoniorum, & custodia omnis spiritus immundi. † 18,2.

Væ, væ, ciuitas illa magna Babylon, ciuitas illa fortis, quia vna hora venit iudicium tuum. 10.

Hoc impetu mittetur Babylon ciuitas illa magna, & vltrà non inuenietur. 21.

BACVLVS.

In baculo meo transiui Iordanem istum, & nunc cum duabus turmis regredior. Gen.32,10.

Tenentes baculos in manibus vestris, & comedetis festinantes. Exod.12,11.

Postquam confregero baculum panis vestri: ita vt decem mulieres in vno clibano coquant panes: & reddant eos ad pondus, & comedetis & non saturabimini. Leuit.26,26.

Tulit Dauid baculum suum, quem semper habebat in manibus. 1.Reg.17,40.

Accinge lumbos tuos, & tolle baculum meum in manu tua. 4.Reg.4,29.

Posuerat [Giezi] baculum super faciem pueri, & non erat vox. 31.

An speras in baculo arundineo atque confracto Aegypto. † 18,21.

Baculum senectutis nostræ tulisti & transmisisti à nobis. Tob.5,23.† 10,4.

Contriuit Dominus baculum impiorum, virgam dominantium, cædentem populos in indignatione, plaga insanabili, subiicientem in furore gentes, persequentem crudeliter. Isa.14,5.

Conteram baculum panis in Ierusalem. Ezech.4,16.

Pro eo quòd fuisti baculus arundineus domui Israel. † 29,6.

Populus meus in ligno suo interrogauit, & baculus eius annuntiauit ei. Osee 4,12.

Et viri baculus in manu eius præ multitudine dierum. Zach.8,4,5.

BALAAM.

Balaam ariolus prohibetur ire ad maledicendum. Num.22,13.

Balaam ariolus occiditur, qui malum consilium dederat. † 24,14.† 31,8.Ios.13,22.

Secuti viam Balaam ex Bosor, qui mercedem iniquitatis amauit. 2.Pet.2,15.

BALANS.

Hœdum: cuius cùm vocem balantis vir eius audisset. Tob.2,21.

BALBVS.

Cor stultorum intelliget scientiam, & lingua balborum velociter loquetur & planè. Isa.32,4.

BALSAMVM.

Sicut cinnamomum & balsamum aromatizans odorem dedi. Eccli.24,20.

Quasi balsamum non mistum odor meus. 21.

BALTASSAR.

Baltassar rex fecit grande conuiuium optimatibus suis mille. Dan.5,1.

Eadem nocte interfectus est Baltassar. 30.

BALTEVS.

Balteum opere plumarij. Exod.28,39.

Posuit cruorē prælij in balteo suo. 3.Reg.2,5.

Balteum regum dissoluit, & præcingit fune renes eorum. Iob 12,18.

BAPTI-

BAPTIZO.

Non deponebamus vestimenta nostra: vnusquisque tantùm nudabatur ad baptismum. 2.Esd.4,23.

Baptizabat se [Iudith] in fonte aquæ. Iudith 12,7.

Qui baptizatur à mortuo, & iterùm tangit eum, quid proficit lauatio illius? Eccli.34,30.

Baptizabantur ab eo [Ioanne] in Iordane confitentes peccata sua. Matth.3,6.

Baptizatus autem Iesus, confestim ascendit de aqua. 16.

Baptismus Ioannis vnde erat, è cælo an ex hominibus? † 21,25.

Docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. † 28,19.

Baptismus à Christo præceptus. Matth.28,19.

Eum docuerunt Apostoli & administrarunt. Act.2,38. † 8,12,36. Heb.6,2.

Baptismus saluat. 1.Pet.3,21.

Est lauacrum regenerationis. Titi 3,5.

Tollit omnia peccata. Gen.17,14. Isa.44,3. Ezech.36,25. Matth.18,14. Hebr.10,22.

Nō est iterādus. Ephes.4,5. Hebr.6,6 † 10,26

Idem declarat eius figura. Genes. 17, 14. 1.Cor.10,2.

Baptizat Christus per discipulos. Ioan.3,22. † 4,2.

Baptizati Christum induunt. Gal.3,27.

Passio significata nomine Baptismi. Matthæi 20,22.

Baptizabit vos Spiritu sancto. Mar.1,8.

A foro nisi baptizentur [Pharisæi & Iudæi] non comedunt. † 7,4.

Nescitis quid petatis: potestis bibere calicem, quem ego bibo; aut baptismo quo ego baptizor, baptizari? † 10,38.

Quare non baptizatus esset ante prandium. Luc.11,38.

Baptismo autem habeo baptizari: & quomodo coarctor vsque dum perficiatur! † 12,50.

Quamquam Iesus non baptizaret, sed discipuli eius. Ioan.4,2.

Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu sancto non post multos hos dies. Act.1,5.

Pœnitentiam (inquit) agite, & baptizetur vnusquisque vestrûm in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum vestrorum, & accipietis donum Spiritus sancti. † 2,38.

Baptizatur eunuchus à Philippo. † 8,38.

Numquid aquam quis prohibere potest, vt non baptizentur hi, qui Spiritum sanctum acceperunt sicut & nos? † 10,47.

Cùm autem baptizata esset, & domus eius. † 16,15.

Baptizatus est ipse & omnis domus eius continuò. 33.

Ioannes baptizauit baptismo pœnitentiæ. † 19,4.

An ignoratis quia quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? Rom.6,3.

Gratias ago Deo quòd neminem vestrûm baptizaui, nisi Crispum & Caium. 1.Cor.1,14.

Omnes in Moyse baptizati sunt in nube & in mari. † 10,2.

Quid facient qui baptizantur pro mortuis, si omnino mortui non resurgunt? † 15,29.

Vt quid & baptizantur pro illis? vt quid & nos periclitamur omni hora? 30.

Quicumque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis. Gal.3,27.

Consepulti ei in baptismo, in quo & resurrexistis. Col.2,12.

Baptismatum doctrinæ, impositionis quoque manuum, ac resurrectionis mortuorum & iudicij æterni. Hebr.6,2.

Quod & vos nunc similis formæ saluos facit baptisma, non carnis depositio sordium, sed conscientiæ bonæ interrogatio in Deum. 1.Pet.3,21.

BARABBAS.

Quem vultis dimittam vobis? Barabbam, an Iesum? Matth.27,17.

BARAC.

Duces Issachar fuere cum Debbora, & Barac vestigia sunt secuti, qui quasi in præceps ac barathrum se discrimini dedit. Iudic.5,15.

De Gedeon, Barac, Samson, Iephte, Dauid. Hebr.11,32.

BARBA.

Nec radetis barbam. Leuit.19,26.

Rasitque [Naas] dimidiam partem barbæ eorum, & præcidit vestes eorum medias vsque ad nates. 2.Reg.10,4,5.

Scidi pallium meum & tunicam, & euelli capillos capitis mei, & barbæ, & sedi mœrens. 1.Esd.9,2,3.

Sicut vnguentum in capite quod descendit in barbam, barbam Aaron. Psal.132,2.

In cunctis capitibus eius caluitium, & omnis barba radetur. Isa.15,2.

Octoginta viri rasi barba, & scissis vestibus, & squallentes, & munera & thus habebant in manu vt offerrent in domo Domini. Ierem.41,5.

Omnis barba rasa erit: in cunctis manibus colligatio. † 48,37.

BARBARVS.

Vniuersam regionem, cùm pauci essent, vindicarent, & barbaram multitudinem fugarent, & famosissimum in toto orbe templum recuperarent. 2.Mach.2,23.

Barbari verò præstabant non modicam humanitatem nobis. Act.28,1.

BARNABAS.

Barnabas autem apprehensum illum [Sau-

 lum]

lum] duxit ad Apostolos. Act.9,27.

Vocabant Barnabam Iouem, Paulum verò Mercurium: quoniã ipse erat dux verbi. † 14,11.

BARTHOLOMAEVS.

Philippus & Bartholomæus. Matth. 10,2. Act.1,13.

BARTIMAEVS.

Filius Timæi Bartimæus cæcus. Marc.10,46.

BARVCH.

Baruch filius Neriæ incitat te aduersum nos. Ierem.43,3.

BASAN.

Fluet largiter de Basan. Deut.33,22.

Ex Basan conuertam, conuertam in profundum maris. Psal.67,23.

BASILICA.

Contra basilicam regis. Esth.5,1.

BASILISCVS.

Super aspidem & basiliscum ambulabis. Psal.90,13.

BASIS.

Cælatas bases, & luterem, qui erat desuper. 4.Reg.16,17.

Super quo bases illius [terræ] solidatæ sunt? Iob 38,6.

BDELLIVM.

Ibique inuenitur bdellium. Gen.2,12.

Coloris bdellij [Man] Num.11,7.

BEATVS.

Beatam me dicent mulieres. Gen.30,13.

Beatitudinem qui auertant. Num.14,3.5,35.

Beatitudinem considera, appete, quære. Deuter.1,21.

Beatus es tu Israel: quis similis tui popule, qui saluaris in Domino? scutum auxilij tui, & gladius gloriæ tuæ: negabunt te inimici tui, & tu eorum colla calcabis. † 33,29.

Beati viri tui, & beati serui tui, qui stant coram te semper, & audiunt sapientiam tuam. 3.Regum 10,8.

Beati omnes, qui diligunt te, & qui gaudent super pace tua. Tob.13,18.

Auris audiens beatificabat me. Iob 29,11.

Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiæ non sedit. Psal.1,1.

Beatitudinis via. † 14.

Beati quorum remissę sunt iniquitates. † 31,1.

Beata gens, cuius est Dominus Deus eius. † 32,12.

Beatitudo quomodo acquiratur. † 33,13, 14,15.

Beatus vir, cuius est nomen Domini spes eius. † 39,5.

Beatus qui intelligit super egenum & pauperem. † 40,2.

Beatus, quem elegisti & assumpsisti, inhabitabit in atriis tuis. † 64,5.

Beati qui habitant in domo tua, Domine. † 83,5.

Beatus homo, qui sperat in te. 13.

Beatus populus, qui scit iubilationem. † 88,16.

Beatus vir, qui timet Dominum. † 111.1.

Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. † 118,1.

Beati omnes, qui timent Dominum, qui ambulant in viis eius. † 127,1.

Beatus qui tenebit & allidet paruulos tuos ad petram. † 136,9.

Beatum dixerunt populum, cui hæc sunt: beatus populus cuius Dominus Deus eius. † 143,15.

Beatus, cuius Deus Iacob adiutor eius. † 145,5.

Nunc ergo filij audite me: Beati qui custodiunt vias meas. Prou.8,32.

Surrexerunt filij eius, & beatissimam prædicauerunt; vir eius, & laudauit eam. † 31,28.

Beatus vir, qui nõ est lapsus verbo ex ore suo, & non est stimulatus in tristitia delicti. Eccli.14,1.

Beatus, qui tectus est à lingua nequã † 25,23.

Beatus diues, qui inuentus est sine macula, & qui post aurũ nõ abiit, nec sperauit in pecunia, & thesauris. quis est hic, & laudabimus eum? † 31,8.

Et erunt qui beatificant populum istum, seducentes: & qui beatificantur, præcipitati. Isa.9,16.

Deus iudicij Dominus, beati omnes qui expectant eum. † 30,18

Beati qui seminatis super omnes aquas. † 32,20.

Beatitudo. Sap.3,7. † 5,1,16. Isa.25,9. † 30, 29. † 60. Ierem.31,3. Baruch 5. Heb.10,35. Apoc.2. † 3.

Beati sumus Israel, quia quæ Deo placent manifesta sunt nobis. Baruch 4,4.

Beatus, qui expectat & peruenit vsque ad dies mille trecentos quinquaginta quinque. Daniel.12,12.

Beatos vos dicent omnes gentes; eritis enim vos terra desiderabilis. Mal.3,12.

Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Matth.5,3.

Beatus es Simon Bar Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus, qui in cælis est. † 16,17.

Beata, quæ credidisti. Luc.1,45.

Beatam me dicent omnes generationes. 48.

Beati pauperes, quia vestrum est regnum Dei. † 6,20.

Beati oculi, qui vidẽt quæ vos videtis. † 10,23.

Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti. † 11,27.

Beatus eris, quia non habent retribuere tibi. † 14,14.

Beati qui non viderunt & crediderunt. Ioannis 20,29.

Oportet suscipere infirmos, ac meminisse verbi Domini Iesu, quoniam ipse dixit: Beatius est magis dare quàm accipere. Act.20,35.

De

De omnibus quibus accuso à Iudæis, rex Agrippa, æstimo me beatum, apud te cùm sim defensurus me hodie. † 26,2.

Qui autem perspexerit in legem perfectam libertatis, & permanserit in ea, non auditor obliuiosus factus, sed factor operis, hic beatus in facto suo erit. Iac.1,25.

Beatificamus eos, qui sustinuerunt: sufferentiam Iob audistis, & finem Domini vidistis. † 5,11.

Beatus, qui legit & audit verba prophetiæ huius, & seruat ea quæ in ea scripta sunt. Apoc.1,3.

Beati mortui, qui in Domino moriuntur. Amodò iam dicit Spiritus, vt requiescant à laboribus suis; opera enim eorum sequuntur illos. † 14,13.

Beatus & sanctus, qui habet partem in resurrectione prima; in his secunda mors non habet potestatem. † 20,6.

BEELPHEGOR.

Beelphegor initiatur populus Israel: punitur. Num.25,5.

Ipsi autem intrauerunt ad Beelphegor, & abalienati sunt in confusionem. Osee 9,10.

BEELZEBVB.

Si patremfamilias Beelzebub vocauerunt, quantò magis domesticos eius. Matth.10,25.

Hic non eiicit dæmones, nisi in Beelzebub principe dæmoniorum. † 12,24.

BEHEMOTH.

Ecce Behemoth, quem feci tecum. Iob 40,10.

BEL, BELIAL.

Porrò filij Heli, filij Belial. 1.Reg.2,12.

Et ipse [Nabal] est filius Belial, ita vt nemo possit ei loqui. † 25,17.

Confractus est Bel, cōtritus est Nabo. Isa.46,1

Visitabo super Bel in Babylone, & eiciā quod absorbuerat, de ore eius. Ierem 51,44.

Magnus es Bel, & non est apud te dolus quisquam. Dan.4,17.

Non adiiciet vltrà vt pertranseat in te Belial, vniuersus interiit. Nahum 1,15.

BELGA.

Decimaquinta [sors] Belga. 1.Par.24,14.

BELLVM.

Bellum quatuor regū contra quinque. Gen.14.

Venite, sapienter opprimamus eum [populum filiorum Israel] ne fortè multiplicetur: & si ingruerit contra nos bellum, addatur inimicis nostris, expugnatisque nobis egrediatur de terra. Exod.1,10.

Ne fortè pœniteret eum, si vidisset aduersum se bella consurgere, & reuerteretur in Aegyptū. † 13,17.

Bellum Domini erit contra Amalec à generatione in generationem. † 17,16.

Bellum est pœna peccati. Leuit.26,24.

In belli necessitate quomodo se quis habere debeat. Exod.17,8,12. 1.Reg.17,20.

Deus pugnat pro suis: Deut.1,30.

Vnde dicitur in libro bellorum Domini. Num.21,14.

Bellum sustinens non timeat maiorem numerum. Quia Dominus Deus tuus tecum est, qui eduxit te de terra Aegypti. Appropinquante autem iam prælio, stabit sacerdos ante aciem, & sic loquetur ad populum. Deut 20,1,2,3.

Bello qui non conueniant. 5,6,7.

Bellando Iosue cepit ciuitates omnes, præter Gabaon. Iof.11,19. Eccli.46.

Bellum durat quadraginta quinque circiter annis. † 11,17. † 14,10.

Noua bella elegit Dominus. Iudic.5,8.

Contra me malè agis, indicens mihi bella non iusta. † 11,27.

Bellum quomodo suscipiendum, recurrendo ad Deum. † 20,23,26,27.

Ingrauatumque est bellum contra filios Beniamin. 34.

Confortamini & bellate. 1.Reg.4,9.

Bellica fortitudo Ionathæ. † 14,4,13,15.

Erat autem bellum potens aduersum Philisthæos omnibus diebus Saul. 52.

Vidi filium Isai Bethleemitem scientem psallere, & fortissimum, & virum bellicosum. † 16,18.

Vir bellator est [Goliath] ab adolescentia sua. † 17,33.

Ipsius enim est bellum, & tradet vos in manus nostras. 47.

Et ortum est bellum durum satis in die illa. 2.Reg.2,17.

Bellandi ratio. † 5,23,24.

Iudicium temerarium, & irrisio, belli causa. † 10,6.

Bellabant aduersum Ioab, & ceciderunt de populo seruorum Dauid, & mortuus est etiam Vrias Hethæus. † 11,17.

Iam non egredieris nobiscum in bellum. † 21,17.

Bella, templi tardant ædificationem. 3.Reg.5,3.

Neque bellabitis contra fratres vestros filios Israel. † 12,24.

Bellum fuit inter Roboam & Ieroboam omni tempore vitæ eius. † 15,6.

Septima autem die commissum est bellum. † 20,29.

Vulnerati autem multi corruerunt; fuit enim bellum Domini. 1.Par.5,22.

Transiuit [Dauid] Iordanem, irruitque in eos, & direxit ex aduerso aciem, illis contrà pugnantibus. Fugit autem Syrus Israel: & interfecit Dauid de Syris septem millia curruum, & quadraginta millia peditum. † 19,18. † 20,4,5,6.

Donec à bellis quieta fuit omnia, eò quòd quæsierimus Dominum, & dederit nobis pacem per gyrum. 2.Par.14,7.

Bella

Bello omnia aptat Ezechias & defensioni contra Assyrios. † 32,4,5.

Noluit Iosias reuerti, sed præparauit contra eum bellum, nec acquieuit sermonibus Nechao ex ore Dei, verùm perrexit vt dimicaret in campo Mageddo, ibique vulneratus à sagittariis. 35,22.

Bella concitantur in ea [Ierusalem] ex diebus antiquis. 1.Esd.4,15.

Qui conteris bella ab initio, & Dominus nomen est tibi. Iudith 9,10.† 16,2,3.

In fame eruet te de morte, & in bello de manu gladij. Iob 5,20.

Pluat super illum bellum suum. † 20,23.

Vbi audierit buccinam [equus] dicit: Vah, procul odoratur bellum. † 39,25.

Meméto belli, nec vltrà addas loqui. † 40,27.

Præcinxit me virtute ad bellũ. Psal.17,33,40.

Auferens bella vsque ad finem terræ.† 45,10.

Multi bellantes aduersum me. † 55,3.

Dissipa gentes, quæ bella volunt. † 67,32.

Qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum. † 143,1.

Cogitationes consiliis roborantur, & gubernaculis tractanda sunt bella. Prou.20,18.

Tempus belli, & tempus pacis. Eccles.3,8.

Nec velocium esse cursum, nec fortium bellum. † 9,11.

Omnes tenentes gladios & ad bella doctissimi. Cant.3,8.

In duobus contristatum est cor meum, &c. vir bellator deficiens per inopiam: & vir sensatus contemptus. Eccli.26,26.

Et spiritus iudicij sedenti super iudicium, & fortitudo reuertentibus de bello ad portam. Isa.28,6.

Et in bellis præcipuis expugnabit eos. † 30,32.

Effudit super eum indignationem furoris sui, & forte bellum, & combussit eum in circuitu. † 42,25.

Bellabunt aduersum te, & non præualebunt: quia ego tecum sum, ait Dominus, vt liberem te. Ier.1,19.† 15,20.

Dominus autem mecum est quasi bellator fortis, idcircò qui persequuntur me, cadent. † 20,11.

Ecce ego conuertam vasa belli, quæ in manibus vestris sunt, & quibus vos pugnatis aduersum regem Babylonis, &c. debellabo ego vos in manu extenta, & in brachio forti, & in furore, & in indignatione, & in ira grandi. † 21,4,5.

Præparate scutum & clypeum, procedite ad bellum. † 46,3.

Belli apparatus. 8,9.† 47,2.

Præparamini contra Babylonem per circuitum omnes qui tenditis arcum, debellate eam, non parcatis iaculis, quia Domino peccauit. † 5[illegible]14.

Vox belli in terra, & contritio magna. 22.

Quomodo ergo sentiri debeant quoniam dij sunt, qui nec de bello se liberant, neque de malis se eripiunt? Baruch 6,49.

Belli apparatus. Ezech.26,10,11. Ioel 2,3. Nahum 3,2.

Cornu illud faciebat bellum aduersus sanctos, & præualebat eis. Dan.7,21.

Sanctificate bellum, suscitate robustos; accedant, ascendant omnes viri bellatores. Ioel 3,4.

Dissipabitur arcus belli, & loquetur pacem gentibus. Zach.9,10.

Erunt quasi fortes conculcantes lutum viarum in prælio: & bellabunt, quia Dominus cum eis, & confundentur ascensores equorum. † 10,5.

Constituit [Antiochus] bellum aduersus Ptolomæum regem Aegypti, & veritus est Ptolomæus à facie eius, & fugit, & ceciderunt vulnerati multi. 1.Mach.1,19.

Et intulerunt illis bellum sabbatis, & mortui sunt ipsi & vxores eorum & filij eorum & pecora eorum, vsq; ad mille animas hominum. † 2,38.

Belli apparatus. Ieiunauerunt illa die, & induerunt se ciliciis, & cinerem imposuerunt capiti suo, & disciderunt vestimenta sua. † 3,47.

Nolite bellum committere aduersum gentes, donec reuertamur. † 5,19.

Bellum perurgebat eum [Iudam] & confractus est corde: quia non habebat tempus congregandi eos, & dissolutus est. † 9,7.

Et cetera verba bellorum Iudæ & virtutum quas fecit, & magnitudinis eius, non sunt descripta; multa enim erant valdè. 22.

Bellum ex aduerso, aqua verò Iordanis hinc & inde & riuæ & paludes & saltus; & non est locus diuertendi. 45.

Cetera sermonum Ioannis & bellorum eius & bonarum virtutum, quibus fortiter gessit. † 16,23.

Vnde bella & lites in vobis? nónne hinc? ex concupiscentiis vestris, quæ militant in membris vestris? Iac.4,1.

Cùm finierint testimonium suum, bestia, quæ ascendit de abysso, faciet aduersum eos bellum, & vincet illos, & occidet eos. Apoc.11,7.

Et est datum illi bellum facere cum sanctis, & vincere eos. † 13,7.

BENADAD.

Congregauit Benadad rex vniuersum exercitum suum. 4.Reg.6,24.† 8,7. Amos 1,4.

BENEDICO.

Benedixit diei septimo, & sanctificauit illum, quia in ipso cessauerat ab omni opere suo. Genes. 2,3.

In te benedicentur vniuersæ cognationes terræ. † 12,3.

Benedicit Melchisedec Abrahamo. Abraham dat ei decimas. † 14,19.

Cùm

Cùm futurus sit [Abraham] in gentem magnam ac robustissimam, & BENEDICENDAE sint in eo omnes nationes terræ. † 18,18.

BENEDICENTVR in semine tuo omnes gentes terræ, quia obedisti voci meæ. † 22,18. † 26,4.

Benedixit Deus Isaac filio eius. † 25,11.

BENEDICENTVR in semine tuo omnes gentes terræ: eò quòd obedierit Abraham voci meæ, & custodierit præcepta & mandata mea, & cærimonias legesque seruauerit. † 26,4.

Benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum, propter seruum meum Abraham. 24.

Benedixitque ei [Iacob] & erit benedictus. † 27,33.

Num vnam tantùm benedictionem habes, pater? 38.

Benedicat tibi & crescere te faciat atque multiplicet, vt sis in turbas populorum. † 28,3.

BENEDICENTVR IN TE, & in semine tuo cunctæ tribus terræ, & ero custos tuus quocumque perrexeris, & reducam te in terram hanc. 15.

Benedicit Angelus Iacob. † 32,29.

Suscipe benedictionem, quam attuli tibi, & quam donauit mihi Deus tribuens omnia. † 33,11.

Benedixitque Dominus domui Aegyptij propter Ioseph. † 39,5.

Benedicens ei [Pharao] & interrogatus ab eo: Quot sunt dies annorum vitæ tuæ? respondit [Iacob:] Dies peregrinationis meæ centum triginta annorum sunt, parui & mali. † 47,8.

Benedicto rege egressus est foras. 10.

Benedicit Iacob filijs Ioseph. † 48,15.

Benedixitque eis in tempore illo dicens: In te benedicetur Israel. 20.

Omnipotens benedicet tibi, benedictionibus cæli desuper, benedictionibus abyssi iacentis deorsum, *&c.* Benedictiones patris tui confortatæ sunt benedictionibus patrum eius. † 49,25,26.

Benedictiones Patriarcharum. † 49.

Benedicit Aaron populo extenta manu, post oblationem factam. Exod 9,22.

Abeuntes benedicite mihi. Exod. 12,31.

Benedictus Dominus, qui liberauit vos de manu Aegyptiorum. † 18,10.

Benedixit Dominus diem sabbati, & sanctificauit eum. † 20,11.

Veniam ad te, & benedicam tibi. 24.

Benedicam panibus tuis & aquis, & auferam infirmitatem de medio tui. † 23,25.

Benedictio, qua creatura consecrantur & sanctificantur. † 28,2 Leuit 21,10. Iudic. 17,3. 1. Reg. 21,5. 1. Timoth. 4. Hebr. 9,2.

Quæ [vasa & vestes] postquam Moyses cuncta vidit completa, benedixit eis. † 39,43.

Ingressi autem Moyses & Aaron in tabernaculum testimonij, & deinceps egressi benedixerunt populo. Leuit. 9,23.

Dabo benedictionem meam vobis anno sexto, & faciet fructus trium annorum. † 25,21.

Sic benedicetis filiis Israel, & dicetis eis: Benedicat tibi Dominus & custodiat te. Ostendat Dominus faciem suam tibi, & misereatur tui. Conuertat Dominus vultum suum ad te, & det tibi pacem. Inuocabuntque nomen meum super filios Israel, & ego benedicam eis. Num. 6,24.

Noui enim quòd benedictus sit, cui benedixeris, & maledictus in quem maledicta congesseris. † 22,6.

Ad benedicendum adductus sum, benedictionem prohibere non valeo. † 23,20.

Qui benedixerit tibi, erit & ipse benedictus: qui maledixerit, in maledictione reputabitur. † 24,9.

Benedixit tibi in omni opere manuũ tuarum: nouit iter tuum, quomodo transieris solitudinem hanc magnam, per quadraginta annos habitans tecum Dominus Deus tuus, & nihil tibi defuit. Deut. 2,7.

Benedicetque fructui ventris tui, & fructui terræ tuæ, frumento tuo atque vindemiæ, oleo & armentis. † 7,13.

Benedicas Domino Deo tuo, pro terra optima, quam dedit tibi. † 8,10.

En propono in conspectu vestro hodie benedictionem & maledictionem. † 11,26.

Pones benedictionem super montem Garizim: maledictionem super montem Hebal. 29.

Hi stabunt ad benedicendum populo super montem Garizim. † 27,12.

Benedictiones custodientium legem. † 28,3.

Benedictio, qua benedixit Moyses homo Dei, filiis Israel, ante mortem suam. & ait: Dominus de Sinai veniet, & de Seir ortus est nobis. † 33,1.

Benedic Domine fortitudini eius, & opera manuum illius suscipe. 11.

Benedictio eius, qui apparuit in rubo, veniat super caput Ioseph, & super verticem Nazaræi inter fratres suos. 16.

Benedictus in latitudine Gad: quasi leo requieuit, cepitque brachium & verticem. 20.

Nephthali abundantia perfruetur, & plenus erit benedictionibus Domini. 23.

Benedictus in filiis Aser, sit placens fratribus suis. 24.

Et primùm quidem benedixit populo Israel. Post hæc legit omnia verba benedictionis & maledictionis. Iosu. 8,33.

Benedixitque ei [Caleb] Iosue, & tradidit Hebron in possessionem. † 14,13.

Benedixitque eis Iosue & dimisit eos. † 22,6.

Benedicta inter mulieres Iahel vxor Haber

Cinæi, & benedicatur in tabernaculo suo. Iudic. 5,24.

Vocauit nomen eius Samson. Creuitque puer, & benedixit ei Dominus. † 13,24.

Benedictus sit [Booz] à Domino, quoniam eamdem gratiam, quam præbebat viuis, seruauit & mortuis. Ruth 2,20.

Benedicta, inquit, es à Domino filia, & priorem misericordiã posteriore superasti: quia non es secuta iuuenes, pauperes siue diuites. † 3,10.

Benedictus Dominus, qui non est passus vt deficeret successor familiæ tuæ, & vocaretur nomen eius in Israel. † 4,14.

Et benedixit Heli Elcanæ & vxori eius. 1. Regum 2,20.

Quia ipse [Samuel] benedicit hostiæ, & deinceps comedunt, qui vocati sunt. † 9,13.

Benedictus tu Domino, impleui verbum Domini. † 15,13.

Benedicti vos à Domino, quia doluistis vicem meam. † 23,21.

Dauid misit nuntios de deserto, vt benedicerent domino nostro, & [Nabal] auersatus est eos. † 25,14.

Suscipe benedictionem hanc, quam attulit ancilla tua tibi domino meo: & da pueris, qui sequuntur te dominum meum. 27.

Benedictus Dominus Deus Israel, qui misit hodie te in occursum meum, & benedictum eloquium tuum. 32.

Benedictus Dominus, qui iudicauit causam opprobrij mei de manu Nabal. 39.

Benedictus tu, fili mi Dauid. † 26,25.

Accipite benedictionem de præda hostium Domini. † 30,26.

Benedicti vos à Domino. 2. Reg. 2,5.

Benedixit Dominus Obededom, & omnem domum eius. † 6,11,12.

Benedixit populo in nomine Domini exercituum. 18.

Reuersusque est Dauid vt benediceret domui suæ. 20.

Incipe ergo & benedic domui serui tui. † 7,29.

Benedixit ei. † 13,25.

Cadensque Ioab super faciem suam in terram, adorauit & benedixit regi. † 14,22.

Benedictus Dominus Deus tuus, qui conclusit homines, qui leuauerunt manus suas contra dominum meum regem. † 18,28.

Osculatus est rex Berzellai, & benedixit ei. † 19,39.

Quid faciam vobis, & quod erit vestri piaculum, vt benedicatis hereditati Domini? † 21,3.

Benedixerunt domino nostro regi Dauid. 3. Reg 1,47.

Benedictus Dominus Deus Israel, qui dedit hodie sedentem in solio meo, videntibus oculis meis. 48.

Et rex Salomon benedictus, & thronus Dauid erit stabilis coram Domino. † 2,45.

Benedixit omni Ecclesiæ Israel, &c. Benedictus Dominus Deus Israel, qui locutus est ore suo ad Dauid patrem meum. † 8,14,15.

Benedixit [Salomon] omni Ecclesiæ Israel voce magna. 55

Benedicentes regi profecti sunt in tabernacula sua. 66.

Sit Dominus Deus tuus benedictus, cui complacuisti. † 10,9.

Falsum testimonium dicant: benedixit [Naboth] Deum & regem. † 21,10,13.

Vt accipias benedictionem à seruo tuo. 4. Reg. 5,16.

Inuocauit verò Iabes Deum Israel, dicens: Si benedicens benedixeris mihi, & dilataueris terminos meos, & fuerit manus tua mecum, & feceris me à malitia non opprimi. Et præstitit Deus quæ precatus est. 1. Par. 4,10.

Benedixit Dominus domui eius [Obededom] & omnibus quæ habebat. † 13,14.

Cumque complesset Dauid offerens holocausta, & pacifica, benedixit populo in nomine Domini. † 16,2.

Reuersusque est omnis populus in domum suam: & Dauid, vt benediceret etiam domui suæ. 43.

Te enim Domine benedicente, benedicta erit in perpetuum. † 17,27.

Phollathi octauus, quia benedixit illi Dominus. † 26,5.

Benedixit [Dauid] Domino coram vniuersa multitudine. † 29,10.

Benedixit omnis Ecclesia Domino. 20.

Conuertit faciem suam rex [Salomon] & benedixit vniuersæ multitudini Israel. 2. Par. 6,3.

Congregati sunt in Valle benedictionis: etenim quoniam illic benedixerunt Dominum, vocauerunt locum illum Vallis benedictionis. † 20,26.

Viderunt aceruos, & benedixerunt Domino ac populo Israel. † 31,8,9.

Benedixit Esdras Domino Deo magno: & respondit omnis populus: Amen, amen. 2. Esd. 8,6.

Benedicite Domino Deo vestro ab æterno, & vsque in æternum. † 9,5.

Benedixit autem populus omnibus viris, qui se obtulerant, vt habitarent in Ierusalem. † 11,2.

Die tertia dum compleret [Sara] orationem, benedicens Dominum, dixit: Benedictum est nomen tuum Deus. Tob. 3,13.

Omni tempore benedic Deum. † 4,20.

Tertia autem nocte benedictionem consequêris, vt filij ex vobis procreentur incolumes. † 6,21.

Benedictio sit tibi fili mi, quia boni & optimi viri filius es. † 7,7.

Dica-

Dicatur benedictio super vxorem tuam & super parentes vestros. † 9,9.

Benedico te Domine Deus Israel: quia tu castigasti me, & tu saluasti me; & ecce ego video Tobiam filium meum. † 11,17.

Benedicite Deum cæli, & coram omnibus viuentibus confitemini ei, quia fecit vobiscum misericordiam suam. † 12,6.

Aperiens autem Tobias senior os suum, benedixit Dominum. † 13,1.

Benedicite Dominum omnes electi eius: agite dies lætitiæ, & confitemini illi. 10.

Benedictique erunt, qui ædificauerint te. 16,17.

Melius est enim vt captiui benedicamus Dominum viuentes quàm moriamur. Iudith 7,16.

Benedixit te Dominus in virtute sua, quia per te ad nihilum redegit inimicos nostros. † 13,22.

Benedicta es tu filia à Domino Deo excelso præ omnibus mulieribus super terram. 23

Benedixerunt eam [Iudith] omnes vna voce, dicentes: Tu gloria Ierusalem, tu lætitia Israel, tu honorificentia populi nostri. † 15,10.

Ne fortè peccauerint filij mei, & benedixerint Deo in cordibus suis. Iob 1,5

Operibus manuum eius [Iob] benedixisti & possessio eius creuit in terra? 10.

Benedic Deo & morere. † 2,9.

Benedictio perituri super me veniebat. † 29,13.

Si non benedixerunt mihi latera eius, & de velleribus ouium mearũ calefactus est. † 31,20.

Dominus autem benedixit nouissimis Iob magis quàm principio eius. † 42,12.

Domini est salus, & super populum tuum benedictio tua. Psal. 3,9.

Benedices iusto. † 5,13.

Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum. † 15,7.

Præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis. † 20,4.

Dabis eum in benedictionem in sæculum sæculi. 7.

Hic accipiet benedictionem Domino. † 23,5.

Benedic hereditati tuæ. † 27,9.

Benedicet populo suo in pace. † 28,11.

Benedicam Dominum in omni tempore. † 33,2.

Benedicentes ei hereditabunt terram, maledicentes autem ei disperibunt. † 36,22.

Benedixit te Deus in æternum. † 44,3.

Ore suo benedicebant. † 61,5.

Sic benedicam te in vita mea. † 62,5.

Benedices coronæ anni benignitatis tuæ. † 64,12.

Benedicite Gentes Deum nostrum. † 65,8.

Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus. † 66,8.

Benedictus Dominus die quotidie. † 67,20.

Benedicite Deo Domino de fõtibus Israel 27.

Benedicentur in ipso omnes tribus terræ. † 71,17.

Benedictionem dabit legislator. † 83,8.

Benedixisti Domine terram tuam. † 84,2.

Benedictus Dominus in æternum; fiat, fiat. † 88,53.

Benedic anima mea Domino. † 102,1.

Benedicite Domino omnes Angeli eius. † 102,20.

Benedictus Dominus Deus Israel. † 105,48.

Benedixit eis, & multiplicati sunt nimis. † 106,38.

Noluit benedictionem, & elongabitur ab eo. † 108,18.

Benedixit nobis, benedixit domui Israel: benedixit domui Aaron. † 113,12.

Benedicti vos à Domino. 23.

Benedictus qui venit in nomine Domini. Benediximus vobis de domo Domini. † 117,26.

Benedictus es Domine. † 118,12.

Benedictus Dominus qui non dedit nos in captionem dentibus eorum. † 123,6.

Sic benedicetur homo qui timet Dominum. † 127,4,5.

Et non dixerunt qui præteribant: Benedictio Domini super vos. † 128,8.

Illic mandauit Dominus benedictionem. † 132,3.

Benedicite Dominum omnes serui Domini. † 133,1.

Benedicat te Dominus ex Sion. 3.

Domus Leui benedicite Domino. † 134,20.

Benedictus Dominus Deus meus. † 143,1.

Per singulos dies benedicam tibi. † 144,2.

Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione. 16.

Benedicat omnis caro nomini sancto eius. 21.

Benedixit filiis tuis in te. † 147,2.

Benedictio Domini super caput iusti. Prouerb. 10,6.

Benedictio Domini diuites facit, nec sociabitur illis afflictio. 22.

Benedictione iustorum exaltabitur ciuitas. † 11,11.

Benedictum est enim lignum per quod fit iustitia. Sap. 14,7.

Honora patrem tuum, vt superueniat tibi benedictio ab eo, & benedictio illius in nouissimo maneat. Benedictio patris firmat domos filiorum. Eccli. 3,10.

Benedictio Dei in mercedem iusti festinat, & in hora veloci processus illius fructificat † 11,24

Inter benedictos benedicetur. † 24,4.

Benedicito Dominum qui fecit te, & inebriantem te ab omnibus bonis suis. † 32,17.

Ex ipsis benedixit & exaltauit, & ex ipsis sanctificauit & ad se applicauit, & ex ipsis maledixit,

& humiliauit, & conuertit illos à separatione ipsorum. † 33,12.

Secundùm benedictionem Aaron de populo tuo. † 36,19.

Vir sapiens implebitur benedictionibus, & videntes illum laudabunt. † 37,27.

Benedictio illius quasi fluuius inundauit. † 39,27.

Benedicentes Dominum, exaltate illum quantum potestis, maior enim est omni laude. † 43,33.

Benedictionem omnium gentium dedit illi [Isaac] Dominus, & testamentum confirmauit super caput Iacob. † 44,25,26.

Erit Israel tertius Aegyptio & Assyrio: benedictio in medio terræ, cui benedixit Dominus Deus exercituum, dicens: Benedictus populus meus Aegypti, & opus manuum mearum Assyrio: hereditas autem mea Israel. Isa.19,25.

Facite mecum benedictionem, & egredimini ad me, & comedite vnusquisque vineam suam. † 36,16.

Effundam spiritum meum super semen tuum, & benedictionem meam super stirpem tuam. † 44,3.

Quomodo si inueniatur granum in botro, & dicatur: Ne dissipes illud, quoniam benedictio est. † 65,8.

In quo qui benedictus est super terram, benedicetur in Deo amen: & qui iurat in terra, iurabit in Deo amen. 16.

Electi mei non laborabunt frustrà, neque generabunt in conturbatione: quia semen benedictorum Domini est, & nepotes eorum cum eis. 23.

Qui recordatur thuris, quasi qui benedicat idolo. † 66,3.

Et iurabis: Viuit Dominus in veritate, & in iudicio & in iustitia, & benedicent eum Gentes, ipsumque laudabunt. Ier.4,2.

Benedictus vir qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius. † 17,7.

Adhuc dicent verbum istud in terra Iuda & in vrbibus eius, cùm conuertero captiuitatem eorum: Benedicat tibi Dominus pulchritudo iustitiæ, mons sanctus. † 31,23.

Benedicta gloria Domini de loco sancto tuo. Ezech.3,12.

Et ponam eos in circuitu collis mei benedictionem, & deducam imbrem in tempore suo, pluuiæ benedictionis erunt. † 34,26.

Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum. Dan.3,52.

Et erumpens Nabuchodonosor ait: Benedictus Deus eorum. 95.

Ex die ista benedicam. Agg.2,20.

Sicut eratis maledictio in Gentibus domus Iuda, & domus Israel: sic saluabo vos, & eritis benedictio: nolite timere, confortentur manus vestræ. Zach.8,13.

Probate me super hoc, dicit Dominus: si non aperuero vobis cataractas cæli, & effudero vobis benedictionem vsque ad abundantiam, & increpabo pro vobis deuorantem. Mal.3,11.

Benedixit [Mathathias] eos, & appositus est ad patres suos. 1.Mach 2,69.

Hi autem Dominum benedicebant, qui magnificabat locum suum. 2.Mach.3,30.

Benedixerunt misericordem Dominum & conualuerunt animis, non solùm homines, sed & bestias ferocissimas & muros ferreos parati penetrare. † 11,9.

Benedictus, qui locum suum incontaminatum seruauit. † 15,34.

Acceptis quinque panibus & duobus piscibus, aspiciens in cælum benedixit & fregit, & dedit discipulis panes. Matth.14,19.

Non me videbitis amodò, donec dicatis: Benedictus qui venit in nomine Domini. † 23,39.

Et complexans eos [paruulos] imponens manus super illos, benedicebat eos. Marc.10,16.

Benedictum quod venit regnum patris nostri Dauid: Hosanna in excelsis. † 11,10.

Tu es Christus filius Dei benedicti? † 14,61.

Benedicta tu in mulieribus. Luc.1,28.

Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. 42.

Benedictus Dominus Deus Israel. 68.

Benedixit Deum, & dixit: Nunc dimittis seruum tuum, Domine. † 2,29.

Benedixit illis Simeon. 34.

Væ cùm benedixerint vobis homines † 6,26.

Benedictus qui venit rex in nomine Domini, pax in cælo, & gloria in excelsis. † 19,38.

Eleuatis manibus suis benedixit eis. † 24,50.

Vobis Deus primùm suscitans Filium suum, misit eum benedicentem vobis. Act.3,26.

Benedicite persequentibus vos, benedicite, & nolite maledicere. Rom.12,14.

In abundantia benedictionis Euangelij Christi veniam. † 15,29.

Et per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentium. † 16,18.

Benedictus Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi. 2.Cor.1,3.

Præparent repromissam benedictionem, non tamquam auaritiam. † 9,5.

Vt in Gentibus benedictio Abrahæ fieret in Christo Iesu. Gal 3,14.

Benedixit nos in omni benedictione spirituali in cælestibus in Christo. Eph.1,3.

Benedixit ei [Melchisedech,] cui & decimas omnium diuisit Abraham. Heb.7,2,6,7.

Fide & de futuris benedixit Isaac Iacob & Esau. † 11,20.

Posteà cupiens [Esau] hereditare benedictionem,

nem, reprobatus est: non enim inuenit pœnitentiæ locum. † 12,17.

Benedictio, & honor, & gloria, & potestas. Apocal. 5, 13.

Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor, & virtus, & fortitudo Deo nostro. † 7, 12.

BENENNOM.

Statuas fudit [Achaz] Baalim, ipse est qui adoleuit incensum in Valle benennom. 2. Paralip. 28, 3.

BENEFACIO, BENEFICIA.

Beneficiorum memoria. Eduxi te de Vr Chaldæorum, vt darem tibi terram istam. Gen. 15,7. † 29,32. † 30,.. † 35, 3. † 48,15. Exod. 10,2. † 11,7. † 12 26.

Beneficiorum memoria. Memento diei huius in qua egressi estis de Aegypto, & de domo seruitutis: quoniam in manu forti eduxit vos Dominus. Exod. 13,3.

Beneficiorum Dei recapitulatio. Num. 20,15.

Beneficia Israelis. † 23,9. Deut 4,34.

Beneficia & directio Dei. In solitudine (ipse vidisti) portauit te Dominus Deus tuus, vt solet homo gestare paruulum filium suum, in omni via per quam ambulastis, donec veniretis ad locum istum. Deut. 1,31.

Beneficia præstita Israeli. † 26, 5. † 29, 5. † 32,10. Iosi. 24,2. Iudic. 2,1. 1. Reg. 12,8.

Benefaciet mihi Deus, habent Leuitici generis sacerdotem. Iudic. 17,13.

Beneuolentia & beneficientia continuatio. Ruth 2,20.

Narrauit [Tobias] parentibus suis omnia beneficia Dei, quæ fecisset circa eum per hominem, qui eum duxerat. Tob. 11,19 † 12,2.

Beneficijs cumulat Deus. 2 Reg. 7,1.

Beneficia Dei collata Dauidi. † 8,9.

Recenset ea Nathan. † 12,7.

Mardochæum, cuius fide & beneficiis viuimus. Esth. 16,13.

Dei, cuius beneficio & patribus nostris & nobis regnum est traditum. 16.

Benefac Domine bonis & rectis corde. Psalmo 124, 4.

Noli prohibere benefacere eum qui potest: si vales, & ipse benefac. Prou. 3,27.

Si benefeceris, scito cui feceris, & erit gratia in bonis tuis multa. Benefac iusto, & inuenies retributionem magnam, & si non ab ipso, certè à Domino. Eccli. 12,1,2.

Benefac humili, & non dederis impio: prohibe panes illi dari, ne in ipsis potentior te sit. 6.

Et si benè fecerit [inuidus] ignoranter & non volens facit: & in nouissimo manifestat malitiam suam. † 14,7.

Quiescite agere peruersè, discite benefacere. Isa. 1,17.

Beneficia Dei & protectio. 2. Esd. 9, 6, 7. Isa. 43, 1, 2.

Feriam eis pactum sempiternum, & non desinam eis benefacere. Ier. 32,40.

Et scietis quia ego Dominus, cùm benefecero vobis propter nomen meum. Ezech 20,44.

Sicut cogitaui vt affligerem vos, cùm ad iracundiam prouocassent patres vestri me, dicit Dominus, & non sum misertus: sic conuersus cogitaui vt benefaciam domui Iuda. Zachar. 8,15.

Benefaciat vobis Deus, & meminerit testamenti sui. 2. Mach. 1,2.

Itaq; licet sabbatis benefacere. Matth. 12,12.

Nolite deficere benefacientes. 2. Thes. 3,13.

Beneficentiæ autem & communionis nolite obliuisci. Heb 13,16.

Hi qui patiuntur secundùm voluntatem Dei, fideli creatori commendent animas suas in benefactis. 1. Pet. 4,19.

Qui benefacit, ex Deo est; qui malefacit, non vidit Deum. 3. Ioan. v. 11.

BENEPLACEO.

Mons, in quo beneplacitum est Deo habitare in eo. Psal. 67,17.

In beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum. † 88, 18.

Memento nostri Domine in beneplacito populi tui. † 105,4.

Beneplacitum est Domino super timentes eum. † 146,11.

Beneplacitum est Domino in populo suo. † 149,4.

Qui timent Dominum, inquirent quæ beneplacita sunt ei. Eccli. 2,19.

BENIAMIN.

Pater verò appellauit eum Beniamin, id est, filius dexteræ. Gen. 35,18.

Beniamino compatitur Ioseph. Deus, inquit, misereatur tui, fili mi, festinauitque, quia commota fuerant viscera eius super fratre suo, & erumpebant lacrymæ: & introiens cubiculum fleuit. Gen. 43, 30.

Beniamin lupus rapax, manè comedet prædam, & vespere diuidet spolia. † 49,27.

Beniamin ait: Amantissimus Domini habitabit confidenter in eo, quasi in thalamo tota die morabitur, & inter humeros illius requiescet. Deut. 33,12.

Beniamitarum tria millia adhærent Dauidi. 1. Par. 12,29.

Ibi Beniamin adolescentulus in mentis excessu. Psal. 67,28.

BENIGNVS.

Benignitas Ioseph. Gen. 50,17.

Benignitas Dei erga suos. Gen. 18,26. Exodi 9,26. Num. 20,8. 3. Reg. 8,23. 2. Par. 33,13. Sap. 11,24. Ezech. 18,27. Ionæ 4,2. 1. Tim. 1,13.

Audiebat afflictorum gemitus, & liberabat eos de cæde vastantium. Iudic.2,18.

Benignè fac Domine in bona voluntate tua, Sion. Psal.50,20.

Benigna est misericordia tua. † 68,17.

Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum. † 84,13.

Benignus est enim spiritus sapientiæ. Sap.1,6.

Et eritis filij Altissimi, quia ipse benignus est super ingratos & malos. Luc.6,35.

Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Rom.2,4.

Estote autem inuicē benigni, misericordes, donantes inuicem, sicut & Deus in Christo donauit vobis. Ephes.4,32.

BENONI.

Benoni, id est, filius doloris mei, pater verò appellauit eum Beniamin, id est, filius dexteræ. Gen.35,18.

BERNICE.

Cùm venisset Agrippa & Bernice cum multa ambitione. Act.25,23. † 26,30.

BERSABEE.

Vocatus est locus ille Bersabee: quia ibi vterque iurauit. Gen.21,31. † 26,33.

BERZELLAI.

Sed & filiis Berzellai Galaaditis reddes gratiam, eruntque comedentes in mensa tua. 3.Regum 2,7.

BESTIA.

Immittamque in vos bestias agri quæ consumment vos & pecora vestra. Leuit.26,22

Transieruntque bestiæ saltus, quæ sunt in Libano, & conculcauerunt carduum. 4.Reg.14,9.

In vastitate & fame ridebis, & bestias terræ non formidabis. Iob 5,22,23.

Ne tradas bestiis animas confitentes tibi. Psal.73,19.

Facta est nox: in ipsa pertransibunt omnes bestiæ siluæ. † 103,20.

Bestiæ & vniuersa pecora. † 148,10.

Bestiæ meliores sunt illis [idolis] quæ possunt fugere sub tectum. Baruch 6,67.

Cum bestiis ferisque erit habitatio tua. Daniel.4,22.

Quatuor bestiæ grandes ascendebant de mari diuersæ inter se. † 7,3.

Sed & bestiæ agri quasi area sitiens imbrem, suspexerunt ad te. Ioël 1,20.

Si (secundùm hominem) ad bestias pugnaui Ephesi: quid mihi prodest, si mortui non resurgunt? 1.Cor.15,32.

Et vidi de mari bestiam ascendentem, habentem capita septem. Apoc.13,1.

Bestia, quam vidisti, fuit & non est, & ascensura est de abysso, & in interitum ibit. † 17,8.

Et apprehensa est bestia, & cum ea pseudopropheta, qui fecit signa. † 19,20.

BETHANIA.

Relictis illis, abiit foras extra ciuitatem in Bethaniam. Matth.21,17. † 26,6.

Eduxit autem eos foras in Bethaniam, & eleuatis manibus suis benedixit eis. Luc 24,50.

Iesus ergo ante sex dies paschæ venit Bethaniam, vbi Lazarus fuerat mortuus. Ioan.12,1.

BETHEL.

Et confundetur Moab à Chamos, sicut confusa est domus Israel à Bethel, in qua habebat fiduciam. Ierem.48,13.

BETHLEEM.

Extruxitque [Roboā] Bethleem. 2.Par.11,6.

ET TV BETHLEEM Ephrata, paruulus es in millibus Iuda, ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israel, & egressus eius ab initio, à diebus æternitatis. Mich.5,2. Matth.2,6.

Nónne Scriptura dicit: Quia ex semine Dauid, & de Bethleem castello, vbi erat Dauid, venit Christus? Ioan.7,42.

BETHSABEE.

Bethsabee plangit Vriam. 2.Reg.11,26.

Eius filij quatuor. 1.Par.3,5.

BETHSAIDA.

Væ tibi Corazaim, væ tibi Bethsaida. Matthæi 11,21. Luc.10,13. Ioan.5,2.

BETHVLIA.

Vt comprehenderent Achior, & perducerent eum in Bethuliam. Iudith 6,7.

Iudith magna facta est in Bethulia. † 16,25.

BIBO.

Murmurauit populus contra Moysen, dicens: Quid bibemus? Exod.15,24.

Bibit adultera aquas amarissimas. Num.5,27.

Post hæc poterit bibere Nazaræus vinum. † 6,20.

Et bibe aquas, de quibus & pueri bibunt. Ruth 2,9.

Attulerunt [aquam] ad Dauid: & ille noluit bibere; sed libauit eam Domino. 2.Reg.23,16.

Erat autem Ela in Thersa bibens & temulentus in domo Arsæ præfecti Thersa. Irruens ergo Zambri, percussit & occidit eum. 3.Reg.16,9.

Et ibi de torrente bibes. † 17,14.

Bibebat [Benadad] ipse & reges in vmbraculis, & ait seruis suis: Circumdate ciuitatem. † 20,12.

Ite, comedite pinguia, & bibite mulsum, & mittite partes his qui non præparauerunt sibi. 2.Esd.8,10.
Caleb compescens murmur populi. Numerorum 13,31. † 14,30. † 15,18.

Misericordiam fecit ipse [Iosue] & Caleb filius Iephone, stare contra hostem, & prohibere gentem à peccatis, & perfringere murmur malitiæ. Eccli.46,9. 1.Mach.2,56.

CALEFACIO, CALEFIO.

Cumque operiretur [Dauid] vestibus, non calefiebat. 3.Reg.1,3.

Calefacta est caro pueri. 4.Reg.4,34.

Si non benedixerunt mihi latera eius, & de velleribus ouium mearum calefactus est. Iob 31,20.

Quando derelinquit [struthio] oua sua in terra, tu forsitan in puluere calefacies ea. † 39,14.

Si dormierint duo, fouebuntur mutuò: vnus quomodo calefiet? & si quispiam præualuerit contra vnum, duo resistent ei. Eccles.4,11.

Quod enim ab igne non poterat exterminari, statim ab exiguo radio solis calefactum tabescebat. Sap.16,27.

Vah, calefactus sum, vidi focum. Isa.44,15, 16. † 4 .14. Osee 7,7.

Operuistis vos, & non estis calefacti. Aggæi 1,6. Marc.14,67. Ioan.18,25.

Ite in pace, calefacimini & saturamini: non dederitis autem eis quæ necessaria sunt corpori, quid proderit? Iac.2,16.

CALENDAE.

In calendis autem offeretis holocaustum Domino, vitulos de armento duos. Num.28,11.

Præter holocaustum calendarum cum sacrificiis suis. † 29,6.

Cras calendæ sunt, & requirêris. 1.Reg.20, 5,24.

Hodie non sunt calendæ, neque sabbatum. 4.Reg.4,23.

Holocaustum iuge tam in calendis, quàm in vniuersis solemnitatibus. 1.Esd.3,5.

Calendas vestras & solemnitates vestras odiuit anima mea. Isa.1,14.

In die autem calendarum, vitulum de armento immaculatum. Ezech.46,6.

CALIGA.

A filo subtegminis vsque ad corrigiam caligæ, non accipiã ex omnibus quę tua sunt. Gen.14,23.

Præcingere, & calcea te caligas tuas. Act.12,8.

CALIGO.

Facta est caligo tenebrosa, & apparuit clibanus fumans. Gen.15,17.

Oculi Israel caligabant præ nimia senectute. † 48,10.

Veniam ad te in caligine nubis, vt audiat me populus loquentem. Exod.19,9.

Moyses autem accessit ad caliginem, in qua erat Deus. † 20,21.

Oculi eius caligauerant. 1.Reg.4,15.

Caligauerant oculi eius [Ahiæ] præ senectute. 3.Reg.14.4.

Occupet eum [diem] caligo. Iob 3,5.

Caligauit ab indignatione oculus meus. † 17,7

Caligo sub pedibus eius. Psal.17,10.

Non caligabunt oculi videntium, & aures audientium diligenter auscultabunt. Isa.32,3.

Expectabitis lucem, & ponet eam in vmbram mortis, & in caliginem. Ierem.13,16.

Quomodo obtexit caligine in furore suo Dominus filiam Sion? Thren.2,1.

Quibus caligo tenebrarũ reseruatur. 2.Pet.2,17

CALIX.

Tuli ergo vuas, & expressi in calicem quem tenebam, & tradidi poculum Pharaoni. Gen.40,11.

Calix meus inebrians quàm præclarus est? Psal.22,5.

Calix in manu Domini vini meri, plenus mixto. † 74,9.

Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo. † 115,4.

Eleuare, eleuare, consurge Ierusalem, quæ

L bibisti

bibisti de manu Domini calicem iræ eius. vsque ad fundum calicis soporis bibisti, & potasti vsque ad fæces. Isa.51,17.

Non adiicies vt bibas illum [calicem indignationis] vltrà, & ponam illum in manu eorum, qui te humiliauerunt. 23.

Non dabunt eis potum calicis ad consolandum super patre suo & matre. Ierem.16,7.

Sume calicem vini furoris huius de manu mea, & propinabis de illo cunctis gentibus ad quas ego mittam te. †25,15.

Ecce, quibus non erat iudicium vt biberent calicem, bibentes bibent, & tu quasi innocens relinquêris? non eris innocens, sed bibens bibes. †49,12.

Calix aureus Babylon in manu Domini, inebrians omnem terram. †51,7.

Lætare filia Edom quæ habitas in Terra Hus: ad te quoque perueniet calix, inebriaberis atque nudaberis. Thren.4,21.

In via sororis tuæ ambulasti, & dabo calicem eius in manu tua. Ezech.23,31.

Calicem sororis tuæ bibes profundum & latum, eris in derisum & in subsannationem, quæ est capacissima. 32,34.

Circumdabit te calix dexteræ Domini, & vomitus ignominiæ super gloriam tuã. Habac.2.16.

Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Matth.20,22.

Pater, si vis, transfer calicem istum à me. Luc.22,42.

Calicem, quem dedit mihi Pater, non bibam illum? Ioan.18,11.

Calix benedictionis, cui benedicimus, nónne cõmunicatio sanguinis Christi est? 1.Cor.10,16.

Non potestis calicem Domini bibere & calicem dæmoniorum. 20.

Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine. †11,25.

Et Babylon magna venit in memoriam ante Deum, dare illi calicem vini indignationis iræ eius. Apoc.16,19.

CALLIDE.

Callidè eduxit eos vt interficeret in montibus. Exod.32,12.

CALLIS.

Ambulauerunt per calles deuios. Iudic.5,6.

In calle meo tenebras posuit. Iob 19,8.

Vt ambules in via bona, & calles iustorum custodias. Prou.2,20.

Rectus callis iusti ad ambulandum. Isa.26,7.

Vnusquisque fratrem suum non coarctabit, singuli in calle suo ambulabunt. Ioel 2,8.

CALOR, CALIDVS.

Vt ponerentur panes calidi. 1.Reg.21,6.

Abisag calefacit regem Dauid. 3.Reg.1,4.

Calefacta est caro pueri. 4.Reg.4,35.

Ad nimium calorem transeat ab aquis niuium, & vsque ad inferos peccatum illius. Iob 24,19.

Nónne vestimenta tua calida sunt, cùm perflata fuerit terra Austro? †37,17.

Nec est qui se abscondat à calore eius. Psalmo 18,7.

Vah, calefactus sum, vidi focum. reliquum autem eius deum fecit. Isa.44,16.

CALVARIA.

Baiulans sibi crucem, exiuit in eum, qui dicitur Caluariæ, locum. Ioan.19,17.

CALVMNIA.

Nomen putei ex eo quod acciderat, vocauit Calumniam. Gen.26,20.

Vt deuoluat in nos calumniam & violenter subiiciat seruituti. †43,18.

Non facies calumniam proximo tuo, nec vi opprimes eum. Leuit.19,13.

Omnique tempore calumniam sustineas, & opprimaris violentia, nec habeas qui liberet te. Deut.28,29,33.

Si quempiam calumniatus sum. 1.Reg.12,3.

Calumnia serui infidi contra dominum suum. 2.Reg.16,3.

Non dimisit quemquam calumniari eos. 1.Paralipom.16,21.

Numquid bonum tibi videtur, si calumnieris me? Iob 10,3.

Propter multitudinem calumniatorum clamabunt. †35,9.

Humiliabit calumniatorem. Psal.71,4.

Non calumnientur me superbi. †118,122.

Redime me à calumniis hominum, vt custodiam mandata tua. 134.

Qui calumniatur egentem, exprobrat factori eius: honorat autem eum, qui miseretur pauperis. Prou.14,31.

Qui calumniatur pauperem vt augeat diuitias suas, dabit ipse ditiori, & egebit. †22,16.

Vidi calumnias, quæ sub sole geruntur, & lacrymas innocentium. Eccles.4,1.

Si videris calumnias egenorum, & violenta iudicia, & subuerti iustitiam in prouincia, non mireris super hoc negotio; quia excelso excelsior est alius; & super hos quoque eminentiores sunt alij; & insuper vniuersæ terræ rex imperat seruienti. †5,7.

Calumnia conturbat sapientem, & perdet robur cordis illius. †7,8.

Calumniam mendacem. Eccli.26,7.

Et sperastis in calumnia & in tumultu, & innixi estis super eo. Isa.30,12.

Assur absque vlla causa calumniatus est eum. †52,4.

Liberate vi oppressum de manu calumniatoris, & aduenam, & pupillum, & viduam nolite contristare, neque opprimatis iniquè. Ier.22,3.

Calumniam sustinent filij Israel & filij Iuda. †50,33.

Popu-

Populi terræ calumniabantur calumniam, & rapiebant violenter. Ezech. 22, 29.

Calumniam patiens est Ephraim, fractus iudicio, quoniã cœpit abire post sordes. Osee 5, 11.

Chanaan, in manu eius statera dolosa, calumniam dilexit. † 12, 7.

Audite verbum hoc vaccæ pingues, quæ estis in monte Samariæ: quę calumniam facitis egenis, & confringitis pauperes. Amos 4, 1.

Calumniabantur virum & domum eius, virum & hereditatem eius. Mich. 2, 2.

Aduenam & pauperem nolite calumniari. Zach. 7, 10.

Et ero testis velox maleficis & adulteris, & periuris, & qui calumniantur mercedem mercenarij. Malach. 3, 5.

Orate pro persequentibus & calumniantibus vos. Matth. 5, 44.

Calumniam sustineret, tamquam accepturus pecuniam. Act. 23, 25.

CALVVS, CALVITIVM.

Nec facietis caluitium super mortuo, quoniam populus sanctus es Domino Deo tuo. Deuteronom. 14, 1, 2.

Ascende calue, ascende calue. 4. Reg. 2, 23.

Non inuenerunt nisi caluariam, & pedes & summas manus. † 9, 35.

Pro crispanti crine [erit] caluitium, & pro fascia pectorali cilicium. Isa. 3, 24.

In cunctis capitibus eius caluitium, & omnis barba radetur. † 15, 2.

Non se incident, neque caluitium, fiet pro eis. Ierem. 16, 6.

Venit caluitium super Gazam, conticuit Ascalon. † 47, 5.

Omne enim caput caluitium. † 48, 37.

Radent super te caluitium, & accingentur ciliciis. Ezech. 27, 31.

Decaluare & tondere super filios deliciarum tuarum: dilata caluitium tuum sicut aquila, quoniam captiui ducti sunt ex te. Mich. 1, 16.

CALX.

Eriges ingentes lapides, & calce leuigabis eos, vt possis in eis scribere omnia verba legis huius. Deut. 27, 2, 3, 8.

CAMELVS.

Tulit decem camelos de grege domini sui, & abiit, ex omnibus bonis eius portans secum. Gen. 24, 10.

Camelis potum dat Rebecca. 20.

Camelos eorum portantes aromata. † 37, 25.

Camelorũ bulla & ornamenta. Iudic. 8, 21, 26.

Qui ascenderant camelos & fugerant. 1. Regum 30, 17.

Inundatio camelorum operiet te, dromedarij Madian & Epha. Isa. 60, 6.

Facilius est camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum cælorum. Matth. 19, 24. Marc. 10, 25.

Duces cæci, excolantes culicem, camelum autem glutientes. † 23, 24.

CAMERA.

Cumque venisset ad cameram pastorum in via, inuenit fratres Ochoziæ. 4. Reg. 10, 13.

CAMINVS.

Tulerunt cinerem de camino. Exod. 9, 10.

Sicut igne probatur argentum, & aurum camino; ita corda probat Dominus. Prou. 17, 3.

In igne probatur aurum & argentum: homines verò receptibiles in camino humiliationis. Eccli. 2, 5. † 22, 30. Isa. 31, 9.

Ecce, excoxi te, sed non quasi argentũ, elegi te in camino paupertatis. Isa. 48, 10. Dan. 3, 17, 23.

Ponam duces Iuda sicut caminum ignis in lignis, & sicut facem ignis in fœno, & deuorabunt ad dexteram & ad sinistram omnes populos in circuitu. Zach. 12, 6.

Ecce enim veniet dies succensa quasi caminus, & erunt omnes superbi, & omnes facientes impietatem stipula. Malach. 4, 1. Matth. 13, 42, 50. Apoc. 1, 15.

CAMPVS.

Et latitudinem campi Iericho ciuitatis palmarum vsque Segor. Deut. 34, 3.

Campumque Masphe. Ios. 11, 8.

Obtinuit eum in campo magno, qui appellatur Ragau. Iudith. 1, 6.

Gaudebunt campi & omnia quæ in eis sunt. Psal. 95, 12.

In mari rubro via sine impedimento, & campus germinans de profundo nimio. Sap. 19, 7.

CAMVS.

Ponam circulum in naribus tuis, & camum in labiis tuis. 4. Reg. 19, 28. Psal. 31, 9. Prou. 26, 3.

CANA, CANANAEVS.

Simon Cananæus & Iudas. Matth. 10, 4.

Die tertia nuptiæ factæ sunt in Cana Galilęæ. Ioan. 2, 1. † 4, 46. † 21, 2.

CANALIS.

Posuitque eas [virgas] in canalibus. Genes. 30, 38. Exod. 2, 16.

Comæ capitis tui sicut purpura regis vincta canalibus. Cant. 7, 5.

CANCELLI.

Ceciditque Ochozias per cancellos cœnaculi sui. 4. Reg. 1, 2.

CANCER.

Sermo eorum vt cancer serpit. 2. Timoth. 2, 17.

CANDACE.

Eunuchus potens Candacis reginæ Aethiopum. Act. 8, 27.

CANDELABRVM.

Facies & candelabrum ductile de auro mundissimo. Exod. 25, 31. † 37, 17.

Candelabrum in australi parte erigatur. Num. 8, 2.

Faciamus ergo ei [Eliseo] cœnaculum paruum, & ponamus ei in eo lectulum, & mensam, & sellam, & candelabrum. 4.Reg.4,10.

Vidi, & ecce candelabrum aureum totum. Zach.4,2.

Vidi septem candelabra aurea. Apoc.1,12,20.

Hi sunt duæ oliuæ, & duo candelabra, in conspectu Domini terræ stantes. † 11,4.

CANDOR.

Dilectus meus candidus & rubicundus. Cantic.5,10.

Candor est enim lucis æternæ. Sap.7,26.

Pulchritudinem candoris eius admirabitur oculus, & super imbrem eius expauescet cor. Eccli.43,20.

Candidiores Nazaræi eius niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, sapphiro pulchriores, denigrata est super carbones facies eorum. Thren.4.7.

CANIS.

Non mutiet canis ab homine vsque ad pecus. Exod,11.7.

Canis pretium ne offeras. Deut.23,18.

Numquid ego canis sum, quòd tu venis ad me cum baculo? 1.Reg.17,43.

Quem persequeris rex Israel? quem persequeris? canem mortuũ persequeris, & pulicem vnum. † 24,15.

Respexisti super canem mortuum similem mei? 2.Reg.9,8.

Quare maledicit canis hic mortuus Domino meo regi? vadã & amputabo caput eius. † 16,9.

Comedent eos canes. 3 Reg 14,11.

Canes comedent Iezabel in agro Iezrahel. † 21,23.

Quid enim sum seruus tuus canis, vt faciam rem istam magnam? 4.Reg.8,13.

Profectus est autem Tobias, & canis secutus est eum. Tob.6,1.

Tunc præcucurrit canis, qui simul fuerat in via, & quasi nuntius adueniens blandimento suæ caudæ gaudebat. † 11,9.

Non latrabit vel vnus canis contra te. Iudith 11,15.

Nunc autem derident me iuniores tempore, quorum non dignabar patres ponere cum canibus gregis mei. Iob 30,1.

Circumdederunt me canes multi: concilium malignantium obsedit me. Psal,21,17.

Erue à framea Deus animam meam, & de manu canis vnicam meam. 21.

Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso. † 67,24.

Sicut canis, qui reuertitur ad vomitum suum; sic imprudens, qui iterat stultitiam suam. Prouerb 26,11.

Melior est canis viuus leone mortuo. Eccles 9,4.

Speculatores eius cæci omnes, nescierunt vniuersi: canes muti non valentes latrare, videntes vana, dormientes & amantes somnia. Isa.56,10.

Canes impudentissimi nescierunt saturitatem, ipsi pastores ignorauerunt intelligentiã. 11.

Qui mactat pecus, quasi qui excerebret canem. † 66,3.

Gladium ad occisionem, canes ad lacerandum. Ierem.15,3.

Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem. Philip.3,2.

Contigit enim eis illud veri prouerbij: Canis reuersus ad suum vomitum, & sus lota in volutabro luti. 2.Pet.2,22.

Foris canes & venefici, & impudici, & homicidæ. Apoc.22,15.

CANISTRVM.

Ego vidi somnium quòd tria canistra farinæ haberem super caput meum. Gen.40,17.

Tria canistra tres adhuc dies sunt, post quos auferet Pharao caput tuum, ac suspendet te in cruce. 19.

CANO, CANTICVM.

Tunc cecinit Moyses & filij Israel carmen hoc Domino, & dixerunt: Cantemus Domino, gloriosè enim magnificatus est. Exod.15,2.

Canticum Debbora & Barac. Iudic.5.

Cumque hæc verba canens complesset, proiecit mandibulam de manu. † 15,17.

Canticum Annæ. 1 Reg.2.

Nónne huic cantabant per choros? † 21,12.

Aut delectare potest seruum tuum cibus & potus? vel audire possum vltrà vocem cantorum atque cantatricum? † 19,35.

Canentium tibiis, & lætantiũ gaudio magno. 3.Reg.1,40.

Cantores & tubas prope eum. 4.Reg.11,14.

Canentes atque Resonantes. 1.Par.2,55.

Isti sunt, quos constituit Dauid super cantores domus Domini, ex quo collocata est arca. † 6,31,32.

In nablis arcana cantabant. † 15,20.

Canentes tuba, & quatiẽtes cymbala. † 16,42.

Et vniuersus Iuda & Ierusalem luxerunt eum: Ieremias maximè, cuius omnes cantores atque cantatrices, vsque in præsentem diem, lamentationes super Iosiam replicant. 2 Par.35,25.

Et in ipsis cantores atque cantatrices ducenti. 1.Esd.2,65.

Præceptum quippe regis super eos erat, & ordo in cantoribus per dies singulos. 2.Esd.11,23.

Congregati sunt autem filij cantorum de campestribus circa Ierusalem. † 12,28.

Et clarè cecinerunt cantores, & Iezraia præpositus. 41.

Erant principes constituti cantorum, in carmine laudantium & confitentium Deo. 45.

Tunc cantauit canticum hoc Domino Iudith, dicens:

dicens: Incipite Domino in tympanis. Iudith 16,1.
Cantate Domino in cymbalis. 2.
Nunc in eorum canticũ versus sum. Iob 30,9.
Cantate ei canticum nouum. Psal. 32,3.
Canticum Dauid. Titulus Psalmi 38.
Immisit in os meum canticum nouum, carmen Deo nostro. † 39,4.
Canticum pro dilecto. Titulus Psalmi 44.
Canticum Psalmi resurrectionis. Titulus Psalmi 65.
Cãtate Deo, Psalmũ dicite nomini eius. † 67,5
In te cantatio mea semper. † 70,7.
Canticum ad Assyrios. Titulus Psalmi 75.
Cantate Domino canticum nouum, cantate Domino omnis terra. † 95,1.
Cantate Domino canticum nouum, quia mirabilia fecit. † 97,1.
Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ in loco peregrinationis meæ. † 118,54.
Canticum graduum Salomonis. Tit. Psalmi 126.
Quia illic interrogauerunt nos qui captiuos duxerant nos verba cantionum. † 136,3.
Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena? 4.
Et cantent in viis Domini, quoniam magna est gloria Domini. † 137,5.
Canticum nouum cantabo tibi. † 143,9.
Cantate Domino canticum nouum. † 149,1.
Acetum in nitro, qui cantat carmina cordi pessimo. Prou. 25,20.
Feci mihi cantores & cantatrices, & delicias filiorum hominum. Eccles. 2,8.
Stare fecit [Dauid] cantores contra altare, & in sono eorum dulces fecit modos. Eccli. 47,11.
In cantilenis & prouerbiis, & comparationibus, & interpretationibus miratæ sunt terræ. 18.
Cantabo dilecto meo canticum patruelis mei vineæ suæ. Isa. 5,1.
Benè cane, frequenta canticum, vt memoria tui sit. † 23,16.
Cum cantico non bibent vinum. † 24,9.
Cantabitur canticum istud in terra Iuda: Vrbs fortitudinis nostræ Sion saluator, ponetur in ea murus & antemurale. † 26,1.
Canticum erit vobis sicut nox sanctificatæ solemnitatis. † 30,29.
Canticum Ezechiæ. † 38,10.
Cantate Domino canticum nouum: laus eius ab extremis terræ. † 42,10.
Et quiescere faciam multitudinem canticorum tuorum, & sonitus citharatum tuarum non audietur amplius. Ezech. 26,13.
Gazophylacia cantorum in atrio interiori. † 40 44.
Canticum trium puerorum. Dan. 3,52.
Canet ibi iuxta dies iuuentutis suæ, & iuxta dies ascensionis suę de terra Aegypti. Osee 2,15.
Aufer à me tumultum carminum tuorum: & cantica lyræ tuæ non audiam. Amos 5,23.
Qui canitis ad vocem psalterij: sicut Dauid putauerunt se habere vasa cantici. † 6,5.
Canticum Ionæ. Ionæ 2.
Vox cantantis in fenestra, coruus in superliminari. Soph. 2,14.
Cecinimus vobis, & non saltastis. Mat. 11,17.
Cantantes & psallentes in cordibus vestris Domino. Ephes. 5,19.
Cantabant canticum nouum. Apoc. 5,9.
Et nemo poterat dicere canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor millia. † 14,3.
Habentes citharas Dei, & cantantes canticum Moysi serui Dei. † 15,3.

CANVS.

Si quid ei aduersitatis acciderit, deducetis canos meos cum dolore ad inferos. Gen. 42,38.
Coram cano capite consurge. Leuit. 19,32.
Non deduces canitiem eius [Ioab] pacificè ad inferos. 3 Reg. 2,6.
Senectus enim venerabilis est non diuturna, neque annorum numero computata: cani autem sensus hominis, & ætas senectutis vita immaculata. Sap. 4,9.
Sed & cani effusi sunt in eo, & ipse ignorauit. Osee 7,9.

CAPHARNAVM.

Et tu Capharnaum, numquid vsque in cælum exaltaberis? vsque in infernum descendes. Matth. 11,23.

CAPILLVS.

Vir de cuius capite capilli fluunt: caluus & immundus est. Leuit. 13,40.
Iamque capilli eius [Samsonis] renasci cœperant. Iudic. 16,22.
Et sic fundis lapides ad certum iacientes, vt capillum quoque possent percutere. † 20,16.
Viuit Dominus, si ceciderit capillus de capite eius [Ionathæ] in terram. 1. Reg. 14,45.
Non cadet de capillis filij tui super terram. 2. Reg. 14,11.
Quando tondebat [Absalom] capillum, (semel autem in anno tondebatur, quia grauabat eum cæsaries) ponderabat capillos capitis sui ducentis siclis, pondere publico. 26.
Si fuerit vir bonus, non cadet ne vnus quidem capillus eius in terram. 3. Reg. 1,52.
Scidi pallium meum, & tunicam, & euelli capillos capitis mei, & barbæ, & sedi mœrens. 1. Esd. 9,2,3.
Multiplicatæ sunt super capillos capitis mei. Psal. 39,13.
Verticem capilli perambulantium in delictis suis. † 67,22.
Capilli tui sicut greges caprarum. Cant. 4,1.
Tonde capillum tuum, & proiice, & sume in di-

rectum planctum, quia proiecit Dominus & reliquit generationem furoris sui. Ierem.7,29.

Et capillus capitis eorum non esset adustus. Dan.3,94.

Donec capilli eius in similitudinem aquilarum crescerent, & vngues eius quasi auium. † 4,30.

Capilli capitis eius quasi lana munda. † 7,9.

Neque per caput tuum iuraueris, quia non potes vnum capillum album facere aut nigrum. Matth.5,36.

Vestri autem capilli capitis omnes numerati sunt. † 10,30. Luc.12,7.

Nullius vestrûm capillus de capite peribit. Act.27,34.

Capilli pro velamine ei dati sunt. 1.Cor.11,15

Quarum non sit extrinsecus capillatura aut circumdatio auri. 1.Pet.3,3.

Caput autem eius & capilli erant candida tamquam lana alba. Apoc.1,14.

Habebant capillos sicut capillos mulierum. † 9,8.

CAPITIVM.

Tunicam in cuius medio suprà erit capitium, & ora per gyrum eius textilis. Exod.28,32.

Quasi capitio tunicæ succinxerunt me. Iob 30,18.

CAPITVLVM.

Capitulum super ea quæ dicuntur. Heb.8,1.

CAPPARIS.

Dissipabitur capparis. Eccles.12,5.

CAPRA.

Si capra fuerit eius oblatio. Leuit.3,12.

CAPSA.

Vasa aurea quæ exoluistis ei [arcę] pro delicto, ponetis in capsellam ad latus eius, & dimittite eam vt vadat. 1.Reg.6,8.

CAPTIVO, CAPIO, CAPTIVITAS.

Captiuos inuisere. Gen.14,14. 1.Reg.30,9. Tob.1,15. Ierem.38,9. Heb.13,3.

Eos non deserit Deus. Gen.39.21. Sap.10,13. Isa.42,7.

Captiuitas prædicitur. Scito prænoscens, quòd peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua, & subiicient eos seruituti, & affligent quadringentis annis. Gen.15,13.

Vsque ad primogenitum captiuæ, quæ erat in carcere, & omne primogenitum iumentorum. Exod.12,29.

Reducet Dominus Deus captiuitatem tuam. Deut.30,2.

Et de captiuitate nudati inimicorum capitis. † 32,42.

Sculptile, &c. vsque ad diem captiuitatis suæ. Iudic.18,30.

Mittite sortem inter me, & inter Ionathan filiũ meum. Et captus est Ionathas. 1.Reg.14,42.

Captiuas duxerant mulieres ex ea [Siceleg] à minimo vsque ad magnum. † 30,2.

Cepit autem Dauid arcem Sion, hæc est ciuitas Dauid. 2.Reg.5,7.

Capitur Dauid in verbo. † 12,5,6,7.

Et captiui ducti fuerint. 3 Reg.8,46.

Captiuam duxerant de terra Israel puellam paruulam. 4.Reg.5,2.

Vt mittam & capiam eum [Eliseum] † 6,13.

Neque enim cepisti eos in gladio & arcu tuo, vt percutias. 22.

Captiuatur Rex Iuda. † 14 13.

Captiuitas in Assyrios. † 15,29. † 17,6.

Propter peccata. 1.Par.5,26. Iudith 5,22.

Cepit rex Assyriorum Samariam, & transtulit Israel in Assyrios. † 17,6.

Captiuitatis Babylonicæ causa. Isa.13.† 14,2. Ierem.25,12. Apoc.14,8.

Transtulit quoque [Nabuchodonosor] Ioachin in Babylonem, & matrem regis, & vxores regis, & eunuchos eius: & iudices terræ duxit in captiuitatem. † 24,15.

Interrupta est ciuitas [Ierusalem:] & omnes viri bellatores nocte fugerunt. † 25,4.

Apprehensum ergo regem duxerunt ad regem Babylonis in Reblatha, qui locutus est cum eo iudicium; filios autem Sedeciæ occidit coram eo, & oculos eius effodit, vinxitque eum catenis, & adduxit in Babylonem. 67.

Beera filius eius, quem captiuum duxit Theglathphalasar. 1.Par.5,6.

Ceperuntque filij Israel de fratribus suis ducenta millia mulierum, puerorum & puellarum, & infinitam prædam. 2.Par.28,8.

Captiui benignè habentur. 15.

Captiuitatem laxat Cyrus. † 36,23.

Captiuitate laxata ascendit populus. 1.Esd.2,1. Tob.14,6.

Traditi sumus, &c. & in gladium, & in captiuitatem, & in rapinam, & in confusionem vultus. 1.Esdr.9,7.

In captiuitate tamen positus [Tobias] viam veritatis non deseruit. Tob 1 2.

Captiuitas ad quid permissa. Ideò dispersit vos inter gentes, quæ ignorant eum, vt vos enarretis mirabilia eius, & faciatis scire eos, quia non est alius Deus omnipotens præter eum. † 13,4.

Ego autem in terra captiuitatis meæ confitebor ei, quoniam ostendit maiestatem suam in gentem peccatricem. 7.

Benedic Deum sęculorum, vt reædificet in te tabernaculum suum, & reuocet ad te omnes captiuos, & gaudeas. 12.

Melius est enim vt captiui benedicamus Dominum, viuentes, quàm moriamur, & simus opprobrium omni carni. Iudith 7,16.

Statim captus est in suis oculis Holofernes. † 10,17.

Cùm auerterit Dominus captiuitatem plebis suæ. Psal.13,7. † 52,7.

Captio quam abscondit apprehendat eum. † 34,8.

Ascendisti in altum, cepisti captiuitatem. † 67,19.

Filiorum Ionadab & priorum captiuorum. Titulus Psalmi 70.

Tradidit in captiuitatem virtutem eorum. † 77,61.

Auertisti captiuitatem Iacob. † 84,2.

Captabunt in animam iusti, & sanguinem innocentem condemnabunt. † 93,21

Benedictus Dominus, qui non dedit nos in captionem dentibus eorum. † 123,6.

In conuertendo Dominus captiuitatem Sion: facti sumus sicut consolati. † 125,1,4

Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam, & nobiles eius interierunt fame. Isa.5,13.

Erunt capientes eos, qui se ceperant, & subiicient exactores suos. † 14,2.

Sic minabit rex Assyriorum captiuitatem Aegypti, & transmigrationem Aethiopiæ, iuuenem & senem, nudam & discalceatam, discoopertis natibus ad ignominiam Aegypti. † 20,4.

In captiuitatem traduxerunt robustos eius, suffoderunt domos eius, posuerunt eam in ruinam. † 23,13.

Ipse ædificabit ciuitatem meam, & captiuitatem meam dimittet. † 45,13.

Anima eorum in captiuitatem ibit. † 46,2.

Captiuitas à forti tolletur. † 49,25.

Solue vincula colli tui, captiua filia Sion. † 52,2.

Et prædicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertionem. † 61,1.

Qui ad captiuitatem ad captiuitatem. Ierem.15,2. † 43,11.

Phassur, & omnes habitatores domus tuæ ibitis in captiuitatem: & in Babylonem venies, & ibi morieris. † 20,6.

Postquam egressus est Iechonias rex [in captiuitatem] & domina & eunuchi, & principes Iuda, & Ierusalem, & faber, & inclusor. † 29,2.

Reducam captiuitatem vestram, & congregabo vos de vniuersis gentibus, & de cunctis locis ad quæ expuli vos. 14.

Quia conuertam captiuitatem eorũ. † 32,44.

Non effugies de manu eius, sed comprehensione capieris, & in manu eius traderis, & oculi tui oculos regis Babylonis videbunt. † 34,3.

Capitur Ierusalem. Aperta est ciuitas, & ingressi sunt omnes principes regis Babylonis. † 39,2.

Comprehenderunt Sedeciam in campo solitudinis Iericuntinæ, & captum adduxerunt ad Nabuchodonosor regem Babylonis in Reblatha. 5.

Captiuas duxit Ismahel omnes reliquias populi, qui erant in Masphath: filias regis, & vniuersum populum. † 41,10,17.

Quos in captiuitatem, in captiuitatem; & quos in gladium, in gladium. † 43,11.

Conuertam captiuitatem Moab in nouissimis diebus. † 48,47.

Reuerti faciam captiuos filiorum Ammon. † 49,6.

Nouissimis autem diebus reuerti faciam captiuos Elam. 39.

Capta est Babylon, confusus est Bel, victus est Merodach. † 50,2.

Capta es Babylon, & nesciebas; inuenta es, & apprehensa, quoniam Dominum prouocasti. 24.

Quomodo capta est Sesach, & comprehensa est inclyta vniuersæ terræ! † 51,41.

Captiuorum numerus. † 52,28.

Captiuitatis fructus. Baruch 2,30

Vidi enim captiuitatem populi mei, filiorum meorum, & filiarum, quam superduxit illis æternus. † 4,10,14.

Cùm essem in medio captiuorum iuxta fluuium Chobar, aperti sunt cæli. Ezech.1,1.

Vt capiatur domus Israel in corde suo, quo recesserunt à me in cunctis idolis suis. † 14,5.

Reducam captiuitatem Aegypti, & collocabo eos in terra Phatures. † 29,14.

Nunc reducam captiuitatem Iacob, & miserebor omnis domus Israel. † 39,25.

Conuertam captiuitatem populi mei Israel, & ædificabunt ciuitates desertas. Amos 9,14.

Miles captiuus abductus est, & ancillæ eius minabantur gementes. Nahum 2,7.

Sed & ipsa in transmigrationem ducta est in captiuitatem. † 3,10.

Visitabit eos Dominus Deus eorum, & auertet captiuitatem eorum. Soph.2,7.

Cùm conuertero captiuitatem vestram coram oculis vestris. † 3,20.

Egredietur media pars ciuitatis in captiuitatem. Zach.14,2.

Captiuas duxit mulieres: & natos, & pecora possederunt. 1.Mach.1,43.

Reddidit ei captiuitatem, quam priùs erat prædatus de terra Iuda. † 9,72.

Omnem animam Iudæorum, quæ captiua est à terra Iuda in omni regno meo, relinquo liberam gratis. † 10,33.

Capitur Ionathas, eius milites caduntur. † 12,48.

Congregauit [Simon] captiuitatem multam, & dominatus est Gazaræ. † 14,7.

Capta ciuitate per Domini voluntatem innumerabiles cædes fecit [Iudas.] 2.Mach.12,16.

Qui potest capere, capiat. Matth.19,12.

Prædicare captiuis remissionem. Luc.4,19.

Ex hoc iam homines eris capiens. † 5,10.

Cadent

Cadent in ore gladij: & captiui ducentur in omnes gentes. † 21,24.

Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in mēbris meis. Rom.7,23.

In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi. 2.Cor.10,5.

Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem. Ephes.4,8.

Nequando Deus det illis pœnitentiam ad cognoscendam veritatem, & resipiscant à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur ad ipsius voluntatem. 2.Timoth.2,26.

Ex his enim sunt, qui penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis. † 3,6.

Qui in captiuitatem duxerit, in captiuitatem vadet. Apoc.13,10.

CAPVT.

Caput [agni] cum pedibus eius & intestinis vorabitis. Exod.12,9.

Ponetque manum super caput victimæ suæ. Leuit.3,2.

Capita vestra nolite nudare. † 10,6.

Caput non discooperiat Pontifex. † 21,10.

Constituet te Dominus in caput & non in caudam. Deut.28,13.

Capita Oreb & Zeb portantes ad Gedeon. Iudic.7,25.

Nónne cùm paruulus esses in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es? 1.Reg.15,17.

Assumens autem Dauid caput Philisthæi, attulit illud in Ierusalem. † 17,54,57.

Præciderunt caput Saul, & spoliauerunt eum armis: & miserunt in Terram Philisthinorum per circuitum, vt annuntiaretur in templo idolorum. † 31,9.

Numquid caput canis ego sum aduersum Iudam. 2.Reg.3,8.

Mundus ego sum, *&c.* à sanguine Abner filij Ner, & veniat super caput Ioab. 29.

Ecce caput Isboseth filij Saul, inimici tui. † 4,8.

Caput autem Isboseth tulerunt & sepelierunt. 12.

Caput eius [Seba] mittetur ad te per murum. † 20,21.

Operuit [Achab] cilicio carnem suam, ieiunauitque & dormiuit in sacco, & ambulauit demisso capite. 3.Reg.21,27.

Hæc mihi faciat Deus & hæc addat, si steterit caput Elisei filij Saphat super ipsum hodie. 4.Reg.6,31.

Tollite capita filiorum domini vestri. † 10,6.

Post tergum tuum caput mouit filia Ierusalem. † 19,21.

Caput [Saulis] affixerunt in templo Dagon. 1.Par.10,10.

Dederunt caput vt conuerterentur ad seruitutem suam quasi per contentionem. 2.Esd.9,17.

Ecce caput Holofernis principis militiæ Assyriorum. Iudith 13,19.

Ecce enim Holofernes iacet in terra, & caput eius non est in illo. † 14,16.

Comederunt cum eo [Iob] panem in domo eius, & mouerunt super eum caput. Iob 42,11.

Constitues me in caput Gentium. Psal 17,44.

In capite libri scriptum est de me, vt facerem voluntatem tuam: Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei. † 39,9.

Viderunt me & mouerunt capita sua. † 108,25.

Caput circuitus eorum. † 139,10.

Caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium. Cant.5,2.

Caput eius aurum optimum. 11.

Caput tuum vt Carmelus. † 7,5.

Caput suum mouebit ad te. Eccli.13,8.

Caput Syriæ Damascus: & caput Damasci Rasin. Isa.7,8.

Huius statuæ caput ex auro optimo erat. Dan.2,32.

Tu es ergo caput aureum. 38.

Quatuor capita erant in bestia, & potestas data est ei. † 7,6.

Congregabuntur filij Iuda & filij Israel pariter, & ponent sibimet caput vnum, & ascendent de terra: quia magnus dies Iezrahel. Osee 1,11.

Vastata est Niniue: quis commouebit super te caput? Nahum 3,7.

Caput Nicanoris amputauerunt, & dexteram eius, quam extenderat superbè, & attulerunt, & suspenderunt contra Ierusalem. 1.Mach.7,47.

Percusserunt ducem, & eos qui cum eo erant, & diuiserunt membratim, & capitibus amputatis foras proiecerunt. 2 Mach.1,16.

Caput Nicanoris & manum cum humero abscissam, Ierosolymam perferri. † 15,30.

Et allatum est caput eius [Ioannis] in disco, & datum est puellæ. Matth.14,11.

Omnis viri caput Christus est: caput autem mulieris vir, caput verò Christi, Deus. 1.Corinth.11,3.

Et omnia subiecit sub pedibus eius; & ipsum dedit caput supra omnem Ecclesiam. Eph.1,22.

Et ipse est caput corporis Ecclesiæ. Col.1,18.

Qui est caput omnis principatus & potestatis. † 2,10.

Capita equorum erant tamquam capita leonum. Apoc.9,17.

CARBO.

Grando & carbones ignis. Psal.17,13.

Cadent super eos carbones, in ignem deiicies eos. † 139,11.

Non incendas carbones peccatorum arguens eos, & ne incendaris flamma peccatorum illorum. Eccli.8,13.

Aspe-

Aspectus eorum quasi carbonum ignis ardentium. Ezech.1,13.

Si esurierit inimicus tuus, ciba illum; si sitit, potum da illi: hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius. Rom.12,20.

CARCER.

Carceri mancipatur Ioseph. Gen.39,20.

Educitur. † 41,14.

Carceri triduo mãcipati fratres Ioseph. † 42,17.

Miseruntque eum [blasphemum] in carcerem, donec nossent quid iuberet Dominus. Leuit.24,12.

Clausum [Samsonem] in carcere molere fecerunt. Iudic.16,21.

Mittite virum istum [Michæam] in carcerẽ, & sustentate eum pane tribulationis, & aqua angustiæ, donec reuertar in pace. 3.Reg.22,27.

Vidit enim Dominus afflictionem Israel amaram nimis, & quòd consumpti essent vsque ad clausos carcere. 4.Reg.14,26.

Ioachin carceratus, trigesimo septimo anno soluitur. † 25,27. Ierem.52,31.

Iratusque Asa aduersus Videntem [Hanani] iussit eum mitti in neruum. 2.Par.16,10.

Carcer legem negligenti, mors, exilium, confiscatio. 1.Esd.7,26.

Quòd de carcere catenisque interdum quis egrediatur ad regnum, & alius natus in regno inopia consumatur. Eccles.9,14.

Custodiebatur in carcere sine ferro reclusus. Sap.17,15.

Claudentur ibi in carcere, & post multos dies visitabuntur. Isa.24,22.

Vt aperires oculos cæcorum, & educeres de conclusione vinctum, de domo carceris sedentes in tenebris. † 42,7.

Ieremias Propheta erat clausus in atrio carceris. Ierem.32,2,3.

Irati principes contra Ieremiam, cæsum eum miserunt in carcerem. † 37,14.

Præcepit ergo rex Sedecias, vt traderetur Ieremias in vestibulo carceris, & daretur ei torta panis quotidie, excepto pulmento, donec consumerentur omnes panes de ciuitate. 20.

E carcere liberatur Ieremias per Chaldæos. † 39,12. † 40,1.

Miseruntque eum [leonem] in carcerem, ne audiretur vox eius vltrà super montes Israel. Ezech.19,9.

Herodes enim tenuit Ioannem, & alligauit eum: & posuit in carcerem propter Herodiadem. Matth.14,3.

Misit eum in carcerem donec redderet debitum. † 18,30.

Misit [Petrum] in carcerem, tradens quatuor quaternionibus militum custodiendum. Actorum 12,4.

Cùm multas plagas eis [Paulo & Silæ] imposuissent, miserunt eos in carcerem. † 16,23.

In carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigiliis. 2.Cor.6,4.

Alij verò ludibria & verbera experti, insuper & vincula & carceres. Heb.11,36.

CARDO.

Domini enim sunt cardines terræ. 1.Reg.2,8.

Nubes latibulum eius, nec nostra considerat, & circa cardines cæli perambulat. Iob 22,14.

Adhuc terram non fecerat, & flumina, & cardines orbis terræ. Prou.8,26.

Commota sunt superliminaria cardinum à voce clamantis, & domus repleta est fumo. Isa.6,4.

Percute cardinem, & commoueantur superliminaria. Amos 9,1.

CARDVVS.

Carduus Libani misit ad cedrum, quæ est in Libano, dicens: Da filiam tuam filio meo vxorem, transieruntque bestiæ saltus, quæ sunt in Libano, & conculcauerunt carduum. 4.Reg.14,9.

CARECTVM.

Exposuit eum [infantem] in carecto ripæ fluminis. Exod.2,3

Numquid virere potest scirpus absque humore? aut crescere carectum sine aqua? Iob 8,11.

CARICA.

Ducentas massas caricarum, & posuit super asinos. 1.Reg.25,18.

Sed & fragmen massæ caricarum, & duas ligaturas vuæ passæ. † 30,12.

CARINA.

Nauis, &c. neque semitam carinæ illius in fluctibus. Sap.5,10.

CARITAS ANNONAE.

Factaque est fames magna in Samaria, & tamdiu obsessa est, donec venumdaretur caput asini octoginta argenteis, & quarta pars cabi stercoris columbarum quinque argenteis. 4.Reg.6,25.

CARMELVS.

Carmelus desertus: & omnes vrbes eius destructæ sunt à facie Domini. Ierem.4,26.

Ablata est lætitia & exultatio de Carmelo. † 48,33.

Luxerunt speciosa pastorum, & exiccatus est vertex Carmeli. Amos 1,2.

CARMEN.

Tunc cecinit Israel carmen istud: Ascendat puteus. Concinebant: Puteus, quem foderunt principes, & parauerunt duces multitudinis in datore legis, & in baculis suis. Num.21,17.

Sit mihi carmen illud pro testimonio. Deuter.31,19.

Carmen lugubre. 2.Reg.1,18. † 3,33.

Locutus est autem Dauid Domino verba carminis huius, in die, qua liberauit eum Dominus de manu omnium inimicorum suorum, & de manu Saul, & ait: Dominus petra mea, & robur meum, & saluator meus. † 22,1.

Et fuerunt carmina eius [Salomonis] quinque & mille. 3.Reg.4,32.

Erant principes constituti cantorum in carmine laudantium & confitentiū Deo. 2. Esd.12,45.

Et non dixit: Vbi est Deus, qui fecit me, qui dedit carmina in nocte? Iob 35,10.

Obsurdescent omnes filiæ carminis. Ecclesiastæ 12,4.

In peritia sua requirentes modos musicos, & narrantes carmina scripturarum. Eccli.44,5.

Et es eis quasi carmen musicum, quod suaui dulcique sono canitur, & audiunt verba tua, & non faciunt ea. Ezech.33,32.

CARNIFEX.

Ita fiet vt non timeas carnificem istum. 2.Mach.7,29.

CARO.

Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est. Gen 6, 3,12.

Edent carnes nocte illa assas igni, & azymos panes cum lactucis agrestibus. Exod.12,8.

Carnes bouis hominem occidentis non comedantur. † 21,28.29.

Feminalia linea, vt operiant carnem turpitudinis suæ. † 28,43.

Caro hominis non vngetur ex eo [oleo vnctionis.] † 30,32.

Caro, quæ aliquid tetigerit immundum, non comedetur, sed comburetur igni. Leuit.7,19.

Caro non incidenda, nec facienda stigmata aut figuræ. † 19,28.

Sanctificamini: cras comedetis carnes. Numer.11,18.

Quid est omnis caro, vt audiat vocem Dei viuentis, qui de medio ignis loquitur? Deut.5,26.

Conteram carnes vestras cum spinis tribulisque deserti. Iudic.8,7.

Non enim accipiam à te carnem coctam, sed crudam. 1.Reg.2,15.

Dabo carnes tuas volatilibus cæli, & bestiis terræ. † 17,44.

Restituta est caro eius [Naaman] sicut caro pueri paruuli. 4.Reg.5,14.

Et erunt carnes Iezabel sicut stercus super faciem terræ. † 9,37.

Et prædicent carnalem regem in sempiternum. Esth.14,10.

Nec caro mea ænea est. Iob 6,12.

Induta est caro mea putredine. † 7,5.

Caro eius dum viuet, dolebit, & anima illius super semetipso lugebit. † 14,22.

Si non dixerint viri tabernaculi mei: Quis det de carnibus eius vt saturemur? † 31,31.

Deficiet omnis caro simul, & homo in cinerem reuertetur. † 34,15.

Caro mea requiescet in spe. Psal.15,9.

Ad te omnis caro veniet. † 64.3.

Recordatus est quia caro sunt, spiritus vadens & non rediens. † 77,39.

Carnes sanctorum tuorū bestiis terræ. † 78,2.

Caro mea immutata est propter oleum. † 108,24.

Et gemas in nouissimis, quando consumpseris carnes tuas, & corpus tuum, & dicas: Cur detestatus sum disciplinam, & increpationibus non acquieuit cor meum? Prou.5,11.

Cogitaui in corde meo abstrahere à vino carnem meam, vt animum meum transferrem ad sapientiam. Eccles.2,3.

Omnis caro sicut fœnum veterascet, & sicut foliū fructificans in arbore viridi. Eccli.14,18.

Aut quid nequius quàm quod excogitauit caro & sanguis? & hoc arguetur. † 17,30.

Homo nequam in ore carnis suæ, non desinet donec incendat ignem. † 23,23.

Vigilia honestatis tabefaciet carnes, & cogitatus illius auferet somnum. † 31,1.

In carne eius [Abrahæ] stare fecit testamentum: & in tentatione inuentus est fidelis. † 44,21.

Et declinabit ad dexteram, & esuriet: & comedet ad sinistram, & non saturabitur: vnusquisque carnem brachij sui vorabit: Manasses Ephraim, & Ephraim Manassen, simul ipsi contra Iudam. Isa.9,20.

Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos agri: exiccatum est fœnum, & cecidit flos; quia spiritus Domini sufflauit in eo. Verè fœnum est populus. † 40,7.

Egenos vagosque induc in domum tuam: cùm videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris. † 58,7.

Qui comedit carnem suillam, & ius profanum in vasis eorum. † 65,4.

Et cibabo eos carnibus filiorum suorum. Ierem.19,9.

Vt manducaret homo carnes filij sui, & carnes filiæ suæ. Baruch 2,3.

Hæc non erit vobis in lebetem, & vos non eritis in medio eius in carnes. Ezech.11,11.

Fornicata es cum filiis Aegypti vicinis tuis magnarum carnium. † 16,26.

Insaniuit libidine super concubitum eorum, quorum carnes sunt, vt carnes asinorum. † 23,20.

Et dabo super vos neruos, & succrescere faciam super vos carnes, & superextendam vobis cutem, & dabo vobis spiritum, & viuetis. † 37,6.

Victimam grandem super montes Israel; vt comedatis carnem & bibatis sanguinē. † 39,17.

Iussit [Antiochus] immolari carnes suillas. 1.Mach.1,50.

Quod natum est ex carne, caro est. Ioan.3,6.

Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. † 6,52.

Lex spiritualis est: ego autem carnalis sum, venumdatus sub peccato. Rom.7,14.

Qui

Qui enim secundùm carnem sunt, quæ carnis sunt, sapiunt. † 8,5.

Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. 8.

Carnis curā ne feceritis in desideriis. † 13,14.

Non omnis caro eadem caro: sed alia quidem hominum, alia verò pecorum. 1.Cor.15,39.

Caro & sanguis regnum Dei possidere non possunt: neque corruptio incorruptelam possidebit. 50.

In carne enim ambulantes, non secundùm carnem militamus. 2.Cor.10,3.

Continuò non acquieui carni & sanguini. Gal.1,16.

Caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem: hæc enim sibi inuicem aduersantur: vt non quæcumque vultis, illa faciatis. † 5,17.

Manifesta autem sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus. 19.

Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis. 24.

Qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionem. † 6,8.

Nemo enim vmquam carnem suam odio habuit; sed nutrit & fouet eam. Eph.5,29.

Permanere autem in carne necessarium propter vos. Philip.1,24.

Quia autem pueri communicauerunt carni & sanguini. Heb.2,14.

Sicut Sodoma & Gomorrha, & finitimæ ciuitates simili modo exfornicatæ, & abeuntes post carnem alteram, factæ sunt exemplum, ignis æterni pœnam sustinentes. Iudæ v.7.

Hi carnem quidem maculant, dominationem autem spernunt, maiestatem autem blasphemant. v.8.

Dicens omnibus auibus quæ volabant per medium cæli: Venite, & congregamini ad cœnam magnam Dei: vt manducetis carnes regum & tribunorum, & carnes fortium. Apoc.19,18.

CARPENTVM.

Opere carpentario: quidquid fabrè adinueniri potest, dedit in cor eius [Beseleel.] Exodi 35,33.

CARPO.

Boues, *&c.* quæ in pastu paludis virecta carpebant. Gen.41,18. Num.22,4.

Cùm adhuc sit in flore [carectum] nec carpatur manu, ante omnes herbas arescit. Iob 8,12.

CARPVS.

Penulam, quam reliqui Troade apud Carpum, veniens affer tecum. 2.Timoth.4,13.

CARTALLVS.

Quasi vindemiator ad cartallum. Ierem.6,9.

CARTHAGO.

Carthaginenses negotiatores tui, à multitudine cunctarum diuitiarum, argento, ferro, stanno. Ezech.27,12.

CARIATHARBE.

Cariatharbe, hæc est Hebron. Iof.15,53.

Cariatharbe, patris Enac, quę vocatur Hebron in monte Iuda. † 21,11.

CARRVS.

Præcordia fatui quasi rota carri, & quasi axis versatilis cogitatus illius. Eccli.33,5.

CARTILAGO.

Cartilago eius quasi laminæ ferreę. Iob 40,13.

CASEVS.

Decem formellas casei has deferes ad tribunum. 1.Reg.17,18.

CASIA.

Casiæ autem quingentos siclos. Exod.30,24.

Myrrha & gutta & casia à vestimentis tuis. Psalm.44,9.

CASLEV.

Factum est in mense Casleu. 2.Esd.1,1. Zach.7,1. 1.Mach.1,57.

CASSIA.

Vocauit [Iob] nomen vnius Diem, & nomen secundæ Cassiam. Iob 42,14.

CASSIS.

Cassis ærea super caput eius. 1.Reg.17,5.

CASSVS.

Hoc vanitas est, & cassa solicitudo mentis. Eccles.2,26. Ezech.12,24.

CASTIGO.

Castigatur morte filius contumax. Deut.21,21.

Benedico te Domine Deus Israel, quia tu castigasti me, & tu saluasti me, & ecce ego video Tobiam filium meum. Tob.11,17.

Castigauit nos propter iniquitates nostras: & ipse saluabit nos propter misericordiam suam. † 13,5.

Ierusalem ciuitas Dei, castigauit te Dominus in operibus manuum tuarum. 11.

Castigatio mea in matutinis. Psal.72,14.

Castigans castigauit me Dominus, & morti non tradidit me. † 117,18.

Castigabo te in iudicio, vt non videaris tibi innoxius. Ierem.30,11.

Plaga enim inimici percussi te, castigatione crudeli. 14.

Audiens audiui Ephraim transmigrantem: Castigasti me, & eruditus sum. † 31,18.

Te verò non consumam; sed castigabo te in iudicio, nec quasi innocenti parcam tibi. † 46,28.

Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo: ne fortè cùm aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar. 1.Cor.9,27.

Quem enim diligit Dominus, castigat: flagellat autem omnē filium, quē recipit. Heb.12,6.

CASTITAS.

Castitas Ioseph & iustitia. Gen.39,8.

Castitas accedentium ad Deum. Exod.19,15.

Leuitarum. † 28, 42.

Castitas vi erepta defletur. 2.Reg.13,19.

Contabescit deflorata. ibid.

Castitatis auxilia. Numquā concupiui virum, & mundam seruaui animam meam ab omni concupiscentia. Tob.3,16.

Confortatum est cor tuum, eò quòd castitatem amaueris, & post virum tuum alterum nescieris: ideò & manus Domini confortauit te. Iudith 15,11.

O quàm pulchra est casta generatio cum claritate! immortalis est enim memoria illius: quoniam & apud Deum nota est, & apud homines. Sap.4,1.

Inferebant plagam magnam castitati. 1.Machab.14,36.

Disputante autem illo [Paulo] de iustitia, & castitate, & de iudicio futuro, tremefactus Felix. Act.24,25.

In castitate, in scientia, in longanimitate. 2.Cor.6,6.

Teipsum castum custodi. 1.Tim.5,22.

CASTOR.

In naui Alexandrina, *&c.* cui erat insigne Castorum. Act.28,11.

CASTRA.

Castra Dei sunt hæc. Gen.32,2.

Castrametati sunt in Ethan. Exod 13,20.

Castrametētur è regione Phihahiroth.† 14,2.

Castrorum ordo & locatio. Num.2,2.

Et sint castra tua sancta, & nihil in eis appareat fœditatis, ne derelinquat te. Deut.23,14.

Igitur Iosue de nocte consurgens mouit castra. Ios.3,1.

Omnia itaque castra [Madian] turbata sunt, & vociferantes, vlulantesque fugerunt. Iudic.7,21.

Castrorum Dan nomen accepit. † 18,12.

Ingressus est [Saul] media castra in vigilia matutina, & percussit Ammon vsque dum incalesceret dies. 1.Reg.11,11.

Castra turbant duo viri fortes. † 14,13.

Castrametati sunt inter Socho & Azeca.† 17,1

Reuertentes filij Israel postquam persecuti fuerant Philisthæos, inuaserunt castra eorū. 53.

Castrametatus est Saul in Gabaa. † 26,3.

Mecum egredieris in castris tu & viri tui. † 28,1.

Castrametati sunt in Sunam. † 28,4,5.

Castra Israel tradet Dominus in manus Philisthiim. 19.

De castris Israel fugi. 2.Reg.1,3.

Castraque metati sunt contra eos, quasi duo parui greges caprarum, Syri autem repleuerunt terram. 3.Reg 20,27.

Castrorum turbatio. 4.Reg.7,15.

Canerentque in portis castrorum Domini. 2.Par.31,2.

Respice castra Assyriorum nunc, sicut tunc castra Aegyptiorum videre dignatus es. Iudith 9,6.

Qui posuit castra sua in medio populi sui, vt eriperet nos de manu omnium inimicorum nostrorum. † 16,4.

Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum. Psal.26,3.

Quid videbis in Sulamite, nisi choros castrorum? Cant.7,1.

Nubes castra eorum obumbrabat. Sap.19,7.

Vas castrorum in excelsis, in firmamento cæli resplendens gloriosè. Eccli.43,9.

Succinxit se [Iudas] arma bellica sua in prœliis, & protegebat castra gladio suo. 1.Mach.3,3.

Castra impiorum, fortes auxiliarij, vt facerent vindictam in filios Israel. 15.

CASTRO.

Sunt eunuchi, qui seipsos castrauerunt propter regnum cælorum. Matth.19,12.

CASVLA.

In parietibus illius figens palum, statuet casulam suam ad manus illius, & requiescent in casula illius bona per æuum. Eccli.14,25.

Fide demoratus est [Abraham] in terra repromissionis, tamquam in aliena, in casulis habitando cum Isaac & Iacob. Heb.11,9.

CASVS.

Casuum reseruatio. Deut.1,17.

Sciemus quia nequaquam manus eius tetigit nos, sed casu accidit. 1.Reg.6,9.

Casu veni in montem Gelboë. 2.Reg 1,6.

Casu percussit regem Israel inter pulmonem & stomachum. 3.Reg.22,34.

In tempore casus sui inueniet firmamentum. Eccli.3,34.

Lapsus falsæ linguæ, quasi qui in pauimento cadens: sic casus malorum citò veniet. † 20,20.

Laqueo peribunt qui oblectantur casu iustorum: dolor autem consumet illos antequam moriantur. † 27,32.

Et fit casus tuus insanabilis in mortē.† 28,30.

Casus Luciferi. Isa.14,4. Ezech.28.

In terra sedebunt, & attoniti super casu tuo admirabuntur. Ezech.26,16.

Obsecro autē eos, qui hunc librū lecturi sunt, ne abhorrescāt propter aduersos casus: sed reputent ea quæ acciderunt, non ad interitum, sed ad correptionem esse generis nostri. 2.Mach.6,12.

CATA.

Faciet sacrificium super eo cata manè. Ezechielis 46,14.

CATACLYSMVS.

Quomodo cataclysmus aridam inebriauit, sic ira ipsius gentes. Eccli.39,28.

Super iniquos creata sunt hæc omnia, & propter illos factus est cataclysmus. † 40,10.

CATARACTA.

Si Dominus fecerit etiam cataractas in cælo: num-

numquid poterit esse quod loqueris? 4. Reg.7,2.

Cataractæ de excelsis apertæ sunt. Isa.24,18.

CATECHIZO.

Communicet autẽ is, qui catechizatur verbo, ei qui se catechizat, in omnibus bonis. Gal.6,6.

CATELLVS.

Nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum. Matth.15,27.

CATENA.

Facies & vncinos ex auro, & duas catenulas auri purissimi. Exod.28,14,22.

Necnon & quasi catenulas in oraculo. 2. Paral.3,16.

Vna enim catena tenebrarum omnes erant colligati. Sap.17,17.

Si abstuleris de medio tui catenam, & desieris extendere digitum, & loqui quod non prodest. Isa.58,9.

Fac tibi vincula, & catenas, & pones eas in collo tuo, & mittes eas ad regem Edom. Ierem.27,2.

Tulit Hananias Propheta catenam de collo Ieremiæ, & confregit eam. † 28,10.

Catenas ligneas contriuisti: & facies pro eis catenas ferreas. 13.

Vinciebatur catenis & compedibus custoditus, & ruptis vinculis agebatur à dæmonio in deserta. Luc.8,29.

Ceciderunt catenæ de manibus eius. Act.12,7

Iussit eum [Paulum] alligari catenis duabus, & interrogabat quis esset. † 21,33.

Notum facere mysterium euangelij: pro quo legatione fungor in catena. Ephes.6,20.

CATERVA.

Ait Moyses ad omnem cateruam filiorum Israel. Exod.35,4.

CATHEDRA.

Cumque sedisset rex super cathedram suam. 1.Reg.20,25.

Sedens in cathedra sapientissimus princeps inter tres. 2.Reg.23,8.

Quando procedebam ad portam ciuitatis, & in platea parabant cathedram mihi. Iob 29,7.

In cathedra seniorum laudent eum. Psalmo 106,32.

Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi. Matth.23,2.

CATINVS.

Qui intingit mecum manum in catino. Mar.14,20.

Vos Pharisæi, quod deforis est calicis & catini mundatis; quod autem intus est vestrũm, plenum est rapina & iniquitate. Luc.11,39.

CATTAE.

Supra caput eorum volant noctuæ, & hirundines, & aues similiter & cattæ. Baruch 6,21.

CATVLVS.

Catulus leonis Iuda: ad prædam fili mi ascendisti. Gen.49,9.

Dan catulus leonis. Deut.33,22.

De medio catulorum leonum. Psal.56,5.

Catuli leonum rugientes. † 103,21.

CAVDA.

Caudam serpentis apprehendit Moyses; vertitur illa in virgam. Exod.4,4.

Caudam & aruinã quæ operit vitalia. † 29,22.

Caudam totam [offerent] cum renibus. Leuit.3,10.

Caudam & adipem, qui operit vitalia. † 7,3.

Ipse erit in caput, & tu eris in caudam. Deuter.28,44.

Cepit [Samson] trecentas vulpes, caudásque earum iunxit ad caudas, & faces ligauit in medio. Iudic.15,5.

Quasi nuntius adueniens [canis] blandimento suæ caudæ gaudebat. Tob.11,9.

Stringit [Behemoth] caudam suam quasi cedrum. Iob 40,12.

Aculei erant in caudis earum [locustarum.] Apoc.9,10.

Cauda eius [draconis] trahebat tertiam partem stellarum cæli, & misit eas in terram. † 12,4.

CAVEA.

Sicut perdix inducitur in caueam. Eccli.11,32.

Miserunt eum [leonem] in caueam, in catenis adduxerunt eum ad regem Babylonis. Ezechiel.19,9.

CAVEO, CAVTIO.

Caue diligenter ne obliuiscaris Domini. Deut.6,13.

Caue ne vltrà loquaris ad nos. Iudic.18,25.

Cauerant enim Philisthiim, ne fortè facerent Hebræi gladium aut lanceam. 1.Reg.13,19.

Caue te à proximo tuo: & cum sapientibus & prudentibus tracta. Eccli.9,21.

A filiis tuis caue, & à domesticis tuis attende. † 32,26.

Ibant cautè & ordinatè. 1.Mach.6,40.

Cauete autem ab hominibus. Matth.10,17.

Ducite cautè. Mar.14,44.

Accipe cautionem tuam. Luc.16,6.

CAVERNA.

En Hebræi egrediuntur de cauernis in quibus absconditi fuerant. 1.Reg.14,11.

Columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ. Cant.2,14.

Arrogantia tua decepit te, & superbia cordis tui: qui habitas in cauernis petræ. Ierem.49,16.

CAVLAE.

Caulas ouium fabricabimus, & stabula iumentorum, paruulis quoque nostris vrbes munitas: nos autem ipsi armati & accincti pergemus ad prælium. Num.32,16.

Venit ad caulas ouium, quæ se offerebant vianti. 1.Reg.24,4.

CAVMA.

Ossa mea aruerunt præ caumate. Iob 30,30.

CAVPO.

Difficilè exuitur negotians à negligentia, & non iustificabitur caupo à peccatis labiorum. Eccli.26,28.

CAVSA.

Causa maiores referantur ad Superiorem. Exod.18,22.

Si nolueritis sequi eum, in solitudine populum derelinquet, & vos causa eritis necis omnium. Num.32,15.

Hæc autem causa est secundæ circumcisionis. Io..5,4.

Causa homicida discutitur, cùm est in asylo. † 19,9.

Videat & iudicet causam meam, & eruat me de manu tua. 1.Reg.24,16.

Principes familiarum ex Israel, vt iudicium & causam Domini iudicarent habitatoribus eius. 2.Par.19,8.

Et egi causam aduersus magistratus, & dixi: Quare dereliquimus domum Dei? 2.Esd.13,11.

Nihil in terra sine causa fit, & de humo non oritur dolor. Iob 5,6.

Omnipotens causas singulorum intuebitur. † 35,13.

Causa tua quasi impij iudicata est, causam iudiciumque recipies. † 36,17.

Dominus meus in causam meam. Psal.34 23.

Iudica causam tuam. † 73,22.

Causam tuam tracta cũ amico tuo. Prou.25,9.

Ne fortè bibant [reges] & obliuiscantur iudiciorum, & mutent causam filiorum pauperis. † 31,5,8.

Causam viduæ non iudicauerunt, causam pupillorum non direxerunt. Ierem.5,28.

Videam vltionem tuam ex eis: tibi enim reuelaui causam meam. † 11,20.

Indica nobis cuius causa malum istud sit nobis. Ionæ 1,8.

Causa vestri, Sion quasi ager arabitur. Michææ 3,12.

Iram Domini portabo, quoniam peccaui ei, donec causam meam iudicet. † 7,9.

Imposuerunt super caput eius causam ipsius scriptam: HIC EST IESVS REX IVDAEORVM. Matth.27,37.

Nihil inuenio causæ in isto homine. Luc.23,4. Ioan.18,38.

Multas & graues causas obiicientes, quas non poterant probare, Paulo rationem reddente. Act.25,7.

Nullam causam deferebant, de quibus ego suspicabar malum. 18.

Sine ratione enim mihi videtur mittere vinctum, & causas eius non significare. 27.

CAVTVS.

Videte itaque fratres, quomodo cautè ambuletis. Eph.5,15.

CAVTERIATVS.

Cauteriatam habentes suam conscientiam. 1.Timoth.4,2.

CEDAR.

Habitaui cum habitantibus Cedar. Psalmo 119,5.

Surgite, & ascendite ad Cedar, & vastate filios Orientis. Ierem.49,28.

CEDO.

Cedit Isaac inuidiæ. Gen.26,17.

Esau cedit terra Chanaan. † 36,6.

Quidquid pro peccato atque delicto redditur mihi, & cedit in Sancta sanctorum, tuum erit, & filiorum tuorum. Num.18,9.

Cedo iuri propinquitatis: neque enim posteritatem familiæ meæ delere debeo. Ruth 4,6.

His autem cessit qui exterminabat, & hæc extimuit. Sap.18,25.

Quibus neque ad horam cessimus subiectione, vt veritas Euangelij permaneat apud vos. Gal.2,5.

CEDRON.

Rex quoque transgrediebatur torrentem Cedron. 2.Reg.15,23. 3.Reg.15,13. Ioan.18,1.

CEDRVS.

Quasi cedri prope aquas. Num.24,6.

Egrediatur ignis de rhamno, & deuoret cedros Libani. Iudic.9,15.

Et cedrorum præbuit [Salomon] multitudinem, quasi sycomoros. 3.Reg.10,27.

Carduus Libani misit ad cedrum, quæ est in Libano. 4.Reg.14,9.

Et succidi sublimes cedros eius. † 19,23.

Vox Domini confringentis cedros, & confringet Dominus cedros Libani. Psal.28,5.

Vidi impium superexaltatum, & eleuatum sicut cedros Libani: transiui, & ecce non erat. † 36,35.

Iustus vt palma florebit: sicut cedrus Libani multiplicabitur. † 91,13.

Ligna fructifera, & omnes cedri. † 148,9.

Quasi cedrus exaltata sum in Libano. Eccli.24,17.

Dabo in solitudinem cedrum, & spinam, & myrtum, & lignum oliuæ. Isa.41,19.

Tulit medullam cedri, summitatem frondium eius auulsit. Ezech.17,4.

Cedrum de Libano tulerunt vt facerent tibi malum. † 27,5.

Ecce Assur quasi cedrus in Libano, pulcher ramis, & frondibus nemorosus, excelsúsque altitudine. † 31,3.

Cedri non fuerunt altiores illo in paradiso Dei, abietes non adæquauerunt summitatem eius. 8.

Aperi Libane portas tuas, & comedat ignis cedros tuas. Zach.11,1,2.

CEILA.

Philisthijm oppugnant Ceilam. 1.Reg.23,1.

CELE.

CELEBRO.

Placuitque vniuersæ multitudini vt celebrarent etiam alios dies septem: quod & fecerunt cum ingenti gaudio. 2.Par.30,23.

Factaque est grandis celebritas in Ierusalem. 26.

Et dedit [Dauid] in celebrationibus decus, & ornauit tempora vsque ad consummationem vitæ. Eccli.47,12.

CELER.

Celeriterque deposuit hydriam. Gen.24,18.

Egressi sunt veredarij celeres. Esth.8,14.

Vtamur creatura tamquam in iuuentute celeriter. Sap.2,6.† 3,18.† 4,16.

Sic videbunt & in celeritate salutem vestram à Deo. Baruch 4,24.

Superducentes sibi celerem perditionem. 2.Pet.2,1.

CELEVMA.

Vinum de torcularibus sustuli; nequaquam calcator vuæ solitum celeuma cantabit. Ieremiæ 48,33.

Replebo te hominibus quasi brucho, & super te celeuma cantabitur. † 51,14.

CELLA, CELLARIVM.

In cellulis quoque ianitorum ad Occidentem, quatuor in via, biniique per cellulas. 1.Paralipom.26,18.

Emittet Dominus benedictionem super cellaria tua. Deut.28,8.

In doctrina replebuntur cellaria. Prou.24,4.

Introduxit me rex in cellaria sua. Cant.1,3. Luc.12,24.

Introduxit me rex in cellam vinariam. † 2,4.

CELO.

Num celare potero Abraham, quæ gesturus sum, cùm futurus sit in gentem magnam? Gen.18,17.

Cumque iam celare non posset, sumpsit fiscellam, & liniuit eam bitumine. Exod.2,3.

Ne celaueris me. 1.Reg.3,17.

Hunc ergo celauit me pater meus sermonem tantummodò? nequaquam erit istud. † 20,2.

Dominus celauit à me. 4.Reg.4,27.

Aut placebit ei quem celare nihil potest? Iob 13,9.

Si abscondi quasi homo peccatum meum, & celaui in sinu meo iniquitatem meam. † 31,33.

Qui celat delictũ, quærit amicitias. Prou.17,9.

Gloria Dei est celare verbum. † 25,2.

CELTIS.

Celte sculpantur in silice? Iob 19,24.

CENCHRIS.

Totonderat in Cenchris caput: habebat enim votum. Act.18,18.

CENSVS.

Inueni librum census eorum, qui ascenderant primùm. 2.Esd.7,5.

Quæsierunt scripturam suam in censu, & non inuenerunt, & eiecti sunt de sacerdotio. 64.

Non est census super censum salutis corporis: & non est oblectamentum super cordis gaudium. Eccli.30,16.

CENTVM.

Seuit Isaac in terra illa, & inuenit in ipso anno centuplum. Gen,26,12.

Egrediebaturque populus per turmas suas, centeni & milleni. 2.Reg.18.4.

Centum octoginta millia electorum virorum bellatorum. 3.Reg.12,21.

Centesimam pecuniæ, frumenti, vini & olei, quam exigere soletis ab eis, date pro illis. 2.Esdræ 5,11.

Puer centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledictus erit. Isa.65,20.

Aliud centesimum, aliud sexagesimum. Matthæi 13,8,23.

Centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. † 19,29.

Ortum fecit fructum centuplum. Luc.8,8.

CENTVRIO.

Tribunos & centuriones. Exod.18,21.1.Regum 8,12. Matth.8,5. Luc.23,47. Act.10,1. † 27,43.

CEPE.

Porrique, & cepe, & allia. Num.11,5.

CEPHAS.

Tu es Simon filius Iona, tu vocaberis Cephas. Ioan.1,42.

Cùm autem venisset Cephas Antiochiam, in faciem ei restiti. Gal.2,11.

CERASTES.

Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita. Gen.49,17.

CEREVS.

Cereorum & lampadum in templis vsus. 2.Paralipom.4,20.

Petræ sicut cera liquescent ante faciem tuam. Iudith 16,18.

Factum est cor meum, tamquam cera liquescens in medio ventris mei. Psal.21,15.

Sicut cera quæ fluit, auferentur. † 57,9.

Sicut fluit cera à facie ignis. † 67,3.

Montes sicut cera fluxerunt. † 96,5.

CEREBRVM.

Mulier fragmen molæ desuper iaciens illisit capiti Abimelech, & confregit cerebrum eius. Iudic.9,53.

CERETHI.

Super Cerethi & Phelethi. 2.Reg.8,18.

Cerethi & Phelethi legiones. 4.Reg.11,19.

CEREMONIAE.

Ceremonia Ecclesiastica seu cultus externus. Gen.8,20. † 14,18. Leuit.24. 1.Paralip.23. Matth.2,11.

Ritus certi in orando. 3.Reg.8,22.2.Par.5,12.

Prima

Prima ceremonia de gratitudine. Exod.12,14.
Obseruabitis ceremonias istas. 25.
Anima præuaricans ceremonias per errorem. Leuit.5,15.
Vt docerem vos ceremonias & iudicia quæ facere deberetis. Deut.4,14.
Quid sibi volunt testimonia hęc, & ceremoniæ atque iudicia, quæ præcepit Dominus Deus noster nobis? dices ei: Serui eramus Pharaonis in Aegypto, & eduxit nos Dominus de Aegypto in manu forti. † 6,10,21.
Vt custodias ceremonias eius, & pręcepta eius, & iudicia, & testimonia. 3.Reg.2,3.
Deserentes itaque ceremonias patrum suorum, quæ in multitudine deorum erant, vnum Deum cæli coluerunt. Iudith 5,8.
Audi omnia, quæ ego loquor ad te de vniuersis ceremoniis domus Domini. Ezech.44,5.

CERNO.

Cernent terram de longè. Isa.33,17. Ezechiel.28,17.

CERTAMEN.

Descendat ad singulare certamen. 1.Regum 17,8,9,10.
Cucurrit ad locum certaminis. 22.
Iniit itaque Ioab & populus, qui cum eo erat certamen contra Syros, qui statim fugerunt à facie eius. 2.Reg.10,13.
Certamen fortè dedit illi vt vinceret, & sciret quoniam potentior omnium est sapientia. Sapient.10,12.
Certamen festinatum incendit ignem, & lis festinans effundit sanguinem, & lingua testificans adducit mortem. Eccli.28,13.
Primi certaminis omnes potẽtes. 1.Mach.9,11.
Idem certamen habentes, quale & vidistis in me, & nunc audistis de me. Philip.1,30.
Certa bonum certamen fidei, apprehende vitam æternam. 1.Tim.6,12.
Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui. 2.Timoth.4,7.
Rememoramini autem pristinos dies, in quibus illuminati magnum certamen sustinuistis passionum. Heb.10,32.

CERTVM.

Certitudo directionis Dei. 1.Reg 9.15,17.
Certi non sumus de accepta peccatorum remissione, vel vita æterna consequenda. Eccles.9,1,2. Eccli.5,5. Rom.8,17.† 11,20. 1.Cor.4,3.† 9,27.† 10,12. Philipp.2,12. 2.Pet.3. Heb.3,14, † 4,1.
Certus sum enim quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principatus. Rom.8,38.

CERVICAL.

Faciunt ceruicalia sub capite vniuersæ ætatis. Ezech.13,18,21. Marci 4,38.

CERVIX.

Cerno quòd populus iste duræ ceruicis sit; dimitte me vt irascatur furor meus. Exod.32,10. † 33,3. Deut.9,6.
Fractis ceruicibus mortuus est [Heli.] 1.Regum 4,18.
Cucurrit aduersus eum erecto collo, & pingui ceruice armatus est. Iob 15,26.
Dominus iustus concidit ceruices peccatorum, confundantur & conuertantur retrorsum omnes qui oderunt Sion. Psal.128,4.
Qui congregati sunt in duritia cordis sui; & si vnus fuisset ceruicatus, mirum si fuisset immunis. Eccli.16,11.
Sciui enim quia durus es tu, & neruus ferreus ceruix tua, & frons tua ærea. Isa.48,4.
Victa est & vlulauerunt, quomodo deiecit ceruicem Moab & confusus est? Ierem.48,39.

CERVVS.

Nephthali ceruus emissus & dans eloquia pulchritudinis. Gen.49,21.
Vel parturientes ceruas obseruasti? Iob 39,1,2.
Qui perfecit pedes meos tamquam ceruorum. Psal.17,34.
Vox Domini præparantis ceruos, & reuelabit condensa. † 28,9.
Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum. † 41,2.
Montes excelsi ceruis. † 103,18.
Cerua charissima & gratissimus hinnulus. Prou.5,19.
Cerua in agro peperit, & reliquit, quia non erat herba. Ierem.14,5.

CESSO.

Cessauit autem [Saul] prophetare & venit ad excelsum. 1.Reg.10,13.
Ex eo autem tempore, quo cessauimus sacrificare reginæ cæli, & libare ei libamina, indigemus omnibus, & gladio & fame consumpti sumus. Ierem.44,18.

CETHIM.

In Cethim consurgens transfreta, ibi quoque non erit requies tibi. Isa 23,12.
Transite ad insulas Cethim, & videte, &c. Si mutauit gens deos suos. Ierem.2,10.
Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa. Ezech.16,3,45.

CETVS.

Creauitque Deus cete grandia, & omnem animam viuentem atque motabilem. Gen.1,21.
Numquid mare ego sum, aut cetus? Iob 7,12.
Occidet cetum, qui in mari est. Isa.27,1.

CHABVL.

Appellauit eas [ciuitates] Terram chabul. 3.Reg.9,13.

CHAM.

Cham ipse est pater Chanaan. Gen.9,18. Psal.77,51. † 105,22.

CHAMÆLEON.

Polluta reputabuntur, &c. Chamæleon, &

& stellio. Leuitici 11, 30.

CHAMOS.

Periisti popule Chamos. Num.21,29.

Nónne ea, quæ possidet Chamos Deus tuus, tibi iure debentur. Iudic.11,24.

Aedificauit Salomon fanum Chamos idolo Moab. 3 Reg.11,7.

Confundetur Moab à Chamos. Ierem 48,13.

CHANAAN.

Chananæorum parens Chanaan. Gen.10,18.

Chanaan verò genuit Sidonem primogenitum suum, Hethæum quoque & Iebusæum. 1.Par.1,13.

CHAOS.

Inter nos & vos chaos magnum firmatum est. Luc.16,26.

CHARACTER.

Faciet omnes pusillos & magnos, & diuites, & pauperes, & liberos, & seruos habere characterem in dextera manu sua aut in frontibus suis. Apoc.13,16,17.

Si quis adorauerit bestiam & imaginem eius, & acceperit characterem in fronte sua vel in manu sua. † 14.9.

Factum est vulnus sæuum & pessimum in homines, qui habebant characterem bestiæ, & in eos qui adorauerunt imaginem eius. † 16,2.

Qui non adorauerunt bestiam, neque imaginem eius, nec acceperunt characterem eius in frontibus, aut in manibus suis. † 20,4.

CHARISMA.

Aemulamini autem charismata meliora. 1.Corinth.12,31.

CHARITAS.

Percuties eum ex labiis charitatis meæ. Iudith 9,13.

Charitas virtus fide præstantior. Prou.10,12. Matth.12,38. † 25. Mat.12,33. 1.Cor.12,31. † 13,1. 1.Pet.4,8. 1.Ioan.4,16.

Odium suscitat rixas: & vniuersa delicta operit charitas. Prou 10,12.

Melius est vocari ad olera cum charitate, quàm ad vitulum saginatum cum odio. † 15,17.

Introduxit me in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem. Cant.2,5.

Media charitate constrauit. † 3,10.

Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem. † 8,7.

Recordatus sum tui miserans adolescentiam tuam, & charitatem desponsationis tuæ, quando secuta es me in deserto. Ierem.2,2.

In charitate perpetua dilexi te: ideò attraxi te, miserans. † 31,3.

Et quoniam abundauit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Matth.24,12.

Decimatis mentham & rutam, & omne olus, & præteritis iudicium, & charitatem Dei. Lucæ 11,42.

Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Roman.5,5,8.

Quis ergo nos separabit à charitate Christi? tribulatio, an angustia? † 8,35.

Neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro. 39.

Charitate fraternitatis inuicem diligentes. † 12,10.

Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in charitate & spiritu mansuetudinis? 1.Cor.4,21.

Si linguis hominum loquar, & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens. 1.Cor 13,1.

Charitas patiens est, benigna est. 4.

Manent fides, spes, charitas: tria hæc; maior autem horum est charitas. 13.

Sectamini charitatem, æmulamini spiritalia. † 14,1.

Omnia vestra in charitate fiant. † 16,14.

Charitas mea cum omnibus vobis in Christo Iesu, Amen. 24.

Non vt contristemini: sed vt sciatis quam charitatem habeam abundantius in vobis. 2. Corinth.2,4.

Obsecro vos, vt confirmetis in illum charitatem. 8.

Charitas enim Christi vrget nos. † 5,14.

In charitate non ficta, in verbo veritatis. † 6,7.

Etiam vestræ charitatis ingenium bonum comprobans. † 8,8.

Ostensionem ergo quæ est charitatis vestræ, & nostræ gloriæ pro vobis, in illos ostendite in facie Ecclesiarum. 24.

Sed fides, quæ per charitatem operatur. Gal.5,6.

Sed per charitatē spiritus seruite inuicem. 13.

Vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius, in charitate. Ephes.1.4.

Propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos. † 2,4.

In charitate radicati & fundati. † 3,17.

Profundum: scire etiam supereminentem scientiæ charitatem Christi. 19.

Et hoc oro, vt charitas vestra magis ac magis abundet in scientia, & in omni sensu. Philip.1,9.

Super omnia autem hæc charitatem habete, quod est vinculum perfectionis. Col 3,14.

Vos autem Dominus multiplicet, & abundare faciat charitatem vestram in inuicem, & in omnes. 1.Thess.3,12.

De charitate autem fraternitatis non necesse habemus scribere vobis. † 4.9.

Supercrescit fides vestra, & abundat charitas vniuscuiusque vestrûm in inuicem. 2.Thess.1,3.

In omne seductione iniquitatis iis, qui pereunt:

eò quòd charitatem veritatis non receperunt, vt salui fierent. † 2,10.

Dominus autem dirigat corda vestra in charitate Dei & patientia Christi. † 3,5.

Finis autem præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. 1. Timoth. 1,5.

Iuuenilia autem desideria fuge: sectare verò iustitiam, fidem, charitatem & pacem. 2. Timoth. 2,22.

Audiens charitatem tuam & fidem, quam habes in Domino Iesu. Philem. v. 5.

Propter charitatem magis obsecro, cùm sis talis, vt Paulus senex. 9.

Consideramus inuicem in prouocationem charitatis, & bonorum operum. Heb. 10,24.

Charitas fraternitatis maneat in vobis. † 13,1.

Animas vestras castificantes in obedientia charitatis, in fraternitatis amore, simplici ex corde inuicem diligite attentiùs. 1. Pet. 1,22.

Ante omnia autem mutuam in vobismetipsis charitatem continuam habentes, quia charitas operit multitudinem peccatorum. † 4,8.

Qui autem seruat verbum eius, verè in hoc charitas Dei perfecta est. 1. Ioan. 2,5.

Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, vt filij Dei nominemur & simus. † 3,1.

In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille animam suam posuit pro nobis. 16,17.

Diligamus nos inuicem; quia charitas ex Deo est. † 4,7,9.

Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. 16,18.

Hæc est charitas, vt ambulemus secundùm mandata eius. 2. Ioan. v. 6.

Charitatem tuam primã reliquisti. Apoc. 2,4.

CHARTA.

Accepta charta fecerunt conscriptionem coniugij. Tob. 7,16.

Plura habens vobis scribere, nolui per chartam & atramentum. 2. Ioan. v. 12.

CHERVBIM.

Cherubim custodit paradisum. Gen. 3,24.

Cherubim aureos & productiles facies. Exodi 25,18. † 37,7.

Et fecit in oraculo duos Cherubim de lignis oliuarum. 3. Reg. 6,23,27.

Cherubim, & leones, & palmas. † 7,36.

Aurum purissimum dedit, vt ex ipso fieret similitudo quadrigæ Cherubim. 1. Par. 28,18.

Eleuata sunt Cherubim. Ezech. 10,15.

Tu Cherub extentus, & protegens, & posui te in monte sancto Dei. † 28,14.

Et peccasti: & eieci te de monte Dei, & perdidi te ô Cherub protegens. 16.

Fabrefacta Cherubim & palmæ: & palma inter Cherub & Cherub. † 41,18.

Virga Aaron quæ fronduerat, & tabulæ testamenti, superque eam erant Cherubim gloriæ obumbrantia propitiatorium. Heb. 9,5.

CHIROGRAPHVM.

Gabelum egentem videret, qui erat ex tribu eius, sub chirographo dedit illi memoratum pondus argenti. Tob. 1,17.

Reddasque ei chirographum suum, & recipias ab eo pecuniam, & roges eum venire ad nuptias meas. † 9,3.

Delens quod aduersus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis. Col. 2,14.

CHLAMYS.

Surrexit ergo Dauid, & præcidit oram chlamydis Saul silenter. 1. Reg. 24,5.

Exuentes eum, chlamydem coccineam circumdederunt ei. Matth. 27,27.

CHOLERA.

Vigilia, cholera & tortura viro infrunito. Eccli. 31,23.

Auiditas appropinquabit vsque ad choleram. † 37,33.

CHORVS, CHOREA.

Sumpsit ergo Maria prophetissa soror Aaron tympanum in manu sua, & omnes mulieres post eam in tympanis & choris, quibus præcinebat. Exod. 15,21.

Choreas ducere. Exod. 32,6,19. Iudic. 11,34. † 21,21. 2. Reg. 6,14. Psal. 149,3. † 150,4.

Ad ducendos choros. Iudic. 21,21.

Erant cum Dauid septem chori, & victima vituli. 2. Reg. 6,12.

Ascendere autem feci principes Iuda super murum, & statui duos magnos choros laudantium. 2. Esd. 12,31,37.

Steteruntque duo chori laudantium in domo Dei, & ego & media pars magistratuum mecum. † 12,39.

CHRISTVS, CHRISTIANVS.

Sublimabit cornu Christi sui. 1. Reg. 2,10.

Num corã Domino est Christus eius? † 16,6.

Quia Christus Domini est. † 24,7.

Quis enim extendet manum suam in christum Domini, & innocens erit? † 26,9.

Nolite tangere Christos meos. Psal. 104,15.

Propter Dauid seruum tuum non auertas faciem Christi tui. † 131,10.

Hæc dicit Dominus christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, vt subiiciam ante faciem eius Gentes. Isa. 45,1.

Spiritus oris nostri Christus Dominus captus est in peccatis nostris. Thren. 4,20.

Christi exaltatio. Dan. 7,13.

Vsque ad Christum ducem hebdomades septem, & hebdomades septuaginta duæ erunt. † 7,25,26.

Qui est de genere christorum sacerdotum. 2. Mach. 1,10.

Tu es Christus filius Dei viui. Mat. 16,16.

Quid

Quid vobis videtur de Christo? cuius filius est? dicunt ei: Dauid. † 22,42.

Dicentes: Ego sum Christus: & multos seducent. † 24,5.

Ecce hic est Christus, aut illic, nolite credere. 23.

Dicentem se Christum regem esse. Luc.23,2.

Hunc scimus vnde sit: Christus autem cùm venerit, nemo scit vnde sit. Ioan.7,27.

Numquid à Galilæa venit Christus? 41,42.

Si tu es Christus, dic nobis palàm. † 10,24.

Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in æternum. † 12,34.

Ita vt cognominarentur primùm Antiochiæ discipuli, Christiani. Act.11,26.

Et insinuans quia Christum oportuit pati, & resurgere. † 17,3.

In modico suades me Christianũ fieri. † 26,28.

Cùm adhuc peccatores essemus, secundùm tẽpus Christus pro nobis mortuus est. Rom.5,9.

Quis ascendet in cælum, id est, Christum deducere. † 10,6.

Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse circumcisionis. † 15,8.

Omnia enim vestra sunt: vos autem Christi: Christus autem Dei. 1.Cor 3,23.

Et si cognouimus secundùm carnem, Christum, sed nunc iam non nouimus. 2.Cor.5,16.

Nam si is qui venit alium Christum prædicat. † 11,4.

Christo confixus sum cruci. Gal.2,20.

Ante quorum oculos Iesus Christus præscriptus est in vobis crucifixus. † 3,1.

Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum. 13.

Sed quasi in vno: Et semini tuo, qui est Christus. 16.

Christum habitare per fidem in cordibus vestris. Eph.3,17.

Christus caput est Ecclesiæ, ipse saluator corporis eius. † 5,23.

Cùm Christus apparuerit, vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria. Col.3,4.

Christus verò tamquam filius in domo sua: quæ domus sumus nos. Hebr.3,6.

Christus non semetipsum clarificauit vt Pontifex fieret. † 5,5.

Christus autem assistens Pontifex futurorum bonorum. † 9,11.

Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis. 1.Pet.3,18.

Si autem vt Christianus, non erubescat; glorificet autem Deum in isto nomine. † 4,16.

CHRYSOLITHVS.

In quarto chrysolithus, onychinus, & berillus. Exod.28,20. Ezech.10,9. Dan.10,6.

Septimum [fundamentum] chrysolithus. Apoc.21,20.

CHRYSOPRASVS.

Decimum [fundamentum] chrysoprasus: vndecimum, hyacinthus. Apoc.21,20.

CHVSAI.

Occurrit ei [Dauidi] Chusai Arachites, scissa veste, & terra pleno capite. 2.Reg.15,32,37. † 16,17. † 17,5,14.

CIBVS.

Cibus hominis qualis initio. Gen.1,30.

Omne quod mouetur & viuit, erit vobis in cibum. † 9,3.

Cibum vendit Ioseph omnibus prouinciis. † 41,56.

Cibum non sumunt Aegyptij cum Hebrais. † 43,32.

Cibi replentur ranis. Exod.8,3,6.

Cibi an parentur in festis. † 12,16.

Cibos ab eis emetis pecunia: aquam emptam haurietis & bibetis. Deut.2,6.

Cibauit te manna in solitudine, quod nescierunt patres tui. † 8,16.

Præparate vobis cibaria, quoniam post diem tertium transibitis Iordanem. Ios.1,11.

Susceperunt igitur de cibariis eorum, & os Domini non interrogauerunt. † 9,14.

Ciborum reliquias sub mensa Adonibezec colligunt septuaginta reges. Iudic.1,7.

De comedente exiuit cibus. † 14,14.

Cibus datur populo à Dauide, arca translata. 2.Reg.6,19. 1.Par.16,3.

Inferes filio domini tui cibos vt alatur. 2.Regum 9,10.

Secutusq; est eũ [Vriam] cibus regius. † 11,8.

Aut delectare potest seruum tuum cibus & potus? † 19,35.

Erat autem cibus Salomonis per singulos dies. 3.Reg.4,22.

Cibum deferunt bis in die corui, Eliæ. † 17,6.

Acceptis cibariis profecta ex aduerso. † 20,27.

Cibum dat populo Elisaus. 4.Reg.4,43.

Appositaque est eis ciborum magna præparatio, & comederunt. † 6,23.

Cibi, de his quæ sanctificata fuerant, præbebantur. 2.Par.31,18.

Cibum quoque & potum, & oleum, Sidoniis, Tyriisque, vt deferrent ligna cedrina de Libano. 1.Esd.3,7.

Cibum ducibus quis prabeat. 2.Esd.5,14.

Cibi, & vina mensa Nehemiæ: conuiuæ. 17,18.

Cibo inuisibili, & potu, qui ab hominibus videri non potest, vtor. Tob.12,19.

Cibi Iudith. Iudith 10,5.

Cibos Holofernis respuit Iudith. † 12,2.

Cibum semel de die sumit. 9.

Quæ priùs nolebat tangere anima mea, nunc præ angustia cibi mei sunt. Iob 6,7.

Qui deuorant plebem meam vt cibum panis. Psal.52,5.

Qui simul mecum dulces capiebas cibos; in domo Dei ambulauimus cum consensu. † 54,15.

Parasti cibum illorum. † 64,10.

Cibauit eos ex adipe frumēti, & de petra, melle saturauit eos. † 80,17.

Nec desideres de cibis eius, in quo est panis mendacii. Prou. 23,3.

Formicæ, populus infirmus, qui præparat in messe cibum sibi. † 30,25.

Cibabit illum pane vitæ & intellectus, & aqua sapientiæ salutaris potabit illum. Eccli. 15,3.

Omnem escam manducabit venter, & est cibus cibo melior. † 36,20,21.

Cibabo hostes tuos carnibus suis: & quasi musto sanguine suo inebriabuntur. Isa. 49 26.

Cibabo te hereditate Iacob patris tui † 58,14.

Cibus Ieremiæ in carcere. Ierem. 37,20.

Et cibaria eius [Ioachin] cibaria perpetua dabantur ei à rege Babylonis. † 52,34.

Cibus autem tuus, quo vescēris, erit in pondere viginti stateres in die. Ezech. 4,10.

Nec cibos lugentium comedes. † 24,17.

Abiit rex in domum suam, & dormiuit incœnatus, cibique non sunt allati coram eo; insuper & somnus recessit ab eo. Dan. 6,18.

Et cibus eius electus. Habac. 1,16.

Inferte omnem decimam in horreum, & sit cibus in domo mea, & probate me super hoc. Mal. 3,10.

Elegerunt magis mori, quàm cibis coinquinari immundis. 1. Mach. 1,65.

Et fœni cibo vescentes, demorabantur. 2. Mach. 5,27.

Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis. Ioan. 4,32.

Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam. † 6.27.

Caro enim mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. 56.

Sumebant cibum cum exultatione & simplicitate cordis. Act. 2,46.

Baptizatus est [Saulus] & cùm accepisset cibum, confortatus est. † 9,19.

Rogo vos accipere cibum. † 27,33.

Noli cibo tuo illum perdere pro quo Christus mortuus est. Rom. 14,15.

Aut maledicus, aut ebriosus, *&c.* cum eiusmodi nec cibum sumere. 1. Cor. 5,11.

Nemo ergo vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi. Col. 2.16.

Abstinere à cibis, quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione. 1. Tim. 4,3.

Perfectorū autem est solidus cibus. Heb. 5,14.

In cibis & potibus, & variis baptismatibus, & iustitiis carnis. † 9,10.

CICATRIX.

Numquid resina non est in Galaad? aut medicus non est ibi? quare igitur non est obducta cicatrix filiæ populi mei? Ierem. 8,22.

Obducam enim cicatricem tibi, & à vulneribus tuis sanabo te. † 30,17. † 33,6.

CICER.

Frixum cicer & mel. 2. Reg. 17,28.

CIDARIS.

Cidari quoque texit caput. Leuit. 8,9.

Aufer cidarim, tolle coronam. Ezech. 21,26.

Ponite cidarim mundam super caput eius. Zach. 3,5.

CILICIVM.

Cilicio indutus Iacob luget Ioseph multo tempore. Gen. 37,34.

Facies & saga cilicina vndecim ad operiendum tectum tabernaculi. Exod. 26,7.

Tollens autem Respha filia Aia cilicium, substrauit sibi supra petram, ab initio messis, donec stillaret aqua super eos de cælo, & non dimisit aues lacerare eos per diem, neque bestias per noctem. 2. Reg. 21,10.

Operuit [Achab] cilicio carnem suam. 3. Regum 21,27.

Viditque omnis populus cilicium, quo vestitus erat [Achab] ad carnem intrinsecus. 4. Reg. 6,30.

Et ceciderunt tam ipse [Dauid] quàm maiores natu vestiti ciliciis proni in terram. 1. Par. 21,16.

Et induerunt se sacerdotes ciliciis, & infantes prostrauerunt contra faciem templi Domini, & altare Domini operuerunt cilicio. Iudith 4,9.

Habens [Iudith] super lumbos suos cilicium, ieiunabat omnibus diebus vitæ suæ præter sabbata, & neomenias, & festa domus Israel. † 8,6.

Ingressa est [Iudith] oratorium suum: & induens se cilicio, posuit cinerem super caput suū: & prosternens se Domino, clamabat ad Dominum. † 9,1.

Abstulit [Iudith] à se cilicium, & exuit se vestimentis viduitatis suæ. † 10,2.

Cilicium non vult deponere Mardochæus. Esth. 4,4.

Ego autem cùm mihi molesti essent, induebar cilicio Psal. 34,14.

Et posui vestimentum meum ciliciū. † 68,12.

Pro crispanti crine caluitium, & pro fascia pectorali cilicium. Isa. 3,24.

Super hoc accingite vos ciliciis, plangite & vlulate: quia non est auersa ira furoris Domini à nobis. Ierem. 4,8.

Filia populi mei accingere cilicio, & conspergere cinere: luctum vnigeniti fac tibi, planctum amarum. † 6,26.

Super omne dorsum cilicium. † 48,37.

Accingite vos ciliciis; plangite, & circuite per sepes: quoniam Melchom in transmigrationem ducetur. † 49,3.

Consperserunt cinere capita sua, accincti sunt ciliciis. Thren. 2,10.

Accingent se ciliciis, & operiet eos formido, & in

in omni facie confusio. Ezech. 7,18.

Et scidit vestimenta sua Mathathias, & filij eius; & operuerunt se ciliciis, & planxerunt valdè. 1.Mach.2,14.

Ieiunauerunt illa die, & induerunt se ciliciis. † 3,47.

Accinctæque mulieres ciliciis pectus, per plateas confluebant: sed & virgines quæ conclusæ erant, procurrebant ad Oniam. 2.Mach.3,19.

CINCINNVS.

Caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium. Cant.5,2.

Emissa similitudo manus apprehendit me in cincinno capitis mei. Ezech.8,3, Dan.14,35.

CINGO.

Cingulum verò de bysso retorta. Exod.39,29.

Saul & viri eius in modum coronæ cingebant Dauid & viros eius vt caperēt eos. 1.Reg.23,26.

Cingulum tradidit Chananæo. Prou.31,24.

Neque soluetur cingulum renum eius, nec rumpetur corrigia calceamenti eius. Isa.5,27.

Induam illum [Eliacim] tunica tua, & cingulo tuo confortabo eum, & potestatem tuam dabo in manu eius, & erit quasi pater habitantibus Ierusalem. † 22,21.

Non est cingulum vltrà tibi. † 23,10.

Alius te cinget & ducet quò tu non vis. Ioan.21,18.

CINIS.

Tollite plenas manus cineris de camino, & spargat illum Moyses in cælum coram Pharaone. Exod.9,8.

Lebetes ad suscipiendos cineres, & forcipes, atque fuscinulas. Exod.27,3.

Tolletque cineres, quos vorans ignis exussit. Leuit.6,10.

Altare mundabunt cinere. Num.4,13.

Pauxillum terræ de pauimento tabernaculi mittet in eam [aquam.] † 5,17.

Colliget autem vir mundus cineres vaccæ, & effundet eos extra castra in loco purissimo. † 19,9.

Tollentque de cineribus combustionis atque peccati, & mittent aquas viuas super eos in vas. 17.

Det Dominus imbrem terræ tuæ puluerem, & de cælo descendat super te cinis, donec conteraris. Deut.28,24.

Aspergens [Thamar] cinere capiti suo, scissa talari tunica, impositisque manibus super caput suum, ibat ingrediens & clamans. 2.Reg.13,19.

Hoc erit signum quod locutus est Dominus: Ecce altare scindetur, & effundetur cinis qui in eo est. 3.Reg.13,3,5.

Dispersit cinerem eorum [altarium] in torrentem Cedron. 4.Reg.23,12.

Præcincti ciliciis offerrent sacrificia Domino, & erat cinis super capita eorum. Iudith 4,16.

Mittentes cinerem super capita sua, vnanimes orantes. † 7,4.

Iudith ingressa est oratorium suum; & induens se cilicio, posuit cinerem super caput suum, & prosternens se Domino clamabat ad Dominum. † 9,1.

Quæ cùm audisset Mardochæus, scidit vestimenta sua, & indutus est sacco, spargens cinerem capiti. Esth.4,1,3.

Et pro vnguentis variis cinere & stercore impleuit [Esther] caput. † 14,2.

Memoria vestra comparabitur cineri, & redigentur in lutum ceruices vestræ. Iob 13,12.

Operui cinere carnem meam. † 16,16.

Comparatus sum luto, & assimilatus sum fauillæ & cineri. † 30,19.

Deficiet omnis caro simul, & homo in cinerem reuertetur. † 34,15.

Ipse me reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla & cinere. † 42,6.

Quia cinerem tamquam panem manducabam, & potum meum cum fletu miscebam. Psalmo 101,10.

Sermo scintilla ad commouendum cor nostrum: qua extincta, cinis erit corpus nostrum. Sap.2,3.

Cinis est enim cor eius, & terra superuacua spes illius, & luto vilior vita eius. † 15,10.

Quid superbit terra & cinis? Eccli.10,9.

Omnes homines terra & cinis. † 17,31.

Erunt populi quasi de incendio cinis, spinæ congregatæ igni comburentur. Isa.33,12.

Et darem eis coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu, pallium laudis pro spiritu mœroris. † 61,3.

Vlulate pastores & clamate, & aspergite vos cinere. Ierem.25,34.

Omnem vallem cadauerū & cineris. † 31,40.

Consperserunt cinere capita sua, accincti sunt ciliciis, abiecerunt in terram capita sua virgines Ierusalem. Thren.2,10.

Fregit ad numerum dentes meos, cibauit me cinere. † 3,16.

Attulerunt cinerem, & cribrauit per totum templum coram rege. Dan.14,13.

Abiecit [rex Niniue] vestimentum suum à se, & indutus est sacco, & sedit in cinere. Ionæ 3,6.

Ieiunauerunt illa die, & induerunt se ciliciis, & cinerem imposuerunt capiti suo. 1.Machab.3,47.

Quidam verò cinerem in Lysimachum iecere. 2.Mach.4,41.

Inde in cinerem iussit deiici sacrilegum [Menelaum] omnibus eum propellentibus ad interitum. † 13,6,8.

Ciuitates Sodomorum & Gomorrhæorum in cinerem redigens euersione damnauit. 2.Petri 2,6.

CINNAMOMVM

Cinnamomi medium, id est, ducentos quinquaginta siclos. Exod.30,23.

Fistula & cinnamomum Cant.4,14.

Sicut cinnamomum & balsamum aromatizans odorem dedi. Eccl.24,20.

CIRCINVS.

Fecit illud in angularibus, & in circino tornauit illud. Isa.44,13.

CIRCVLVS.

Circulos aureos præparabis. Exod.25,26,27.

Circuli in latere vno, & duo in altero. 12.

Ponam itaque circulum in naribus tuis, & camum in labiis tuis, & reducam te in viam per quam venisti. 4.Reg.19,28.

Numquid pones circulum in naribus eius? Iob 40,21.

Circulus aureus in naribus suis, mulier pulchra & fatua. Prou.11,22.

Contorquere quasi circulum caput suum, & saccum & cinerem sternere? Isa.58,5.

CIRCVMAMICTVS.

In fimbriis aureis circumamicta varietatibus. Psal.44,15.Apoc.4,4.

CIRCVMCIDO.

Circumcidetur ex vobis omne masculinum, & circumcidetis carnem præputij vestri, vt sit in signum fœderis inter me, & vos. Infans octo dierum circumcidetur in vobis, *&c.* Masculus cuius præputij caro circumcisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo, quia pactum meum irritum fecit. Gen.17,11,14.

Circumcidit Abraham Ismahel, & vernaculos domus suæ. 23.

Circumciditur Abraham anno nonagesimo nono ætatis. 24.

Circumcidatur in vobis omnis masculini sexus: tunc dabimus & accipiemus mutuò filias vestras ac nostras. † 34,15.

Sephora circumcidit filium. Exod.4,25.

Circumcidendus peregrinus, vt comedat Phase. † 12,48.

Et die octauo circumcidetur infantulus. Leuit.12,3.

Circumcidite igitur præputium cordis vestri, & ceruicem vestram ne induretis ampliùs. Deuteron.10,16.

Circumcidet [alienigena] vngues, & deponet vestem in qua capta est, sedensque in domo tua flebit patrem & matrem suam vno mense. † 21,12,13.

Circumcidet Dominus Deus cor tuum, & cor seminis tui, vt diligas Dominum tuum in toto corde tuo, & in tota anima tua, vt possis viuere. † 30,6.

Circumcide secundò filios Israel. Fecit quod iusserat Dominus, & circumcidit filios Israel in colle præputiorum. Iosu.5,2.

Dixitque Dominus ad Iosue: Hodie abstuli opprobrium Aegypti à vobis. 9.

Circumcisionem subsequitur Phase. 9,10.

Circumcidit [Achior] carnem præputij sui, & appositus est ad populum Israel. Iudith 14,6.

Circumcidimini Domino, & auferte præputia cordium vestrorum. Ierem.4,4.

Mulieres quæ circumcidebant filios suos trucidabantur. 1.Mach.1,63.

Circumciderunt pueros incircumcisos quotquot inuenerunt in finibus Israel. † 2,46.

Duæ enim mulieres delatæ sunt natos suos circumcidisse, quas infantibus ad vbera suspensis, cùm publicè per ciuitatem circumduxissent, per muros præcipitauerunt. 2.Mach 6,10.

Et postquam consummati sunt dies octo vt circumcideretur puer, vocatum est nomen eius Iesus. Luc.2,21.

Si circumcisionem accipit homo in sabbato vt non soluatur lex Moysi: mihi indignamini, quia totum hominem sanũ feci in sabbato? Ioan.7,23.

Circumcidit eum [Timotheum] propter Iudæos, qui erant in illis locis. Act.16,3.

Nisi circumcidamini secundũ morem Moysi, non potestis saluari. † 15,1,5.

Circumcisio quidem prodest, si legem obserues. Rom.2,25.

Quæ vtilitas circumcisionis? Multum per omnem modum; primùm quidem quia credita sunt illis eloquia Dei. † 3,1.

Signum accepit circumcisionis, signaculum iustitiæ fidei. † 4,11.

Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse circumcisionis. † 15,8.

Circumcisus aliquis vocatus est? non adducat præputium. 1.Cor.7,18.

Circumcisio nihil est, & præputium nihil est, sed obseruatio mandatorum Dei. 19.

Sed neque Titus, qui mecum erat, cùm esset Gentilis, compulsus est circumcidi. Gal.2,3.

Si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit. † 5,2.

In Christo Iesu neque circumcisio aliquid valet neque præputium, sed fides, quæ per charitatem operatur. 6.

Si circumcisionem adhuc prædico, quid adhuc persecutionem patior? 11.

Volunt vos circumcidi, vt in carne vestra glorientur. † 6,13.

In Christo enim Iesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed noua creatura. 15.

Nos enim sumus circumcisio, qui spiritu seruimus Deo, & gloriamur in Christo Iesu. Philip.3,3,5.

In quo & circumcisi estis circumcisione non manufacta in expoliatione corporis carnis; sed in circumcisione Christi. Col.2,11.

CIRCVMDO.

Circumdabitisq; atrium tentorij. Exod.40,8.

Circumdederunt eum [Samsonem] positis in porta ciuitatis custodibus. Iudic.16,2.

Circumdate ciuitatem. 3.Reg.20,12.

Circumdata est ciuitas à fundibulariis, & magna ex parte percussa. 4.Reg.3,25.

Circumdata est vrbs munitionibus. † 24,10.

Circumdederunt me lanceis suis. Iob 16,14.

Circũdederunt me dolores mortis. Psal.17,5.

Circumdederunt me vituli multi. † 21,13.

Circumdate Sion, & complectimini eam. † 47,13.

Circumdabit eam super muros eius iniquitas. † 54,11.

Circumdederunt me sicut aqua. † 87,17.

Circumdederunt me sicut apes, & exarserunt sicut ignis in spinis. † 117,12.

Cirumdederunt me vndique, & non erat qui adiuuaret. Eccli.51,10.

CIRCVMDVCO.

Circumduxit per viam deserti. Exod.13,18.

Circumduxerunt arcam Dei Israel. Illis autem circumducentibus eam, fiebat manus Domini per singulas ciuitates interfectionis magnæ nimis. 1.Reg.5,9.

Circumduxit eum [Isboseth] per castra, regemque constituit. 2.Reg.2,9.

CIRCVMEO.

Circuiuit [Ioseph] omnes regiones Aegypti. Gen.41,46.

Circuite vrbem cuncti bellatores semel per diem, sicque facietis sex diebus. Ios.6,3.

Ibat per singulos annos [Samuel] circuiens Bethel, & Galgala, & Masphath, & iudicabat Israelem. 1.Reg.7,16.

Eliachim, sacerdos Domini magnus circuiuit omnem Israel, allocutusque est eos. Iudith 4,11.

Circuiui terram & perambulaui eam. Iob 1,7. † 2,2.

In circuitu impij ambulant. Psal.11,9.

Omnes gentes circuierunt me. † 117,10,11.

Surgam, & circuibo ciuitatem, per vicos & plateas quæram quem diligit anima mea. Cant.3,2.

Circui ciuitatem meretrix obliuioni tradita: benè cane, frequenta canticum, vt memoria tui sit. Isa.23,16.

CIRCVMFERO.

Vt iam non simus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum. Eph.4,6.

Qui enim hæsitat, similis est fluctui maris, qui à vento mouetur, & circumfertur. Iacobi 1,6. † 3,3,4. Iudæ v.12.

CIRCVMPONO.

Bona abscondita in ore clauso, quasi appositiones epularum circumpositæ sepulchro. Eccli.30,18. Ioan.19,21.

CIRCVMSPICIO.

Noli circumspicere in vicis ciuitatis. Eccli.9,7. † 14,22. † 23,26.

Circumspexi, & non erat auxiliator. Isa.63,5. Baruch 4,36. † 6,17. Marc.3,5. Lucæ 6,10.

CIRCVMVENIO.

Pater vester circumuenit me. Gen.31,7.

Circumueniamus ergo iustum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius operibus nostris. Sap.2,12. † 10,13. Act.7,19.

Vt non circumueniamur à satana. 2.Cor 2,11. † 7,2. † 12,17,18. 1.Thes.4,6.

In astutia, ad circumuentionem erroris. Eph.4,14.

CIS.

Cis fuit pater Saul. 1.Reg.14,51.

CISTERNA.

Miserunt eum [Ioseph] in cisternam, quę non habebat aquam. Gen.37,24.

Si quis aperuerit cisternam, & foderit, & non operuerit eam. Exod.21,33.

Abscondunt se Hebræi in cisternis. 1.Reg.13,6.

Vsq; ad cisternam magnam, quæ est in Socho. † 19,22.

Effodit [Ozias] cisternas plurimas. 2.Paralip.26,10.

Defecerunt cisternæ, & collectiones aquarum. Iudith 7,11.

Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, quę continere non valent aquas. Ierem.2,13.

Sicut frigidam fecit cisterna aquam suam, sic frigidam fecit malitiam suam; iniquitas & vastitas audietur in ea. † 6,7.

CITATVS, CITO.

Aut ignem, aut spiritum, aut citatum aërem. Sap.13,2.

Noli citatus esse in lingua tua, & inutilis, & remissus in operibus tuis. Eccli.4,34. † 18,26. Act.24,2.

Misericordia enim & ira ab illo citò proximant. † 5,7.

Ecce venio citò, & merces mea mecum est. Apoc.22,12,20.

CITHARA.

Iubal, ipse fuit pater canentium cithara & organo. Gen.4,21.

Quærent hominem scientem psallere cithara, vt quando arripuerit te spiritus Domini malus, psallat manu sua, & leuiùs feras. 1.Reg 16,16.

Citharas, lyrasque cantoribus. 3.Reg.10,12.

Confitemini Domino in cithara, in psalterio decem chordarum psallite illi. Psal.32,2.

Psallite Deo nostro in cithara. † 146,7.

Cithara, & lyra, & tympanum, & tibia, & vinum in conuiuiis vestris: & opus Domini non respicitis. Isa.5,12.

Sume citharam, circui ciuitatem, meretrix obliuioni

liuioni tradita: benè cane, frequenta canticum, vt memoria tui sit. † 23,16.

Et quiescere faciam multitudinem canticorum tuorum, & sonitus citharatum tuarum non audietur amplius. Ezech.26,13.

Habentes singuli citharas, & phialas aureas, plenas odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorum. Apoc.5,8

Vocem quam audiui, sicut citharœdorum citharizantium in citharis suis. 14,2.

Habentes citharas Dei, & cantantes canticum Moysi serui Dei. † 15,3.

CIVITAS.

Aedificauit [Cain] ciuitatem, vocauitque nomen eius ex nomine filij sui, Henoch. Gen.4,17.

Chale, hæc est ciuitas magna. † 10,12.

Ciuitatem pessimam seruassent decem iusti. † 18,33.

Ciuitatem Segor seruat Lot suis precibus. † 19,21.

Separauit Moyses tres ciuitates trans Iordanem, ad Orientalem plagam, vt confugiat ad eas qui occiderit nolens proximum suum. Deuter.4,42. 1.Par.6,57.

Et dederit tibi ciuitates magnas & optimas quas non ædificasti, domos plenas cunctarum opum, quas non extruxisti, vineta & oliueta quæ non plantasti. † 6,10.

Ciuitates in quibus seductores sunt, euertenda. † 13,14,15.

Ciuem & amicum repetendi non habebis potestatem. † 15,3.

Sitque ciuitas hæc anathema: & omnia quæ in ea sunt, Domino. Ios.6,17.

Ciuitas literarum. † 15,15.

Vsque ad ciuitatem munitissimam Tyrum. † 19.29.

Hirsemes, id est, ciuitas solis. 41.

Ciuitates Leuitarum fuerunt quadraginta octo. † 21,39.

Nobe autẽ ciuitatem sacerdotum percussit in ore gladij. 1.Reg.22,19.

Cepit autem Dauid arcem Sion, hæc est ciuitas Dauid. 2 Reg.5,7.

Et tu quæris subuertere ciuitatem, & euertere matrem in Israel? † 20,19.

Ciuitates, quas extruxit. 3.Reg.15,23.

Ciuitates, quas tulit pater meus à patre tuo reddam, & plateas fac tibi in Damasco. † 20, 34.

Percutietis omnem ciuitatem munitam, & omnem vrbem electam. 4.Reg 3,19.

Ciuitates destruxerunt. 25.

Ciuitas conquieuit. † 11,20.

Proiiciam ciuitatem hanc, quam elegi, Ierusalem. † 23,27.

Hæ ciuitates eorum, vsque ad regem Dauid. 1.Par.4 31.

Filiis Aaron dederunt ciuitates ad confugiendum. † 6,57.

Ciuitates munitissimas ædificauit [Salomon] in Emath. 2 Par.8,4.

Si ciuitas illa [Ierusalem] ædificata fuerit, & muri eius instaurati, tributum & vectigal, & annuos reditus non dabunt, & vsque ad reges hæc noxa perueniet. 1.Esd.4,13.

Ciuitas autem [Ierusalem] erat lata nimis, & grandis, & populus paruus in medio eius. 2.Esd.7,4.

Ciuitatis dedicatio in gaudio. † 12,27.

Ciuitates euertet peccatum. Tob.14,6,13.

Aedificauit [Arphaxad] ciuitatem potentissimam, quam appellauit Ecbatanis. Iudith 1,1.

Effregit autem [Holofernes] ciuitatem opinatissimam Melothi, prædauitque omnes filios Tharsis. † 2,13.

Fregit omnes ciuitates excelsas quæ erant ibi. 14.

Ciuitas inobediens euerti iubetur. Esth.16,24.

Mirificauit misericordiam suam mihi in ciuitate munita. Psal.30,22.

Mons Sion, latera Aquilonis, ciuitas regis magni. † 47,3.

Quis deducet me in ciuitatem munitam? † 59,11. † 107,11.

Constituerunt ciuitatẽ habitationis. † 106,36.

Ciuitatem fortium ascendit sapiens, & destruxit robur fiduciæ eius. Prou.21,22.

Ciuitas parua & pauci in ea viri: venit contra eam rex magnus, & vallauit eam, extruxitque munitiones per gyrum, & perfecta est obsidio. Inuentusque in ea vir pauper, & sapiens, & liberauit vrbem per sapientiam suam, & nullus deinceps recordatus est hominis illius pauperis. Eccles.9,14.

In ciuitate sanctificata similiter requieui. Eccli.24,15.

Lingua tertia multos commouit, & dispersit illos de gente in gentem: ciuitates muratas diuitum destruxit, & domos magnatorum effodit. † 28,16.

Miserere ciuitati sanctificationis tuæ Ierusalem, ciuitati requiei tuæ. † 36,15.

Quam gloriam adeptus est [Iosue] in tollendo manus suas, & iactando cõtra ciuitates rhomphæas? † 46,3.

Incenderunt electam sanctitatis ciuitatem, & desertas fecerunt vias ipsius. † 49,8.

Qui præualuit amplificare ciuitatem. † 50,5.

Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis, plena iudicij? Isa.1,21.

Post hæc vocaberis ciuitas iusti, vrbs fidelis. 26.

Derelictę ciuitates Aroër gregibus erũt. † 17,2.

Erunt ciuitates fortitudinis eius derelictæ, sicut aratra, & segetes, quæ derelictæ sunt à facie filiorum Israel. 9.

Erunt quinque ciuitates in Terra Aegypti loquentes lingua Chanaan, & iurantes per Dominum

num exercituum: Ciuitas solis vocabitur vna. † 19,18.

Scissuras ciuitatis Dauid videbitis. † 22,9.

Attrita est ciuitas vanitatis, clausa est omnis domus nullo introëunte. † 24,10.

Posuisti ciuitatem in tumulum, vrbem fortem in ruinam, domum alienorum; vt non sit ciuitas, & in sempiternum non ædificetur. † 25,2.

Incuruabit habitantes in excelso, ciuitatem sublimem humiliabit. † 26,5.

Ciuitas enim munita desolata erit, speciosa relinquetur & dimittetur quasi desertum, ibi pascetur vitulus. † 27,10.

Væ Ariel, Ariel ciuitas, quam expugnauit Dauid. † 29,1.

Induere vestimentis gloriæ tuæ Ierusalem, ciuitas sancti. † 52,1.

Vocabunt te Ciuitatem Domini: Sion sancti Israel. † 60,14.

Vocaberis: Quæsita ciuitas, & non Derelicta. † 62,12.

Ciuitas sancti tui facta est deserta, Sion deserta facta est. † 64,10.

Dedi te hodie in ciuitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æreum super omnem terram. Ierem. 1,18.

Posuerunt terram eius in solitudinem: ciuitates eius exustæ sunt. † 2,15.

Ciuitates tuæ vastabuntur, remanentes absque habitatore. † 4,7.

Fundite circa Ierusalem aggerem: hæc est ciuitas visitationis, omnis calumnia in medio eius. † 6,6.

Ingrediamur ciuitatem munitam, & sileamus ibi. † 8,14.

Ciuitates Austri clausæ sunt, non est qui aperiat. † 13,19.

Ponam ciuitatem istam sicut Topheth. † 19, 12,13.

Ponam ciuitatem hanc in stuporem & in sibilum. † 19,8.

Sit homo ille vt sunt ciuitates, quas subuertit Dominus, & non pœnituit eum. † 20,16.

Aedificabitur ciuitas in excelso tuo. † 30,18.

Aedificabitur ciuitas Domino à turre Hananeel vsque ad portam anguli. † 31,38.

Ciuitates Iuda dabo in solitudinem, eò quòd non sit habitator. † 34,22.

Quomodo sedet sola ciuitas plena populo. Thren. 1,1.

Ciuitates, quibus seruierunt filij tui, punientur, & quæ accepit filios tuos. Baruch 4,32.

Ciuitates, quæ nunc habitantur desolatę erunt, terraque deserta, & scietis quia ego Dominus. Ezech. 12,20.

Ciuitas effundens sanguinem in medio sui, vt veniat tempus eius. † 22,3.

Væ ciuitati sanguinum, cuius ego grandem faciam pyram. † 24, 9.

Montem excelsum nimis super quem erat quasi ædificium ciuitatis vergentis ad Austrum. † 40,2.

Ciuitatem & sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo. Dan. 9,26.

Aedificabunt ciuitates desertas & inhabitabunt. Amos 9,14.

Perdam ciuitates terræ tuæ, & destruam omnes munitiones tuas. Mich. 5,11.

Væ ciuitas sanguinum, vniuersa mendacij dilaceratione plena. Nahum 3,1.

Hæc est ciuitas gloriosa habitans in confidentia, quę dicebat in corde suo: Ego sum, & extra me non est alia amplius. Soph. 2,15.

Væ prouocatrix & redempta ciuitas, columba. † 3,1.

Vocabitur Ierusalem Ciuitas veritatis, & Mons Domini exercituum mons sanctificatus. Zach. 8,3.

Comprehendit [Antiochus] ciuitates munitas in Terra Aegypti. 1. Mach. 1,20.

Aedificauerunt ciuitatem Dauid muro magno & firmo, & turribus firmis. 35.

Et à tribus ciuitatibus quæ additæ sunt illi ex Samaria, & Galilæa. † 10,30.

Non potest ciuitas abscondi supra montem posita. Matth. 5,15.

Neque per Ierosolymam [iurare] quia ciuitas est magni Regis. 35.

Venit in ciuitatem suam. † 9,1.

Videns ciuitatem, fleuit super eam. Luc. 19,41.

Quid acturus es? hic enim homo, ciuis Romanus est. Act. 22,26.

Ego multa summa ciuilitatem hanc consecutus sum. Et Paulus ait: Ego autem & natus sum. 28.

Iam non estis hospites, & aduenæ, sed estis ciues sanctorum & domestici Dei. Ephes. 2,19.

Expectabat enim [Abraham] fundamenta habentem ciuitatem, cuius artifex & conditor Deus. Heb. 11,10.

Accessistis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis. † 12,22.

Non enim habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. † 13,14.

Ciuitatem sanctam calcabunt mensibus quadraginta duobus. Apoc. 11,2.

Mulier, quam vidisti, est ciuitas magna, quæ habet regnum super reges terræ. † 17,18.

Væ, væ, ciuitas illa magna, quæ amicta erat bysso, & purpura, & cocco, & deaurata erat auro & lapide pretioso. † 18,16.

Vidi sanctam ciuitatem Ierusalem nouam descendentem de cælo à Deo, paratam, sicut sponsam ornatam viro suo. † 21,2.

Sustulit me in spiritu in montem magnum & altum, & ostendit mihi ciuitatem sanctam Ierusalem

salem descendentem de cælo à Deo, habentem claritatem Dei. 10.

Ciuitas in quadro posita est. 16.

Ciuitas non eget sole neque luna, vt luceant in ea, nam claritas Dei illuminauit eam, & lucerna eius est Agnus. 23.

CLADES.

Miserias & clades Iudæorum prosperitates rerum suarum existimantes. 2.Mach.14,14,40.

CLAMO.

Clamor Sodomorum & Gomorrhæorum multiplicatus est, & peccatum eorum aggrauatum est nimis. Gen.18,20.

Ascenditque clamor eorum ad Deum ab operibus. Exod.2,23.

Vidi afflictionem populi mei in Aegypto, & clamorem eius audiui propter duritiam eorum, qui præsunt operibus. † 3,7,9.

Eritque clamor magnus in vniuersa Terra Aegypti. † 11,6.

Quid clamas ad me? Loquere filiis Israel vt proficiscantur. † 14,15.

Non clamabitis, nec audietur vox vestra. Ios.6,10.

Vociferamini: tradidit enim vobis Dominus ciuitatem. 16.

Audierunt Philisthijm vocem clamoris magni in castris Hebræorum. 1.Reg.4,6.

Clamabitis in die illa à facie regis vestri, quem elegistis vobis: & non exaudiet vos Dominus in die illa, quia petistis vobis regem. † 8,18.

Respexi populum meum, venit enim clamor eorum ad me. † 9,16.

Clamauit ergo populus post Saul in Galgala. † 13,4.

Clamabat [Goliath] aduersum phalangas Israel. † 17,8.

Clamabat [Dauid] voce magna: Fili mi Absalom. 2.Reg.19,4.

Clamauit [Elias] ad Dominũ. 3.Reg.17,20.

Clamate voce maiore: Deus enim est, & forsitan loquitur, aut in diuersorio est. † 18,27.

Clamans ad regem pro domo sua, & pro agris suis. 4.Reg.8,5.

Clamabimus ad te in tribulationibus nostris, & exaudies, saluosque facies. 2.Par.20,9.

Et factus est clamor populi, & vxorum eius magnus, aduersus fratres suos Iudæos. 2.Esd.5,1.

Clamauerunt voce magna ad Dominum Deum suum. † 9,4.

Clamauit omnis populus ad Dominum instantia magna. Iudith 4,8.

Clamauerunt [Israelitæ] ad Dominum, & percussit totam Terram Aegypti plagis variis. † 5,10.

Et cùm fatigati his clamoribus, & his fletibus lassati fuissent. † 7,22.

Holofernes iacet in terra, &c. Et factus est clamor incomparabilis in medio castrorum. † 14,18.

Præcedebat [Aman] atque clamabat: Hoc honore condignus est, quemcumque rex voluerit honorare. Esth.6,11.

Ieiunia, & clamores, & sortium dies. † 9,31.

Dracones magni, paratique contra se in prælium, ad quorum clamorem cunctæ concitatæ sunt nationes. † 11,6,7.

Ecce clamabo vim patiens, & nemo audiet; vociferabor. Iob 19,7.

Clamo ad te, & non exaudis me. † 30,20.

Si aduersum me terra mea clamat, & cum ipsa sulci eius deflent. † 31,38.

Vt peruenire facerent ad eum clamorem egeni. † 34,28.

Clamaui, & exaudiuit me de monte sancto suo. Psalm.3,5.

Clamaui, quoniam exaudisti me Deus. † 16,6.

Clamauerunt, nec erat qui saluos faceret. † 17,42.

Clamabo per diem, & non exaudies. † 21,3.

Clamauerunt iusti, & Dominus exaudiuit eos. † 33,18.

Clamabo ad Deum altissimum: Deum qui benefecit mihi. † 56,3.

Clamor meus ad te veniat. † 101,2.

Clamauerunt ad Dominum cùm tribularentur. † 106,6,28.

Clamaui in toto corde meo, exaudi me Domine. † 118,145,146.

Clamaui, & exaudiuit me. † 119,1.

De profundis clamaui ad te Domine. † 129,1.

Domine clamaui ad te, exaudi me. † 140,1.

Neque clamor in plateis eorum. † 143,14.

Circuiuit clamor terminum Moab, vsque ad Gallim vlulatus eius. Isa.15,8.

Clamoris plena vrbs frequens, ciuitas exultans. † 22,2.

Clamor erit super vino in plateis. † 24,11.

Vox dicentis: Clama. Et dixi: Quid clamabo? Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos agri. † 40,6.

Non clamabit, nec accipiet personam, nec audietur vox eius foris. † 42,2.

Cùm clamaueris, liberent te congregati tui, & omnes eos auferet ventus, tollet aura. † 57,13.

Clama, ne cesses; quasi tuba exalta vocem tuã, & annuntia populo meo scelera eorũ. † 58,1.

Antequam clament, ego exaudiam: adhuc illis loquentibus, ego audiam. † 65,24.

Clama in auribus Ierusalem. Ier.2,2.

Audiatur clamor de domibus eorum. † 18,22.

Audiat clamorem manè, & vlulatum in tempore meridiano. † 20,16.

Vox clamoris pastorum, & vlulatus optimatum gregis. † 25,36.

Quid clamas super contritione tua? insanabilis

lis est dolor tuus: propter multitudinem iniquitatis tuæ,& propter dura peccata tua feci hæc tibi. † 30,15.

Clama ad me,& exaudiam te: & annuntiabo tibi grandia. † 33,3.

Contrita est Moab: annuntiate clamorem paruulis eius. † 48,4.

Clamate ad Dominum, & eripiet vos de manu principum inimicorum. Baruch 4,21.

A sonitu clamoris gubernatorum tuorum conturbabuntur classes. Ezech.27,28,30.

Et non clamauerunt ad me in corde suo, sed vlulabant in cubilibus suis. Osee 7,14.

Clamabunt ad Dominum, & non exaudiet eos,& abscondet faciem suam ab eis in tempore illo, sicut nequiter egerunt in adinuentionibus suis. Mich.3,4.

Vsquequò Domine clamabo,& non exaudies? vociferabor ad te vim patiens, & non saluabis? Habac.1,2.

Sic clamabunt,& non exaudiam. Zach.7,13.

Clamemus in cælum, & miserebitur nostri Dominus. 1.Mach.4.

Clamor belli ascẽdit ad cælũ sicut tuba.† 5,31.

Clamate in cælum vt liberemini de manu inimicorum vestrorum. † 9,46.

Puer meus,quem elegi,dilectus meus,*&c.* non contendet neque clamabit, neque audiet aliquis in plateis vocem eius. Matth.12,19.

Iesus autem iterùm clamans voce magna, emisit spiritum. † 27,50.

Comminabantur ei [cæco] multi vt taceret. At ille multò magis clamabat: Fili Dauid miserere mei. Marc.10,48.

Clamans voce magna Iesus ait: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. Luc.23,46.

Vox facta vna est omnium,quasi per duas horas clamantiũ: Magna Diana Ephesiorũ. Act.19,34

Sequebatur enim [Paulum] multitudo populi clamans: Tolle eum. 21,36.

Factus est autem clamor magnus. † 23,9.

Omnis amaritudo,& ira, & indignatio,& clamor, & blasphemia tollatur à vobis cum omni malitia. Ephes.4,31.

Christus,*&c.* Qui in diebus carnis suæ preces, supplicationesque ad eum, qui possit illum saluum facere à morte, cum clamore valido & lacrymis offerens,exauditus est pro sua reuerentia. Heb.5,7.

CLANGO.

Clangorque buccinæ vehementissimè perstrepebat. Exod.19,16.

Clangetis vlulantibus tubis, & erit recordatio vestri coram Domino Deo vestro,vt eruamini de manibus inimicorum vestrorum. Num.10,9.

Dies clangoris est & tubarum. † 29,1.

Clangite & conclamate: Domino & Gedeoni. Iudic.7,18.

CLARITAS.

Beatus ero si fuerint reliquiæ seminis mei ad videndam claritatem Ierusalem. Tob.13,20.

O quàm pulchra est casta generatio, cum claritate! Sap.4,1.

Enarratio quædam est claritatis omnipotentis Dei sincera. † 7,25.

Habebo propter hanc claritatem ad turbas. † 8,10.

Dedit illi claritatem æternam. † 10,14.

Claritas Dei circumfulsit illos, & timuerunt timore magno. Luc.2,9.

Ego claritatem ab hominibus non accipio. Ioan.5,41.

Venit hora, vt clarificetur Filius hominis. † 12,23.

Nunc clarificatus est Filius hominis: & Deus clarificatus est in eo. 13,31.

Ille me clarificabit, quia de meo accipiet & annuntiabit vobis. † 16,14.

Clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te. † 17,1.

Clarifica me tu Pater,apud temetipsum,claritate quam habui,priùs,quàm mundus esset,apud te. 5.

Ego,claritatem quam dedisti mihi,dedi eis, vt sint vnum,sicut & nos vnum sumus. 22.

Alia claritas solis, alia claritas lunæ, & alia claritas stellarum. 1.Cor.15,41.

Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Philip.3,21.

Ostendit mihi ciuitatem sanctam Ierusalem, descendentem de cælo à Deo, habentem claritatem Dei, & lumen eius simile lapidi pretioso. Apoc.21,11.

CLASSIS.

Classem quoque fecit rex Salomon. 3.Regum 9,26.

Classis regis per mare cum classe Hiram semel per tres annos ibat in Tharsis deferens inde aurum & argentum,& dentes elephantorum, & simias & pauos. † 10,22.

Rex verò Iosaphat fecerat classes in mari,quæ nauigarent in Ophir propter aurum, & ire non potuerunt,quia confractæ sunt. † 22,49. 2.Paral.20,36.

Classem euertit fœdus cum impio. 2.Par.20,37.

CLAVDO.

Clausi quoque defecerunt, residuique consumpti sunt. Deut.32,36.

Iericho autem clausa erat atque munita,timore filiorum Israel. Ios.6,1.

Clausum in carcere [Samsonem] molere fecerunt. Iudic.16,21.

Erant clausæ vsque in diem mortis suæ in viduitate viuentes. 2.Reg.20,3.

Si clausum fuerit cælum, & non pluerit pro-

pter peccata eorum. 3.Reg.8,35.

Et clausum & nouissimum in Israel. † 14,10.

Interficiam de Achab mingentem ad parietem,& clausum & vltimum in Israel. † 21,21.

Claudite ostium, & non sinatis eum introire. 4.Reg.6,32.

Claude ostia tua super te.abscondere modicum ad momentum. Isa 26,20.

Porta hæc clausa erit; non aperietur,& vir non transibit per eam: quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per eam,eritque clausa principi. Ezech.44,2,3.

Quia clauditis regnum cælorum ante homines. Matth.23,13.

Hi habent potestatem claudendi cælum ne pluat diebus prophetiæ ipsorum. Apoc 11,6.

CLAVDVS.

Claudicat Iacob. Gen.32,31.

Cecidit[Miphiboseth] & claudus effectus est. 2.Reg.4,4. † 9,13.

Vsquequò claudicatis in duas partes? si Dominus est Deus, sequimini eum: si autem Baal, sequimini illum. 3.Reg.18,21.

Tunc diuidentur spolia prædarum multarum: claudi diripient rapinam. Isa,33,23.

Tunc saliet sicut ceruus claudus. † 35,6.

Congregabo claudicantem, & eam quam eieceram,colligam. Mich.4,6.

Saluabo claudicantem,& eam quæ eiecta fuerat,congregabo. Soph.3,19.

Claudus annorum quadraginta sanatur. Act.3,2. † 4,22.

Quidam vir Lystris infirmus pedibus sedebat, claudus ex vtero matris suæ, qui numquam ambulauerat. † 14,7.

Surge super pedes tuos rectus. Et exiliuit,& ambulabat. 9.

Gressus rectos facite pedibus vestris: vt non claudicans quis erret, magis autem sanetur. Heb.12,13.

CLAVIS.

Dabo clauem domus Dauid super humerum eius,& aperiet,& non erit qui claudat:& claudet, & non erit qui aperiat. Isa.22,22.

Tibi dabo claues regni cælorum. Mat.16,19.

Væ vobis Legisperitis, quia tulistis clauem scientiæ,ipsi non introistis,& eos,qui introibant, prohibuistis. Luc.11,52.

Habeo claues mortis & inferni. Apoc.1,18.

Qui habet clauem Dauid; qui aperit,& nemo claudit; claudit, & nemo aperit. † 3,7.

Et vidi Angelum descendentem de cælo habentem clauem abyssi, & catenam magnam in manu sua,& apprehendit draconem. † 20,1,2.

CLAVVS.

Sin autem nolueritis interficere habitatores Terræ: qui remanserint,erunt vobis quasi claui in oculis,& lanceæ in lateribus. Num.33,55.

Clauo occiditur Sisara. Iudic.4,21.

Clauos fecit aureos. 2.Par.3,9.

Verba sapientium sicut stimuli, & quasi claui in altum defixi. Eccles.12,11.

CLEMENTIA.

Clementia Ioseph. Gen.43,27.

Miserebor cui voluero,& clemens ero in quem mihi placuerit. Exod.33,19.

Et non mererentur vllam clementiam. Iosue 11,20.

Vbicumque clementis in me patrisfamilias reperero gratiam. Ruth 2,2.

Audiuimus quòd reges domus Israel clementes sint. Ponamus itaque saccos in lumbis nostris, & funiculos in capitibus nostris,& egrediamur ad regem Israel: forsitan saluabit animas nostras. 3.Reg.20,31.

Tu autem Deus,propitius, clemens & misericors,longanimis & multæ miserationis, non dereliquisti eos. 2.Esd.9,17.31.

Nisi fortè rex auream virgam ad eum tetenderit pro signo clementiæ,atque ita possit viuere. Esther 4,11. † 8,4.

Sed clementia & lenitate gubernare subiectos. † 13,2.

Clementia præparat vitam, & sectatio malorum mortem. Prou.11,19.

In hilaritate vultus regis, vita: & clementia eius quasi imber serotinus. † 16,15. † 20,28.

Os suum aperuit sapientiæ,& lex clementiæ in lingua eius. † 31,26.

Scio enim quia tu clemens & misericors es. Ionæ 4,2.

CLEOPHAS.

Respondens vnus, cui nomen Cleophas. Luc.24,18. Ioan.19,25.

CLERVS.

Si dormiatis inter medios cleros. Psal.67,14.

CLIBANVS.

Clibanus fumans & lampas ignis,transiens inter diuisiones illas. Gen.15,17.

Pones eos vt clibanum ignis in tempore vultus tui. Psal.20,10.

Qui applicuerunt quasi clibanum cor suum, cùm insidiaretur eis: tota nocte dormiuit coquens eos. Osee 7,6.

CLIVVS.

Cumque ascenderent cliuum ciuitatis. 1.Regum 9,11.

Porrò Dauid ascendebat cliuum oliuarum, scandens & flens. 2.Reg.15,30.

CLVSOR.

Omnem artificẽ & clusorẽ. 4.Reg.24,14.16.

CLYPEVS.

Leua clypeum, qui in manu tua est, contra vrbem Hai. Ios.8,18.

Clypeus & hasta si apparuerint in quadraginta millibus Israel. Iudic.5,8.

Cly-

Clypeus æreus tegebat humeros eius. 1.Regum 17,6.

Quia ibi abiectus est clypeus fortium. 2.Regum 1,21.

Nec occupabit eam [Ierusalem] clypeus. 4.Reg.19,32.

Surgite principes, arripite clypeum. Isa.21,5.

Clypeus fortium eius ignitus, viri exercitus in coccineis. Nahum 2,3.

Misit Simon Numenium Romam, habentem clypeum aureum magnum, pondo mnarum mille, ad statuendam cum eis societatem. 1.Machab.14,24.

COACERVO.

Eritque Omnipotens contra hostes tuos, & argentum coaceruabitur tibi. Iob 22,25.

Qui coaceruat diuitias vsuris & fœnore, liberali in pauperes congregat eas. Prou.28,8.

Coaceruaui mihi argentum & aurum, & substantias regũ. Eccles.2,8. Ezech.38,7. Hab.2,5. Zach.9,3.

Sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus, 2.Tim.4,3.

COADVNO.

Congregate populum, sanctificate Ecclesiam, coadunate senes, congregate paruulos & sugentes vbera. Ioel.2,16.

COAEQVO.

Panis, &c. subuertit [tabernaculum] & terræ funditus coæquauit. Iudic.7,13.

Mensus est eos funiculo, coæquans terræ. 2.Reg.8,2. † 22,34.

Coæquauit voraginem ciuitatis Dauid patris sui. 3.Reg.11,27.

COAETANEVS.

Proficiebam in Iudaismo supra multos coætaneos meos. Gal.1,14.

COAEVVS.

Si viderit vultus vestros macilentiores præ ceteris adolescentibus coæuis vestris, condemnabitis caput meum regi. Dan.1,10.

COAGVLO.

Coagulatum est sicut lac cor eorum. Psalmo 118,70.

Decem mensium tempore coagulatus in sanguine. Sap.7,2.

COANGVSTO.

Ceperuntque Manassen, & vinctum catenis atque compedibus duxerunt in Babylonem, qui postquam coangustatus est, orauit Dominum Deum suum, & egit pœnitentiam valdè coram Deo patrum suorum. 2.Par.33,12.

COARCTO.

Coarctati sunt in terra, coangustati sunt in deserto. Exod.14,3.

Et ait Saul: Coarctor nimis, siquidem Philisthiim pugnant aduersum me, & Deus recessit à me. 1.Reg.28,15.

Dixit autem Dauid ad Gad: Coarctor nimis: sed melius est vt incidam in manus Domini (multæ enim misericordiæ eius sunt) quàm in manus hominum. 2.Reg.24,14.

Coarctat me spiritus vteri mei. Iob 32,18.

COCCINVM, COCCVS.

Obstetrix ligauit coccinum, dicens: Iste egredietur prior. Gen.38,18.

Si ingredientibus nobis Terram, signum fuerit funiculus iste coccineus, & ligaueris eum in fenestra. Ios.2,18. † 7,21.

Si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabuntur. Isa.1,8. Heb.9,19. Apocal.17,4.

Tu autem vastata quid facies? cùm vestieris te coccino, cùm ornata fueris monili aureo, & pinxeris stibio oculos tuos, frustrà componêris, contempserunt te amatores tui, animam tuam quærent. Ierem.4,30.

COCHLEA.

Et per cochleam ascendebant in medium cœnaculum. 3.Reg.6,8. Ezech.41,7.

COCVS.

Dixitque Samuel coco: Da partem, quam dedi tibi. 1.Reg.9,23.

COCYTVS.

Dulcis fuit glareis Cocyti. Iob 21,33.

CODEX.

Doctrinam sapientiæ & disciplinæ scripsit in codice isto Iesus filius Sirach. Eccli.50,29.

COENO.

Cœnacula & tristega facies in ea. Gen.6,16.

Sedebat autem in æstiuo cœnaculo solus. Iudic.3,20.

Faciamus ergo ei [Eliseo] cœnaculũ paruum, vt ponamus ei in eo lectulum, & mensam, & sellam, & candelabrum. 4.Reg.4,10.

Ozias, finito consilio suscepit eum [Achior] in domum suam, & fecit ei cœnam magnam. Iudith 6,14.

Holofernes fecit cœnam seruis suis. † 12,10.

Rugiunt autem clamantes contra deos suos, sicut in cœna mortui. Baruch 6,31.

Per cochleam, & in cœnaculum templi deferebat per gyrum. Ezech.41,7.

Et ipse vobis demonstrabit cœnaculum grande stratum. Marc.14,15. Luc.22,12.

Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos. Luc.14,16.

Nemo virorum illorum, qui vocati sunt, gustabit cœnam meam. 24.

Fecerunt autem ei cœnam ibi: & Martha ministrabat, Lazarus verò vnus erat ex discumbentibus cum eo. Ioan.12,2.

Iam non est Dominicam cœnam manducare. 1.Cor.11,20.

Cœnabo cum illo & ipse mecum. Apocalypsis 3,20.

Beati qui ad cœnam nuptiarum agni vocati sunt. † 19,9.

Congregamini ad cœnam magnam Dei, vt manducetis carnes regum, & tribunorum, & carnes fortium, & carnes equorum & sedentium in ipsis. 18.

COENOMYIA.

Misit in eos cœnomyiam, & comedit eos. Psal.77,45. † 104,31.

COENVM.

Descendit itaque Ieremias in cœnum. Ierem.38,6,22.

COEO.

Vt in calore coitus oues intuerentur virgas, & in aspectu earum conciperent. Gen.30,39.

Qui coierit cum iumento, morte moriatur. Exod.22,19.

Iumentum tuum non facies coire cum alterius generis animantibus. Leuit.19,19.

COEPI.

Misitque Dominus spiritum pessimum inter Abimelech, & habitatores Sichem, qui cœperunt eum detestari. Iudic.9,23.

Dixi: Nunc cœpi: hæc mutatio dexteræ Excelsi. Psal.76,11.

Qui cœpit in vobis opus bonum: perficiet vsque in diem Christi Iesu. Philip.1,6.

COERCEO.

Coërcitus [filius] obedire contempserit, apprehendent eum, & ducent ad seniores ciuitatis. Deut.21,18.

Et coërcui aquas multas. Ezech.31,15.

Coërceat linguam suam à malo. 1.Pet.3,10.

COETVS.

In cœtu illorum non sit gloria mea. Genes.49,6.

Omnis cœtus filiorum Israel faciet illud [Phase.] Exod.12,47.

Offeretis holocaustum Domino: est enim cœtus atque collectæ. Leuit.23,36.

Et erunt filij eius sicut à principio, & cœtus eius coram me permanebit. Ierem.30,20.

COGITO.

Cui dubium est quòd pessimè cogitetis. Exodi 10,10.

Scio enim cogitationes eius, quæ facturus sit hodie. Deut.31,21.

Deus scientiarum Dominus est, & ipsi præparantur cogitationes. 1.Reg.2,3.

Quòd cogitasti in corde tuo ædificare domum nomini meo, benè fecisti, hoc ipsum mente tractans: verumtamen tu non ædificabis mihi domum, sed filius tuus. 3.Reg.8,18.

Cogitauitque cor meum mecum, & increpaui optimates & magistratus. 2.Esd.5,7.

Dixitque [Nabuchodonosor] cogitationem suam in eo esse, vt omnem terram suo subiugaret imperio. Iudith 2,3.

Tu enim fecisti priora, & illa post illa cogitasti, & hoc factum est quod ipse voluisti. † 9,4.

Qui dissipat cogitationes malignorum, ne possint implere manus eorum quod cœperant. Iob 5,12.

Dies mei transierunt, cogitationes meæ dissipatæ sunt torquentes cor meum. † 17,11.

Cogitationes meæ variæ succedunt sibi, & mens in diuersa rapitur. † 20,2.

Noui cogitationes vestras & sententias contra me iniquas. † 21,27.

Scio quia omnia potes, & nulla te latet cogitatio. † 42,2.

Decidant à cogitationibus suis. Psal.5,11.

Cogitationes cordis eius in generatione & generationem. † 32,11.

Cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi. † 39,6.

Aduersum me omnes cogitationes eorum in malum. † 55,6.

Cogitauerunt & locuti sunt nequitiam, iniquitatem in excelso locuti sunt. † 72,8.

Cogitatio hominis confitebitur tibi, & reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi. † 75,11.

Cogitaui dies antiquos, & annos æternos in mente habui. † 76,6.

Cogitauerunt aduersus sanctos tuos. † 82,4.

Nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ. † 91,6.

Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt. † 93,11.

Cogitaui vias meas, & conuerti pedes meos in testimonia tua. † 118,59.

Spreuisti omnes discedentes à iudiciis tuis, quia iniusta cogitatio eorum. 118.

Intellexisti cogitationes meas de longè. † 138,3.

Quia dicitis in cogitatione: Accipient in vanitate ciuitates suas. 20.

Qui cogitauerunt iniquitates in corde. † 139,4.

In illa die peribunt omnes cogitationes eorum. † 145,4.

In omnibus viis tuis cogita illum, & ipse diriget gressus tuos. Prou.3,6.

Vt custodias cogitationes, & disciplinam labia tua conseruent. † 5,2.

Cor machinans cogitationes pessimas. † 6,18.

Eruditis intersum cogitationibus. † 8,12.

Qui autem confidit in cogitationibus suis, impiè agit. † 12,2.

Cogitationes iustorum iudicia: & consilia impiorum fraudulenta. 5.

Cogitationes impiorum eradicabuntur. † 15,5.

Abominatio Domini cogitationes malæ: purus sermo pulcherrimus firmabitur ab eo. 26.

Cogitatio stulti peccatum est. † 24,9.

Per-

Peruersæ enim cogitationes separant à Deo. Sap.1,3.

Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet fictum,& auferet se à cogitationibus,quæ sunt sine intellectu. 5.

In cogitationibus enim impij interrogatio erit. 9.

Spado,qui non operatus est per manus iniquitatem,nec cogitauit aduersus Deum nequissima. † 3,14.

Venient in cogitatione peccatorum suorum timidi, & traducent illos ex aduerso iniquitates ipsorum. † 4,20.

Cogitatio illorum apud Altissimum. † 5,16.

Cogitationes hominum,& virtutes radicum. † 7,20.

Cogitationes enim mortalium timidæ, & incertæ prouidentiæ nostræ. † 9,14.

Et in sensu sit tibi cogitatus Dei, & omnis enarratio tua in præceptis Altissimi. Eccli.9,23.

Qui minoratur corde,cogitat inania,& vir imprudens & errans cogitat stulta. † 16,23.

Cogitatus sensati in omni tempore,metu non deprauabitur. † 22,20.

A mari enim abūdauit cogitatio eius.† 24,39.

Cogitationes eorum, & timores cordis adinuentio expectationis,& dies finitionis. † 40,2.

Non præterit illum omnis cogitatus, & non abscondit se ab eo vllus sermo. † 42,20.

Lauamini,mundi estote,auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis:quiescite agere peruersè,discite benefacere. Isa.1,16.

Fecisti mirabilia,cogitationes antiquas, fideles,amen. † 25,1.

Quis videt nos? & quis nouit nos? Peruersa est hæc vestra cogitatio: quasi si lutum contra figulum cogitet. † 29,16.

Non enim cogitationes meę,cogitationes vestræ,neque viæ vestræ,viæ meæ. † 55,8,9.

Cogitationes eorum,cogitationes inutiles:vastitas,& contritio in viis eorum. † 59,7.

Ego autem opera eorum, & cogitationes eorum venio vt congregem cum omnibus gentibus, & linguis, & venient, & videbunt gloriam meam. † 66,18.

Propter malitiam cogitationum vestrarum. Ierem.4,4.

Laua à malitia cor tuum, Ierusalem, vt salua fias: vsquequò morabuntur in te cogitationes noxiæ? 14,18.

Desperauimus:post cogitationes enim nostras ibimus. † 18,12.

Venite, & cogitemus contra Ieremiam cogitationes:non enim peribit lex à sacerdote,neque consilium à sapiente. 18.

Ego enim scio cogitationes,quas ego cogito super vos,ait Dominus,cogitationes pacis,& nō afflictionis,vt dē vobis finem,& patientiā.† 29,11.

Magnus consilio,& incomprehensibilis cogitatu. † 32,19.

Euigilabit contra Babylonem cogitatio Domini, vt ponat Terram Babylonis desertam. † 51,29.

Cogitationes cordis vestri ego noui. Ezechielis 11,5.

Neque cogitatio mentis vestræ fiet,dicentium: Erimus sicut Gentes, & sicut cognationes terræ, vt colamus ligna & lapides. † 20,32.

Tu rex cogitare cœpisti in strato tuo, quid esset futurum post hæc. Dan.2,29.

Sed vt interpretatio regi manifesta fieret, & cogitationes mentis tuæ scires. 30.

Somnium vidi quod perterruit me: & cogitationes meæ in strato meo, & visiones capitis mei conturbauerunt me. † 4,2.

Daniel, cui nomen Baltassar, cœpit intra semetipsum tacitus cogitare quasi vna hora, & cogitationes eius conturbabant eum. 16.

Tunc facies regis commutata est,& cogitationes eius conturbabant eum. † 5,6.

Ego Daniel multùm cogitationibus meis conturbabar, & facies mea mutata est in me. † 7,28.

Et erit sicut populus, sic sacerdos: & visitabo super eum vias eius, & cogitationes eius reddam ei. Osee 4,9.

Væ qui cogitatis inutile, & operamini malum in cubilibus vestris. Mich.2,1.

Non cognouerunt cogitationes Domini, & non intellexerunt consilium eius, quia congregauit eos quasi fœnum areæ. † 4,12.

Verumtamen diluculo surgentes corruperunt omnes cogitationes suas. Soph.3,7.

De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria. Matth.15,19.

Vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes. Luc.2,35.

Cogitationibus accusantibus aut etiam defendentibus. Rom.2,15.

Aut quæ cogito secundùm carnem cogito, vt sit apud me EST & NON? 2.Cor.1,17.

Non quòd sufficientes simus cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis; sed sufficientia nostra ex Deo est. † 3,5.

COGNATVS.

Iethro cognatus Moysi eum inuisit. Exod.18,6.

Quæ est vita mea aut cognatio patris mei in Israel,vt fiam gener regis? 1.Reg.18,18.

Cognationes quoque Scribarum. 1.Par.2,55.

Cognationes domus operantium byssum in domo iuramenti. † 4,21.

Inter cognationem,& cognationem, vbicumque quæstio est de lege,de mādato.2.Par.19,10.

Vt ista coniungeretur cognationi suæ secundùm legem Moysi. Tob.7,14.

Omnis autem cognatio eius [Tobiæ] & omnis

nis generatio eius in bona vita, & in sancta conuersatione permansit, ita vt accepti essent tam Deo quàm hominibus, & cunctis habitantibus in terra. † 14,17.

Cognatio eorum simul. Psal.73,8.

Duæ cognationes, quas elegerat Dominus, abiectæ sunt. Ierem.33,24.

Super omnem cognationem, quam eduxi de terra Aegypti. Amos 3,1.

Requirebant eum inter cognatos. Luc.2,44.

COGNOMEN.

Seba, filius Bochri cognomine. 2.Reg.20,21.

Et in nomine Dei, cui est cognomen, Deus Israel. 47,19.

Luzam, quæ est in terra Chanaan, cognomento Bethel. Gen.35,6. Dan 10,1.

COGNOSCO.

Fratres ipse [Ioseph] cognoscens, non est cognitus ab eis. Gen.42,8.

Cognoscite hodie quæ ignorant filij vestri. Deut.11,2.

Cognitionem sui adducit alterius humilitas, & verborum modesta efficacia. 1.Reg.17,18.

Si quis cognouerit plagam cordis sui, & expanderit manus suas in domo hac. 3.Reg.8,38.

Nunc, in isto cognoui quoniam vir Dei es tu, & verbum Domini in ore tuo verum est. † 17,24.

Cognouit eum rex, quòd esset de Prophetis. † 20,41.

Cognitio peccati vtilis. 2.Par.6,38.

Non cognouerunt eum [Iob] & exclamantes plorauerunt. Iob 2,12.

Quis mihi tribuat vt cognoscam, & inueniam illum. † 23,3.

In hoc cognoui quoniam voluisti me, quoniam non gaudebit inimicus meus super me. Psalm.40,12.

Deus in domibus eius cognoscetur. † 47,4.

Cognoui omnia volatilia cæli. † 49.11.

Vt cognoscamus in terra viam tuam. † 66,3.

Existimaui vt cognoscerem hoc: labor est ante me. † 72,16.

Non cognoscet amplius locum suũ. † 102,16.

Tu cognouisti omnia, nouissima & antiqua. † 138,5.

Tu cognouisti omnes semitas meas. † 141,4.

Considerabam ad dexteram, & videbam, & non erat qui cognosceret me. 5.

Ex visu cognoscitur vir, & ab occursu faciei cognoscitur sensatus. Eccli.19,26.

Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui: Israel autem me non cognouit, & populus meus non intellexit. Isa.1,3.

Cognoscetur Dominus ab Aegypto, & cognoscent Aegyptij Dominum in die illa, & colent eum in hostiis, & in muneribus, & vota vouebunt Domino, & soluent. † 19,21.

Vocaui te nomine tuo, assimilaui te, & non cognouisti me. † 45,4.

Cognoscetur manus Domini seruis eius. † 66,14.

Stultus populus meus me non cognouit. Ieremiæ 4,22.

Demonstrasti mihi, & cognoui: tunc ostendisti mihi studia eorum. † 11,18.

Non docebit vltrà vir proximum suum, &c. Omnes enim cognoscent me à minimo eorum vsque ad maximum, dicit Dominus: quia propitiabor iniquitati eorum. † 31,34.

Ego cognoui te in deserto, in terra solitudinis. Osee 13,5.

Tantummodò vos cognoui ex omnibus cognationibus terræ, idcirco visitabo super omnes iniquitates vestras. Amos 3,2.

Replebitur terra, vt cognoscant gloriam Domini, quasi aquæ operientes mare. Habac.2,14.

Non cognoscebat eam donec peperit filium suum primogenitum. Matth.1,25.

Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ. Ioan.10,14.

Si cognouissetis me, & patrem meum vtique cognouissetis. † 14,7.

Hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum. † 17,3.

Pater iuste, mundus te non cognouit: ego autem te cognoui: & hi cognouerunt quia tu me misisti. 25.

Paulo autem appellante vt seruaretur ad Augusti cognitionem, iussi seruari eum, donec mittam ad Cæsarem. Act.25,21.

Cùm cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt: sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum. Rom.1,21.

Per legem enim cognitio peccati. † 3,20.

Quis enim cognouit sensu Domini? † 11,34.

Si enim cognouissent, numquam Dominum gloriæ crucifixissent. 1.Cor.2,8.

Ita, & quæ sunt Dei, nemo cognouit, nisi Spiritus Dei. 11.

Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus. † 13,9.

Nunc cognosco ex parte: tunc autem cognoscam, sicut & cognitus sum. 12.

An non cognoscitis vosmetipsos, quia Christus Iesus in vobis est, nisi fortè reprobi estis? 2.Corinth.13,5.

Nunc autem cùm cognoueritis Deum, imò cogniti sitis à Deo, quomodo conuertimini iterùm ad infirma & egena elementa, quibus denuò seruire vultis? Gal.4,9.

Cognosce Dominum: quia omnes scient me à minore vsque ad maiorem eorum. Hebr.8,11.

Et in hoc scimus quoniam cognouimus eum, si man-

si mandata eius obseruemus. 1.Ioan.2,3.

Scribo vobis patres, quoniam cognouistis eum, qui ab initio est. 13.

COGO.

Coxerunt subcinericios panes azymos: neque enim poterat fermentari, cogentibus exire Aegyptiis. Exod.12,39.

Si me cogis, non comedam panes tuos: si autem vis holocaustum facere, offer illud Domino. Iudic.13,16.

Coëgerunt autem eum [Saulem] serui sui & mulier. 1.Reg.28,23.

Cogentes eum [Dauidem] vt surgeret de terra, qui noluit, nec comedit cum eis cibum. 2.Regum 12,17.

Coëgit itaque Absalom eum. † 13,27.

Coëgeruntque eum [Eliseum] donec acquiesceret. 4.Reg.2,17.

Coëgit eum, ligauitque duo talenta argenti in duobus saccis, & duplicia vestimenta. † 5,23.

Nec erat qui nolentes cogeret ad bibendum. Esth.1,8.

COHABITO.

Testimonium habens ab omnibus cohabitantibus Iudæis. Act.22,12.

Viri similiter cohabitantes secundùm scientiã. 1.Pet.3,7.

COHAEREO.

Catenulas sibi inuicem cohærẽtes. Exo.39,15. 3.Reg.7,32.

Membra carnium eius cohærentia sibi. Iob 41,14.

Framea suscitare super pastorem & super virum cohærentem mihi. Zach.13,7.

COHERES.

In tempore tribulationis illius [amici] permane illi fidelis, vt in hereditate illius coheres sis. Eccli.22,29.

Heredes quidem Dei, coheredes autem Christi. Rom.8,17.

Gentes esse coheredes. Ephes.3,5.

In casulis habitando cum Isaac & Iacob coheredibus repromissionis. Heb.11,9.

Quasi infirmiori vasculo muliebri impartientes honorem, tamquam & coheredibus gratiæ vitæ. 1.Pet.3,7.

COHIBEO.

Non se poterat vltrà cohibere Ioseph, multis coràm astantibus. Gen.45,1.

COHORS.

Per aëra equites discurrentes, auratas stolas habentes, & hastis, quasi cohortes armatos. 2.Mach 5,2. † 12,20. Matth.27,27. Ioan.18, 3.12. Act.10,7. † 27,1.

COINQVINO.

Relinquere filios suos incircumcisos, & coinquinari animas eorum in omnibus immundis. 1.Mach.1,51.

Non quod intrat in os coinquinat hominem: sed quod procedit ex ore. Mat.15,11,18.

Non intrabit in eam aliquod coinquinatum, aut abominationem faciens & mendacium, nisi qui scripti sunt in libro vitæ Agni. Apoc.21,27.

COLAPHVS.

Tunc expuerunt in faciem eius, & colaphis eum cæciderunt. Mat.26,67.

Datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus satanæ, qui me colaphizet. 2.Cor.12,7.

COLLABOR.

Collabebatur [Dauid] inter manus eorum. 1.Reg.21,13.

COLLABORO.

Audiam de vobis, quia statis in vno spiritu vnanimes, collaborantes fidei Euangelij. Philip.1,27. 2.Tim.2,8.

COLLACTANEVS.

Philippus collactaneus eius. 2.Mach.9,29.

Manahen, qui erat Herodis tetrarchæ collactaneus. Act.13,1.

COLLEGA.

Atque vtinam sic iudicaretur vir cum Deo, quomodo iudicatur filius hominis cum collega suo. Iob 16,22. Dan.4,5.

Et dixit vir ad collegam suum. Ionæ 1,7.

COLLIDO.

Collidebantur in vtero eius [Rebeccæ] paruuli: quæ ait: Si sic mihi futurum erat, quid necesse fuit concipere? Gen.25,22.

Vbi collisi sunt currus, & hostium suffocatus est exercitus, ibi narrentur iustitiæ Domini, & clementia in fortes Israel. Iudic.5,11.

Collidam in te virum & mulierem, & collidam in te senem & puerum. Ierem.51,22.

COLLIGO, GAS.

Vnxit faciem suam vnguento, & colligauit cincinnos suos. Iudith 16,10.

Stultitia colligata est in corde pueri, & virga disciplinæ fugabit eam. Prou.22,15.

Quis colligauit aquas quasi in vestimẽto? † 30,4

Vna enim catena tenebrarum omnes erant colligati. Sap.17,17. Eccli.22,19. † 27,23.

Pro animabus filiorum colligabit vulnera sua. Eccli.30,7.

Præcipitabit in monte isto faciem vinculi colligati super omnes populos. Isa.25,7.

Dissolue colligationes impietatis. Isa.58,6. Ierem.48,37.

Ceciderunt in medio camino ignis ardentis colligati. Dan.3,23.

Colligata est iniquitas Ephraim, absconditum peccatum eius. Osee 13,12.

COLLIGO, COLLECTA.

Collegit [Iacob] pedes suos super lectulum, & obiit. Gen.49,32.

Collegerunt [Manna] alius plus, alius minus. Exod.16,17.

In die septima, quia collecta est Domini Dei tui, non facies opus. Deut.16,8.

Fleuisti coram me, & ego audiui, ait Dominus, idcircò colligam te [Iosia] ad patres tuos, & colligêris ad sepulchrum tuum in pace, vt non videant oculi tui mala, quæ inducturus sum super locum istum. 4.Reg.22,19,20.

Fecerunt sole nnitatem septem diebus, & in die octaua collectam iuxta ritum. 2.Esd 8,18.

De collectis autem quæ fiunt in sanctos, sicut ordinaui Ecclesiis Galatiæ, ita & vos facite. 1.Cor.16,1,2.

Non deserentes collectionem nostram, sicut est consuetudinis quibusdam. Heb.10,25.

COLLIS.

De pomis collium æternorum. Deut.33,15.

Absque vrbibus, quæ erant in collibus & in tumulis sitæ. Ios.11,13.

Venies in collem Dei, vbi est statio Philisthinorum. 1.Reg.10,5.

Exultatione colles accingentur. Psal.64,13.

Montes exultauerunt vt arietes, & colles sicut agni ouium. † 113,4.

Apprehendere niteris altitudinem collis, cùm exaltaueris quasi aquila nidum tuum, inde detraham te. Ierem.49,16.

Reuertetur omnis terra vsque ad desertum, de colle Remmon ad Austrum Ierusalem. Zachar.14,10.

COLLOCO.

Collocauit eum [filium mortuum] super lectulum [Elisei] hominis Dei, & clausit ostium. 4.Reg.4.21.

Vt collocet eum cum principibus. Psal.112,7.

Collocauit me in obscuris sicut mortuos sæculi. † 142,3.

COLLOQVOR.

Speciem mulieris alienæ multi admirati, reprobi facti sunt: colloquium enim illius quasi ignis exardescit. Eccli.9,11.

Sta in testamento tuo, & in illo colloquere, & in opere mandatorum tuorũ veterasce. † 11,21. Dan.13,54. Luc.4 36.

Corrumpunt enim bonos mores colloquia mala. 1.Cor.15,13.

COLLVCTOR.

Colluctata est anima mea in illa [sapientia] & in faciendo eam confirmatus sum. Ecclesiastici 51,29.

Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem. Ephes.6,11.

COLLVM.

Cucurrit aduersus eũ erecto collo. Iob 15,26.

Collum tuum sicut monilia. Cant.1,9.

Sicut turris Dauid collum tuum. † 4,4.

Collum tuum sicut turris eburnea. † 7,4.

Inundans & transiens vsque ad collum veniet. Isa.8,8.

COLLYRIDA.

Coctamque similam & collyridas olei admistione conspersas. Leuit.7,12.

Partitus est [Dauid] vniuersæ multitudini Israel tam viro, quàm mulieri singulis collyridam panis vnam, & assaturam bubulæ carnis vnam. 2.Reg.6,19.

COLLYRIVM.

Collyrio inũge oculos tuos, vt videas. Apoc.3,18

COLO.

Celebrabitis eam [diem] solemnem Domino in generationibus vestris cultu sempiterno. Exod.12,14.

Cultores Beelphegor deleti. Deut.4,3.

Cultores fortissimos habet, & vrbes grandes atque muratas. Stirpem Enac vidimus ibi. Numer.13,29.

Sedebat vnusquisque in solio suo, vestiti cultu regio. 3.Reg.22,10.

Achab coluit Baal parum, ego autem colam eum ampliùs. 4.Reg.10,18.

Comburebant filios suos igni, Adramelech & Anamelech diis Sepharuaim: & nihilominùs colebant Dominum. † 17,32.

Et cùm Dominum colerent, diis quoque suis seruiebant, iuxta consuetudinem Gentium, de quibus translati fuerunt Samariam. 33.

Subuertit [Asa] altaria peregrini cultus. 2.Par.14,2.

Vnum Deum cæli coluerunt. Iudith 5,8.

Vt memores sint quia tentati sunt patres nostri, vt probarentur, si verè colerent Deum suum. † 8,21.

Ego enim ancilla tua Deum colo, etiam nunc apud te. † 11,14.

Non quæsiuit [Esther] muliebrem cultum. Esth.2,15.

Colebant mutos serpentes. Sap.11,16.

Per hæc quæ coluerunt dedisti summa tormenta. † 12,23.

Sed & animalia miserrima colunt. † 15,18.

Execratio autem peccatori cultura Dei. Eccli.1,32.

Colent eum in hostiis, & in muneribus: & vota vouebunt Domino, & soluent. Isa.19,21.

Quòd si nos sacrificamus reginæ cæli, & libamus ei libamina, numquid sine viris nostris fecimus ei placentas, ad colendum eam & libandum ei libamina? Ierem 44,19.

Rex quoque colebat eum [Bel] & ibat per singulos dies adorare eum. Dan.14,3.

Omnes colles culti erunt. Amos 9,13.

Sine causa autem colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum. Matth.15,9.

Sed si quis cultor est Dei, & voluntatem eius facit, hunc exaudit. Ioan.9,31.

Et de colentibus, gentilibusque multitudo magna. Act.17,4.

IGNO-

IGNOTO DEO: quod ergo ignorantes colitis, hoc ego annuntio vobis. 23.

Non in manufactis templis habitat, nec manibus humanis colitur, indigens aliquo. 25.

Contra legem hic persuadet hominibus colere Deum. † 18, 13.

Ephesiorum ciuitatem cultricem esse magnæ Dianæ, Iouisque prolis? † 19, 35.

Coluerunt & seruierunt creaturæ potiùs quàm Creatori, qui est benedictus in sæcula. Amen. Rom. 1, 25.

COLOCYNTHIDAE.

Collegit ex ea colocynthidas agri, & impleuit pallium suum. 4 Reg. 4, 39.

COLONVS.

Fuit [Abraham] colonus terræ Palæstinorum diebus multis. Gen. 21, 34.

Si quis peregrinorum in vestram voluerit transire coloniam, & facere Phase Domini, circumcidetur. Exod. 12, 48.

Terra quoque non vendetur in perpetuum: quia mea est, & vos aduenæ, & coloni mei estis. Leuit. 25, 23.

Colonia Assyriorum. 4. Reg. 17, 27.

Salomonis. 2 Par. 8, 2.

Cùm essent pauci numero, parui & coloni eius. 1. Par. 16, 19.

Expectatio Israel, Saluator eius in tempore tribulationis: quare quasi colonus futurus es in terra, & quasi viator declinans ad manendum? Ierem. 14, 8.

COLOR.

Color effectus est varius, posuitque eas [virgas] in canalibus. Gen. 30, 37.

Color, siue pustula aut quasi lucens quippiam. Leuit. 13, 2.

Roseo colore vultum perfusa. Esth. 15, 8.

Non conferetur tinctis Indiæ coloribus. Iob 28, 16.

COLVBER.

Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita, mordens vngulas equi, vt cadat ascensor eius retrò. SALVTARE tuum expectabo, Domine. Genes. 49, 17.

Proiecit [virgam] & versa est in colubrum, ita vt fugeret Moyses. Exod. 4, 3. † 7, 9.

Obstetricante manu eius eductus est coluber tortuosus. Iob 26, 13.

Viam colubri super terram. Prou. 30, 19.

Morsibus peruersorum colubrorum exterminabantur. Sap. 16, 5.

Non est caput nequius super caput colubri: & non est ira super iram mulieris. Eccli. 25, 22.

De radice enim colubri egredietur regulus, & semen eius absorbens volucrem. Isa. 14, 29.

COLVMBA.

Venit [columba] ad eum ad vesperam portans ramum oliuæ virentibus foliis in ore suo. Gen. 8, 11.

Tamdiu obsessa est [Samaria] donec venundaretur caput asini octoginta argenteis, & quarta pars cabi stercoris columbarum quinque argenteis. 4. Reg. 6, 25.

Surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea, & veni. Cant. 2, 10.

Oculi tui columbarum. † 4, 1.

Sicut pullus hirundinis sic clamabo, meditabor vt columba. Isa. 38, 14.

Qui sunt isti, qui vt nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas. † 60, 8.

Facta est terra eorum in desolationem, à facie iræ columbæ. Ierem. 25, 38.

A facie gladii columbæ. † 46, 16.

Estote quasi columba nidificans in summo ore foraminis. † 48, 28.

A facie gladij columbæ vnusquisque ad populum suum conuertetur. † 50, 16.

Erunt in montibus quasi columbæ conuallium. Ezech. 7, 16.

Factus est Ephraim quasi columba seducta non habens cor. Osee 7, 11.

Auolabunt quasi auis ex Aegypto, & quasi columba de terra Assyriorum. † 11, 11.

Væ prouocatrix, & redempta ciuitas, columba. Soph. 3, 1.

Et vidit spiritum Dei descendentem sicut columbam, & venientem super se. Matth. 3, 16.

Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. † 10, 16.

Quia vidi Spiritum descendentem quasi columbam de cælo, & mansit super eũ. Ioan. 1, 32.

COLVMNA.

Dominus autem præcedebat eos ad ostendendam viam per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis, vt dux esset itineris vtroque tempore. Exod. 13, 21. † 14, 19.

Quinque columnas deaurabis lignorum setim. † 26, 37.

Cernentibus vniuersis quòd columna nubis staret ad ostium tabernaculi. † 33, 10.

Columnas de lignis setim. † 36, 36.

Concussisque fortiter columnis cecidit domus super omnes principes, & ceteram multitudinem, quæ ibi erat. Iudic. 16, 30.

Viderent quasi columnam fumi de ciuitate conscendere. † 20, 40.

Columnæ, bases, mare, franguntur; æs in Babylone transfertur. 4. Reg. 25, 13.

Columna nubis non recessit ab eis per diem. 2. Esd. 9, 19.

Columnis marmoreis fulciebantur. Esth. 1, 6.

Qui commouet terram de loco suo, & columnæ eius concutientur. Iob 9, 6.

Columnæ cæli contremiscunt, & pauent ad motum eius. † 26, 11.

Ego confirmaui columnas eius [terræ.] Psalmo 74, 4.

In columna nubis loquebatur ad eos. † 98,7.

Sapientia ædificauit sibi domum, excidit columnas septem. Prou. 9, 1.

Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis Libani: columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum: media charitate constrauit propter filias Ierusalem. Cant. 3, 10.

Propter quod ignis ardentem columnam ducem habuerunt ignotæ viæ, & solem sine læsura boni hospitij præstitisti. Sap. 18, 3.

Columnæ aureæ super bases argenteas, & pedes firmi super plantas stabiles mulieris. Eccli. 26, 23.

Dedi te hodie in ciuitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æreum super omnem terram. Ier. 1, 18.

Iacobus, & Cephas, & Ioannes, qui videbantur columnæ esse. Gal. 2, 9.

Vt scias quomodo oporteat te in domo Dei conuersari, quæ est Ecclesia Dei viui, columna & firmamentum veritatis. 1. Timoth. 3, 15.

Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei, & foras non egredietur amplius. Apoc. 3, 12.

COMA.

Neque in rotundum attondebitis comam: nec radetis barbam. Leuit. 19, 27.

Apprehendit comam capitis eius [Holofernis.] Iudith 13, 9.

Ad odorem aquæ germinabit [lignum] & faciet comam. Iob 14, 9.

Comæ eius sicut elatæ palmarum, nigræ quasi coruus. Cant. 5, 11.

Comæ capitis tui, sicut purpura regis vincta canalibus. † 7, 5.

Et super omnes, qui attonsi sunt in comam, habitantes in deserto. Ierem. 9, 26.

Et Buz, & vniuersis qui attonsi sunt in comam. † 25, 23.

Dispergam eos in omnem ventum, qui sunt attonsi in comam. † 49, 32.

COMBVRO.

Combusserunt tam mulierem quàm patrem eius. Iudic. 15, 6.

Combusserunt ea [ossa] ibi. 1. Reg. 31, 12.

Comburebant filios suos igni. 4. Reg. 17, 31.

Combussit ea [vasa quæ facta fuerant Baal] foris Ierusalem in conualle Cedron, & tulit puluerem eorum in Bethel. † 23, 4.

Succendit [Nabuzardan] domum Domini, & domum regis, & domos Ierusalem. † 25, 9.

Posueruntque eum [Asam] super lectum suum plenum aromatibus, & vnguentis meretriciis, quæ erant pigmentariorum arte confecta, & combusserunt super eum ambitione nimia. 2. Paralip. 16, 14.

Mortuusque est [Ioram] in infirmitate pessima, & non fecit ei populus secundùm morem combustionis, exequias. † 21, 19.

Aedificauerunt excelsa Baalim, ad comburendos filios suos igni in holocaustum Baalim. Ierem. 19, 5.

Comburent eam [Chaldæi] & domos, in quarum domatibus sacrificabant Baal, & libabant diis alienis libamina ad irritandum me. † 32, 29.

Et secundùm combustiones patrum tuorum regum priorum, qui fuerunt ante te, sic comburent te. † 34, 5.

Comburentis librum Ieremiæ pœna. † 36, 29.

Euoluam te de petris, & dabo te in montem combustionis. † 51, 25.

Comburent domos tuas igni, & facient in te iudicia in oculis mulierum plurimarum. Ezechiel. 16, 41.

Et tollet eum propinquus suus, & comburet eum, vt efferat ossa de domo. Amos 6, 10.

Multi autem ex eis, qui fuerant curiosa sectati, contulerunt libros, & combusserunt coram omnibus, & computatis pretiis illorum, inuenerunt pecuniam denariorum quinquaginta millium. Act. 19, 19.

COMEDO.

Non comedam donec loquar sermones meos. Gen. 24, 33.

Comederunt Man quadraginta annis, donec venirent in terram habitabilem. Exod. 16, 35.

Vt comederent panem cum eo coram Deo. † 18, 12.

Comestum à bestia, deferat ad eum. † 22, 13.

Vt comedant pauperes populi tui, & quidquid reliquum fuerit, edant bestiæ agri. † 23, 11.

Et comedite illud [sacrificium] absque fermento iuxta altare. Leuit. 10, 12.

Comedi vetita in lege. † 11.

Comedant eos [panes propositionis] in loco sancto: quia sanctum sanctorum est de sacrificiis Domini, iure sempiterno. † 24, 9.

In sanctuario comedes illud, mares tantùm edent ex eo: quia consecratum est tibi. Numer. 18, 10.

Fornicatus est populus Israel cum filiabus Moab, quæ vocauerunt eos ad sacrificia sua. at illi comederunt, & adorauerunt deos earum. † 25, 2.

Et comederis, & saturatus fueris, caue diligenter ne obliuiscaris Domini. Deut. 6, 13.

Comedetis ibi in conspectu Dei vestri, ac lætabimini in cunctis, ad quæ miseritis manum. † 12, 7.

Ne comedatis quæ immunda sunt. † 14, 3.

Comedes fructum vteri tui, & carnes filiorum tuorum. † 28, 53, 55.

Comederunt de frugibus terræ die altero, defecitque Manna. Iosu. 5, 11.

Samson comedit mel in via. Iudic. 14, 9.

De

De comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo. 14.

Comedens cum eo & bibens familiariter. † 19,4.

Comede panem, & intinge buccellam tuam in aceto. Ruth 2,14.

Neque enim comesurus est populus, donec ille veniat: quia ille benedicit hostiæ, & deinceps comedunt, qui vocati sunt. 1.Reg.9,13.

Comedit Saul cum Samuele in die illa. 24.

Maledictus vir, qui comederit panem vsque ad vesperam, donec vlciscar de inimicis meis. † 14,24.

Non comedit [Ionathas] in die calendarum secunda panem. Contristatus est enim super Dauid. † 20,34.

Vt comedens conualescas & possis iter agere. † 28,22.

Dederuntque ei panem vt comederet & biberet aquam. † 30,11.

Tu comedes panem in mensa mea semper. 2.Reg 9,7.

Nuquid comedimus aliquid ex rege? † 19,42.

Comedentes & bibentes atque lætantes. 3.Reg.4,20.

Nec comedam panem, neque bibam aquam in loco isto. † 13,16.

Comede & bibe; quia sonus multę pluuiæ est. † 18,42.

Surge & comede. † 19,5.

Comedit ergo & bibit [Elias] & rursum obdormiuit. 6.

Si mortuus fuerit Achab in ciuitate, comedent eum canes: si autem mortuus fuerit in agro, comedent eum volucres cæli. † 21,24.

Comederunt & superfuit, iuxta verbum Domini. 4.Reg.4,44.

Comedant & bibant & vadant ad Dominum suum. † 6,22.

Comedent canes carnes Iezabel. † 9,36.

Comedebat panem semper in conspectu eius. † 25,29.

Tribus diebus comedentes & bibentes. 1.Paral.12,39.

Comederunt & biberunt coram Domino. † 29,22.

Comedite pinguia, & bibite mulsum, & mittite partes his, qui non præparauerunt sibi. 2.Esd.8,10.

Et quòd non comederim in mensa Aman. Esth.14,17.

Aut poterit comedi insulsum quod non est sale conditum? Iob 6,6.

Qui me comedunt, non dormiunt. † 30,17.

Si comedi buccellam meam solus, & non comedit pupillus ex ea. † 31,17.

Comederunt Iacob: & locum eius desolauerunt. Psal.78,7.

Quia oblitus sum comedere panem meum. † 101,5.

Comederunt sacrificia mortuorum. † 105,28.

Venite, comedite panem meum, & bibite vinum, quod miscui vobis. Prou.9,5.

Iustus comedit & replet animam suam: venter autem impiorum insaturabilis. † 13,25.

Quando sederis vt comedas cum principe, diligenter attende quæ apposita sunt ante faciem tuam, & statue cultrum in gutture tuo. † 23,1.

Qui autem comessatores pascit, confundit patrem suum. † 28,7.

Nónne melius est comedere & bibere, & ostendere animæ suæ bona de laboribus suis? Ecclesiastæ 2,24.

Vbi multæ opes, multi & qui comedunt eas. † 5,10.

Vt comedat quis & bibat, & fruatur lætitia ex labore suo. 17.

Quòd non esset homini bonum sub sole, nisi quòd comederet & biberet atq; gauderet. † 8,15.

Comede in lætitia panem tuum. † 9,7.

Væ tibi terra, cuius rex puer est, & cuius principes manè comedunt. † 10,16,17.

Veniat dilectus meus in hortum suũ, & comedat fructum pomorum suorum. Cant 5,1.

Declinabit ad dexteram & esuriet; & comedet ad sinistram, & non saturabitur. Isa.9,20.

Comedamus & bibamus: cras enim moriemur. † 22,12.

Qui congregant illud [triticum] comedent, & laudabunt Dominum. † 62,9.

Ecce serui mei comedent, & vos esurietis. † 65,13.

Deuorabit filios tuos & filias tuas, comedet gregem tuum, & armenta tua. Ierem.5,17.

Inuenti sunt sermones tui, & comedi eos. † 15,16.

Omnes, qui comedunt te, deuorabuntur. † 30,16.

Comedit me, deuorauit me Nabuchodonosor rex Babylonis: reddidit me quasi vas inane. † 51,34.

Ergóne comedent mulieres fructum suum, paruulos ad mensuram palmæ? si occiditur in sanctuario Domini sacerdos & Propheta? Thren 2,20.

Comedi illud [volumen] & factum est in ore meo sicut mel, dulce. Ezech.3,3.

Comedent fruges tuas, & ipsi bibent lac tuum. † 25,4.

Comedens [bestia] atque comminuens, & reliqua pedibus suis conculcans. Dan.7,7.

Comedentes panem cum eo conterent illum. † 11,26.

Comedent & non saturabuntur: fornicati sunt & non cessauerunt: quoniam Dominum dereliquerunt in non custodiendo. Osee 4,10.

Comederunt alieni robur eius, & ipse nesciuit. † 7,9.

Comedetis vescentes, & saturabimini, & laudabitis nomen Domini. Ioël.2,26.

Qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armento. Amos 6,4.

Cùm consummasset comedere herbam terræ, dixi: Domine Deus propitius esto. † 7,2.

Qui comederunt carnem populi mei, & pellem eorum desuper excoriauerunt. Mich. 3,3.

Tu comedes & non saturaberis. † 6,14.

Comedistis, & non estis satiati. Agg.1,6.

Cùm comedistis & bibistis, numquid non vobis comedistis? Zach.7,6.

Eò quòd non sit comestum, quod erat pro peccato, consumptum est. 2.Mach.2,11.

Nam & catelli comedunt sub mensa de micis puerorum. Mar.7,28.

COMES, COMITATVS.

Comitatum accipere rennuit Iacob à fratre. Gen.33,15.

Habuit quoque [Ioseph] in comitatu currus & equites, & facta est turba non modica. † 50,9.

Ecce qui esse voluit pro Ioab comes Dauid. 2.Reg.20,11.

Ingressa Ierusalem [regina Saba] multo cum comitatu & diuitiis, camelis portantibus aromata, & aurum infinitum nimis, & gemmas pretiosas, venit ad regem Salomonem. 3.Reg. 10,2.

Si vita comes fuerit, habebis in vtero filium. 4.Reg.4,16.

Reuersusque est [Naaman] ad virum Dei cum vniuerso comitatu suo. † 5,15.

Miserat autem rex mecum principes militum & equites. 2.Esd.2,9.

Credo enim quòd Angelus Dei bonus comitetur ei, & benè disponat omnia. Tob.5,27.

Ordinatus est ab Ecclesiis comes peregrinationis nostræ. 1.Cor.8,19.

COMINVS.

Seruus tuus egressus est ad præliandum cominus. 3.Reg.20,39. 2.Mach.5,3. † 8,13.

COMMACVLO.

Commaculatusque erit vsque ad vesperum. Num.19,7. Esth.16,10.

Commaculastis nomen meum, & reduxistis vnusquisque seruum suum. Ierem.34,16.

COMMANDO.

Generatio, quæ pro dentibus gladios habet, & commandit molaribus suis, vt comedat inopes de terra, & pauperes de hominibus. Prou.30,14.

COMMEMOROR.

Commemorans in corde meo. Sap.8,17. † 10,14. † 18,22.

Signum habentes salutis ad commemorationem mandati legis tuæ. † 16,6. † 19,4.

In die tribulationis commemorabitur tui. Eccli.3,17. † 48,23. † 49,11. Baruch 3,23.

Hoc facite in meam commemorationem. Luc.22,19. Act.10,31. 1.Cor.11,24. Heb.10,3.

COMMENDO.

Si quis commendauerit amico pecuniam aut vas in custodiam, & ab eo, qui susceperat, furto ablata fuerint: si inuenitur fur, duplum reddet. Exod.22,7,10.

Commendauit [Dauid] gregem custodi. 1.Reg.17,20.

Commendo vos Deo, & verbo gratiæ ipsius. Act.20,32.

Commendo autem vobis Phœben sororem nostrã, quæ est in ministerio Ecclesiæ. Rom.16,1.

Aut numquid egemus (sicut quidã) commendatitiis epistolis ad vos, aut ex vobis? 2.Cor.3,1.

Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est: sed quem Deus commendat. † 10,18.

Ego enim à vobis debui commendari. † 12,11.

COMMENTARIVS.

Ahilud erat à commentariis. 2.Reg.8,16.

Rex autem quod gestum erat, scripsit in commentariis. Esth.12,4.

COMMEREO.

Quia cõmeruisti & illusisti mihi. Num.22,29.

Quid commerui vt aduersum me consurgatis in prælium? Iudic.12,3.

Iste grex quid commeruit? 1.Par.21,17.

COMMILITO, NIS.

Cooperatorem & commilitonem meum. Philip.2,25.

Archippo commilitoni nostro. Philem.v.2.

COMMINVO.

Statuas comminuite atque omnia excelsa vastate. Num.33,52. Deut.9,21. Iudic. 8,16. 4.Reg.18,21. † 23,15.

Lacertos pupillorum comminuisti. Iob 22,9. Psal.17,43.

Flagelli plaga liuorem facit: plaga autem linguæ comminuet ossa. Eccli.28,21.

Comminuta est virga. Isa.14,29. † 41,15. Dan.2,34,40. † 6,24. † 7,7,19. † 8,7.

Super quem autem ceciderit [lapis] comminuet illum. Luc.20,18.

Os non comminuetis ex eo. Ioan 19,36.

COMMINOR.

Non enim quasi homo, sic Deus comminabitur. Iudith 8,15.

Et comminans mihi infremuit contra me dentibus suis. Iob 16,10.

Neque in æternũ comminabitur. Psal.102,9.

Solus sedebam, quoniam comminatione replesti me. Ierem.15,17.

COMMISCEO.

Commisti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum. Psal.105,35.

Omnia commista sunt, sanguis, homicidium, furtum & fictio, corruptio & infidelitas. Sapient.14,24.

COM-

COMMITTO.

Qui fidelis est animi, celat amici commissum. Prou. 11, 13.

Noli aliquid committere, ne fortè auferat vitam tuam. Eccli. 9, 19. 2. Mach. 13, 8, 13.

Nemo commissuram à nouo vestimento immittit in vestimentū vetus. Luc. 5, 36. Act. 27, 40.

COMMODO.

Dominus autem dedit gratiam populo coram Aegyptiis vt commodarent eis; & spoliauerunt Aegyptios. Exod. 12, 36.

Et ego commodaui eum [Samuelem] Domino. 1. Reg 1, 27.

Reddat tibi Dominus semen de muliere hac, pro fœnore, quod commodasti Domino. † 2, 20.

Commodauimus plurimis pecuniam, & frumentum: non repetamus in commune istud, æs alienum concedamus, quod debetur nobis. 2. Esdræ 5, 10.

Tota die miseretur, & commodat: & semen eius in benedictione erit. Psalm 36, 26.

Iucundus homo qui miseretur, & commodat. † 111, 5.

COMMOLO.

Quare atteritis populum meum, & facies pauperum commolitis? Isa. 3, 15.

COMMONEO.

Docentes, & commonentes vosmetipsos psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus. Col. 3, 16.

Incipiam vos semper commonere de his. 2. Pet. 1, 12.

Vestram excito in commonitione sinceram mentem. † 3, 1.

Commonebo eius opera quæ facit, verbis malignis garriens in nos. 3. Ioan. v. 10.

COMMOROR.

Et reliquis [misit dona] qui erant in his locis, in quibus commoratus fuerat Dauid ipse, & viri eius. 1. Reg. 30, 31.

Commorati sunt in Ierusalem de filiis Iuda, & de filiis Beniamin, de filiis quoque Ephraim, & Manasse. 1. Par. 9, 3.

COMMOVEO.

Post spiritum commotio; non in commotione Dominus. 3. Reg. 19, 11.

Tu autem commouisti me aduersus eum [Iob] vt affligerem eum frustrà. Iob 2, 3.

Ab eo autem commoueantur omnes inhabitantes orbem. Psal. 32, 8.

Dum commouentur pedes mei, super me magna locuti sunt. † 37, 17.

Posuisti nos in similitudinem Gentibus, commotionem capitis in populis. † 43, 15.

Commouisti terram, & conturbasti eam. † 59, 4.

Posuit animam meam ad vitam, & non dedit in commotionem pedes meos. † 65, 9.

Commota est, & contremuit terra. † 76, 19.

Commoueatur à facie eius vniuersa terra. † 95, 9.

Commoueatur mare, & plenitudo eius. 11.

Quia in æternū non commouebitur. † 111, 6.

Non det in commotionem pedem tuum. † 120, 3.

Tetigit autem tunc & iustos tentatio mortis, & cōmotio facta est multitudinis. Sap. 18, 20.

Vox auditionis ecce venit, & commotio magna de terra Aquilonis: vt ponat ciuitates Iuda solitudinem, & habitaculum draconum. Ierem. 10, 22.

Quia in die illa erit commotio magna super terram Israel: & commouebuntur à facie mea pisces maris, & volucres cæli. Ezech. 38, 20.

Commouet populum, docens per vniuersam Iudæam. Luc. 23, 5.

COMMVNICO, COMMVNIO, COMMVNIS.

Communio à puris sumatur. Leuit. 7, 20, 21.

In commune decernite. Iudic. 19, 30. † 20, 9. † 21, 7.

Commodauimus plurimis pecuniam, & frumentum, non repetamus in commune istud, æs alienum concedamus, quod debetur nobis. 2. Esdræ 5, 10.

Melius est sedere in angulo domatis, quàm cum muliere litigiosa, & in domo communi. Prou. 21, 9. † 25, 24.

Accepi communē aërē. Sap. 7, 3. Dan. 13, 14.

Sciens quoniā mecum cōmunicabit de bonis, & erit allocutio cogitationis, & tædij mei. † 8, 9.

Communem mortis scito. Eccli. 9, 20.

Quæ communicatio sancto homini ad canem, aut quæ pars diuiti ad pauperem? † 13, 22.

Decreuerunt communi præcepto, & decreto. 2. Mach. 10, 8. † 14, 25. † 15, 36.

Communibus manibus, id est, non lotis manducare. Marc. 7, 2, 5.

Perseuerantes in doctrina Apostolorum, & communicatione fractionis panis. Act. 2, 42.

Omnes etiam qui credebant, erant pariter, & habebant omnia communia. † 2, 44. † 4, 32.

Numquam manducaui omne commune & immundum. † 10, 14. † 11, 8.

Nihil commune per ipsum. Rom. 14, 14.

Communicatio sancti Spiritus cum omnibus vobis. 2. Cor. 13, 13. Phil. 1, 5. † 4, 15.

Tito dilecto filio secundùm communem fidem. Tit. 1, 4.

Beneficentiæ autem, & communionis nolite obliuisci. Heb. 13, 16.

Omnem solicitudinem faciens scribendi vobis de communi vestra salute. Iudæ v. 3.

COMMVTO.

Commutans labium veracium, & doctrinam senum auferens. Iob 12, 20.

Non fuit multitudo in commutationibus eorum. Psalm. 43, 13.

In

In finem pro iis, qui commutabuntur. Titulus Psalmi 44. † 68. † 79.

Non enim est illis commutatio. † 54, 20.

Quod exprobrauerunt commutationē Christi tui. † 88, 52.

COMPAGO.

Sicut in medio compaginis lapidum palus figitur. Eccli. 27, 2.

Compages renum eius soluebantur. Daniel 5, 6.

Dissolutæ sunt compages meæ. † 10, 16.

Pertingens vsque ad diuisionem animæ ac spiritus, compagum quoque ac medullarum. Heb. 4, 12.

COMPAR.

Etiam rogo & te germane compar, adiuua illas quæ mecum laborauerunt in Euangelio. Philip. 4, 3.

COMPARO.

Nūquid Deo potest cōparari homo? Iob 22, 2.

COMPARTICEPS.

Gentes esse coheredes & concorporales, & comparticipes promissionis eius in Christo Iesu. Ephes. 3, 6.

COMPATIOR.

Non videbo morientem puerum: & sedens contrà leuauit vocem suam & fleuit [Agar.] Gen. 21, 16.

Compatitur Deus afflictis. Exod. 3, 7.

Idola proiecerunt, & seruierunt Domino Deo, qui doluit super miseriis eorum. Iudic. 10, 16.

Compassio. 1. Reg. 11, 3. 4. Reg. 8, 11. † 13, 4. Ehst. 8, 6. Ezech. 16, 6.

Compassio & resignatio Dauidis. 1. Par. 21, 17.

Flebam quondam super eo qui afflictus erat; & cōpatiebatur anima mea pauperi. Iob 30, 25.

Ergóne comedent mulieres fructum suum paruulos ad mensuram palmæ? si occiditur in sanctuario Domini sacerdos & Propheta? Thren. 2, 20.

Non enim habemus Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris: tentatum autem per omnia: pro similitudine absque peccato. Heb. 4, 15.

Nam & vinctis compassi estis. † 10, 34.

COMPELLO.

Adhuc vna plaga tangam Pharaonem & Aegyptum, & post hæc dimittet vos, & exire compellet. Exod. 11, 1.

COMPEDES.

Pedes tui non sunt compedibus aggrauati. 2. Reg. 3, 34.

Dominus soluit compeditos. Psal. 145, 8.

Compedes in pedibus, stulto doctrina. Eccli. 21, 22.

Quod si non obaudierit, curua illum compedibus. † 33, 30.

Circumædificauit aduersum me, vt non egrediar, aggrauauit compedem meum. Thren. 3, 7.

Omnes optimates eius confixi sunt in compedibus. Nahum 3, 10.

COMPENDIVM.

Compendij necessitas & vtilitas. 2. Mach. 2, 24.

COMPERIO.

In veritate comperi quia non est personarum acceptor Deus. Act. 10, 34. † 25, 25.

COMPESCOR.

Ne taceas neque cōpescaris Deus. Psal. 82, 2.

COMPINGO.

Ossibus & neruis compegisti me. Iob 10, 11. † 38, 38.

Quo modo ignoras quæ sit via spiritus, & qua ratione compingantur ossa in ventre prægnantis: sic nescis opera Dei, qui fabricator est omnium. Eccles. 11, 5.

Si ostium est, compingamus illud tabulis cedrinis. Cant. 8, 9. Ierem. 10, 4.

Singulorum membra non ego ipsa compegi. 2. Mach. 7, 22.

Qui est caput Christus; ex quo totum corpus compactū, & connexum per omnem iuncturam subministrationis. Ephes. 4, 16.

COMPITVM.

Neque annuncietis in compitis Ascalonis. 2. Reg. 1, 20.

Leua ad eum manus tuas pro anima paruulorum tuorum, qui defecerunt in fame in capite omnium compitorum. Thren. 2, 19.

COMPLACEO.

Quoniam complacuisti in eis. Psal. 43, 4.

Quem enim diligit Dominus, corripit: & quasi pater in filio complacet sibi. Prou. 3, 12.

COMPLANO.

Et complanauit perfectam viam meam. 2. Reg. 22, 33.

COMPLEO.

Numquid iam completi sunt filij? Qui respondit: Adhuc reliquus est paruulus, & pascit oues. 1. Reg. 16, 11.

Completa est malitia aduersum virum tuum [Nabal] & aduersum domum tuam. † 25, 17.

Cumque cōpleti fuerint dies tui. 2. Reg. 7, 12.

Complebo sermones tuos. 3. Reg. 1, 14.

COMPLICO.

Stultus complicat manus suas, & comedit carnes suas. Eccles. 4, 5.

Complicabuntur sicut liber cæli: & omnis militia eorum defluet. Isa. 34, 4.

COMPLODO.

Iratusque Balac contra Balaam, complosis manibus ait. Num. 24, 10.

Cœperunt buccinis clangere & complodere inter se lagenas. Iudic. 7, 19. Ezech. 22, 13.

COMPLVOR.

Tu es terra immunda, & non compluta in die furoris. Ezech. 22, 24.

Plui

Plui super vnam ciuitatem, & super alteram ciuitatem non plui. pars vna cōpluta est; & pars, super quam non plui, aruit. Amos 4,7.

COMPONO.

Iuxta compositionem eius non facietis aliud [oleum vnctionis] quia sanctificatum est. Exodi 30,32.

COMPREHENDO.

Comprehendite eos viuos. 4.Reg.10,14.

Ego me non arbitror comprehendisse. Philip.3,13.

COMPRIMO.

Stultus quoque si tacuerit, sapiens reputabitur: & si compresserit labia sua, intelligens. Prouerb.17,28.

Ne comprimaris in conuiuio. Eccli.31,17. Nahum 3,10.

Vt nauicula sibi deseruiret propter turbam, ne comprimerent eum. Mar.3,9. † 5,24,31.

Et contigit, dum iret [Iesus,] à turbis comprimebatur. Luc.8,42,45.

Oculos suos compresserunt, ne fortè videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur, & sanem eos. Act.28,27.

COMPTVS.

Auerte faciem tuam à muliere compta, & ne circumspicias speciem alienam. propter speciem mulieris multi perierunt. Eccli.9,8.

COMPVGNANS.

Factum est in eradicationem collium compugnantium. Isa.37,26.

COMPVNGO.

Quæ dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini. Psal.4,5.

Vt cantet tibi gloria mea, & non compungar. † 29,13.

Dissipati sunt, nec compuncti. † 34,16.

Persecutus est hominem inopem & mendicū, & compunctum corde mortificare. † 108,17.

Compunctio. Baruch 2,18. Ezech.20,43.

His autem auditis, compuncti sunt corde. Act.2,37.

Dedit illis Deus spiritum compunctionis: oculos vt non videant. Rom.11,8.

COMPVTO.

Computabuntur fructus ex eo tempore, quo vendidit. Leuit.25,27.

Tu vnus pro decem millibus computaris. 2.Reg.18,3. Tob.5,25. † 10,9.

Inter mortuos computantur. Iudith 11,10.

Noctem illam tenebrosus turbo possideat, non computetur in diebus anni. Iob 3,6.

Esse sub sentibus delicias cōputabant. † 30,7.

Et si quidem longæ vitæ erunt, in nihilum computabuntur. Sap.3,17. † 4,8.

Ecce quomodo cōputati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est? † 5,5.

Si ab illo abfuerit sapientia tua, in nihilum computabitur. † 9,6. † 15,2. † 17,12. Eccli.29,7. Osee 8,12. Luc.14,28.

Computet numerum bestiæ. Apoc.13,18.

COMPVTRESCO.

Computruit Manna. Exod.16,20.

Computrescebant prominentes extales eorum. 1.Reg.5,9.

Quare computruit fortis tuus? non stetit, quoniam Dominus subuertit eum. Ierem.46,15.

Computruerunt iumenta in stercore suo. Ioël 1,17.

CONATVS.

Ingressa est Esther ad regem, obsecrans vt conatus eius [Aman] litteris regis irriti fierent. Esth.9,25.

CONCALEO.

Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis. Psal.38,4.

CONCAPTIVVS.

Omnia quæ habere poterat, quotidie concaptiuis fratribus, qui erant ex eius genere, impertiret. Tob.1,3.

Salutate Andronicum & Iuniam cognatos & concaptiuos meos, qui sunt nobiles in Apostolis. Rom.16,7. Col.4,19. Philem.v.23.

CONCATENATVS.

In loricis concatenatis. 1.Mach.6,35.

CONCEDO.

Vt esset firma concessio, soluebat homo calceamentum suum. Ruth 4,7.

CONCERTO.

Facta est ergo longa concertatio inter domum Saul, & inter domum Dauid. 2.Reg 3,1.

Concertatur aurificibus & argētariis. Sap.15,9.

CONCHA.

Rore concham impleuit. Iudic.6,38.

CONCIDO.

Concidisti saccum meum, & circumdedisti me lætitia. Psal.29,12.

Concidam à facie eius inimicos eius. † 88,24.

Dominus iustus concidit ceruices peccatorum. † 128,4.

Die ac nocte in monumentis, & in montibus erat, clamans & concidens se lapidibus. Mar.5,5.

Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem. Philip.3,2.

CONCIDO.

Non concidat cor cuiusquam in eo, ego seruus tuus vadam, & pugnabo aduersus Philisthæum. 1.Reg.17,32.

CONCILIO, CONCILIVM.

Et qui tempore concilij per nomina vocabantur. Num.16,2.

In qua parte domus erat seniorum concilium. 1.Par.26,15.

Et vbi erat concilium bini & bini. 17.

Concilium contra Vasthi. Esth.1,13.

Non sedi cum concilio vanitatis. Psal.25,4.

In concilio iustorũ, & congregatione. † 110, 1.

Lenire iracundiã Domini: conciliare cor patris ad filium, & restituere tribus Iacob. Eccli. 48, 10.

Ini consilium, coge concilium: pone quasi noctem umbram tuam in meridie. Isa. 16, 3.

Duxerunt illum in concilium suum dicentes: Si tu es Christus, dic nobis. Luc. 22, 66.

Conuocauerunt concilium, & omnes seniores filiorum Israel. Act. 5, 21.

Iussit sacerdotes conuenire, & omne concilium, & producens Paulum, statuit inter illos. † 22, 30.

Exclamauit in concilio: Viri fratres, ego Pharisæus sum. † 23, 6.

Vt crastina die producas Paulum in conciliũ, quasi aliquid certius inquisituri sint de illo. 20.

Cùm stem in concilio: nisi de vna hac solummodò voce, qua clamaui inter eos stans: Quoniam de resurrectione mortuorum ego iudicor hodie à vobis. † 24, 21.

CONCINNO.

Ad increpandum tantùm eloquia concinnatis. Iob 6, 26.

Lingua tua concinnabat dolos. Psal. 49, 19.

Qui autem testis est repentinus, concinnat linguam mendacij. Prou. 12, 19.

Ipse enim cogitationes concinnauit. Isa. 32, 7.

CONCINO.

Concinebant in hymnis & confessione Domino. 1. Esd. 3, 11.

Quis enarrabit cælorum rationem, & concentum cæli quis dormire faciet? Iob 38, 37.

CONCIO.

Concionatorum officium. 1. Regum 12, 23. Isa. 58, 1. † 61, 1. Ier. 1, 5. Ezech. 3, 1, 9. † 33, 2, 7. Act. 3, 18.

Concionatores Angelorum vocantur nomine. Isa. 37, 7. Mal. 2, 7. † 3, 1. Matth. 11, 10. Gal. 4, 14. Apocal. 2. † 3.

Congregaui aduersus eos concionem magnam. 2. Esd. 5, 8.

Herodes vestitus veste regia, sedit pro tribunali, & concionabatur ad eos. Act. 12, 21.

CONCIPIO.

Numquid ego concepi omnem hanc multitudinem, vel genui eam? Num. 11, 12. † 14, 13.

Sed concipies, & paries filium, cuius non tanget caput nouacula: erit enim Nazaræus Dei ab infantia sua. Iudic. 13, 3.

Dedit illi Dominus vt conciperet, & pareret filium. Ruth 4, 13.

Concepit Anna, & peperit filium, vocauitque nomen eius Samuel. 1. Reg. 1, 20.

Concepit [Anna] & peperit tres filios, & duas filias. † 2, 21.

Nuntiauit [Bethsabee] Dauid, & ait: Concepi. 2. Reg. 11, 5.

Concepit mulier [Sunamitis] & peperit filium, in tempore, & in hora eadem, qua dixerat Eliseus. 4 Reg. 4, 17.

Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est: Conceptus est homo. Iob 3, 2.

Vel qui concepti non viderunt lucem. 16.

Quis potest facere mundum de immundo conceptũ semine? nónne tu qui solus es? † 14, 4.

Concepit dolorem, & peperit iniquitatem. † 15, 35.

In iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Psal. 50, 7.

Nondum erant abyssi, & ego iam concepta eram. Prou. 8, 24.

Age conceptiones tuas, & non in delictis, & verbo superbo. Eccli. 32, 16.

Accessi ad prophetissam, & concepit, & peperit filium. Isa. 8, 3.

Concepimus, & quasi parturiuimus, & peperimus spiritum: salutes non fecimus in terra, ideò non ceciderunt habitatores terræ. † 26, 18.

Concipietis ardorem, parietis stipulam: spiritus vester vt ignis vorabit vos. † 33, 11.

Conceperunt laborem, & pepererunt iniquitatem. † 59, 4.

Ephraim quasi auis auolauit, gloria eorum à partu, & ab vtero, & à conceptu. Osee 9, 11.

Concepit Elisabeth vxor eius, & occultabat se mensibus quinque. Luc. 1, 24.

Concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum. 31.

Fide & ipsa Sara sterilis virtutem in conceptionem seminis accepit, etiam præter tempus ætatis. Heb. 11, 11.

CONCITO.

Caue ne vltrà loquaris ad nos, & veniant ad te viri animo concitati, & ipse cum omni domo tua pereas. Iudic. 18, 25.

Concitauit enim eum [Achab] Iezabel vxor sua. 3. Reg. 21, 25.

CONCLAMO.

Conclamantes secuti sunt, & post tergum clamare cœperunt. Iudic. 18, 22.

Conclamauit ergo Saul, & omnis populus, qui erat cum eo, & venerunt vsque ad locum certaminis. 1. Reg. 14, 20.

CONCLAVE.

Infer cibum in conclaue, vt vescar de manu tua. 2. Reg. 13, 10.

Eliseus propheta, qui est in Israel, indicat regi Israel omnia verba quæcumque locutus fueris in conclaui tuo. 4. Reg. 6, 12.

CONCLVDO.

Conclusit eos desertum. Exod. 14, 3.

Conclususque est [Dauid] introgressus vrbem in qua portæ & seræ sunt. 1. Reg. 23, 7.

Conclusit me Deus apud iniquũ. Iob 16, 12.

CONCORDIA.

Cõcordia ex peccato breuis & incerta. Iudic. 9, 3.

Et

Et vniuersarum concordiam nationum sua dissensione violaret. Esth.13,4.

Qui facit concordiam in sublimibus suis. Iob 25,2.

Iustitiæ legem in concordia disposuerunt. Sap.18,9.

In tribus placitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo, & hominibus: concordia fratrum, & amor proximorum, & vir, & mulier benè sibi consentientes. Eccli.25,2.

Concordia populorum. Isa.19,24.

Et huic concordant verba Prophetarum. Act.15,15.

CONCORPORALIS.

Concorporales & comparticipes. Eph.3,6.

CONCREOR.

Timor Domini, & cum fidelibus in vulua concreatus est. Eccli.1,16.

Error & tenebræ peccatoribus concreata sunt. † 11,16.

CONCREMO.

In stipula [fruges] concrematæ sunt. Iudic.15,5. 2.Mach.10,36.

Tertia pars arborũ concremata est. Apoc.8,7.

Carnes eius [fornicariæ] manducabunt, & ipsam igni concremabunt. † 17,16.

CONCREPO.

Et citharis concrepabant. 2.Par.5,21.

Non concrepabunt ei: Væ, Domine, & væ inclyte. Ierem.22,18.

CONCRESCO.

Atque concreuerit fœdus humor. Leuit.15,3.

Concrescat vt pluuia doctrina mea. Deuteron.32,2.

Flante Deo concrescit gelu. Iob 37,10.

Nubes rore concrescunt. Prou.3,20.

CONCVBINA.

Concubina illius, nomine Roma peperit Tabee. Gen.22,24.

Concubina Eliphaz filij Esau, quæ peperit ei Amalec. † 36,12.

Quod cernens homo, eduxit ad eos concubinam suam, & eis tradidit illudendã. Iudic.19,25.

Quare ingressus es ad concubinam patris mei? 2.Reg.3,8.

Accepit ergo Dauid adhuc concubinas, & vxores de Ierusalem. † 5,13.

Dereliquit rex decem mulieres concubinas, ad custodiendam domum. † 15,16.

Ingredere ad concubinas patris tui. † 16,21.

Concubinæ Dauid, quas fœdarat Absalom, custodita; aluntur: non ingreditur rex ad eas. † 20,3.

Filij autem Ceturæ concubinæ Abraham. 1 Par.1,32.

Concubina Caleb. † 2,46.

Concubinaque eius Syra. † 7,14.

Concubinis regis præsidebat. Esth.2,14.

Contigit Tharsenses & Mallotas seditionem mouere, eò quòd Antiochidi regis concubinæ dono essent dati. 2.Mach.4,30.

CONCVLCO.

Conculca anima mea robustos. Iudic.5,21.

Miserere mei Deus, quoniam conculcauit me homo, tota die impugnans tribulauit me. Psalmo 55,2.

CONCVPISCO.

Non concupisces domum proximi tui, nec desiderabis vxorem eius. Exod.20,17.

Vocatusque est ille locus, Sepulchra concupiscentiæ: ibi enim sepelierunt populum, qui desiderauerat. Num.11,34.

Non concupisces argentum & aurum de quibus facta sunt [sculptilia] neque assumes ex eis quidquam. Deut.7,25.

Non concupiscas ex rebus eius aliquid. 1.Regum 15,3.

Tu scis Domine quia numquam concupiui virum, & mundam seruaui animam meam ab omni concupiscentia. Tob.3,16.

Cor autem Holofernis concussum est: erat enim ardẽs in concupiscentia eius. Iudith 12,16.

Obliuiscere populum tuum, & domum patris tui, & concupiscet rex decorem tuũ. Psal.44,12.

Concupiscit & deficit anima mea in atria Domini. † 83,3.

Concupierunt concupiscentiam in deserto. † 105,14.

Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore. † 118,20.

Concupiui salutare tuum Domine, & lex tua meditatio mea est. 174.

Inconstantia concupiscentiæ transuertit sensum sine malitia. Sap.4,12.

Quibus dedisti concupiscentiam delectamenti sui, nouum saporem. † 16,2,3.

Nouissimè autem viderunt nouam creaturam auium, cùm adducti concupiscentia postulauerunt escas epulationis. † 19,11.

Ne sequaris in fortitudine tua concupiscentiam cordis tui, & ne dixeris: Quomodo potui? aut quis me subiiciet propter facta mea? Deus enim vindicans vindicabit. Eccli.5,2.

Concupiscentia vis & sitis. Eccli.20,15.

Post concupiscentias tuas non eas, & à voluntate tua auertere. Si præstes animæ tuæ concupiscentias eius, faciet te in gaudium inimicis. † 18,30.

Aufer à me ventris concupiscentias, & concubitus concupiscentiæ ne apprehendant me. † 23,6

Erit in concupiscentiis feminarum, nec quemquam deorum curabit. Dan.11,37.

Et videbant eam [Susannam] senes quotidie ingredientem, & deambulantem: & exarserunt in concupiscentiam eius. † 13,8,11,14.

Et nemo vos videt, & nos in concupiscentia

 tui

tui sumus: quamobrem assentire nobis, & commiscere nobiscum. 20.

Semen Chanaan & non Iuda, species decepit te,& concupiscentia subuertit cor tuum. 56.

Concupierunt agros & violenter tulerunt, & rapuerunt domos. Mich.2,2.

Deceptio diuitiarum, & circa reliqua concupiscẽtiæ introëuntes suffocant verbũ. Mar.4,19.

Non ergo regnet peccatũ in vestro mortali corpore, vt obediatis cõcupiscentiis eius. Rom.6,12.

Concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret: Non concupisces. † 7,7.

Peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. 8.

Vnusquisque verò tentatur à concupiscentia sua abstractus & illectus. Iac.1,14.

Vnde bella & lites in vobis? Nónne hinc? ex concupiscentiis vestris, quæ militant in membris vestris? † 4,1.

Concupiscitis,& non habetis. 2.

Qui post carnem in concupiscentiam immunditiæ ambulant. 2 Pet.2,10.

Iuxta proprias concupiscẽtias ambulãtes. † 3,3

Omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ. 1.Ioan.2,16.

CONCVRRO.

Quocumque audieritis clangorem tubæ, illuc concurrite ad nos. 2.Esd.4,20.

Cõcursus ad dedicationẽ ciuitatis. 2.Esd.12,27.

Concurrerunt ad eam [Iudith] omnes, à minimo vsque ad maximum: quoniam sperabant eam iam non esse venturam. Iudith 13,15,16.

Cõcursus magnus ad adorationẽ statuæ. Dan.3,5

CONCVTIO.

Vox Domini concutientis desertũ. Psal.28,8.

CONDELECTOR.

Condelector enim legi Dei secundùm interiorem hominem. Rom.7,22.

CONDEMNO.

Condemnans impium,& reddens viam suam super caput eius. 3.Reg.8,32.

Condemnati erunt omnes, qui blasphemauerint te. Tob.13,16.

Si iustificare me voluero, os meum condemnabit me. Iob 9,20.

Noli me condemnare: indica mihi cur me ita iudices? † 10,2.

Condemnabit te os tuum,& non ego. † 15,6.

Eò quòd non inuenissent responsionẽ rationabilẽ; sed tantummodò cõdemnassent Iob. † 32,3.

Verè enim Deus non condemnabit frustrà, nec Omnipotens subuertet iudicium. † 34,12.

Et condemnabis me, vt tu iustificeris? † 40,3.

Cũ iudicatur, exeat condemnatus. Psal.108,7.

Qui iustificat impium,& qui condẽnat iustum, abominabilis est vterque apud Deũ. Prou.17,15.

Condemnat autem iustus mortuus viuos impios, & iuuentus celeriùs consummata longam vitam iniusti. Sap.4,16.

Ipsum quoque, qui non debet puniri, condemnare, exterum æstimas à tua virtute. † 12,15.

Propter quod & finis condemnationis eorum venit super illos. 27.

Cùm sit enim timida nequitia, dat testimonium condemnationis. † 17,10.

Si autem sciretis, quid est: Misericordiam volo, & non sacrificium, numquam condemnassetis innocentes. Matth.12,7.

Nemo te condemnauit? quæ dixit: Nemo, Domine. Dixit autẽ Iesus: Nec ego te cõdemnabo, vade,& iam ampliùs noli peccare. Ioan.8,11.

In quo enim iudicas alterum, teipsum condemnas. Rom.2,1.

Iudiciũ quidẽ ex vno, in condemnationẽ; gratia autẽ ex multis delictis in iustificationẽ. † 5,16.

CONDENSVS.

Cumque ingressus fuisset mulus subter condensam quercum. 2.Reg.18,9.

Et reuelabit condensa. Psal.28,9. † 117,27. Isa.10,34. Ezech.31,3.

CONDICO.

Nã pueris cõdixi in illũ & illũ locũ. 1.Reg.21,2.

CONDIO.

Præcepit [Ioseph] seruis suis medicis, vt aromatibus condirent patrem. Gen.50,2.

Conditus aromatibus [Ioseph] repositus est in loculo in Aegypto. 25.

CONDITIO. († 13,13.

Cõditionatæ promissiones. Deut.19,8. 1.Reg.2,30.

Vnus interitus est hominis, & iumentorum, æqua vtriusque conditio. Eccles.3,19.

CONDO.

In ipso condita sunt vniuersa in cælis & in terra visibilia & inuisibilia. Col.1,16.

CONDOLEO.

Qui [Pontifex] condolere possit iis qui ignorant & errant. Heb.5,2.

CONDVCO.

Conduxit sibi [Abimelech] ex eo viros inopes & vagos, secutique sunt eum. Iudic.9,4.

Quid necesse est homini maiora se quærere, cũ ignoret quid cõducat sibi in vita sua. Eccles.7,1.

CONFERO.

Facta collatione, duodecim millia drachmas argenti misit Ierosolymam. 2.Mach.12,43.

Eramus autem in hac vrbe diebus aliquot conferentes. Act.16,12.

Probauerunt enim Macedonia & Achaia, collationem aliquam facere in pauperes sanctorum, qui sunt in Ierusalem. Rom.15,26.

Ascendi autem secundùm reuelationem: & contuli cum illis Euangelium, quod prædico in Gentibus. Gal.2,2.

Mihi enim qui videbantur esse aliquid, nihil contulerunt. 6.

CON-

CONFICIO.

Fœdæ, confectæque macie. Gen. 41, 3.

Visitabo vos velociter in egestate & ardore, qui conficiat oculos vestros. Leuit. 26, 16.

Eras fame & labore confectus. Deut. 25, 18.

Posuit me desolatam, tota die mœrore confectam. Thren. 1, 13.

CONFIDO.

Habitabit Israel confidenter. Deut. 33, 28.

In quo cõfidis, vt audeas rebellare? 4. Reg. 18, 20

Sic est Pharao omnibus qui cõfidunt in se. 21.

Non eritis vos, qui dimicabitis: sed tantummodò confidenter state, & videbitis auxilium Domini super vos, ô Iuda & Ierusalem. 2. Par. 20, 17.

In Dño confido: quomodo dicitis animæ meæ: Transmigra in montem sicut passer? Psal. 10, 1.

Qui confidunt in virtute sua. † 48, 7.

In te confidit anima mea. † 56, 2.

Bonum est confidere in Domino, quàm confidere in homine. † 117, 8.

Qui confidunt in Domino sicut mons Sion, non commouebitur in æternum qui habitat in Ierusalem. † 124, 1.

Nolite confidere in principibus, in filiis hominum, in quibus non est salus. † 145, 3.

Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter. Prou. 10, 9.

Qui confidit in corde suo, stultus est. † 28, 26.

Confidit in ea cor viri sui. † 31, 11.

Qui cõfidunt in illo, intelligẽt veritatẽ. Sap. 9, 3

Ne manseris in operibus peccatorum: confide autem Deo, & mane in loco tuo. Eccli. 11, 22.

Nõ exorauerunt pro peccatis suis antiqui gigãtes, qui destructi sunt cõfidentes suę virtuti. † 16, 8

Qui credit Deo, attendit mandatis: & qui confidit in illo, non minorabitur. † 32, 28.

Et non sunt confisi super sanctum Israel, & Dominum non requisierunt. Isa. 31, 1.

Conturbamini confidentes: exuite vos & confundimini, accingite lumbos vestros. † 32, 11.

Manus tuæ erunt super caput tuum: quoniam obtinuit Dominus confidentiam tuam, & nihil habebis prosperum in ea. Ierem. 2, 37.

Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum. † 17, 5, 7.

Quia confisus es in viis tuis, in multitudine fortium tuorum. Osee 10, 13.

Non audiuit vocem, & non suscepit disciplinam: in Domino non est confisa. Soph. 3, 2.

Machabæus autem semper confidebat cum omni spe auxilium sibi à Deo affuturum. 2. Mach. 15, 7.

Dixit autem & ad quosdam, qui in se confidebant tamquam iusti. Luc. 18, 9.

Gaudeo quòd in omnibus confido in vobis. 2. Cor. 7, 16.

Si quis confidit sibi Christi se esse. † 10, 7.

Si quis alius videtur confidere in carne, ego magis, circumcisus octauo die. Philip. 3, 5.

Cõfidens in obediẽtia tua scripsi tibi. Phil v. 21

Confidimus autem de vobis dilectissimi meliora & viciniora saluti. Heb. 6, 9.

Nolite itaque amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationem. † 10, 35.

CONFIGO.

Nisusque est Saul configere Dauid lancea in pariete. 1. Reg. 19, 10.

Confixus cades inter vulneratos Israel. Iudith 6, 4.

Confige timore tuo carnes meas, à iudiciis enim tuis timui. Psal. 118, 120.

Configet eos, qui confixerunt animam eius. Prou. 22, 23.

Aspicient ad me, quem confixerunt. Zachariæ 12, 10.

Configent eum pater eius, & mater eius, genitores eius, cùm prophetauerit. † 13, 3.

Et in penuria vos maledicti estis, & me configitis gens tota. Mal. 3, 9.

Christo confixus sum cruci. Gal. 2, 19.

CONFIGVRO.

Configuratus morti eius. Philip. 3, 10, 11.

Non configurati prioribus ignorantiæ vestræ desideriis. 1. Pet. 1, 14.

CONFINGO.

Per timorem animi sui Propheta confinxit, & idcircò non timebis eum. Deut. 18, 22.

CONFINIS.

Audite cõfines Sion. Bar. 4, 9, 14. 1. Mach. 14, 2.

CONFIRMO.

Saul, confirmato regno super Israel, pugnabat per circuitum. 1. Reg. 14, 47.

Cognouit Dauid quoniam confirmasset eum, Dominus regem. 2. Reg. 5, 12.

Confirmatum est igitur regnum in manu Salomonis. 3. Reg. 3, 1.

Cõfirmauit Dominus sermonem suũ. † 8, 20.

Cumque se confirmasset [Ioram] occidit omnes fratres suos gladio, & quosdam de principibus Israel. 2. Par. 21, 4.

Confirma me Domine Deus Israel in hac hora, ad opera manuum mearum. Iudith 13, 7.

Confirmat autẽ iustos Dominus. Psal. 36, 17.

Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis. † 67, 29.

In te confirmatus sum ex vtero. † 70, 6.

Tu confirmasti in virtute tua mare. † 73, 13.

Ego confirmaui columnas eius. † 74, 4.

Confirma me in verbis tuis. † 118, 28.

Et tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. Luc. 22, 32.

Confirmationis Sacramentum. Imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum sanctum. Act. 8, 17.

Baptismatum doctrinæ, impositionis quoque manuum. Heb. 6, 2.

Confirmantes animas discipulorum. † 14,21.

Ecclesiæ quidem confirmabantur fide, & abũdabant numero quotidie. † 16,5.

Confirmans omnes discipulos. † 18,23.

Vt aliquid impertiar vobis gratiæ spiritualis ad confirmandos vos. Rom.1,11.

Ei autem, qui potens est vos confirmare iuxta Euangelium meum, & prædicationem Iesu Christi. † 16,25.

Confirmabit vos vsque in finem sine crimine. 1.Cor.1,8.

Qui autem confirmat nos vobiscum in Christo, & qui vnxit nos Deus. 2.Cor.1,21.

Exhortetur corda vestra, & confirmet in omni opere, & sermone bono. 2.Thes.2,16. † 3,3.

CONFISCO.

Confiscatio. Tua sint omnia, quæ fuerunt Miphiboseth. 2.Reg.16,4. † 19,29.

Qui hanc mutauerit iussionem, tollatur lignum de domo ipsius, & erigatur, & configatur in eo, domus autem eius publicetur. 1.Esd.6,11.

Confiscantur bona legẽ negligentis. 1,Esd.7,26.

Confiscantur bona non venientium ad congregationem. † 10,7,8.

Confiscantur bona Tobia. Iussit eum occidi, & tulit omnem substantiam eius. Tob.1,22.

CONFITEOR.

Confiteor peccatum meum. Gen.41,9.

Confiteatur omnes iniquitates filiorum Israel, & vniuersa delicta atque peccata eorum. Leuit.16,21,30.

Donec confiteantur iniquitates suas, & maiorum suorum. † 26,40.

Confitebuntur peccatum suum, & reddent ipsum caput. Num.5,7.

Confitere & indica mihi quid feceris, ne abscondas. Iof.7,19.

Vidensque illa quòd confessus ei esset [Samson] omnem animum suum. Iudic.16,18.

Et agentes pœnitentiam, & confitentes nomini tuo. 3.Reg.8,33.

Fecit Dauid principem ad confitendum Domino, Asaph, & fratres eius, 1.Par.16,7.

Confitemini Domino quoniam bonus. 2.Paralip.5,13.

Date confessionem Domino Deo patrum vestrorum, & facite placitum eius, & separamini à populis terræ, & ab vxoribus alienigenis. 1.Esdræ 10,11.

Confiteor pro peccatis filiorum Israel, quibus peccauerunt tibi: ego & domus patris mei peccauimus, vanitate seducti sumus. 2.Esd.1,6,7.

Confitebantur peccata sua, & iniquitates patrum suorum. † 9,2.

Legerunt in volumine legis Domini Dei sui, quater in die, & quater confitebantur, & adorabant Dominum Deum suum. † 9,3.

Confitemini Domino filij Israel, & in conspectu gentium laudate eum. Tob.13,3.

Noli tradere confitentes te, populo qui ignorat te. Iudith 7,20.

Qui de vtroque habita quæstione, confessos iussit duci ad mortem. Esth.12,3.

Confitebor tibi Domine in toto corde meo. Psal.9,2.

Dixi: Confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino: & tu remisisti impietatem peccati mei. † 31,5.

Confitebor tibi in Ecclesia magna, in populo graui laudabo te. † 34,18.

Confitebuntur tibi in æternum. † 44,18. † 51,11.

Confitebitur tibi cùm benefeceris ei. † 48,19.

Confitebor nomini tuo Domine. † 53,8.

Confitebor tibi in populis Domine. † 56,10.

Confiteantur tibi populi Deus. † 66,4.

Confitebimur tibi Deus, confitebimur. † 74,2.

Confitebuntur cæli mirabilia tua Domine. † 88,6.

Bonum est confiteri Domino, & psallere nomini tuo Altissime. † 91,2.

Confessio & pulchritudo in conspectu eius. † 95,6.

Confiteantur nomini tuo magno. † 98,3.

Psalmus in confessione. Tit.Psal.99.

Confessionem & decorem induisti. † 103,1.

Confitemini Domino, & inuocate nomen eius. † 104,1.

Confitemini Domino quoniã bonus. † 105,1. † 117,1. † 135,1.

Vt confiteamur nomini sancto tuo. † 105,47.

Confiteantur Domino misericordiæ eius. † 106,8, 15,21,31.

Confitebor tibi in populis Domine. † 107,4.

Confitebor tibi Domine in toto corde meo. † 110,1. † 137,1.

Confessio & magnificentia opus eius. † 110,3.

Confiteantur tibi Domine omnes reges terræ. † 137,4.

Confiteantur tibi Domine omnia opera tua. † 144,10.

Præcinite Domino in confessione, psallite Deo nostro in cithara. † 146,7.

Confessio eius super cælum & terrã. † 148,14.

Qui abscondit scelera sua, non dirigetur: qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur. Prou.28,13.

Non confundaris confiteri peccata tua, & ne subiicias te omni homini pro peccato. Eccli.4,31.

Non demoreris in errore impiorum; ante mortem confitere, à mortuo quasi nihil perit confessio. † 17,26.

Confiteberis viuens, viuus & sanus confiteberis. 27.

In omni opere dedit confessionem sancto, & Excelso in verbo gloriæ. † 47,9.

Con

Confitebor tibi Domine Rex,& collaudabo te Deum Saluatorem meum. † 51,2.

Confitebor tibi Domine, quoniam iratus es mihi. Isa.12,1.

Confitemini Domino exercituum. Ier.33,11.

Nec simpliciter Iudæum se esse quisquam confitebatur. 2.Mach 6,6.

Baptizabantur ab eo in Iordane, confitentes peccata sua. Matth.3,6.

Omnis ergo, qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo. † 10,32.

Et hæc [Anna] ipsa hora superueniens confitebatur Domino, & loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionē Israel. Luc.2,38.

Et ex principibus multi crediderunt in eum, sed propter Pharisæos confitebātur. Ioan.12,42.

Multique credentium veniebant confitentes, & annuntiantes actus suos. Act.19,18.

Quia si confitearis in ore tuo Dominum Iesum, & in corde tuo credideris quòd Deus suscitauit eum à mortuis, saluus eris. Rom.10,9.

Corde enim creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem. 10.

Glorificantes Deum in obedientia confessionis vestræ, in Euangelium Christi. 2.Cor.9,13.

Et omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris. Philip.2,11.

Confessus bonam confessionem coram multis testibus. 1.Timoth.6,12.

Considerate Apostolum, & pontificem confessionis nostræ Iesum. Heb.3,1.

Habentes ergo pontificem magnum, qui penetrauit cælos Iesum filium Dei: teneamus confessionem. † 4,14.

Fructum labiorum confitentium nomini eius. † 13,15.

Confitemini alterutrum peccata vestra. Iacobi 5,16.

Si confiteamur peccata nostra, fidelis est, & iustus, vt remittat nobis peccata nostra. 1.Ioan.1,9.

Qui confitetur Filium, & Patrem habet. † 2,23.

Omnis spiritus, qui confitetur Iesum Christum in carne venisse, ex Deo est. † 4,2.

CONFLO.

Fecerunt sibi vitulum conflatilem Exod.32,8.

Habet argentum, venarum suarum principia, & auro locus est, in quo conflatur. Iob 38,1. Prou.27,21.

Argentum tuum confla. Eccli.28,30. Isa.2,4. † 40,19. † 44,10. † 46,1. Ezech 22,20.

Quia mendax est conflatio eorum. Ier.51,17.

De eruditis ruent, vt conflentur, & eligantur. Dan.11,35.

Ipse enim quasi ignis conflans. Mal 3,2.

Conflatile & imaginem falsam? Hab.2,18.

CONFLIGO.

Iudæ sermonibus, &c. animi iuuenum confortati, statuerunt dimicare & confligere fortiter, vt virtus de negotiis iudicaret. 2.Machab.15,17.

CONFLVO.

Confluent ad bona Domini, super frumento, & vino, & oleo. Ier.31,12. † 51,44. Dan.13,4.

CONFODIO.

Ne compellar confodere te in terram. 2.Regum 2,22.

Si vidisti, quare non confodisti eum cum terra, & ego dedissem tibi decem argenti siclos, & vnum balteum? † 18,11.

CONFORMIS.

Nam quos præsciuit, & prædestinauit conformes fieri imaginis Filij sui. Rom.8,29.

Nolite conformari huic sæculo; sed reformamini in nouitate sensus vestri. † 12,2.

CONFORTO.

Confortatus [Iacob] sedit in lectulo. Genes.48,2.

Confortare & esto robustus: tu enim introduces populum istum in Terram. Deut.31,7. Ios.1,7.

Confortat Deus hostes Israelis peccantis. Iudic.3,12.

Confortabuntur manus tuæ, & securior ad hostium castra descendes. † 7,11.

Confortamini & estote viri, Philisthiim. 1.Reg.4,9.

Confortauit [Ionathas] manus eius [Dauidis] in Deo, dixitque ei, Ne timeas: neque enim inueniet te manus Saul patris mei, & tu regnabis super Israel, & ego ero tibi secundus. † 23,17.

Confortatus est autem Dauid in Domino Deo suo. † 30,6.

Confortentur manus vestræ. 2.Reg.2,7.

Conforta bellatores tuos aduersus vrbem, vt destruas eam, & exhortare eos. † 11,25.

Confortare & esto vir. 3.Reg.2,1.

Confortare, & scito, & vide quid facias: sequēti enim anno rex Syriæ ascēdet cōtra te. † 20,22.

Confortatus est ergo Salomon filius Dauid, in regno suo. 2.Par.1,1.

Confortamini & non dissoluantur manus vestræ: erit enim merces operi vestro. † 15,7.

Confortatusque est populus huiuscemodi verbis Ezechiæ regis Iuda. † 32,8.

Et ego confortatus manu Domini Dei mei, quæ erat in me, congregaui de Israel principes, qui ascenderent mecum. 1.Esd.7,28.

Confortatæ sunt manus eorum in bono. 2.Esdræ 2,18.

Quam ob causam magis confortaui manus meas. † 6,9.

Confortatum est cor tuum, eò quòd castitatem amaueris, & post virum tuum alterum nescie-

nescieris: ideò & manus Domini confortauit te, & ideò eris benedicta in æternū. Iudith 15,11.

Confortauit seras portarum tuarū. Psal. 147,1.

Confortate manus dissolutas. Isa. 35,3.

Confortauit faber ærarius percutiens malleo eum, qui cudebat. † 41,7.

Confortamini filij Beniamin in medio Ierusalem. Ierem. 6,1.

Manus enim Domini erat mecum, confortans me. Ezech. 3,14.

Confortabo brachia regis Babylonis, daboque gladium meum in manu eius. † 30,24.

Loquere, Domine mi, quia confortasti me. Dan. 10,19.

Confortabitur rex Austri, & de principibus eius præualebit super eum. † 11,5.

Et ego erudiui eos, & confortaui brachia eorum, & in me cogitauerunt malitiam. Osee 7,15.

Confortare omnis populus terræ, dicit Dominus exercituum, & facite, quoniam ego vobiscum sum. Agg. 2,5.

Confortentur manus vestræ, qui auditis in his diebus sermones istos per os Prophetarum. Zach. 8,9.

Confortabo eos in Domino, & in nomine eius ambulabunt. † 10,12.

Confortentur mihi habitatores Ierusalem. † 12,5.

Confortamini in Domino, & in potentia virtutis eius. Ephes. 6,10.

Tu ergo, fili mi, confortare in gratia, quæ est in Christo Iesu. 2. Tim. 2,1.

Dominus autem mihi astitit & confortauit me, vt per me prædicatio impleatur. † 4,17.

CONFOVEOR.

Quod confotum est, erumpet in regulum. Isa. 59,5.

CONFRICO.

Vellebant discipuli eius spicas, & manducabant, confricantes manibus. Luc. 6,1.

CONFRINGO.

Confregit Dauid viros suos sermonibus, & non permisit eos, vt consurgerent in Saul. 1. Regum 24,8.

Dum confringuntur ossa mea, exprobrauerunt mihi qui tribulant me inimici mei. Psal. 41,11.

Ibi confregit potentias arcuum, scutum, gladium & bellum. † 75,4.

Confregit in die iræ suæ reges. † 109,5.

Confractione confringetur terra, contritione conteretur terra, commotione commouebitur terra. Isa. 24,19.

CONFVGIO.

Confugientem seruum ad te, ne tradas domino. Deut. 23,15.

Confugiunt fratres ad Dauid, & afflicti, ac inopes. 1. Reg. 22,1.

Confugiat ad Deum afflictus. 4. Reg. 19,1.

Ad te confugi. Psal. 142,9.

CONFVNDO.

Facta est confusio mortis magnæ in ciuitate. 1. Reg. 5,6.

Eò quòd confudisset eum pater suus. † 20,34.

Diligis filium Isai in confusionem tuam, & in confusionem ignominiosæ matris tuæ? 30.

Confudisti hodie vultus omnium seruorum tuorum, qui saluam fecerunt animam tuam. 2. Reg. 19,5.

Ne confundas faciem meam. 3. Reg. 2,16.

Et in gladium, & in captiuitatem, & in rapinam, & in confusionem vultus. 1. Esd. 9,7.

Confundor & erubesco leuare faciem meam ad te, quoniam iniquitates nostræ multiplicatæ sunt super caput nostrum, & delicta nostra creuerunt vsque ad cælum, à diebus patrum nostrorum. † 9,6.

Pro quo scelere dati sunt in gladium, & in rapinam, & in confusionem inimicis suis. Iudith 8,19.

Vna mulier Hebræa fecit confusionem in domo regis Nabuchodonosor. † 14,16.

En, decies confunditis me. Iob 19,2.

Respice cunctos superbos, & confunde eos, & contere impios in loco suo. † 40,7.

In te sperauerunt, & non sunt confusi. Psalmo 21,6.

Confundantur omnes iniqua agentes superuacuè. † 24,3.

In te Domine speraui, non confundar in æternum. † 30,2.

Induantur confusione & reuerentia. † 34,26.

Ferant confestim confusionem suam. † 39,16.

Confusio faciei meæ cooperuit me. † 43,16.

Confusi sunt, quoniam Deus spreuit eos. † 52,6.

Non confundantur super me qui quærunt te. † 68,7.

Operuit confusio faciem meam. 8.

Confundantur & reuereantur qui quærunt animam meam. † 69,3.

Operiantur confusione & pudore. † 70,13.

Ne auertatur humilis factus cōfusus. † 73,21.

Perfudisti eum confusione. † 88,46.

Operiantur sicut diploide confusione sua. † 108,29.

Adhæsi testimoniis tuis Domine, noli me confundere. † 118,31.

Non cōfundas me ab expectatione mea. 116.

Non confundetur, cùm loquetur inimicis suis in porta. † 126,5.

Confundantur & conuertantur retrorsum omnes qui oderunt Sion. † 128,5.

Pro anima tua ne confundaris dicere verum, est enim confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gloriam & gratiam. Eccli. 4,24.

Est

Est qui perdat animam suam præ confusione, & ab imprudenti persona perdet eam. † 20,24.

Homo peritus confundetur à persona potentis. † 21,25.

Confusio patris est de filio indisciplinato; filia autem in deminoratione fiet. † 22,3.

Confundētur ab idolis, quibus sacrificauerūt, & erubescetis super hortis quos elegeratis. Isa. 1,29.

Erit vobis fortitudo Pharaonis in confusionem, & fiducia vmbræ Aegypti in ignominiam. † 30,3.

Confusi sunt super populo, qui eis prodesse non potuit. 5.

Non modò confundetur Iacob, nec modò vultus eius erubescet: sed cùm viderit filios suos, opus manuū mearum in medio sui sanctificantes nomen meum, & sanctificabunt sanctum Iacob, & Deum Israel prædicabunt. † 29,22.

Confundantur confusione, qui confidunt in sculptili, qui dicunt conflatili: Vos dij nostri. † 42,17.

Confusi sunt & erubuerunt omnes, simul abierunt in confusionem fabricatores errorum. † 45,16.

Israel saluatus est in Domino salute æterna: non confundemini, & non erubescetis vsque in sæculum sæculi. 17.

Et scies quia ego Dominus, super quo non confundentur qui expectant eum. † 49,23.

Noli timere, quia non confunderis neque erubesces: non enim te pudebit, quia confusionis adolescentiæ tuæ obliuisceris. † 54,4.

Pro confusione vestra duplici & rubore, laudabunt partem suam: propter hoc in terra sua duplicia possidebunt, lætitia sempiterna erit eis. † 61,7.

Ecce serui mei bibent, & vos sitietis: ecce serui mei lætabuntur, & vos confundemini. † 65,13.

Quàm vilis facta es nimis, iterans vias tuas? & ab Aegypto confundêris, sicut confusa es ab Assur. Ierem 2,36

Confusio comedit laborem patrum nostrorum ab adolescentia nostra. † 3,24.

Confusi sunt quia abominationem fecerunt: quin potiùs confusione non sunt confusi, & erubescere nescierunt. † 6,15.

Congrega de terra confusionem tuam, quæ habitas in obsidione. † 10,17.

Confundantur qui me persequuntur, & non confundar ego. † 17,18.

Confusus sum & erubui, quoniam sustinui opprobrium adolescentiæ meæ. † 31,19.

Confusa est filia Aegypti, & tradita in manus populi Aquilonis. † 46,24.

Confundetur Moab à Chamos, sicut confusa est domus Israel à Bethel. † 48,13.

Confusa est mater vestra nimis, & adæquata pulueri. † 50,12.

Confusi sumus, quoniam audiuimus opprobrium, operuit ignominia facies nostras † 51,51.

Domino Deo nostro iustitia, nobis autem confusio faciei. Baruch 1,15.

Confundantur etiam qui colunt ea. † 6,25.

Confundaris in omnibus, quę fecisti consolans eas. Ezech. 16,54.

Ergo & tu porta confusionem tuam, quæ vicisti sorores tuas peccatis tuis. 52,63.

Nec auditam faciam in te ampliùs confusionem Gentium. † 36,15.

Confundimini & erubescite super viis vestris, domus Israel. 32.

Portabunt confusionem suam. † 39,26.

Ostende domui Israel templum, & confundantur ab iniquitatibus suis, & metiantur fabricam, & erubescant ex omnibus, quæ fecerunt. † 43,11.

Confusio & opprobrium facti sumus seruis tuis. Dan. 3,33.

Non est confusio confidentibus in te. 40.

Confundantur omnes qui ostendunt seruis tuis mala. 4.

Tibi Domine iustitia: nobis autem confusio faciei, sicut est hodie viro Iuda. † 9,7.

Non confundetur populus meus in æternum. Ioël 2,27.

Operiet te confusio, & peribis in æternum. Abd. v. 10

Confundentur qui vident visiones, & confundentur diuini. Mich. 3,7.

Videbunt gentes, & confundentur super omni fortitudine sua. † 7,16.

Cogitasti confusionem domui tuæ: concidisti populos multos, & peccauit anima tua. Hab. 2,10

Nesciuit autem iniquus confusionem. Sophon. 3,5.

In die illa non confundêris super cunctis adinuentionibus tuis, quibus præuaricata es in me. 11.

Confundentur prophetæ vnusquisque ex visione sua, cùm prophetauerit. Zach. 13,4.

Commota est terra super habitantes in ea, & vniuersa domus Iacob induit confusionem. 1. Mach. 1,29.

Finem verò insidiarum suarum confusionem accepit [Iason] & profugus iterùm abiit in Ammanitem. 2. Mach. 5,7.

Et in terris pressura Gentium, præ confusione sonitus maris, & fluctuum. Luc. 21,25.

Saulus autem multò magis conualescebat, & confundebat Iudæos. Act. 9,22.

Impleta est ciuitas confusione, & impetum fecerunt vno animo in theatrum. † 19,29.

Nuntiatum est tribuno cohortis: Quia tota confunditur Ierusalem. † 21,31.

Vellem autem esse apud vos modò, & mutare vocem meam: quoniam confundar in vobis. Gal. 4,20.

Ne commisceamini cum illo, vt confundatur, & nolite quasi inimicũ existimare, sed corripite vt fratrem. 2.Thess.3,15.

Aspicientes in auctorem fidei, & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta. Hebr.12,2.

Conscientiam habentes bonam: vt in eo quod detrahunt vobis, confundantur, qui calumniantur vestram bonam in Christo conuersationem. 1.Pet.3,16.

Habeamus fiduciam, & non confundamur ab eo in aduentu eius. 1.Ioan.2,28.

CONFVTOR.

Tibi soli tacebunt homines? & cùm ceteros irriseris, à nullo confutaberis? Iob 11,3.

CONGAVDEO.

Siue gloriatur vnum membrum, congaudent omnia membra. 1.Cor.12,26.

Non gaudet [charitas] super iniquitate: congaudet autem veritati. † 13,6.

CONGEMINO.

Congeminansque omnis populus fleuit super eum [Abner.] 2.Reg.3,34.

CONGEMO.

Quomodo congemuisti, cùm venissent tibi dolores? Ierem.22,23.

CONGERO.

Aquæ istæ amarissimæ, in quas maledicta congessi. Num.5,19,23. Ios.8,29.

In congerie mortuorum vigilabit. Iob 21,32.

In verbo eius stetit aqua sicut congeries. Eccli.39,22.

Congere frusta eius in eam. Ezech.24,4,10.

Ac sepulchrum congestorum. 2.Mach.9,14.

Carbones ignis congeres super caput eius. Rom.12,20.

CONGLOBATVS.

Pariter conglobati circumdabunt nos. Ios.7,9. Iudic.9,47. 2.Reg.2,25.

CONGLORIFICOR.

Si tamen compatimur, vt & conglorificemur. Rom.8,17.

CONGLVTINO.

Conglutinata est anima eius cum ea [Dina] tristemque deliniuit blanditiis. Gen.34,3.

Et tamen patribus tuis conglutinatus est Dominus, & amauit eos, elegitque semen eorum. Deut.10,15.

Anima Ionathæ conglutinata est animæ Dauid. 1.Reg.18,1.

Conglutinatus est in terra venter noster. Psalmo 43,25.

Qui docet fatuum, quasi qui conglutinat testam. Eccli.22,7.

CONGRATVLOR.

Congratulantes ei & dicentes: Natus est filius Noemi: vocauerunt nomen eius Obed, hic est pater Isai, patris Dauid. Ruth 4,17. 1.Par.18,10.

CONGREDIOR.

Sine congressione pugnæ possis superare eos. Iudith 7,9.

Congredietur cum robore. Dan.11,10.

Congressus eius erat inanis. 1.Mach.9,68.

CONGREGO.

Congregamini vt annuntiem quæ ventura sunt vobis in diebus nouissimis. Gen.49,1.

Congregor ad populum meum: sepelite me cum patribus meis. 29.

Congrega seniores Israel. Exod.3,16.

Congregatio filiorum Israel murmurat. † 16,3.

Congregatus [populus] aduersus Aaron dixit: Surge, fac nobis deos. † 32,1.

Separamini de medio congregationis huius, vt eos repentè disperdam. Num.16.21.

Congregatique sunt ad eum [Iephte] viri inopes, & latrocinantes, & quasi principem sequebantur. Iudic.11,3.

Congregantur tribus vndecim ad vltionem infamis libidinis. † 20,1.

Congregauit autem & Saul vniuersum Israel, & venit in Gelboë. 1.Reg.28,4.

Congrega ad me vniuersum Israel in montem Carmeli, & prophetas Baal quadringentos quinquaginta. 3.Reg.18,19.

Congregatio magna. 4.Reg.23,1,2.

Congregantur omnes ad Dauid vt arca transferatur. 1.Par.13,3.

Congregatis ad orandum, alloquitur rex Iosaphat Dominum 2.Par.20,5.

Et ego confortatus manu Domini Dei mei, quæ erat in me, congregaui de Israel principes, qui ascenderent mecum. 1.Esd.7,28.

Quòd cœpissent interrupta concludi, irati sunt nimis, & congregati sunt omnes pariter vt venirent, & pugnarent contra Ierusalem, & molirentur insidias. 2.Esd.4,8.

Congregatusque est omnis populus quasi vir vnus. † 8,1.

Congregaui eos, & feci stare in stationibus suis. † 13,11.

Cor eius congregauit iniquitatem sibi. Psalmo 40,7.

Congregati sunt, conuenerunt in vnũ. † 47,5.

Congregate illi sanctos eius: qui ordinant testamentum eius super sacrificia. † 49,5.

Sperate in eo omnis congregatio populi. † 61,9.

Congregatio taurorum in vaccis populorum. † 67,31.

Memor esto congregationis tuæ, quam possedisti ab initio. † 73,2.

Congrega nos de nationibus. † 105,47.

Dispersiones Israelis congregabit. † 146,2.

Verba Congregantis filij Vomentis. Prou.30,1.

Congreget, & tradat ei qui placuit Deo. Eccles.2,26.

Et

Et sicut sexcenta millia peditum, qui congregati sunt in duritia cordis sui. Eccli. 16,11.

Congrega omnes tribus Iacob: vt cognoscant quia non est Deus nisi tu. † 36,13.

Leuabit signum in nationes, & congregabit profugos Israel, & dispersos Iuda colliget à quatuor plagis terræ. Isa. 11,12.

Ego tecum sum, ab Oriente adducam semen tuum, & ab Occidente congregabo te. † 43,5.

Congregat dispersos Israel: adhuc congregabo ad eum congregatos eius. † 56,8.

Congregabuntur omnes Gentes in nomine Domini in Ierusalem. Ierem. 3,17.

Audite Gentes, & cognosce congregatio, quanta ego faciam eis. † 6,18.

Congregans congregabo eos. † 8,13.

Congregabo reliquias gregis mei de omnibus terris, ad quas eiecero eos illuc, & conuertam eos ad rura sua. † 23,3.

Reducam captiuitatem vestram, & congregabo vos de vniuersis gentibus, & de cunctis locis ad quæ expuli vos. † 29,14.

Congregabo eos ab extremis terræ: inter quos erunt cæcus, & claudus, prægnans, & pariens simul, cœtus magnus reuertentium huc. † 31,8.

Congregabo eos de vniuersis terris ad quas eieci eos in furore meo, & in ira mea, & in indignatione grandi. † 32,37.

Legatus ad Gentes missus est: Congregamini, & venite contra eam, & consurgamus in prælium. † 49,14.

Congregabo vos de populis, & adunabo de terris in quibus dispersi estis. Ezech. 11,17. † 36,24. † 37,21.

Quando congregauero domum Israel de populis, in quibus dispersi sunt, sanctificabor in eis coram Gentibus. † 28,25.

Congregate senes, omnes habitatores terræ in domum Dei vestri, & clamate ad Dominum. Ioel. 1,14.

Congregate paruulos, & sugentes vbera. † 2,16.

Congregatione congregabo Iacob totum te: in vnum conducam reliquias Israel. Mich. 2,12.

Congregabo claudicantem, & eam quam eieceram, colligam, & quam afflixeram. † 4,6,7.

Congregans hominem, & pecus. Sophon. 1,3.

Congregabo vos: dabo enim vos in nomen, & in laudem omnibus populis terræ. † 3,20.

Sibilabo eis, & congregabo illos, quia redemi eos, & multiplicabo eos. Zach. 10,8.

Erat Iudas congregans extremos, & exhortabatur populum per totam viam. 1. Mach. 5,53.

Congrega dispersionem nostram, libera eos qui seruiunt Gentibus, & contemptos, & abominatos respice. 2. Mach. 1,27.

Speramus quòd citò nostri miserebitur, & cōgregabit de sub cælo in locum sanctum. † 2,18.

Vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorū. Matth. 18,20.

Congregabunt electos eius à quatuor ventis, à summis cælorum vsque ad terminos eorum. † 24,31.

Congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos ab inuicem, sicut pastor segregat oues ab hœdis. † 25,32.

Vbi erant multi congregati, & orantes. Act. 12,12.

Et congregassent Ecclesiam, retulerunt quanta fecisset Deus cum illis. † 14,26.

Congregatis vobis, & meo spiritu cum virtute Domini nostri Iesu, tradere huiusmodi satanæ in interitum carnis. 1. Cor. 5,4.

Congregabit illos in locum, qui vocatur Hebraicè Armageddon. Apoc. 16,16.

CONGRVO.

Somnium nocte vna, iuxta interpretationem congruam sibi. Genes. 40,5. Exod. 15,23. 2. Mach. 14,22.

CONIICIO.

Narraui coniectoribus somniorum, & nemo est qui edisserat. Gen. 41,24.

In capite viæ ciuitatis coniiciet. Ezech. 21,19.

CONIVCVNDOR.

Sodalis amico coniucundatur in oblectationibus: & in tempore tribulationis aduersarius erit. Eccli. 37,4.

CONIVNGO.

Neque sociabis cum eis coniugia, & quia seducet filium tuum ne sequatur me, & vt magis seruiat diis alienis. Deut. 7,3,4.

Iam enim senectute confecta sum, nec apta vinculo coniugali. Ruth 1,12.

Tradente Noëmi, & Ruth Moabitidem vxorem Mahalon in coniugium sumpserim, vt suscitem nomen defuncti in hereditate sua. † 4,10.

Coniugatorum Nabal & Abigail mores diuersi. 1. Reg. 25,3.

Coniugia cum impijs. 1. Esd. 9,2.

Deus Iacob vobiscum sit, & ipse coniungat vos, impleatque benedictionem suam in vobis. Tob 7,15.

Tertia autem transacta nocte, in nostro erimus coniugio. † 8,4.

Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet. Matth. 19,6. Marc. 10,9.

CONIVRO.

Quoniam coniurastis aduersum me, tu & filius Isai, & dedisti ei panes, & gladium, & consuluisti pro eo Deum, vt consurgeret aduersum me, insidiator vsque hodie permanens. 1. Reg. 22,13.

Cúmque immolaret victimas, facta est coniuratio valida, populúsque concurrens augebatur cum Absalom. 2. Reg. 15,12.

Coniurauit ergo Iehu contra Ioram. 4. Regum 9,14.

Iusti estis: Si ego coniuraui contra dominum meum, & interfeci eum, quis percussit omnes hos? † 10,9.

Scidit [Athalia] vestimenta sua, clamauitque: Coniuratio, coniuratio. † 11,14.

Coniurauerunt inter se, percusseruntque Ioas in domo Mello. † 12,20.

Factaque est contra eum [Amasiam] coniuratio in Ierusalem: at ille fugit Lachis. Miseruntque post eum in Lachis, & interfecerunt eum ibi. † 14,19.

Coniurauit autem contra eum [Zachariam] Sellum filius Iabes, percussitque eum palàm & interfecit, regnauitque pro eo. † 15,10.

Coniuratio eius per quã tetendit insidias. 15.

Coniurauit autem aduersus eum [Phacea] Phacee filius Romeliæ, dux eius, & percussit eum in Samaria in turre domus regiæ iuxta Argob, & iuxta Arie, & cum eo quinquaginta viros. 25.

Coniurauit autem & tetendit insidias Osee filius Ela contra Phacee filium Romeliæ, & percussit eum. 30.

Percussit autem populus terræ omnes, qui coniurauerant contra regem Amon. † 21,24.

Cùmque coniurassent aduersus eum [Amon] serui sui, interfecerunt eum in domo sua. 2. Paral. 33,24.

Non dicatis: Coniuratio. omnia enim quæ loquitur populus iste, coniuratio est. Isa. 8,12.

Inuenta est coniuratio in viris Iuda. Ier. 11,9.

Coniuratio prophetarum in medio eius, sicut leo rugiens rapiensque prædam. Ezech. 22,25.

Erant autem plusquam quadraginta viri, qui hanc coniurationem fecerant. Act. 23,13.

CONNECTO.

Alteri tabulæ connectatur. Exod. 26,17.

Connexum per omnem iuncturam subministrationis. Ephes. 4,16.

CONNVBIVM.

Iungamus vicissim connubia. Genes. 34,9. Iosu. 23,12.

Honorabile connubium in omnibus, & torus immaculatus. Heb. 13,4.

CONNVMERO.

Qui [Iudas] connumeratus erat in nobis. Act. 1,17.

CONOPEVM.

Holofernem sedentem in conopeo, quod erat ex purpura, & auro, & smaragdo, & lapidibus pretiosis intextum, & cùm in faciem eius intendisset [Iudith] adorauit eum, prosternens se super terram. Iudith 10,19.

Ecce conopeum illius, in quo recumbebat in ebrietate sua. Iudith 13,19.

CONOR.

Manum patris leuare conatus est [Ioseph] de capite Ephraim. Gen. 48,17. Esth. 10,8. † 16,5.

Noli resistere contra faciem potentis, nec coneris contra ictum fluuij. Eccli 4,32. † 19,26.

Ego scio, ait Dominus, iactantiã eius: & quòd non sit iuxta eam virtus eius, nec iuxta quod poterat conata sit facere. Ierem. 48,30. Luc. 1,1. Act. 24,6. † 27,15.

CONQVASSO.

Fundamenta montium concussa sunt, & conquassata, quoniam iratus est eis. 2. Reg. 22,8.

Conquassabit capita in terra multorum. Psal. 109,6.

Omnis qui ceciderit super illum lapidem, conquassabitur. Luc. 20, 18.

CONQVERENS.

Conquerente de iniqua nece. 2. Mach. 4,36.

CONQVIESCO.

Numquid qui contendit cum Deo tam facilè conquiescit? Iob 39,32.

Susurrone subtracto, iurgia conquiescent. Prou. 26,20.

Intrans in domum meam conquiescam cum illa [sapientia] Sap. 8,16.

Conquieuit & siluit omnis terra. Isa. 14,7.

Procella ruens, in capite impiorũ conquiescet. Ierem. 30,23.

CONQVIRO.

Accommodantes animam suam, & conquirentes in lege Altissimi. Eccli. 38,39.

Mirati sunt omnes, ita vt conquirerent inter se. Mar. 1,27. † 8,11. † 9,9. † 12,28.

Cùm magna conquisitio fieret. Act. 15,7.

Vbi sapiens, vbi Scriba, vbi conquisitor huius sæculi? 1. Cor. 1,20.

CONREGNO.

Si commortui sumus, & conuiuemus; si sustinebimus, & conregnabimus: si negauerimus, & ille negabit nos. 2. Tim. 2,12.

CONRESVSCITO.

Conresuscitauit & consedere fecit in cælestibus. Ephes. 2,6.

CONSANGVINEVS.

Ne contaminetur sacerdos in mortibus ciuium suorum, nisi tantùm in consanguineis, ac propinquis. Leuit. 21,2. † 25,49. Ruth 2,1.

CONSCENDO.

Boues de amne conscendere. Genes. 41,18. Deut. 32,5.

Ad montana conscendite. Iosu. 2,16. † 17,16.

Ego vos feci conscendere de Aegypto. Iudic. 6,8. 1. Reg. 9,13.

Lucifer, &c. qui dicebas in corde tuo: In cælum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum. Isa. 14,13.

Qui conscenderit de fouea, capietur laqueo. Ierem. 48,44. Ioël. 2,9.

CONSCIENTIA.

Conscientia mala timida. Gen. 43,18. † 50, 16,17.

Non est in nostra conscientia quis posuerit eam

eam [pecuniã] in marsupiis nostris. Gen. 43, 22.

Conscientia remorsus. 2. Reg. 24, 10.

Conscientia bona tranquillitas. Prou. 15, 15. Eccli. 13, 30. 1. Ioan. 3, 21. 2. Cor. 1, 12.

Conscientia malæ perturbatio. Sap. 17. 10, 11.

Scit enim conscientia tua, quia & tu crebrò maledixisti aliis. Eccles. 7, 23.

Semper enim præsumit sæua, perturbata conscientia. Sap. 17, 10.

Ego omni conscientia bona conuersatus sum ante Deum, vsque in hodiernũ diem. Act. 23, 1.

In hoc & ipse studeo sine offendiculo conscientiam habere ad Deum, & ad homines semper. † 24, 16.

Testimonium reddente illis conscientia ipsorum. Rom. 2, 15.

Non mentior: testimonium mihi perhibente conscientia mea in Spiritu sancto. † 9, 1.

Vindex in iram ei qui malum agit, ideò necessitate subditi estote, non solùm propter iram, sed etiam propter conscientiam. † 13, 5.

Cum conscientia vsque nunc idoli, quasi idolothytum manducant. 1. Cor. 8, 7.

Sic autem peccantes in fratres, & percutientes conscientiam eorum infirmam, in Christum peccatis. 12.

Omne quod in macello venit, manducate, nihil interrogantes propter conscientiam. † 10, 25.

Gloria nostra hęc est, testimonium conscientiæ nostræ. 2 Cor 1, 12.

Habens fidem, & bonam conscientiam, quam quidam repellentes, circa fidem naufragauerunt. 1. Tim. 1, 19.

Habentes mysterium fidei in conscientia pura. † 3, 9.

Cauteriatam habentium suam conscientiam. † 4, 2.

Cui seruio à progenitoribus in conscientia pura. 2. Tim. 1, 3.

Iuxta quam munera & hostiæ offeruntur, quæ non possunt iuxta conscientiam perfectum facere seruientem. Heb. 9, 9, 14.

Quantò magis sanguis Christi, qui per Spiritum sanctũ semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad seruiendum Deo viuenti? 14.

Aspersi corda à conscientia mala, & ablui corpus aqua munda. † 10, 22.

Confidimus enim quia bonam conscientiam habemus in omnibus benè volentes conuersari. † 13, 18.

Conscientiam habentes bonam, vt in eo quod detrahunt vobis, confundantur. 1. Pet. 3, 16.

Baptisma: non carnis depositio sordium, sed conscientiæ bonæ interrogatio in Deum per resurrectionem Iesu Christi. 21.

CONSCIVS.

Tu nosti omne malum cuius tibi conscium est cor tuum. 3. Regum 2, 44.

Nihil enim mihi conscius sum; sed non in hoc iustificatus sum. 1. Cor. 4, 4.

CONSECRO.

Cunctorum consecrabis manus, sanctificabisque illos vt sacerdotio fungantur mihi. Exodi 28, 41. † 29, 1, 4.

Consecratisque ipsis & vestibus, tolles adipem de ariete. † 29, 22.

Consecrastis manus vestras hodie Domino, vnusquisque in filio, & in fratre suo, vt detur vobis benedictio. † 32, 29.

Oleo. Quod fundens super caput Aaron, vnxit eum, & consecrauit: filios quoque eius oblatos vestiuit tunicis lineis. Leuit. 8, 13.

Obtulit & arietem secundum, in consecratione sacerdotum. 22, 33.

Nihil consecretur idolo Moloch. † 18, 21.

Scortum & vile prostibulum non ducent vxorem, *&c.* quia consecrati sunt Deo suo, & panes propositionis offerunt. † 21, 7.

Loquere ad Aaron & filios eius, vt caueant ab his, quæ consecrata sunt filiorum Israel, & non contaminent nomen sanctificatorũ mihi. † 22, 2.

Omne quod Domino consecratur, siue homo fuerit, siue animal, siue ager, non vendetur, nec redimi poterit. † 27, 28.

Vir siue mulier, cùm fecerint votum, & se voluerint Domino consecrare, à vino, & omni quod inebriare potest, abstinebunt. Num. 6, 2, 3.

Consecrantur Domino spolia Iericho. Ios 6, 19.

Quia Nazaræus, id est, consecratus Deo, sum de vtero matris meæ. Iudic 16, 17.

Consecraui & voui hoc argentum Domino, vt de manu mea suscipiat filius meus, & faciat sculptile. † 17, 3.

Tulit Ioas rex Iuda omnia sanctificata, quæ consecrauerant Iosaphat, & Ioram, & Ochozias. 4. Reg. 12, 18.

Insuper & filium suum consecrauit [Achaz] transferens per ignem, secundùm idola Gentiũ. † 16, 3.

Consecrauerunt filios suos & filias suas per ignem. † 17, 17.

Contaminauit autem [Iosias] Topheth, quod est in conualle filij Ennom, vt nemo consecraret filium suum aut filiam per ignem, Moloch. † 23, 10.

Arma autem eius [Saulis] consecrauerunt in fano Dei sui. 1 Par. 10, 10.

Omnia vasa aurea & argentea, & ænea consecrauit Dauid rex Domino. † 18, 11.

Vt ædificem domũ nomini Domini Dei mei, vt consecrem eam ad adolendum incensum. 2. Par. 2, 4.

Amasias filius Zechri consecratus Domino. † 17, 16.

Non est tui officij Ozia, vt adoleas incensum

Domino, sed sacerdotum, hoc est, filiorum Aaron, qui consecrati sunt ad huiuscemodi ministerium. † 26,18.

Præpositus erat [Core] iis, quæ sponte offerebantur Domino, primitiisque, & consecratis in Sancta sanctorum. † 31,14.

Malè tractauerunt illum qui à ventre matris consecratus est Propheta. Eccli 49,9.

CONSEDEO.

Conresuscitauit & consedere fecit in cælestibus in Christo Iesu. Ephes.2, 6.

CONSENESCO, CONSENIOR.

Postquam consenui, & dominus meus vetulus est, voluptati operam dabo? Gen.18,12.

Consenescamus ambo pariter. Tob.8,10.

Qui autem exultant in malis, consenescunt in malo. Eccli.11,16.

Consenior & testis Christi. 1.Pet.5,1.

CONSENTIO.

Quod est hoc verbum in quo consensit Ozias, vt tradat ciuitatem Assyriis? Iudith 8,10.

Hæc [sapientia] & in consensu nequitiæ, cùm se nationes contulissent, sciuit iustum. Sap.10,5.

Esto consentiens aduersario tuo citò, dum es in via cum eo. Matth.5,25.

Si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re, quamcumque petierint, fiet illis à Patre meo. † 18,19.

Hic [Ioseph] non consenserat consilio & actibus eorum. Luc.23,51.

Et non solùm qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus. Rom.1,32.

Nolite fraudare inuicem, nisi fortè ex consensu ad tempus. 1.Cor.7,5.

CONSEPELIO.

Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem. Rom.6,4.

CONSEQVOR.

Consecuti sunt eum [Saulem] viri sagittarij. 1.Reg.31,3.

Benedictionem consequêris. Tob. 6,22. 2.Par.32,15.

Annonam de cælo consecuti. Iudith 5,15. Prou.28,13. Sap.19,1. Eccli.32,3. Osee 2,1. Act.22,28.

Non misericordiam consecutam, misericordiam consecutam. Rom.9,25.

Electio autem consecuta est. † 11,7, 30. 1.Cor.7,25. 1.Tim.1,16 Heb. 4,16. 1.Pet.2,10.

CONSERO.

Hortis, & nemoris, quod regio cultu & manu consitum erat. Esth 1,5. † 7,7.

Paululum conseres manus. Prou. 6,10. Eccles.2,5. Cant.5,13. Zach.14,16.

Conseretur manus eius super manum proximi sui. Zach.14,13.

CONSERVO.

Conseruabant mares. Exod.1,17.

Conserua famulo tuo Dauid patri meo, quæ locutus es ei. 3. Regum 8,25.

Conseruasti animam tuam, eò quòd tale reperisti consilium, vt descenderes ad dominum nostrum. Iudith 10,15.

Conserua me Domine, quoniam speraui in te. Psal.15,1.

In æternum conseruabuntur † 36,28.

Sciuit iustum & conseruauit sine querela Deo, & in filij misericordia fortè custodiuit. Sap.10,5.

Ei autem, qui potens est vos conseruare sine peccato, & constituere ante conspectum gloriæ suæ immaculatos in exultatione, in aduentu Domini. Iudæ v.24.

CONSERVVS.

Nónne ergo oportuit & te misereri conserui tui? Matth.18,33.

Cœperit percutere cõseruos. † 24,49. Col.1,7.

Donec compleantur conserui. Apoc. 6, 11. † 19,10. † 22,9.

CONSIDERO.

Pater verò rem tacitus considerabat. Genes.37,11.

Consideratio, facta retractat. Iudic.21,3.

Considera Israel, pro his qui mortui sunt super excelsa tua vulnerati; inclyti, Israel, super montes tuos interfecti sunt: quomodo ceciderunt fortes? Nolite annuntiare in Geth, neque annuntietis in compitis Ascalonis: ne fortè lætentur filiæ Philisthiim: ne exultent filiæ incircumcisorum. Montes Gelboë, nec ros, nec pluuia veniant super vos, neque sint agri primitiarũ: quia ibi abiectus est clypeus fortium, clypeus Saul, quasi non esset vnctus oleo. A sanguine interfectorum, ab adipe fortium, sagitta Ionathæ numquam rediit retrorsum, & gladius Saul non est reuersus inanis. 2.Reg.1,19.

Consideratio quanam iniurias mitiget. Filius meus, qui egressus est de vtero meo, quærit animam meam: quantò magis nunc filij Iemini? dimitte eum, vt maledicat iuxta præceptum Domini. † 16,11.

Considerato Dauid populo suo, constituit super eos tribunos. † 18,1.

Numquid considerasti seruum meum Iob, quòd non sit ei similis in terra? Iob 1,8,21.

Ipse enim nouit hominum vanitatem, & videns iniquitatem, nónne considerat? † 11,11.

Nubes latibulum eius, nec nostra considerat. † 22,14.

Nónne ipse considerat vias meas, & cunctos gressus meos dinumerat? † 31,4.

Considerabam ad dexteram, & videbam, & non erat qui cognosceret me. Psal.141,5.

Considerationes fornicario necessaria. Ecclesiastici 23,25.

Considerans enim [impius] & auertens se ab omnibus iniquitatibus suis, quas operatus est, vita

vita viuet, & non morietur. Ezechiel.18,28.

CONSIGNOR.

Consignata est,& nemo reuertitur. Sap.2,5.

CONSILIVM, CONSVLO.

Consulendus Deus in dubijs, & eius vicarij. Gen.25,22. Exod.18,19. 1.Reg.10,22. 2.Paralip.18,4.

Pergitque [Rebecca] vt consuleret Dominum: Qui respondens, ait: Duæ gentes sunt in vtero tuo. 23.

Non vestro consilio, sed Dei voluntate huc missus sum: qui fecit me quasi patrem Pharaonis, & dominum vniuersæ domus eius. † 45,8.

Simeon & Leui fratres: vasa iniquitatis bellantia. In consilium eorum non veniat anima mea, & in cœtu illorum non sit gloria mea. † 49,4,5.

Audi verba mea atque consilia, & erit Dominus tecum. Exod.18,19.

Dabo consilium, quid populus tuus populo huic faciat extremo tempore. Num.24,14. † 31,15,16.

Locutusque est Iephte omnes sermones suos coram Domino in Maspha. Iudic.11,11.

Consuleret Dominum, vt scire possent an prospero itinere pergerent, & res haberet effectum. † 18,5.

Consulunt Dominum praliaturi. † 20,18. † 23,26.

Ceperuntque consilium. † 21,19.

Consilium audax, & minùs honestũ. Ruth 3,3.

Consultatio de Arca dimittenda. 1.Reg.5,8. † 6,2.

Consuluerunt post hæc Dominum, vtrumnam venturus esset [Saul] illuc. † 10,22.

Consuluit Saul Dominum. † 14,37.

Consuluit pro eo Dominum, & cibaria dedit ei. † 22,10.

Num hodie cœpi pro eo consulere Deum? 15.

Consuluit ergo Dauid Dominum dicens: Nũ vadam,& percutiam Philisthæos istos? & ait Dominus ad Dauid: Vade, & percuties Philisthæos, & Ceilam saluabis. † 23,2.

Rursum ergo Dauid consuluit Dominum: qui respondens ait: Surge,& vade in Ceilam. 4.

Si tradent me viri Ceilæ in manus eius? 11.

Consuluitque [Saul] Dominum, & non respondit ei neque per somnia, neque per sacerdotes, neque per prophetas. † 28,6.

Consuluit [Dauid] Dominum dicens: Persequar latrunculos hos, & comprehendam eos, an non? Dixitque ei Dominus: Persequere: absque dubio enim comprehendes eos. † 30,8.

Consuluit Dauid Dominum dicens: Num ascendam in vnam de ciuitatibus Iuda? 2.Regum 2,1.

Consuluit Dauid Dominum dicens: Si ascendam ad Philisthiim. † 5,19,23.

Consilium malum. † 13,5.

Achitophel Gilonitem consiliarium Dauid. † 15,12.

Infatua, quæso Domine, consilium Achitophel. 31,32.

Inite consiliũ quid agere debeamus. † 16,20.

Consilium autem Achitophel, quod dabat in diebus illis, quasi si quis consuleret Deum. 23.

Quod das consilium? † 17,6,7.

Fames, &c. & consuluit Dauid oraculum Domini. † 21,1.

Accipe consilium à me,& salua animam tuam. 3.Reg.1,12.

Iniit consilium rex Roboam cum senioribus, qui assistebant coram Salomone. † 12,6.

Locutus est eis secundùm consilium iuuenum. 14.

Consulite Beelzebub, Deum Accaron, vtrùm viuere queã de infirmitate mea hac. 4.Reg.1,2.

Consilium iniit cum seruis suis. † 6,7.

Consule Dominum per eum [Eliseum] dicens: Si euadere potero de infirmitate mea hac? † 8,8.

Consilia occultat Iehu. † 9,15.

Forsitan inisti consilium vt præpares te ad prælium. In quo confidis, vt audeas rebellare? † 18,20.

Consulite Dominum super me [Iosia] & super populo, & super omni Iuda, de verbis voluminis istius, quod inuentum est: magna enim ira Domini succensa est contra nos. † 22,13.

De filiis quoque Issachar viri eruditi, &c. omnis autem reliqua tribus eorum consilium sequebatur. 1.Par.12,32.

Iniit autem consilium Dauid cum tribunis, & centurionibus, & vniuersis principibus, & ait ad omnem cœtum Israel: Si placet vobis, & à Domino Deo nostro egreditur sermo, quem loquor. † 13,1,2.

Ionathan autem patruus Dauid consiliarius, vir prudens,& literatus. † 27,32.

Deditque [Iosaphat] consilium populo, & statuit cantores Domini, vt laudarent eum in turmis suis, & antecederent exercitum, ac voce consona dicerent: Confitemini Domino, quoniam in æternum misericordia eius. 2.Par.20,21.

Ipsi enim fuerunt ei consiliarij post mortem patris sui in interitum eius. † 22,4.

Num consiliarius regis es: quiesce ne interficiam te. † 25,16.

Audite consilium meum, & reducite captiuos. † 28,11.

Inito [Ezechias] cum principibus consilio virisque fortissimis vt obturarent capita fontium qui erant extra vrbem. † 32,3.

Conduxerunt autem aduersus eos [Iudæos] consiliatores vt destruerent consilium eorum omnibus diebus Cyri Regis Persarũ. 1.Esd.4,5.

Quis

Quis dedit vobis consilium, vt domum hanc ædificaretis, & muros eius instauraretis? † 5,3.

A facie enim regis & septem consiliariorum eius missus es vt visites Iudæam. † 7,14.

Dissipauit Deus consilium eorum. 2. Esd. 4, 15.

Auditurus est rex verba hęc, ideircò nunc veni, vt ineamus consilium pariter. † 6,7,8.

Non est enim in hominis potestate consilium tuum. Tob. 3,20.

Consilium semper à sapiẽte perquire. † 4,19.

Habuit cum eis mysterium consilij sui. Iudith 2,2. † 6,19.

Orate vt firmum faciat Deus consilium meum. † 8,31.

Et da verbum in ore meo, & in corde meo consilium corrobora. † 9,18.

Conseruasti animam tuam, eò quòd tale repetisti consilium. † 10,15.

Fugit mens & consilium ab eis [Assyriis.] † 15,1.

Placuit consilium eius regi & principibus. Esth. 1,21.

Placuit ei consilium, & iussit excelsam parari crucem. † 5,14.

Cui responderunt sapientes, quos habebat in consilio, & vxor eius. † 6,13.

Quærente autẽ me à consiliariis meis. † 13,3.

Conuerte consilium eorum super eos. † 14,11.

Apprehendit sapientes in astutia sua, & consilium prauorum dissipat. Iob 5,13.

Et opprimas me opus manuum tuarũ, & consilium impiorum adiuues? † 10,3.

Ipse habet consilium & intelligentiã. † 12,13.

Adducit consiliarios in stultum finem, & iudices in stuporem. 17.

Numquid consilium Dei audisti? † 15,8.

Præcipitabit eum consilium suum. † 18,7.

Abominati sunt me quondam consiliarij mei. † 19,19.

Quia non sunt in manu eorum bona sua, consilium impiorum longè sit à me. † 21,16.

Cui dedisti consilium? forsitan illi qui non habet sapientiam. † 26,3.

Intenti tacebant ad consilium meũ. † 29,21.

Quis est iste qui celat consilium absque scientia? † 42,3.

Quamdiu ponam consilia in anima mea, dolorem in corde meo per diem? Psal. 12,2.

Consilium inopis confudistis. † 13,6.

Consilium tuum confirmet. † 19,5.

Cogitauerunt consilia quæ non potuerunt stabilire. † 20,12.

Dominus dissipat consilia gentium, reprobat autem cogitationes populorum, & reprobat consilia principum: consilium autem Domini in æternum manet. † 32,10.

Consilium fecerunt in vnum, dicentes: Deus dereliquit eum. † 70,10.

Consilium Altissimi irritauerunt. † 106,11.

Consilia mala fuge. Fili mi, si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis, *&c.* ne ambules cum eis, prohibe pedem tuum à semitis eorum. Prou. 1,10,15.

Despexistis omne consilium meum. 24.

Consilium custodiet te, & prudentia seruabit te. † 2,11.

Custodi legem atque consilium, & erit vita animæ tuæ. † 3,21.

Meum est consilium & æquitas, mea est prudentia, mea est fortitudo. † 8,14.

Vbi non est gubernator, populus corruet: salus autem vbi multa consilia. † 11,14.

Via stulti recta in oculis eius: qui autem sapiens est, audit consilia. † 12,15.

Qui autem agunt omnia cum consilio, reguntur sapientia. † 13,10.

Dissipantur cogitationes vbi non est consiliũ. † 15,22.

Audi consilium, & suscipe disciplinam, vt sis sapiens in nouissimis tuis. † 19,20.

Sicut aqua profunda, sic consilium in corde viri. † 20,5.

Cogitationes consiliis roborantur. 18.

Quia cum dispositione initur bellum, & erit salus vbi multa consilia sunt. † 24,6.

Vnguento & variis odoribus delectatur cor: & bonis amici consiliis anima dulcoratur. † 27,9.

Consilia praua & resolutiones malæ impiorum. Sap. 2.

Quis enim hominum poterit scire consilium Dei, aut quis poterit cogitare, quid velit Deus? † 9,13.

Consulentes idola. † 13,17.

Multi pacifici sint tibi, & consiliarius sit tibi vnus de mille. Eccli. 6,6.

Coram extraneo ne facias consilium: nescis enim quid pariet. † 8,21.

Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui. † 15,14.

Consilium & linguam, & oculos, & aures, & cor dedit illis excogitandi. † 17,5.

A mari enim abundauit cogitatio eius, & consilium illius ab abysso magna. † 24,39.

Facienti nequissimum consilium, super ipsum deuoluetur, & non agnoscet vnde adueniat illi. † 27,30.

Vir consilij non disperdet intelligentiam: alienus & superbus non pertimescet timorem. † 32,22.

Fili, sine consilio nihil facias, & post factum non pœnitebis. 24.

Noli consiliari cum eo, qui tibi insidiatur, & à zelantibus te absconde consilium. Omnis consiliarius prodit consilium, sed est consiliarius in semetipso. A consiliario serua animam tuam. priùs scito quæ sit illius necessitas. † 37,7,8.

Ante

Ante omnia opera verbum verax præcedat te, & ante omnem actum consilium stabile. 20.

Et ipse diriget consilium eius, & disciplinam, & in absconditis suis consiliabitur. † 39,10.

Imminutum à prudentia Roboam, qui auertit gentem consilio suo. † 47,28.

Eò quòd consilium inierit contra te Syria in malum. Isa.7,5.

Inite consilium, & dissipabitur. † 8,10.

Vocabitur nomen eius, Admirabilis, consiliarius. † 9,6.

Hoc consilium, quod cogitaui super omnem terram. † 14,26.

Ini consilium, coge concilium; pone quasi noctem vmbram tuam in meridie, absconde fugientes, & vagos ne prodas. † 16,3.

Dirumpetur spiritus Aegypti in visceribus eius, & consilium eius præcipitabo. † 19,3.

Stulti principes Taneos, sapientes consiliarij Pharaonis dederunt consilium insipiens. 11.

Vt mirabile faceret consilium, & magnificaret iustitiam. † 28,29.

Væ qui profundi estis corde, vt à Domino abscondatis consilium. † 29,15.

Væ filij desertores, dicit Dominus, vt faceretis consilium, & non ex me. † 30,1.

Quis adiuuit spiritum Domini, aut quis consiliarius eius fuit, & ostendit illi? † 40,13.

Non erat neque ex istis quisquã, qui iniret consiliũ, & interrogatus responderet verbũ.† 41,28.

Suscitans verbum serui sui, & consilium nunciorum suorum complens. † 44,26.

Annunciate, & venite, & consiliamini simul. quis auditum fecit hoc ab initio? † 45,21.

Consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet. † 46,10.

Defecisti in multitudine consiliorum tuorum, stent & saluent te augures cæli, qui contemplabantur sidera, & supputabant menses. † 47,13.

Non cognoui quia cogitauerunt super me consilia. Ierem.11,19.

Non enim peribit lex à sacerdote, neque consilium à sapiente. † 18,18.

Scis omne consilium eorum aduersum me in mortem. † 18,23.

Dissipabo consilium Iuda & Ierusalem in loco isto. † 19,7.

Consulit Deum Sedecias per Ieremiam. † 21,2.

In nouissimis diebus intelligetis consiliũ eius. † 23,20.

Quis enim affuit in consilio Domini, & vidit & audiuit sermonem eius? quis considerauit verbum illius, & audiuit? 18.

Si stetissent in consilio meo, & nota fecissent verba mea populo meo, auertissem vtique eos à via sua mala, & à cogitationibus suis pessimis. 22.

Magnus consilio, & incomprehensibilis cogitatu. † 32,19.

Consulunt Deum reliquia Iudæorum per Ieremiam. † 42,2.

Consilium contemnunt. † 43,2.

Periit consilium à filiis, inutilis facta est sapientia eorum. † 49,7.

Audite consilium Domini, quod iniit de Edom. 20.

Hi sunt viri, qui cogitant iniquitatem, & tractant consilium pessimum in vrbe ista, dicentes: Nónne dudum ædificatæ sunt domus? hæc est lebes, nos autem carnes. Ezech.11,3.

In consilio populi mei non erunt, & in scriptura domus Israel non scribentur. † 13,9.

Consilium meum placeat tibi, & peccata tua eleëmosynis redime. Dan.4,24.

Quare mœrore contraheris? numquid rex non est tibi, aut consiliarius tuus periit? Mich.4,9.

Consiliũ pacis erit inter illos duos. Zach.6,13.

Simon frater vester, scio quòd vir consilij est: ipsum audite semper, & ipse erit vobis pater. 1.Mach.2,65.

Ceciderunt sacerdotes in bello, dum volunt fortiter facere, dum sine consilio exeunt in prælium. † 5,67.

Et quia curiam fecerunt sibi [Romani] & quotidie consulebant trecentos viginti, consilium agentes semper de multitudine, vt quæ digna sunt, gerant. † 8,15.

Et iratus [Bacchides] contra viros iniquos, qui ei consilium dederant, vt veniret in regionem ipsorum, multos ex eis occidit. † 9,69.

Consilium fecerunt vt Iesum dolo tenerent, & occiderent. Matth.26,4.

Manè autem facto consilium inierunt omnes principes sacerdotum, & seniores populi aduersus Iesum, vt eum morti traderent. † 27,1.

Consilio accepto, pecuniam copiosam dederunt militibus. † 28,12.

Pharisæi autem & Legisperiti consilium Dei spreuerunt in semetipsos, non baptizati ab eo. Luc.7,30.

Hunc definito consilio, & præscientia Dei traditum, per manus iniquorum affigentes interemistis. Act.2,23.

Si est ex hominibus consilium hoc aut opus, dissoluetur. † 5,38.

Consilium fecerunt in vnum Iudæi, vt eum interficerent. notæ autem factæ sunt Saulo insidiæ eorum. † 9,24.

Non enim subterfugi, quò minùs annunciarem omne consilium Dei vobis. † 20,27.

Quis enim cognouit sensum Domini? aut quis consiliarius eius fuit? Rom.11,34.

De virginibus autem præceptum Domini non habeo: consilium autem do, tamquam misericordiam consecutus à Domino. 1.Cor.7,25.

Sine consilio autem tuo nihil volui facere. Philem.v.14.

CONSIMILIS.

Numquid sapientiorem,& consimilem tui inuenire potero? Gen.41,39. 2.Mach.4,16.

CONSISTO.

At ille [Assuerus] sedebat super solium suũ in consistorio palatij contra ostiũ domus. Esth.5,1.

CONSOBRINVS.

Sciret consobrinam suam, ouesque Laban auunculi sui,amouit lapidem. Gen.29,10.

Quàm similis est iuuenis iste consobrino meo. Tob.7,2.

CONSOCIO.

Qui [Sisara] soporem morti consocians. Iudic.4,21.

CONSOLIDO.

Longos fac funiculos tuos, clauos tuos consolida. Isa.54,2.

Quod infirmum fuit, non consolidastis. Ezech.34,4.

Protinus consolidatæ sunt bases eius, & plantæ. Act.3,7.

CONSOLOR.

Noluit [Iacob] consolationem accipere, sed ait: Descendam ad filium meum lugens in infernum. Gen.37,35.

Consolatur Ioseph fratres suos. † 45,4.

Consolatus es me, & locutus es ad cor ancillæ tuæ. Ruth 2,13.

Habeas qui consoletur animam tuam,& enutriat senectutem. † 4,15.

Consolans eum per seruos suos super patris interitu. 2.Reg.10,2.

Consolatus est Dauid Bethsabee. † 12,24.

Consolatur Absalem afflictam sororē. † 13,20.

Eò quòd consolatus esset super Amnon interitu. 39.

Venerunt fratres eius vt consolarentur eum [Ephraim] 1.Par.7,22.

Tobias quotidie pergebat per omnem cognationem suam, & consolabatur eos, diuidebatque vnicuique prout poterat de facultatibus suis. Tob.1,19.

Illa autem nullo modo consolari poterat, sed quotidie exiliens circumspiciebat, & circuibat vias omnes, per quas spes remeandi videbatur, vt procul videret eum [Tobiam] si fieri posset, venientem. † 10,7.

Consolati sunt Achior. Iudith 6,16.

Expectemus humiles consolationē eius. † 8,20

Consolatur Assuerus Esther afflictam, & timentem. Festinus ac metuens exiliuit de solio, & sustentans eum vlnis suis, donec rediret ad se, his verbis blandiebatur: Quid habes Esther? Ego sum frater tuus. Esth.15,11,19.

Vt pariter venientes visitarent eum, & consolarentur. Iob 2,11.

Hæc mihi sit consolatio, vt affligens me dolore, non parcat. † 6,10.

Si dixero: Consolabitur me lectulus meus, & releuabor loquens mecum in strato meo: terrebis me per somnia. † 7,13.

Numquid grande est vt consoletur te Deus? sed verba tua praua hoc prohibent. † 15,11.

Consolatores onerosi omnes vos estis. † 16,2.

Consolarer & ego vos sermonibus. 5,6.

Quomodo igitur consolamini me frustrà? † 21,34.

Cumque sederem quasi rex circumstante exercitu, eram tamen mœrentiũ consolator. † 29,25.

Consolati sunt eum [Iob] super omni malo, quod intulerat Dominus super eum. † 42,11.

Consolantem me quæsiui, & non inueni. Psalmo 68,21.

Renuit consolari anima mea. † 76,4.

Secundùm multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. † 93,19.

Lacrymas innocentium, & neminem consolatorem. Eccles.4,1.

Non desis plorantibus in consolatione, & cum lugentibus ambula. Eccli.7,38.

Consolationis, & desolationis tempus. In die bonorum ne immemor sis malorum: & in die malorum ne immemor sis bonorum. † 11,27. † 18,25.

Spiritu magno vidit [Isaias] vltima, & consolatus est lugentes in Sion. † 48,27.

Heu, consolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis. Isa.1,24.

Conuersus est furor tuus, & consolatus es me. † 12,1.

Amarè flebo, nolite incumbere vt consolemini me super vastitate filiæ populi mei. † 22,4.

Consolamini, consolamini popule meus, dicit Deus vester. Loquimini ad cor Ierusalem, & aduocate eam. † 40,1.

Exulta terra, iubilate montes laudem: quia consolatus est Dominus populum suum, & pauperum suorum miserebitur. † 49,13.

Consolabitur ergo Dominus Sion, & consolabitur omnes ruinas eius, & ponet desertum eius quasi delicias, & solitudinem eius quasi hortum Domini. † 51,3.

Ego, ego ipse consolabor vos: quis tu vt timeres ab homine mortali? 12.

Qui consolamini in diis subter omne lignum frondosum, immolantes paruulos in torrentibus, subter eminentes petras? † 57,5

Vias eius vidi, & sanaui eum, & reduxi eum, & reddidi consolationes ipsi, & lugentibus eius. 18.

Vt sugatis, & repleamini ab vbere consolationis eius. † 66,11.

Quomodo si cui mater blandiatur, ita ego consolabor vos, & in Ierusalem consolabimini. 13.

Non

Non frangent inter eos lugenti panem, ad consolandum super mortuo. Ierem. 16,7.

Consolationum suauitas. Habitare eos faciam confidenter. Et erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum. Et dabo eis cor vnum, & viam vnam, vt timeant me vniuersis diebus, *&c.* & non desinam eis benefacere. † 32,37. † 33,6.

Non est qui consoletur eam ex omnibus charis eius. Thren. 1,2.

Longè factus est à me consolator, conuertens animam meam. 16,17.

Consolabimini super malo, quod induxi in Ierusalem. Ezech. 14,22.

Vidit eos Pharao, & consolatus est super vniuersa multitudine sua, quæ interfecta est gladio. † 32,31.

Respondit Dñs Angelo, qui loquebatur in me verba bona, verba consolatoria. Zach. 1,13,17.

Vanè consolabantur: idcircò abducti sunt quasi grex. † 10,2.

Hortabantur mori fortiter, dicentes: Dominus Deus aspiciet veritatem, & consolabitur in nobis, quemadmodum in protestatione cantici declarauit Moyses: Et in seruis suis consolabitur. 2. Machab. 7,6.

Multi autem ex Iudæis qui venerant ad Martham & Mariam, vt consolarentur eas de fratre suo. Ioan. 11,19.

Barnabas, *&c.* quod est interpretatum Filius consolationis. Act. 4,36.

Congregata multitudine tradiderunt epistolam: quam cùm legissent, gauisi sunt super consolatione. † 15,31.

Exeuntes autem de carcere introierunt ad Lydiam: & visis fratribus consolati sunt eos, & profecti sunt. † 16,40.

Simul consolari in vobis, per eam quę inuicem est, fidem vestram atque meam. Rom. 1,12.

Qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, vt possimus & ipsi consolari eos, qui in omni pressura sunt. 2. Cor. 1,4.

Repletus sum consolatione, superabundo gaudio in omni tribulatione nostra. † 7,4.

Qui consolatur humiles, consolatus est nos Deus in aduentu Titi. 7.

Si qua ergo consolatio in Christo, si quod solatium charitatis, si qua societas spiritus, si qua viscera miserationis, implete gaudium meum. Philip. 2,1.

Consoletur corda vestra. Col. 4,8.

Deprecantes vos & consolantes, testificati sumus, vt ambularetis dignè Deo. 1. Thess. 2,12.

Consolati sumus fratres in vobis, in omni necessitate, & tribulatione nostra. † 3,7.

Et sic semper cum Domino erimus. Itaque consolamini inuicem in verbis istis. † 4,17.

Consolamini inuicem & ædificate alterutrum, sicut & facitis. † 5,11.

Corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes. 14.

Qui dilexit nos, & dedit consolationem æternam, & spem bonam in gratia. 2. Thess. 2,15.

Consolantes, & tantò magis, quantò videritis appropinquantem diem. Heb. 10,25.

Obliti estis consolationis, quæ vobis tamquam filiis loquitur. † 12,5.

CONSONO.

Antecederent exercitum, ac voce consona dicerent: Confitemini Domino. 2. Par. 20,21.

CONSOPIOR.

Agitatores consopiti sunt. Nah. 2,3.

Bibe tu quoque & consopire. Hab. 2,16.

CONSORTIVM.

Consortia mala fuge. Exod. 23,33. † 34,15. Num. 5,2. 2. Par. 20,37. 2. Thess. 3,6,14.

Ignorabat [Moyses] quòd cornuta esset facies sua ex consortio sermonis Domini. Exod. 34,29.

Consortem regni nostri Esther. Esth. 16,13.

Cùm irent omnes ad vitulos aureos, quos Ieroboam fecerat rex Israel, hic solus [Tobias] fugiebat consortia omnium, sed pergebat in Ierusalem ad templum Domini. Tob. 1,5.

Consortia malorum noxia. Commixti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, & seruierunt sculptilibus eorum: & factum est illis in scandalum. Et immolauerunt filios suos, & filias suas dæmoniis. Et effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum, & filiarum suarum, quas sacrificauerunt sculptilibus Chanaan. Et infecta est terra in sanguinibus. Psalmo 105,35.

Non habebis consortium, neque cum eis in sepultura: tu enim terram tuam disperdidisti. Isa. 14,20.

CONSPECTVS.

Rursumque filij Israel fecerunt malum in conspectu Domini. Iudic. 13,1.

Donec ablactetur, & ducam eum [Samuelem] vt appareat ante conspectum Domini, & maneat ibi iugiter. 1. Reg. 1,22.

Quis poterit stare in conspectu Domini Dei sancti huius? † 6,20.

Viuit Dominus exercituum in cuius conspectu sto. 4. Reg. 3,14.

Dederunt autem edicta regis satrapis, qui erant de conspectu regis. 1. Esd. 8,36.

In conspectu gentium reuelauit iustitiam suam. Psal 97,2.

Introite in conspectu eius in exultatione. † 99,2.

Omnes viæ meæ in cōspectu tuo. † 118,168.

Abyssus, & vniuersa terra, & quæ in eis sunt, in conspectu illius commouebuntur. Eccli. 16,19.

Non sunt absconsa testamenta per iniquitatem illorum, & omnes iniquitates eorum in conspectu Dei. † 17,17.

CONSPERGO.

Crustulam absque fermento, quæ conspersa sit oleo. Exod.29,2.

Conspersus puluere caput. 1.Reg.4,12.

Amasa autem conspersus sanguine iacebat in media via. 2.Reg.20,12.

Accingere cilicio, & conspergere cinere. Ierem.6,26. † 7,18. Thren.2,10. Ezech.27,30.

Rore cæli conspergatur. Dan.4,20. Michęæ 1,10.

Et conuentu nationum, conspersi terra rogabant eam. 2.Mach.14,15.

Vt sitis noua conspersio, sicut estis azymi. 1.Cor.5,7.

CONSPIRO.

Iam enim conspirauerant Iudæi, vt si quis confiteretur eum esse Christum, extra synagogam fieret. Ioan.9,22.

CONSPVO.

Faciem meam non auerti ab increpantibus & conspuentibus in me. Isa.50,6.

CONSTABILIOR.

Super Deum Israel constabiliti sunt. Isa.48,2.

CONSTANTIA.

Constans sis in cœpto. Noli respicere post tergum, nec stes in omni circà regione: sed in monte saluum te fac. Gen.19,17.

Constans castitas Ioseph. † 39,8.

Constantia Iosue & Caleb. Num.14,6.

Eius merces. 24. Ios.14,8.

Constans Iephte in voto immolandi filiam. Aperui enim os meum ad Dominum, & aliud facere non potero. Iudic.11,35.

Constantia Nehemiæ in templo ædificando, contra terriculamenta hostium. 2.Esd.6,17.

Constantia Israelitarum resistentium Holoferni. Iudith 4,5. † 5,4. † 6,8.

Da mihi in animo constantiam, vt contemnam illum [Holofernem] & virtutem vt euertam illum. † 9,14.

Horruerunt Persæ constantiam eius [Iudith] & Medi audaciam eius. † 16,12.

Consternata est, & vestem misit, vt ablato sacco induerent eum [Mardochæum:] quam accipere noluit. Esth.4,4.

Constans in bono S. Iob. Donec superest halitus in me, &c. iustificationem meam, quam cœpi tenere, non deseram. Iob 27,3.6.

Stabunt iusti in magna constantia aduersus eos, qui se angustiauerunt. Sap.5,1.

Constantia Iudicis necessaria. Eccli.7,6.

Constantiæ merces. Ezech.44,15. Dan.3,97.

Constās pietas Mathathiæ & filiorū 1. Mach.2,16

Eleazari constantia. 2.Mach.6,18.

Et septem fratrum Machabæorum. † 7.

Assistens ei [Paulo] Dominus ait: Constans esto: sicut enim testificatus es de me in Ierusalem, sic te oportet & Romę testificari. Act.23,11.

CONSTERNO.

Consternatur Saul auditis nouis tristibus. 1.Reg.28,20.

Consternat Isboseth mors Abneris. 2.Reg.4,1.

Consternatique principes, & rex dixerunt; Iustus est Dominus. 2.Par.12,6.

CONSTITVO.

Constituam te super Gentem, quæ hac maior & fortior sit. Deut.9,14.

Aequa erit portio descendentis ad prælium, & remanentis ad sarcinas, &c. deinceps constitutum & præfinitum, & quasi lex in Israel vsque in diem hanc. 1.Reg.30,25.

Dixit vir, cui constitutum est de christo Dei Iacob, egregius psaltes Israel. 2.Reg.23,1.

Quos [ostiarios] constituerunt Dauid & Samuel Videns in fide sua. 1.Par.9,22.

Verba oris mei, & ea in corde tuo quasi fundamentum constitue. Tob.4,2.

Constitui te hodie super Gētes, & super regna, vt euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, & ædifices, & plantes. Ierem.1,10.

Constitutiones Superiorum seruandæ. Lucæ 10,16. Act.16,4. Rom.13,1. 1.Thess.4,2. Tit.3,1.

CONSTO.

Fumigabunda constat deserta terra. Sap.10,7. Act.23,11.

Omnia in ipso constant. Col.1,17.

CONSTRINGO.

Cùm se voto constrinxerit. Num.30,11.

Inter nos interim constringatur. Iob 34,37. † 38,30.

Maxillas eorum constringe. Psal.31,9.

Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringitur. Prou.5,22. Isa.28,22.

CONSTRVO.

Et construatur ciuitas Sehon. Num.21,27.

Hoc altare construximus. Ios.22,22.

In quo omnis ædificatio constructa crescet in templum sanctum in Domino. Ephes.2,21. Col.2,19.

CONSTVPRO.

Filij quoque Mempheos & Taphnes constuprauerunt te vsque ad verticem. Ierem.2,16.

CONSVETVDO.

Non est in loco nostro consuetudinis, vt minores antè tradamus ad nuptias. Gen.29,26.

Iuxta consuetudinem feminarum nunc accidit mihi. † 31,35.

Iuxta consuetudinem Terræ [Aegypti] in qua habitastis, non facietis: & iuxta morem regionis Chanaan. Leuit.18,3.

Gentes, quas Dominus dereliquit, &c. vt postcà discerent filij eorum certare cum hostibus, & habere consuetudinem præliandi. Iudic.3,2.

Consuetudo seruata est, vt post anni circulum con-

conueniant in vnum filiæ Israel, & plangant filiam Iephte Galaaditæ diebus quatuor. † 11,39.

Videruntque populum habitantem in ea absque vllo timore, iuxta consuetudinem Sidoniorum. † 18,7,27.

Cœpit tentare si armatus posset incedere: non enim habebat consuetudinem. 1.Reg.17,39.

Sed iuxta consuetudinem suam pristinam perpetrabant. 4.Reg.17,40.

Exierunt duæ secundùm consuetudinē suam, quasi ad orationem. Iudith 13,12.

Conualescente iniqua consuetudine, hic error tamquam lex custoditus est, & tyrannorum imperio colebantur figmenta. Sap.14,16.

Multa vidi errando, & plurimas verborum consuetudines. Eccli.34,12.

Et sicut consueuerat, iterùm docebat illos. Mar.10,1.

Et intrauit secundùm consuetudinem suam die sabbati in synagogam. Luc.4,16.

Et egressus ibat secundùm consuetudinem in Montem oliuarum. † 22,39.

Maximè te sciente omnia, & quæ apud Iudæos sunt cōsuetudines, & quæstiones. Act.26,3.

CONSVMMO.

In consummatione tabernaculi. Titulus Psalmi 28.

In consummatione, in ira consummationis, & non erunt. Psal.58,14.

Omnis consummationis vidi finem, latum mandatum tuum nimis. † 118,96.

Consummatus in breui expleuit tempora multa. Sap.4,13.

Nam & si quis erit consummatus inter filios hominum, si ab illo abfuerit sapientia tua, in nihilum computabitur. † 9,6.

Cùm consummauerit homo, tunc incipiet: & cùm quieuerit, aporiabitur. Eccli.18,6.

Cor suum dabit [faber] in consummationem operum, & vigilia sua ornabit in perfectionem. † 38,31.

Cor suum dabit vt consummet linitionem, & vigilia sua mundabit fornacem. 34.

Consummatio autem sermonum, ipse est in omnibus. † 43,29.

Consummatio abbreuiata inundabit iustitiam. Isa.10,22.

Consummationem enim & abbreuiationem audiui à Domino Deo exercituum super vniuersam terram. † 28,22.

Deserta erit omnis terra, sed tamen consummationem non faciam. Ierem.4,27. † 5,18.

Faciam enim consummationem in cunctis Gentibus, in quibus dispersi te: te autem non faciam in consummationem: sed castigabo te in iudicio, vt non videaris tibi innoxius. † 30,11.

Heu, heu, heu, Domine Deus: consummationem tu facis reliquiarum Israel? Ezech.11,13.

Quid cogitatis contra Dominum? consummationem ipse faciet. Nahum 1,9.

Consummationem cum festinatione facies cunctis habitantibus terram. Soph.1,18.

Ego te clarificaui super terram, opus consummaui, quod dedisti mihi vt faciam. Ioan.17,4.

Vt consummaretur Scriptura, dixit: Sitio. † 19,28.

Dummodò consummem cursum meum, & ministerium verbi quod accepi à Domino Iesu, testificari Euangelium gratiæ Dei. Act.20,24.

Hoc & oramus vestram consummationem. 2.Cor.13,9. Ephes.4,12.

Deo pro nobis melius aliquid prouidente, vt non sine nobis consummarentur. Heb.11,40.

CONSVMO.

Consumpti sumus, omnes periuimus: quicumque accedit ad tabernaculum Domini, moritur. Num vsque ad internecionem cuncti delendi sumus? Num.17,13.

Percussisses Syriam vsque ad cōsumptionem. 4.Reg.13,19.

Vidit enim Dominus afflictionem Israel amaram nimis: & quòd consumpti essent vsque ad clausos carcere & extremos. † 14,26.

Non fecisti eos in consumptionem. 2.Esdræ 9,31.

Et quasi meridianus fulgor consurget tibi ad vesperam: & cùm te consumptum putaueris, orieris vt lucifer. Iob 11,17.

Quòd si inuicem mordetis & comedetis: videte ne ab inuicem consumamini. Gal.5,15.

CONSVO.

Consuerunt folia ficus. Gen.3,7. Ios.9,4.

Saccum consui super cutem meā. Iob 16,16.

Tempus scindendi & tempus consuendi. Eccles.3,7.

Væ qui consuunt puluillos sub omni cubito: & faciunt ceruicalia sub capite vniuersæ ætatis. Ezech.13,18. † 16,16.

CONSVRGO.

Consurge, consurge, induere fortitudinem brachium Domini. Consurge sicut in diebus antiquis, in generationibus sæculorum. Isa.51,9.

Ne læteris inimica mea super me, quia cecidi: consurgam cùm sedero in tenebris, Dominus lux mea est. Mich.7,8.

Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt, quærite. Col.3,1.

CONTABESCO.

Mansit itaque Thamar contabescens in domo Absalom. 2.Reg.13,20.

CONTAGIO.

Et homines huiuscemodi contagione pollutos. Num.19,18.

CONTAMINO.

Nolite contaminare animas vestras, nec tangatis quidquam eorum. Leuit.11,43.

CONSPERGO.

Crustulam absque fermento, quæ conspersa sit oleo. Exod.29,2.

Conspersus puluere caput. 1.Reg.4,12.

Amasa autem conspersus sanguine iacebat in media via. 2.Reg.20,12.

Accingere cilicio, & conspergere cinere. Ierem.6,26. † 7,18. Thren.2,10. Ezech.27,30.

Rore cæli conspergatur. Dan.4,20. Michęæ 1,10.

Et conuentu nationum, conspersi terra rogabant eam. 2.Mach.14,15.

Vt sitis noua conspersio, sicut estis azymi. 1.Cor.5,7.

CONSPIRO.

Iam enim conspirauerant Iudæi, vt si quis confiteretur eum esse Christum, extra synagogam fieret. Ioan.9,22.

CONSPVO.

Faciem meam non auerti ab increpantibus & conspuentibus in me. Isa.50,6.

CONSTABILIOR.

Super Deum Israel constabiliti sunt. Isa.48,2.

CONSTANTIA.

Constans sis incœpto. Noli respicere post tergum, nec stes in omni circa regione: sed in monte saluum te fac. Gen.19,17.

Constans castitas Ioseph. † 39,8.

Constantia Iosue & Caleb. Num.14,6.

Eius merces. 24. Ios.14,8.

Constans Iephte in voto immolandi filiam. Aperui enim os meum ad Dominum, & aliud facere non potero. Iudic.11,35.

Constantia Nehemiæ in templo ædificando, contra terriculamenta hostium. 2.Esd.6,17.

Constantia Israelitarum resistentium Holoferni. Iudith 4,5. † 5,4. † 6,8.

Da mihi in animo constantiam, vt contemnam illum [Holofernem] & virtutem vt euertam illum. † 9,14.

Horruerunt Persæ constantiam eius [Iudith] & Medi audaciam eius. † 16,12.

Consternata est, & vestem misit, vt ablato sacco induerent eum [Mardochæum:] quam accipere noluit. Esth.4,4.

Constans in bono S. Iob. Donec superest halitus in me, &c. iustificationem meam, quam cœpi tenere, non deseram. Iob 27,3.6.

Stabunt iusti in magna constantia aduersus eos, qui se angustiauerunt. Sap.5,1.

Constantia Iudicis necessaria. Eccli.7,6.

Constantiæ merces. Ezech.44,15. Dan.3,97.

Constãs pietas Mathathiæ & filiorũ 1.Mach.2,16

Eleazari constantia. 2.Mach.6,18.

Et septem fratrum Machabæorum. † 7.

Assistens ei [Paulo] Dominus ait: Constans esto: sicut enim testificatus es de me in Ierusalem, sic te oportet & Romę testificari. Act.23,11.

CONSTERNO.

Consternatur Saul auditis nouis tristibus. 1.Reg.28,20.

Consternat Isboseth mors Abneris. 2.Reg.4,1.

Consternatique principes, & rex dixerunt; Iustus est Dominus. 2.Par.12,6.

CONSTITVO.

Constituam te super Gentem, quæ hac maior & fortior sit. Deut.9,14.

Aequa erit portio descendentis ad prælium, & remanentis ad sarcinas, &c. deinceps constitutum & præfinitum, & quasi lex in Israel vsque in diem hanc. 1.Reg.30,25.

Dixit vir, cui constitutum est de christo Dei Iacob, egregius psaltes Israel. 2.Reg.23,1.

Quos [ostiarios] constituerunt Dauid & Samuel Videns in fide sua. 1.Par.9,22.

Verba oris mei, & ea in corde tuo quasi fundamentum constitue. Tob.4,2.

Constitui te hodie super Gẽtes, & super regna, vt euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, & ædifices, & plantes. Ierem.1,10.

Constitutiones Superiorum seruandæ. Lucæ 10,16. Act.16,4. Rom.13,1. 1.Thess.4,2. Tit.3,1.

CONSTO.

Fumigabunda constat deserta terra. Sap.10,7. Act.23,11.

Omnia in ipso constant. Col.1,17.

CONSTRINGO.

Cùm se voto constrinxerit. Num.30,11.

Inter nos interim constringatur. Iob 34,37. † 38,30.

Maxillas eorum constringe. Psal.31,9.

Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringitur. Prou.5,22. Isa.28,22.

CONSTRVO.

Et construatur ciuitas Sehon. Num.21,27.

Hoc altare construximus. Ios.22,22.

In quo omnis ædificatio constructa crescet in templum sanctum in Domino. Ephes.2,21. Col.2,19.

CONSTVPRO.

Filij quoque Mempheos & Taphnes constuprauerunt te vsque ad verticem. Ierem.2,16.

CONSVETVDO.

Non est in loco nostro consuetudinis, vt minores antè tradamus ad nuptias. Gen.29,26.

Iuxta consuetudinem feminarum nunc accidit mihi. † 31,35.

Iuxta consuetudinem Terræ [Aegypti] in qua habitastis, non facietis: & iuxta morem regionis Chanaan. Leuit.18,3.

Gentes, quas Dominus dereliquit, &c. vt postea discerent filij eorum certare cum hostibus, & habere consuetudinem præliandi. Iudic.3,2.

Consuetudo seruata est, vt post anni circulum con-

conueniant in vnum filiæ Israel, & plangant filiam Iephte Galaaditæ diebus quatuor. † 11,39.

Videruntque populum habitantem in ea absque vllo timore, iuxta consuetudinem Sidoniorum. † 18,7,27.

Cœpit tentare si armatus posset incedere: non enim habebat consuetudinem. 1.Reg.17,39.

Sed iuxta consuetudinem suam pristinam perpetrabant. 4.Reg.17,40.

Exierunt duæ secundùm consuetudinē suam, quasi ad orationem. Iudith 13,12.

Conualescente iniqua consuetudine, hic error tamquam lex custoditus est, & tyrannorum imperio colebantur figmenta. Sap.14,16.

Multa vidi errando, & plurimas verborum consuetudines. Eccli.34,12.

Et sicut consueuerat, iterùm docebat illos. Mar.10,1.

Et intrauit secundùm consuetudinem suam die sabbati in synagogam. Luc.4,16.

Et egressus ibat secundùm consuetudinem in Montem oliuarum. † 22,39.

Maximè te sciente omnia, & quæ apud Iudæos sunt cōsuetudines, & quæstiones. Act.26,3.

CONSVMMO.

In consummatione tabernaculi. Titulus Psalmi 28.

In consummatione, in ira consummationis, & non erunt. Psal.58,14.

Omnis consummationis vidi finem, latum mandatum tuum nimis. † 118,96.

Consummatus in breui expleuit tempora multa. Sap.4,13.

Nam & si quis erit consummatus inter filios hominum, si ab illo abfuerit sapientia tua, in nihilum computabitur. † 9,6.

Cùm consummauerit homo, tunc incipiet: & cùm quieuerit, aporiabitur. Eccli.18,6.

Cor suum dabit [faber] in consummationem operum, & vigilia sua ornabit in perfectionem. † 38,31.

Cor suum dabit vt consummet linitionem, & vigilia sua mundabit fornacem. 34.

Consummatio autem sermonum, ipse est in omnibus. † 43,29.

Consummatio abbreuiata inundabit iustitiam. Isa.10,22.

Consummationem enim & abbreuiationem audiui à Domino Deo exercituum super vniuersam terram. † 28,22.

Deserta erit omnis terra, sed tamen consummationem non faciam. Ierem.4,27. † 5,18.

Faciam enim consummationem in cunctis Gentibus, in quibus dispersi te: te autem non faciam in consummationem: sed castigabo te in iudicio, vt non videaris tibi innoxius. † 30,11.

Heu, heu, heu, Domine Deus: consummationem tu facis reliquiarum Israel? Ezech.11,13.

Quid cogitatis contra Dominum? consummationem ipse faciet. Nahum 1,9.

Consummationem cum festinatione faciet cunctis habitantibus terram. Soph.1,18.

Ego te clarificaui super terram, opus consummaui, quod dedisti mihi vt faciam. Ioan.17,4.

Vt consummaretur Scriptura, dixit: Sitio. † 19,28.

Dummodò consummem cursum meum, & ministerium verbi quod accepi à Domino Iesu, testificari Euangelium gratiæ Dei. Act.20,24.

Hoc & oramus vestram consummationem. 2.Cor.13,9. Ephes.4,12.

Deo pro nobis meliùs aliquid prouidente, vt non sine nobis consummarentur. Heb.11,40.

CONSVMO.

Consumpti sumus, omnes periuimus: quicumque accedit ad tabernaculum Domini, moritur. Num vsque ad internecionem cuncti delendi sumus? Num.17,13.

Percussisses Syriam vsque ad cōsumptionem. 4.Reg.13,19.

Vidit enim Dominus afflictionem Israel amaram nimis: & quòd consumpti essent vsque ad clausos carcere & extremos. † 14,26.

Non fecisti eos in consumptionem. 2.Esdræ 9,31.

Et quasi meridianus fulgor consurget tibi ad vesperam: & cùm te consumptum putaueris, orieris vt lucifer. Iob 11,17.

Quòd si inuicem mordetis & comedetis: videte ne ab inuicem consumamini. Gal.5,15.

CONSVO.

Consuerunt folia ficus. Gen.3,7. Ios.9,4.

Saccum consui super cutem meā. Iob 16,16.

Tempus scindendi & tempus consuendi. Eccles.3,7.

Væ qui consuunt puluillos sub omni cubito: & faciunt ceruicalia sub capite vniuersæ ætatis. Ezech.13,18. † 16,16.

CONSVRGO.

Consurge, consurge, induere fortitudinem brachium Domini. Consurge sicut in diebus antiquis, in generationibus sæculorum. Isa.51,9.

Ne læteris inimica mea super me, quia cecidi: consurgam cùm sedero in tenebris, Dominus lux mea est. Mich.7,8.

Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt, quærite. Col.3,1.

CONTABESCO.

Mansit itaque Thamar contabescens in domo Absalom. 2.Reg.13,20.

CONTAGIO.

Et homines huiuscemodi contagione pollutos. Num.19,18.

CONTAMINO.

Nolite contaminare animas vestras, nec tangatis quidquam eorum. Leuit.11,43.

Contaminabit itaque eum sacerdos, & non recludet. † 13,11.

Ne contaminetur sacerdos in mortibus ciuium suorum: nisi tantùm in consanguineis ac propinquis. † 21,1.

Contaminauit excelsa, vbi sacrificabant sacerdotes. 4.Reg.23,8.

Contaminauerunt testamentum eius. Psalmo 54,22.

Contaminabis laminas sculptilium argenti tui, & vestimentum conflatilis auri tui, & disperges ea sicut immunditiam mẽstruatæ. Isa.30,22.

Contaminaui principes sanctos, dedi ad internecionem Iacob, & Israel in blasphemiam. † 43,28.

Ingressi contaminastis terram meam, & hereditatem meam posuistis in abominationem. Ierem.2,7.

Contaminauerunt terram meam in morticinis idolorum suorum, & abominationibus suis impleuerunt hereditatem meam. † 16,18.

Contaminate domum, & implete atria interfectis. Ezech.9,7.

Qui compelleret Iudæos, vt se transferrent à patriis & Dei legibus: contaminare etiam quod in Ierosolymis erat templum, & cognominare Iouis Olympij. 2.Mach.6,2.

Ipsi non introierunt in prætorium, vt non contaminarentur, sed vt manducarent Pascha. Ioan.18,28.

CONTEGO.

Habebit [leprosus] vestimenta dissuta, caput nudum, os veste contectum. Leuit.13,45.

Contexerunt me tenebræ. Psal.54,6.

Contege corpus illius, & non despicias sepulturam illius. Eccli.38,16.

CONTEMNO.

Contemnit Ioseph impudicam heram. Genes.39,13.

Contemnitur Moyses. Fac nobis deos, qui nos præcedant: Moysi enim huic viro, qui nos eduxit de Terra Aegypti, ignoramus quid acciderit. Exod.32,1.

Contempto Domino, negauerit proximo suo depositum. Leuit.6,2.

Contempsistis imperium Domini Dei vestri, & non credidistis ei, neque vocem eius audire voluistis: sed semper fuistis rebelles à die qua nosse vos cœpi. Deut.9,23.

Contemnitur Abimelech parricida. Iudic.9,28.

Quicumque glorificauerit me, glorificabo eũ: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. 1.Regum 2,30.

Contemptim respondet Nabal nuntijs Dauid. † 25,10.

Quare ergo contempsisti verbum Domini, vt faceres malum in conspectu meo? 2.Reg.12,9.

Seruus meus contempsit me. † 19,26.

Audire contemnens [Achab] & furibundus venit in Samariam. 3 Reg.20,43.

Eo quòd nudasset eum auxilio, & contemptui habuisset Dominum. 2.Par.28,19.

Insuper & tempore angustiæ suæ auxit contemptum in Dominum, ipse per se rex Achas immolauit diis Damasci victimas. 22.

Contra eos præcipuè, qui contempserunt imperium meum. Iudith 2,5.

Contempserunt nos, & non exierunt obuiàm nobis vt susciperent nos cum pace. † 5,4.

Da mihi in animo constantiam, vt contemnam illum: & virtutem, vt euertam illum. † 9,14.

In deprædationem, pro eo quòd contemnentes vos, noluerunt vltrò tradere seipsos. † 10,12.

Populus autem tuus, si non contempsisset me, non leuassem lanceam meam super eum. † 11,2.

Ecce caput Holofernis, qui in contemptu superbiæ suæ Deum Israel contempsit. † 13,28.

Introducerent reginam Vasthi, &c. Quæ renuit, & ad regis imperium, quod per eunuchos mandauerat, venire contempsit. Esth.1,12.

Egredietur enim sermo ad omnes mulieres, vt contemnant viros suos. 17.

Est populus, &c. nouis vtens legibus, & cærimoniis, insuper & regis scita contemnens. † 3,8. † 13,4.

Effusa est contemptio super principes. Psalmo 106,40.

Doctrina sua noscetur vir: qui autem vanus & excors est, patebit contemptui. Prou.12,8.

Impius, cùm in profundum venerit peccatorum, contemnit: sed sequitur eum contumelia & opprobrium. † 18,3.

Corda filiorum hominum implentur malitia, & contemptu. Eccles.9,3.

Videbunt, & contemnent eum, illos autem Dominus irridebit. Sap.4,18.

Iracundia mihi aduenit: vir bellator deficiens per inopiam, & vir sensatus contemptus. Eccli.26,26.

Cùm consummaueris deprædationem, deprædaberis: cùm fatigatus desieris contemnere, contemnêris. Isa.33,1.

Sanctus eius, ad contemptibilem animam, ad abominatam gentem. † 49,7.

Sed quomodo si contemnat mulier amatorem suum, sic contempsit me domus Israel. Ier.3,20.

Contempserunt te amatores tui, animam tuam quærent. † 4,30.

Ecce enim paruulum dedi te in Gentibus, contemptibilem inter homines. † 49,15. Abdiæ v.2.

Contempsit iudicia mea, vt plus esset impia quàm Gentes. Ezech.5,6.

Mensa Domini contaminata est: & quod superponitur, contemptibile est, cum igne qui illud deuorat. Mal.1,12.

Propter

Propter quod & ego dedi vos contemptibiles, & humiles omnibus populis, ficut non seruastis vias meas,& accepistis faciem in lege. † 2,9.

Contemptos & abominatos respice: vt sciant Gentes quia tu es Deus noster. 1.Mach 1,27.

Videte ne contemnatis vnum ex his pusillis. Matth. 18,10.

Videte contemptores, & admiramini, & disperdimini. Act.13,41.

Ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus,& ea quæ non sunt,vt ea quę sunt,destrueret. 1.Cor.1,28.

Sæcularia autem iudicia si habueritis, contemptibiles qui sunt in Ecclesia, illos constituite ad iudicandum: ad verecundiam vestram dico. † 6,4.

Aut Ecclesiam Dei contemnitis, & confunditis eos,qui non habent? † 11,22.

Nemo adolescentiam tuam contemnat. 1.Timoth.4,12.

Hæc loquere, & exhortare, & argue cum omni imperio: nemo te contemnat. Titi 2,15.

CONTEMPLOR.

Timebunt eum viri,& non audebunt contemplari omnes, qui sibi videntur esse sapientes. Iob 37,24.

Mens mea contemplata est multa sapienter,& didici. Eccles.1,16.

Contemplabor, vt videam quid dicatur mihi. Habac.2,1.

CONTENDO.

Ego enim scio contentionem tuam, & ceruicem tuam durissimam. Adhuc viuente me, & ingrediente vobiscum semper contentiosè egistis contra Dominum. Deut.31,27.

Magnanimorum reperta est contentio. Iudic.5,15.

Contentio inter tribus in reductione Dauidis. 2. Regum 19,42.

In hunc modum contendebant [meretrices] coram rege. 3.Reg.3,22.

Respondete, obsecro, absque contentione. Iob 6,29.

Si voluerit contendere cum eo, non poterit ei respondere vnum pro mille. † 9,3.

Numquid qui contendit cum Deo,tam facilè conquiescit? † 39,32.

Ne contendas aduersus hominem frustrà,cùm ipse tibi nihil mali fecerit. Prou.3,30.

Honor est homini, qui separat se à contentionibus: omnes autem stulti miscentur contumeliis. † 20,3.

Ne contendas cum pessimis,nec æmuleris impios. † 24,19.

Vir sapiens si cum stulto contenderit, siue irascatur,siue rideat,non inueniet requiem. † 29,9.

Non contendas cū viro locuplete. Eccli.8,2,4.

Ne fueris mediocris in contentione ex fœnore,& est tibi nihil in sacculo. † 18,33.

Considerans Onias periculum contentionis, & Apollonium insanire. 2.Mach.4,4.

Græcas glorias optimas arbitrabantur: quarum gratia periculosa eos contentio habebat, & eorum instituta æmulabantur. 16.

Facta est autem & contentio inter eos [Apostolos] quis eorum videretur esse maior. Lucæ 22,24.

Iis autem qui sunt ex contentione, & non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio. Rom.2,8.

Non in cubilibus,& impudicitiis; non in contentione,& æmulatione. † 13,13.

Contentiones sunt inter vos. 1.Cor.1,11.

Cùm autem sit inter vos zelus, & contentio, nónne carnales estis, & secundùm carnem ambulatis? † 3,3.

Si quis autem videtur contentiosus esse,nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei. † 11,16.

Nihil per contentionem, neque per inanem gloriam. Philip.2,3.

Noli contendere verbis: ad nihil enim vtile est, nisi ad subuersionem audientium. 2.Timoth.2,14.

Quòd si zelum amarum habetis, & contentiones sint in cordibus vestris, nolite gloriari, & mendaces esse aduersus veritatem. Iac.3,14.

CONTENEBRO.

Contenebrati ascenderunt in verticem montis. Num.14,44.

CONTERNO.

Vsq; à Segor, vitulam conternantem. Isa.15,5. Ierem.48,34.

CONTERO.

Narres in auribus filij tui,& nepotum tuorum quoties contriuerim Aegyptios, & signa mea fecerim in eis. Exod.10,2.

Donec conterat te, & perdat velociter, propter adinuentiones tuas pessimas, in quibus reliquisti me. Deut.28,20.

Et qui cœpit,ipse me conterat, soluat manum suam,& succidat me. Iob 6,9.

Conteret multos, & innumerabiles, & stare faciet alios pro eis. † 34,24.

In spiritu vehementi conteres naues Tharsis. Psal.47,8.

Sed ad conterendum erit cor eius, & ad internecionem gentium non paucarum. Isa.10,7.

Vt conteram Assyrium in terra mea, & in montibus meis conculcem eum. † 14,25.

Dominus voluit conterere eum in infirmitate. † 53,10.

Sic conteram populum istum, & ciuitatem istam, sicut conteritur vas figuli,quod non potest vltrà instaurari. Ierem.19,11.

Oculi Domini Dei super regnum peccans,& conte-

conteram illud à facie terræ: verumtamen conterens non conteram domum Iacob. Amos 9,8.

CONTERREOR.

Conterriti sunt in Sion peccatores. Isa.33,14. Dan 2,1. 1. Mach.7,30. Luc.24,37.

CONTESTOR.

Contestare populum ne fortè velit transcendere terminos. Exod.19,21.

Contestati sunt dominum eius, nec recluserit. † 21,29.

Contestare eos, & prædic eis ius regis, qui regnaturus est super eos. 1.Reg.8,9.

Contestatus es eos vt reuerterentur ad legem tuam: ipsi verò superbè egerunt, & non audierunt mandata tua, & in iudiciis tuis peccauerunt. 2.Esd.9,28,29.

Contestamur hodie cęlum & terram, & Deum patrum nostrorum, qui vlciscitur nos secundùm peccata nostra, vt iam tradatis ciuitatem in manu militiæ Holofernis. Iudith 7,17.

Contestabor te: Israel si audieris me, non erit in te deus recens, neque adorabis deum alienum. Psal.80,10.

CONTEXO.

Velum, *&c.* pulchra varietate contextum. Exod.26,31.

Non induêris vestimento, quod ex lana linoque contextum est. Deut.22,11.

Tunica inconsutilis desuper contexta per totum. Ioan.19 23.

CONTICEO.

Nocte vastata est Ar Moab, cōticuit. Isa.15,1.

Conticuit dulcedo citharæ † 24,8. Ieremiæ 25,37. Thren.2,10. Soph.1,11.

CONTIGNATIO.

In pigritiis humiliabitur contignatio. Eccles.10,18.

CONTINEO.

Continuimus nos ab heri & nudiustertius. 1.Reg.21,5.

Et vt sciui quoniam aliter non possem esse continens nisi Deus det. Sap.8,21.

CONTINGO.

Nec cadauera contingetis. Leuit.11,8. Iosue 9,19. Tob.2,21. Iudith 11,12.

Fauces contingunt cibum feræ, & cor sensatum verba mendacia. Eccli.36,21. Luc.15,12, Act.9,3. 2.Pet.2,22.

CONTINVVS.

Continuus dolor cordi meo. Rom.9,2.

Charitatem continuam habentes. 1.Pet.4,8.

CONTORQVEO.

Numquid contorquere quasi circulum caput suum? Isa.58,5.

CONTRADICO.

Qui contradixerit tibi, adduc eum ad me, & vltrà non addet vt tangat te. 2.Reg.14,10.

Cui Iudith respondit: Quæ ego sum, vt contradicam domino meo? Iudith 12,13.

Eripies me de contradictionibus populi. Psal.17,44.

Vidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate. † 54,10.

Posuisti nos in contradictionem vicinis nostris. † 79,7.

Non contradicas verbo veritatis vllo modo, & de mendacio ineruditionis tuæ confundere. Eccli.4,30.

Contradicentibus autem Iudæis, coactus sum appellare Cæsarem. Act.28,19.

Recogitate enim eum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersum semetipsum contradictionem: vt ne fatigemini animis vestris deficientes. Heb.12,3.

CONTRAEO.

Nostrisque iussionibus contraire. Esth.13,5.

CONTRAHO.

Contrahe manum tuam. 1.Reg.14,19.

Et cōtrahentur in angustiis suis. 2.Reg.22,46

Contractus. Accepta charta, fecerunt conscriptionem coniugij. Tob.7,16.

Contractuum forma. Et scripsi in libro, & signaui, & adhibui testes: & appendi argentum in statera. Et accepi librum possessionis signatum, & stipulationes, & rata, & signa forinsecus. Ierem.32,10.

CONTRARIVS.

Circumueniamus ergo iustum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris. Sap.2,12.

CONTRECTO.

Contrectabat indignè [sancta vasa] & contaminabat. 2.Mach.5,16.

Ne tetigeritis, neque gustaueritis, neque contrectaueritis. Coloss.2,21.

Manus nostræ contrectauerunt. 1.Ioan.1,1.

CONTREMO.

In morem parturientium contremiscant. Deut.2,25. 2.Reg.22,8. 4.Reg.19,26.

Columnæ cæli contremiscunt. Iob 26,11. Psal.17,8. † 79,19.

Contremuerunt omnia ossa mea: factus sum quasi vir ebrius. Ierem.23,9. Ioel 2,10. 1.Machab.2,24.

Dæmones credunt & contremiscūt. Iac.2,19.

CONTRIBVLIS.

Nolite affligere contribules. Leuit.25,17. 1.Reg.20,6. 2.Mach.4,10. 1.Thess.2,14.

CONTRIBVLO.

Contribulasti capita draconum in aquis. Psal.73,13.

CONTRIBVO.

Contributiones & vectigalia Salomonis. 3.Regum 10,15.

Contributiones pro templo. Statuemus super nos præcepta, vt demus tertiam partem sicli per annum

annum ad opus domus Dei nostri, ad panes propositionis, ad sacrificium sempiternum. 2.Esdræ 10, 32.

CONTRITIO.

Contritionis vera exempla. Iudic 10, 15. 2.Reg.12,13. † 24,10. Ionæ 3. Iudith 4, 8. Matth.26,74. Luc.7,37. † 15,18. Act.2,37.

Circumdederunt me contritiones mortis. 2.Regum 22,4.

Contritio & infelicitas in viis eorũ. Psal.13,3.

Sana contritiones eius, quia commota est. † 59,4.

Qui sanat contritos corde,& alligat contritiones eorum. † 146,3.

Contriuit principes Tyriorum, & omnes duces Philisthum. Eccli.46,21.

Per ascensum enim Luith flens ascendet, & in via Oronaim clamorem contritionis leuabunt. Isa.15,5.

Et cum contrito & humili spiritu: vt viuificet spiritum humilium,& viuificet cor contritorum. † 57,15.

Ad quem autem respiciam nisi ad pauperculum, & contritum spiritu, & trementem sermones meos? † 66,2.

Contritio super contritionem vocata est, & vastata est omnis terra. Ierem.4,20.

Curabant contritionem filiæ populi mei cum ignominia, dicentes, Pax, pax: & non erat pax. † 6,14.

Super contritione populi mei contritus sum, & contristatus. † 8,21.

Væ mihi super contritione mea, pessima plaga mea. † 10,19.

Deducant oculi mei lacrymam per noctem, & diem, & non taceant: quoniam contritione magna contrita est virgo filia populi mei, plaga pessima vehementer. † 14,17.

Duplici contritione contere eos. † 17,18.

Contritum est cor meum in medio mei, contremuerunt omnia ossa mea. † 23,9.

Magna est enim velut mare contritio tua: quis medebitur tui. Thren.2,13.

Ingemisce in contritione lumborũ,& in amaritudinibus ingemisce coram eis. Ezech.21,6.

Sed in animo contrito, & spiritu humilitatis suscipiamur. Dan.3,39.

Non est obscura contritio tua,pessima est plaga tua. Nahum 3,19.

Et dixit Mathathias: Væ mihi, vt quid natus sum videre contritionem populi mei, & contritionem ciuitatis sanctæ, & sedere illic cùm datur in manibus inimicorum? 1.Mach.2,7.

CONTRISTO.

Contristatusque est Samuel, & clamauit ad Dominum tota nocte. 1.Reg.15,11.

Contristatus est enim [Ionathas] super Dauid. † 20,34.

Contristatus est Dauid valde: volebat enim eum populus lapidare, quia amara erat anima vniuscuiusque viri super filiis suis, & filiabus. † 30,6.

Contristatus est autem Dauid, eò quòd percussisset Dominus Ozam. 2.Reg.6,8.

Contristatus est [Dauid] valdè,& noluit contristare spiritum Amnon filij sui, quoniam diligebat eum, quia primogenitus erat ei. † 13,21.

Contristatus itaque rex,ascendit cœnaculum portæ,& fleuit. Et sic loquebatur, vadens: Fili mi Absalom, Absalom fili mi: quis mihi tribuat vt ego moriar pro te, Absalom fili mi, fili mi Absalom? † 18,33.

Quid est hoc vnde anima tua contristata est? 3.Reg.21, 5.

Contristati sunt afflictione magna, quòd venisset homo, qui quæreret prosperitatem filiorum Israel. 2.Esd.2,10.

Nam cùm ab infantia semper Deum timuerit [Tobias] & mandata eius custodierit, non est contristatus contra Deum, quòd plaga cæcitatis euenerit ei. Tob.2,13.

Cœpit autem contristari nimis ipse, & Anna vxor eius cum eo: & cœperunt ambo simul flere. † 10,3.

Numquid contra hominem disputatio mea est, vt meritò non debeam contristari? Iob 21,4.

Tota die contristatus ingrediebar. Psal.37,7.

Contristatus sum in exercitatione mea. † 54,3.

Sustinui, qui simul contristaretur, & non fuit. † 68,21.

Non contristabit iustum quidquid ei acciderit. Prou.12,21.

Fili, suscipe senectam patris tui, & non contristes eum in vita illius. Eccli.3,14.

In duobus contristatum est cor meum, & in tertio iracundia mihi aduenit: Vir bellator deficiens per inopiam,& vir sensatus contemptus:& qui transgreditur à iustitia ad peccatum, Deus parauit eum ad rhomphæam. † 26,25.

Quis contristabitur super te? Isa.51,19.

Obliti enim estis Deum, qui nutriuit vos, & contristastis nutricem vestram Ierusalem. Baruch 4,8.

Sicut enim gauisa est in tua ruina, & læta est in casu tuo, sic contristabitur in sua desolatione. 33.

Pro eo quòd mœrere fecistis cor iusti mendaciter, quem ego non contristaui, & confortastis manus impij, vt non reuerteretur à via sua mala, & viueret. Ezech.13,22.

Hominem non contristauerit. † 18,7.

Satis contristatus est,& pro Daniele posuit cor vt liberaret eum. Dan.6,14.

Contristatus itaque animo Antiochus propter Oniam, & flexus ad misericordiam, lacry-

 mas

mas fudit, recordatus defuncti sobrietatem, & modestiam. 2 Mach.4,37.

Contristatus est rex. Matth.14,9.

Contristati valdè cœperunt singuli dicere: Numquid ego sum, Domine? † 26,22.

Cœpit contristari,& mœstus esse. 37.

Circumspiciens eos cum ira,contristatus super cæcitate cordis eorum dicit homini: Extende manum tuam. Marc.3,5.

Quæcumque habes,vende, &c. qui contristatus in verbo, abiit mœrens; erat enim habens multas possessiones. † 10,22.

Contristatus est Petrus, quia dixit ei tertiò, Amas me? Ioan.21,17.

Si enim propter cibum frater tuus contristatur,iam non secundùm charitatem ambulas. Roman.14,15.

Si enim ego contristo vos: & quis est qui me lætificet,nisi qui contristatur ex me? 2.Cor.2,2.

Non vt contristemini,sed vt sciatis quam charitatem habeam abundantiùs in vobis. 4.

Quoniam etsi contristaui vos in epistola, non me pœnitet. † 7,8.

Gaudeo, non quia contristati estis: sed quia contristati estis ad pœnitentiam. 9.

Secundùm Deum contristaui vos,quantam in vobis operatur solicitudinem, sed timorem, sed desiderium,sed æmulationẽ, sed vindictam. 11.

Nolite contristare Spiritum sanctum Dei: in quo signati estis in diẽ redemptionis. Eph.4,30.

CONTROVERSIA.

Cùm fuerit controuersia, stabunt in iudiciis meis,& iudicabunt. Ezech.44,24.

Controuersias exortas cuius sit definire. Act.15,2.

CONTVBERNIVM.

Sapientia, &c. contubernium habens Dei. Sap.8,3. Marc.6,39.

CONTVMACIA.

Ipsi veniunt ad nos in multitudine contumaci, & superbia,vt disperdant nos. 1.Mach.3,20.

CONTVMELIA.

Decaluauit,& rasit, &c. grandem enim contumeliam sustinuerant. [illegible] Par.19,5.

Qui profert contu[illegible], insipiens est. Prouerb.10, 18.

Contumelia & tormento interrogemus eum. Sap.2,19.

Ne glorieris in contumelia patris tui. Ecli.3,12.

Ne contra faciem stes contumeliosi, ne sedeat quasi insidiator ori tuo. † 8,14.

Neque facias nobis contumeliam solij gloriæ tuæ. Ierem.14,21.

Audiui enim contumelias multorum, & terrorem in circuitu: Persequimini & persequamur eum. † 20,10.

Filius contumeliam facit patri. Mich.7,6.

Ante oculos habentes contumeliam, quæ loco sancto ab his iniustè esset illata. 2.Mach.8,17.

Reliqui verò tenuerunt seruos eius, & contumeliis affectos occiderunt. Matth.22,6.

Vt contumeliis afficerent, & lapidarent eos. Act.14,5.

Vt contumeliis afficiant corpora sua in semetipsis. Rom.1,24.

Et spiritui gratiæ contumeliam fecerit. Heb.10,29.

CONTVNDO.

Purissimum [oleum] piloque contusum. Exod.27,20.† 30,36.

Si contuderis stultum in pila. Prou.27,22.

CONTVRBO.

Tunc conturbati sunt Principes Edom. Exodi 15,15.

Conturbatus enim erat valdè. 1.Reg.28,21.

Túne es ille,qui cõturbas Israel. 3.Reg.18,17

Indicat [Eliseus] regi Israel omnia verba, &c. conturbatumque est cor regis Syriæ pro hac re. 4.Reg.6,11.

Conturbatus est vsque ad suffusionem vultus, fleuitque vir Dei. † 8, 11.

Cõturbabit eos in omni angustia. 2.Par.15,6.

Vt sicut conturbatum est cor nostrum in superbia eorum,ita etiam de nostra humilitate gloriemur. Iudith 8,17.

Apparuerunt voces,& tumultus,& tonitrua,& terræmotus,& conturbatio super terrã. Esth.11,5.

Conturbataque est gens iustorum. 9.

Deus molliuit cor meum, & omnipotens conturbauit me. Iob 23,16.

Cõturbatus est in ira oculus meus. Psal.30,10.

Vanè conturbatur omnis homo. † 38,12.

Conturbatæ sunt gentes, & inclinata sunt regna. † 45,7.

Conturbatus sum à voce inimici. † 54,4,5.

Conturbati sunt omnes, qui videbant eos. † 63,9.

Humiliatus sum,& conturbatus. † 87,16.

Anima mea conturbauit me propter quadrigas Aminadab. Cant 6,11.

Conturbatus est in visu cordis sui, tamquam qui euaserit in die belli. Eccli.40,7.

Infernus subter conturbatus est in occursum aduentus tui: suscitauit tibi gigantes. Isa.14,9.

Numquid iste est vir, qui conturbauit terram, qui concussit regna, qui posuit orbem desertum, & vrbes eius destruxit, vinctis eius non aperuit carcerem. 16.

Conturbatio super conturbationem veniet, & auditus super auditum. Ezech.7,26.

Rex Baltassar satis conturbatus est, & vultus eius immutatus est, sed & optimates eius turbabantur. Dan.5,9.

Hi homines conturbant ciuitatẽ nostram cùm sint Iudæi: & annuntiant morem, quem non licet nobis

nobis suscipere, neque facere, cùm simus Romani. Et cucurrit plebs aduersus eos. Act.16,20.

Qui autem conturbat vos, portabit iudicium, quicumque est ille. Gal.5,10,12.

CONTVS.

Et in contis, & in scutis, & in sagittis suis, & in lanceis. Iudith 9,9.

CONVALEO.

Conualuerunt filij Israel. Ios.17,13. 1.Regum 28,21.

Conualescente antiqua consuetudine. Sapient.14,16. Isa.38,9. Dan.10,19. Act.9,22.

Conualuerunt de infirmitate. Heb.9,34.

CONVALLIS.

Ascenditque per conuallem filij Ennom. Ios.15,8.

Conuallem tabernaculorum metibor. Psalmo 59,8. † 107,8.

CONVENIO.

Conuenerunt ad eum [Dauidem] omnes qui erant in angustia constituti, & oppressi ære alieno, & amaro animo: & factus est eorum princeps, fueruntque cum eo quasi quadringenti viri. 1.Regum 22,2.

Non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus. Psal.15,4.

In conueniendo populos in vnum, & reges, vt seruiant Domino. † 101,13.

Iuramenta & conuentiones dedisti bonarum promissionum? Sap.12,21.

Propterea exhonorauit Dominus conuentus malorum, & destruxit eos vsque in finem. Eccli.10,16.

In conuentu magno sacerdotum, & populi, & principum gentis, & seniorum regionis nota facta sunt hæc. 1.Mach.14,28.

Aut conuocare conuentum in regione sine ipso. 44.

Conuenit iterùm turba, ita vt non possent, neque panem manducare. Mar.3,20.

Conueneruntque Apostoli & seniores videre de verbo hoc. Act.15,6.

Habent aduersus aliquem causam, conuentus forenses aguntur, & proconsules sunt, accusent inuicem. † 19,38.

Hoc autem præcipio: non laudans quòd non in melius, sed in deterius conuenitis. 1.Cor.11,17.

CONVERSOR.

Conuersatio cum malis noxia. Num.25,2. Iudic.3,6. 1.Esd.9,1.

Conuersatus coram vobis ab adolescentia mea, vsque ad hanc diem, ecce præstò sum. Loquimini de me coram Domino, & christo eius. 1. Regum 12,2,3.

Omni tempore, quo fuimus conuersati cum eis in deserto. † 25,15.

Et omnis generatio eius [Tobiæ] in bona vita, & in sancta conuersatione permásit, Tob.14,17.

Non enim habet amaritudinem conuersatio illius [sapientiæ] nec tædium conuictus illius. Sap.8,16.

Conuersationem vitæ compositam ad lucrum. † 15,12.

Ante languorem humilia te, & in tempore infirmitatis ostende conuersationem tuam. Eccli.18,21.

Cum quibus conuersandum. Sed cum viro sancto assiduus esto, quemcumque cognoueris obseruantem timorem Dei, cuius anima est secundùm animam tuam: & qui, cùm titubaueris in tenebris, condolebit tibi. Cor boni cõsilij statue tecum: non est enim tibi aliud pluris illo. † 37,15.

Qui adeptus est gloriam in conuersatione gentis, & ingressum domus & atrij amplificauit. † 50,5.

Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Baruch 3,38.

At ille cogitare cœpit ætatis ac senectutis suæ eminentiam dignam, & ingenitæ nobilitatis canitiem, atque à puero optimæ conuersationis actus. 2.Mach.6,23.

Audistis enim conuersationem meam in Iudaismo. Gal.1,13.

Conuersati sumus in desideriis carnis nostræ, facientes voluntatem carnis. Ephes.2,3.

Nostra autem conuersatio in cælis est. Philip.3,20.

Si autem tardauero, vt scias quomodo oporteat te in domo Dei conuersari, quæ est Ecclesia. 1.Tim.3,15.

Quorum intuentes exitum conuersationis, imitamini fidem. Hebr.13,7.

Confidimus enim quia bonam conscientiam habemus in omnibus, benè volentes conuersari. 18.

Quis sapiens & disciplinatus inter vos? ostendat ex bona conuersatione operationem suam in mansuetudine sapientiæ. Iac.3,13.

Conuersationem vestram inter gentes habentes bonam. 1.Pet.2,12.

Vt & si qui non credunt verbo, per mulierum conuersationem sine verbo lucrifiant, considerantes in timore castam conuersationem vestram. † 3,2.

Quales oportet vos esse in sanctis conuersationibus & pietatibus, expectantes & properantes in aduentum diei Domini? 2.Pet.3,12.

CONVERTO.

Conuersio ad Deum. Cumque quæsieris ibi Dominum Deum tuum, inuenies eum: si tamen toto corde quæsieris, & tota tribulatione animæ tuæ. Deut.4,29.

Conuersionis vis. Reuersus fueris ad eum, & obedieris eius imperiis, &c. reducet Dominus captiuitatem tuam, ac miserebitur tui, & rursum congregabit te. † 30,2.

Conuersio vera quid requirat. Auferte deos alienos de medio vestri, Baalim & Astarothi, & præparate corda vestra Domino, & seruite ei soli. 1. Reg. 7, 3. † 15, 27.

Conuersus est Samuel vt abiret. † 15, 27.

Et à peccatis suis conuersi fuerint propter afflictionem suam, exaudi eos in cælo, & dimitte peccata. 3 Reg. 8, 35.

Et tu conuertisti cor eorum iterùm. † 18, 37.

Conuersio Naaman. 4 Reg. 5, 17.

Qui conuertit faciem suam ad parietem, & orauit Dominum. † 20, 2.

Conuersio Manassis regis, per tribulationem. 2. Par. 33, 13.

Conuertuntur multi ad Iudaismũ. Esth. 8, 17.

Conuertitque Deus spiritum regis in mansuetudinem. † 15, 11.

Conuertimini itaque peccatores, & facite iustitiam coram Deo, credentes quòd faciat vobiscum misericordiam suam. Tob. 13, 8.

Conuersionis vis. & Omnipotentem fueris deprecatus: Si mundus & rectus incesseris, statim euigilabit ad te, & paratum reddet habitaculum iustitiæ tuæ: intantum, vt si priora tua fuerint parua, & nouissima tua multiplicentur nimis. Iob 8, 5. † 11, 14. † 22, 23.

Conuertimini, & venite, & non inueniam in vobis vllum sapientem. † 17, 10.

Conuertentur ad Dominum vniuersi fines terræ. Psal. 21, 28.

Impij ad te conuertentur. † 50, 15.

Cùm conuerterit Deus captiuitatem plebis suæ. † 52, 7.

Conuertam in profundum maris. † 67, 23.

Conuertetur populus meus hic, & dies pleni inuenientur in eis. † 72, 10.

Conuersio ficta. † 77, 36, 41.

Conuerte nos, & ostende faciem tuam. † 79, 4.

Conuertere, respice de cælo. 15, 20.

Conuerte nos Deus salutaris noster, & auerte iram tuam à nobis. † 84, 5.

Deus tu conuersus viuificabis nos. 7.

In eos qui conuertuntur ad cor. 9.

Conuertimini filij hominum. † 89, 3.

Conuertere Domine vsquequò, & deprecabilis esto super seruos tuos. 13.

Conuertit cor eorum, vt odirent populum eius. † 104, 24.

Conuertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi. † 114, 7.

Conuerti pedes meos in testimonia tua. † 118, 59.

Conuertantur mihi timentes te. 79.

Conuertimini ad correptionem meam: en proferam vobis spiritum meum, & ostendam vobis verba mea. Prou. 1, 23.

Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius. Cant. 7, 10.

Non tardes conuerti ad Dominũ, & ne differas de die in diem: subitò enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te. Eccli. 5, 8.

Conuertere ad Dominum, & relinque peccata tua: precare ante faciem Domini, & minue offendicula. Reuertere ad Dominũ, & auertere ab iniustitia tua, & nimis odito execrationem: & cognosce iustitias, & iudicia Dei, & sta in sorte propositionis, & orationis Altissimi Dei: in partes vade sæculi sancti. † 17, 21.

Qui timet Deũ, conuertetur ad cor suũ. † 21, 7.

Adhuc in ea decimatio, & cõuertetur. Isa. 6, 13.

Reliquiæ conuertentur, reliquiæ inquam Iacob ad Deum fortem. † 10, 21.

Conuersio. In illa die inclinabitur homo ad Factorem suum, & oculi eius ad sanctum Israel respicient, & non inclinabitur ad altaria, quæ fecerunt manus eius: & quæ operati sunt digiti eius non respiciet, lucos & delubra. † 17, 7. † 18, 7. † 19, 19.

Venit manè & nox, si quæritis quærite: conuertimini, venite. † 21, 11.

Conuersio peccatorum. † 27, 13. † 56, 3. Baruch 2, 18.

Conuertetur Libanus in charmel, & charmel in saltum reputabitur? † 29, 17

Conuersio Gentium. 18, 19. † 66, 20.

Conuertimini sicut in profundum recesseratis filij Israel. In die enim illa abijciet vir idola argenti sui, & idola auri sui, quæ fecerunt vobis manus vestræ in peccatum, & cadet Assur in gladio. † 31, 7, 8.

Conuertimini ad me, & salui eritis omnes fines terræ. † 45, 22.

Conuertere propter seruos tuos, tribus hereditatis tuæ. † 63, 17.

Conuertimini filij reuertentes, dicit Dominus: quia ego vir vester, & assumam vos vnum de ciuitate, & duos de cognatione, & introducam vos in Sion. Ierem. 3, 14.

Conuertimini filij reuertentes, & sanabo auersiones vestras. 22.

Si reuertêris Israel, ait Dominus, ad me conuertere: si abstuleris offendicula tua à facie mea, non commoueberis. † 4, 1.

Si conuertêris, conuertam te, & ante faciem meam stabis, & si separaueris pretiosum à vili, quasi os meum eris. conuertentur ipsi ad te, & tu non conuertêris ad eos. † 15, 19.

Confortauerunt manus pessimorum, vt non conuerteretur vnusquisq; à malitia sua. † 23, 14.

Noli subtrahere verbum. Si fortè audiant & conuertantur vnusquisque à via sua mala: & pœniteat me mali: quod cogito facere eis propter malitiam studiorum eorum. † 26, 3.

Conuertam conuersionem populi mei Israel, & Iuda. † 30, 3.

Ecce ego conuertam conuersionem tabernaculo-

culo-

culorum Iacob,& tectis eius miserebor. 18.

Conuerte me, & conuertar: quia tu Dominus Deus meus. † 31,18.

Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur: innoua dies nostros sicut à principio. Thren. 5,22

Conuertimur ab iniquitate patrũ nostrorum, qui peccauerunt ante te. Baruch 3,7.

Conuertere Iacob,& apprehende eam, ambula per viam ad splendorem eius, contra lumen eius. † 4,2.

Sicut enim fuit sensus vester, vt erraretis à Deo: decies tantùm iterùm conuertentes requiretis eum. 28.

Conuertimini & recedite ab idolis vestris, & ab vniuersis contaminationibus vestris auertite facies vestras. Ezech. 14,6.

Conuertam restituens eas conuersione Sodomorum. † 16,53.

Conuertimini,& agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris: & non erit vobis in ruinam iniquitas. † 18,30.

Si autem annuntiante te ad impium, vt à viis suis conuertatur, non fuerit conuersus à via sua, ipse in iniquitate sua morietur: porrò tu animam tuam liberasti. † 33,9.

Conuertimini, conuertimini à viis vestris pessimis: & quare moriemini domus Israel? 11.

Conuertar ad vos,& arabimini, & facietis sementem. † 36,9.

Non reuertetur in terrã Aegypti, & Assur ipse rex eius: quoniam noluerunt conuerti. Osee 11,5.

Conuersum est in me cor meum, pariter conturbata est pœnitudo mea. 8.

Et tu ad Deum tuum conuerteris: misericordiam & iudicium custodi, & spera in Deo tuo semper. † 12,6.

Conuertere Israel ad Dominum Deum tuum; quoniam corruisti in iniquitate tua. † 14,2.

Conuertentur sedentes in vmbra eius: viuent tritico,& germinabunt quasi vinea. 8.

Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio & fletu,& planctu, & scindite corda vestra,& non vestimenta vestra. Ioël.2,13.

Conuertatur vir à via sua mala,& ab iniquitate, quæ est in manibus eorum. Ionæ 3,8.

Et vidit Deus opera eorum, quia conuersi sunt de via sua mala. 10.

Conuertimini ad me, ait Dominus exercituũ, & conuertar ad vos. Zach.1,3.

Conuertimini ad munitionem vincti spei. † 9,12.

Conuertet cor patrum ad filios,& cor filiorum ad patres eorum. Mal.4,6.

Nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum. Matthæi 18,3.

Multos filiorum Israel conuertet [Ioannes] ad Dominum Deum ipsorum. Luc.1,16.

Conuersio Magdalenæ. † 7,37.

Vobis primùm Deus suscitans Filium suum misit eum benedicentem vobis: vt conuertat se vnusquisque à nequitia sua. Act.3,26.

Conuertit autem Deus, & tradidit eos seruire militiæ cæli. † 7,42.

Conuersio Pauli, & multorum aliorũ. † 9,6,15.

Et viderunt eum [Aeneam] omnes qui habitabant Lyddæ & Saronæ: qui conuersi sunt ad Dominum. † 9,35.

Annuntiantes vobis ab his vanis conuerti ad Deum viuum, qui fecit cælum & terram. † 14,14.

Mitto te, aperire oculos eorum, vt conuertantur à tenebris ad lucem, & de potestate satanæ ad Deum, vt accipiant remissionem peccatorum. † 26,18.

Cùm autem conuersus fuerit ad Dominum, auferetur velamen. 2.Cor.3,16.

Conuersi estis ad Deum à simulacris, seruire Deo viuo & vero. 1.Thess.1,9.

Iam enim quædam conuersæ sunt retrò satanam. 1.Tim.5,15.

Si quis ex vobis errauerit à veritate,& conuerterit quis eum: scire debet quoniam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit animam eius à morte, & operiet multitudinem peccatorum. Iac.5,20.

CONVESCOR.

Conuescens præcepit eis. Act.1,4.

CONVINCO.

Conuicta delicti, reddet omnia. Leuit.6,4.

CONVITIOR.

Mittens lapidem in volatilia, deiiciet illa: sic & qui conuitiatur amico, dissoluit amicitiam. Eccli.22,25.

Excepto conuitio, & improperio,& superbia, & mysterij reuelatione, & plaga dolosa; in his omnibus effugiet amicus. Eccli.22,27.

Conuitia & maledicta reddet illi:& pro honore & beneficio reddet illi contumeliam. Eccli.29,9.

CONVIVIVM.

Conuiuium instruit Lot peregrinis. Gen.19,4.

Fecitque Abraham grande conuiuium in die ablactationis eius [Isaac.] † 21,8.

Fecit ergo eis conuiuium,& post cibum & potum surgentes manè, iurauerunt sibi mutuò. † 26,31.

Qui vocatis multis amicorum turbis ad conuiuium, fecit nuptias. † 29,22.

Conuiuium grande in natalitio Pharaonis. † 40,20.

Introduc viros domum,& occide victimas, & instrue conuiuium: quoniam mecum comesturi sunt meridie. † 43,16.

Conuiuij tempore tubis clangendũ. Num.10,10.

Et fecit filio suo Samson conuiuium: sic enim iuuenes facere consueuerant. Iudic.14,10.

Lætantesque per conuiuia, sumptis iam epulis, præceperunt vt vocaretur Samson, & ante eos luderet. † 16,25.

Erat ei [Nabal] conuiuium in domo eius, quasi conuiuium regis. 1. Reg 25,36.

Conuiuium facit Dauid Abneri. 2. Reg. 3,20.

Fecerat que Absalom conuiuium, quasi conuiuium regis. † 13,27.

Posuisti me seruum tuum inter conuiuas mensæ tuæ. † 19,28.

Iamque conuiuium finitum erat. 3. Reg. 1,41.

Et grande conuiuium vniuersis famulis suis. † 3,15.

Conuiuium instruit Eliseus populo, Eliam secuturus. † 19,21.

Conuiua plures cum Nehemia. 2. Esd. 5,17. Tob. 2,2.

Cumque occultasset corpus, manducauit panem cum luctu, & tremore: memorans illum sermonem, quem dixit Dominus per Amos prophetam: Dies festi vestri conuertentur in lamentationem, & luctum. Tob. 2,6.

Præcepit Raguel occidi arietem, & parari conuiuium. † 7,9. † 8,21.

Conuiuium magnum. Iudith 6,19.

Fecit [Assuerus] grande conuiuium cunctis principibus, & pueris suis, fortissimis Persarum. Esth. 2,3.

Iussit septem diebus conuiuium præparari in vestibulo horti. 5.

Et iussit conuiuium præparari per magnificum cunctis principibus, & seruis suis pro coniunctione & nuptiis Esther. † 2,18.

Pependit edictum, rege & Aman celebrante conuiuium; & cunctis Iudæis qui in vrbe erant, flentibus. † 3,15.

Obsecro vt venias ad me hodie, & Aman tecum ad conuiuium, quod paraui. † 5,4.

Citò eum ad conuiuium, quod regina parauerat, pergere compulerunt. † 6,14.

Mira exultatio, epulæ atque conuiuia, & festus dies. † 8,17.

Et quòd non comederim in mensa Aman, nec mihi placuerit conuiuium regis. † 14,17.

Ibant filij eius, & faciebant conuiuium per domos, vnusquisque in die suo, & mittentes vocabant tres sorores suas. Iob 1,4.

Et ignorauit quòd ibi sint gigantes, & in profundis inferni conuiuæ eius. Prou. 9,18.

Noli esse in conuiuiis potatorum, nec in comessationibus eorum. † 23,20.

Viri iusti sint tibi conuiuæ, & in timore Dei sit tibi gloriatio. Eccli. 9,22.

Ne comprimaris in conuiuio. † 31,17.

In conuiuio vini non arguas proximum, & non despicias eum in iucunditate illius. 41.

Vt vino æstuetis. Cithara, & lira, & tympanum, & tibia, & vinum in conuiuiis vestris, & opus Domini non respicitis. Isa. 5,12.

Faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc conuiuium pinguium, conuiuium vindemiæ, pinguium medullatorum, vindemiæ defæcatæ. † 25,6.

Ne ingrediaris domum conuiuij, neque vadas ad plangendum, neque consoleris eos: quia abstuli pacem meam à populo isto. Ierem. 16,5.

Baltassar rex fecit grande conuiuium optimatibus suis mille. Dan. 5,1.

Erat autem Daniel conuiua regis. † 14,1.

Separatum est conuiuium eorum, fornicatione fornicati sunt. Osee 4,18.

Sicut spinæ se inuicem complectuntur, sic cõuiuium eorum pariter potantium, consumentur quasi stipula ariditate plena. Nahum 1,10.

Et fecit eis conuiuium magnum, & abscondit illic viros. 1. Mach. 16,15.

Sicut hi, qui præparant conuiuium, & quærunt aliorum voluntati parêre propter multorum gratiam, libenter laborẽ sustinemus. 2. Mach. 2,28.

Fecit ei conuiuium magnum Leui in domo sua. Luc. 5,29.

Cùm facis conuiuium, voca pauperes, debiles, claudos, & cæcos: & beatus eris, quia non habent retribuere tibi: retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum. † 14,13.

In conuiuiis suis luxuriantes vobiscum, oculos habentes plenos adulterij, & incessabilis delicti. 2. Pet. 2,14.

Hi sunt in epulis suis maculæ, conuiuantes sine timore, semetipsos pascentes. Iudæ v,12.

CONVOCO.

Conuocauerunt omnes, qui accincti erant balteo desuper, & steterunt in terminis. 4. Reg. 3,21.

Conuocantur omnes Ierusalem: non venientes bonis mulctantur. 1. Esd. 10,7.

Conuocatus est omnis populus, & per totam noctem intra Ecclesiam orauerunt, petentes auxilium à Deo Israel. Iudith 6,21.

Conuocabo omnes cognationes regnorum Aquilonis. Ierem. 1,15.

Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Rom. 8,28.

CONVOLVOR.

Conuoluetur superbia fumi. Isa. 9,18. † 38,12. Thren. 1,14.

CONVVLNERO.

Circumdedit me lanceis suis, conuulnerauit lumbos meos. Iob 16,14.

COOPERIO.

Qui cooperuerunt faciem terræ. Iudith 2,11. † 16,5.

Pudore cooperti sunt. Iob 6,20. Psal. 43,16,20. Sap. 19,16.

Et parietes cooperiunt me. Eccli. 23,26. † 37,3. † 38,19. Dan. 13,32. Hab. 2,19. Matthæi 6,29. † 25,38. Mar. 16,5.

Vt

Vt cooperiat se byssino splendenti. Apoc.19,8.

COOPEROR.

Cooperantes cum senioribus. 2.Esd. 7,2. Mar.16,20.

Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Rom.8,28. 1.Cor.16,16.

Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius [Abrahæ] & ex operibus fides consummata est? Iac.2,22.

COPHINVS.

Posuerunt capita eorum in cophinis, & miserunt ad eum [Iehu] in Iezrahel. 4.Reg.10,7.

Manus eius in cophino seruierunt. Psalmo 80,7.

COPIA, COPIOSVS.

Copia mensuram excederet. Gen.41,49. Deut.8,13. 1.Par.29,16. 2.Par.9,27. † 31,10. Dan.8,25.

Copiosa apud eum redemptio. Psal.129,7.

Copiosum aurum possidere in ea [sapientia.] Eccli.51,36. 1.Mach.6,1. † 9,35. † 15,26.

Merces vestra copiosa est in cęlis. Matth.5,12. † 28,12.

Piscium multitudinem copiosam. Luc.5,6. † 9,11. Act.14,1.

Erant autem lampades copiosæ. Act.20,8. † 22,6.

COPVLO.

Secunda verò nocte in copulatione sanctorum patriarcharum admitteris. Tob 6,20.

COQVO.

Non comedetis ex eo [agno] crudum quid, nec coctum aqua. Exod.12,9.

Coxeruntque farinam, quam dudum de Aegypto conspersam tulerant. 39.

Quæ coquenda sunt, coquite. † 16,23.

Non coques hœdum in lacte matris suæ. † 23,19.

Arietem autem consecrationis tolles, & coques carnes eius in loco sancto. † 29,31.

Dum coquerentur carnes. 1.Reg.2,13.

Coximus ergo filium meum, & comedimus. 4.Reg.6,29.

COR.

Induratumque est cor Pharaonis. Exod.7,13.

Corda hominum in manu Dei. † 11,2.

Immutatumque est cor Pharaonis. † 14,5.

Dabit enim tibi Dominus ibi cor pauidum, & deficientes oculos, & animam consumptam mœrore, & erit vita tua quasi pendens ante te. Deuteron.28,65.

Ne fortè sit inter vos vir aut mulier, familia aut tribus, cuius cor auersum est hodie à Domino Deo vestro: vt vadat, & seruiat diis illarum Gentium. † 29,18.

Ponite corda vestra in omnia verba, quæ ego testificor vobis hodie: vt mandetis ea filiis vestris custodire, & facere, & implere. † 32,46.

Dissolutum est cor eorum, & non remansit in eis spiritus. Ios.5,1.

Pertimuitque cor populi, & instar aquæ liquefactum est. † 7,5.

Seruite ei perfecto corde atque verissimo. † 24,14.

Cor meum diligit principes Israel, qui propria voluntate obtulistis vos discrimini, benedicite Domino. Iudic.5,9,18.

Inclinauerunt cor eorum post Abimelech, dicentes: Frater noster est. † 9,3.

Nunc mihi aperuit cor suum. † 16,18.

Consolatus es me, & locutus es ad cor ancillæ tuæ. Ruth 2,13.

Suscitabo mihi sacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum, & animam meam faciet. 1 Reg.2,35.

Erat enim cor eius [Heli] pauens pro arca Dei. † 4,13.

Si in toto corde vestro reuertimini ad Dominum, auferte deos alienos. † 7,3,4.

Immutauit ei [Sauli] Deus cor aliud. † 10,9.

Abiit cum eo [Saule] pars exercitus, quorum tetigerat Deus corda. 26.

Quæsiuit Dominus sibi virum iuxta cor suum. † 13,14.

Homo enim videt ea quæ parent, Dominus autem intuetur cor. † 16,7.

Non concidat cor cuiusquam in eo: ego seruus tuus vadam, & pugnabo aduersus Philisthæum. † 17,32.

Post hæc percussit cor suum Dauid, eò quòd abscidisset oram chlamydis Saul. † 24,6.

Ne ponat, oro, Dominus meus rex cor suum super virum istum iniquum Nabal: quoniam secundùm nomen suum stultus est, & stultitia est cum eo. † 25,25.

Cor Nabal iucundum. 36.

Emortuum est cor eius intrinsecus, & factus est quasi lapis. 37.

Omne quod est in corde tuo, vade, fac: quia Dominus tecum est. 2.Reg.7,3.

Et secundùm cor tuum fecisti omnia magnalia hæc. 21.

Inuenit seruus tuus cor suum. 27.

Quòd cor regis versum esset ad Absalom, † 14,1.

Toto corde vniuersus Israel sequitur Absalom. & ait Dauid seruis suis, qui erant cum eo in Ierusalem: Surgite, fugiamus: neque enim erit nobis effugium à facie Absalom. † 15,13.

Fortissimus quisque, cuius cor est quasi leonis, pauore soluetur. † 17,10.

Inclinauit cor omnium virorum Iuda, quasi viri vnius. † 19,14.

Neque ponas rex in corde tuo. 19.

Percussit autem cor Dauid eum, postquam numeratus est populus. † 24,10.

Dabis ergo seruo tuo cor docile, vt populum

lum tuum iudicare poſſit. 3.Reg.3,9.
Dedi tibi cor ſapiens & intelligens. 12.
Si quis cognouerit plagam cordis ſui, & expanderit manus ſuas in domo hac. † 8,38,39.
Sed inclinet corda noſtra ad ſe, vt ambulemus in vniuerſis viis eius. 58.
Sit quoque cor noſtrum perfectum cum Domino. 61.
Erunt oculi mei & cor meum ibi cunctis diebus. † 9,3.
Nec erat cor eius [Salomonis] perfectum cum Domino. † 11,4. † 15,3.
Conuertetur cor populi huius ad dominum ſuum Roboam. † 12,27.
Cor Aſa perfectum erat cum Domino. 14.
Nónne cor meum in præſenti erat, quando reuerſus eſt homo? 4.Reg.5,26.
Conturbatúmque eſt cor regis Syriæ. † 6,11.
Egreſſa eſt ſagitta per cor eius [Ioram] ſtatímque corruit in curru ſuo. † 9,24.
Numquid eſt cor tuum rectũ, ſicut cor meum cum corde tuo? † 10,15.
Inualuiſti ſuper Edom, & ſubleuauit te cor tuum. † 14,10.
Quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto. † 20,3. † 23,3.
. Audiſti verba voluminis, & perterritum eſt cor tuum, & humiliatus es coram Domino. † 22,19.
Similis ei [Ioſiæ] non fuit ante eum rex, qui reuerteretur ad Dominum in omni corde ſuo, & in tota anima ſua, & in vniuerſa virtute ſua, &c. verumtamen non eſt auerſus Dominus ab ira furoris ſui magni. † 23,26.
Cor meum iungatur vobis. 1.Par.12,17.
Venerunt in auxilium, non in corde duplici. 33,38.
Scio, Deus meus, quòd probes corda. † 29,17.
Salomoni quoque filio meo da cor perfectum, vt cuſtodiat mandata tua. 19.
Quicumque dederant cor ſuum, vt quærerent Dominum Deum Iſrael, venerunt in Ieruſalem ad immolandas victimas ſuas. 2.Par.11,16.
Cor Aſa erat perfectum. † 15,17.
Et adhuc populus non direxerat cor ſuum ad Dominum. † 20,33.
Fecítque [Amaſias] bonum in conſpectu Domini; verumtamen non in corde perfecto. † 25,2.
Locutus eſt Ezechias ad cor omnium Leuitarum. † 30,22.
Conuerterat cor regis Aſſur ad eos, vt adiuuaret manus eorum in opere domus Domini Dei Iſrael. 1.Eſd 6,22.
Eſdras enim parauit cor ſuum, vt inueſtigaret legem Domini. † 7,10.
Benedictus Dominus Deus patrum noſtrorum, qui dedit hoc in corde regis, vt glorificaret domum Domini, quæ eſt in Ieruſalem. 27.
Non eſt hoc fruſtrà, ſed malum neſcio quod in corde tuo eſt. 2.Eſd.2,2.
Deus autem dedit in corde meo, & congregaui optimates. † 7,5.
Inueniſti cor eius [Abrahæ] fidele coram te, & percuſſiſti cum eo fœdus. † 9,8.
Tunc exaltatum eſt regnum Nabuchodonoſor, & cor eius eleuatum eſt. Iudith 1,7.
Vt ſicut conturbatum eſt cor noſtrum in ſuperbia eorum. † 8,17.
Cor autem Holofernis concuſſum eſt: erat enim ardens in concupiſcentia eius. † 12,16.
Transfer cor illius in odium hoſtis noſtri. Eſth.14,13.
Corda immutat Deus. † 15,11.
Tu autem firmaſti cor tuum. Iob 11,13.
Et mihi eſt cor, ſicut & vobis. † 12,3.
Qui immutat cor principum populi terræ, & decipit eos vt fruſtrà incedant per inuium. 24.
Quid te eleuat cor tuum? † 15,12.
Cor eorum longè feciſti à diſciplina, proptereà non exaltabuntur. † 17,4.
Deus molliuit cor meum. † 23,16.
Si declinauit greſſus meus de via, & ſi ſecutum eſt oculos meos cor meum, & ſi manibus meis adhæſit macula. † 31,7.
Super hoc expauit cor meum, & emotum eſt de loco ſuo. † 37,1.
Cor eius indurabitur tamquam lapis. † 41,15.
Cor eorum vanum eſt. Pſal.5,10.
Scrutans corda & renes Deus. † 7,10,11.
Factum eſt cor meum tamquã cera liqueſcens in medio ventris mei. † 21,15.
Cor meum conturbatum eſt. † 37,11.
Cor meum dereliquit me. † 39,13.
Cor mundum crea in me Deus: & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis. † 50,12.
Cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies. 19.
Cor meum conturbatum eſt in me. † 54,5. † 108,22.
Aſcendet homo ad cor altum. † 63,8.
Non adhæſit mihi cor prauum. † 100.4.
Conuertit cor eorũ vt odirent populum eius. † 104,24.
Confirmatum eſt cor eius, non commouebitur. † 111,8.
In toto corde exquirunt eum. † 118,2,10.
In corde meo abſcondi eloquia tua, vt non peccem tibi. 11.
Viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dilataſti cor meum. 32.
Fiat cor meum immaculatum in iuſtificationibus tuis, vt non confundar. 80.
Cor ſcrutatur Deus. † 138,8,13.
Proba me Deus, & ſcito cor meum. 23.
In me turbatum eſt cor meum, † 142,4.
Omni cuſtodia ſerua cor tuum, quia ex ipſo.

ſo vita procedit. Prouerb. 4, 23.

Argentum electum lingua iuſti: cor autem impiorum pro nihilo. † 10,20.

Abominabile Domino cor prauum, & voluntas eius in iis qui ſimpliciter ambulant. † 11,20.

Cor, quod nouit amaritudinem animæ ſuæ, in gaudio eius non miſcebitur extraneus. † 14,10.

Infernus & perditio coram Domino, quantò magis corda filiorum hominum. † 15,11.

Cor gaudens exhilarat faciem: in mœrore animi deiicitur ſpiritus. 13.

Qui peruerſi cordis eſt, non inueniet bonum. † 17,20.

Antequam conteratur, exaltatur cor hominis: & antequam glorificetur, humiliatur. † 18,12.

Cor regis in manu Dei. † 21,1,2.

Cor regum inſcrutabile. † 25,3.

Corda hominum manifeſta ſunt prudentibus. † 27,19.

Cor rectum inquirit ſcientiam. 21.

Ne temerè quid loquaris, neque cor tuum ſit velox ad proferendum ſermonem coram Deo. Eccleſ. 5,1,2.

Cor ſapientis in dextera eius: & cor ſtulti in ſiniſtra illius. Eccleſ. 10,2.

Ambula in via cordis tui. † 11,9.

Acceſſiſti malignè ad Dominum, & cor tuum plenum eſt dolo & fallacia. Eccli. 1,40.

Cor durum habebit malè in nouiſſimo. † 3,27,28.

Cor nequam grauabitur in doloribus. 29.

Non omni homini cor tuum manifeſtes, ne fortè inferat tibi gratiam falſam, & conuitietur tibi. † 8,22.

Cor hominis immutat faciem illius, ſiue in bona, ſiue in mala. † 13,31,32.

Qui minoratur corde, cogitat inania. † 16,23.

Cor fatui quaſi vas confractum, & omnem ſapientiam non tenebit. † 21,17.

Cor confirmatum in cogitatione conſilij. † 22,19.

Diuitis autem & pauperis cor bonum, in omni tempore vultus illorum hilaris. † 26,4.

Cor prauum dabit triſtitiam, & homo peritus reſiſtet illi. † 36,22.

Abyſſum & cor hominum inueſtigauit: & in aſtutia eorum excogitauit. † 42,18.

De omni corde ſuo laudauit [Dauid] Dominum, & dilexit Deum, qui fecit illum. † 47,10.

Tunc mota ſunt corda, & manus ipſorum. † 48,21.

Gubernauit ad Dominum cor ipſius [Ioſiæ] & in diebus peccatorum corroborauit pietatem. † 49,4.

Omne caput languidum, & omne cor mœrens. Iſa. 1,5.

Commotum eſt cor eius, & cor populi eius, ſicut mouentur ligna ſiluarũ à facie venti. † 7,2.

Viſitabo ſuper fructum magnifici cordis regis Aſſur, & ſuper gloriam altitudinis oculorũ eius. Dixit enim: In fortitudine manus meæ feci, & in ſapientia mea intellexi. † 10,13.

Cor meum ad Moab clamabit. † 15,5.

Cor Aegypti tabeſcet in medio eius. † 19,1.

Emarcuit cor meum, tenebræ ſtupefecerunt me. † 21,4.

Eò quòd appropinquat populus iſte ore ſuo, & labiis ſuis glorificat me, cor autem eius longè eſt à me, & timuerunt me mandato hominum & doctrinis. Ideò ecce ego addam, vt admirationem faciã populo huic miraculo grandi. † 29,13,14.

Væ qui profundi eſtis corde, vt à Domino abſcondatis conſilium: quorum ſunt in tenebris opera. 15.

Mirabitur, & dilatabitur cor tuum, quando conuerſa fuerit ad te multitudo maris. † 60,5.

Peribit cor regis & cor principum, & obſtupeſcent ſacerdotes, & prophetæ conſternabuntur. Ierem. 4,9.

Audi popule ſtulte, qui non habes cor. † 5,21.

Abierunt vnuſquiſque in prauitate cordis ſui mali: & induxi ſuper eos omnia verba pacti huius. † 11,8.

Factus eſt in corde meo quaſi ignis exæſtuans, clauſuſque in oſſibus meis, & defeci, ferre non ſuſtinens. † 20,9.

Dabo eis cor, vt ſciant me, quia ego ſum Dominus. † 24,7.

Quis enim iſte eſt, qui applicet cor ſuum vt appropinquet mihi? † 30,21.

Et dabo eis cor vnum, & viam vnam, vt timeant me vniuerſis diebus. † 32,39.

Plantabo eos in terra iſta in veritate, in toto corde meo, & in tota anima mea. 41.

Cor meum ad Moab quaſi tibiæ reſonabit. † 48,36.

Subuerſum eſt cor meum in memetipſa, quoniam amaritudine plena ſum. Thren. 1,20.

Effunde ſicut aquam cor tuum ante conſpectum Domini: leua ad eum manus tuas pro anima paruulorum tuorum, qui defecerunt in fame. † 2,19.

Leuemus corda noſtra cum manibus ad Dominum. † 3,41.

Et abiuimus vnuſquiſque in ſenſum cordis noſtri maligni. Baruch 1,22.

Dabo eis cor, & intelligent: aures, & audient. † 2,31.

Corda verò eorum dicuntur elingere ſerpentes, qui de terra ſunt, dum comedunt eos. † 6,19.

Dabo eis cor carneum, vt in præceptis meis ambulent. Ezech. 11,19.

Facite vobis cor nouum, & ſpiritum nouum. † 18,31.

Numquid ſuſtinebit cor tuum, aut præualebunt

bunt manus tuæ in diebus, quos ego faciam tibi. † 22,14.

Dedisti cor tuum quasi cor Dei. † 28,2,6.

Cor eius ab humano commutetur, & cor feræ detur ei. Dan.4,13.

Super pedes quasi homo stetit, & cor hominis datum est ei. † 7,4.

Concupiscentia subuertit cor tuum. † 13,56.

Fornicatio & vinum & ebrietas auferunt cor. Osee 4,11.

Factus est Ephraim quasi columba seducta non habens cor. † 7,11.

Diuisum est cor eorum, nunc interibũt. † 10,2.

Proiecisti me in profundum in corde maris, & flumen circumdedit me. Ionæ 2,4.

Cor tabescens, & dissolutio geniculorum, & defectio in cunctis renibus. Nahum 2,10.

Cor suum posuerunt vt adamantem, ne audirent legem. Zach.7,12.

Conuertet [Elias] cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum. Mal.4,6.

Exaltatum est, & eleuatum cor eius, & obtinuit regiones Gentium. 1.Mach.1,4.

Exaltatum est cor eius, & volebat obtinere regionem, & cogitabat dolum aduersus Simonem, & filios eius, vt tolleret eos. † 16,13.

Det vobis cor omnibus vt colatis eum, & faciatis eius voluntatem corde magno, & animo volenti. 2.Mach.1,3.

Vbi enim est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Matth.6,21.

Incrassatum est enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos suos clauserunt. † 13,15.

De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes. † 15,19.

Non enim intellexerunt de panibus: erat enim cor eorum obcæcatum. Marc.6,52.

Quia non intrat in cor eius, sed in ventrem vadit, & in secessum exit. † 7,19.

Hi sunt, qui in corde bono & optimo audientes verbum retinent, & fructum afferunt in patientia. Luc.8,15.

Deus autem nouit corda vestra, quia quod hominibus altum est, abominatio est ante Deum. † 16,15.

Nónne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis Scripturas? † 24,32.

Multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna. Act.4,32.

Non est tibi pars neque sors in sermone isto: cor enim tuum non est rectum corã Deo. † 8,21.

Inueni Dauid filium Iesse, virum secundùm cor meum. † 13,22.

Cuius [Lydiæ] Dominus aperuit cor, intendere his quæ dicebantur à Paulo. † 16,14.

Incrassatũ est enim cor populi huius. † 28,27.

Corde enim creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem. Rom.10,10.

In cordibus nostris estis, ad commoriendum, & ad conuiuendum. 2.Cor.7,3.

Eò quòd habeam vos in corde, & in vinculis meis. Philip.1,7.

Videte fratres, ne fortè sit in aliquo vestrûm cor malum incredulitatis discedendi à Deo viuo, sed adhortamini vosmetipsos per singulos dies, donec Hodie cognominatur. Hebr.3,12.

Accedamus cum vero corde in plenitudine fidei. † 10,22.

Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum. 1.Ioan.3,21.

CORBAN, CORBONA.

Corban (quod est donum.) Mar.7,11.

Non licet eos mittere in corbonam, quia pretium sanguinis est. Matth.27,6.

CORE.

Tu Core, & omne concilium tuum. Numer.16,6. † 26,9,10. † 27,3.

Intellectus filiis Core. Tit.Psal.41.

Congregatio Core in iracundia. Eccli.45,22.

In contradictione Core perierunt. Iudæ v.11.

CORIANDRVM.

Man: quod erat quasi semen coriandri album. Exod.16,31.

CORINTHVS.

Multi Corinthiorum audientes credebant, & baptizabantur. Act.18,8.

CORIVM.

Corium & fimum combures foris extra castra. Exod.29,14.

CORNELIVS.

Obuius venit ei Cornelius, & procidens ad pedes eius, adorauit. Act.10,25.

CORNICVLA.

Corniculæ inter medium cæli & terræ. Baruch 6,53.

CORNV.

Cornupeta bouis dominus quando occidendus. Exod.21,29.

Cornua autem per quatuor angulos. † 27,2.

Cornua ex ipso procedent. † 30,2.

Ignorabat [Moyses] quòd cornuta esset facies sua ex consortio sermonis Domini. † 34,29.

Cornua rhinocerotis cornua illius. Deuteron.33,17.

Exaltatum est cornu meum in Deo meo. 1.Reg.2,1.

Sublimabit cornu Christi sui. 10.

Tulit ergo Samuel cornu olei, & vnxit eum [Dauidem] in medio fratrum eius. † 16,13.

Adonias autem timens Salomonem, surrexit & abiit, tenuitque cornu altaris. 3.Reg.1,50.

Cornua ferrea, & ait: Hæc dicit Dominus, his ventilabis Syriam. † 22,11.

Salua me ex ore leonis: & à cornibus vnicornium

cornium humilitatem meam. Psalm. 21, 22.
Nolite exaltare cornu. † 74, 5.
Cornua peccatorum confringam, & exaltabuntur cornua iusti. † 74, 11.
In beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum. † 88, 18.
Cornu eius exaltabitur in gloria. † 111, 9.
Illuc producam cornu Dauid. † 131, 17.
Exaltauit cornu populi sui. † 148, 14.
Exaltare cornu gentis suæ. Eccli. 47, 6.
Abscissum est cornu Moab, & brachium eius contritum est. Ierem. 48, 25.
Confregit in ira furoris sui omne cornu Israel. Thren. 2, 3.
In die illa pullulabit cornu domui Israel, & tibi dabo apertum os. Ezech. 29, 21.
Cornibus vestris ventilabatis omnia infirma pecora, donec dispergerentur foras. † 34, 21.
Cornu aliud paruulum ortum est de medio eorum. Dan. 7, 8.
Cornua decem ipsius regni, decem reges erunt. 24.
Vidi arietem cornibus ventilantem contra Occidentem, & contra Aquilonem. † 8, 4.
Super eum visitabo, & super altaria Bethel: & amputabuntur cornua altaris, & cadent in terram. Amos 3, 14.
Tritura filia Sion, quia cornu tuum ponam ferreum. Mich. 4, 13.
Splendor eius vt lux erit: cornua in manibus eius: ibi abscōdita est fortitudo eius. Habac. 3, 4.
Hæc sunt cornua, quæ ventilauerunt Iudam. Zach. 1, 19.
Alcimum rursum mittere in Iudæam, & dexterum cornu cum illis. 1. Mach. 9, 1.

CORNVSTIBII.

Et nomen tertiæ Cornustibij. Iob 42, 14.

CORONA.

Coronam auream per circuitum [Arcæ.] Exod. 25, 11.
Corona interrasilis aureola. 25.
Coronam aureolam per gyrum. † 30, 3.
Saul & viri eius in modum coronæ cingebant Dauid, & viros eius, vt caperent eos. 1. Regum 23, 26.
Coronæ domus Ioab, & dimidium requietionis Sarai. 1. Par. 2, 54.
Tulit autem Dauid coronam Melchom de capite eius, & inuenit in ea auri pondo talentum, & pretiosissimas gemmas. † 20, 2.
Mardochæus autē de palatio, & de conspectu regis egrediens fulgebat vestibus regiis, hyacinthinis videlicet & aëreis, coronam auream portans in capite. Esth. 8, 15.
Spoliauit me gloria mea, & abstulit coronam de capite meo. Iob 19, 9.
Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. Psal. 20, 4.
Benedices coronæ anni benignitatis tuæ. † 64, 12.
Qui coronat te in misericordia, & miserationibus. † 102, 4.
Corona inclyta proteget te. Prou. 4, 9.
Corona sapientium diuitiæ eorum. † 12, 24.
Corona senum filij filiorum: & gloria filiorum patres eorum. † 17, 6.
Corona tribuetur in generationem, & generationem. † 27, 24.
Videte filiæ Sion regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater sua in die desponsationis illius, & in die lætitiæ cordis eius. Cant. 3, 11.
Veni de Libano sponsa mea, veni de Libano, veni: coronaberis de capite Amana. † 4, 8.
Coronemus nos rosis, antequam marcescant. Sap. 2, 8.
Corona sapientiæ, timor Domini. Eccli. 1, 22.
Ab eo, qui vtitur hyacintho, & portat coronam, vsque ad eum, qui operitur lino crudo. † 40, 4.
Coronauit eum in vasis virtutis. † 45, 9.
Corona aurea super mitram eius expressa signo sanctitatis, & gloria honoris. 14.
In offerendo illi [Dauidi] coronam gloriæ: contriuit enim inimicos vndique. † 47, 7.
Coronans coronabit te tribulatione, quasi pilam mittet te in terram latam, & spatiosam: ibi morieris, & ibi erit currus gloriæ tuæ, ignominia domus Domini tui. Isa. 22, 18.
Quis cogitauit hoc super Tyrum quondam coronatam, cuius negotiatores principes, institores eius inclyti terræ. † 23, 8.
Erit Dominus exercituum corona gloriæ, & sertum exultationis residuo populi. † 28, 5.
Vt consolarer omnes lugentes: vt ponerem lugentibus Sion, & darem eis coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu, pallium laudis pro spiritu mœroris. † 61, 3.
Et eris corona gloriæ in manu Domini, & diadema regni in manu Dei tui. † 62, 3.
Humiliamini, sedete: quoniam descendit de capite vestro corona gloriæ vestræ. Ierem. 13, 18.
Cecidit corona capitis nostri: væ nobis, quia peccauimus. Thren. 5, 16.
Et coronā decoris in capite tuo. Ezech. 16, 12.
Posuerunt armillas in manibus eorum, & coronas speciosas in capitibus eorum. † 23, 42.
Ingemisce tacens, mortuorum luctum non facies: corona tua circumligata sit tibi, & calceamenta tua erunt in pedibus tuis. † 24, 17.
Coronas habebitis in capitibus vestris. 23.
Facies coronas, & pones in capite Iesu filij Iosedec sacerdotis magni. Zach. 6, 11.
Coronæ erunt Helem & Tobiæ. 14.
Misit ei [Ionathæ] purpuram, & coronam auream. 1. Mach. 10, 20.

Coronam auream & bahem, quam misistis, suscepimus. † 13,37.

Plectentes coronam de spinis, posuerunt super caput eius. Mat 27,29. Ioan.19,2.

Et illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam. 1.Cor.9,25.

Gaudium meum & corona mea. Philip.4,1.

Nam & qui certat in agone, non coronatur nisi qui legitimè certauerit. 2.Tim.2,5.

Reposita est mihi corona iustitiæ. † 4,8.

Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cùm probatus fuerit accipiet coronam vitæ. Iacob.1,12.

Cùm apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcescibilem gloriæ coronam. 1.Pet.5,4.

Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Apoc.2,10.

Tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam. † 3,11.

Mittebant coronas suas ante thronũ. † 4,10.

Equus albus, & qui sedebat super illum habebet arcum, & data est ei corona. † 6,2.

Mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim. † 12,1.

Super nubem sedentem similem Filio hominis, habentem in capite suo coronam auream. † 14,14.

COROZAIN.

Væ tibi Corozain, væ tibi Bethsaida. Matthæi 11,21.

CORPVS.

Corporibus nostris dominantur & iumentis nostris. 2.Esd.9,37.

Corpus suum humiliauit ieiuniis. Esth.14,2.

Corpus eius quasi scuta fusilia. Iob 41,6.

Cùm essem magis bonus, veni ad corpus incoinquinatum. Sap.8,20.

Corpus enim quod corrumpitur, aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem. † 9,15.

Filiæ tibi sunt? serua corpus illarũ Eccli 7,26.

Salus animæ in sanctitate iustitiæ, melior est omni auro & argento: & corpus validum quàm census immensus. † 30,15,16.

Liberasti corpus meum à perditione. † 51,3.

Dominus Deus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico: retrorsum non abij, corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus. Isa.50,6.

Corpus eius quasi chrysolithus, & facies eius velut species fulguris. Dan.10,6.

Multa corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerunt. Matth.27,52.

Et accepto corpore, Ioseph inuoluit illud in sindone munda. 59.

Vbicumque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ. Luc.17,37.

Ille autem dicebat de templo corporis sui. Ioan.2,21.

Vt non remanerent in cruce corpora sabbato. † 19,31.

Vt contumeliis afficiant corpora sua in semetipsis. Rom.1,24.

Non infirmatus est [Abraham] fide, nec considerauit corpus suum emortuum. † 4,19.

Si autem Christus in vobis est: corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus verò viuit propter iustificationem. † 8,10.

Obsecro itaque vos fratres per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum, & nolite conformari huic sæculo; sed reformamini in nouitate sensus vestri. † 12,1.

Ita multi vnũ corpus sumus in Christo. † 12,5.

Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir. 1.Cor.7,4.

Panis, quem frangimus, nónne participatio corporis Domini est? † 10,16.

Corpus non est vnum membrum, sed multa. † 12,14.

Si totum corpus oculus, vbi auditus? 17.

Vos autem estis corpus Christi, & membra de membro. 27.

Vnicuique seminum propriũ corpus. † 15,38.

Corpora terrestria: sed alia quidem cælestium gloria, alia autem terrestrium. 40.

Siue in corpore, siue extra corpus, nescio, Deus scit. 2.Cor.12,2.

Ipsum dedit caput supra omnem Ecclesiam, quæ est corpus ipsius, & plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimpletur. Ephes.1,23.

In ædificationem corporis Christi. † 4,12.

Ex quo totum corpus compactum, & connexum per omnem iuncturam. 16.

Qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. Phil.3,21.

Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Col.2,9.

Non tenens caput, ex quo totum corpus, per nexus & coniunctiones subministratum & constructum crescit in augmentum Dei. 19.

Et non ad parcendum corpori, non in honore aliquo ad saturitatem carnis. 23.

Corporalis exercitatio ad modicum vtilis est; pietas autem ad omnia vtilis est, promissionem habens vitæ, quæ nunc est & futuræ. 1.Timoth.4,8.

Ideo ingrediens mundum dicit: Hostiam & oblationem noluisti: corpus autem aptasti mihi. Heb.10,5,10.

Corpora eorum non sinent poni in monumentis. Apoc.11,9.

CORRIGIA.

Vsque ad corrigiam caligæ. Gen.14,23.

Nec

Nec rumpetur corrigia calceamenti eius. Isa.5,27. Mar.1,7. Ioan.1,27.

CORRIGO.

Correxit orbem terræ qui non commouebitur. Psal.95,10.

In quo corrigit adolescentior viam suam? in custodiendo sermones tuos. † 118,9.

Vir impius procaciter obfirmat vultum suum: qui autem rectus est, corrigit viam suam. Prouerb.21,29.

Qui autem ludibriis & increpationibus non sunt correcti, dignum Dei iudicium experti sunt. Sap.12,26.

Cùm in multa pace agamus per te, & multa corrigantur per tuam prouidentiam, semper & vbique suscipimus, optime Felix. Act.24,2.

Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ desunt, corrigas. Tit.1,5.

CORRIPIO.

Addam correptiones vestras septuplum propter peccata vestra. Leuit.26,18.

Et non audierunt [filij Heli] vocem patris sui; quia voluit Dominus occidere eos. 1.Regum 2,25.

Heli correptionem omittens, grauiter punitur. † 3,13.

Correptio vtilis. † 12,29.

Corripit Samuel Saulem. † 15,17.

Correptio peccati cognitionem adducit. Peccaui quia præuaricatus sum sermonem Domini. 24.

Corripitur Dauid a Nathan. emendatur. 2.Reg.12,1,13.

Nec corripuit eum [Adoniam] pater suus aliquando. 3.Reg.1,6.

Correptione iuuatur Achab. † 21,27.

Corripit rex regem impiè loquentem. † 22,8.

Corripitur rex impios iuuans. 2.Par.19, 2,3.

Corripit Elias per literas Ioram impium regem. † 21,12.

Zacharias corripiens impios lapidatur. † 24,20.

Corripitur impius rex Dei iussu. † 25,15.

Ægrè fert. 16.

Corripitur Manasses à Prophetis. † 33,10,18.

Et si in correptione fuerit, ad misericordiam tuam venire licebit. Tob.3,21.

Viuit virtus eius, quæ est in te, ad correptionem omnium animarum errantium. Iudith 11,5.

Beatus homo, qui corripitur à Deo: increpationem ergo Domini ne reprobes. Iob 5,17.

Audite ergo correptionem meam, & iudicium labiorum meorum attendite. † 13,6.

Reuelabit quoque aurem eius, vt corripiat, & loquetur vt reuertantur ab iniquitate. † 36,10.

Propter iniquitatem corripuisti hominem. Psal.38,12.

Qui corripit gentes, non arguet, qui docet hominem scientiam? † 93,10.

Corripuit pro eis reges. † 104,14.

Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. † 140,5.

Conuertimini ad correptionem meam. Prouerb.1,23,30.

Disciplinam Domini, fili mi, ne abiicias: nec deficias cùm ab eo corriperis; quem enim diligit Dominus, corripit: & quasi pater in filio complacet sibi. † 3,11.

Plus proficit correptio apud prudentem, quàm centum plagæ apud stultum. † 17,10.

Si autem corripueris sapientem, intelliget disciplinam. † 19,25.

Melior est manifesta correptio, quàm amor absconditus. † 27,5.

Qui corripit hominem, gratiam postea inueniet apud eum, magis quàm ille, qui per linguæ blandimenta decipit. † 28,23.

Viro, qui corripientem dura ceruice contemnit, repentinus ei superueniet interitus, & eum sanitas non sequetur. † 29,1.

Melius est à sapiente corripi, quàm stultorum adulatione decipi. Ecclesi.7,6.

Probata autem virtus corripit insipientes. Sap.1,3.

Et corripietur à superueniente iniquitate. 5,9.

Eos, qui exerrant, partibus corripis. † 12,2.

Sed ad correptionem in breui turbati sunt. † 16,6.

Ne despicias hominem auertentem se à peccato, neque improperes ei; memento quoniam omnes in correptione sumus. Eccli.8,6.

Vir prudens & disciplinatus non murmurabit correptus. † 10,28.

Et cùm interrogaueris, corripe iustè. † 11,7.

Secundùm misericordiam suam, sic correptio illius hominem secundùm opera sua iudicat. † 16,13.

Qui odit correptionẽ, minuetur vita. † 19,5.

Corripe amicum, ne fortè non dixerit: & si dixerit, ne fortè iteret. 14.

Est correptio mendax in ira contumeliosi. 28.

Quàm bonum est correptum manifestare pœnitentiam? sic enim effugies voluntarium peccatum. † 20,4.

Qui odit correptionem, vestigium est peccatoris: & qui timet Deum, conuertetur ad cor suum. † 21,7.

Grauia hæc homini habenti sensum: correptio domus & improperium fœneratoris. † 29,37.

Peccator homo vitabit correptionem, & secundùm voluntatem suam inueniet comparationem. † 32,21.

Corripe me Domine, verumtamen in iudicio, & non in furore tuo, ne fortè ad nihilum redigas me. Ierem.10,24.

Correptionis necessitas. Ezech.3,18.

Vtilitas. Agg.1,4.

Ephraim in desolatione erit in die correptionis. Osee 5,6.

Iuxta desiderium meum corripiam eum. † 10,10.

Odio habuerunt corripientem in porta, & loquentem perfectè abominati sunt. Amos 5,10.

Domine in iudicium posuisti eum: & fortem vt corriperes, fundasti eum. Habac.1,12.

Quæcumque apta erant ad correptionem eorum, posuit in eis. 1.Mach.14,34.

Corripiens verò in aduersis, populum suum non derelinquit. 2.Mach.6,16.

Etsi nobis propter increpationem & correptionem Dominus Deus noster modicum iratus est, sed iterùm reconciliabitur seruis suis. † 7,33.

Si autem peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te, & ipsum solũ. Mat.18,15.

Herodes autem tetrarcha cùm corriperetur ab illo [Ioanne] de Herodiade vxore fratris sui, & de omnibus malis, quæ fecit Herodes; adiecit & hoc super omnia, & inclusit Ioannem in carcere. Luc.3,19.

Hæc autem omnia in figura contingebant illis: scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos fines sæculorum deuenerunt. 1.Cor.10,11.

Dum iudicamur autem, à Domino corripimur, vt non cum hoc mũdo damnemur. † 11,32.

Corripientes omnem hominem, & docentes omnem hominem. Col.1,27.

Corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, pacem habete ad omnes. 1.Thess.5,14.

Nolite quasi inimicum existimare, sed corripite vt fratrem. 2.Thess.3,15.

Cum modestia corripientem eos, qui resistunt veritati: ne quando Deus det illis pœnitentiam ad cognoscendam veritatem. 2.Tim.2,25.

Hæreticum hominem, post vnam & secundam correptionem deuita. Tit.3,10.

Quis enim filius, quem non corripit pater? Heb.12,7.

Correptionem verò habuit suæ vesaniæ: subiugale mutum animal, hominis voce loquens, prohibuit prophetæ insipientiam. 2.Pet.2,16.

CORROBORO.

Virtute corroborari per spiritum eius in interiorem hominem. Ephes.3,16.

CORRODO.

Corrodet [locusta] omnia ligna, quæ germinant in agris. Exod.10,5.

CORROGO.

Dignationem consequaris corrogationis. Eccli.32,3.

CORRVMPO.

Appropinquauit corruptioni anima eius. Iob 33,22.

Corrupti sunt & abominabiles facti sunt. Psal.13,1. † 52,2.

Nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. † 15,10.

In finem, ne corrumpas. Titulus Psalmi 74.

Sub arbore malo suscitaui te; ibi corrupta est mater tua. Cant.8,5.

De corruptione emptionis & negotiatorum. Eccli.42,5.

Subleuabis de corruptione vitam meam. Ionæ 2,7.

Quem verò Deus suscitauit à mortuis, non vidit corruptionem. Act.13,37.

Quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis. Rom.8,21.

Corrumpunt mores bonos colloquia mala. 1.Cor.15,33.

Seminatur in corruptione, surget in incorruptione. 42.

Hoc autem dico fratres, quia caro & sanguis regnum Dei possidere non possunt: neque corruptio incorruptelam possidebit. 50.

Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. 53.

Sed licet is qui foris est noster homo corrumpatur, tamen is, qui intus est, renouatur de die in diem. 2.Cor.4,16.

Timeo autem ne sicut serpens Heuam seduxit astutia sua, ita corrumpantur sensus vestri, & excidant à simplicitate, quæ est in Christo. † 11,3.

Qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionem. Gal.6,8.

Homines corrupti mente, reprobi circa fidem. 2.Tim.3,8.

In his, quæ ignorant blasphemantes, in corruptione sua peribunt. 2.Pet.2,12.

Quæcumque autem naturaliter, tamquam muta animalia norunt, in his corrumpuntur. Iudæ v.10.

Exterminandi eos qui corruperunt terram. Apoc.11,18.

CORRVO.

Corruit in faciem suam & adorauit. 2.Regum 9,6.

Corruit ad pedes eius [Elisei] & adorauit super terram, tulitque filium suum & egressa est. 4.Reg.4,37.

Corruentes proni in terram [filij Israel] super pauimentum stratum lapide, adorauerunt & laudauerunt Dominum. 2.Par.7,3.

Regina corruit & in pallorem colore mutato, lassum super ancillulam reclinauit caput. Esth.15,10.

Cumque loqueretur, rursus corruit, & pænè exanimata est. 18.

Angustia possedit me sicut angustia parturientis: corrui cùm audirem, conturbatus sum cùm viderem. Isa.21,3.

Et

Et corrues hodie, & corruet etiam propheta tecum. Osee 4,5.

CORTEX.

Sicut cortex mali punici, sic genæ tuæ absque occultis tuis. Cant.6,6.

CORTINA.

Decem cortinas de bysso retorta. Exod.26,1.

CORVS.

Qui parum, decem coros. Numer.11,32. 3.Reg.4,22.† 5,11. Ezech.45,11. Luc.16,7.

CORVSCO.

Maiestate Domini coruscante. Exod.40,34.

Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ. Psalmo 76,19.

CORVVS.

Dimisit corvum, qui egrediebatur, & non revertebatur, donec siccarentur aquæ super terram. Gen.8,7.

Omne coruini generis in similitudinem suam. Leuit.11,15.

Coruisque præcepi vt pascant te ibi. 3.Regum 17,4.

Corui quoque deferebant ei [Eliæ] panem & carnes manè, similiter panem & carnes vesperi, & bibebat de torrente. 6.

Quis præparat coruo escam suam, quando pulli eius clamant ad Deum vagantes, eò quòd non habeant cibos? Iob 38,41.

Qui dat iumentis escam ipsorum: & pullis coruorum inuocantibus eum. Psal.146,9.

Comæ eius sicut elatæ palmarum, nigræ quasi coruus. Cant.5,11.

Ibis & coruus habitabunt in ea. Isa.34,11.

Vox cantantis in fenestra, coruus in superliminari. Soph.2,14.

Considerate coruos, quia non seminant neq; metunt: quibus non est cellarium neque horreum. Luc.12,24.

COSTA.

Tulit vnam de costis eius. Gen.2,21.

Inedia inuadat costas eius. Iob 18,12.

COTVRNIX.

Coturnix cooperuit castra: manè quoque ros iacuit per circuitum castrorum. Exod.16,13.

Coturnices detulit [ventus] & demisit in castra. Num.11,31.

COZBI.

Cozbi filia Sur principis. Num.25,15.

CRABRONES.

Emittens crabrones priùs, qui fugabunt Heuæum. Exod.23,28.

Crabrones mittet Dominus Deus tuus in eos, donec deleat omnes atque disperdat, qui te fugerint, & latere non potuerint. Deut.7,20.

Tradidi illos in manus vestras, misique ante vos crabrones, & eieci eos de locis suis, duos reges Amorrhæorum, non in gladio, nec in arcu tuo. Ioi.24,12.

CRAPVLA.

Tamquam potens crapulatus à vino. Psalmo 77,65.

Propter crapulam multi obierunt: qui autem abstinens est, adiiciet vitam. Eccli 37,34.

Ecce ego ponam Ierusalem superliminare crapulæ omnibus populis. Zach.12,2.

CRAS.

Ne dicas amico tuo: Vade & reuertere, cras dabo tibi: cùm statim possis dare. Prou.3,28.

Ne glorieris in crastinum, ignorans quid superuentura pariat dies. † 27,1.

Qui ignoratis quid erit in crastino. Quæ est enim vita vestra? Iac.4,15.

CRASSITVDO.

Operuit faciem eius crassitudo. Iob 15,27.

Sicut crassitudo terræ erupta est super terram, Psal.140,7.

CRATERA.

Crateras: partem autem residuam fudit super altare. Exod.24,6.

Crateres aureos viginti, qui habebant solidos millenos. 1.Esd.8,27.

CRATICVLA.

Craticulamque in modum retis æneam. Exod.27,4.

CREBRO.

Ducam crebriùs stylum super faciem eius. 4.Reg.21,31. Eccles.7,23.

CREDITOR.

Creditor venit vt tollat duos filios meos ad seruiendum sibi. 4.Reg.4,1.

Et redde creditori tuo: tu autem, & filij tui viuite de reliquo. 7.

CREDO.

Credulus verbis coniugis iratus est valdè. Genes.39,19.

Tamen non credebat eis. † 45,26.

Vt credant quòd apparuerit tibi Dominus. Exod.4,5.

Credit populus visis signis. 30.

Crediderunt Domino, & Moysi seruo eius. † 14,31.

Credat tibi in perpetuum. † 19,9.

Quousque non credent mihi in omnibus signis, quæ feci coram eis? Num.14,11.

Quia non credidistis mihi vt sanctificaretis me coram filiis Israel, non introducetis hos populos in terram, quam dabo eis. † 20,12.

Credidit ergo Achis Dauid. 1.Reg.27,12.

Et nõ credebã narrantibus mihi. 3.Reg.10,7.

Ergóne credibile est vt habitet Deus cum hominibus super terram? 2.Par.6,18.

Quos cùm Domino credidisses, tradidit in manu tua? † 16,8.

Credite in Domino Deo vestro, & securi eritis: credite Prophetis eius, & cuncta euenient prospera. † 20,20.

Fideles

Fideles comprobati sunt, & ipsis creditæ sunt partes fratrum suorum. 2.Esd.13,13.

Conuertimini itaque peccatores, & facite iustitiam coram Deo, credentes quòd faciat vobiscum misericordiam suam. Tob.13,8.

Et hoc quod credens per te posse fieri cogitaui, perficiam. Iudith 13,7.

Credidit [Achior] Deo, & appositus est ad populum Israel. † 14,6.

Credo videre bona Domini in terra viuentium. Psal.26,13.

Etenim non credentes, inhabitare Dominum Deum. † 67,19.

Quia non crediderunt in Deo. † 77,22.

Non crediderunt in mirabilibus eius. 32.

Testimonia tua credibilia facta sunt nimis. † 92,5.

Crediderunt verbis eius. † 105,12.

Non crediderunt verbo eius. 25.

Credidi, propter quod locutus sum. † 115,1.

Qui credit in Domino, misericordiam diligit. Prou.14,21.

Vt relicta malitia, credant in te Domine. Sap.12,2.

Vt verè scientes quibus iuramentis crediderunt, animæquiores essent. † 18,6.

Non credentes propter veneficia, tunc verò primùm cùm fuit exterminium primogenitorum, spoponderunt populum Dei esse. 13.

Crede Deo, & recuperabit te. Eccli.2,6.

Væ dissolutis corde, qui non credunt Deo, & ideò non protegentur ab eo. 15,18.

Qui credit citò, leuis corde est, & minorabitur. † 19,4.

Et non omni verbo credas: est qui labitur lingua, sed non ex animo. 16,17.

Qui credit Deo, attendit mandatis: & qui confidit in illo, non minorabitur. † 32,28.

Si non credideritis, non permanebitis. Isa.7,9.

Qui crediderit, non festinet. † 28,16.

Quis credidit auditui nostro? † 53,1.

Non crediderunt reges terræ, & vniuersi habitatores orbis, quoniam ingrederetur hostis, & inimicus per portas Ierusalem. Thren.4,12.

Non credidimus, diffidentes in eum. Baruch 1,17.

Qui misit Angelum suum, & eruit seruos suos, qui crediderunt in eum. Dan.3,95.

Et nulla læsio inuenta in eo [Daniele] quia credidit Deo suo. † 6,23.

Credidit eis multitudo, quasi senibus, & iudicibus populi, & condemnauerunt eam [Susannam] ad mortem. † 13,41.

Crediderunt viri Niniuitæ in Deum, & prædicauerunt ieiunium Ionæ 3,5.

Ananias, & Azarias, & Misael credentes liberati sunt de flamma. 1.Mach.2,59.

Ex quibus quidam formidantes, & non credentes Dei iustitiæ, in fugam vertebantur. 2.Machab.8,13.

Creditis quia hoc possum facere vobis? Matthæi 9,28.

Pœnitemini & credite Euangelio. Mar.1,15.

Noli timere, tantummodò crede. † 5,36.

Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti. † 9,22.

Et non hæsitauerit in corde suo, sed crediderit, quia quodcumque dixerit, fiat, fiet ei. † 11,23.

Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. † 16,16.

Pro eo quòd non credidisti verbis meis, quæ implebuntur in tempore suo. Luc.1,20.

Beata, quæ credidisti. 45.

Noli timere, crede tãtùm, & salua erit. † 8,50.

Si vobis dixero, non credetis mihi. † 22,67.

Visa sunt ante illos, sicut deliramentum verba ista: & non crediderunt illis. † 24,11.

O stulti & tardi corde ad credendum, in omnibus, quæ locuti sunt Prophetæ! 25.

Manifestauit gloriam suam, & crediderunt in eum discipuli eius. Ioan.2,11.

Multi crediderunt in nomine eius, videntes signa eius, quæ faciebat. 23.

Vt omnis, qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam. † 3,16.

Qui credit in eum, non iudicatur. 18.

Qui credit in Filium, habet vitam æternã. 36.

Mulieri dicebãt: Quia iam non propter tuam loquelam credimus; ipsi enim audiuimus, & scimus, quia hic est verè Saluator mundi. † 4,42.

Credidit ipse [regulus] & domus eius tota. 53.

Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis? † 5,44.

Est qui accusat vos Moyses, in quo speratis: si enim crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi: de me enim ille scripsit. 46.47.

Hoc est opus Dei, vt credatis in eum quem misit ille. † 6,29.

Qui credit in me, habet vitam æternam. 47.

Sunt quidam ex vobis, qui non credunt: sciebat enim ab initio Iesus qui essent non credentes. 65.

Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. † 7,38.

Numquid ex principibus aliquis credidit in eum, aut ex Pharisæis? 48.

Si enim non credideritis quia ego sum, moriemini in peccato vestro. † 8,24.

Ego autem si veritatem dico, non creditis mihi. 45.

Tu credis in Filium Dei? † 9,35.

Sed vos non creditis, quia non estis ex ouibus meis. † 10,26.

Qui

Qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, viuet. † 11,25.

Dum lucem habetis, credite in lucem. † 12,36.

Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Isaias: Excæcauit oculos eorum. 40.

Iesus autem clamauit & dixit: Qui credit in me, non credit in me, sed in eũ qui misit me. 44.

Creditis in Deum, & in me credite. † 14,1.

Non creditis quia ego in Patre, & Pater in me est? 11.

Qui credit in me, opera quę ego facio, faciet, & maiora horũ faciet: quia ego ad Patrem vado. 12.

Modò creditis? ecce venit hora, & iam venit, vt dispergamini. † 16,31.

Multi autem eorum, qui audierant verbum, crediderunt. Act. 4,4.

Magis autem augebatur credentium in Domino multitudo virorum ac mulierum. † 5,14.

Si credis ex toto corde, licet. † 8,37.

Cùm verò credidissent Philippo euangelizanti de regno Dei, in nomine Iesu Christi baptizabantur. 12.

Credidit [Proconsul] admirans super doctrina Domini. † 13,12.

Crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam æternam. 48.

Ita vt crederet Iudæorum & Græcorum copiosa multitudo. † 14,1.

Et multi quidẽ crediderũt ex eis, & mulierum Gentilium honestarũ, & viri non pauci. † 17,12.

Quidam verò viri adhærentes ei, crediderunt. 34.

Credens omnibus quæ in Lege & Prophetis scripta sunt. † 24,14.

Credis rex Agrippa Prophetis? scio quia credis. † 26,27.

Credo enim Deo, quia sic erit, quemadmodum dictum est mihi. † 27,25.

Et quidam credebant his quæ dicebantur: quidam verò non credebant. † 28,24.

Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Rom. 4,3.

Ei verò, qui non operatur, credenti autem in eum qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiam, secundùm propositum gratiæ Dei. 5.

Vt sit pater omnium credentium per præputium. 11.

Cui credidit, qui viuificat mortuos, & vocat ea quæ non sunt, tamquam ea quæ sunt. 17.

Ecce pono in Sion lapidem offensionis, & petram scandali; & omnis qui credit in eum, non confundetur. † 9,33.

Omnis qui credit in illum, non confundetur. † 10,11.

Quomodo ergo inuocabunt, in quem non crediderunt? aut quomodo credent ei, quem non audierunt? 14.

Non crediderunt in vestram misericordiam, vt & ipsi misericordiam consequantur. † 11,31.

Deus autem spei repleat vos omni gaudio, & pace in credendo, vt abundetis in spe & virtute Spiritus sancti. † 15,13.

Ideò mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio. 2. Thess. 2,10.

Scio enim cui credidi, & certus sum, quia potens est depositum meum seruare in illum diem. 2. Tim. 1,12.

Ingrediemur enim in istam requiem, qui credidimus. Heb. 4,3,11.

Credere oportet accedentem ad Deum, quia est, & inquirentibus se remunerator sit. † 11,6.

Tu credis quoniam vnus est Deus? benè facis: & dæmones credunt. Iac. 2,19.

In quem nunc quoque non videntes creditis: credentes autem exultabitis lætitia inenarrabili, & glorificata, reportantes finem fidei vestræ, salutem animarum. 1. Pet. 1,8.

Qui crediderit in eum, non cõfundetur. † 2,6.

Et hoc est mandatum eius: Vt credamus in nomine Filij eius Iesu Christi, & diligamus alterutrum. 1. Ioan. 3,23.

Omnis qui credit quoniam Iesus est Christus, ex Deo natus est. † 5,1.

Qui non credit Filio, mendacem facit eũ. 10.

Vt sciatis quoniam vitam habetis æternam, qui creditis in nomine Filij Dei. 13.

CREMIVM, CREMO.

Cremabit super altare. Leuit. 5,12. † 8,17. † 9,20. Heb. 13,11.

Ossa mea sicut cremium aruerũt. Psal. 101,4.

CREO.

Numquid non ipse est pater tuus, qui possedit te, & fecit, & creauit te? Deut. 32,6.

Deus cælorum, creator aquarum, & Dominus totius creaturæ. Iudith 9,17.

Cor mundum crea in me Deus: & spiritum rectum innoua in visceribus meis. Psal. 50,12.

Emittes spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ. † 103,30.

Creauit enim vt essent omnia, & sanabiles fecit nationes orbis terrarum. Sap. 1,14.

Vtamur creatura tamquam in iuuentute celeriter. † 2,6.

Deus creauit hominem inexterminabilem, & ad imaginem similitudinis suæ fecit illum. 23.

Cognoscibiliter poterit creator horum videri. † 13,5.

Creaturæ Dei in odium factæ sunt, & in tentationẽ animabus hominum, & in muscipulam pedibus insipientium. † 14,11.

Creatura enim tibi factori deseruiens, exardescit in tormentum aduersus iniustos. † 16,24.

Omnis enim creatura ad suum genus ab initio refigurabatur, deseruiens tuis præceptis, vt pueri tui custodirentur illæsi. † 19,6.

Prior omnium creata est sapientia. Eccli. 1,4.

Ipse creauit illam in Spiritu sancto. 9.

Deus creauit de terra hominem, & secundùm imaginem suam fecit illum. † 17,1.

Qui viuit in ęternũ, creauit omnia simul. † 18,1

Qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo. † 24,12.

Ab initio & ante sæcula creata sum. 14.

Et omnes homines de solo, & ex terra vnde creatus est Adam. † 33,10.

Creaturam æui confirmabunt, & deprecatio illorum in operatione artis. † 38,39.

Bona bonis creata sunt ab initio, sic nequissimis bona & mala. † 39,30.

Leuate in excelsum oculos vestros, & videte quis creauit hæc, qui educit in numero militiam eorum, & omnes ex nomine vocat. Isa.40,26.

Creans cælos & extendens eos: firmans terram & quæ germinant ex ea. † 42,5.

Et nunc hæc dicit Dominus: creans te Iacob & formans te Israel: noli timere, quia redemi te, & vocaui te nomine tuo meus es tu. Cùm transieris per aquas, tecum ero, & flumina non operient te: cùm ambulaueris in igne, non comburêris, & flamma non ardebit in te. † 43,2.

Omnem qui inuocat nomen meum, in gloriam meam creaui eum: formaui eum & feci eum. Isa.43,7.

Et iustitia oriatur simul: ego Dominus creaui eum. † 45,8.

Ecce enim ego creo cælos nouos & terram nouam, & non erunt in memoria priora, & non adscendent super cor. † 65,17.

Creo Ierusalem exultationem, & populum eius gaudium. 18.

Creauit Dominus nouum super terram: FEMINA CIRCVMDABIT VIRVM. Ierem.31,22.

Creaturæ inuitantur ad Deum laudandum. Daniel.3,52.

Numquid non pater vnus omnium nostrûm? numquid non Deus vnus creauit nos? Mal.2,10.

Omnis creatura ingemiscit, & parturit vsque adhuc. Rom.8,22.

Non est creatus vir propter mulierem, sed mulier propter virum. 1.Cor.11,9.

Si qua ergo in Christo noua creatura, vetera transierunt. 2.Cor.5,17.

In Christo enim Iesu, neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed noua creatura. Gal.6,15.

Ipsius enim sumus factura, creati in Christo Iesu in operibus bonis. Ephes.2,10.

Quia omnis creatura Dei bona est, & nihil reiiciendum quod cum gratiarum actione percipitur. 1.Tim.4,4.

Omnis namque domus fabricatur ab aliquo: qui autem omnia creauit, Deus est. Heb.3,4.

Vt simus initiũ aliquod creaturę eius. Iac.1,18.

Quia tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam erant & creata sunt. Apoc.4,11.

CREPIDO.

Gradiebantur per crepidinem aluei. Exod.2,5. Ezech.43,14. 2.Mach.10,26.

CREPO.

Decem millia virorum, &c. præcipitaueruntque eos de summo in præceps, qui vniuersi crepuerunt. 2.Par.25,12. Act.1,18.

CRESCO.

Crescite & multiplicamini, & replete aquas maris, auesque multiplicentur super terram. Gen.1,22.

Crescite & multiplicamini & replete terram. † 9,1.

Crescere me fecit Deus in terra paupertatis meæ. † 41,52.

Creuerunt, & quasi germinantes multiplicati, ac roborati nimis impleuerunt terrã. Exod.1,7.

Creuit autem Samuel, & Dominus erat cum eo. 1.Reg.3,19.

Crescere illum quasi terræ cumulum, & vt stellas exaltare semen eius. Eccli.44,22.

Illum oportet crescere, me autem minui. Ioan.3,30.

Crescite verò in gratia, & in cognitione Domini nostri. 2.Pet.3.18.

CRETENSES.

Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri. Tit.1,12.

CRIBRO.

Cribrans aquas de nubibus cælorum. 2.Regum 22,12.

Sicut in percussura cribri remanebit puluis: sic aporia hominis in cogitatu illius. Eccli.27,5.

Et concutiam in omnibus gentibus domum Israel, sicut concutitur triticum in cribro, & non cadet lapillus super terram. Amos 9,9.

CRIMEN.

Non eris criminator nec susurro in populo. Leuit.19,16.

Criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate. 2.Tim.3,3.

CRINIS.

Si septem crines capitis mei cum licio plexueris. Iudic.16,13.

Discriminauit crinem capitis sui. Iudith 10,3.

Vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui. Cant.4,9.

CRISPANS.

Pro crispanti crine caluitium. Isa.3,24.

CRISPVS.

Crispus autem archisynagogus credidit Domino. Act.18,8. 1.Cor.1,14.

CROCODILVS.

Polluta reputabuntur, &c. mustela, & mus, & crocodilus. Leuit.11,29.

CROCVS.

Cypricum nardo, nardus & crocus. Cant.4,14

CRY-

CRVDELITAS.

Crudelis ne sis in bestias. Gen. 33,13. Exodi 21,12. Deuter. 5,14. † 22,10. Prou. 12,10. Eccli. 7,24.

Crudelitas Pharaonis. Exod. 5,8.

Crudelitas libidinosa. Iudic. 20,5.

Crudelitas Saulis. 1. Reg. 19,15.

Crudelitas meretricis. 3. Reg. 3,16.

Crudelitas Hazaël. Ciuitates eorum munitas igne succendes, & iuuenes eorum interficies gladio, & paruulos eorum elides, & prægnantes diuides. 4. Reg. 8,12.

Occidistis eos [Iudæos] ita vt ad cælum pertingeret vestra crudelitas. 2. Par. 28,9.

Crudelitas ambitiosi Aman. Esth. 3,6,13.

Hostis noster est [Aman] cuius crudelitas redundat in regem. † 7,6.

Et pietatem nostram sua crudelitate commaculans. † 16,10.

Mutatus es mihi in crudelem, & in duritia manus tuæ aduersaris mihi. Iob 30,21.

Non quasi crudelis suscitabo eum. † 41,1.

Qui autem crudelis est, etiam propinquos abiiciet. Prou. 11,17.

Nouit iustus iumentorum suorum animas; viscera autem impiorum crudelia. † 12,10.

Crudelitas Medorum. Isa. 13,18.

Tradam Aegyptum in manu dominorũ crudelium, & rex fortis dominabitur eorum. † 19,4.

Crudelis est, & non miserebitur, vox eius quasi mare sonabit, & super equos ascendent. Ierem. 6,23.

Crudeles sunt, & immisericordes. † 50,42.

Filia populi mei crudelis. Thren. 4,3.

Quam ob causam tam crudelis sententia à facie regis esset egressa. Dan. 2,15.

Moribus crudeliorem eo ipso, à quo constitutus est. 2. Mach. 5,22.

Crudelitas Antiochi. 1. Mach. 1,60.

Ioppitarum. 2. Mach. 12,4,5.

Tunc rex accensus ira, in hunc super omnes crudelius desæuit, indignè ferens se derisum. † 7,39.

CRVDVM.

Non comedetis ex eo [agno] crudum quid, nec coctũ aqua, sed assum tantũ igni. Exod. 12,9.

CRVOR.

Cruor in omni terra Aegypti, tam in ligneis vasis, quàm in saxeis. Exod. 7,19.

De cruore occisorum. Deut. 32,42.

Impleuit [Manasses] Ierusalem cruore innocentium. 4. Reg. 24,4.

CRVS.

Crura illius columnæ marmoreæ, quæ fundatæ sunt super bases aureas. Cant. 5,15.

Reuela crura, transi flumina. Isa. 47,2.

Vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura. Ioan. 19,33.

CRVSTA.

Crustulam absque fermento. Exod. 29,2.

CRVCIO.

Mirabiliter me crucias. Iob 10,16.

Cum tanta cruciasti attentione. Sap. 12,20.

Cruciabit illum in tribulatione doctrinæ suæ. Eccli. 4,19.

CRVX, CRVCIFIGO.

Crucifigamus eos Domino in Gabaa Saul, quondam electi Domini. 2. Reg. 21,6,9.

Qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus. Matth. 10,38.

Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. † 16,24.

Tradent eum Gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum. † 20,19.

Dicunt omnes: Crucifigatur. † 27,23.

Crucifixi sunt cum eo duo latrones. 38.

Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me. Luc. 9,23.

Crucifige, crucifige eum. † 23,21.

Accipite eum vos & crucifigite: ego enim non inuenio in eo causam. Ioan. 19,6.

Et baiulans sibi crucem, exiuit in eum, qui dicitur Caluariæ, locum. 17.

Numquid Paulus crucifixus est pro vobis? 1. Cor. 1,13.

Sed euangelizare; non in sapientia verbi, vt non euacuetur crux Christi. Verbum enim crucis pereuntibus quidem stultitia est, iis autem qui salui fiunt, id est nobis, Dei virtus est. 17.

Nam etsi crucifixus est ex infirmitate: sed viuit ex virtute Dei. 2. Cor. 13,4.

Christo confixus sum sum cruci. Gal. 2,19.

Ergo euacuatum est scandalum crucis. † 5,11.

Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis. 24.

Mihi autem absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. † 6,14.

Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. 14.

Flens dico, inimicos crucis Christi, quorum finis interitus. Philip. 3,19.

Ipsum [chirographum] tulit de medio, affigens illud cruci. Col. 2,14.

Rursus renouari ad pœnitentiam, rursum crucifigentes sibimetipsis filium Dei, & ostentui habentes. Hebr. 6,6.

Aspicientes in auctorem fidei, & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta. † 12,2.

Qui de die in diem animam iustam [Lot] iniquis operibus cruciabant. 2. Pet. 2,8.

Ne occiderent eos; sed cruciarent eos mensibus quinque, & cruciatus eorum vt cruciatus scorpij, cùm percutit hominem. Apoc. 9,5.

Quæ vocatur spiritualiter Sodoma & Aegyptus, vbi & Dominus eorũ crucifixus est. † 11,8.

Cruciabitur [Babylon] igne & sulphure in conspectu Angelorum sanctorum, & ante conspectum Agni. † 14,10.

Vbi & bestia & pseudopropheta cruciabuntur die ac nocte in sæcula sæculorum. † 20,10.

CRYSTALLVS.

Mittit crystallum suam sicut buccellas. Psalmo 147,6.

CRYPTA.

Sume lapides grandes in manu tua, & abscondes eos in crypta. Ierem. 43,9.

CVBILE, CVBICVLVM.

Ascendisti cubile patris tui. Gen. 49,4.

Benadad fugiens ingressus est in ciuitatem, in cubiculum, quod erat intra cubiculum. 3 Regum 20,30.

Videbis in die illa, quando ingrediêris cubiculum intra cubiculum, vt abscondaris. † 22,25.

Vt præpararet alterum cubiculum. Tob. 7,18.

Dixerunt cubiculariis: Intrate & excitate illum. Iudith 14,11.

Et detestor cubile incircumcisorum & omnis alienigenæ. Esth. 14,15.

Catuli leonum, &c. & in cubilibus suis collocabuntur. Psal. 103,22.

Exultabunt sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis. † 149,5,6.

Aspersi cubile meum myrrha, & aloë, & cinnamomo. Prou. 7,17.

Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie. Cant 1,6.

In cubilibus, in quibus prius dracones habitabant, orietur viror calami & iunci. Isa. 35,7.

CVBITVS.

In cubito consummabis summitatem eius [arcæ.] Gen. 6,16.

Et cubitus ex vna parte pendebit. Exod. 26,13. † 30,2.

Ad mensuram cubiti virilis manus. Deuter. 3,11.

CVCVMERARIVM.

Sicut tugurium in cucumerario. Isa. 1,8.

Nam sicut in cucumerario formido nihil custodit. Baruch 6,69.

CVDO.

Percutiens malleo eum, qui cudebat tunc temporis. Isa. 41,7.

CVLMEN.

Turrim, cuius culmen pertingat ad cælum. Gen. 11,4.

Quia ingressi sunt sub vmbra culminis mei. Gen. 19,8. 2. Reg. 18,26.

CVLMVS.

Septem spicæ pullulabunt in culmo vno. Gen. 41,5.

Culmus stans non est in eo. Osee 8,7.

CVLPA.

Culpa agnitio. Meritò hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum, videntes angustiam animæ illius, dum deprecaretur nos, & non audiuimus: idcircò venit super nos ista tribulatio. Gen. 42,21.

Culpa superiorum castigatur, cùm Deum coram subditis non sanctificant. Deut. 32,51.

Ab hac die non erit culpa in me contra Philisthæos: faciam enim vobis mala. Iudic. 15,3.

Culpa carens alios corripit. 1. Reg. 12,5.

Quare ergo peccas in sanguine innoxio, interficiens Dauid, qui est absque culpa? † 19,5.

Culpa agnitio, confessio. 2. Reg. 19,19. 1. Esdræ 10,2.

Cùm pro culpa sua increparet puellam. Tob 3,9.

Iudæos neci destinatos, in nulla penitus culpa reperimus. Esth. 16,15.

Vt autem cognouit Ieremias, culpans illos dixit: Quòd ignotus erit locus, donec congreget Deus congregationem populi. 2. Mach. 2,7.

Nam si illud prius culpa vacasset: non vtique secundi locus inquireretur. Heb. 8,7.

CVLTER.

Fac tibi cultros lapideos, & circumcide secundò filios Israel. Ios. 5,2.

Statue cultrum in gutture tuo. Prou. 23,2.

CVLTIOR.

Induere cultioribus vestimentis. Ruth 3,3.

CVMVLVS.

Crescere illum quasi terræ cumulum. Eccli. 44,22.

CVNCTOR.

Ne cuncteris venire ad me. Num. 22,16.

Noli extollere te in faciendo opere tuo, & noli cunctari in tempore angustiæ. Eccli. 10,29.

CVNCTVS.

Cunctæ res difficiles. Eccles. 1,8. Act. 8,40. Rom. 16,4.

CVNEVS.

Vnus cuneus pergebat contra viam Ephra. 1. Reg. 13,17.

Potes me ducere ad cuneum istum? † 30,15.

CVNICVLVS.

Mendaciorum cuniculis conentur subuertere. Esth. 16,5.

CVPIDITAS.

Cupidi alienorum mors. 3. Reg. 21,1. † 22,35.

Fragilius lignum inuocat: illud enim cupiditas acquirendi excogitauit. Sap. 14,2.

Insatiabilis oculus cupidi in parte iniquitatis. Eccli. 14,9.

Radix enim omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes errauerunt à fide. 1. Tim. 6,10.

CVR.

Vel quis dicere potest: Cur ita facis? Iob 9,12.

CV-

CVRIA.

Et quia curiam fecerunt sibi [Romani] & quotidie consulebant trecentos viginti, consilium semper agentes de multitudine, vt quæ digna sunt, gerant. 1.Mach.8,15.

CVRIOSITAS.

Curiositas oculorum stupri causa. Gen.34,2.

Alij nulla curiositate videant quæ sunt in sanctuario. Num.4,20.

Curiositas punita. Percussit autem de viris Bethsamitibus, eò quòd vidissent arcam Domini: & percussit de populo septuaginta viros, & quinquaginta millia plebis. 1.Reg.6,19.

Curiosiùs agite & considerate locum vbi sit pes eius [Dauidis.] 1.Reg.23,22.

In pluribus operibus eius non eris curiosus. Eccli.3,24.

Atheniensium curiositas. Act.17,21.

Multi autem ex iis, qui fuerant curiosa sectati, contulerunt libros, & combusserunt coram omnibus. † 19,19.

Non solùm otiosæ, sed & verbosæ, & curiosæ, loquentes quæ non oportet. 1.Tim.5,13.

CVRO, CVRA.

Magna nobis cura, ingentique studio prouidendum est, ne vna tribus deleatur ex Israel. Iudic.21,17.

Sed quod debetis, reddite ei pro peccato, & tunc curabimini, & scietis quare non recedat manus eius à vobis. 1.Reg.6,3.

Curam parentum senum gerit Dauid. † 22,3.

Ostendisti hodie, quia non curas de ducibus tuis, & de seruis tuis. 2.Reg.19,6.

Missus est Angelus Domini sanctus Raphael, vt curaret eos ambos. Tob.3,25.

In proximo est vt à Deo cureris. † 5,13.

Misit me Dominus, vt curarem te, & Saram vxorem filij tui à dæmonio liberarem. † 12,14.

Curam agens salutis Esther. Esth.2,11.

Curasti iniquitatem meam. Iob 1[illegible],17.

Multas curas sequuntur somnia. Eccles.5,2.

Curatio faciet cessare peccata maxima. † 10,4.

Aequaliter cura est illi de omnibus. Sap.6,8.

Non enim est alius Deus quàm tu, cui cura est de omnibus. † 12,13.

Curam illorum habe, & sic conside, & omni cura tua explicita recumbe. Eccli.32,2.

Qui [Simon] curauit gentem suam, & liberauit eam à perditione. † 50,4.

Curabant contritionem filiæ populi mei cum ignominia, dicentes, Pax, pax: & non erat pax. Ierem.6,14.

Curam captiuorum gerit Ieremias, ad eos scribens. † 29,1,4.

Curauimus Babylonem, & non est sanata. † 51,9.

Si licet sabbatis curare? Mat.12,10.

Cæcos, claudos, debiles, & alios multos: & proiecerunt eos ad pedes eius, & curauit eos. † 15,30.

Scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces: & non est tibi cura de aliquo. † 22,16.

Curam illius habe: & quodcumque supererogaueris, ego cùm rediero, reddã tibi. Luc.10,35.

Attendite autem vobis, ne fortè grauentur corda vestra in crapula, & ebrietate, & curis huius vitæ, & superueniat in vos repentina dies illa. † 21,34.

Cognoscebant eos quoniam cum Iesu fuerant: hominem quoque stantem cum eis, qui curatus fuerat, nihil poterant contradicere. Act.4,14.

Humanè autem tractans Iulius Paulum, permisit ad amicos ire & curam sui agere. † 27,3.

Curam carnis ne feceritis in desideriis. Rom.13,14.

Si quis autem suorum, & maximè domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior. 1.Tim.5,8.

Omnem sollicitudinem vestram proiicientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis. 1.Pet.5,7.

CVRRO.

Sub manu custodis ad sarcinas, cucurrit ad locum certaminis. 1 Reg.1[illegible],22.

Cucurrit [Dauid] ad pugnam ex aduerso Philisthæi. 48.

Asael cursor velocissimus, quasi vnus de capreis, quæ morantur in siluis. 2.Reg.2,18.

Et manus Domini facta est super Eliam, accinctisque lumbis currebat ante Achab. 3.Regum 18,46.

Qui [Eliseus] statim relictis bobus cucurrit post Eliam. † 19,20.

Curram post eum, & accipiam ab eo aliquid. 4.Reg.5,20.

Perrexeruntque cursores cum epistolis ex regis imperio. 2.Par.30,6.

Consurgens cæcus [Tobias] pater eius, cœpit offendens pedibus currere, & data manu puero, occurrit obuiàm filio suo. Tob.11,10.

Festinabant cursores, qui missi erant, regis imperium explere. Esth.3,15.

Cucurrit aduersus eũ erecto collo. Iob 15,26.

Cucurri in siti: ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant. Psal.61,5.

Viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dilatasti cor meum. † 118,32.

Currens non habebis offendiculũ. Prou.4,12.

Vidi sub sole, nec velocium esse cursum, nec fortium bellum. Eccles.9,11.

Trahe me: post te curremus in odorem vnguentorum tuorum. Cant.1,3.

Omnes conuersi sunt ad cursum suum, quasi equus impetu vadens ad prælium. Ierem.8,6.

Currens obuiàm currenti veniet, & nuntius obuius nuntianti. † 51,31.

Numquid currere queunt in petris equi, aut arari potest in bubalis? Amos 6,13.

Currebant autem duo simul, & ille alius discipulus præcucurrit citiùs Petro, & venit primus ad monumentum. Ioan.20,4.

Cucurrit plebs aduersus eos [Paulum & Silã] & magistratus, scissis tunicis eorum, iusserunt eos virgis cædi. Act.16,22.

Dummodò consummem cursum meum, & ministerium verbi. † 20,24.

Nescitis quòd ij, qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium? 1.Corinth.9,24.

Ne fortè in vacuum currerem. Gal.2,2.

Currebatis benè, quis vos impediuit veritati non obedire? † 5,7.

Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui. 2.Timoth.4,7.

CVRRVS.

Fecitque eum ascendere super currum suum secundum. Gen.41,43.

Iunxit ergo currum, & omnem populum suum assumpsit secum. Exod.14,6.

Tulitque [Pharao] sexcentos currus electos, & quidquid in Aegypto curruum fuit; & duces totius exercitus. 7.

Subuertit [Dominus] rotas curruum, ferebanturque in profundum. 25.

Currus Pharaonis, & exercitum eius proiecit in mare. † 15,4.

Equi quoque & currus immensę multitudinis. Ios.11,4.

Currus igne combures. 6,9.

Cùm ferreis curribus vtantur Chananæi. † 17,16.

Falcatis curribus abundabant. Iudic.1,19.

Currus & equites appropinquabant ei [Sauli.] 2.Reg.1,6.

Dereliquit autem [Dauid] ex eis centum currus. † 8,4.

Fecit sibi Absalom currus, & equites, & quinquaginta viros, qui præcederent eum. † 15,1.

Congregauitq; Salomon currus. 3.Reg.10,26.

Dic Achab: Iunge currum tuum, & descende, ne occupet te pluuia. † 18,44.

Leuauit eum in currum suum. † 20,33.

Rex Israel stabat in curru suo contra Syros, & mortuus est vespere. † 22,35.

Currus igneus & equi ignei diuiserunt vtrumque. 4.Reg.2,11.

Misit etiam currum equorum secundum. † 9,19,21.

Pater mi, pater mi, currus Israel & auriga eius. † 13,14.

Currus autem Solis combussit igni. † 23,11.

Conduxeruntq; triginta duo millia curruum. 1.Par.19,7.

Congregauitque [Salomon] sibi currus, & facti sunt ei mille quadringenti currus, & duodecim millia equitum. 2.Par.1,14.

Transtulerunt eum [Iosiam] de curru in alterum currum, qui sequebatur eum more regio, & asportauerunt eum in Ierusalem, mortuusque est. † 35,24.

Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine Dei nostri inuocabimus. Psal.19,8.

Currus Dei decẽ millibus multiplex. † 67,18.

Qui receptus es in turbine ignis, in curru equorum igneorum. Eccli.48,9.

Vidit currum duorum equitum, ascensorem asini, & ascensorem cameli. Isa.21,7.

Quasi tempestas currus eius: velociores aquilis equi illius: væ nobis quoniam vastati sumus. Ierem.4,13.

Igneæ habenæ currus in die præparationis eius, & agitatores consopiti sunt. Nahum 2,3.

CVRVO.

Curuauit [princeps quinquagenarius] genua contra Eliam. 4.Reg.1,13.

Et si humiliatus vadat curuus [inimicus] adijce animum tuũ, & custodi te ab eo. Eccli.12,11.

Venient ad te curui filij eorum, qui humiliauerunt te, & adorabunt vestigia pedum tuorum omnes, qui detrahebant tibi, & vocabunt te ciuitatem Domini. Isaiæ 60,14.

CVSTODIO.

Custos rei ad quid teneatur. Exod.22,7.

Die ac nocte manebitis in tabernaculo obseruantes custodias Domini, ne moriamini. Leuit.8,35.

Custodi igitur temetipsum, & animam tuam solicitè. Deut.4,9,15.

Intrasse vrbem Samson, circumdederunt eum, positis in porta ciuitatis custodibus: & ibi tota nocte cum silentio præstolantes, vt facto manè exeuntem occiderent. Iudic.16,2.

Commendauit [Dauid] gregem custodi 1.Regum 17,20.

Seruum suum custodiuit à malo. † 25,39.

Quare non custodisti Dominum tuum regem? † 26,15.

Ego custodem capitis mei ponam te [Dauidem] cunctis diebus. † 28,2.

Posuit in ea custodes, statuitque præsidium, & facta est vniuersa Idumæa seruiens Dauid. 2.Regum 8,14.

Et obserua custodias Domini. 3.Reg.2,3.

Ita tamen, si custodierint filij tui viam suam. † 8,25.

Custodi virum istum: qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima eius, aut talentum argenti appendes. † 20,39.

Posuit sacerdos custodias in domo Domini. 4.Reg.11,18.

Filij Araas custodis vestium. † 22,14.

Custodes vestibulorum tabernaculi. 1.Paralipom.9,19.

Custodia contra custodiam. † 26,16.

Costu-

Custodem saltus regis, vt det mihi ligna. 2. Esd. 2,8.

Et orauimus Deum nostrum: & posuimus custodes super murum. † 4,9.

Et posui custodes de habitatoribus Ierusalem, singulos per vices suas, & vnumquemque contra domum suam. † 7,3.

Pone custodes fontiū, vt non hauriant aquam ex eis. Iudith 7,9,11.

Viuit autem ipse Dominus, quoniam custodiuit me Angelus eius, & hinc euntem, & ibi commorantem, & inde huc reuertentem: & non permisit me Dominus ancillam suam coinquinari. † 13,20.

Præpositus & custos mulierum regiarum. Esth. 2,3.

Peccaui, quid faciam tibi ô custos hominum? Iob 7,20.

Quis mihi tribuat vt sim iuxta menses pristinos, quibus Deus custodiebat me? † 29,2.

Custodi animam meam & erue me. Psalmo 24,20.

Dixi, Custodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea. † 38,2.

Non custodierunt testamentum Dei, & in lege eius noluerunt ambulare. † 77,10.

Custodi animam meam, quoniam sanctus sum. † 85,2.

Et custodia in nocte, quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt. † 89,5.

Custodit Dominus animas sanctorum suorum. † 96, 10.

Custodiens paruulos Dominus. † 114,6.

Dominus custodit te, Dominus protectio tua. † 120,5.

Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustrà vigilat qui custodit eam. † 126,1.

A custodia matutina vsque ad noctem, speret Israel in Domino. † 129,6.

Custodi me Domine de manu peccatoris. † 139,5.

Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labiis meis. † 140,3.

Custodi me à laqueo, quem statuerūt mihi. 9.

Educ de custodia animam meam ad confitendum nomini tuo. † 141,8.

Custodit Dominus omnes diligētes se. † 144,20

Dominus enim erit in latere tuo, & custodiet pedem tuum ne capiaris. Prou. 3,26.

Omni custodia serua cor tuum, quia ex ipso vita procedit. † 4,23.

Semita iustorum declinat mala: custos animæ suæ seruat viam suam. † 16,17.

Qui custos est domini sui, glorificabitur. † 27,18.

Custodi pedem tuum ingrediens domum Dei, & appropinqua vt audias. Eccles. 4,17.

Quando commouebuntur custodes domus. † 12,3.

Posuerunt me custodem in vineis; vineam meam non custodiui. Cant. 1,5.

Hæc eum qui primus formatus est à Deo pater orbis terrarum, cùm solus esset creatus, custodiuit, & eduxit illum à delicto suo. Sap. 10,2.

Custodi filiam luxuriosam. Eccli. 26,13.

Super custodiam meam ego sum, stans totis noctibus. Isa. 21,8.

Custos quid de nocte? custos quid de nocte? Dixit custos: Venit manè & nox: si quæritis, quærite: conuertimini, venite. 11,12.

Custodiens sabbatum ne polluat illud, custodiens manus suas ne faciat omne malum. † 56,2.

Super muros tuos Ierusalem constitui custodes: tota die & tota nocte in perpetuum non tacebunt. † 62,6.

Auditum est in Ierusalem custodes venire de terra longinqua. Ierem. 4,16.

Erit dies, in qua clamabunt custodes in monte Ephraim: Surgite & ascendamus in Sion ad Dominum Deum nostrum. † 31,6.

Et non seruastis præcepta sanctuarij mei, & posuistis custodes obseruationum mearum in sanctuario meo vobisinetipsis. Ezech. 44,8.

Custodes tui quasi locustæ, & paruuli tui quasi locustæ locustarum. Nahum 3,17.

Super custodiam meam stabo, & figam gradum super munitionem. Habac. 2,1.

Habetis custodiam, ite, custodite sicut scitis. Matth. 27,65.

Posuerunt eos [Apostolos] in custodiam in crastinum; erat enim iam vespera. Act. 4,3.

Repleti sunt zelo, & iniecerunt manus in Apostolos, & posuerūt eos in custodia publica. † 5,18.

Per domos intrans [Saulus] & trahens viros ac mulieres tradebat in custodiam. † 8,3.

Custodes ante ostium custodiebant carcerem. † 12,6.

Inquisitione facta de custodibus, iussit eos duci. 19.

Et tradit Paulum cum reliquis custodiis centurioni. † 27,1.

Militum autem consilium fuit, vt custodias occiderent, ne quis cùm enatasset, effugeret. 42.

Testor coram Deo, & Christo Iesu, & electis Angelis, vt hæc custodias sine præiudicio: nihil faciens in alteram partem declinando. 1. Timoth. 5,21.

CVTIS.

Cutis mea aruit & contracta est. Iob 7,5.

Cutis mea denigrata est super me, & ossa mea aruerunt præ caumate. † 30,30.

Adhæsit cutis eorum ossibus: aruit & facta est quasi lignum. Thren. 4,8.

CYATHVS.

Thuribula & cyathos. Exod. 25,29. Ier. 52,19.

CYMINVM.

Cyminum sparget. Isa. 28,25.

Deci-

Decimatis mentham, & anethum, & cyminum. Matth.23,23.

CYMBALVM.

Laudate eum in cymbalis benesonantibus, laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis spiritus laudet Dominum. Psalm.150,6.

Vę terræ in cymbalo alarum, quæ est trans flumina Aethiopiæ. Isa.18,1.

CYPRESSVS.

Laquearia nostra cypressina. Cant.1,16.

Quasi cypressus in monte Sion. Eccli.24,17. † 50,11.

CYPRVS.

Cypri cum nardo, nardus & crocus. Cant.4,14.

CYRENE.

Habitatores eius Cyrenem. 4.Regum 16,9. Act.2,10.

Simonem Cyrenæum. Marc.15,21.

CYRINVS.

Hæc descriptio prima, facta est à præside Syriæ Cyrino. Luc.2,2.

CYRVS.

Qui dico Cyro: Pastor meus es, & omnem voluntatem meam complebis. Isa.44,28.

Hæc dicit Dominus christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram vt subiiciam ante faciem eius Gentes, & dorsa regum vertam, & aperiam coram eo ianuas, & portæ nō claudentur. † 45,1.

Inuenerunt hominem Cyrenæum, nomine Simonem, hunc angariauerunt vt tolleret crucem eius. Matth.27,32.

DAEMON.

Nequaquam vltrà immolabunt hostias suas dæmonibus, cum quibus fornicati sunt. Leuit.17,7.

Qui [Ieroboam] constituit sibi sacerdotes excelsorum, & dæmoniorum, vitulorumque quos fecerat. 2.Par.11,15.

Tradita fuerat [Sara] septem viris, & dæmonium nomine Asmodæus occiderat eos, mox vt ingressi fuissent ad eam. Tob.3,8.

Fumus eius [cordis piscis] extricat omne genus dæmoniorum. † 6,8.

Ostendam tibi qui sunt, quibus præualere potest dæmonium. 16.

Raphael Angelus apprehendit dæmonium, & religauit illud in deserto superioris Aegypti. † 8,3

Misit me Dominus vt curarem te, & Saram vxorem filij tui à dæmonio liberarem. † 12,14.

Ab incursu & dæmonio meridiano. Psal.90,6.

Occurrent dæmonia onocentauris, & pilosus clamabit alter ad alterum: ibi cubauit lamia. Isa.34,14

Ignis enim superueniet ei ab æterno in longiturnis diebus, & habitabitur à dæmoniis in multitudine temporis. Baruch 4,35.

Nónne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus? Matth.7,22.

Obtulerunt ei multos dæmonia habentes, & eiiciebat spiritus verbo. † 8,16.

Occurrerunt ei duo habentes dæmonia, de monumentis exeuntes, sæui nimis. 28.

In principe dæmoniorum eiicit dæmones. † 9,34.

Vidimus quemdam in nomine tuo eiicientem dæmonia, & prohibuimus eum. Luc.9,49.

Etiam dæmonia subiiciuntur nobis in nomine tuo. † 10,17.

Et erat eiiciens dæmonium, & illud erat mutum. † 11,14.

Dæmonium habes, quis te quærit interficere? Ioan.7,20.

Ego dæmonium non habeo: sed honorifico Patrem meum, & vos inhonorastis me. † 8,49.

Dæmonium habet, & insanit: quid eum auditis? † 10,19,20.

Nouorum dęmoniorum videtur annuntiator esse. Act.17,18.

Nolo autem vos socios fieri dæmoniorum. 1.Cor.10,20.

Sunt enim spiritus dæmoniorum facientes signa. Apoc.16,14.

DAGON.

Dagon cum arca ponitur in Azoto. Dagon iacet ante arcam pronus in terra, reponitur, iterùm iacens inuenitur, capite & palmis manuum abscissis. 1.Reg.5,3.

Ostenderunt ei templum Dagon succensum igni, & Azotum, & cetera eius demolita. 1.Machab.11,4.

DALILA.

Rursum Dalila vinxit eum. Iudic.16,12.

DAMASCVS.

Caput Syriæ Damascus. Isa.7,8.

Damascus desinet esse ciuitas, & erit sicut aceruus lapidum in ruina. † 17,1.

DAMNO, DAMNVM.

Subiacebit damno, quantum maritus mulieris expetierit. Exod.21,22.

Damna in causa Dei ne æstimes. Quid ergo fiet de centum talentis, quæ dedi militibus Israel? & respondit ei homo Dei: Habet Dominus vnde tibi dare possit multò his plura. 2.Par.25,9.

Qui negligit damnum propter amicum, iustus est. Prou.12,26.

Non est bonum, damnum inferre iusto, nec percutere principem, qui recta iudicat. † 17,26.

Damnatio æterna. Iob 10,22. Sap.5. Isa 24,21. † 66,24 Ezech.26,20. Matth.25,30. Iudæ v.6. Apoc.19,20.

Qui [Scribæ] deuorant domos viduarum, simulantes longam orationem, hi accipient damnationem maiorem. Luc.20,47.

Non est Romanis consuetudo damnare aliquem hominem, priùs quàm ille, qui accusatur, præsentes habeat accusatores: locumque defendendi

dendi

dendi accipiat ad abluenda crimina. Act.25,16.

Cum iniuria & multo damno, non solùm oneris & nauis, sed etiam animarum nostrarum incipit esse nauigatio. † 27, 10.

Nihil ergo nunc damnationis est iis, qui sunt in Christo Iesu, qui non secundùm carnem ambulant. Rom.8,1.

Qui autem discernit, si manducauerit, damnatus est: quia non ex fide. † 14,23.

Cùm iudicamur autẽ, à Domino corripimur, vt non cum hoc mundo dãnemur. 1.Cor.11,32.

Nam si ministratio damnationis gloria est, multò magis abundat ministerium iustitiæ in gloria. 2.Cor.3,9.

Cùm enim luxuriatæ fuerint in Christo, nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. 1.Timoth.5,12.

Metuens[Noë] aptauit arcam in salutem domus suæ, per quam damnauit mundũ. Heb.11,7.

Ostendam tibi damnationem meretricis magnæ, quæ sedet super aquas multas, cum qua fornicati sunt reges terræ. Apoc.17,1.

DAMVLA.

Eruere quasi damula de manu, & quasi auis de manu aucupis. Prou.6,5.

Erit quasi damula fugiens, & quasi ouis: & non erit qui congreget. Isa.13,14.

DAN.

Fiat Dan coluber in via. Gen.49,17.

Achisamech de tribu Dan; ambos erudiuit sapientia. Exod.35,35.

Dan castrametatur ad Aquilonem. Num.2,25.

Dan catulus leonis, fluet largiter de Basan. Deut.33,22.

Tribus Dan inter ceteras tribus nondum habebat sortem. Iudic.18,1.

A Dan vsque Bersabee. 1.Reg.3,20.

DANIEL.

Fuerunt ergo inter eos de filiis Iuda, Daniel, Ananias, Misael & Azarias. Dan.1,6.

Tunc rex Danielem in sublime extulit, & munera multa & magna dedit ei. † 2,48.

Ipse autem Daniel erat in foribus regis. 49.

Daniel superabat omnes principes & satrapas, quia spiritus Dei amplior erat in illo. † 6,3.

Appropinquansque lacui, Danielem voce lacrymabili inclamauit. 20.

Daniel autem factus est magnus in conspectu populi à die illa, & deinceps. † 13,64.

Ecce Daniel sedens in medio leonũ. † 14,39.

DAPHNIS.

Contra fontem Daphnim. Num.34,11. 2.Mach.4,33.

DARIVS.

Placuit vt res ad Darium referretur. 1.Esd.5,5. † 6,12.

Darius Medus successit in regnum. Dan.5,31. † 6,1. Agg.1,1. Zach.1,1,7.

DATHAN.

Dathan & Abiron egressi stabant in introitu papilionum suorum, cum vxoribus & liberis, omnique frequentia. Num.16,27.

Dirupta est terra sub pedibus eorum, & aperiens os suum, deuorauit illos cum tabernaculis suis, & vniuersa substantia eorum, descenderuntque viui in infernum. 31. Psal.105,17. Eccli.45,22.

DAVID.

Dauid conditiones. Scientem psallere, fortissimum robore, & virum bellicosum, & prudentem in verbis, & virum pulchrum: & Dominus est cum eo. 1.Reg.16,18.

Num ignoratis Dauid, qui fuit seruus Saul regis Israel, & est apud me multis diebus, vel annis? † 29,3.

Dauid constituitur Rex à trecentis quadraginta millibus octingentis & viginti duobus militibus. 1.Par.12,24.

Benedixit [Dauid] populo in nomine Domini. † 16,2.

Dauid regnauit quadraginta annis. † 29,30.

Dauidis laudes. Eccli.47,2.

Præter Dauid & Ezechiam & Iosiam omnes peccatum commiserunt: nam reliquerunt legem Altissimi reges Iuda, & contempserunt timorem Dei. † 49,5,6.

Non interibit de Dauid vir, qui sedeat super thronum domus Israel. Ierem.33,17.

Et seruus meus Dauid rex super eos. Ezechielis 37,24.

Domus Dauid quasi Dei, sicut Angelus Domini in conspectu Domini. Zach.12,8.

Dauid in sua misericordia consecutus est sedem regni in sæcula. 1.Mach.2,57.

Vsque in diebus Dauid, qui inuenit gratiam ante Deum, & petiit vt inueniret tabernaculum Dei Iacob. Act.7,46.

DEALBO.

Lauabis me, & super niuem dealbabor. Psalmo 50,9. † 67,15. Isa.1,18.

Eligentur & dealbabuntur, & quasi ignis probabuntur multi, & impiè agent impij, neque intelligent omnes impij: porrò docti intelligent. Dan.12,10.

Similes estis sepulchris dealbatis. Mat.23,27. Act.23,3. Apoc.7,14.

DEAMBVLO.

Deambulabat Isaac per viam quæ ducit ad Puteum. Gen.24,62.

Deambularet [Dauid] in solario domus regiæ: viditque mulierem se lauantem. 2.Reg.11,2.

Deambulauit in domo, semel huc atque illuc. 4.Reg.4,35.

DEAVRO.

Deaurabis eam [Arcam] auro mundissimo intus & foris. Exod.25,11.

DEBILITO.

Debilitata est fortitudo portantis, & humus nimia est. 2.Esd.4,10.

DEBITVM.

Quod debetis, reddite ei pro peccato, & tunc curabimini. 1.Reg.6,3.

Debita laxantur. 2.Esd.5,10.

Huic timenti Deum debetur coniux filia tua: proptereà alius non potuit habere illam. Tobiæ 7,12.

Redde debitum tuum, & responde illi pacifica in mansuetudine. Eccli.4,8.

Debitoris mali mora & techna. † 29,4.

In die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra, & omnes debitores vestros repetitis. Isa.58,3.

Misertus autem Dominus serui illius, dimisit eum, & debitum dimisit ei. Matth 18,27,32.

Duo debitores erant cuidam fœneratori: vnus debebat denarios quingentos. Luc.7,41.

Alij dixit: Tu verò quantum debes? Qui ait: Centum coros tritici. † 16,7.

Græcis ac Barbaris, sapientibus & insipientibus debitor sum. Rom.1,14.

Debitores sumus non carni, vt secundùm carnem viuamus. † 8,12.

Nemini quidquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis. † 13,8.

Placuit enim eis, & debitores sunt eorum. † 15,27.

Vxori vir debitum reddat. 1.Cor.7,3.

DEBELLO.

Sermo tuus, &c. durus debellator in mediam exterminij terram prosiliuit. Sap.18,15.

In Ierusalem, ad præliandum contra eam, & non potuerunt debellare eam. Isa 7,1.

Afflixerunt spiritum sancti eius: & conuersus est eis in inimicū, & ipse debellauit eos. † 63,10. Ierem.21,5. † 50,14. 1.Mach.3,14.

DEBORA.

Debora mors. Gen 35,8.

Erat autem Debora prophetis vxor Lapidoth, quæ iudicabit populum. Iudic.4,4.

DECACHORDVM.

In decachordo psalterio. Psal.91,4.† 143,9.

DECALVO.

Hanon pueros Dauid decaluauit & rasit, & præcidit tunicas eorum à natibus vsque ad pedes. 1.Par.19,4.

Cecidi ex eis viros, & decaluaui eos, & adiuraui in Deo, vt non darent filias suas filiis eorum. 2.Esd.13,25.

Decaluabit Dominus verticem filiarum Sion, & Dominus crinem earum nudabit. Isa.3,17.

Omne caput decaluatum, & omnis humerus depilatus est. Ezech.29,18.

DECANTO.

Vt memoriter teneant [canticum] & ore decantent. Deut.31,19.

DECANVS.

Constitue ex eis tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos. Exod.18,21. Deut.1,15.

DECAPOLIS.

De Galilæa & Decapoli. Matth.4,25. Mar.5,20. † 7,31.

DECEM.

Decem cortinas de bysso retorta. Exo.26,1.

Ostendit vobis pactum suum, quod præcepit vt faceretis, & decem verba, quæ scripsit in duabus tabulis lapideis. Deut.4,13.

Tollens autem Booz decem viros de senioribus ciuitatis. Ruth 4,2.

Numquid non ego melior tibi sum, quàm decem filij? 1.Reg.1,8.

Erant cum Saul quasi decem millia virorum. † 14,22.

Decem panes istos, & curre in castra ad fratres tuos, & decem formellas casei has deferes ad tribunum. † 17,18.

Decem partibus maior ego sum apud regem. 2.Reg.19,43.

Tolle quoque in manu tua decem panes & crustulam, & vas mellis, & vade ad illū [Ahiam]. 3.Reg.14,3.

DECERTO.

Ministri mei vtique decertarent, vt non traderer Iudæis. Ioan.18,36.

DECET.

Te decet hymnus Deus in Sion. Psal.64,2.

DECIDO.

Decidet super eos timor. Iudith 14,4.

Decidant à cogitationibus suis. Psal.5,11. † 7,5. † 36,2. † 89,6.

Erunt posthæc decidentes sine honore. Sapient.4,19. † 7,3.

Qui spernit modica, paulatim decidet. Eccli.19,1.

Væ coronæ superbiæ, ebriis Ephraim, & flori decidenti. Isa.28,1,4,20.

Stellæ cæli erunt decidentes. Mar.13,25.

Reædificabo tabernaculum Dauid, quod decidit. Act.15,16. † 22,7.

Exortus est enim sol cum ardore, & arefecit fœnum, & flos eius decidit. Iac.1,11. † 5,12. 1.Pet.1,24.

DECIMAE.

Decimas dat Abrahamus Melchisedech. Genes.14,20.

Cunctorumque quæ dederis mihi decimas offeram tibi. † 28,22.

Decima die mensis huius tollat vnusquisque agnum. Exod.12,3.

Decimas & primitias tuas non tardabis reddere. † 22,29.

Decimam partem similæ. † 29,39.

Decimæ terræ, siue de frugibus, siue de pomis arbo-

arborum, Domini sunt, & illi sanctificantur. Leuit.27,30.

Decimas decimarum accipit Aaron à Leuitis. Num.18,26.

Filiis autem Leui dedi omnes decimas Israelis in possessionem. † 18,21.

Decimam partem decimæ, vt reputetur vobis in oblationem primitiuorum. 27.

Omnia quæ offeretis ex decimis, & in donaria Domini separabitis, optima & electa erunt. 29.

Decima dies mensis septimi erit vobis sancta atque venerabilis. † 29,7.

Decimam partem separabis de cunctis fructibus tuis. Deut. 14,22.

Segetes vestras & vinearum reditus addecimabit [rex] vt det eunuchis & famulis suis. 1.Regum 8,15.

Obtulerunt decimas boum & ouium, decimasque sanctorum, quæ vouerant Domino Deo suo. 2. Par,31,6.

Et decimam partem terræ nostræ Leuitis, *&c.* Leuitæ offerent decimam partem decimæ suæ in domo Dei nostri. 2.Esd.10,37.

Omnis Iuda apportabat decimam frumenti, vini & olei in horrea. † 13,12.

Omnia primitiua sua & decimas suas fideliter offerens. Tob.1,6.

In omni dato hilarem fac vultum tuum, & in exultatione sanctifica decimas tuas. Eccli.35,11.

Et adhuc in ea decimatio, & conuertetur, & erit in ostensionem sicut terebinthus, & sicut quercus, quæ expandit ramos suos. Isa.6,13.

Dixistis: In quo configimus te? In decimis, & in primitiis. Et in penuria vos maledicti estis, & me vos configitis gens tota. Mal.3,9.

Inferte omnem decimam in horreum, & sit cibus in domo mea. 10.

Decimæ & tributa ipsius sint [Ierusalem.] 1.Mach.10,31.

Et alia, quæ ad nos pertinebant decimarum & tributorum, ex hoc tempore remittimus eis. † 11,35.

Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui decimatis mentham, & anethum, & cyminum, & reliquistis quæ grauiora sunt legis. Matth.23,23.

Decimatis mentham, & rutam, & omne olus, & præteritis iudicium. Luc.11,42.

Decimas do omnium quæ possideo. † 18,12.

Et benedixit [Melchisedech] ei: cui & decimas omnium dimisit Abraham. Heb.7,2,3,4,6,8.

DECRETVM, DECERNO.

Hoc erat decretum illi omnibus diebus. 1.Regum 27,11.

Vt ambulemus in decretis eius, & custodiamus mandata eius. 3.Reg.8,61.

Ego Darius statui decretum, quod studiosè impleri volo. 1.Esd.6,12.

A me decretum est, vt cuicumque placuerit in regno meo de populo Israel, & de Sacerdotibus eius, & de Leuitis ire in Ierusalem, tecum vadat. † 7,13.

Surge, tuum est decernere, nosque erimus tecum: confortare & fac. † 10,4.

Decreuit, & quis poterit infirmare? & manus eius extenta, & quis auertet eam? Isa.14,27.

A me ergo positum est hoc decretum, vt omnis populus, & lingua quæcumque locuta fuerit blasphemiam contra Deum Sidrach, Misach, & Abdenago, dispereat, & domus eius vastetur, neque enim est alius Deus, qui possit ita saluare. Dan.3,96.

Decretum contra Danielem. † 6,9,13.

A me constitutum est decretum, vt in vniuerso imperio, & regno meo, tremiscant & paueant Deum Danielis. 26.

Decreuerunt communi præcepto & decreto, vniuersæ genti Iudæorum, omnibus annis agere dies istos. 2.Mach.10,8.

Facere, quæ manus tua & consilium tuum decreuerunt fieri. Act.4,28.

Contra decreta Cæsaris faciunt, regem alium dicentes esse, Iesum. † 17,7.

DECIPIO.

Cur nos decipere fraude voluistis? Ios.9,22.

Heu me, filia mea, decepisti me, & ipsa decepta es. Iudic.11,35.

Decipe eum, & disce ab illo [Samsone] in quo habeat tantam fortitudinem. † 16,5.

Vsquequò decipis me, & falsum loqueris? 13.

Ad hoc venit ad te [Abner] vt deciperet te, & sciret exitum tuum, & introitum tuum? 2. Regum 3,25.

Decipitur Propheta; fit inobediens; à leone occiditur. 3.Reg.13,18,21,24.

Quis decipiet Achab regem Israel, vt ascendat & cadat in Ramoth Galaad? † 22,20.

Decipies & præualebis: egredere, & fac ita. 22.

Accepit stolam nouam ad decipiendum illum. Iudith 16,10.

Ipse nouit & decipientem, & eum qui decipitur. Iob 12,16.

Qui immutat cor principum populi terræ, & decipit eos, vt frustrà incedant per inuium. † 12,24.

Decipula eius super semitam. † 18,10.

Vt decipiant ipsi de vanitate in idipsum. Psal.61,10.

Humilis deceptus est, insuper & arguitur. Eccli.13,27.

Popule meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, & viam gressuum tuorum dissipant. Isa.3,12.

Ergóne decepisti populum istum & Ierusalem, dicens: Pax erit vobis: & ecce peruenit gladius vsque ad animam? Ierem.4,10.

Sicut decipula plena auibus, sic domus eorum

plenæ dolo: ideò magnificati sunt & ditati. † 5,27.

Nolite decipere animas vestras, dicentes: Eũtes abibunt, & recedent à nobis Chaldæi; quia non abibunt. † 37,8,9.

Propheta cùm errauerit, & locutus fuerit verbum: ego Dominus decepi prophetam illum, & extendam manum meam super illũ. Ezech. 14,9.

Deceperunt eos idola sua, post quæ abierunt patres eorum. Amos 3,4.

DECLARO.

Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis. Psal. 118,130.

DECLINO.

Non declinabitis neque ad dexteram, neque ad sinistram: sed per viam quam præcepit Dominus Deus vester, ambulabitis. Deut. 5,32.

Declina paulisper, & sede hic. Ruth 4,1.

Et non declinabant [vaccæ] neque ad dexteram, neque ad sinistram. 1. Reg. 6,12.

Nolite declinare post vana, quæ non proderunt vobis. † 12,21.

Declinauit paululum ab eo ad alium. † 17,30.

Non declinauit [Asael] ad dexteram neque ad sinistram. 2. Reg. 2,19.

Declinauit populus in die illa ingredi ciuitatem, quomodo declinare solet populus versus & fugiens de prælio. † 19,3.

Quòd Ioab declinasset post Adoniam, & post Salomonem non declinasset. 3. Reg. 2,28.

Non declinauit [Iosias] ad dexteram, siue ad sinistram. 4. Reg 22,2.

Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt. Psal. 13,3.

Declina à malo, & fac bonum. † 36,27.

Declinasti semitas nostras à via tua. † 43,19.

Declinauerunt in me iniquitates. † 54,4.

Non declines cor meum in verba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis. † 140,4.

DECOLLO.

Exercitus decollatum Holofernem audisset, fugit mens & consilium ab eis. Iudith 15,1.

Quem ego decollaui Ioannem, hic à mortuis surrexit. Mar. 6,16. Apoc. 20,4.

DECOLORO.

Nolite me considerare quòd fusca sim, quia decolorauit me sol. Cant. 1,5.

DECORVS.

Rachel decora facie, & venusto aspectu. Genes. 29,17.

Filius accrescens Ioseph, filius accrescens, & decorus aspectu. Gen. 49,22.

Erat autem [Dauid] rufus, & pulcher aspectu, decoraque facie. 1. Reg. 16,12.

Saul & Ionathas amabiles, & decori in vita sua, in morte quoq; non sunt diuisi. 2. Reg. 1,23.

Doleo super te frater mi Ionatha, decore nimis. 26.

Decorus nimis: à vestigio pedis vsque ad verticem non erat in eo [Absalom] vlla macula. † 14,25.

In decore gratiarum actionis, sacerdotes & Leuitas. 2. Esd. 12,43.

Quis contemnat populum Hebræorum, qui tam decoras mulieres habent, vt non pro his meritò contra eos pugnare debeamus? Iudith 10,18.

Circumda tibi decorem, & in sublime erigere, & esto gloriosus, & speciosis induere vestibus. Iob 40,5.

Domine, dilexi decorẽ domus tuæ. Psal. 25,8.

Præstitisti decori meo virtutem. † 29,8.

Et concupiscet rex decorem tuum. † 44,12.

Decorem indutus est. † 92,1.

Confessionem & decorem induisti, amictus lumine sicut vestimento. † 103,1.

Sit iucunda decoraque laudatio. † 146,1.

Egressus est à filia Sion omnis decor eius. Thren. 1,6.

Exue te Ierusalem stola luctus, & vexationis tuæ: & indue te decore & honore eius, quæ à Deo tibi est, sempiternæ gloriæ. Baruch 5,1.

O Tyre, tù dixisti: Perfecti decoris ego sum, & in corde maris sita. Ezech. 27,4.

Pueros, in quibus nulla esset macula, decoros forma. Dan. 1,4.

Et assumpsi mihi duas virgas, vnam vocaui Decorẽ, & alteram vocaui Funiculũ. Zach. 11,7.

DECVRIO.

Venit Ioseph ab Arimathæa nobilis decurio. Mar. 15,43.

DECVRRO.

Decurrere faciet sanguinem super crepidinem altaris. Leuit. 1,15. Iosu. 3,13. Psal. 57,8.

Vis aquæ decurrentis nimium. Sap. 17,17. Luc. 22,44.

DECVS, DEDECVS.

Gloria enim hominis ex honore patris sui, & dedecus filij pater sine honore. Eccli. 3,13.

Et erit [fornicarius] dedecus omnibus, eò quòd non intellexerit timorem Domini. † 23,31.

Decus eius dissipauerunt. Ierem. 10,25.

Abdicamus occulta dedecoris, non ambulantes in astutia. 2. Cor. 4,2.

DEDICO.

Dedicanda Deo præcipua. Sanctifica mihi omne primogenitum. Exod. 13,2.

Cuncti filij Israel voluntaria Domino dedicauerunt. † 35,29.

Obtulerunt duces in dedicationem altaris, die qua vnctum est, oblationem suam ante altare. Num. 7,10,11.

Dedicauerunt templum Domini rex [Salomon] & filij Israel. 3. Reg. 8,63.

Dedicauit [Asa] altare Domini, quod erat ante porticum Domini. 2. Par. 15,8.

Fece-

Fecerunt, &c. dedicationem domus Dei in gaudio. 1.Esd.6,16.

In dedicatione autem muri Ierusalem, requisierunt Leuitas de omnibus locis suis. 2.Esdræ 12,27.

In dedicatione domus Dauid. Titulus Psalmi 29.

Vt conuenirent ad dedicationem statuæ. Dan.3,2.

Fecerunt dedicationem altaris diebus octo. 1.Mach.4,56.

Et statuit Iudas & fratres eius, & vniuersa Ecclesia Israel, vt agatur dies dedicationis altaris in temporibus suis, ab anno in annum per dies octo. 59.

Obtulit sacrificium dedicationis & consummationis templi. 2.Mach.2,9.

Salomon octo diebus celebrauit dedicationem. 12.

DEDO.

Iosue dedere se nolunt ciuitates (præter Gabaon) à Deo induratæ. Ios.11,19.

Dedit se rex Ioachin, mater, serui, principes, regi Babylonis. 4.Reg.24,12.

Dedunt se plurimi Holoferni. Iudith 3,2.

Dedere se volunt etiam Iudæi, afflicti siti, Holoferni. †7,15.

DEDVCO.

Cùm ergo deduxisset Dauid Abner. 2.Regum 3,21.

Non deduces canitiem eius [Ioab] pacificè ad inferos. 3.Reg.2,6.

Deducesque canos eius [Semei] cum sanguine ad inferos. 3.Reg.2,9.

Deduxeruntque regem de domo Domini, & venerunt per viam portæ scutariorum in palatium. 4 Reg.11,19.

Deduxisti me, quia factus es spes mea. Psalmo 60,4.

In voluntate tua deduxisti me, & cum gloria suscepisti me. †72,24.

Deduxisti sicut oues populum tuum in manu Moysi & Aaron. †76,21.

Deduxit eos in nube diei, & tota nocte in illuminatione ignis. 77,14.

Deduc me Domine in via tua, & ingrediar in veritate tua. †85,11.

Deduc me in semitam mandatorum tuorum. †118,35.

Vide, si via iniquitatis in me est, & deduc me in via æterna. †138,24.

Deducebant eum [Paulum] ad nauem. Act.20,38.

Et expletis diebus profecti ibamus, deducentibus nos omnibus cum vxoribus & filiis, vsque foras ciuitatem: & positis genibus in littore, orauimus, & cùm valefecissemus inuicem, ascendimus nauem. †21,5.

DEFAECATVS.

Conuiuium vindemiæ, pinguium medullatorum, vindemiæ defæcatæ. Isa.25,6.

DEFATIGO.

Defatigatus est autem populus nimis, & versus ad prædam tulit oues. 1.Reg.14,31,32.

DEFENDO.

Defensis puellis adaquauit [Moyses] greges earum. Exod.2,17.

Fugeratque populus à facie Philisthinorum. Hi steterunt in medio agri, & defenderunt eum. 1.Par.11,14.

Iurauit [Nabuchodonosor] per thronum & regnum suum, quòd defenderet se de omnibus regionibus his. Iudith 1,12. †2,1.

Si verò non est offensio populi huius coram Deo suo, non poterimus resistere illi: quoniam Deus eorum defendet illos. †5,25.

Propter hoc quòd dixisset: Deus cæli defensor eorum est. †6,13.

Dextera sua teget eos, & brachio sancto suo defendet illos. Sap.5,17.

Locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina. Act.25,16.

Non vosmetipsos defendentes charissimi: sed date locum iræ. Rom.12,19.

In prima mea defensione nemo mihi affuit; sed omnes me dereliquerunt; non illis imputetur. 2.Tim.4,16.

DEFERO.

Si comestum à bestia, deferat ad eum quod occisum est, & non restituet. Leuit.22,13.

Deferetur munus Domino exercituum à populo diuulso, & dilacerato, à populo terribili. Isa.18,7.

Quò istæ deferunt amphoram? Zach.5,10. Act.19,12. †25,18. †26,10.

DEFERVEO.

Postquam regis Assueri indignatio deferbuerat. Esth.2,1.

DEFICIO.

Defecit anima eius & ad mortem vsque lassata est. Iudic 16,16.

Deficiam: eroque sicut ceteri homines. 17.

Defecerat autem populus. 1.Reg.14,28.

Deficiente autem Dauid, Iesbibenob, qui fuit de genere Arapha, cuius ferrum hastæ trecentas vncias appendebat, & accinctus erat ense nouo, nisus est percutere Dauid. Præsidioque ei fuit Abisai. 2.Reg.21,16.

Defecerunt scrutantes scrutinio. Psal.63,7.

Deficiant detrahentes animæ meæ. †70,13.

Defecit caro mea & cor meum. †72,26.

Defecit spiritus meus. †76,4.

Defecimus in ira tua. †89,7.

Defecerunt sicut fumus dies mei. †101,4.

Defectio tenuit me, pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam. †118,53.

Defecit in salutare tuum anima mea. 81.
Defecerunt oculi mei in eloquium tuum. 82.
In deficiendo ex me spiritum meum. † 141,4.

DEFIGO.

Clauum, percussumque malleo defixit in cerebrum. Iudic.4,21. 2.Reg 2,16.
Si spoponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum manum tuam. Prou.6,1.
Noli esse cum his, qui defigunt manus suas, & qui vades se offerunt pro debitis. † 22,26.
Verba sapientium sicut stimuli, & quasi claui in altum defixi. Ecclesi.12,11.
Defixæ sunt in terra portæ eius. Thren.2,9.
Scrutabor Ierusalem in lucernis, & visitabo super viros defixos in fæcibus suis. Soph.1,12.
Bonum autem facientes non deficiamus: tempore enim suo metemus nõ deficientes. Gal.6,9.

DEFINIO.

Quòd definitum esset à patre suo, vt interficeretur Dauid. 1.Reg.20,33.

DEFLECTO.

Non deflectatis ab illo, ne cadatis. Eccli.2,7.

DEFLEO.

Si aduersum me terra mea clamat: & cum ipsa sulci eius deflent. Iob 31,38.

DEFLVO.

Filij alieni defluxerunt. 2.Reg.22,46.
Mons cadens defluit, & saxum transfertur de loco suo. Iob 14,18.
Folium eius non defluet. Psal.1,3.
Aestimantes illam amicam, defluxerunt. Sap.1,16.
Luxit & defluxit terra. Isa.24,4.† 34,4.
A facie tua montes defluerent. † 64,1,3.
In ficulnea, folium defluxit. Ierem.47, 12. Amos 8,8.† 9,5. 2.Mach.14,45.

DEFVNCTVS.

Ruth quoque Moabitidem, quæ vxor defuncti fuit, debes accipere, vt suscites nomen propinqui tui. Ruth 4,5.
Timenti Dominum benè erit in extremis, & in die defunctionis suæ benedicetur. Eccli.1,13.
Sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur. 2.Machab.12,46.
Filia mea modò defuncta est: sed veni, impone manum tuam super eã & viuet. Matth.9,18.
Defunctus efferebatur filius vnicus matris suæ: & hæc vidua erat, & turba ciuitatis multa cum illa. Luc.7,12
Et per illam [hostiam] defunctus adhuc loquitur [Abel.] Hebr.11,4.

DEGLVTIO.

Fortè viuos deglutissent nos. Psalm.123,3.

DEHONESTO.

Quæ viderunt oculi tui, ne proferas in iurgio citò: ne posteà emendare non possis, cùm dehonestaueris amicum tuum. Prou.25,8.

DEIERO.

Et addidit Ionathas deierare Dauid, eò quòd diligeret eum. 1.Reg.20,17.
Vt periurus, ita & ille qui verum deierat. Ecclesi.9,2.

DEIICIO.

Deiecisti eos dum alleuarentur. Psal.72,18.

DEINTVS.

Et ille deintus respondens. Luc.11,7.
Stulti, nónne qui fecit quod deforis est, etiam id, quod deintus est, fecit? 40.

DELECTO.

Aut delectare potest seruum tuum cibus & potus? 2.Reg 19,35.
Non enim delectaris in perditionibus nostris. Tob.3,22.
Delectationes in dextera tua vsque in finem. Psal.15,10.
Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. † 36,4.
Delectasti me Domine in factura tua. † 91,5.
Delectabor in Domino. † 103,34.
In via testimoniorum tuorum delectatus sum sicut in omnibus diuitiis. † 118,14.
Delectabar per singulos dies. Prou.8,30.
Timor Domini delectabit cor. Eccli.1,12.
Delectaberis super Domino, & sustollam te super altitudines terræ, & cibabo te hereditate Iacob patris tui. Isa.58,14.

DELEGO.

Et terram delegauit. 3.Reg.11,18.

DELEO.

Delebo memoriam Amalec de sub cælo. Exodi 17,14.
Dele me de libro, quem scripsisti. † 32,32.
Ita delebit hic populus omnes, qui in nostris finibus commorantur, quo modo solet bos herbas vsque ad radices carpere. Num.22,4.
Delebit vos Dominus atque disperget in omnes gentes, & remanebitis pauci in nationibus. Deut.4,27.
Iratus delere te voluit. † 9,8,19.
Deleuit [Samson] terram nostram, & occidit plurimos. Iudic.16,24.
Deleuit itaque Iehu Baal de Israel. 4.Regum 10,27.
Deleret nomen Israel de sub cælo, sed saluauit eos. † 14,27.
Delebo Ierusalem, sicut deleri solent tabulæ. † 21,13.
Deleantur de libro viuentium. Psal.68,29.

DELIBERO.

Nunc ergo delibera, & vide quem respondeam ei, qui me misit, sermonem. 2.Reg.24,13.

DELIBVO.

Bibentes vinum in phialis, & optimo vnguento delibuti; & nihil patiebantur super contritione Ioseph. Amos 6,6.

Ego enim iam delibor, & tempus resolutionis meæ instat. 2.Timoth.4,6.

DELICATVS.

Ego autem adhuc delicatus, & vnctus rex. 2.Reg.3,39.

Qui delicatè à pueritia nutrit seruum suum, postea sentiet eum contumacem. Prou.29,21.

Si filius honorabilis mihi Ephraim, si puer delicatus. Ierem.31,19.

Quid gloriaris in vallibus? defluxit vallis tua filia delicata. † 49,4.

Delicati mei ambulauerunt vias asperas: ducti sunt enim vt grex direptus ab inimicis. Baruch 4,26.

Porrò Susanna erat delicata nimis & pulchra specie. Dan.13,31.

DELICIAE.

Aser pinguis panis eius,& præbebit delicias regibus. Gen.49 20.

Abundauerunt deliciis in bonitate tua magna. 2.Esd.9,25.

Tunc super Omnipotentem deliciis afflues, & eleuabis ad Deum faciem tuam. Iob 22,26.

Et esse sub sentibus delicias computabant. † 30,7.

Deliciæ meæ esse cum filiis hominum. Prouerb.8,31.

Non decent stultum deliciæ,nec seruum dominari principibus. † 19,10.

Dixi ego in corde meo: Vadam & affluam deliciis,& fruar bonis, & vidi quòd hoc quoque esset vanitas. Eccles.2,1.

Feci mihi cantores, & cantatrices, & delicias filiorum hominum. 8.

Quis ita deuorabit,& deliciis affluet vt ego.25.

Non enim satis recordabitur dierum vitæ suæ, eò quòd Deus occupet deliciis cor eius. † 5,19.

Quæ est ista, quæ ascendit de deserto, deliciis affluens,innixa super dilectum suum? Cant.8,5.

Et deliciis affluatis ab omnimoda gloria eius. Isa.66,11.

Vsquequò deliciis dissoluêris filia vaga? Ierem.31,22.

Nam quæ [vidua] in deliciis est, viuens mortua est. 1.Timoth 5,6.

Voluptatem existimantes diei delicias. 2.Petri 2,13.

Mercatores terræ de virtute deliciarum eius diuites facti sunt. Apoc.18,3.

DELICTVM.

Delinquentes tradere nolunt Beniamitæ. Iudic.20,13.

Hi sunt autem ani aurei, quos reddiderunt Philisthijm pro delicto, Domino. 1.Reg.6,17.

Pecuniam verò pro delicto, & pecuniam pro peccatis non inferebant in templum Domini. 4.Reg.12,16.

Ecce coram te sumus in delicto nostro. non enim stari potest contra te super hoc. 1.Esd.9,15.

Pro delicto suo arietem de ouibus offerrent. † 10,19.

Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me. Psal.18,13.

Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris. † 24,7.

Delictum meum cognitum tibi feci. † 31,5.

Dixit iniustus vt delinquat in semetipso. † 35,2.

Vt non delinquam in lingua mea. † 38,2.

Delictum oris eorum, sermonem labiorum ipsorum. † 58,13.

Delicta mea à te non sunt abscondita.† 68,6.

Hic enim scit se super omnes delinquere. Sap.15,13.

Conteretur cum delinquente delictum. Eccli.27,3.

Auerte à delicto & dirige manus, & ab omni delicto munda cor tuum. † 38,10.

Ad preces conuersi rogauerunt vt id, quod factum erat,delictum obliuioni traderetur. 2.Machab.12,42.

Non sicut delictum,ita & donum. Rom.5,15.

Vbi autem abundauit delictum,superabundauit gratia. 20.

Quòd si delictum illorum diuitiæ sunt mundi. † 11,12.

Delictum est in vobis, quòd iudicia habetis inter vos. 1.Cor.6,7.

Fratres,& si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis. Gal.6,1.

Et vos cùm mortui essetis in delictis, & præputio carnis vestræ, conuiuificauit cum illo, donans vobis omnia delicta. Col.2,13.

Debuit per omnia fratribus similari, vt misericors fieret, & fidelis pontifex ad Deum, vt repropitiaret delicta populi. Hebr.2,17.

Cæcus est & manu tentans, obliuionem accipiens purgationis veterum suorum delictorum. 2.Pet.1,9.

DELINIO.

Adorauerunt regem [Ioaz] qui delinitus obsequiis eorum acquieuit eis. 2.Par.24,17.

DELIRO.

Visa sunt ante illos sicut deliramentum verba ista. Luc 24,11.

DELVBRVM.

Respondebunt ibi vlulæ in ædibus eius, & sirenes in delubris voluptatis. Isa.13,22.

Cùm posuerit lapides altaris sicut lapides cineris allisos,non stabunt luci & delubra. † 27,9.

Qui habitant in sepulchris, & in delubris idolorum dormiunt. † 65,4.

Et succendet ignem in delubris deorum Aegypti, & comburet ea, & captiuos ducet illos. Ierem.43,12.

DEME-

DEMETO.

Demetam posteriora tua. 3.Reg.21,21.

DEMETRIVS.

Exiit Demetrius Seleuci filius. 1.Mach. 7,1.

Demetrius enim quidam nomine, argentarius, faciens ædes argenteas Dianæ. Act.19, 24,38.

Demetrio testimonium redditur ab omnibus. 3.Ioan.v.12.

DEMO.

Si post hæc verba, hi aut illi addere aut demere aliquid voluerint, facient ex proposito suo. 1.Mach.8,30.

DEMOLIOR.

Demoliti sunt. 1.Reg.15,9,10.

DEMONSTRO.

Deseruerunt velociter viam, quam demonstrasti eis. Deut.9, 12.

In monte Moria, qui demonstratus fuerat Dauid. 2.Par.3,1.

Vias tuas Domine demonstra mihi. Psal.24,4.

Qui prius respondet quàm audiat, stultum se esse demonstrat. Prou.18,13. Sap.18,18.

Et testamentum inferorum, quia demonstratum est tibi. Eccli.14,12.

Domine demonstrasti mihi, & cognoui, tunc ostendisti mihi studia eorum. Ierem.11,18.

Quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira? Matth.3,7. Mar.14,15.

Omnia demonstrat ei. Ioan.5,20.

DEMOROR.

Anima eius in bonis demorabitur. Psal.24,13. † 29,6.

Qui suauis est in vini demorationibus, in suis munitionibus relinquit contumeliam. Prouerb.12,11. Eccli.6,22.

Non demoreris in errore impiorum, ante mortem confitere. Eccli.17,26.

Fide demoratus est in Terra repromissionis tanquam in aliena. Heb.11,9.

DENARIVS.

Debebat ei centum denarios. Matth.18,28. † 28,2.

Afferte mihi denarium vt videam. Mar.12,15.

Ducentorum denariorũ panes non sufficiunt eis. Ioan.6,7. † 12,5.

Computatis pretiis illorum [librorum] inuenerunt pecuniam denariorum quinquaginta millium. Act.19,19.

Bilibris tritici denario, & tres bilibres hordei denario. Apoc.6,6.

DENEGO.

Duo rogaui te, ne deneges mihi, antequam moriar. Prou.30,7.

Si quis vult me sequi, deneget semetipsum, & tollat crucem suam. Mar.8,34.

DENIGRO.

Denigrata est super carbones facies eorum. Thren.4,8.

DENTES.

Dentes eius [Iudæ] lacte candidiores. Genes.49,12.

Dentes bestiarum immittã in eos. Deut.32,24

Non caligauit oculus eius [Moysis] nec dentes illius moti sunt. † 34,7.

Aperuit itaque Dominus molarem dentem in maxilla asini, & egressæ sunt ex eo aquæ. Iudic.15,19.

Tharsis, deferens inde aurum & argentum, & dentes elephantorum, & simias & pauos. 3.Regum 10,22.

Dentes peccatorum contriuisti. Psal.3,8.

Filij hominum dentes eorum arma & sagittæ & lingua eorum gladius acutus. † 56,5.

Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum. † 57,7.

Dentibus suis fremet. † 111,10.

Dens putridus & pes lassus, qui sperat super infideli in die angustiæ. Prou.25,19.

Generatio quæ pro dentibus gladios habet, & commandit molaribus suis. † 30,14.

Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro. Cant.4,2.

Et fregit ad numerum dentes meos, cibauit me cinere. Thren.3,16.

Dentes eburneos & hebeninos. Ezech.27,15.

Tres ordines erant in ore eius, & in dentibus eius, & sic dicebant ei: Surge, comede carnes plurimas. Dan.7,5,7.

Dentes eius vt dentes leonis, & molares eius vt catuli leonis. Ioël.1,6.

DENOTOR.

Denotatio pessima super bilinguem. Eccli.5,17.

Qui gaudet iniquitate, denotabitur. † 19,5,6.

DENSOR.

Radices eius densabuntur. Iob 8,17.

Succendetur in densitate saltus. Isa.9,18. Hab.2,6.

DENVDO.

Denudauerunt femur virginis. Iudith 9,2.

In fine hominis denudatio operum illius. Eccli.11,29.

Amico, &c. si est tibi delictum, noli denudare. † 19,7. † 27,17.

Denuda turpitudinem tuam, discooperi humerum. Isa.47,2. Ezech.16,39. † 23,18. Hab.3,13.

DENVNTIO.

Anima omnis vitalis denuntiauit ante faciem ipsius. Eccli.16,31. Act.4,18. 1.Tim.1,3.

DEOSCVLOR.

Deosculatus est eum, [Samuel Saulem] & ait: Ecce vnxit te Dominus super hereditatem suam. 1.Reg.10,1.

Libenter enim pro salute Israel etiam vestigia pedum eius deosculari paratus essem. Esth.13,12.

Ap-

Apprehénsumque deosculatur iuuenem. Prou. 7,13.

DEPASCO.

Dimiserit iumentum suum vt depascatur aliena. Exod.22,5.

Sicut oues in inferno positi sunt, mors depascet eos. Psal.48,15.

Singularis ferus depastus est eã [vineã.] †79,14.

Tamquam enim equi depauerunt escam. Sapient.19,9.

Vos enim depasti estis vineam. Isa.3,14. Ezech.34,18.

DEPELLO.

Tamquam parieti inclinato & maceriæ depulsæ? Psal.61,4.

DEPENDEO.

De lateribus eius aruina dependet. Iob 15,27. Ezech.15,3.

DEPEREO.

Deperiret eam valdè. 2.Reg 13,2.

DEPILOR.

Seruire fecit exercitum, *&c.* omne caput decaluatum, & omnis humerus depilatus est. Ezech.29,18.

DEPINGO.

Depinxit oculos suos stibio, & ornauit caput suum, & respexit per fenestram. 4.Reg.9,31.

DEPLORANS.

Habentes luctum, & deplorantes ad monumenta mortuorum. Sap.19,3.

DEPONO.

Deposuisti aduersarios tuos. Exod.15,7.

Anima quæ peccauerit, & contempto Domino negauerit proximo suo depositum, quod fidei eius creditum fuerat. Leuit.6,2.

Deponit matrem rex Asa, ne esset princeps in sacris Priapi, & in luco eius, quem consecrauerat. 3.Reg.15,13.

Tunc summus sacerdos ostendit deposita esse hæc, & victualia viduarum & pupillorum. 2.Mach.3,10,15.

O Timothee, depositum custodi, deuitans profanas vocum nouitates, & oppositiones falsi nominis scientiæ. 1.Tim.6,20.

Scio enim cui credidi, & certus sum, quia potens est depositum meum seruare in illum diem. 2.Tim.1,12.

DEPOPVLOR.

Depopulati sunt vrbem. Gen.34,27. Numer.31,9.

Qui depopulator est, vastat. Isa.21,2. Ezechiel.36,4. †45,8. Ioel 1,10.

DEPORTO.

Ierunt ad deportandam arcam. 1.Par.15,25.

DEPRAVO.

Cumque iam esset senex [Salomon] deprauatum est cor eius per mulieres. 3.Reg.11,4.

In quibus [Pauli epistolis] sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & instabiles deprauant, sicut & ceteras scripturas, ad suam ipsorum perditionem. 2.Pet.3,16.

DEPRAEDOR.

Futurum agnoui quòd dentur vobis in deprædationem. Iudith 10,12.

Vim fecerunt deprædantes pupillos, & vulgum pauperem spoliauerunt. Iob 24,9.

Cùm consummaueris deprædationem, deprædaberis. Isa 33,1.

Oculus meus deprædatus est animam meam in cunctis filiabus vrbis meæ. Thren.3,51. Ezechiel.29,19. †39,10.

DEPRECOR.

Deprecare pro te & pro populo. Leuit.9,7.

Et ait Iosaphat: Est ne hic propheta Domini, vt deprecemur Dominum per eum? 4 Reg.3.11.

Hoc autem solum est de quo depreceris Dominum pro seruo tuo. †5,18.

Quæ deprecatus es me super Sennacherib rege Assyriorum, audiui. †19,20.

Deprecatusque est eum, & obsecrauit intentè, & exaudiuit orationem eius, reduxitque eum in regnum suum, & cognouit Manasses, quòd Dominus ipse esset Deus. 2.Par.33,13.

Deprecabitur Deum, & placabilis ei erit. Iob 33,26.

Deprecabilis esto super seruos tuos. Psalmo 89,13.

Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo. †118,58.

Appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo Domine. 169.

In seruis suis deprecabitur. †134,14.

Valeat deprecatio mea in conspectu tuo; & ne remittas me in domum Ionathan scribæ, ne moriar ibi. Ierem.37,19.

Et venientes deprecati sunt eos, & educentes rogabant, vt egrederentur de vrbe. Act.16,39.

Vnumquemque vestrum (sicut pater filios suos) deprecantes vos, & consolantes. 1.Thess.2,11.

DEPREHENDO.

Deprehensus est Ionathas. 1.Reg.14,41.

DEPRIMO.

Depressi Israelitæ, confortati viri Iuda. 2.Paral.13,18.

Deprime cor tuum, & sustine, vt crescat in nouissimo vita tua. Eccli.2,2.

DERELINQVO.

Derelinquam eum [populum] & abscondam faciem meam ab eo. Deut.31,17.

Deum, qui te genuit, dereliquisti, & oblitus es Domini creatoris tui. †32,18.

Dereliquit nos Dominus, & tradidit in manu Madian. Iudic.6,13.

Sicut dereliquerunt me, & seruierunt diis alienis, sic faciunt etiam tibi. 1.Reg.8,8.

Non derelinquet Dominum populum suum,

 pro-

propter nomen suum magnum. † 12,22.
Quia dereliquit me [Saul] & verba mea opere non impleuit. † 15,11.
Quare venisti, & quare dereliquisti pauculas oues illas in deserto? † 17,28.
Dereliquit autem me dominus meus, quia ægrotare cœpi nudiustertius. † 30,13.
Derelinquite eum [Vriam] vt percussus intereat. 2.Reg.11,15.
Quia dereliquerunt Dominum Deum suum. 3.Reg.9,9.
Eò quòd dereliquerit me [Salomon] & adorauerit Astarthen. † 11,33.
Dereliquerunt pactum tuũ filij Israel.† 19,10.
Derelinquam mihi in Israel septem millia virorum, quorum genua non sunt incuruata ante Baal. 18.
Et non sunt derelicti Ioachaz de populo nisi quinquaginta equites, & decem currus, & decem millia peditum: interfecerat enim eos rex Syriæ, & redegerat quasi puluerem in tritura areæ. 4.Reg.13,7.
Dereliquit [Amon] Dominum Deum patrum suorum. † 21,22.
Quia dereliquerunt me, & sacrificauerunt diis alienis. † 22,17.
Si autem dereliqueris eum, proiiciet te in æternum. 1.Par.28,9.
Si quæsieritis eum, inuenietis: si autem dereliqueritis eum, derelinquet vos. 2.Par.15,2.
Quare transgredimini præceptum Domini, quod vobis non proderit, & dereliquistis Dominum vt derelinqueret vos? † 24,20.
Vt interrogarent de portento, quod acciderat super terram, dereliquit eum [Ezechiam] Deus vt tentaretur, & nota fierent omnia, quæ erant in corde eius. † 32,31.
Quia serui sumus, & in seruitute nostra non dereliquit nos Deus noster. 1.Esd.9,9.
Ostende quoniam non derelinquis præsumentes de te. Iudith 6,15.
Deus Deus meus, respice in me, quare me dereliquisti. Psal.21,2.
Non vidi iustum derelictum: nec semen eius quærens panem. † 36,25,28.
Ne derelinquas me Domine Deus meus: ne discesseris à me. † 37,22.
Derelinquetur filia Sion vt vmbraculum in vinea. Isa.1,8,9.
Derelinquetur terra, quam tu detestaris, à facie duorum regum suorum. † 7,16.
Et dixit Sion: Dereliquit me Dominus, & Dominus oblitus est mei. Numquid obliuisci potest mulier infantem suum. † 49,14.
Pro eo quòd fuisti derelicta & odio habita, ponam te in superbiam sæculorum, gaudium in generationem & generationem. † 60,15.
Non vocaberis vltrà Derelicta: & terra tua nõ vocabitur ampliùs Desolata: sed vocaberis, Voluntas mea in ea. † 62,4.
Duo enim mala fecit populus meus: me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas quæ continere non valent aquas. Ierem.2,13.
Numquid non istud factum est tibi, quia dereliquisti Dominum Deum tuum eo tempore, quo ducebat te per viam? 17.
Super quo propitius tibi esse potero? filij tui dereliquerunt me. † 5,7.
Sicut dereliquistis me, & seruistis Deo alieno in terra vestra, sic seruietis alienis in terra non vestra. 19.
Quia dereliquerunt me patres vestri, & abierunt post deos alienos, & seruierunt eis, & adorauerunt eos. † 16,11.
Expectatio Israel, Domine: omnes, qui te derelinquunt, confundentur. † 17,13.
Eò quòd dereliquerint me, & alienum fecerint locum istum. † 19,4.
Quare fecit Dominus sic ciuitati huic grandi? Et respondebunt: Eò quòd dereliquerint pactum Domini Dei sui, & adorauerint deos alienos. † 22,8.
Derelicti sumus pauci de pluribus. † 42,2.
Curauimus Babylonem, & non est sanata: derelinquamus eam. † 51,9.

DERIDEO.

Qui deridetur ab amico suo sicut ego, inuocabit Deum, & exaudiet eum: deridetur enim iusti simplicitas. Iob 12,4.
Nunc autem derident me iuniores tempore. † 30,1.
Deridet equum & ascensorem eius. † 39,18.
Deriserunt me: locuti sunt labiis, & mouerunt caput. Psal.21,8.
Subsannationem & derisum, his qui sunt in circuitu nostro. † 43,14.
Tu Domine deridebis eos. † 58,9.
Qui erudit derisorem, ipse iniuriam sibi facit. Prou.9,7,8.
Quærit derisor sapientiam, & non inuenit: doctrina prudentium facilis. † 14,6.
Parata sunt derisoribus iudicia, & mallei percutientes stultorum corporibus. † 19,29.
Eiice derisorem, & exibit cum eo iurgium. † 22,10.
Hi sunt quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinem improperij. Sap.5,3.
Quem enim in expositione praua proiectum deriserunt, in finem euentus mirati sunt.† 11,15.
Hi cũ derisu, pleni timore languebant.† 17,8.
Vir fratrem suum deridebit, & veritatem non loquentur. Ierem.9,5.
Factus sum in derisum tota die. † 20,7.
Fuit enim in derisum tibi Israel, quasi inter fures reperisses eum. † 48,27.

Factus

Factus sum in derisum omni populo, canticum eorum tota die. Thren. 3,14.

Et deridebant eum. Matth. 9,23.

Et stabat populus spectans, & deridebant eum principes cum eis. Luc. 23,35.

DERIVOR.

Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide. Prou. 5,16.

DEROGO.

Derogastis aduersum verba mea. Ezech. 35,13.

DESAEVIO.

Num, vno peccante, contra omnes ira tua desæuiet? Num. 16,22,46.

Hodie reliquistis Dominum, & cras in vniuersum Israel ira eius desæuiet. Iosu. 22,18. 2. Regum 2,26.

In hunc super omnes crudelius desæuit. 2. Machab. 7,39.

DESCENDO.

Rebecca quoque conspecto Isaac, descendit de camelo, &c. at illa tollens citò pallium, operuit se. Gen. 24,64.

Descenditque Dominus super montem Sinai, in ipso montis vertice. Exod. 19,20.

Descende: peccauit populus tuus. † 32,7.

Descenderintque viuentes in infernum, scietis quòd blasphemauerint Dominum. Num. 16,30.

Domine inclina cælos tuos, & descende. Psalmo 143,5.

Descende, sede in puluere virgo filia Babylon, sede in terra: non est solium filiæ Chaldæorum. Isa. 47,1.

Vtinam dirumperes cælos, & descenderes. † 64,1.

Descende de gloria, & sede in siti, habitatio filiæ Dibon. Ierem. 48,18.

Ad extrema montium descendi, terræ vectes concluserunt me in æternum. Ionæ 2,7.

Qui descendit, ipse est & qui ascendit super omnes cælos. Ephes. 4,10.

DESCRIBO.

Postquã sederit [rex] in solio regni sui, describet sibi Deuteronomium legis huius in volumine, accipiens exemplar à sacerdotibus Leuiticæ tribus, & habebit secum, legetque illud omnibus diebus vitæ suæ, vt discat timere Dominum Deum suum, & custodire verba & ceremonias eius, quæ in lege præcepta sunt. Deut. 17,19.

Circuite terram, & describite eam, ac reuertimini ad me, vt hic coram Domino in Silo mittam vobis sortem. Iosu. 18,8.

Dedit autem Dauid Salomoni filio suo descriptionem porticus, & templi, & cellariorum, & cœnaculi, & cubiculorum in adytis, & domus propitiationis. 1. Par. 28,11,19.

Omnia inquit [Dauid] venerunt scripta manu Domini ad me, vt intelligerem vniuersa opera exemplaris. 19.

Descripsi eam tibi tripliciter: in cogitationibus & scientia. Prou. 22,20.

Ecce in manibus meis descripsi te: muri tui coram oculis meis semper. Isa. 49,16.

Exiit edictum à Cæsare Augusto vt describeretur vniuersus orbis, hæc descriptio prima, facta est à præside Syriæ Cyrino. Luc. 2,1.

DESERTVM.

Cumque minasset gregem ad interiora deserti. Exod. 3,1.

Desertum Sur. † 15,22.

Perrexit [Elias] in desertum viam vnius diei. 3. Reg. 19,4.

Raphael Angelus apprehendit dæmonium, & religauit illud in deserto superioris Aegypti. Tob. 8,3.

Omnis autem deserta terra eius replebitur. † 14,7.

Vt plueret super terram absque homine in deserto, vbi nullus hominum commoratur. Iob 38,26.

Posuit flumina in desertum, & exitus aquarum in sitim. Psal. 106,33.

Posuit desertum in stagna aquarum. 35.

Quæ est ista, quæ ascendit per desertum. Cantic. 3,6.

Nisi domus multæ desertæ fuerint, grandes & pulchræ, absque habitatore. Isa. 5,9.

Deserta in vbertatem versa aduenæ comedent. 17.

Terra derelinquetur deserta, & longè faciet Dominus homines. † 6,12.

Quoniam suburbana Hesebon deserta sunt. † 16,8.

Væ filij desertores, dicit Dominus, vt faceretis consilium, & non ex me: & ordiremini telam, & non per spiritum meum. † 30,1.

Subleuetur desertum & ciuitates eius: in domibus habitabit Cedar. † 42,11.

Desertos faciam montes, & colles, & omne gramen eorum exsiccabo. 15.

Quia deserta tua, & solitudines tuæ, & terra ruinæ tuæ, nunc angusta erunt præ habitatoribus, & longè fugabuntur qui absorbebant te. † 49,19.

Ponet desertum eius quasi delicias. † 51,3.

Qui traduxit nos per desertum, per terram inhabitabilem, & inuiam. Ierem. 2,6.

Ventus vrens in viis, quæ sunt in deserto viæ filiæ populi mei. † 4,11.

Deserta erit omnis terra, sed tamen consummationem non faciam. 27.

Erit enim quasi myricæ in deserto, in terra salsuginis & inhabitabili. † 17,6.

Desertum faciam mare eius, & siccabo venam eius. † 51,36.

Adducam vos in desertum populorum, & iudicabor ibi vobiscũ facie ad faciẽ. Ezech. 20,35.

Digitized by Google

Faciam eam desertam ab Austro, & qui sunt in Dedan gladio cadent. † 25,13.

Proiiciam te in desertum, & omnes pisces fluminis tui. † 29,5.

Siccitas spinarum, & aceruí salis, & desertum vsque in æternum. Soph.2,9,15.

Iudas autem Machabæus, qui decimus fuerat, secesserat in desertum locum, ibique inter feras vitam in montibus cum suis agebat: & fœni cibo vescentes demorabantur, ne participes essent coinquinationis. 2.Mach 5,27.

Quod cùm audisset Iesus, secessit inde in nauicula, in locum desertum seorsum. Mat.14,13.

Venite seorsum in desertum locum, & requiescite pusillum. Mar.6,31.

Erat [Ioannes] in desertis vsque in diem ostensionis suæ ad Israel. Luc.1,80.

Agebatur [Iesus] à Spiritu in desertū. † 4,1.

Egressus ibat in desertum locum. 42.

Ipse autē secedebat in desertū, & orabat. † 5,16.

Et assumptis illis secessit seorsum in locum desertum, qui est Bethsaidæ. † 9,10.

Abiit in regionem iuxta desertum, in ciuitatem quæ dicitur Ephrem. Ioan.11,54.

Datæ sunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ, vt volaret in desertum, Apoc.12,14.

DESERVIO.

Suo ministerio deseruirent. 1.Par.9,33. Sap.14.21.

Deseruiens vniuscuiusque voluntati, ad quod quisque volebat conuertebatur. Sap.16,21,25. † 19,6.

Vt nauicula sibi deseruiret. Mar.3,9.

Sic deseruio Patri & Deo meo. Act.24,14. † 26,7. † 27,23.

Et qui altari deseruiunt, cum altari participant? 1.Cor.9,13. Heb.8,5. † 13,10.

DESIDERO.

Benedictiones patris tui confortatæ sunt benedictionibus patrū eius, donec veniret desiderium collium æternorum. Gen.49,26.

Vulgus quippe promiscuum, quod ascenderat cum eis, flagrauit desiderio, sedens & flens, iunctis sibi pariter filiis Israel, & ait: Quis dabit nobis ad vescendum carnes? Num.11,4.5.

Sicut desiderauit anima tua, vt descenderes, descende. 1.Reg.23,20.

Vniuersa terra desiderabat vultum Salomonis, vt audiret sapientiam eius, quam dederat Deus in corde eius. 3.Reg.10,24.

Quis mihi tribuat auditorem, vt desiderium meum audiat Omnipotens? Iob 31,35.

Desideriū pauperū exaudiuit Dominus, præparationē cordis eorū audiuit auris tua. Psal.9,38.

Desiderium cordis eius tribuisti ei. † 20,3.

Ante te omne desiderium meum. † 37,10.

Desiderat anima mea ad te Deus. † 41,2.

Desiderium eorum attulit eis, non sunt fraudati à desiderio suo. † 77,29.

Desiderium peccatorum peribit. † 111,10.

Desiderium suum iustis dabitur. Prou.10,24.

Desiderium iustorum omne bonū est. † 11,23.

Desiderium impij munimentum est pessimorum. † 12,12.

Spes quæ differtur, affligit animam, lignum vitæ desiderium veniens. † 13,12.

Desiderium si compleatur, delectat animam. 19.

Desideria occidunt pigrum: noluerunt enim quidquam manus eius operari. † 21,25.

Omnia, quæ desiderauerunt oculi mei, non negaui eis. Eccles.2,10.

Melius est videre quod cupias, quàm desiderare quod nescias. † 6,9.

In allocutione enim desiderij ascendit illis de mari ortygometra: & vexationes peccatoribus superuenerunt. Sap.19,12.

Omne desiderium auerte à me. Eccli.23,5.

Desideria oculorum ornata. † 45,14.

Ego tollo à te desiderabile oculorum tuorum in plaga. Ezech.24,16.

Vir desideriorum es. Dan.9,23.

Magnus locutus est desiderium animæ suæ, & conturbauerunt eam. Mich.7,3.

Mouebo omnes Gentes: ET VENIET DESIDERATVS cunctis Gentibus. Agg.2,8.

Desiderio desideraui hoc Pascha manducare vobiscum, antequam patiar. Luc.22,15.

Desidero enim videre vos, vt aliquid impertiar vobis gratiæ spiritalis, ad confirmandos vos. Rom.1,11.

Tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, in immunditiam. 24.

In ipsorum obsecratione pro vobis, desiderantium vos propter eminentem gratiam Dei in vobis. 2.Cor.9,14.

Deus autem meus impleat omne desiderium vestrum, secundùm diuitias suas. Philip.4,19.

Non in passione desiderij, sicut & Gentes, quæ ignorant Deum. 1.Thess.4,4.

Honestè ambuletis ad eos, qui foris sunt, & nullius aliquid desideretis. 11.

Iuuenilia autē desideria fuge; sectare verò iustitiam, fidem, charitatem, & pacē. 2.Tim.2,22.

Obsecro vos, tamquam aduenas & peregrinos, abstinere vos à carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animam. 1.Pet.2,11.

Vt iam non desiderijs hominum, sed voluntati Dei, quod reliquum est in carne viuat temporis. † 4,2.

Hi sunt murmuratores querulosi, secundùm desideria sua ambulantes, & os eorum loquitur superba. Iudæ v.16.

DESIGNO.

Designaui filium meum Antiochum. 2.Machab.9,25.

De-

Designauit Dominus & alios septuaginta duos. Luc.10,1.

DESILIO.

Desiliit [Naaman] de curru in occursum eius [Giezi] & ait: Recténe sunt omnia? 4.Reg.5,21.

DESINO.

Desierant Saræ fieri muliebria. Gen.18,11.

Desine aduersum Deum facere, qui mecum est. 2.Par.35,21.

Desinat indignatio tua circa nos. Iudith 3,2.

Probetur Iob vsque ad finem, ne desinas ab homine iniquitatis. Iob 34,36.

Desine ab ira, & derelinque furorē. Psal.36,8.

Nos nati continuò desiuimus esse. Sap.5,13.

Vsque ad futurum sæculum non desinam. Eccli.24,14,46.

Memento nouissimorum, & desine inimicari. Eccli.28,6.

Desinet Ephraim esse populus. Isa.7,8, † 17,1. 1.Pet.4,1.

DESISTO.

Nec desistent à cogitationibus suis. Gen.11,6.

Non destiterunt ab operibus suis. Eccli.16,27.

DESOLATIO.

Desolatio in morte Saul: vrbes deseruntur, Philisthiim eas inhabitant. 1.Reg.31,7.

Percutiam regem [Dauidem] desolatum. 2.Reg.17,2.

Cunctis enim diebus desolationis egit sabbatum, vsque dum complerentur septuaginta anni. 2.Par.36,21.

Vt impleret inuiam & desolatam, & produceret herbas virentes. Iob 38,27.

Quomodo facti sunt in desolationem, subitò defecerunt? Psal.72,19.

Vsque ad supremum desolabuntur: & erunt gementes, & memoria illorum peribit. Sap.4,19.

Desolatio peccatorum. Isa.3,17,25.

Donec desolentur ciuitat[illegible] absque habitatore, & domus sine homine. [illegible]

Desolabit Dominus [illegible] maris Aegypti, & leuabit manum suam sup[illegible]umen, in fortitudine spiritus sui. † 11,15.

In sempiternum ascendet fumus eius: à generatione in generationem desolabitur, in sæcula sæculorum non erit transiens per eam. † 34,10.

Desolatione desolata est omnis terra, quia nullus est qui recogitet corde. Ierem.12,11.

Vt fieret terra eorum in desolationem, & in sibilum sempiternum. † 18,16.

Dereliquit quasi leo vmbraculum suum, quia facta est terra eorum in desolationem à facie iræ columbæ. † 25,38.

Desolationi consolatio succedit. † 31,28.

In ciuitatibus Iuda & foris Ierusalem, quæ desolatæ sunt absque homine, & absque habitatore, & absque pecore. † 33,10.

Posuit me desolatam, tota die mœrore confectam. Thren.1,13.

In improperium & in desolationem in omnibus populis, in quibus dispersit nos Dominus. Baruch 2,4.

Faciam terram desolatam & destitutam. Ezech.6,14.

Vt complerentur desolationis Ierusalem septuaginta anni. Dan.9,2.

Audi, aperi oculos tuos, & vide desolationem nostram. 18.

Post finem belli statuta desolatio. 26.

Ephraim in desolatione erit in die correptionis. Osee 5,9.

Aegyptus in desolationem erit, & Idumæa in desertum perditionis. Ioël.3,19.

Desolatæ sunt ciuitates eorum, non remanente viro. Soph 3,6.

Aedificauit rex Antiochus abominandum idolum desolationis super altare Dei. 1.Mach.1,57.

Desolati à vobis ad tempus horæ, aspectu, non corde, abundantiùs festinauimus faciem vestram videre. 1.Thess.2,17.

DESPERO.

Desperatio Cain. Maior est iniquitas mea quàm vt veniam merear, *&c.* ero vagus & profugus. Gen.4,13.

Porrò Dauid desperabat se posse euadere à facie Saul. 1.Reg.23,26.

Vt desperet Saul, cesseté; me quærere. † 27,1.

An ignoras quòd periculosa sit desperatio? 2.Reg.2,26.

Desperaui, nequaquam vltrà iam viuam. Iob 7,16.

Si desperaueris lassus in die angustiæ, imminuetur fortitudo tua. Prou.24,10.

Desperaui, nequaquā faciam: adamaui quippe alienos, & post eos ambulabo. Ierem.2,25.

Desperauimus: post cogitationes enim nostras ibimus, & vnusquisque prauitatem cordis sui mali faciemus. † 18,12.

Propter cæcitatem cordis ipsorum, qui desperantes, semetipsos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis. Ephes.4,19.

DESPICIO.

Despicit Agar dominam suam: affligitur: fugit. redire & subiici heræ iubetur. Gen.16,6. † 29,31.

Despexerunt eum [Saul] & non attulerunt ei munera: ille verò dissimulabat se audire. 1.Regum 10,27.

Cumque inspexisset Philisthæus, & vidisset Dauid, despexit eum. † 17,42.

Despexit eum [Michol Dauidem] in corde suo. 2.Reg.6,16.

Noli despicere animam meam, & animas seruorum tuorum, qui mecum sunt. 4.Reg.1.13.

Audi Deus noster, quia facti sumus despectui: conuerte opprobrium super caput eorū, & da eos in despectionē in terra captiuitatis. 2.Esd.4,4.

Effundit despectionem super principes, eos qui oppressi fuerant, releuans. Iob 12,21.

Super inimicos meos despexit oculus meus. Psal. 53,9.

Ne despexeris deprecationem meam. † 54,2.

Despexit oculus meus inimicos meos. † 91,12.

Multùm repleti sumus despectione. † 122,3,4.

Qui despicit amicum suum, indigens corde est. Prou. 11,12.

Qui despicit proximum suum, peccat. † 14,21.

Considera opera Dei, quòd nemo possit corrigere quem ille despexerit. Eccles. 7,14.

Ne despicias hominem auertentem se à peccato, neque improperes ei: memento quoniam omnes in correptione sumus. Eccli. 8,6.

Numquid non pater vnus omnium nostrûm? numquid non Deus vnus creauit nos? quare ergo despicit vnusquisque nostrûm fratrem suum, violans pactum patrum nostrorum. Mal. 2,10.

DESPOLIO.

Qui etiam despoliauerunt eum. Luc. 10,30.

DESPONDEO.

Sin autem filio suo desponderit eam, iuxta morem filiarum faciet illi. Exod. 21,9.

Redde vxorem meam Michol, quam despondi mihi centum præputiis Philisthum. 2. Regum 3,14.

Egredimini & videte filiæ Sion regem Salomonem, in diademate quo coronauit illum mater sua in die desponsationis illius, & in die lætitiæ cordis eius. Cant. 3,11.

Clama in auribus Ierusalem, *&c.* Recordatus sum tui, miserans adolescentiam tuam, & charitatem desponsationis tuæ. Ierem. 2,2.

Cùm esset desponsata mater eius Maria, Ioseph. Matth. 1,18.

Missus est Angelus Gabriel à Deo, *&c.* ad virginem desponsatam viro. Luc. 1,27.

Vt profiteretur cum Maria desponsata sibi vxore prægnante. † 2,5.

Despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo. 2. Cor. 11,2.

DESPVMO.

Despumantes suas confusiones, sidera errantia. Iudæ v. 13.

DESTINO.

Iudæos neci destinatos, in nulla prorsus culpa reperimus. Esth. 16,15.

Sagitta emissa in locum destinatum. Sap. 5,12.

Destinauit illis [pœnitentibus] sortem veritatis. Eccli. 17,20.

Destinauit non admittere illicita propter vitæ amorem. 2. Mach. 6,20.

Tamquam morti destinatos. 1. Cor. 4,9.

Destinatam voluntatem. 2. Cor. 8,19. † 9,7.

Ad destinatum persequor, ad brauium supernę vocationis. Philip. 3,14.

DESTITVO.

Lacrymas innocentium & neminem consolatorem, nec posse resistere eorum violentiæ, cunctorum auxilio destitutos. Eccles. 4,1.

Ego destituta & sola. Isa. 49,21. Ezech. 6,14. † 36,35.

Ciuium iura destituens. 2 Mach. 4,11.

Aporiamur, sed non destituimur. 2. Cor. 4,8.

Ad destitutionem peccati per hostiam suam apparuit. Heb. 9,26.

Vna hora destitutæ sunt tantæ diuitiæ. Apocal. 18,17.

DESTRVO.

Destruit terram neglectus Dei. Quia dereliquerunt pactum Domini, quod pepigit cum patribus eorum, quando eduxit eos de terra Aegypti, & seruierunt diis alienis, & adorauerunt eos. Deut. 29,26.

Destruitur Rama, & ædificatur Gabaa. 3. Regum 15,22.

Destruxerunt quoque ædem Baal, & fecerunt pro ea latrinas. 4. Reg. 10,27.

Destructio patria. Non sunt derelicti Ioachaz de populo nisi quinquaginta equites. † 13,6,7.

Destructa reædificantur ab impio. † 21,3.

Si destruxerit, nemo est qui ædificet, si incluserit hominem, nullus est qui aperiat. Iob 12,14.

Destrues illos, & non ædificabis eos. Psal. 27,5.

Destruet te in finem, euellet te. † 51,7.

Tempus destruendi. Eccles. 3,3.

Vah, qui destruis templum Dei. Matth. 27,40.

Audiuimus enim eum dicentem: Quoniam Iesus Nazarenus hic destruet locũ istũ. Act. 6,14.

DESVDO.

Dominabitur in laboribus meis, quibus desudaui, & solicitus fui, & est quidquam tam vanum? Eccles. 2,19.

DESVM.

Nihil tibi defuit. Deut. 2,7.

Nec aliquando defuit quidquam eis de grege, omni tempore quo fuerunt nobiscum in Carmelo. 1. Reg. 25,7.

Nec defuit quidquam à paruo vsque ad magnum tam de filiabus, & de spoliis. 1. Reg. 30,19.

Quicumque defuerit, nõ viuet. 4. Reg. 10,19.

Ita vt nihil vobis desit in vlla gratia. 1. Corinth. 1,7.

Adimpleo ea, quæ desunt passionum Christi, in carne mea, pro corpore eius, quod est Ecclesia. Col. 1,24.

Sollicitè præmitte, vt nihil illis desit. Tit. 3,13.

DESVPER.

In rore cæli desuper erit benedictio tua. Gene. 27,29.

Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem, quæ est in cælo desuper. Exod. 20,4.

Non requirat eum Deus desuper. Iob 3,4. Psal. 77,23.

Rorate

Rorate cæli desuper. Isa.45,8.

Tollitis pelles eorum desuper. Mich.3,2.

Non haberes potestatem aduersum me vllam, nisi tibi datum esset desuper. Ioan.19,11.

DESVRSVM.

Aduocabit cælum desursum. Psal.49,4.

Qui desursum venit super omnes est. Ioannis 3,31. Iac.1,17. † 3,15,17.

DETERIOR, VS.

Insensata enim comparata his, illis sunt deteriora. Sap.15,18.

Cùm inebriati fuerint, tunc id quod deterius est. Ioan.2,10.

Iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. † 5,14.

In deterius conuenitis. 1.Cor.11,17.

Et est infideli deterior. 1.Timoth.5,8. Hebr.10,29.

Facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. 2.Pet.2,20.

DETERMINO.

Iudicium determinat causas. Prou.26,10.

DETERREO.

Deterrentibus eos per circuitum populis terrarum. 1.Esd.3,3.

DETESTOR.

Detestantur Aegyptij omnes pastores ouium. Gen.46,34.

DETINEO.

In plenitudine sanctorum detentio mea. Eccli.24,16.

Et detinebant illum ne discederet. Luc.4,42.

Veritatem Dei in iniustitia detinent. Roman.1,18. † 7,6. 2.Thess.2,6. Philem.v.13.

DETRAHO.

Quare ergo non timuistis detrahere seruo meo Moysi? Num.12,8.

Detraxeruntque Terræ, quam inspexerant, apud filios Israel, dicentes: Terra, quam lustrauimus, deuorat habitatores suos. † 13,33.

Vsquequò detrahet mihi populus iste? † 14,11.

Detrahentque mihi, & irritum facient pactum meum. Deut.31.20.

Quare detraxistis sermonibus veritatis? Iob 6,25.

Cùm ab eis recessissem, detrahebant mihi. † 19,18.

Detractionum incuria. † 31,34.

Detrahebant mihi, quoniam sequebar bonitatem. Psal.37,21.

Detrahentem secretò proximo suo hunc persequebar. † 100,5.

Pro eo vt me diligerent, detrahebant mihi; ego autem orabam. † 108,4.

Remoue à te os prauum, & detrahentia labia sint procul à te. Prou.4,24.

Abominatio hominum detractor. † 24,9.

Et cum detractoribus non commiscearis, quoniam repentè consurget perditio eorum. 21.

Ventus Aquilo dissipat pluuias, & facies tristis linguam detrahentem. † 25,23.

Si mordeat serpens in silentio, nihil eo minus habet qui occultè detrahit. Eccles.10,11.

In cogitatione tua regi ne detrahas. 20.

Custodite ergo vos à murmuratione, quæ nihil prodest, & à detractione parcite linguæ. Sap.1,11.

Et adorabunt vestigia pedum tuorum omnes, qui detrahebant tibi. Isa.60,14.

Viri detractores fuerunt in te, ad effundendum sanguinem. Ezech.22,9.

Nolite detrahere alterutrum fratres, qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem suum, detrahit legi. Iac.4,11.

Conscientiam habentes bonam: vt in eo quòd detrahunt vobis, confundantur. 1.Pet.3,16.

DETRIMENTVM.

Existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Iesu Christi. Philip.3,8.

DETVRBO.

Quos autem vellent, regno deturbabant [Romani.] 1.Mach.8,13.

DETVRPO.

Mulier orans aut prophetans non velato capite, deturpat caput suum. 1.Cor.11,5.

DEVASTO.

Quidquid tetigerant deuastantes. Iudic.6,5.

Vlulate naues maris, quia deuastata est fortitudo vestra. Isa.23,14. Ioel.1,10.

Saulus autem deuastabat Ecclesiam. Act.8,3.

DEVENIO.

Ad nihilum deuenient tamquam aqua decurrens. Psal.57,8.

In quos fines sæculorum deuenerunt. 1.Corinth.10,11.

DEVIO.

Nec in iudicio plurimorum acquiesces sententiæ, vt à vero deuies. Exod.23,2. Num.22,26.

Ambulauerunt per calles deuios. Iudic.5,6.

Iter autem deuiū ducit ad mortē. Prou.12,28.

DEVIRGINO.

Concupiscentia spadonis deuirginabit virgunculam: sic qui facit per vim iudicium iniquum. Eccli.20,3.

DEVITO.

Ad sapientiam, deuitaremque stultitiam. Eccles.2,3.

Fili conserua tempus, & deuita à malo. Eccli.4,23.

Adolescentiores autem viduas deuita. 1.Timoth.5,11. † 6,20. 2.Timoth.2,16,23. † 3,5. Tit.3,9.

Hæreticum hominem post vnam & secundam correptionem deuita. Tit.3,10.

DEVOLVO.

Vt deuoluat in nos calumniam. Gen.43,18.

Ad meas miserias deuoluti sunt. Iob 30,14.

Facien-

Facienti nequissimum consilium, super ipsum deuoluetur. Eccli.27,30.

Vt, peccatis nostris in finem deuolutis, ita demum in nos vindicet. 2.Mach.6,15.

DEVORO.

Deuorauit virga Aaron virgas eorum. Exodi 7,12.

Deuoret omnem herbam, quæ residua fuerit grandini. † 10,12.

Deuorauit eos sicut stipulam. † 15,7.

Deuorauit eos terra. 12.

Terra, quam lustrauimus, deuorat habitatores suos. Num.13,33.

Deuorabis omnes populos, quos Dominus Deus tuus daturus est tibi. Deut.7,16.

Erit in deuorationem. † 31,17,18.

Descendit ergo ignis de cælo, & deuorauit illum, & quinquaginta eius. 4.Reg.1,12.

Qui deuorant plebem meam sicut escam panis? Psal.13,4. † 52,5.

Deuorabimus eum. † 34,25.

Deuoratores sanguinis à medio sacramento tuo. Sap.12,5.

Deuorabunt Israel toto ore. Isa.9,12.

Omnes bestiæ agri venite ad deuorandum, vniuersæ bestiæ saltus. † 56,9.

Sanctus Israel Domino, primitiæ frugũ eius: omnes qui deuorant eum delinquunt. Ierem.2,3.

Et comedet segetes tuas, & panem tuum, deuorabit filios tuos. † 5,17.

Congregamini omnes bestiæ terræ, properate ad deuorandum. † 12,9.

Deuorabimus: En ista est dies, quam expectabamus, inuenimus, vidimus. Thren.2,16.

Illos qui perditionis eius causa fuerant, intromisit in lacum, & deuorati sunt in momento coram eo. Dan. 14,41.

DEVOTATIO.

Deuotatio & imprecatio. 3.Reg.8,38.

DEVOTIO.

Deuotio Elcanæ. Ascendebat vir ille de ciuitate sua statutis diebus, vt adoraret & sacrificaret Domino exercituum in Silo. 1.Reg.1,3.

Deuotionem sequitur destructio idolorum, lucorum, excelsorum, altarium. 2.Par.31,1.

Deuotio quotidiana idololatra regis. Dan.14,3.

DEVS, DII.

Constitui te deum Pharaonis, & Aaron frater tuus erit propheta tuus. Exod.7,1.

Applicabitur ad Deos & iurabit. † 22,8.

Diis non detrahes, & principi populi tui non maledices. † 22,28.

Deos conflatiles non facies tibi. † 34,17.

Nam & in diis eorum exercuerat vltionem. Num.33,4.

Nec est alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes sibi. Deut.4,7.

Ibique seruietis diis, qui hominum manu fabricati sunt, ligno & lapidi, qui non vident 28. † 28,64.

Non habebis deos alienos in conspectu meo. † 5,7.

Non ibitis post deos alienos cunctarum Gentium. † 6,14.

Ipse est Deus deorum, & Dominus dominantium, Deus magnus & potens, terribilis, qui personam non accipit, nec munera. † 10,17.

Diis alienis seruientes lapidantur. † 17,5.

Non enim est Deus noster, vt dij eorum. † 32,31

Vbi sunt dij eorum in quibus habebant fiduciam? 37.

Nõ est Deus alius vt Deus rectissimi. † 33,26.

Deus vester, ipse est Deus in cælo sursum, & in terra deorsum. Iof.2,11.

Deus viuens in medio vestri est. † 3,10.

Deus enim sanctus & fortis æmulator est, nec ignoscet sceleribus vestris atque peccatis. † 24,19.

Dij eorum sint vobis in ruinam. Iudic.2,3.

Deo deserto, idola sequuntur Israelitæ; puniuntur. 11,12.

Si Deus est, vindicet se de eo, qui suffodit aram eius. † 6,31.

Dij angustias non leuant. † 10,14.

Deos meos, quos mihi feci, tulistis, & sacerdotem, & omnia quæ habeo, & dicitis: Quid tibi est? † 18,24.

Populus tuus, populus meus, & Deus tuus, Deus meus. Ruth 1,16.

Hi sunt dij, qui percusserunt Aegyptum omni plaga, in deserto. 1.Reg.4,8.

Ascendentes ad Deum in Bethel. † 10,3.

Vt sciat omnis terra quia est Deus in Israel. † 17,46.

Deos vidi ascendentes de terra. † 28,13.

Deus recessit à me. 15.

Factus es eis in Deum. 2.Reg.7,24.

Tu es Deus, & verba tua erunt vera. 28.

Si Dominus est Deus, sequimini eum: si autem Baal, sequimini illum. 3.Reg.18,21.

Deus qui exaudierit per ignẽ, ipse sit Deus. 24.

Ostende nobis hodie, quia tu es Deus Israel, & ego seruus tuus, & iuxta præceptum tuum feci omnia verba hæc. 36,37.

Dij montium sunt dij eorum, &c. pugnemus contra eos in campestribus. † 20,23.

Numquid non est Deus in Israel, vt eatis ad consulendum Beelzebub? 4.Reg 1,3.

Vbi est Deus Eliæ etiam nunc? † 2,14.

Numquid Deus ego sum, vt occidere possim & viuificare? † 5,7.

Verè scio quòd non sit alius Deus in vniuersa terra, nisi tantùm in Israel. 15.

Vnaquæque Gens fabricata est deum suum. † 17,29.

Nolite timere deos alienos, & non adoretis eos,

eos, neque colatis eos, & non immoletis eis: sed Dominum Deum vestrũ, qui eduxit vos de terra Aegypti, in fortitudine magna, & in brachio extento, ipsum timete. 35.

Vbi est Deus Emath, & Arphad? vbi est Deus Sepharuaim, Ana & Aua, numquid liberauerunt Samariam de manu mea? † 18, 34.

Tu es Deus solus regum omniũ terræ. † 19, 15.

Miserunt deos eorum in ignem: non enim erant dij. 18.

Dereliqueruntque ibi deos suos, quos Dauid iussit exuri. 1. Par. 14, 12.

Dij populorum, idola. † 16, 26.

Noster autem Dominus Deus est, quem non relinquimus. 2. Par. 13, 10.

Transibunt autem multi dies in Israel absque Deo vero, & absque sacerdote doctore, & absque lege. † 15, 3.

Allatos deos filiorum Seir, statuit illos in deos sibi, & adorabat eos [Amasias] & illis adolebat incensum. † 25, 14.

Immolauit dijs Damasci victimas percussoribus suis, & dixit: Dij regum Syriæ auxiliantur eis, quos ego placabo hostiis, & aderunt mihi, cùm econtrariò ipsi fuerint ruinæ ei [Achaz] & vniuerso Israel. † 28, 23.

Ipse est Deus, qui est in Ierusalem. 1. Esd. 1, 3.

Posuerat ea in templo dei sui. 7.

Ad domum Dei magni, qui ædificatur lapide impolito. † 5, 8.

Conciderent intra semetipsos, & scirent quòd à Deo factum esset opus hoc. 2. Esd. 6, 16.

Vt omnes deos terræ exterminaret, videlicet vt ipse solus diceretur Deus ab his nationibus, quæ potuissent Holofernis potentia subiugari. Iudith 3, 13.

Noluerunt sequi deos patrum suorum, qui erant in terra Chaldæorum. † 5, 7.

Vt sciat omnis gens, quoniã Nabuchodonosor deus terræ est, & præter ipsum alius non est. 29.

Non est Deus, nisi Nabuchodonosor. † 6, 2, 4.

Nos autem alterum Deum nescimus præter ipsum. † 8, 19.

Sicut quod potui loqui, Dei esse cognoscitis. 30.

Deus cælorum, creator aquarum, & Dominus totius creaturæ. † 9, 17, 19.

Quoniam bona est promissio tua, si fecerit mihi hoc Deus tuus, erit & Deus meus. † 11, 21.

A Deo facta sunt ista. Esth. 10, 4.

Deus fortis super omnes. † 14, 19.

An non cogitas quòd Deus excelsior cælo sit, & super stellarũ verticem sublimetur? Iob 22, 12.

Deum homini non æquabo. † 32, 21.

Et nõ dixit: Vbi est Deus qui fecit me? † 35, 10.

Ecce, Deus magnus vincens scientiam nostram. † 36, 26.

Non est Deus in conspectu eius, inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore. Auferuntur iudicia tua à facie eius. Psal. 9, 26.

Dixit insipiens in corde suo: Non est Deus. † 13, 1. † 52, 2.

Quis Deus præter Dominum, aut quis Deus præter Deum nostrum? † 17, 32.

Deus Deus meus respice in me: quare me dereliquisti? † 21, 2.

Dij fortes terræ vehementer eleuati sunt. † 46, 10.

Deus deorum Dominus locutus est: & vocauit terram. † 49, 1.

Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum. † 72, 26.

In medio autem deos diiudicat. † 81, 1.

Ego dixi, Dij estis, & filij Excelsi omnes. 6.

Quoniam Deus magnus Dominus. † 94, 3.

Dij gentium dæmonia. † 95, 5.

Deus meus magnificatus es vehementer. † 103, 1.

Deus autem noster in cælo. † 113, 11.

Confitemini Deo deorum, quoniam in æternum misericordia eius: Confitemini Domino dominorum. † 135, 2.

Deus est vbique. † 138, 8.

Deus meus es tu. † 139, 7.

Deus enim in cælo, & tu super terram. Eccles. 5, 1, 2.

Deos æstimantes, quæ in animalibus sunt superuacua. Sap. 12, 24.

Quem olim negabant se nosse, verum Deum agnouerunt. 27.

Appellauerunt deos opera manuum hominum, aurum & argentum, artis inuentionem. † 13, 10.

Illud autem cùm esset fragile, deus cognominatus est. † 14, 8.

Dei immemoratio. 26.

Deum fingit de eodem luto, ille qui paulò antè de terra factus fuerat. † 15, 8.

Non dixeris: Per Deum abest: quæ enim odit ne feceris. Eccli. 15, 11.

Non est Deus præter te Domine. † 36, 5.

Vocabitur nomen eius, Admirabilis, consiliarius, Deus. Isa. 9, 6.

Ecce Deus noster iste: expectauimus eum, & saluabit nos: iste Dominus, sustinuimus eum, exultabimus & lætabimur in salutari eius. † 25, 9.

Deus ipse veniet, & saluabit vos. † 35, 4.

Ecce Dominus Deus in fortitudine veniet. † 40. 10.

Deus sempiternus Dominus, qui creauit terminos terræ. 28.

Ego primus, & ego nouissimus, & absque me non est Deus. † 44, 6.

Numquid est Deus absque me, & formator quem ego non nouerim? 8.

Quis formauit deum, & sculptile conflauit

ad nihil vtile? Ecce omnes participes eius confundentur: fabri enim sunt ex hominibus. 10.

Et coxit panes: de reliquo autem operatus est deum, & adorauit: fecit sculptile, & curuatus est ante illud. 15,16.

Extra me non est Deus. † 45,5.

Non est absque te Deus. Verè tu es Deus absconditus, Deus Israel saluator. 15.

Nescierunt qui leuant lignum sculpturæ suæ, & rogant deum non saluantem. 20.

Si mutauit gens deos suos, & certè ipsi non sunt dij. Ierem.2,11.

Vbi sunt dij tui, quos fecisti tibi? surgant & liberent te. 28.

Et post deos alienos non ambulaueritis in malum vobismetipsis, habitabo vobiscum. † 7,6.

Dominus autem Deus verus est: ipse Deus viuens, & rex sempiternus. † 10,10.

Dij qui cælum & terram non fecerunt, pereant de terra, & de his quæ sub cælo sunt. 11.

Clamabunt ad deos, quibus libant, & non saluabunt eos in tempore afflictionis eorum. † 11,12,13.

Dereliquerunt me patres vestri, ait Dominus, & abierunt post deos alienos, & seruierunt eis, & adorauerunt eos. † 16,11.

Numquid faciet sibi homo deos, & ipsi non sunt dij? 20.

Alienum fecerunt locum istum: & libauerunt in eo dijs alienis. † 19,4.

Putásne Deus è vicino ego sum, dicit Dominus, & non Deus de longè? † 23,23.

Ero Deus vniuersis cognationibus Israel, & ipsi erunt mihi in populum. † 31,1,33.

Et succendet [Nabuchodonosor] ignem in delubris deorum Aegypti, & comburet ea. † 43,12.

Hic est Deus noster, & non æstimabitur alius aduersus eum. Hic adinuenit omnem viam disciplinæ. Baruch 3,36.

Numquid dicens loquêris: Deus ego sum, coram interficientibus te: cùm sis homo, & non Deus, in manu occidentium te? Ezechielis 28,9.

Ego autem Dominus ero eis in Deū: & seruus meus Dauid princeps in medio eorum. † 34,24.

Asportauit ea [vasa] in terram Sennaar in domum dei sui. Dan.1,2.

Exceptis dijs, quorum non est cum hominibus conuersatio. † 2,11.

Verè Deus vester Deus deorum est, & Dominus regum, & reuelans mysteria, quoniam tu potuisti aperire hoc sacramentum. 47.

Mittemini in fornacem ignis ardentis: & quis est Deus, qui eripiet vos de manu mea? † 3,15.

Neque enim est alius Deus, qui possit ita saluare. 96.

Porrò Deum, qui habet flatum tuum in manu sua, & omnes vias tuas, non glorificasti. † 5,23.

Deus tuus, quem tu colis semper, ipse liberabit te. † 6,16.

Ipse est enim Deus viuens, & æternus in sæcula, & regnum eius non dissipabitur. 26.

Deos eorum & sculptilia, vasa quoque pretiosa argenti & auri captiua ducet in Aegyptū. † 11,8.

Aduersus Deum deorum loquetur magnifica. 36.

Deus autem Maozim in loco suo venerabitur. 38.

Dominum Deum meum adoro, quia ipse est Deus viuens; iste autem [draco] non est Deus viuens. † 14,24.

Paueant omnes habitantes in vniuersa terra Deum Danielis, quia ipse est saluator. 42.

Et dicam non populo meo: Populus meus es tu: & ipse dicet: Deus meus es tu. Osee 2,24.

Diligit Dominus filios Israel, & ipsi respiciunt ad deos alienos, & diligunt vinacia vuarū. † 3,1.

Et post hæc reuertentur filij Israel, & quærent Dominum Deum suum, & Dauid regem suū. 5.

Deus ego, & non homo, in medio tui sanctus. † 11,9.

Et ego Dominus Deus tuus ex terra Aegypti adhuc sedere te faciam in tabernaculis, sicut in diebus festiuitatis. † 12,9.

Deum absque me nescies, & saluator non est præter me. † 13,4.

Nec dicemus vltrà: Dij nostri opera manuum nostrarum, quia eius qui in te est misereberis pupilli. † 14,4.

Scietis quia ego Dominus Deus vester, habitans in Sion monte sancto meo. Ioël.3,17.

Et timuerunt nautæ, & clamauerunt viri ad Deum suum. Ionæ 1,5.

Deus ab Austro veniet, & sanctus de monte Pharan. Habac.3,3.

Ero eis in Deum in veritate, & in iustitia. Zach.8,8.

Patre nostro inter deos translato. 2. Machab.11,23.

Non est Deus mortuorum, sed viuentium. Matth.22,32. Marc.12,27.

Benè Magister, in veritate dixisti: quia vnus est Deus, & non est alius præter eum. Mar.12,32.

Deus autem non est mortuorum, sed viuorum, omnes enim viuunt ei. Luc.20,38.

Qui ex Deo est, verba Dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. Ioan.8,47.

Nisi esset hic à Deo, non poterat facere quidquam. † 9,33.

Nónne scriptum est in lege vestra, quia ego dixi, Dij estis? † 10,35.

Dij similes facti hominibus descenderunt ad nos. Act.14,10.

Auertit multam turbam, dicens: Quoniam non sunt dij qui manibus fiunt. † 19,26.

Dicebant eum esse Deum. † 28,6.

An

An Iudæorum Deus tantùm? nónne & Gentium? Rom.3,29.

Si Deus pro nobis, quis contra nos? † 8,31.

Deus autem pacis sit cum omnibus vobis. Amen. † 15,33.

Vt sit Deus omnia in omnibus. 1.Cor.15,28.

Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. 2.Cor.5,19.

Sicut dicit Deus: Quoniam ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus. † 6,16.

Ignorantes Deum, iis, qui natura non sunt dij, seruiebatis. Gal.4,8.

Extollitur supra omne quod dicitur Deus. 2.Thes.2,4.

Vnus enim Deus, vnus & mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus. 1.Timoth.2,5.

Ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum. Hebr.8,10.

Ideò non confunditur Deus vocari Deus eorum. † 11,16.

Si diligamus inuicem, Deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta est. 1.Ioannis 4,12.

Hic est verus Deus & vita æterna. † 5,20.

Et ipsi populus eius erunt, & ipse Deus cum eis erit eorum Deus. Apoc.21,3.

Qui vicerit, possidebit hæc, & ego ero illi Deus, & ille erit mihi filius. 7.

DEXTERA.

Posuit [Ioseph] Ephraim ad dexteram suam, id est, ad sinistram Israel, Manassem verò in sinistra sua, ad dexteram scilicet patris, applicuitque ambos ad eum. Gen.48,13.

Dextera tua Domine magnificata est. Exodi 15,6.

In dextera eius ignea lex. Deut.33,2.

Dexteritas virorum Beniamin. Iudic.20,16.

Apprehendens dexteram filiæ suæ dextræ Tobiæ tradidit. Tob.7,15.

Dextera tua suscepit me. Psal.17,36.

Dextera tua, & brachium tuum, & illuminatio vultus tui. † 43,4.

Dexteram tuam sic notam fac. † 89,12.

Dominus à dextris tuis. † 109,5.

Dextera Domini fecit virtutem. † 117,16.

Dextera eorũ dextera iniquitatis. † 143,8,11.

Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Cant.2,6.

Et ego non parcam Niniue ciuitati magnæ, in qua sunt plusquam centum viginti millia hominum, qui nesciunt quid sit inter dexteram, & sinistram suam, & iumenta multa? Ionæ 4,11.

DEXTRALIA.

Viri cum mulieribus præbuerunt armillas & inaures, annulos & dextralia. Exod.35,22. Num.31,50.

Assumpsitque [Iudith] dextraliola, & lilia, & inaures. Iudith 10,3.

DIABOLVS.

Adductis duobus viris, filiis diaboli. 3.Regum 21,13.

At illi, scilicet vt viri diabolici, dixerunt contra eum testimonium coram multitudine: Benedixit Naboth Deum & regem. 13.

Diabolus stet à dextris eius. Psal.108,6.

Egredietur diabolus ante pedes eius. Habac.3,5.

Et factum est hoc ad insidias sanctificationi, & in diabolum malum in Israel. 1.Mach.1,38.

Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem, & statuit eum supra pinnaculum templi. Matth.4,5.

Respondit eis Iesus: Nónne ego vos duodecim elegi: & ex vobis vnus diabolus est? Ioannis 6,71.

Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere. † 8,44.

Cùm diabolus iam misisset in cor vt traderet eum Iudas Simonis Iscariotæ. † 13,2.

Nolite locum dare diabolo. Ephes.4,27.

Sobrij estote, & vigilate: quia aduersarius vester diabolus, tamquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. 1.Pet.5,8.

Qui facit peccatum, ex diabolo est: quoniam ab initio diabolus peccat. 1.Ioan.3,8.

Et proiectus est draco ille magnus, serpens antiquus, qui vocatur diabolus, & satanas. Apocal.12,9.

Lætamini cæli, & qui habitatis in eis. Væ terræ, & mari, quia descendit diabolus ad vos, habens iram magnam, sciens quòd modicum tempus habet. 12.

Et apprehendit draconem, serpentem antiquum, qui est diabolus, & satanas, & ligauit eum per annos mille, & misit eum in abyssum. † 20,2.

Diabolus, qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis, & sulphuris. 10.

DIACONVS.

Diaconos similiter pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrum sectantes: habentes mysterium fidei in conscientia pura. Et hi autẽ probentur primùm. 1.Tim.3,9.

Diaconi sint vnius vxoris viri: qui filiis suis benè præsint & suis domibus. 12.

DIADEMA.

Tuli diadema quod erat in capite eius [Saulis] & armillam de brachio illius, & attuli ad te Dominum meum huc. 2.Reg.1,10.

Et tulit [Dauid] diadema regis eorum de capite eius, pondo auri talentum, habens gemmas pretiosissimas, & impositum est super caput Dauid. † 12,30.

Posuit super eum diadema, & testimonium, feceruntque eum [Ioas] regem, & vnxerunt, & plaudentes manu dixerunt: Viuat rex. 4.Regum 11,12.

Posito super caput eius [Vasthi] diademate, vt ostenderet cunctis populis & principibus pulchritudinem illius. Esth.1,11.

Et posuit diadema regni in capite eius [Esther] fecitque eam regnare in loco Vasthi. † 2,17.

Accipere regium diadema super caput suum. † 6,7.

Egredimini, & videte filiæ Sion regem Salomonem in diademate. Cant.3,11.

Ideò accipient regnum decoris, & diadema speciei de manu Domini. Sap.5,17.

Magnificentia tua in diademate capitis illius sculpta erat. † 18,24.

Insuspicabilis portauit diadema. Eccli.11,5.

Obtinuerunt pueri eius [Alexandri] regnum, vnusquisque in loco suo, & imposuerunt omnes sibi diademata post mortem eius. 1.Mach.1,10.

Dedit ei diadema, & stolam suam & annulum. † 6,15.

Et in omnibus istis nemo portabat diadema, nec induebatur purpura, vt magnificaretur in ea. † 8,14.

Imposuit duo diademata capiti suo, Aegypti & Asiæ. † 11,13.

Super cornua eius decem diademata. Apocal.13,1.

Oculi autem eius sicut flamma ignis, & in capite eius diademata multa. † 19,12.

DIANA.

Sed & magnæ Dianæ templum in nihilum reputabitur, sed & destrui incipiet maiestas eius, quam tota Asia & orbis colit. His auditis repleti sunt ira, & exclamauerunt dicentes: Magna Diana Ephesiorum. Act.19,27.

DICO.

Quodcumque dixerit mihi anima tua, hoc faciam. 1.Reg.20,4.

Dixit Deus Israel mihi, locutus est Fortis Israel. 2.Reg.23,3.

Stans [Iehu] dixit ad omnem populum: Iusti estis: si ego coniuraui contra dominum meum, & interfeci eum, quis percussit omnes hos? 4.Reg.10,9.

Qui dixerunt Deo: Recede à nobis, & scientiam viarum tuarum nolumus. Iob 21,14.

Ipse dixit, & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt. Psal.32,9.

Dixi: Custodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea. † 38,2.

Dico ego opera mea regi. † 44,2.

Dixit insipiens in corde suo: Non est Deus. † 52,2.

Si dicebam: Narrabo sic: ecce nationem filiorum tuorum reprobaui. † 72,15.

Dixit Dominus Domino meo, Sede à dextris meis. † 109,1.

Ipse dixit, & facta sunt. † 148,5.

Hæc dicit Dominus exercituum ad columnas, & ad mare, & ad bases, &c. in Babylonem transferentur. Ierem.27,19.

Præcepit discipulis suis, vt nemini dicerent quia ipse esset Iesus Christus. Matth.16,20.

Quid dicis de teipso? Ait: Ego vox clamantis in deserto. Ioan.1,23.

Dicit illis hominibus: Venite, & videte hominem, qui dixit mihi omnia quæcumque feci: numquid ipse est Christus? † 4,29,39.

DIDRACHMA.

Portantes argenti didrachmas trecentas in sacrificium Herculis. 2.Mach.4,19. † 10,20.

Magister vester non soluit didrachma? Matthæi 17,23.

DIDYMVS.

Thomas, qui dicitur Didymus. Ioan.11,16. † 20,24.

DIES.

Compleuitque Deus die septimo opus suum, quod fecerat, & requieuit die septimo ab vniuerso opere, quod patrarat. Gen.2,2.

Dies quadraginta explentur in condiendo cadauere Iacob. † 50,3.

Ibimus viam trium dierum in solitudinem, vt immolemus Domino Deo nostro. Exod.3,18.

Habebitis autem hunc diem in monumentum. † 12,14.

Dies prima erit sancta, atque sollemnis, & dies septima eadem festiuitate venerabilis. 16.

Eadem die egressus est omnis exercitus Domini de Terra Aegypti. 41,51.

Quintodecimo die mensis secundi, postquam egressi sunt de terra Aegypti. Et murmurauit omnis congregatio filiorum Israel contra Moysen † 16,1.

Die autem sexto parent quod inferant: & sit duplum quàm colligere solebant per singulos dies. 16.

In die autem sexta collegerunt cibos duplices. 22.

In die enim tertia descendet Dominus coram omni plebe super montem Sinai. † 19,11.

Dies primus erit vobis celeberrimus. Leuitici 23,7.

Vocabitis hunc diem celeberrimum atque sanctissimum. 21.

Dies primus vocabitur celeberrimus, atque sanctissimus: omne opus seruile non facietis in eo. Et septem diebus offeretis holocausta Domino. 35.

Dies prima venerabilis & sancta erit. Numer.28,18.

Iuxtà est dies perditionis, & adesse festinant tempora. Deut.32,35.

Post diem tertium transibitis Iordanem. Iosu.1,11.

Non fuit anteà nec posteà tam longa dies, obediente Domino voci hominis. † 10,14.

Duc

Duclætum diem. Iudic.19,9.

Et tu non veneras iuxta placitos dies. 1.Regum 13,11.

Ingressi sunt feruente die domum Isboseth. 2.Regum 4,5,7.

Dies boni nuntij est. 4.Reg.7,9.

Cœperunt ambo simul flere: eò quòd die statuto minimè reuerteretur filius eorum ad eos. Tob.10,3.

Pater meus, & mater mea modò dies computant, & cruciatur spiritus eorum in ipsis. 9.

Posuistis vos tempus miserationis Domini, & in arbitrium vestrum, diem constituistis ei. Iudith 8,13.

Dies autem victoriæ huius festiuitatis, ab Hebræis in numero sanctorum dierum accipitur, & colitur à Iudæis ex illo tempore vsque in præsentem diem. † 16,31.

Dies isti appellati sunt phurim, id est sortium. Esth.9,26.

Isti sunt dies, quos nulla vnquam delebit obliuio. 28.

Obseruantes dies sortium. 31.

Obseruabuntur dies isti in mense Adar. † 10,13.

Fuitque dies illa tenebrarum. † 11,8.

Dies ille vertatur in tenebras, non requirat eum Deus desuper, & non illustretur lumine. Iob 3,4,6.

Dies mei velociores fuerunt cursore: fugerunt, & non viderunt bonum. † 9,25.

Numquid sicut dies hominis dies tui, & anni tui sicut humana sunt tempora, vt quæras iniquitatem meam? 10,5.

Numquid non paucitas dierum meorum finietur breui? 20.

Dies mei breuiabuntur. † 17,1.

Vocauit nomen vnius diem. † 42,14.

Dies diei eructat verbum. Psal.18 3.

Mensurabiles posuisti dies meos. † 38,6.

In die mandauit Dominus misericordiam suam. † 41,9.

Dies super dies regis adiicies. † 60,7.

Dies pleni inuenientur in eis. † 72,10.

Tuus est dies, & tua est nox. † 73,16.

Quoniam mille anni ante oculos tuos, tamquam dies hesterna, quæ præteriit. † 89,4.

Vt mitiges ei à diebus malignis. † 93,13.

Dies mei sicut vmbra declinauerũt. † 101,12.

Fiant dies eius pauci. † 108,8.

Hæc est dies, quam fecit Dominus: exultemus, & lætemur in ea. † 117,24.

Quot sunt dies serui tui? † 118,84.

Ordinatione tua perseuerat dies: quoniam omnia seruiunt tibi. 91.

Dies formabuntur, & nemo in eis. † 138,16.

Per singulos dies benedicam tibi. † 144,2.

Vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus: impium quoque ad diem malum. Prou.16,4.

In die bona fruere bonis, & malam diem præcaue. Eccles.7,15.

Qui pascitur inter lilia donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ. Cant.2,17.

Quare dies diem superat, & iterùm lux lucem, & annus annum à sole? Eccli.33,7.

Qui auxit dies nostros à ventre matris nostræ. † 50,24.

Dies, qui non venerunt à diebus separationis Ephraim à Iuda cum rege Assyriorum. Isa.7,17.

Secundùm enim dies ligni, erunt dies populi mei. † 65,22.

Væ nobis, quia declinauit dies, quia longiores factæ sunt vmbræ vesperi. Ierem.6,4.

Diem hominis non desideraui, tu scis. † 17,16.

Væ, quia magna dies illa, nec est similis eius: tempusque tribulationis est Iacob, & ex ipso saluabitur. † 30,7.

Dies autem Domini Dei exercituum, dies vltionis, vt sumat vindictam de inimicis suis: deuorabit gladius, & saturabitur, & inebriabitur sanguine eorum. † 46,10.

Væ eis, quia venit dies eorum, tempus visitationis eorum. † 50,27.

Dies pro annis. Num.14,34. Ezech.4,6.

Quorum venit dies in tempore iniquitatis præfinita. † 21,29.

Scribe tibi nomen diei huius, in qua confirmatus est rex Babylonis aduersum Ierusalem hodie. † 24,2.

Vlulate, væ, væ diei: quia iuxtà est dies, & appropinquat dies Domini: dies nubis, tempus Gentium erit, & veniet gladius in Aegyptum. † 30,2.

Vsque ad vesperam & manè, dies duo millia trecenti: & mundabitur sanctuarium. Dan.8,14.

Beatus, qui expectat, & peruenit vsque ad dies mille trecentos quinquaginta quinque. † 12,12.

Inueterate dierum malorum, nunc venerunt peccata tua, quæ operabaris priùs, iudicans iudicia iniusta. † 13,52.

Dies multos expectabis me; non fornicaberis, & non eris viro: sed & ego expectabo te. Osee 3,3.

Dies regis nostri: cœperunt principes furere à vino. † 7,5.

Aaa, diei. quia propè est dies Domini, & quasi vastitas à potente veniet. Ioel.1,15.

Quia venit dies Domini, quia propè est dies tenebrarũ & caliginis, dies nubis & turbinis. † 2,1.

Magnus enim dies Domini & terribilis valdè: & quis sustinebit eum? 11.

Diem in noctem mutantem: qui vocat aquas maris. Amos 5,8.

Væ desiderantibus diem Domini: ad quid eam vobis? dies Domini ista, tenebræ & non lux. 18.

Qui separati estis in diem malum: & appropinquatis solio iniquitatis. † 6,3.

Iuxtà est dies Domini super omnes gentes: sicut fecisti, fiet tibi. Abd.v.15.

Silete à facie Domini Dei: quia iuxtà est dies Domini, quia præparauit Dominus hostiam. Soph.1,7.

Iuxtà est dies Domini magnus, iuxtà est & velox nimis: vox diei Domini amara, tribulabitur ibi fortis. 14.

Quis enim despexit dies paruos? Zach.4,10.

Ecce venient dies Domini, & diuidentur spolia tua in medio tui. † 14,1.

Erit dies vna, quæ nota est Domino, non dies neque nox: & in tempore vesperi erit lux. 7.

Quis poterit cogitare diem aduentus eius, & quis stabit ad videndum eum? Mal.3,2.

Dies veniet succensa quasi caminus. † 4,1.

Et omnes dies solemnes, & sabbata, & neomeniæ, & dies decreti, & tres dies ante diem sollemnem, & tres dies post diem sollemnem, sint omnes immunitatis & remissionis omnibus Iudæis. 1.Mach.10,34.

Qua die autem templum ab alienigenis pollutum fuerat, contigit eadem die purificationem fieri. 2.Mach.10,5.

Honorem tribue diei sanctificationis, & honora eum qui vniuersa conspicit. † 15,2.

Crastinus enim dies sollicitus erit sibiipsi. Matth.6,34.

Venient dies quádo desiderabitis videre vnum diem Filij hominis, & non videbitis. Lucæ 17,22.

Et quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi. † 19,42.

Abraham pater vester exultauit, vt videret diem meum: vidit, & gauisus est. Ioan.8,56.

Si quis ambulauerit in die, non offendit, quia lucem huius mundi videt. † 11,9.

Nam alius iudicat diem inter diem: alius autem iudicat omnem diem. Rom.14,5.

Dies obseruatis, & menses, & tempora, & annos. Gal.4,10.

Dies Domini sicut fur in nocte, ita veniet. 1.Thess.5,2.

Neque per epistolam tamquam per nos missam, quasi instet dies Domini. 2.Thess.2,2.

Vnus dies apud Dominum sicut mille anni, & mille anni sicut dies vnus. 2.Pet.3,8.

Aduenier autem dies Domini, vt fur. 10.

Angelos verò, qui non seruauerunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium, in iudicium magni diei, vinculis æternis sub caligine reseruauit. Iudæ v.6.

Et ab ira Agni: quoniam veniet dies magnus iræ ipsorum: & quis poterit stare? Apoc.6,17.

DIFFAMO.

Diffamauit nomen pessimum. Deut.22,19.

Diffamat in nos peccata disciplinæ nostræ. Sap.2,12. Luc.16,1. 1.Thess.1,8.

DIFFERENTIA.

Vt differentias noueritis mundi & immundi, & sciatis quid comedere, & quid respuere debeatis. Leuit.11,47.

DIFFERO.

Absque dilatione transgredere, ne fortè absorbeatur rex, & omnis populus, qui cum eo est. 2.Reg.17,16.

Audiuit Dominus & distulit, & ignis accensus est in Iacob. Psal.77,1.

Non tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem. Subitò enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te. Eccli.5,8.

DIFFICILE.

Si difficile vobis visum aliquid fuerit, referte ad me, & ego audiam. Deut.1,17.

Non est Domino difficile saluare, vel in multis, vel in paucis. 1.Reg.14,6.

Tria sunt difficilia mihi, & quartum penitus ignoro: Viam aquilæ in cælo, viam colubri super petram, viam nauis in medio mari, & viam viri in adolescentia. Talis est & via mulieris adulteræ. Prou.30,18.

Cunctæ res difficiles, non potest homo eas explicare sermone. Eccles.1,8.

Difficilè æstimamus quæ in terra sunt: & quæ in prospectu sunt, inuenimus cum labore. Quæ autem in cælis sunt quis inuestigabit? Sap.9,16.

Duæ species difficiles & periculosæ mihi apparuerunt, difficilè exuitur negotians à negligentia: & non iustificabitur caupo à peccatis labiorum. Eccli.26,28.

Numquid mihi difficile erit omne verbum? Ierem.32,27. Zach.8,6.

Sicut & in omnibus epistolis, loquens in eis de his: in quibus sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & instabiles deprauant, sicut & ceteras Scripturas, ad suam ipsorum perditionem. 2.Pet.3,16.

DIFFIDENTIA.

Propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ. Ephes.5,6.

DIFFVGIO.

Comitatus eius diffugit ab eo. Ierem.52,8.

DIFFVNDO.

Diffusa est gratia in labiis tuis. Psal.44,3.

Vinum, &c. sicut regulus venena diffundet. Prou.23,32.

Spiritus diffundetur tamquam mollis aër. Sap.2,3. † 5,15. Act.1,18.

Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris. Rom.5,5.

DIGERO.

Digere paulisper vinum, quo mades. 1.Regum 1,14.

Cùm digessisset vinum Nabal. † 25,37.

DIGITVS.

Digitus Dei est hic. Exod.8,19.

Cum.

Cumque intinxerit digitum in sanguine, adsperget eo septies coram Domino contra velum Sanctuarij. Leuit.4,6.

Tace, & pone digitum super os tuum. Iudic.18,19.

Digitos viginti quatuor habet vir excelsus. 2.Reg.21,20.

Minimus digitus meus grossior est dorso patris mei. 3.Reg.12,10.

Attendite me, & obstupescite, & superponite digitum ori vestro. Iob 21,5.

Videbant me iuuenes, & abscondebantur: & senes assurgentes stabãt: principes cessabant loqui, & digitum superponebant ori suo. † 29,9,10.

Quis appendit tribus digitis molem terræ, & librauit in pondere montes, & colles in statera? Isa.40,12.

Si abstuleris de medio tui catenam, & desieris extendere digitum, & loqui quod non prodest. † 58,9.

Apparuerunt digiti, quasi hominis scribentis contra candelabrum in superficie parietis aulæ regiæ. Dan.5,5.

Misit digitos suos in auriculas eius: & expuens tetigit linguam eius. Marc.7,33.

Si in digito Dei eiicio dæmonia: profectò peruenit in vos regnum Dei. Luc.11,20.

Pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti sui in aquam, vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. † 16,24.

DIGNOSCOR.

In lingua enim sapientia dignoscitur. Eccli.4,29.

DIGNVS, DIGNITAS.

Omnisque dignitas, quæ singulis locis ac operibus præerat. Esth.9,3.

Peccaui, & verè deliqui, &, vt eram dignus, non recepi. Iob 33,27.

Positum stultum in dignitate sublimi, & diuites sedere deorsum. Eccles.10,6.

Quoniam digni sunt qui sint ex parte illius. Sap.1,16.

Et ero dignus sedium patris mei. † 9,12.

Digni quidem illi carere luce, & pati carcerem tenebrarum, qui inclusos custodiebant filios tuos. † 18,4.

Ne tradas alteri gloriam tuam, & dignitatem tuam genti alienæ. Baruch 4,3.

Dignus fratribus tuis effectus particeps, suscipe mortem, vt in illa miseratione cum fratribus tuis te recipiam. 2.Mach.7,29.

Non sum dignus vt intres sub tectum meum. Matth.8,8.

Interrogate, quis in ea dignus sit: & ibi manete donec exeatis. † 10,11.

Qui amat patrem aut matrem plus quàm me, non est me dignus. 37.

Nuptiæ quidem paratæ sunt, sed qui inuitati erant, non fuerunt digni. † 22,8.

Cuius non sum dignus procumbens soluere corrigiam calceamentorum eius. Mar.1,7.

Dignus est vt hoc illi præstes, diligit enim gentem nostram. Luc.7,5.

Meipsum non sum dignum arbitratus vt venirem ad te: sed dic verbo, & sanabitur puer meus. 7.

Illi verò, qui digni habebuntur sæculo illo, & resurrectione ex mortuis, neque nubent neque ducent vxores, neque enim vltrà mori poterunt. † 20,35.

Cuius ego non sum dignus vt soluam eius corrigiam calceamenti. Ioan.1,27.

Et illi quidem [Apostoli] ibant gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Act.5,41.

Non sum dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus sum Ecclesiam Dei. 1.Cor.15,9.

Tantùm dignè Euangelio Christi conuersamini. Philip.1,27.

Qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine. Colos.1.12.

Egentes, angustiati, afflicti: quibus dignus non erat mundus. Hebr.11,38.

Dignus es Domine Deus noster accipere gloriam, & honorem, & virtutem. Apoc.4,11.

Dignus es Domine accipere librum, & aperire signacula eius. † 5,9.

DIIVDICO.

Nónne auris verba diiudicat? Iob 12,11.

Guttur escas gustu diiudicat. † 34,3.

In medio autem deos diiudicat. Psal.81,1. Prou.18,18.

In igne Dominus diiudicabit. Isa. 66,16. Dan.13,51.

Faciē ergo cæli diiudicare nostis. Matth.16,4.

Si nos hodie diiudicamur in benefacto hominis infirmi. Act.4,9.

Iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini. 1.Cor.11,29.

Diiudicatur ab omnibus. † 14,24,29.

DILABOR.

Dilapsusque est populus ab eo. 1.Reg 13,8.

DILACERO.

Dilacerauit leonem, quasi hœdum in frusta discerpens. Iudic.14,6.

Ite Angeli veloces ad gentem conuulsam, & dilaceratam. Isa.18,2,7. Ierem.23,1. Nahum 2,10. † 3,1.

DILANIO.

Vix discedit dilanians eum. Luc.9,39.

DILATO.

Dilataberis ad Orientem, & Occidentem, & Septemtrionem, & Meridiem. Gen.28,14.

Et dilatauero terminos tuos, nullus insidiabitur terræ tuæ. Exod.34,24.

Dilata-

Dilatatum est os meum super inimicos. 1.Reg.2,1.
Et dilataueris terminos tuos. 1.Par.4,10.
Dilatasti gressus meos subtus me. Psal.17,37.
Dilatauerunt super me os suum. † 34,21.
Dilata os tuum, & implebo illud. † 80,11.

DILIGENTIA.

Diligentia Gedeon. De nocte consurgens, & omnis populus cum eo venit ad fontẽ. Iudic.7,1.
Diligentia Ruth. Ruth 2,7.
Diligentia & multitudo impiorum in cultu Deorum. Sanctificate diem sollemnem Baal. Vocauitque & misit in vniuersos terminos Israel, & venerunt cuncti serui Baal: non fuit residuus ne vnus quidem, qui non veniret. 4.Reg.10,21.
Sit timor Domini vobiscum, & cum diligentia cuncta facite. 2.Par.19,7.

DILIGO.

In tantum dilexit eam [Isaac Rebeccam] vt dolorem, qui ex morte matris eius acciderat, temperaret. Gen,24,67.
Israel autem diligebat Ioseph super omnes filios suos, eò quòd in senectute genuisset eum. † 37,3.
Diliges amicum tuum sicut teipsum. Leuitici 19,18.
Quia dilexit patres tuos, & elegit semen eorum post eos. Deut.4,37.
Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. † 6,5.
Sed quia dilexit vos Dominus, & custodiuit iuramentum, quod iurauit patribus vestris. † 7,8.
Circumcidet Dominus Deus cor tuum, & cor seminis tui: vt diligas Dominum Deum tuum in toto corde tuo. † 30,6.
Dilexit populos, omnes sancti in manu illius sunt. † 33,3.
Hoc tantùm diligentissimè præcauete, vt diligatis Dominum Deum vestrum. Iosu.23,11.
Qui autem diligunt te, sicut sol in ortu suo splendet, ita rutilent. Iudic.5,31.
Quia Annam diligebat. 1.Reg.1,5.
Venit Dauid ad Saul, & stetit coram eo: at ille dilexit eum nimis. † 16,21.
Anima Ionathæ conglutinata est animæ Dauid, & dilexit eum Ionathas quasi animam suam. † 18,1.
Diligebat enim eum quasi animam suam. Nam expoliauit se Ionathas tunica, qua erat indutus, & dedit eam Dauid. 4.
Omnis autem Israel & Iuda diligebat Dauid: ipse enim ingrediebatur, & egrediebatur ante eos. 16.
Dilexit autem Dauid Michol filia Saul altera. 20.
Et addidit Ionathas deierare Dauid, eò quòd diligeret eum: sicut enim animam suam, ita diligebat eum. † 20, 17.
Diligis filium Isai in confusionem tuam. 30
Vocauit nomen eius Salomon, & Dominus dilexit eum. † 12,24.
Noluit [Dauid] contristare spiritum Amnon filij sui, quoniam diligebat eum, quia primogenitus erat ei. 2. Reg.13,21.
Diligis odientes te, & odio habes diligentes te. † 19,6.
Dilexit autem Salomon Dominum, ambulans in præceptis Dauid patris sui, excepto quòd immolabat in excelsis. 3.Reg.3,3.
Quia dilexit Dominus populum suum, idcircò te regnare fecit. 2.Par.2,11.
Tobias verò cum filio suo, & cum vxore fugiens, nudus latuit, quia multi diligebant eum. Tob.1,23.
Quem maximè diligebam, auersatus est me. Iob 19,19.
Vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? Psal.4,3.
Diligam te Domine fortitudo mea. † 17,2.
Dilexi decorem domus tuæ. † 25,8.
Diligite Dominũ omnes sancti eius. † 30,24.
Canticum pro dilecto. Titulus Psalmi 44.
Dilexisti iustitiã, & odisti iniquitatem. † 44,8.
Dilexisti malitiam super benignitatẽ. † 51,5.
Vt liberentur dilecti tui. † 59,7.
Rex virtutum dilecti dilecti. † 67,13.
Dilexerunt eum in ore suo. † 77,36.
Quàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum. † 83,2.
Diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob. † 86,2.
Qui diligitis Dominum, odite malũ. † 96,10.
Dilexit maledictionem, & veniet ei. † 108,18.
Dilexi, quoniam exaudiet Dominus vocem orationis meæ. † 114,1.
Quem enim diligit Dominus, corripit: & quasi pater in filio complacet sibi. Prou.3,12.
Ego diligentes me diligo; & qui manè vigilauerint ad me, inuenient me. † 8,17.
Omni tempore diligit qui amicus est: & frater in angustiis comprobatur. † 17,17.
Quid dilecte mi, quid dilecte vteri mei, quid dilecte votorum meorum? † 31,2.
Tempus dilectionis, & tempus odij. Ecclesi.3,8.
Recti diligunt te. Cantic.1,3.
Dilectus meus mihi, & ego illi. † 2,16.
Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus. † 5,10.
Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi. † 6,2.
Fortis est vt mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio: lampades eius, lampades ignis atque flammarum. † 8,6.
Si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam. 7.
Cura

Cura ergo disciplinæ, dilectio est: & dilectio, custodia legum illius est. Sap.6,19.

Amicos Dei, & prophetas constituit. Neminem enim diligit Deus, nisi eum, qui cum sapientia inhabitat. † 7,28.

Diligis enim omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum quæ fecisti. † 11,25

Diligit mortuæ imaginis effigiem sine anima. † 15,5.

Dilectio Dei honorabilis sapientia. Eccli.1,14.

Qui diligunt eum, replebuntur lege ipsius. † 2,19.

Seruus sensatus sit tibi dilectus quasi anima tua, non defraudes illum libertate, neque inopem derelinquas illum. † 7,23.

In omni virtute tua dilige eum qui te fecit. 32.

Non te pigeat visitare infirmum: ex his enim in dilectione firmaberis. 39.

Sapientia & disciplina, & scientia legis apud Deum. Dilectio, & viæ bonorum apud ipsum. † 11,15.

Omni vita tua dilige Deum, & inuoca illum in salute tua. † 13,18.

Timor Dei initium dilectionis eius. † 25,16.

Qui diligit filium, assiduat illi flagella, vt lætetur in nouissimo suo, & non palpet proximorum ostia. † 30,1.

Spes enim illorum in saluantem illos, & oculi Dei in diligentes se. † 34,15.

Dilectus Deo & hominibus Moyses: cuius memoria in benedictione est. † 45,1.

Dilectus à Domino Deo suo Samuel propheta Domini, renouauit imperium, & vnxit principes in gente sua. † 46,16.

De omni corde suo [Dauid] laudauit Dominum, & dilexit Deum, qui fecit illum. † 47,10.

Ex quo honorabilis factus es in oculis meis, & gloriosus: ego dilexi te, & dabo homines pro te, & populos pro anima tua. Noli timere, quia ego tecum sum: ab Oriente adducam semen tuum. Isa.43,4.

Dominus dilexit eum. † 48,14.

In dilectione sua, & in indulgentia sua ipse redemit eos, & portauit eos, & eleuauit cunctis diebus sæculi: ipsi autem ad iracundiam prouocauerunt, & afflixerunt spiritū sancti eius. † 63,9,10.

Quid niteris bonam ostendere viam tuam ad quærendam dilectionem, quæ insuper & malitias docuisti vias tuas, & in alis tuis inuentus est sanguis animarum pauperum? Ierem.2,33.

Quid est, quòd dilectus meus in domo mea fecit scelera multa? numquid carnes sanctæ auferent à te malitias tuas, in quibus gloriata es? † 11,15.

Dilige mulierem dilectam amico & adulteram: sicut diligit Dominus filios Israel, & ipsi respiciunt ad deos alienos, & diligunt vinacia vuarum. Osee 3,1.

Sanabo contritiones eorum, diligam eos spontaneè. † 14,5.

His plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me. Zach.13,6

Dilexi vos, dicit Dominus, & dixistis: In quo dilexisti nos? Nónne frater erat Esau Iacob? Malach.1,3.

Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Matth.22,37.

Iesus autem intuitus eum, dilexit eum, & dixit ei: Vnum tibi deest: vade, quæcumque habes vende, & da pauperibus. Marc.10,21.

Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Luc.7,47.

Sic enim Deus dilexit mundum, vt Filium suum vnigenitum daret. Ioan.3,16.

Pater diligit Filium: & omnia dedit in manu eius. 35.

Pater enim diligit Filium, & omnia demonstrat ei? † 5,20.

Sed cognoui vos, quia dilectionem Dei non habetis in vobis. 42.

Propterea me diligit Pater: quia ego pono animam meam vt iterum sumam eam. † 10,17.

Diligebat autem Iesus Martham, & sororem eius Mariam, & Lazarum. † 11,5.

Cùm dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. † 13,1.

In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem. 35.

Si diligitis me, mandata mea seruate. † 14,15.

Qui autem diligit me, diligetur à Patre meo: & ego diligam eū, & manifestabo ei meipsum. 21.

Sed vt cognoscat mundus quia diligo Patrem, & sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio. 31.

Vt dilectio, qua dilexisti me, in ipsis sit, & ego in ipsis. † 17,26.

Simon Ioannis diligis me plus his? Dicit ei: Etiam Domine. † 21,15.

Omnibus qui sunt Romæ, dilectis Dei, vocatis sanctis. Rom.1,7.

Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum iis, qui secundùm propositum vocati sunt sancti. † 8,28.

Sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos. 37.

Dilectio sine simulatione. † 12,9.

Nemini quidquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis: qui enim diligit proximum, legem impleuit. † 13,8.

Certus sum autem fratres mei & ego ipse de vobis, quoniam & ipsi pleni estis dilectione, repleti omni scientia. † 15,14.

Si quis autem diligit Deum, hic cognitus est ab eo. 1.Cor.8,3.

Licet plus vos diligens, minus diligar. 2.Corinth.12,15.

Quod autem nunc viuo in carne: in fide viuo

filij Dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Gal.2,20.

Dilectionem in omnes sanctos, non cesso gratias agens. Ephes.1,15.

Ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos. † 5,2.

Viri diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea. 25.

Viri debent diligere vxores suas vt corpora sua. 28.

Qui suam vxorem diligit, seipsum diligit. Nemo enim vmquam carnem suam odio habuit: sed nutrit & fouet eam, sicut & Christus Ecclesiam. 29.

Gratia cum omnibus, qui diligunt Dominum nostrum Iesum Christũ in incorruptione. Amen. † 6,24.

Et dilectionem, quam habetis in sanctos omnes, propter spem, quæ reposita est vobis in cælis. Coloss.1,5.

Ipsi enim vos à Deo didicistis vt diligatis inuicem. 1.Thess.4,9.

Qui dilexit nos, & dedit consolationem æternam, & spem bonam in gratia, exhortetur corda vestra. 2.Thess.2,5.

Festina ad me venire citò: Demas enim me reliquit, diligens hoc sæculum. 2.Tim 4,9.

Quem cùm non videritis, diligitis. 1.Pet.1,8.

Qui diligit fratrem suum, in lumine manet, & scandalum in eo non est. 1.Ioan.2,10.

Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt. 15.

Translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. † 3,14.

Non diligamus verbo, neque lingua, sed opere & veritate. 18.

Omnis, qui diligit, ex Deo natus est, & cognoscit Deum. † 4,8.

Non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos. 10.

Nos ergo diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos. 19.

Qui diligit eum qui genuit, diligit & eum qui natus est ex eo. † 5,1.

Senior Electæ dominæ, & natis eius, quos ego diligo in veritate. 2.Ioan.v.1.

In Spiritu sancto orantes, vosmetipsos in dilectione Dei seruate. Iudæ v.21.

Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Apoc.1,5.

Scient quia ego dilexi te, quoniam seruasti verbum patientiæ meæ. † 3,10.

DILVCESCO.

Et cœperit dilucescere, pergite. 1.Reg.29,10. 2.Reg.17,22. 4.Reg.10,9.

DILVCVLVM.

Reuersum est [mare] primo diluculo ad priorem locum. Exod.14,27.

Numquid post ortum tuum præcepisti diluculo? Iob 38,12.

Benè consurgit diluculo qui quærit bona. Prou.11,27.

Quasi diluculum præparatus est egressus eius, & veniet quasi imber nobis temporaneus, & serotinus terræ. Osee 6,3.

DILVVIVM.

Ecce ego adducam aquas diluuij super terram, vt interficiam omnem carnem, in qua spiritus vitæ est subter cælum: vniuersa quæ in terra sunt, consumentur. Gen.6,17.

Neque erit deinceps diluuium dissipans terram. † 9,11.

Dominus diluuium inhabitare facit. Psalmo 28,10.

In diluuio aquarum multarum, ad eum non approximabunt. † 31,6.

Et in diluuio prætereunte, consummationem faciet loci eius. Nahum 1,8.

Et non cognouerunt donec venit diluuium, & tulit omnes. Matth.24,39.

Sed octauum Noë iustitiæ præconem custodiuit, diluuium mundo impiorum inducens. 2.Pet.2,5.

DIMETIOR.

Conuallem tabernaculorum dimetiar. Psalmo 107,8.

Profundũ abyssi quis dimensus est? Eccli.1,2.

DIMICO.

Dominus in fortibus dimicauit. Iudic.5,13.

Dimicaui aduersum Rabbath, & capienda est Vrbs aquarum. 2.Reg.12,27.

Non eritis vos qui dimicabitis, sed tantummodò confidenter state. 2.Par.20,17. Isa.29,7. 2.Mach.15,17.

Si autem dimicaueritis aduersum Chaldæos, nihil prosperum habebitis. Ierem.32,5.

DIMIDIVM.

Dimidium sicli, iuxta mensuram templi. Exod.30,13.

Date dimidiam partem vni, & dimidiam partem alteri. 3.Reg.3,25.

Qui videbat dimidium requietionum. 1.Paral.2,52.

De omnibus autem, quæ possidebat Raguel, dimidiam partem dedit Tobiæ. Tob.8,24.

Dimidiam partem omnis substantiæ suæ in pueris, in puellis, in pecudibus, in camelis, & in vaccis, & in pecunia multa. † 10,10. † 11,14.

Quid vis Esther regina? quæ est petitio tua? etiam si dimidiam partem regni petieris, dabitur tibi. Esth.5,3. † 7,2.

Quid enim pertinet ad eum de domo sua post se, & si numerus mensium eius dimidietur? Iob 21,21.

Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos. Psal.54,24.

Ne

Ne reuoces me in dimidio dierum meorum. † 101,25.

Solidi vix reddet dimidium. Eccli.20,7.

In dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi. Isa.38,10.

Vsque ad tempus, & tempora, & dimidium temporis. Dan.7 25 † 9,27.

Licet dimidium regni mei. Mar.6,23.

Per tres dies & dimidium. Apoc.11,9.† 12,14.

DIMINVO.

Si quis diminuerit de verbis libri prophetiæ huius, auferet Deus partem eius de libro vitæ. Apoc.22,19.

DIMITTO.

Ego scio quòd non dimittet vos rex Aegypti vt eatis,nisi per manum validam. Exod.3,19.

Dimitte populum meum. † 7,16.

Quid voluimus facere, vt dimitteremus Israel ne seruiret nobis? Iunxit ergo [Pharao] currum,& omnem populum suum assumpsit secum. † 14,5.

Dimitte me obsecro ad vnam partem sacerdotalem. 1.Reg.2,36.

Dimittite arcam Dei Israel, & reuertatur in locum suum, & non interficiat nos cum populo nostro. † 5,11.

Dimittam te manè. † 9,19.

Quare sic illusisti mihi, & dimisisti inimicum meum vt fugeret? † 19,17.

Venit Abner ad te: quare dimisisti eum? 2.Reg.3,24.

Dimitte me, vt vadam in terram meam. 3.Reg.11,21.

Quia dimisisti [Benadad] virum dignum morte de manu tua,erit anima tua pro anima eius, & populus tuus pro populo eius. † 20,42.

Non dimittam te. 4.Reg.4,30.

Postquam dimisit Husim & Bara vxores suas. 1.P.r.·,8.

Dimisi eos secundùm desideria cordis eorum. Psal.80,13.

Si dimittetur iniquitas hæc vobis donec moriamini. Isa.22,14.

Dimittetur iniquitas domui Iacob. † 27,9.

Si dimiserit vir vxorem suam, & recedens ab eo, duxerit virum alterum: numquid reuertetur ad eam vltrà? Ierem.3,1.

Dimittat vnusquisque fratrem suũ Hebręum, qui venditus est ei, & seruiet tibi sex annis. † 34,14.

Dimittam animas,quas vos capitis,animas ad volandum. Ezech.13,20.

Vxorem adolescentiæ tuæ noli despicere. Cùm odio habueris,dimitte. Malach.2,15.

Voluit occultè dimittere eam. Matth.1,19.

Omnis, qui dimiserit vxorem suam, excepta fornicationis causa,facit eam mœchari. † 5,32.

Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum: dimittet & vobis pater vester cælestis delicta vestra. † 6,14.

Et cùm stabitis ad orandum, dimittite si quid habetis aduersus aliquem: vt & Pater vester qui in cælis est, dimittat vobis peccata vestra. Marc.11,25.

Tolle hunc, & dimitte nobis Barabbam. Luc.23,18.

Vultis ergo dimittam vobis regem Iudæorum? Ioan.18,39.

Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris. † 19,12.

Dimitti poterat homo hic, si non appellasset Cæsarem. Act.26,32.

Interrogationem de me habuissent,voluerunt me dimittere, eò quòd nulla esset causa mortis in me. † 28,18.

Et vir vxorem non dimittat. 1.Cor.7,11.

DINA.

Dinæ curiositas punita. Gen.34,2.

DINVMERO.

Dinumerabo eos,& super arenam multiplicabuntur. Psal.138,18.

DIONYSIVS.

Quidam verò viri adhærentes ei, crediderunt: in quibus & Dionysius Areopagita,& mulier nomine Damaris,& alij cum eis. Act.17,34.

DIORYX.

Ego quasi fluuij Dioryx. Eccli.24,41.

DIOTREPHES.

Diotrephes non recipit nos. 3.Ioan.v.10.

DIPLOIS.

Operiantur sicut diploide confusione sua. Psal.108,29.

Circumdabit te Deus diploide iustitiæ, & imponet mitram capiti honoris æterni. Baruch 5,2.

DIPONDIVS.

Nónne quinque passeres væneunt dipondio? Luc.12,6.

DIPSAS.

Et scorpio, & dipsas, & nullæ omnino aquæ. Deut.8,15.

DIRIGO.

Dirigi petit à Deo seruus Abrahæ. Gen.24, 13,50,56.

Dirigit Deus iustum, protegit, reducit. † 28,15.

Dirigit Deus quos mittit. Ostendam vobis quid agere debeatis. Exod.4,15.

Superiores dirigere debent subditos. † 18,20.

Directio Dei. Qui præcessit vos in via, & metatus est locum, in quo tentoria figere deberetis, nocte ostendens vobis iter per ignem, & die per columnam nubis. Deut.1,33.

Diriges viam tuam & intelliges eam. Iosi.1,8.

Directio diuina. Iudic.18,6.

Clara & solida. 1.Reg.9,15.

Ibant autem in directum vaccæ. 1.Regum 6,12.

Directio Dei, & prouidētia. 3.Reg.17,4,9,13.

Cumque requireret [Ozias] Dominum, direxit eum in omnibus. 2.Par.26,5.

Dirigi à Deo petit Esdras, ieiunium & afflictionem prædicans. 1.Esd.8,21.

Omni tempore benedic Deum, & pete ab eo vt vias tuas dirigat, & omnia consilia tua in ipso permaneant. Tob.4,20.

Et vt ascendebat [Iudith] orabat Dominum Deum Israel vt dirigeret viam eius ad liberationem populi sui. Iudith 12,8.

Qui te direxit in vulnera capitis principis inimicorum nostrorum. † 13,24.

Dirige in conspectu tuo viam meam. Psalmo 5,9.

Dirige me in veritate tua. † 24,5.

Apud Dominum gressus hominis dirigentur, & viam eius volet. † 36,23.

Dirige filios eorum. † 89,16.

Tu parasti directiones. † 98,4.

Vtinam dirigantur viæ meæ, ad custodiendas iustificationes tuas. † 118,5.

Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. † 140,2.

Simplicitas iustorum diriget eos: & supplantatio peruersorum vastabit illos. Prou.11,3.

Vir prudens dirigit gressus suos. † 15,21.

Cor hominis disponit viam suam: sed Domini est dirigere gressus eius. † 16,9.

A Domino diriguntur gressus viri: quis autem hominum intelligere potest viam suam? † 20,24.

Dirige in via animum tuum. † 23,19.

Direxit opera eorum in manibus prophetæ sancti. Sap.11,1.

Dirige nos in viam iustitiæ. Eccli.36,19.

Et in his omnibus deprecare Altissimum, vt dirigat in veritate viam tuam. † 37,19.

Suscitaui eum ad iustitiam, & omnes vias eius dirigam. Isa.45,13.

Non est hominis via eius: nec viri est vt ambulet, & dirigat gressus suos. Ierem.10,23.

Dirigite vias vestras & studia vestra. † 18,11.

Statue tibi speculam, pone tibi amaritudines: dirige cor tuum in viam rectam, in qua ambulasti. † 31,21.

DIRIPIO.

Egressus populus diripuit castra Syriæ. 4.Regum 7,16.

Diripit Achaz sacra vasa. 2.Par.28,24.

Diripuerunt eum omnes transeuntes viam. Psal.88,42.

Dirupisti vincula mea: tibi sacrificabo hostiam laudis. † 115,8.

Quis dedit in direptionem Iacob, & Israel vastantibus? nónne Dominus ipse, cui peccauimus? Isa.42,24.

Diuitias & thesauros tuos in direptionem dabo gratis. Ierem.15,13.

DIRVMPO.

Dirupta est terra sub pedibus eorum. Numer.16,31.

Dirumpamus vincula eorum. Psalm.2,3. † 115,16.

Verbum, &c. fidens quòd non te dirumpet. Eccli.19,10.

Dirumpetur spiritus Aegypti. Isa.19,3.

Omne onus dirumpet. † 58,6.

Vtinam dirumperes cælos. † 64,1.

Dirupta est ciuitas. Ierem.52,7.

Dirumpam eos de brachiis. Ezech.13,20.

Diruptus est draco. Dan.14,26.

Dirumpam interiora iecoris. Osee 13,8. Matth.7,6. Marc.2,22. † 5,4.

DIRVO.

Diruam maceriam eius [vineæ] & erit in conculcationem. Isa.5,5.

Templum ad solum dirutum. Nahum 2,6. 1.Mach.4,38. † 6,7.

DIRVS.

Nationis enim iniquæ diræ sunt consummationes. Sap.3,19.

In mortuum produc lacrymas, & quasi dira passus incipe plorare. Eccli.38,16.

DISCALCEATVS.

Vocabitur domus eius in Israel, Domus discalceati. Deut.25,10.

DISCEDO.

Discedere iubetur Dauid à castris Philisthiim. 1.Reg.29,10.

Discedit Tobias ex Niniue. Tob.14,14.

Ne discedas à me. Psal.34,22.

Non discedimus à te, viuificabis nos, & nomen tuum inuocabimus. † 79,19.

Discedite ab hominibus istis, & sinite illos. Act.5,38.

Nisi venerit discessio primùm, & reuelatus fuerit homo peccati. 2.Thes.2,3.

Forsitan enim ideò discessit ad horam à te, vt æternum illum reciperes. Philem.v.15.

Videte fratres, ne fortè sit in aliquo vestrûm cor malum incredulitatis, discedendi à Deo viuo: sed adhortamini vosmetipsos per singulos dies, donec Hodie cognominatur. Heb.3,13.

DISCEPTO.

Cumque acciderit eis aliqua disceptatio, veniunt ad me vt iudicem inter eos. Exod.18,16.

Disceptatio erat mihi & populo meo contra filios Ammon vehemens: vocauique vos, vt præberetis mihi auxilium, & facere noluistis. Iudic.12,2.

DISCERNO.

Et vt habeatis scientiam discernendi inter sanctum & profanum, inter pollutum & mundum. Leuit.10,10.

Vt populum tuum iudicare possit, & discernere inter bonum & malum. 3.Reg.3,9.

Aduo-

Aduocabit cælum desursum, & terram discernere populum suum. Psal.49,4.

Dum discernit cælestis reges super eã.† 67,15.

Qui autem discernit, si manducauerit, damnatus est: quia non ex fide. Rom.14,23.

Quis enim te discernit? 1.Cor.4,7.

Alij discretio spirituum. † 12,10.

DISCO, DISCIPLINA, DISCIPVLVS.

Quòd si nec sic volueritis recipere disciplinã, sed ambulaueritis ex aduerso mihi: ego quoque contra vos aduersùs incedam, & percutiam vos septies propter peccata vestra. Leuit.26,23.

Audi Israel ceremonias atque iudicia, quæ ego loquor in auribus vestris hodie: discite ea, & opere complete. Deut.5,1.

Cognoscite hodie quæ ignorant filij vestri, qui non viderunt disciplinam Domini Dei vestri, magnalia eius & robustam manum, extentumque brachium. Deut.11,2.

Vt discant omnes terrarum populi fortissimam Domini manum. Iosu.4,25.

Vt posteà discerent filij eorum certare cum hostibus. Iudic.3,2.

Exaudi me: vt discat populus iste, quia tu es Dominus Deus. 3 Reg.18,37.

Disciplina tua omnibus prouinciis prædicatur. Iudith 11,6.

Cor eorum longè fecisti à disciplina, propterèa non exaltabuntur. Iob 17,4.

Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus, & pereatis de via iusta. Psal.2,12.

Disciplinam & scientiam doce me. † 118,68.

Audi fili mi disciplinam patris tui. Prou.1,8.

Disciplinam Domini, fili mi, ne abiicias: nec deficias cùm ab eo corriperis. † 3,11.

Audite filij disciplinam patris. † 4,1.

Tene disciplinam, ne dimittas eam: custodi illam, quia ipsa est vita tua. 13.

Cur detestatus sum disciplinam, & increpationibus non acquieuit cor meum? † 5,12.

Accipite disciplinam meam, & non pecuniam: doctrinam magis, quàm aurum eligite. † 8.10.

Audite disciplinam, & estote sapientes, & nolite abiicere eam. 33.

Qui diligit disciplinam, diligit scientiã.† 12,1.

Egestas, & ignominia ei, qui deserit disciplinam. † 13,18.

Stultus irridet disciplinam patris sui. † 15,5.

Qui abiicit disciplinam, despicit animam suam. 32.

Qui euitat discere, incidet in mala. † 17,16.

Sapientiam enim, & disciplinam qui abiicit, infelix est: & vacua est spes illorum, & labores sine fructu, & inutilia opera eorum. Sap.3,11.

Initium enim illius verissima est disciplinæ concupiscentia. † 6,18.

Cura ergo disciplinæ dilectio est: & dilectio, custodia legum illius est. 19.

Quam [sapientiam] sine fictione didici, & sine inuidia communico, & honestatem illius non abscondo. † 7,13.

Cùm ergo das nobis disciplinam, inimicos nostros multipliciter flagellas. † 12,22.

In thesauris sapientiæ significatio disciplinæ: execratio autem peccatori, cultura Dei. Eccli.1.32.

Addidit illis disciplinam, & legem vitæ hereditauit illos. † 17,9.

Qui mittit disciplinam sicut lucem. † 24,37.

In multitudine disciplinæ Dominus separauit eos, & immutauit vias eorum. † 33,11.

Vir autem disciplinatus & eruditus custodiet se. † 40,31.

Disciplinam in pace conseruate filij. † 41,17.

Et de multa disciplina filiorum, & seruo pessimo latus sanguinare. † 42,5,8.

Suscipiet anima vestra disciplinam; in proximo est enim inuenire eam. † 51,34.

Liga testimonium, signa legem in discipulis meis. Isa 8,16

Attritus est propter scelera nostra: disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus. † 53,5.

Frustrà percussi filios vestros, disciplinam non receperunt: deuorauit gladius vester prophetas vestros, quasi leo vastator generatio vestra. Ierem.2,30.

Attriuisti eos, & renuerunt accipere disciplinam: indurauerunt facies suas supra petrã. † 5,3.

Hæc est gens, quæ non audiuit vocem Domini Dei sui, nec recepit disciplinam. † 7,28.

Iuxta vias Gentium nolite discere: & à signis cæli nolite metuere. † 10,2.

Si mutare potest Aethiops pellem suã, aut pardus varietates suas: & vos poteritis benefacere, cùm didiceritis malum. † 13,23.

Cùm docerem eos diluculo, & erudirem, & nolent audire vt acciperent disciplinã. † 32,33.

Numquid non recipietis disciplinam, vt obediatis verbis meis? † 35,13.

Viam autem disciplinæ ignorauerunt, neque intellexerunt semitas eius. Baruch 3,20.

Hic adinuenit omnem viam disciplinæ, & tradidit illam Iacob puero suo. 37.

Non audiuit vocem, & non suscepit disciplinam. Soph.3,2.

Non est discipulus super magistrum. Matthæi 10,24.

Quare discipuli Ioannis ieiunant frequenter, & obsecrationes faciunt, similiter & Pharisæorum: tui autem edunt & bibunt? Luc.5,33.

Omnis ex vobis, qui non renuntiat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. † 14,33.

Si vos manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis. Ioan.8,31.

Numquid & vos vultis discipuli eius fieri. † 9,27.

Pontifex ergo interrogauit Iesum de discipulis suis,& de doctrina eius. † 18,19.

Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his. † 21,24.

Verbum autem Domini crescebat, & multiplicabatur numerus discipulorum in Ierusalem valdè. Act.6,7.

Omnes timebant eum [Saulum] non credentes quòd esset discipulus. † 9,26.

Discipuli quoque replebantur gaudio,& Spiritu sancto. † 13,52.

Vos autem non ita didicistis Christum, si tamen illum audistis,& in ipso edocti estis,sicut est veritas in Iesu. Ephes.4,20.

Si qua laus disciplinæ,hęc cogitate.Philip.4,8

Captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis,quæ ducuntur variis desideriis: semper discentes, & numquam ad scientiam veritatis peruenientes. 2 Timoth.3,7.

Et quidem cùm esset Filius Dei, didicit ex eis, quæ passus est,obedientiam. Heb.5,8.

Fili mi, noli negligere disciplinam Domini: neque fatigeris dum ab eo argueris. † 12,5,8.

Omnis autem disciplina, in præsenti quidem videtur non esse gaudij, sed mœroris: posteà autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitiæ. 11.

DISCOLOR.

Numquid auis discolor hereditas mea mihi? numquid auis tincta per totum? Ierem.12,9.

Vestiui te discoloribus. Ezech.16,10.

DISCOOPERIO.

Discooperiet caput eius,& ponet super manus illius sacrificium recordationis, & oblationem zelotypiæ. Num.5,18.

Discooperto pallio à pedibus eius, se proiecit. Ruth 3,7.

DISCORDIA.

Pedes veloces ad currendum in malum, proferentem mendacia testem fallacem, & eum qui seminat inter fratres discordias. Prou.6,19.

Qui meditatur discordias,diligit rixas.† 17,19. Matth.12,24. 2.Timoth.2,23.

DISCRIMEN.

Barac vestigia sunt secuti, qui quasi in præceps ac barathrum se discrimini dedit: diuiso contra se Ruben. Iudic.5,15.

DISCRIMINO.

Discriminauit crinem capitis sui. Iudith 10,3.

Mitras & discriminalia. Isa.3.20.

DISCOCTVM.

Efferbuit coctio eius, & discocta sunt ossa illius. Ezech.24,5.

DISCVMBO.

Discumbebant super faciem vniuersæ terræ, comedentes & bibentes, & quasi festum celebrantes diem, pro cuncta præda. 1.Reg.30,16. Luc.12,37.

DISCVRRO.

Filiæ discurrerunt super murum. Gen.49,22.

Dominus dedit tonitrua,& grandinem,& discurrentia fulgura super terram. Exod.9,23.

Magnificentia eius discurrunt nubes. Deuteron.33,26.

Discurre,festina,suscita amicum. Prou.6,3.

Fulgebunt iusti,& tamquam scintillę in arundineto discurrent. Sap.3,7.

Visio discurrens in medio animalium. Ezechiel.1,13. Nahum 2,4. Zach. 4,10.† 6,7.

Per aëra equites discurrentes.2.Mach.5,2,26.

DISCVS.

Sacerdotes, &c. sacrificiis neglectis festinarent participes fieri palæstræ, & præbitionis eius iniustæ, & in exercitiis disci. 2. Mach.4,14. Marc. 6,25.

DISERTVS.

Disertus, mobilis, incoinquinatus [spiritus.] Sap.7,22.

Sapientia aperuit os mutorum,& lingas infantium fecit disertas. Sap.10,21.

DISPENSO.

Dispensatorem informant fratres Ioseph de pecunia. Gen.43,19.

Abdiam,dispensatorē domus suæ.3.Reg.18,3.

Hic iam quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur. 1.Cor.4,2.

Si tamen audistis dispensationem gratiæ, quæ data est mihi in vobis. Ephes.3,2.

DISPERDO.

Non enim ascendam tecum,quia populus duræ ceruicis es: ne fortè disperdam te in via. Exod.33,3.

Cumque extendisset manum suam Angelus Domini super Ierusalem vt disperderet eam, misertus est Dominus super afflictione. 2. Regum 24,16.

Noluit autem Dominus disperdere Iudam, propter Dauid. 4. Regum 8,19. † 13,23. 2.Par.21,7.

Latrunculos filiorum Ammon: & immisit eos in Iudam,vt disperderent eum. † 24,2.

Ne disperdas. Titul.Psal.56.† 57.† 58.

In matutino interficiebam omnes peccatores terræ: vt disperderem de ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem. Psal 100,8.

Et dixit vt disperderet eos. † 105,23.

Disperdet Dominus ab Israel caput & caudam, incuruantem & refrænantem die vna. Isa.9,14.

DISPEREO.

Deos alienos, coluerisque illos & adoraueris: ecce nunc prædico tibi quòd omnino dispereas. Deut.8,19.

Disperierunt in Endor. Psal.82,11.

DISPER-

DISPERGO.

Reliqui autem dispersi sunt, ita vt non relinquerentur in eis duo pariter. 1.Reg.11,11.

Vidi cunctum Israel dispersum in montibus, quasi oues non habentes pastorem. 3.Reg.22,17.

Quoniam ideò dispersit vos inter gentes, quæ ignorant eum, vt vos enarretis mirabilia eius. Tob.13,4.

Et fratres nostri, qui dispersi sunt à terra Israel, reuertentur ad eam. † 14,6.

Disperge illos in virtute tua, & depone eos. Psal.58,12.

Dispergentur ad manducandum. 16.

Dispersit, dedit pauperibus. † 111,9.

Dispersiones Israelis congregabit. † 146,2.

Non recesserunt à peccatis suis, vsque dum eiecti sunt de terra sua, & dispersi sunt in omnem terram. Eccli.48,16.

Ait Dominus Deus, qui congregat dispersos Israel: adhuc congregabo ad eum congregatos eius. Isa.56,8.

Dispergam eos in Gentibus, quas non nouerunt ipsi & patres eorum. Ierem.9,16.

Dispergam eos virum à fratre suo, & patres & filios pariter. † 13,14.

Qui dispersit Israel, congregabit eum. † 31,10.

Dispergam eos in omnem ventum, qui sunt attonsi in comam. † 49,32.

Dispergam te in nationes, & ventilabo te in terras. Ezech.22,15.

In quatuor ventos cæli dispersi vos Zach.2,6.

Dispersi eos per omnia regna, quæ nesciunt: & terra desolata est ab eis. † 7,14.

Omnes dispersi sunt per regiones Iudææ & Samariæ, præter Apostolos. Act.8,1.

DISPERTIO.

Ideò dispertiam plurimos, & fortium diuidet spolia. Isa.53,12.

Si domus super semetipsam dispertiatur, non potest domus illa stare. Marc.3,25.

Apparuerunt illis dispartitæ linguæ tamquam ignis. Act.2,3.

DISPLICEO.

Displicuit sermo in oculis Samuelis, eò quòd dixissent: Da nobis regem, vt iudicet nos. Et orauit Samuel ad Dominum. 1.Reg.8,6.

Displicuit verbum hoc, quod fecerat Dauid, coram Domino. 2.Reg.11,27.

Numerate Israel, &c. displicuit autem Deo quod iussum erat. 1.Par.21,7.

Displicebunt sibimet super malis quæ fecerunt. Ezech.6,9. † 20,43.

DISPONO.

Disposita domo sua, suspendio interiit [Achitophel] & sepultus est in sepulchro patris sui. 2.Reg.17,23.

Vt sciam dispositionem orbis terrarum, & virtutes elementorum. Sap.7,17.

Disponit omnia suauiter. † 8,1.

Omnes viæ eius secundùm dispositionẽ eius: sic homo in manu illius, qui se fecit, & reddet illi secundùm iudicium suum. Eccli.33,14.

Cetera autem cùm venero, disponam. 1.Corinth.11,34.

DISPVTO.

Disputauit [Salomon] super lignis, à cedro, quæ est in Libano, vsque ad hyssopum, quæ egreditur de pariete. 3.Reg.4,33.

Disputare cum Deo cupio. Iob 13,3.

Numquid contra hominem disputatio mea est? † 21,4.

Mundum tradidit disputationi eorum, vt non inueniat homo opus, quod operatus est Deus ab initio vsque ad finem. Eccles.3,11.

Iustus quidem tu es Domine, si disputem tecum. Ierem.12,1.

Disputantes cum Stephano: & non poterant resistere sapientiæ, & Spiritui qui loquebatur. Act.6,10.

Loquebatur quoque [Paulus] Gentibus, & disputabat cum Græcis: illi autem quærebant occidere eum. † 9,29. † 17,17.

Disputabat in synagoga per omne sabbatum, interponens nomen Domini Iesu. † 18,4.

Cum fiducia loquebatur per tres menses, disputans & suadens de regno Dei. † 19,8.

Neque in templo inuenerunt me cum aliquo disputantem, aut concursum facientem turbæ, neque in synagogis. † 24,12.

DISQVIRO.

Curiosiùs partes singulas quasque disquirere, historiæ congruit auctori. 2.Mach.6,2,32.

DISRVMPO.

Disrumpet illos inflatos sine voce. Sap.4,19.

DISSECO.

Fecit [Dauid] super eos tribulas, & trahas, & ferrata carpenta transire, ita vt dissecarentur, & contererentur. 1.Par.20,3.

Eò quòd dissecuerit prægnantes Galaad, ad dilatandum terminum suum. Amos 1,13.

Hæc cùm audissent, dissecabantur, & cogitabant interficere illos, Act.5,33. † 7,54.

DISSEMINO.

Tres isti filij sunt Noë: & ab his disseminatum est omne genus hominum. Gen.9,19.

Labia sapientium disseminabunt scientiam. Prou.15,7.

Disseminabo eos quasi stipulam. Ierem.13,24. Ezech.12,15.

Disseminabatur autem verbum Domini per vniuersam regionem. Act.13,49.

DISSENSIO.

Dissensio itaque facta est in turba propter eum. Ioan.7,43.

Facta est autem dissensio, ita vt discederent ab inuicem. Act.15,39.

Et

Et cùm magna dissensio facta esset, timens tribunus ne discerperetur Paulus ab ipsis, iussit milites descendere. † 23,10.

Vt obseruetis eos, qui dissensiones & offendicula, præter doctrinam quam vos didicistis, faciunt, & declinate ab illis. Rom.16,17.

Non enim est dissensionis Deus, sed pacis. 1.Cor 14,33.

Ne fortè contentiones, æmulationes, animositates, dissensiones, detractiones, susurrationes, inflationes, seditiones sint inter vos. 2. Corinth.12,20.

DISSERO.

Disseruit [Salomon] de iumentis, & volucribus, & reptilibus, & piscibus. 3.Reg.4,33.

Seorsum autem discipulis suis disserebat omnia. Mar.4,34.

Per sabbata tria disserebat. Act.17,2,18.

DISSILIO.

Et dissiliit Ionathas, & qui cum eo erant, in Iordanem, & transnatauerunt ad eos. 1.Machab.9,48.

DISSIMILIS.

Labia sapientium disseminabunt scientiam: cor stultorum dissimile erit. Prou.15,7.

Grauis est nobis [iustus] etiam ad videndum, quoniam dissimilis est aliis vita illius. Sap.2,15.

Dissimilis autem erat ceteris bestiis, quas videram. Dan.7,7,19.

DISSIMVLO.

Despexerunt eum [Saulem] & non attulerunt ei munera: ille verò dissimulabat se audire. 1.Reg.10,27.

Dissimulauit exire. 1.Reg.23,13.

Et dissimularet se esse quæ erat. 3 Reg.14,5.

Nónne dissimulaui, nónne silui? Iob 3,26.

Dissimulans peccata hominum propter pœnitentiam. Sap.11,24.

DISSIPO.

Dissipabis consiliũ Achitophel. 2.Reg.15,34.

Domini autem nutu dissipatum est consilium Achitophel vtile, vt induceret Dominus super Absalom, malum. † 17,14.

Dissipauerunt reges Assyriorum Gentes, & terras omnium. 4.Reg.19,17.

Deus dissipauit ossa eorum qui hominibus placent: confusi sunt. Psal.52,6.

Dissipa gentes, quæ bella volunt. † 67,32.

Dissipat impios rex sapiens, & incuruat super eos fornicem. Prou.20,26.

Neque dicas coram Angelo: Non est prouidentia: ne forté iratus Deus contra sermones tuos, dissipet cuncta opera manuum tuarum. Eccles. 5,5.

DISSOLVO.

Dissolutum est cor eorum, & non remansit in eis spiritus, timentium introitum filiorum Israel. Ios. 5,1.

Dissoluerunt cor populi, & nihilominùs ego [Caleb] secutus sum Dominum Deum meum. † 14,8.

Dissolutæ sunt manus eius [Isboseth] omnisque Israel perturbatus est. 2.Reg 4,1.

Væ dissolutis corde, qui non credunt Deo: & ideò non protegentur ab eo. Eccli.2,15.

Dissoluta est Damascus, versa est in fugam, tremor apprehendit eam. Ierem.49,24.

Desiderium habens dissolui, & esse cum Christo, multò magis melius. Philip.1,23.

DISSVO.

Habebit [leprosus] vestimenta dissuta, caput nudum, os veste contectum. Leuit.13,45.

DISTENDO.

Et intelligerem distentionem quæ versatur in terra. Eccles.8,16.

DISTERMINANS.

Iordanis disterminans ad mare Orientale. Ezech.47,18.

DISTILLO.

Faciet distillare ad fundamentum eius, quia pro peccato est. Leuit.5,9.

Nubes distillauerunt aquis. Iudic.5,4. Psalmo 67,9. † 77,54.

Fauus enim distillans labia meretricis. Prouerb.5,3.

Fauus distillans labia tua. Cant.4,11.

Lilia distillantia myrrham. † 5,13.

DISTINGVO.

Distinxit in labiis suis. Psal.105,33.

Non enim est distinctio Iudæi & Græci. Rom.10,12.

DISTO.

Quantum distat Ortus ab Occidente longè fecit à nobis iniquitates nostras. Psal.102,12.

Neque cognouit distantiam boni & mali. Eccles.6,5.

DISTRIBVO.

Distribuite domos eius. Psal.47,14.

Neque enim quod habendum erat, directo sensu distribuit. Eccli.20,19.

In tempore exitus tui distribue hereditatem tuam. † 33,24.

Et forte distribueret terram eorum. 1.Machab.3,36. Luc.9,16. † 11,22. Ioan.6,11. Act.13,19. 1.Cor.13,3.

Spiritus sancti distributionibus. Hebr.2,4.

DISTRINGO.

Fructus eius distringet. Ezech.17,9,12.

DITIO.

Aut subiiciemur ditioni tuæ. Gen.37,8.

In ditione enim tua cuncta sunt posita. Ezech.13,9. Dan.2,38. † 11,5.

DITO, DIVES.

Erat autem [Abram] diues valdè in possessione auri & argenti. Gen.13,2.

Erat quippe substantia eorum [Abrahæ & Lot]

Lot] multa, & nequibant habitare cõmuniter. 6.

Diuitiæ egredientium de Aegypto. Post hæc egredientur cum magna substantia. † 15,14.

Diuitiæ Isaac inuidiæ patent, cedit Isaac inuidiæ. † 26,14.

Diuitias parat præsentia & obsequium iusti. † 30,29.

Ditatusque est homo [Iacob] vltra modum, & habuit greges multos. 43.

Recessitque [Esau] à fratre suo Iacob. Diuites enim erant valdè, & simul habitare non poterant: nec sustinebat eos terra peregrinationis eorum præ multitudine gregum. † 36,7.

Diues non addet ad medium sicli, & pauper nihil minuet. Exod.30,15.

Diuitiæ Rubenitarum. Erat illis in iumentis infinita substantia. Num.32.1.

Diuitiæ nimiæ non sint regi. Deut.17,17.

Diuitiæ Booz. Ruth 2,1.

Dominus pauperem facit & ditat.1.Reg.2,7.

Virum ergo qui percusserit eum, [Goliath] ditabit rex diuitiis magnis. † 17,25.

Diuitiæ Nabal. Erantque ei oues tria millia, & mille capræ. † 25,2.

Diues habebat oues, & boues plurimos valdè: pauper autem nihil habebat omnino, præter ouem vnam paruulam. 2.Reg.12,2,3.

Fuit quippe [Berzellai] vir diues nimis. † 19,32.

Diuitiæ, gloria, dantur non petenti. 3.Reg.3,13. † 10,14. 4.Reg.7,8.

Tuæ diuitiæ, & tua est gloria. 1 Par.29,12.

Confirmauitque Dominus regnum in manu eius, & dedit omnis Iuda munera Iosaphat: factæque sunt ei infinitæ diuitiæ, & multa gloria. 2.Par.17,5. † 18,1.

Fuit autem Ezechias diues, & inclytus valdè. † 32,27.

Ditescere non vult dux Nehemias. 2 Esd.5,16.

Sufficiebat enim nobis paupertas nostra, vt diuitias computaremus hoc, quòd videbamus filium nostrum. Tob.5,25.

Diuitiæ Tobiæ iunioris. Tradidit ei Saram, & dimidiam partem substantiæ suæ in pueris, in puellis, in pecudibus, in camelis, & in vaccis, & in pecunia multa. † 10,10. † 14,15.

Cui [Iudith] vir suus reliquerat diuitias multas, & familiam copiosam, ac possessiones. Iudith 8,7.

Vt à minimo vsque ad maximum omnes diuites fierent de prædationibus eorum. † 15,8.

Grande conuiuium, &c. vt ostenderet [Assuerus] diuitias gloriæ regni sui, ac magnitudinem, atque iactantiam potentiæ suæ, multo tempore, centum videlicet & octoginta diebus. Esth. 1,4.

Exposuit illis [Aman] magnitudinem diuitiarum suarum, filiorumque turbam. † 5,11.

Et fuit possessio eius [Iob] septem millia ouiũ, & tria millia camelorum, quingenta quoque iuga boum, & quingentæ asinæ, ac familia multa nimis. Iob 1,3.

Non ditabitur [impius] nec perseuerabit substantia eius. † 15,29.

Diuitias, quas deuorauit, euomet, & de ventre illius extrahet illas Deus. † 20,15.

Quare ergo impij viuunt, subleuati sunt, confortatique diuitiis? † 21,7.

Diues cùm dormierit, nihil secum auferet: aperiet oculos suos, & nihil inueniet. † 27,19.

Si lætatus sum super multis diuitiis meis. † 31,25.

Diuites eguerunt & esurierunt. Psal.33,11.

Simul in vnum diues & pauper. † 48,3.

Relinquent alienis diuitias suas, & sepulchra eorum domus illorum in æternum. 11.

Ne timueris cùm diues factus fuerit homo. 17.

Diuitiæ si affluãt, nolite cor apponere. † 61,11.

Ecce ipsi peccatores, & abundantes in sæculo obtinuerunt diuitias. † 72,12.

In via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus diuitiis. † 118,14.

Mecum sunt diuitiæ, & gloria, opes superbæ, & iustitia. Prou.8,18.

Vt ditem diligentes me. 20.

Substantia diuitis, vrbs fortitudinis eius. † 10,15.

Non proderunt diuitiæ in die vltionis: iustitia autem liberabit à morte. † 11,4.

Robusti habebunt diuitias. 16.

Qui confidit in diuitiis suis, corruet. 28.

Est quasi diues, cùm nihil habeat: & est quasi pauper, cùm in multis diuitiis sit. † 13,7.

Diuitiæ addunt amicos plurimos. † 19,4.

Qui amat vinum, & pinguia, non ditabitur. † 21,17.

Diues & pauper obuiauerunt sibi: vtriusque operator est Dominus. † 22,2.

Sapiens sibi videtur vir diues: pauper autem prudens scrutabitur eum. † 28,11.

Qui autẽ festinat ditari, non erit innocens. 20.

Mendicitatem, & diuitias ne dederis mihi: tribue tantùm victui meo necessaria. † 30,8.

Ne dederis mulieribus substantiam tuam, & diuitias tuas ad delendos reges. † 31,3.

Multæ filiæ congregauerunt diuitias: tu supergressa es vniuersas. 29.

Diuitiæ Salomonis. Supergressus sum opibus omnes, qui ante me fuerunt in Ierusalem. Eccles. 2,9.

Qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis. † 5,9.

Diuitiæ conseruatæ in malum domini sui. 12.

Diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Sap.5,8.

Optaui,& datus est mihi sensus: & inuocaui,& venit in me spiritus sapientiæ: & præposui illam regnis & sedibus, & diuitias nihil esse duxi in comparatione illius. Nec comparaui illi lapidem pretiosum. † 7.8.

Si diuitiæ appetuntur in vita, quid sapientia locupletius, quæ operatur omnia? † 8,5.

Noli anxius esse in diuitiis iniustis: non enim proderunt tibi in die obductionis & vindictæ. Eccli.5,10.

Noli despicere hominem iustum pauperem, & noli magnificare virum peccatorem diuitem. † 10,26.

Ditiori te ne socius fueris. † 13,2.

Diues iniustè egit, & fremet: pauper autem læsus tacebit. 4.

Quæ pars diuiti ad pauperem? Venatio leonis, onager in eremo: sic & pascua diuitum sunt pauperes. 22.

Diues commotus confirmatur ab amicis suis: humilis autem cùm ceciderit, expelletur & à notis. 25.

Diues locutus est, & omnes tacuerunt, & verbum illius vsque ad nubes perducent. Pauper locutus est, & dicunt: Quis est hic? 29.

Beatus diues, qui inuentus est sine macula: & qui post aurum non abiit, nec sperauit in pecunia & thesauris. Quis est hic, & laudabimus eum? † 31,8.

Diuitias tuas & thesauros tuos in direptionem dabo gratis, in omnibus peccatis tuis, & in omnibus terminis tuis. Ierem.15,13.

Fecit diuitias, & non in iudicio: in dimidio dierum suorum derelinquet eas, & in nouissimo suo erit insipiens. † 17,11.

Diuitiæ, ornatus, superbia Tyri. Syrus negotiator tuus propter multitudinem operum tuorum, gemmam, & purpuram, & scutulata, & byssum, & sericum, & chodchod proposuerunt in mercatu tuo. Iuda & terra Israel ipsi institores tui, frumento primo, balsamum & mel, & oleum, & resinam proposuerunt in nundinis tuis, &c. cum vniuersis primis aromatibus, & lapide pretioso, & auro, quod proposuerunt in mercatu tuo. Ezech.27,16,22.

Quartus ditabitur opibus nimiis super omnes: & cùm inualuerit diuitiis suis, concitabit omnes aduersus regnum Græciæ. Dan.11,2.

Erat autem Ioakim diues valdè. † 13,4.

Diues effectus sum, inueni idolum mihi. Osee 12,8.

In quibus diuites eius repleti sunt iniquitate. Mich.6,12.

Diripite argentum, diripite aurum: & non est finis diuitiarum ex omnibus vasis desiderabilibus. Nahum 2,9.

Benedictus Dominus, diuites facti sumus: & pastores eorum non parcebant eis. Zach.11,5.

Congregabuntur diuitiæ omnium Gentium in circuitu, aurum, & argentum, & vestes multæ satis. † 14,14.

Fallacia diuitiarum, suffocat verbum, & sine fructu efficitur. Matth.13,22.

Diues difficilè intrabit in regnum cælorum. † 19,23.

Deceptio diuitiarum, & circa reliqua concupiscentiæ introëuntes suffocant verbum, & sine fructu efficitur. Mar.4,19.

Væ vobis diuitibus, quia habetis consolationem vestram. Luc 6,24.

Sic est, qui sibi thesaurizat, & non est in Deum diues. † 12,21.

Mortuus est autem & diues, & sepultus est in inferno. † 16,22.

Vt ostenderet diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriam. Rom.9,23.

Quòd in omnibus diuites facti estis in illo. 1.Cor.1,5.

Vt sciatis quæ sit spes vocationis eius, & quæ diuitiæ gloriæ hereditatis eius in sanctis. Ephes 1,18.

Deus autē, qui diues est in misericordia. † 2,4.

Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus. Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. 1.Tim.6,9.

Diuitibus huius sæculi præcipe non sublime sapere, neque sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo, &c. benè agere, diuites fieri in bonis operibus, facilè tribuere. 17.

Glorietur autem frater humilis in exaltatione sua: diues autem in humilitate sua, quoniam sicut flos fœni transibit. Iacob.1,10.

Ita & diues in itineribus suis marcescet. 11.

Nónne diuites per potentiam opprimunt vos, & ipsi trahunt vos ad iudicia? † 2,6.

Agite nunc diuites, plorate vlulantes in miseriis vestris, quæ aduenient vobis. † 5,1.

Diuitiæ vestræ putrefactæ sunt, & vestimenta vestra à tineis comesta sunt. Aurum & argentum vestrum æruginauit: & ærugo eorum in testimonium vobis erit, & manducabit carnes vestras sicut ignis. 2,3.

Scio tribulationem tuam, & paupertatem tuam, sed diues es. Apoc.2,9.

Quia dicis: Quòd diues sum, & locupletatus, & nullius egeo: & nescis quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus. † 3,17.

Quoniam vna hora destitutæ sunt tantæ diuitiæ. † 18,17.

Mercatores terræ de virtute deliciarum eius [Babylonis] diuites facti sunt. † 18,3.

DIVERSORIVM.

Cumque esset [Moyses] in itinere in diuersorio,

rio, occurrit ei Dominus, & volebat occidere eum. Exod.4,24.

Agnoscentes vocem adolescentis Leuitæ, vtentesque illius diuersorio. Iudic.18,3.

Diuertit eam [arcam] in domum Obededom. 2.Reg 6,10.

Diuertebat ad eam, [Eliseus] vt comederet panem. 4 Reg.4 8.

Diuertit ab oneribus dorsum eius. Psal.80,7.

Dicit tibi Magister: Vbi est diuersorium, vbi pascha cum discipulis meis manducē? Luc.22,11.

DIVERSVM.

Nec putare debetis, si diuersa iubeamus, ex animi nostri venire leuitate; sed pro qualitate, & necessitate temporum. Esth.16,9.

DIVERTO.

Compulit illos oppidò, vt diuerterent ad eum. Gen.19,3. † 38,1. Num.20,21.

Noluit diuertere ad se arcam. 2.Reg.6,10.

Diuerte à malo, & fac bonū. Psal.33,15. † 80,7

Qui dereliquerunt vias rectas, & diuerterunt in vias prauas. Eccli.2,16. 1.Mach.9,45. Lucæ 19,7.

Non erat eis locus in diuersorio. Luc.2,7. † 22,1.

DIVIDO.

Diuisio filiorum Noe per insulas. Gen.10.

Nomen vni Phaleg, eò quòd in diebus eius diuisa sit terra. 25.

Diuisio linguarum. † 11.

Qui tollens vniuersa hæc, diuisit per medium, & vtrasque partes contra se altrinsecus posuit: aues autem non diuisit. † 15,10.

Diuisit filios Liæ & Rachel, ambarumque famularum. † 33,1.

Diuidam eos [Simeonem & Leui] in Iacob, & dispergam eos in Israel. † 49,7.

Extende manum tuam super mare, & diuide illud: vt gradiantur filij Israel in medio eius per siccum. Exod.14,16.21.

Quando diuidebat Altissimus gentes: quando separabat filios Adam. Deut.32,8.

Diuisores Terræ promissionis. Eleazar sacerdos, & Iosue filius Nun. Num.34,17. Ios.15.

Diuide terram in possessionem nouem tribubus. Ios.12,7.

Diuisitque [Gedeon] trecentos viros in tres partes, & dedit tubas in manibus eorum, lagenasque vacuas ac lampades. Iudic.7,16.

Diuidi nolunt nurus à socru. Ruth 1,9.

Saul & Ionathas amabiles, & decori in vita sua, in morte quoque non sunt diuisi. 2.Reg.1,23.

Diuisit Dominus inimicos meos coram me, sicut diuiduntur aquæ. † 5,20. 1.Par.14,11.

Tu & Siba diuidite possessiones. † 19.29.

Diuidite infantem viuum. 3.Reg.3,25.

Diuisus est populus Israel in duas partes. † 16,21.

Diuisi sunt ab ira vultus eius. Psal.54,22.

Diuisum est cor eorum, nunc interibunt. Osee 10,2.

Diuiserunt sibi vestimenta mea. Mat.27,35.

Diuidebatur autem singulis prout cuique opus erat. Act 4,35.

Diuisus est Christus? 1.Cor.1,13.

Diuisiones verò gratiarum sunt, idem autem Spiritus. † 12,4.

DIVINATIO.

Vir, siue mulier, in quibus pythonicus, vel diuinationis fuerit spiritus, morte moriantur. Leuit.20,27.

Habentes diuinationis pretium in manibus. Num.22,7.

Non est augurium in Iacob, nec diuinatio in Israel. † 23,23.

Vocauerunt Philisthiim sacerdotes & diuinos, dicentes: Quid faciemus de arca Domini? indicate nobis quomodo remittamus eam in locum suum. Qui dixerunt: Si dimittitis arcam Dei Israel, nolite dimittere eam vacuam, sed quod debetis, reddite ei pro peccato. 1.Reg.6,2.

Diuina mihi in pythone, & suscita mihi quem dixero tibi. † 28,8.

Diuinationibus inseruiebant, & auguriis. 4.Reg.17,17.

Diuinatio in labiis regis, in iudicio non errabit os eius. Prou.16,10.

Diuinatio erroris, & auguria mēdacia, & somnia malefacientium, vanitas est. Eccli.34.5

Nolite audire prophetas vestros, & diuinos, & somniatores, & augures, & maleficos, qui dicunt vobis: Non seruietis regi Babylonis. Ierem.27,9.

Gladius ad diuinos eius, qui stulti erunt. † 50,36.

Numquid non visionem cassam vidistis, & diuinationem mendacem locuti estis? Ezech.13,7.

Stetit enim rex Babylonis in biuio, in capite duarum viarum, diuinationem quærens, commiscens sagittas: interrogauit idola, exta consuluit. † 21,21.

Nox vobis pro visione erit, & tenebræ vobis pro diuinatione. Mich.3,6.

Quia simulachra locuta sunt inutile, & diuini viderunt mendacium. Zach.10,2.

Puellam quamdam habentem spiritum pythonem obuiare nobis, quæ quæstum magnum præstabat dominis suis diuinando. Act.16,16.

Aut lapidi, sculpturæ artis, & cogitationis hominis, diuinum esse simile. † 17,29.

DIVINVM.

Diuina quis disponat. Esto tu populo in his, quæ ad Deum pertinent, vt referas quæ dicuntur ad eum. Exod.18,19.

Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Col.2,9.

Ipse [Iosias] est directus diuinitus in pœni-

nitentiam gentis. Eccli. 49, 3.

Omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendum. 2. Tim. 3, 16.

DIVTVRNVS.

Senectus enim venerabilis est, non diuturna. Sap. 4, 8.

DIVVLGO.

Diuulgatumque est nomen Dauid in vniuersis regionibus. 1. Par. 14, 17. 2. Par. 26, 8. Eccli. 47, 17. Matth. 28, 15. Luc. 1, 65. † 4, 37. Act. 4, 17.

Vestra enim obedientia in omnem locum diuulgata est. Rom. 16, 19.

DO, DONO.

Donadat Abraha Abimelech, restituta vxore. Gen. 20, 14.

Dona offert seruus Abraha Rebecca, & fratribus. † 24, 53.

Suscipe benedictionem quam attuli tibi, & quam donauit mihi Deus, tribuens omnia. † 33, 11.

Dona mittit Iosephus Iacob. † 43, 11. † 45, 22.

Do tibi partem vnā extra fratres tuos. † 48, 22.

Omne vas aureum in donaria Domini separatum est. Exod. 35, 22.

Tradidit eis vniuersa donaria filiorum Israel. † 36, 3.

Exceptis sabbatis Domini, donisque vestris, & quæ offeretis ex voto, vel quæ sponte tribuetis Domino. Leuit. 23, 38.

Dono donati sunt mihi [Leuitæ] à filijs Israel. Num. 8, 15.

Ecce sex modios hordei dedit mihi, & ait: Nolo te vacuum reuerti ad socrum tuam. Ruth 3, 17.

Dederisque seruæ tuæ sexum virilem : dabo eum Domino omnibus diebus vitæ eius. 1. Regum 1, 11.

Dedi domui patris tui omnia de sacrificiis filiorum Israel. † 2, 28.

Dedit vobis Dominus regem. † 12, 13.

Hæc dabuntur viro, qui percusserit eum [Philisthæum.] † 17, 27.

Dabit te Dominus in manu mea, & percutiam te, & auferam caput tuum à te. 46.

Numquid omnibus vobis dabit filius Isai agros & vineas, & vniuersos vos faciet tribunos, & centuriones? † 22, 7.

Quodcumque inuenerit manus tua, da seruis tuis, & filio tuo Dauid. † 25, 8.

Dabo viris, quos nescio vnde sint? 11.

Dona Abigail pro victu Dauid. 18.

Venit ergo Dauid in Siceleg, & misit dona de præda senioribus Iuda proximis suis. † 30, 26.

Facies vt des vnicuique secundùm omnes vias suas. 3. Reg. 8, 39.

Dedit Salomon Hiram viginti oppida in Terra Galilæ. † 9, 11.

Dedit ergo [regina Saba] regi centum viginti talenta auri, & aromata multa nimis, & gemmas pretiosas. † 10, 10.

Rex autem Salomon dedit reginæ Saba omnia quæ voluit, & petiuit ab eo: exceptis his, quæ vltrò obtulerat ei munere regio. 13.

Daboque pro ea vineam meliorem: aut si commodius tibi putas, argenti pretium, quanto digna est. † 21, 2.

Aequo animo esto, ego dabo tibi vineam Naboth. 7.

Dabat Manahem Phul mille talenta argenti, vt esset ei in auxilium, & firmaret regnum eius. 4. Reg. 15, 19.

Dederuntque in opera domus Dei auri talenta quinque millia, & solidos decem millia: argenti talenta decem millia, & æris talenta decem & octo millia: ferri quoque centum millia talentorum. 1. Par. 29, 7.

Dederunt pro templo auri drachmas quadraginta & vnum millia, argenti mnas quatuor millia, phialas quinquaginta, tunicas sacerdotales quingentas nonaginta septem. 2. Esd. 7, 70.

Dedisti eis regna, & populos, & partitus es eis sortes. † 9, 22.

Statuemus super nos præcepta, vt demus tertiam partem sicli per annum ad opus domus Dei nostri. † 10, 32.

Quæ Holofernis peculiaria fuisse probata sunt, dederunt Iudith in auro, & argento, & vestibus, & gemmis, & omni supellectili, & tradita sunt illi omnia à populo. Iudith 15, 14.

Et nuptias Esther: & dedit [Assuerus] requiem vniuersis prouinciis, ac dona largitus est iuxta magnificentiam principalem. Esth 2, 18.

Si inueni gratiam in oculis tuis, ô rex, & si tibi placet, dona mihi animam meam, pro qua rogo, & populum meum, pro quo obsecro. † 7, 3.

Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc: Dominus dedit, Dominus abstulit; sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum. Iob 1, 21.

Dabit pro terra silicem. † 22, 24.

Si iustè egeris, quid donabis ei? † 35, 7.

Non te ergo superet ira, vt aliquem opprimas: nec multitudo donorum inclinet te. † 36, 18.

Quis antè dedit mihi, vt reddam ei? † 41, 2.

Dederunt ei [Iob] vnusquisque ouem vnam, & inaurem auream vnam. † 42, 11.

Accepisti dona in hominibus. Psal. 67, 19.

Dante te illis, colligent. † 103, 28.

Dedit illis regiones Gentium. † 104, 44.

Donum bonum tribuam vobis, legem meam ne derelinquatis. Prou. 4, 2.

Multi colunt personam potentis, & amici sunt dona tribuentis. † 19, 6.

Munus absconditum extinguit iras, & donum in sinu indignationem maximam. † 21, 14.

Omnis enim homo, qui comedit & bibit, & videt

det bonum de labore suo, hoc donum Dei est. Ecclef.3,13.

Gratia dati in conspectu omnis viuentis, & mortuo non prohibeas gratiam. Eccli.7,37.

Datio Dei permanet iustis. †11,17.

Non defrauderis à die bono, & particula boni doni non te prætereat. † 14,14.

Nónne ecce verbum super datum bonum? † 18,17.

Est datum, quod non est vtile: & est datum, cuius retributio duplex. † 20,10,14.

Xenia & dona excæcant oculos iudicum, & quasi mutus in ore auertit correptiones eorum. 31.

Gratiam fideiussoris ne obliuiscaris: dedit enim pro te animam suam. † 29,20.

Dona iniquorum non probat Altissimus. † 34,23.

In omni dato hilarem fac vultum tuum, & in exaltatione sanctifica decimas tuas. † 35,11.

Da Altissimo secundùm datum eius, & in bono oculo ad inuentionem facito manuum tuarum. 12.

Datum verò & acceptum omne describe. † 42,7.

Et adducent omnes fratres vestros de cunctis Gentibus donum Domino, in equis, & in quadrigis, & in lecticis. Isa.66,20.

Dedi omnes terras istas in manu Nabuchodonosor regis Babylonis serui mei: insuper & bestias agri dedi ei, vt seruiant illi. Ierem.27,6.

Dedi ei terram Aegypti, pro eo quòd laborauerit mihi, ait Dominus. Ezech.29,20.

Si dederit princeps donum alicui de filiis suis: hereditas illius filiorum suorum erit. † 46,16.

Timuit ne non haberet, vt semel & bis, in sumptus & donaria, quæ dederat antè larga manu: & abundauerat super reges, qui ante eum fuerant. 1.Mach.3,30.

Inuenerunt autem sub tunicis interfectorum de donariis idolorum. 2.Mach.12,40.

Cæci, quid est maius, donum, an altare, quod sanctificat donum? Matth.23,19.

Omni enim habenti dabitur, & abundabit. † 25,29.

Donauit corpus Ioseph. Mar.15,45.

Tibi dabo potestatem hanc vniuersam, & gloriam illorum: quia mihi tradita sunt; & cui volo do illa. Luc.4,6.

Date, & dabitur vobis. † 6,38.

Non habentibus illis vnde redderent, donauit vtrisque. † 7,42.

Non potest homo accipere quidquam, nisi fuerit ei datum de cælo. Ioan.3,27.

Si scires donum Dei, & quis est, qui dicit tibi: Da mihi bibere: tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam viuam. † 4,10.

Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exiuit. † 13,3.

Meminisse verbi Domini Iesu, quoniam ipse dixit: Beatius est magis dare, quàm accipere. Act.20,35.

Donauit tibi Deus omnes qui nauigant tecum. † 27,24.

Sed non sicut delictum, ita & donum. Roman.5,15.

Qui proprio Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? † 8,32.

Quis prior dedit illi, & retribuetur ei? † 11,35.

Vnusquisque proprium donum habet ex Deo. 1.Cor.7,7.

Cui autem aliquid donastis, & ego: nam ego quod donaui, si quid donaui, propter vos in persona Christi. 2.Cor.2,10.

Et non sicut speramus, sed semetipsos dederunt primùm Domino, deinde nobis per voluntatem Dei. † 8,5.

Hilarem enim datorem diligit Deus. † 9,7.

Gratias Deo super inenarrabili dono eius. 15.

Iesu Christo, qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, vt eriperet nos de præsenti sæculo nequam. Gal.1,4.

Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Ephes.4,8.

Vobis donatum est pro Christo, non solùm vt in eum credatis, sed vt etiam pro illo patiamini. Philip.1,29.

Non quia quæro datum, sed requiro fructum abundantem in ratione vestra. † 4,17.

Donantes vobismetipsis, si quis aduersus aliquem habet querelam. Col.3,13.

Qui dedit semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem. Titi 2,14.

Omne datum optimum, & omne donum perfectum, desursum est. Iac.1,17.

Quomodo omnia nobis virtutis suæ, quæ ad vitam & pietatem donata sunt, per cognitionem eius qui vocauit nos. 2.Pet.1,3.

DOCEO.

Docetur Moyses à Iethro. Exod.18,17.

Ac legem ac mandata quæ scripsi: vt doceas eos. † 24,12.

Pones autem in rationali iudicii Doctrinam & Veritatem, quæ erunt in pectore Aaron, quando ingredietur coram Domino. † 28,30.

Doceatísque filios Israel omnia legitima mea. Leuit.10,11.

Scitis quòd docuerim vos præcepta atque iustitias, sicut mandauit mihi Dominus Deus meus. Deut.4,5,9,14.

De cælo te fecit audire vocem suam, vt doceret te, & in terra ostendit tibi ignem suum maximum. 36.

Docete filios vestros vt illa meditētur. † 11,19.

Sed interficies in ore gladij, *&c.* ne fortè doceant vos facere cunctas abominationes. † 20,18.

Maiores natu atque Doctores: omnis populus Israel. † 29,10.

Scribite vobis canticum istud, & docete filios Israel: vt memoriter teneant, & ore decantent. † 31, 19.

Atque Doctores, & loquar audientibus eis sermones istos. 28.

Concrescat vt pluuia doctrina mea. † 32,2.

Circumduxit eum, & docuit: & custodiuit quasi pupillam oculi sui. 10.

Qui appropinquant pedibus eius, accipient de doctrina illius. † 33,3.

Doctrina tua viro sancto tuo. 8.

Et vidit principatum suum, quòd in parte sua doctor esset repositus. 21.

Docebitis eos, atque dicetis: Per arentem alueum transiuit Israel torrentem istum. Ios.4,22.

Aut docere potes, quòd iurgatus sit contra Israel, & pugnauerit contra eum. Iudic.11,25.

Obsecro Domine, vt vir Dei, quem misisti, veniat iterum, & doceat nos quid debeamus facere de puero, qui nasciturus est. † 13,8.

Docebo vos viam bonam & rectam. 1.Regum 12,23.

Vt docerent filios Iuda arcum, sicut scriptum est in Libro iustorum. 2.Reg.1,18.

Docuit eam Salomon omnia verba quæ proposuerat. 3,Reg.10,3.

Fecitque Ioas rectum coram Domino cunctis diebus, quibus docuit eum Ioiada sacerdos. 4.Reg.12,2.

Doceat eos legitima Dei terræ. † 17,27.

Ad docendum & iudicandú eos. 1.Par.26,29.

Misit [Iosaphat] de principibus suis, *&c.* vt docerent in ciuitatibus Iuda. 2.Par.17,7.

Docebantque populum in Iuda, habentes librum legis Domini. 9.

Et faceret, & doceret in Israel præceptum & iudicium. 1.Esd.7,10.

Artaxerxes rex regum Esdræ sacerdoti, scribæ legis Dei cæli doctissimo salutem. 12.

Sed & imperitos docete liberè. 25.

Adduxerunt nobis per manum Dei nostri bonam super nos virum doctissimum de filiis Moholi, filij Leui, filij Israel. † 8,18.

Et spiritum tuum bonum dedisti qui doceret eos. 2 Esd.9,20.

Ecce docuisti multos, & manus lassas roborasti. Iob 4,3.

Docete me, & ego tacebo. † 6,24.

Et ipsi [patres] docebunt te: loquentur tibi, & de corde suo proferent eloquia. † 8,10.

Interroga iumenta, & docebunt te: & volatilia cæli & indicabunt tibi. † 12,7.

Doctrinam senum auferens. 20.

Docuit enim iniquitas tua os tuum: & imitaris linguam blasphemantium. † 15,5.

Doctrinam, qua me arguis, audiam. † 20,3.

Numquid Deum docebit quispiam scientiam, qui excelsos iudicat? † 21,22.

Quem docere voluisti? nónne eum, qui fecit spiramentum. † 26,4.

Docebo vos per manum Dei. † 27,11.

Tace, & docebo te sapientiam. † 33,33.

Qui docet nos super iumenta terræ. † 35,11.

Docebo iniquos vias tuas. Psal.50,15.

Deus docuisti me à iuuentute mea † 70,17.

Beatus homo, quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum. † 93,12.

Senes eius prudentiam doceret. † 104,22.

Super omnes docentes me intellexi. † 118,99.

Cúm docueris me iustificationes tuas. 171.

Qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum. † 143,1.

Docebat me [mater mea] atque dicebat: Suscipiat verba mea cor tuum. Prou.4,4.

Cur detestatus sum disciplinam, & increpationibus non acquieuit cor meum, nec audiui vocem docentium me, & magistris non inclinaui aurem meam. † 5,13.

Accipite disciplinam meam, & non pecuniam: doctrinam magis, quàm aurum eligite. † 8,10.

Doce iustum, & festinabit accipere. † 9,9.

Doctrina sua noscetur vir. † 12,8.

Doctrina bona dabit gratiam: in itinere contemptorum vorago. † 13,15.

Cúmque esset sapientissimus Ecclesiastes, docuit populũ, & enarrauit quę fecerat. Ecclesf.12,9.

Apprehendam te, & ducam in domum matris meæ: ibi me docebis. Cant.8,2.

Doctrix enim est disciplinæ Dei. Sap.8,4.

Docuisti autem populum tuum per talia opera, quoniam oportet iustum esse & humanum. † 12, 19.

Oportet laudare Israel doctrinæ & sapientiæ causa. Prolog. Eccli.

Fili à iuuentute tua excipe doctrinam, & vsque ad canos inuenies sapientiam. Eccli,6,18.

Ornamentum aureum prudenti doctrina, & quasi brachiale in brachio dextro. † 21,24.

Quoniam doctrinam quasi antelucanum illumino omnibus. † 24,44.

Qui docet filium suum, laudabitur in illo, & in medio domesticorum in illo gloriabitur. † 30,2.

Ipse [sapiens] palàm faciet disciplinam doctrinæ suæ, & in lege testamenti Domini gloriabitur. † 39,11.

Dedit illi coràm præcepta, & legem vitæ & disciplinæ, docere Iacob testamentum suum, & iudicia sua Israel. † 45,6.

Doctrinam sapientiæ & disciplinæ scripsit in codice isto Iesus filius Sirach Ierosolymita, qui renouauit sapientiam de corde suo. Beatus, qui in istis versatur bonis: qui ponit illa in corde

de suo, sapiens erit semper. † 50, 29.

Ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius. Isa. 2, 3.

In doctrinis glorificate Dominum. † 24, 15.

Mulieres venientes, & docentes eam: non est enim populus sapiens, propterea non miserebitur eius, qui fecit enim. † 27, 11.

Quem docebit scientiam? & quem intelligere faciet auditum? ablactatos à lacte, auulsos ab vberibus. † 28, 9.

Erudiet illum in iudicio: Deus suus docebit illum. 26.

Et non faciet auolare vltrà doctorem tuum: & erunt oculi tui videntes præceptorem tuum. Et aures tuæ audient verbum post tergum monentis: Hæc est via, ambulate in ea. † 30, 20.

Vbi est litteratus? vbi legis verba ponderans? vbi doctor paruulorum? † 33, 18.

Doctores nomine Angelorum appellantur. Isa. 37, 7. Malach. 2, 7. † 3, 1. Matth. 11, 10. Galat. 4, 14. Apoc. 2. † 3.

Ego Dominus Deus tuus docens te vtilia, gubernans te in via, qua ambulas. † 48, 17.

Vniuersos filios tuos doctos à Domino; & multitudinem pacis filiis tuis. † 54, 13.

Et dabo vobis pastores iuxta cor meum, & pascent vos scientia & doctrina. Ierem. 3, 15.

Docete filias vestras lamentum. † 9, 20.

Pariter insipientes & fatui probabuntur: doctrina vanitatis eorum lignum est. † 10, 8.

Docuisti eos aduersum te, & erudisti in caput tuum. † 13, 21.

Non docebit vltrà vir proximum suum, & vir fratrem suum, dicens: Cognosce Dominum: omnes enim cognoscent me à minimo eorum vsque ad maximum. † 31, 34.

Verterunt ad me terga & non facies; cùm docerem eos diluculo, & erudirem, & nollent audire vt acciperent disciplinam. † 32, 33.

Populum meum docebunt [sacerdotes] quid sit inter sanctum & pollutum, & inter mundum & immundum ostendent eis. Ezech. 44, 23.

Daniel nunc egressus sum vt docerem te, & intelligeres. Dan. 9, 22.

Veni autem vt docerem te quæ ventura sunt populo tuo in nouissimis diebus. † 10, 14.

Docti in populo docebunt plurimos: & ruent in gladio, & in flamma. † 11, 33.

Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti. † 12, 3.

Probabuntur multi: & impiè agent impij, neque intelligent omnes impij, porrò docti intelligent. 10.

Filij Sion exultate, & lætamini in Domino Deo vestro: quia dedit vobis doctorem iustitiæ, & descendere faciet ad vos imbrem matutinum. Ioel. 2, 23.

Principes eius in muneribus iudicabant, & sacerdotes eius in mercede docebant, & prophetæ eius in pecunia diuinabant. Mich. 3, 11.

Docebit nos de viis suis, & ibimus in semitis eius. † 4, 2.

Et aperiens os suum docebat eos, dicens: Beati pauperes spiritu. Matth. 5, 3.

Erat enim docens eos sicut potestatem habens, & non sicut Scribæ eorum, & Pharisæi. † 7, 29.

Docens in synagogis eorum, & prædicans Euangelium regni, & curans omnem languorem, & omnem infirmitatem. † 9, 35.

Transiit inde vt doceret & prædicaret in ciuitatibus eorum. † 11, 1.

Veniens in patriam suam, docebat eos in synagogis eorum. † 13, 54.

Sine causa autem colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum. † 15, 9.

Docete omnes gentes. † 28, 19.

Quænam doctrina hæc noua? Mar. 1, 27.

Et sicut consueuerat, iterũ docebat illos. † 10, 1.

Vniuersa turba admirabatur super doctrina eius. † 11, 18.

Docente illo populum in templo, & euangelizante. Luc. 20, 1.

Erat autem diebus docens in templo: noctibus verò exiens, morabatur in monte, qui vocatur Oliueti. Et omnis populus manicabat ad eum in templo audire eum. † 21, 37.

Est scriptum in Prophetis: Et erunt omnes docibiles Dei. Ioan. 6, 45.

Mea doctrina non est mea, sed eius, qui misit me. † 7, 16.

Numquid in dispersionem Gentium iturus est, & docturus Gentes? 35.

Omnis populus venit ad eum, & sedens docebat eos. † 8, 2.

Sicut docuit me Pater, hæc loquor: & qui me misit, mecum est. 29.

In peccatis natus es totus, & tu doces nos? † 9, 34.

Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia. † 14, 26.

Cùm autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. † 16, 13.

Ego semper docui in synagoga, & in templo, quò omnes Iudæi conueniunt. † 18, 20.

Erant autem perseuerantes in doctrina Apostolorum, & communione fractionis panis, & orationibus. Act. 2, 42.

Sadducæi, dolentes quòd docerent populum. † 4, 2.

Denuntiauerunt ne omnino loquerentur, neque docerent in nomine Iesu. 18.

Intrauerunt diluculo in templum, & docebant. † 5, 21.

Re-

Repleſtis Ieruſalem doctrina veſtra. 28.

Omni autem die non ceſſabant, in templo & circa domos docentes, & euangelizantes Chriſtum Ieſum. 42.

Annum totum conuerſati ſunt ibi in Eccleſia: & docuerunt turbam multam. † 11,26.

Paulus autem & Barnabas demorabantur Antiochiæ, docentes, & euangelizantes cum aliis pluribus verbum Domini. † 15,35.

Poſſumus ſcire quæ eſt hæc noua, quæ à te dicitur, doctrina? † 17,19.

Hic [Apollo] erat edoctus viam Domini: & feruens ſpiritu loquebatur, & docebat diligenter ea quæ ſunt Ieſu. † 18,25.

Quomodo nihil ſubtraxerim vtilium, quò minùs annuntiarem vobis, & docerem vos publicè, & per domos. † 20,20.

Paulus, &c. prædicans regnum Dei, & docens quæ ſunt de Domino Ieſu Chriſto, cum omni fiducia, ſine prohibitione. † 28,31.

Qui ergo alium doces, teipſum non doces? Rom. 2,21.

Siue qui docet in doctrina. † 12,7.

Doctrina Apoſtolica ſcripta, & non ſcripta, firmiter tenenda. Roman. 16,17. Galat 1,8,11. 2. Theſ. 2,15. 1. Cor. 11,2,34.

Vt obſeruetis eos, qui diſſenſiones & offendicula, præter doctrinam quam vos didiciſtis, faciunt; & declinate ab illis. Rom 16,17.

Non ſimus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum. Epheſ. 4,14.

Docentes, & commonentes voſmetipſos, pſalmis, hymnis, & canticis ſpiritualibus. Col. 3,16.

Ne aliter docerent, neque intenderent fabulis, & genealogiis interminatis. 1. Timoth. 1,3.

A quibus quidam aberrantes, conuerſi ſunt in vaniloquium, volentes eſſe legis doctores, non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant. 7.

Doctor Gentium in fide, & veritate. 1. Timoth. 2,7.

Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum; ſed eſſe in ſilentio. 12.

Attende tibi, & doctrinæ: inſta in illis. Hoc enim faciens, & teipſum ſaluum facies, & eos qui te audiunt. † 4,16.

Hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere. 2. Timoth. 2,2.

Tu autem aſſecutus es meam doctrinã. † 3,10.

Erit enim tempus, cùm ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria coaceruabunt ſibi magiſtros prurientes auribus. † 4,3.

Qui vniuerſas domos ſubuertunt, docentes quæ non oportet, turpis lucri gratia. Tit. 1,11.

Tu autem loquere quæ decent ſanam doctrinam: Senes vt ſobrij ſint. † 2,2.

Anus ſimiliter in habitu ſancto, non criminatrices, non multo vino ſeruientes, benè docentes. 3.

Vt doctrinam Saluatoris noſtri Dei ornent in omnibus. 10.

Non docebit vnuſquiſque proximum ſuum. Hebr. 8,11.

Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci. † 13,9.

Non neceſſe habetis vt aliquis doceat vos: ſed ſicut vnctio eius docet vos de omnibus. 1. Ioannis 2,27.

Omnis qui recedit, & non permanet in doctrina Chriſti, Deum non habet. 2. Ioan. v. 9.

Habes illic tenentes doctrinam Balaam. Apocal. 2, 14.

DOEG.

Doeg Idumæus, potentiſſimus paſtorum Saul. 1. Reg. 21,7.

DOGMA.

Prius vos oſtendens fabricatores mendacij, & cultores peruerſorum dogmatum. Iob 13,4.

Tradebant eis cuſtodire dogmata, quæ erant decreta ab Apoſtolis & ſenioribus, qui erant Ieroſolymis. Act. 16,4.

DOLEO.

Tactus dolore cordis intrinſecus, Delebo, inquit, hominem, quem creaui. Gen. 6,6.

Ruben primogenitus, tu fortitudo mea, & principium doloris mei, prior in donis, maior in imperio. † 49,3.

Sciens dolorem eius, [populi mei] deſcendi vt liberem eum de manibus Aegyptiorum, & educam de terra illa in terram bonam. Exod. 3,8.

Dolores obtinuerunt habitatores Philiſthijm. † 15,14.

Doluit ſuper miſeriis eorum. Iudic. 10,16.

Vniuerſuſque Iſrael valdè doluit, & egit pœnitentiam ſuper interfectione vnius tribus in Iſrael. † 21,15.

Quia ex multitudine doloris & mœroris mei, locuta ſum vſque in præſens. 1. Reg. 1,16.

Doluiſtis vicem meam. † 23,21.

Doleo ſuper te frater mi Ionatha. 2. Reg. 1,26.

Dolet rex ſuper filio ſuo. † 19,2.

Mater eius vocauit nomen illius Iabes, dicens: Quia peperi eum in dolore. 1. Par. 4,9.

Tacete, quia dies ſanctus eſt, & nolite dolere. 2. Eſd. 8,11.

Nemo loquebatur ei verbum: videbant enim dolorem eſſe vehementem. Iob 2,13.

Nihil in terra ſine cauſa fit, & de humo non oritur dolor. † 5,6.

Verba mea dolore ſunt plena. † 6,3.

Et hæc mihi ſit conſolatio, vt affligens me dolore, non parcat. 10.

Replebis me doloribus vſq; ad tenebras. † 7,4.

Commuto faciem meam, & dolore torqueor. † 9,27.

Si locutus fuero, non quiescet dolor meus: & si tacuero, non recedet à me. † 16,7.8.

Omnis dolor irruet super eum. † 20,22.

Dolores diuidet furoris sui? † 21,17.

Nocte os meū perforatur doloribus. † 30,17.

Conuertetur dolor eius in caput eius: & in verticem ipsius iniquitas eius descendet. Psal.7,17.

Circumdederunt me dolores mortis: & torrentes iniquitatis conturbauerunt me. Dolores inferni circumdederunt me. † 17,5.

Silui à bonis: & dolor meus renouatus est. † 38,3.

Ibi dolores vt parturientis. † 47,7.

Secundùm multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. † 93,19.

Circumdederunt me dolores mortis. † 114,3.

Cuncti dies eius doloribus & ærumnis pleni sunt, nec per noctem mente requiescit. Eccles.2,23.

Dolor cordis & luctus, mulier zelotypa. Eccli.26,8.

Laqueo peribunt qui oblectantur casu iustorum: dolor autem consumet illos antequam moriantur. † 27,32.

Torsiones & dolores tenebunt; quasi parturiens, dolebunt: vnusquisque ad proximum suum stupebit. Isa.13,8.

Cùm auditum fuerit in Aegypto, dolebunt cùm audierint de Tyro. † 23,5.

Sicut quæ concipit, cùm appropinquauerit ad partum, dolens clamat in doloribus suis: sic facti sumus à facie tua, Domine. † 26,17.

Gaudium & lætitiam obtinebunt, & fugiet dolor & gemitus. † 35,10.

In doloribus dormietis. † 50,11.

Despectum & nouissimum virorum, virum dolorum & scientem infirmitatem: & quasi absconditus vultus eius. † 53,3.

Dolor meus super dolorem, in me cor meum mœrens. Ierem.8,18.

Numquid non dolores apprehendent te, quasi mulierem parturientem. † 13,21

Quare factus est dolor meus perpetuus, & plaga mea desperabilis renuit curari. † 15,18.

Quomodo congemuisti, cùm venissent tibi dolores, quasi dolores parturientis? 22,23.

Væ misero mihi, quoniam addidit Dominus dolorem dolori meo: laboraui in gemitu meo, & requiem non inueni. † 45,3.

O vos omnes, qui transitis per viam, attendite, & videte si est dolor sicut dolor meus: quoniam vindemiauit me. Thren.1,12,18.

Dolores parturientis venient ei: ipse filius non sapiens. Osee 13,13.

Tu doles super hederam, in qua non laborasti, neque fecisti vt cresceret, &c. Et ego non parcam Niniue ciuitati magnæ? Ionæ 4,10.

Quare mœrore contraheris? numquid rex non est tibi, aut consiliarius tuus periit, quia comprehendit te dolor sicut parturientem? Mich.4,9.

Plangent eum planctu quasi super vnigenitum, & dolebunt super eum, vt doleri solet in morte primogeniti. Zach.12,10.

Sacrificare idolis, &c. & vidit Mathathias, & doluit, & contremuerūt renes eius. 1.Mach.2,24.

Manifestè tu scis, quia cùm à morte possem liberari, duros corporis sustineo dolores: secundùm animam verò propter timorem tuum libenter hæc patior. 2.Mach.6,30.

Fratres mei, modico nunc dolore sustentato, sub testamento æternæ vitæ effecti sunt. † 7,36.

Se venturum Ierosolymam, & congeriem sepulchri Iudæorum eam facturum, &c. Vt enim finiuit hunc ipsum sermonem [Antiochus] apprehendit eum dolor dirus viscerum, & amara internorum tormenta. † 9,5.

Ecce pater tuus, & ego dolentes quærebamus te. Luc.2,48.

Et Sadducæi, dolentes quòd docerent populum. Act.4,2.

Et procumbentes super collum Pauli, osculabantur eum, dolentes maximè in verbo, quod dixerat, quoniam ampliùs faciem eius non essent visuri. † 20,38.

Commanducauerunt linguas suas præ dolore. Apoc.16,10.

DOLO.

Dola tibi duas tabulas lapideas, sicut priores fuerunt. Deut.10,1.

Lapides pretiosos in fundamentum templi, quos dolauerunt cæmentarij Salomonis. 3.Regum 5,18.

Dolaui in prophetis, occidi eos in verbis oris mei. Osee 6,5.

DOLVS.

Vt loqueretur ei, in dolo: & percussit illum ibi in inguine. 2.Reg.3,27.

Numquid Deus indiget vestro mendacio, vt pro illo loquamini dolos? Iob 13,7.

Virum sanguinum & dolosum abominabitur Dominus. Psal 5,7.

Dolosè egit in conspectu eius. † 35,3.

Verumtamen propter dolos posuisti eis: deiecisti eos dum alleuarentur. † 72,18.

Dolum facerent in seruos eius. † 104,24.

Dolus in corde cogitantiū mala. Prou.12,20.

Ab vno doloso augetur sanguis. Eccli 11,34.

Qui in altum mittit lapidem, super caput eius cadet: & plaga dolosa, dolosi diuidet vulnera. † 27,28.

Eò quòd iniquitatem non fecerit, neque dolus fuerit in ore eius. Isa.53,9.

Et à propheta vsque ad sacerdotem cuncti faciunt dolum. Ierem.6,13.

Dirigetur dolus in manu eius. Dan.8,25.

Et cogitabat dolum aduersus Simonem, & filios eius, vt tolleret eos. 1.Mach.16,13,15.

Considerans autem dolum illorum, dixit ad eos: Quid me tentatis? Ostendite mihi denarium. Luc.20,24.

Ecce verè Israelita, in quo dolus non est. Ioan.1,47.

Sed cùm essem astutus, dolo vos cepi. 2.Corinth. 12,16.

Deponentes igitur omnem malitiam, & omnem dolũ, & simulationes, & inuidias. 1.Pet.2,1.

DOMA.

Præmium, qui percussisset Iebusæum, & tetigisset domatum fistulas. 2.Reg.5,8.

Feceruntque sibi tabernacula, vnusquisque in domate suo. 2.Esd.8,16.

Meliùs est sedere in angulo domatis, quàm cum muliere litigiosa. Prou.21.9. † 25,24. Ierem.19,13.

In quarum domatibus sacrificabant Baal. Ierem.32,23.

DOMINVS.

Esto dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filij matris tuæ. Gen.27,29.

Dominus est in loco isto, & ego nesciebam. Pauensque, Quàm terribilis est, inquit, locus iste! non est hîc aliud nisi domus Dei, & porta cæli. † 28,16.

Præcedat Dominus meus ante seruum suum. † 33,14.

Tu es enim post Pharaonem dominus meus. † 44,18.

Scient Aegyptij quia ego sum Dominus qui extenderim manum meam super Aegyptum. Exod.7,5.

In cunctis diis Aegypti faciam iudicia, ego Dominus. Exod.12,12.

Ne indignetur dominus meus: tu enim nosti populum istum, quòd pronus sit ad malum. † 32,22.

De Iacob erit qui dominetur, & perdat reliquias ciuitatis. Num.24,19.

Dominus ipse est Deus, & non est alius præter eum. Deut.4,35.

Dominus Deus noster, Dominus vnus est. † 6,4.

Dominaberis nationibus plurimis, & tui nemo dominabitur. † 15,6.

Dominus solus dux eius fuit: & non erat cum eo Deus alienus. † 32.12.

Dominus tecum, virorũ fortissime. Iudic.6,12.

Dominare nostri tu, & filius tuus, & filius filij tui: quia liberasti nos de manu Madian. quibus ille ait: Non dominabor vestri, nec dominabitur in vos filius meus: sed dominabitur vobis Dominus. † 8,22.

Dominium plurium vni postponatur. † 9,2.

Eo enim tempore Philisthiim dominabantur Israeli. † 14,4.

Dominus vobiscum. Qui responderunt ei: Benedicat tibi Dominus. Ruth 2,4.

Dominus est: quod bonum est in oculis suis faciat. 1.Reg.4,18.

Quis poterit stare in conspectu Domini Dei sancti huius? † 6,20.

Iste [Saul] dominabitur populo meo. † 9,17.

Dominus, qui fecit Moysen & Aaron, & eduxit patres nostros de Terra Aegypti. † 12,6.

Vade, & Dominus tecum sit. † 17,37.

Dominus sit inter me & te. † 20,42.

Quando profectus est [David] vt dominaretur super flumen Euphraten. 2.Reg.8,3.

Locutus est fortis Israel, Dominator hominum, iustus dominator in timore Dei. † 23,3.

Vt sciant omnes populi terræ, Dominus ipse est Deus, & non est vltrà absque eo. 3.Reg.8,60.

Dominus transit, & spiritus grandis & fortis. † 19,11.

Tradam eam [multitudinem] in manu tua hodie, vt scias, quia ego sum Dominus. † 20,13.

Non habent isti dominum: reuertatur vnusquisque in domum suam in pace. † 22,17.

Dominis duobus seruire volunt captiui in Assyrios, & alij. 4.Reg.17,31.

Dominum Deum vestrum timete, & ipse eruet vos de manu omnium inimicorum vestrorũ. 39.

Tu dominaris omnium. 1.Par.29,12.

Dominus sit tecum in vltionem inimicorum nostrorum. Iudith 8,34.

Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum. Iob 1,21.

Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero. Psal.18,14.

Dominabuntur eorum iusti in matutino. † 48,15.

Deus dominabitur Iacob, & finium terræ. † 58,14.

Qui dominatur in virtute sua in æternum. † 65,7.

Dominus nomen illi. † 67,5.

Dominabitur à mari vsque ad mare. † 71,8.

Nomen tibi Dominus: tu solus Altissimus. † 82,19.

Tu dominaris potestati maris. † 88,10.

Dominus in Sion magnus: & excelsus super filios hominum. † 98,2.

Constituit eum [Ioseph] dominum domus suæ. † 104,21.

Dominati sunt eorũ qui oderant eos. † 105,41.

Dixit Dominus Domino meo: Sede à dextris meis. † 109,1.

Dominare in medio inimicorum tuorum. 2.

Non dominetur mei omnis iniustitia. † 118,133.

Dominatio tua in omni generatione & generationem. † 144.13.

Me-

Melior est patiens viro forti: & qui dominatur animo suo, expugnatore vrbium. Prou.16,32.

Dominabitur in laboribus meis, quibus desudaui. Eccles.2,19.

Dominabuntur populis. Sap.3,8.

Dominus omnium dilexit illam [sapientiam.] † 8,3.

Qui timet Dominum honorat parentes, & quasi dominis seruiet his, qui se genuerunt. Eccli.3,8.

Dominatus est [homo] bestiarum & volatilium. † 17,4.

Dominus solus sustinentibus se in via veritatis & iustitiæ. † 34,22.

Dominantes in potestatibus suis, homines magni virtute, & prudentia sua præditi. † 44,3.

Audite verbum Domini viri illusores, qui dominamini super populum meum, qui est in Ierusalem. Isa.28,14.

Ego Dominus, hoc est nomen meum: gloriam meam alteri non dabo, & laudem meam sculptilibus. † 42,8.

Iste dicet: Domini ego sum: & ille vocabit in nomine Iacob: & hic scribet manu sua: Domino. † 44,5.

Vt scias quia ego Dominus, qui voco nomen tuum, Deus Israel. † 45,3.

Non vocaberis vltrà domina regnorũ. † 47,5.

Dominatores eius iniquè agunt. † 52,5.

Dominabitur tui qui fecit te. † 54,5.

Facti sumus quasi in principio, cùm non dominareris nostri, nec inuocaretur nomen tuum super nos. † 63,19.

Non dixerunt: Vbi est Dominus, qui ascendere nos fecit de Terra Aegypti. Ierem.2,6.

Pactum, quod irritum fecerunt, & ego dominatus sum eorum. † 31,32.

Super terram dominantium ascende, & super habitatores eius visita, dissipa, & interfice. † 50,21.

Et iniquitas in terra, & dominator super dominatorem. † 51,46.

Facta est quasi vidua domina Gentium. Thren.1,1.

Serui dominati sunt nostri. † 5,8.

Ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israel, & egressus eius ab initio, à diebus æternitatis. Mich.5,2.

Erit Dominus Rex super omnem terram: in die illa erit Dominus vnus, & erit nomen eius vnum. Zach.14,9.

Si ergo Pater ego sum, vbi est honor meus? & si Dominus ego sum, vbi est timor meus? Malach.1,6.

Et elegit Bacchides viros impios, & constituit eos dominos regionis. 1.Machab.9,25.

Nemo potest duobus dominis seruire. Matthæi 6,24.

Non omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum: sed qui facit voluntatem Patris mei. † 7,21.

Dominus enim est filius hominis, etiam sabbati. † 12,8.

Scitis quia principes gentium dominantur eorum. † 20,25. Luc.22,25.

Respondit Thomas, & dixit ei: Dominus meus, & Deus meus. Ioan.20,28.

Dominum eum, & Christum fecit Deus, hunc Iesum, quem vos crucifixistis. Act.2,36.

In hoc enim Christus mortuus est, & resurrexit: vt & mortuorum & viuorum dominetur. Rom.14,9.

Nemo potest dicere, Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto. 1.Cor.12,3.

Non quia dominamur fidei vestræ, sed adiutores sumus gaudij vestri: nam fide statis. 2.Corinth.1,23.

Et vos domini eadem facite illis, [seruis] remittentes minas: scientes quia illorum, & vester Dominus est in cælis. Eph.6,9.

Domini, quod iustum est & æquum, seruis præstate: scientes quòd & vos Dominum habetis in cælo. Col.4,1.

Dominus sit cum omnibus vobis. 2.Thes.3,16.

Qui autem fideles habent dominos, non contemnant, quia fratres sunt: sed magis seruiant, quia fideles sunt & dilecti, qui beneficij participes sunt. 1.Timoth.6,2.

Dominus Iesus Christus cum spiritu tuo. 2.Timoth.4,22.

Sicut Sara obediebat Abrahæ, dominum eum vocans. 1.Pet.3,6.

Neque vt dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex animo. † 5,3.

Dominationemque contemnunt, audaces, sibi placentes. 2.Pet.2,10.

Hi carnem quidem maculant, dominationem autem spernunt, maiestatem autem blasphemant. Iudæ v.8.

Fui in spiritu in Dominica die, & audiui post me vocem magnam. Apoc.1,10.

Hi cum Agno pugnabunt, & Agnus vincet illos: quoniam Dominus dominorum est, & Rex regum. † 17,14.

DOMO.

Ferrũ comminuit & domat omnia. Dan.2,40.

Nemo poterat eum domare. Mar.5,4.

Et serpentium, & ceterorum domantur, & domita sunt à natura humana: linguam autem nullus hominum domare potest. Iac.3,7.

DOMVS.

Non est hic aliud nisi domus Dei, & porta cæli. Gen.28,17.

Percutient me, & delebor ego, & domus mea. † 34,30.

Appellauit [Iacob] nomen loci illius, Domus

Dei: ibi enim apparuit ei Deus cùm fugeret fratrem. † 35,7.

In vna domo comedetur, [agnus] nec efferetis de carnibus eius foras. Exod.12,46.

Homo si vouerit domum suam, & sanctificauerit Domino, considerabit eam sacerdos vtrùm bona an mala sit. Leuit.27,14.

Domum ædificans arceatur in bello. Deuter.20,5.

Domum ædifices,& nō habites in ea.† 28, 30.

Domus autem erat plena virorum ac mulierum. Iudic.16,27.

Fiatque domus tua, sicut domus Phares. Ruth 4,12.

Reuertebaturque [Samuel] in Ramatha: ibi enim erat domus eius, & ibi iudicabat Israelem. 1.Reg.7,17.

Faciet Dominus tibi domino meo domum fidelem. † 25,28.

Duxit Dauid singulos cum domo sua. 2.Regum 2,3.

Sola autē domus Iuda sequebatur Dauid. 10.

Domus autem Saul decrescēs quotidie. † 3,1.

Aedificauerunt domum Dauid. 11.

Domus serui tui Dauid erit stabilita coram Domino. † 7,26.

Sed & hoc parum visum est in conspectu tuo Domine Deus, nisi loquereris etiam de domo serui tui in longinquum. 19.

Et in domum suam non descendit [Vrias] † 11,13.

Dedi tibi domum domini tui. † 12,8.

Neque enim fuit domus patris mei, nisi morti obnoxia domino meo regi. † 19,28.

Propter Saul,& domum eius sanguinum,quia occidit Gabaonitas. † 21,1.

Et fecit mihi domum,sicut locutus est. 3.Regum 2,24.

Domus hæc quam ædificas,si ambulaueris in præceptis meis. † 6,12.

Domum quoque ante oraculum operuit auro purissimo. 21.

Domum autem suam ædificauit Salomon tredecim annis,& ad perfectum vsque perduxit. † 7,1.2.

Domum quoque fecit filiæ Pharaonis,quam vxorem duxerat Salomon. 8.

Domuncula,in qua sedebatur ad iudicandum, erat in media porticu. 8.

Percussit [Zambri] omnem domum Baasa,& non dereliquit ex ea mingentem ad parietem. † 16,11.

Et dabo domum tuam sicut domum Ieroboam. † 21,22.

Et domus eburnea quam ædificauit [Achab] cunctarumque vrbium quas extruxit. † 22,39.

Et percuties domum Achab domini tui. 4.Reg.9, 7.

Præcipe domui tuæ: morieris enim tu,& non viues. † 20, 1.

Extruxitque [Manasses] aras in domo Domini. † 21,4.

Destruxit quoque [Iosias] ædiculas effeminatorum, quæ erant in domo Domini, pro quibus mulieres texebant quasi domunculas luci. † 23,7.

Proiiciam ciuitatem hanc, quam elegi, Ierusalem,& domum, de qua dixi; Erit nomen meum ibi. 27.

Et cognationes domus operantium byssum in domo iuramenti. 1.Par.4,21.

Dixitque Dauid: Hæc est domus Dei, & hoc altare in holocaustum Israel. † 22,1.

Domus autem,quam ædificari volo Domino, talis esse debet vt in cunctis regionibus nominetur: præparabo ergo ei necessaria. 5.

Et cœpit Salomon ædificare domum Dominī in Ierusalem in monte Moria, qui demonstratus fuerat Dauid patri eius, in loco, quem parauerat Dauid in area Ornan Iebusæi. 2.Par.3,1.

Domum Achab euertit Iehu. † 22,8.

Incenderunt hostes domum Dei, destruxeruntque murum Ierusalem. † 36,19.

Et non potuerunt indicare domum patrum suorum, & semen suum, vtrùm ex Israel essent. 1.Esd.2,59. 2.Esd.7,61.

Benedictus Dominus Deus patrum nostrorum, qui dedit hoc in corde regis, vt glorificaret domum Domini, quæ est in Ierusalem. † 7,27.

Et egi causam aduersus magistratus, & dixi: Quare dereliquimus domum Dei?& congregaui eos, & feci stare in stationibus suis. † 13,11.

At vbi introieris domum tuam, statim adora Dominum Deum tuum:& gratias agens ei, accede ad patrem tuum,& osculare eum. Tob.11,7.

Domus Dei, quæ in ea incensa est, iterùm reædificabitur. † 14, 7.

Domus tua in sanctificatione tua permaneat. Iudith 9, 18.

Domum Aman concessi Esther. Esth.8,7.

Qui habitant domos luteas. Iob 4,18.

Nec reuertetur vltrà in domum suam.† 7,10.

Domum rapuit,& non ædificauit eā.† 20,19.

Domus eorum securæ sunt. † 21,9.

Quid enim ad eum pertinet de domo sua post se? 21.

Vnam petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ. Psal.26,4.

A domibus eburneis. † 44.9.

Qui obscurati sunt terræ domibus iniquitatum. † 73,20.

Domum tuam decet sanctitudo in longitudinem dierum. † 92,5.

Quando domus ædificabatur post captiuitatem. Tit.Psal.95.

Hero-

Herodij domus dux est eorum. † 103,18.
In domum Domini ibimus. † 121,1.
Propter domum Domini Dei nostri, quæsiui bona tibi. 9.
Domus Leui benedicite Domino. † 134,20.
Qui conturbat domum suam, possidet ventos. Prou.11,29.
Domus impiorum delebitur: tabernacula verò iustorum germinabunt. † 14,11.
Sapientia ædificabitur domus, & prudentia roborabitur. † 24,3.
Subtrahe pedem tuum de domo proximi tui. † 25,17.
Domum fratris tui, ne ingrediaris in die afflictionis tuæ. † 27,10.
Custodi pedem tuum ingrediens domum Dei, & appropinqua vt audias. Eccles.4,17.
Donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ. Cant.3,4.
Noli esse sicut leo in domo tua, euertens domesticos tuos, & opprimens subiectos tibi. Eccli.4,35.
Non omnem hominem inducas in domum tuam: multæ enim sunt insidiæ dolosi. † 11,31.
Domus quæ nimis locuples est, annullabitur superbia. † 21,5.
Et erit in nouissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, & eleuabitur super colles. Isa.2,2. Mich.4,1.
Vinea enim Domini exercituum, domus Israel est: & vir Iuda, germen eius delectabile. † 5,7.
Væ qui coniungunt domum ad domum, & agrum agro copulatis vsque ad terminũ loci. 8.
Destruxistis domos ad muniendum murum. † 22,10.
Domus mea, domus orationis vocabitur cunctis populis. † 56,7.
Et domũ maiestatis meæ glorificabo. † 60,7.
Et ædificabunt domos, & habitabunt: & plantabunt vineas, & comedent fructus earũ. † 65,21.
Quæ est ista domus, quam ædificabitis mihi? & quis est iste locus quietis meæ? Omnia hæc manus mea fecit. † 66,1.
Ibit domus Iuda ad domum Israel, & venient simul de terra Aquilonis, ad terram quam dedi patribus vestris. Ierem.3,18.
Ascendamus in nocte, & dissipemus domos eius. † 6,5.
Transibunt domus eorum ad alteros, agri & vxores pariter. 12.
Domum conuiuij non ingrediaris, vt sedeas cum eis, & comedas & bibas. † 16,8.
In domo mea inueni malum. † 23,11.
Dabo domum istam sicut Silo. † 26,6.
Comburent eam, & domos, in quorum domatibus sacrificabant Baal. † 32,29.
Posuerunt idola sua in domo, in qua inuocatum est nomen meum. 34.
Domum non ædificabitis, & sementem non seretis. † 35,7.
Domum quoque regis, & domum vulgi succenderunt Chaldæi igni, & murum Ierusalem subuerterunt. † 39,8.
Incendit [Nabuzardan] domum Domini, & domũ regis, & omnes domos Ierusalem. † 52,13.
O Israel, quàm magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius! Magnus est, & non habet finem; excelsus & immensus. Baruch 3,24.
Et ecce repleta erat gloria Domini domus. Ezech.43,5.
Domus Tichon, quæ est iuxta terminum Auran. † 47,16.
Collocabo eos in domibus suis. Osee 11,11.
Percutiam domum hiemalem cum domo æstiua: & peribunt domus eburneæ, & dissipabuntur ædes multæ. Amos 3,15.
Domos quadro lapide ædificabitis, & non habitabitis in eis. † 5,11.
Dominus mandabit & percutiet domum maiorem ruinis, & domum minorem scissionibus. † 6,12.
Et erit domus Iacob ignis, & domus Ioseph flamma, & domus Esau stipula. Abd.v.18.
Qui complent domum Domini Dei sui iniquitate & dolo. Soph.1,9.
Ascendite in montem. Portate ligna, & ædificate domum: & acceptabilis mihi erit. Agg.1,8.
Domus mea deserta est, & vos festinatis vnusquisque in domum suam. 9.
Quis in vobis est derelictus, qui vidit domum istam in gloria sua prima? † 24,8.
Magna erit gloria domus istius nouissimæ plus quàm primæ, dicit Dominus exercituum: & in loco isto dabo pacem. 10.
Reuertar ad Ierusalem in misericordiis: & domus mea ædificabitur in ea. Zach.1,16.
Et flentes dixerunt: Tu Domine elegisti domum istam ad inuocandum nomen tuum in ea. 1.Mach.7,37.
Præcepit Alcimus destrui muros domus sanctæ interioris, & destrui opera prophetarum. † 9,54.
Sicut enim nouæ domus architecto de vniuersa structura curandum est: ei verò qui pingere curat, quæ apta sunt ad ornatum, exquirenda sunt. 2.Mach.2,30.
Omnis ergo, qui audit verba mea hæc, & facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui ædificauit domum suam supra petram, & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit: fundata enim erat supra petram. Matth.7,24.
Domus mea, domus orationis vocabitur. † 21,13.
Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. † 23,38.
Tibi dico, surge, tolle lectum tuum, & vade in

in domum tuam. Luc. 5,24.

Nolite facere domum patris mei, domum negotiationis. Ioan.2,16.

Scimus enim, quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quòd ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, æternam in cælis. 2.Cor.5,1.

Salutant vos omnes sancti, maximè autem qui de Cæsaris domo sunt. Philip.4,22.

Omnis namque domus fabricatur ab aliquo: qui autem omnia creauit, Deus est. Heb.3,4.

Christus verò tamquam filius in domo sua: quæ domus sumus nos, si fiduciam, & gloriam spei vsque ad finem, firmam retineamus. 6.

Quoniam tempus est vt incipiat iudicium à domo Dei. Si autem primùm à nobis: quis finis eorum, qui nō credunt Dei Euangelio? 1.Pet.4,17.

DOMESTICVS.

Asini, domesticis regis, vt sedeat. 2.Reg.16,2.

Deditque prædam domesticis suis. Prouerb.31,15,21.

Noli esse sicut leo in domo tua, euertens domesticos tuos. Eccli.4,35.† 6,11.† 30,2.

Et à domesticis tuis attende. † 32,26.

Inimici hominis domestici eius. Mich.7,6. Mat.10,25,36. Act.10,7.

Et domesticam Ecclesiā eorum. Rom.16,5.

Operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domesticos fidei. Gal.6,10.

Sed estis ciues sanctorum & domestici Dei. Ephes.2,19.

Si quis autem suorum & maximè domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior. 1.Timoth.5,8.

DOMICILIVM.

Sicut nycticorax in domicilio. Psal.101,7.

In peregrè sine domicilio. Eccli.29,29.

Domiciliū habebat in monumentis. Mar.5,3.

Angelos verò, qui non seruauerunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium. Iudæ v.6.

DONEC.

Donec reuertaris in terram. Gen.3,19.† 8,7.

Non respirabis vltrà, donec extermineris cùm illis. Iudith 6,4. Iob 14,12.

Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Psal.109,1.

Donec transfigat sagitta iecur eius. Prou.7,23.

Non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitum. Matth.1,25. † 18,30. Apoc.17,17.

DOR.

Rex Dor, & Prouinciæ Dor, vnus. Ios.12,23.

DORCAS.

Viduæ flentes, & ostendentes ei [Petro] tunicas & vestes, quas faciebat illis Dorcas. Act.9,39.

DORMIO.

Ecce tu dormies cum patribus tuis, & populus iste consurgens fornicabitur post deos alienos. Deut.31,16.

Dormiuit autem Samson vsque ad medium noctis, & inde consurgens, apprehendit ambas portæ fores cum postibus suis & sera, impositasque humeris suis portauit ad verticem montis, qui respicit Hebron. Iudic.16,3.

Illa dormire eum fecit super genua sua, & in sinu suo reclinare caput. 19.

Dormiebant [filij Heli] cum mulieribus, quæ obseruabant ad ostium tabernaculi. 1.Regum 2,22.

Samuel dormiebat in templo Domini, vbi erat arca Dei. † 3,3.

Dormiuit autem Samuel vsque manè. 15.

Et vidisset [Dauid] locum, in quo dormiebat Saul, & Abner. † 26,5.

Isboseth: qui dormiebat super stratum suum meridie, &c. & percusserunt eum in inguine. 2.Reg.4,5.

Cùmque completi fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum post te. † 7,12.

Dormiuit igitur Dauid cum patribus suis. 3.Reg.2,10.

Aut in diuersorio est [Baal,] aut in itinere, aut certè dormit, vt excitetur. † 18,27.

Nunc enim dormiens silerem, & somno meo requiescerem. Iob 3,13.

Si dormiero, dicam: Quando consurgam? & rursum expectabo vesperam, & replebor doloribus vsque ad tenebras. † 7,4.

Defossus securus dormies. † 11,18.

Dormiui, & soporatus sum: & exurrexi, quia Dominus suscepit me. Psal.3,6.

Numquid qui dormit non adiiciet vt resurgat? † 40,9.

Dormiui conturbatus. † 56,5.

Si dormiatis inter medios cleros. † 67,14.

Dormientes in sepulcris. † 87,6.

Dormitauit anima mea præ tædio. † 118,28.

Non dormitabit neque dormiet, qui custodit Israel. † 120,4.

Vestietur pannis dormitatio. Prou.23,21.

Oculi tui videbunt extraneas, & cor tuum loquetur peruersa. Et eris sicut dormiens in medio mari, & quasi sopitus gubernator, amisso clauo: & dices: Verberauerunt me, sed non dolui: traxerunt me, & ego non sensi: quando euigilabo, & rursus vina reperiam? 33.

Et si dormierint duo, fouebuntur mutuò: vnus quomodo calefiet? Eccles.4,11.

Ego dormio, & cor meum vigilat. Cant.5,2.

Penetrabo omnes inferiores partes terræ, & inspiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes sperantes in Domino. Eccli.24,45.

Ex quo dormisti, non ascendet qui succidat nos. Isa.14,8.

In

In ſaltu ad veſperam dormietis, in ſemitis Dedanim. † 21,13.

Dormiemus in confuſione noſtra, & operiet nos ignominia noſtra: quoniam Domino Deo noſtro peccauimus. Ierem.3,25.

In calore eorum ponam potus eorum, & inebriabo eos, vt ſopiantur, & dormiant ſomnum ſempiternum, & non conſurgant. † 51,39.

Dormient ſomnum ſempiternum, & non expergiſcentur. 57.

Dormies ſuper latus tuum ſiniſtrum, & pones iniquitates domus Iſrael ſuper eo. Ezech.4,4.

Multi de his, qui dormiunt in terrę puluere, euigilabunt: alij in vitam æternam, & alij in opprobrium vt videant ſemper. Dan.12,2.

Qui dormitis in lectis eburneis, & laſciuitis in ſtratis veſtris. Amos 6,4.

Ionas deſcendit ad interiora nauis,& dormiebat ſopore graui. Ionæ 1,5.

Ab ea,quæ dormit in ſinu tuo,cuſtodi clauſtra oris tui. Mich.7,5.

Dormitauerunt paſtores tui, rex Aſſur: ſepelientur principes tui. Nahum 3,18.

Cùm autem dormirent homines, venit inimicus eius, & ſuperſeminauit zizania in medio tritici,& abiit. Matth.13,25.

Moram autem faciente ſponſo, dormitauerunt omnes. † 25,5.

Dormite iam,& requieſcite. † 26,45.

Et erat ipſe in puppi ſuper ceruical dormiens: & excitant eum. Mar.4,38.

Et veniſſet ad diſcipulos ſuos,inuenit eos dormientes præ triſtitia. Luc.22,45.

Si dormit, ſaluus erit. Ioan.11,12.

Erat Petrus dormiens inter duos milites, vinctus catenis duabus. Act.12,6.

Nolumus autem vos ignorare fratres,de dormientibus, vt non contriſtemini, ſicut & ceteri, qui ſpem non habent. 1.Theſ.4,12.

Qui enim dormiunt, nocte dormiunt: & qui ebrij ſunt, nocte ebrij ſunt. † 5,7.

DORSVM.

Minimus digitus meus groſſior eſt dorſo patris mei. 3.Reg.12,10.

Pones eos dorſum: in reliquiis tuis præparabis vultum eorum. Pſalm.20,13.

Dorſum eorum ſemper incurua. † 68,24.

Supra dorſum meum fabricauerunt peccatores: prolongauerunt iniquitatem ſuam. † 128,3.

Sicut ventus vrens diſpergam eos coram inimico: dorſum, & non faciem oſtendam eis in die perditionis eorum. Ierem.18,17.

DOS.

Dotauit me Dominus dote bona. Gen.30,20. † 34,12.

Si ſeduxerit quis virginem necdum deſponſatam,dormieritque cum ea: dotabit eam, & habebit eam vxorem. Exod.22,16,17.

Dedit eam [Gazer] in dotem filiæ ſuæ vxori Salomonis. 3.Reg.9,16.

Et vt acciperet pecunias multas dotis nomine. 2.Mach.1,14.

DRACHMA.

Inueni drachmã,quam perdiderã? Luc.15,9.

DRACO.

Proiecerunt ſinguli virgas ſuas,quæ verſæ ſunt in dracones: ſed deuorauit virga Aaron virgas eorum. Exod.7,12.

Et ante fontem draconis,& ad portam ſtercoris. 2.Eſd.2,13.

Duo autem dracones: ego ſum, & Aman. Eſth.10,7. † 11,6.

Frater fui draconum, & ſocius ſtruthionum. Iob 30,29.

Draco iſte, quem formaſti ad illudendum ei. Pſal.103,26.

Requieſcent ibi beſtiæ, & replebuntur domus eorum draconibus. Iſa.13,21.

Erit cubile draconum, & paſcua ſtruthionum. † 34,13.

Erit Aſor in habitaculum draconum, deſerta vſque in æternum. Ierem.49,33.

Habitabunt dracones cum faunis ficariis: & habitabunt in ea ſtruthiones. † 50,39.

Ego ad te Pharao rex Aegypti, draco magne, qui cubas in medio fluminum tuorum, & dicis: Meus eſt fluuius, & ego feci memetipſum. Ezech.29,3.

Da mihi poteſtatem,& interficiam draconem abſque gladio & fuſte. & ait rex: Do tibi. Tulit ergo Daniel picem, & adipem, & pilos, & coxit pariter: fecitque maſſas,& dedit in os draconis,& diruptus eſt draco. Et dixit: Ecce quem colebatis. Daniel.14,25.

Faciam planctum velut draconum, & luctum quaſi ſtruthionum. Mich.1,8.

Draco magnus rufus habens capita ſeptem. Apoc.12,3.

Draco pugnabat,& Angeli eius: & non valuerunt, neque locus inuentus eſt eorum ampliùs in cælo. 8.

Dedit illi draco virtutem ſuam,& poteſtatem magnam. † 13,2.

DROMEDARIVS.

Inundatio camelorum operiet te, dromedarij Madian & Epha. Iſa.60,6.

DVBITO.

Et videntes eum adorauerunt: quidam autem dubitauerunt. Matth.28,17.

DVELLVM.

Eligite ex vobis virum, & deſcendat ad ſingulare certamen, ſi quiuerit pugnare mecum & percuſſerit me, erimus vobis ſerui. 1.Reg.17,9,48. 2.Reg.2,14.

DVLCEDO.

At ille clamauit ad Dominum, qui oſtendit ei

lignum: quod cùm misisset in aquas, in dulcedinem versæ sunt. ibi constituit ei præcepta, atque iudicia. Exod.15,25.

Numquid possum deserere dulcedinem meã, fructusque suauissimos, & ire vt inter cetera ligua promouear? Iudic.9,11.

De comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo. † 14,14.

Quid dulcius melle, & quid fortius leone? 18.

Obliuiscatur eius misericordia: dulcedo illius vermes. Iob 24,20.

Iudicia, &c. dulciora super mel & fauum. Psal.18,11.

Dulcis & rectus Dominus. † 24,8.

Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te. † 30,20.

Parasti in dulcedine tua pauperi Deus.† 67,11.

Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo! † 118,103.

Fauus mellis, composita verba: dulcedo animæ, sanitas ossium. Prou.16,24.

Nihil melius est quàm timor Dei; & nihil dulcius, quàm respicere in mandatis Domini. Eccli.23,37.

Et erit in die illa: stillabunt montes dulcedinem,& colles fluent lacte. Ioel 3,18. Amos 9,13.

Per dulces sermones, & benedictiones, seducunt corda innocentium. Rom.16,18.

Si tamen gustastis quoniam dulcis est Dominus. 1.Pet.2,3.

DVO.

Duo & duo [animantia] ingressa sunt ad Noë in arcam. Gen.7,9,15.

Reliqui autem dispersi sunt, ita vt non relinquerentur in eis duo pariter. 1.Reg.11,11.

Duo viri erant in ciuitate vna, vnus diues & alter pauper, &c. tulit ouem viri pauperis. 2.Reg.12,1.

Melius est ergo duos esse simul, quàm vnum: habent enim emolumentum societatis suæ. Eccles.4,9.

Duo & duo,& vnum contra vnũ. Eccli.33,15.

Numquid ambulabunt duo pariter, nisi conuenerit eis? Amos 3,3.

Erunt duo in carne vna. Matth.19,5.

Duo erunt in agro: vnus assumetur, & vnus relinquetur. † 24,40.

Duo homines ascenderunt in templum vt orarent. Luc.18,10.

DVODECIM.

Duodecim, inquiunt, serui tui, fratres sumus, filij viri vnius. Gen.42,13.

Venerunt autem in Elim filij Israel, vbi erant duodecim fontes aquarum, & septuaginta palmæ: & castrametati sunt iuxta aquas. Exodi 15,27. Num.33,9.

Duodecim nominibus cælabuntur, singuli lapides nominibus singulorum per duodecim tribus. † 28,21.

Tollant de medio Iordanis alueo, vbi steterunt pedes sacerdotum, duodecim durissimos lapides, quos ponetis in loco castrorum. Ios.4,3.

Transierunt numero duodecim de Beniamin, &c. defixit gladium in latus contrarij, & ceciderunt simul. 2.Reg.2,15.

Duodecim leunculi stantes super sex gradus hinc atque inde. 3.Reg.10,20.

Tulit duodecim lapides iuxta numerum tribuum filiorum Iacob. † 18,31.

Et fecit vt essent duodecim cum illo: & vt mitteret eos prædicare. Mar.3,14.

Impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum. Ioan.6,13.

DVPLEX.

Obsecro vt fiat in me duplex spiritus tuus. 4.Reg 2,9.

Duplicitas in agendo. Laudabant eum coram me,& verba mea nuntiabant ei. 2.Esd.6,18.

Addidit Dominus omnia quæcumque fuerant Iob, duplicia. Iob 42,10.

Duplicitas. Qui laudabant me, aduersum me iurabant. Psal.101,9. Eccli.5,28.

Ne sis incredibilis timori Domini: & ne accesseris ad illum duplici corde. Eccli.1,36.

Væ duplici corde & labiis scelestis, & manibus malefacientibus, & peccatori terram ingredienti duabus viis. † 2,14.

Duplicia mala inuenies in omnibus bonis, quæcumque feceris illi. † 12,7.

Reddam primùm duplices iniquitates,& peccata eorum. Ierem.16,18.

Duplici contritione contere eos. † 17,18.

Vir duplex animo, inconstans est in omnibus viis suis. Iac.1,8.

Reddite illi sicut & ipsa reddidit vobis: & duplicate duplicia secũdùm opera eius. Apoc.18,6.

DVPLVM.

Sit duplũ, quàm colligere solebãt. Exod.16,5.

DVRITIA.

Nolite pauere, neque vobis durum esse videatur quòd vendidistis me in his regionibus: pro salute enim vestra misit me Deus ante vos in Aegyptum. Gen.45,5.

Vidi afflictionem populi mei in Aegypto, & clamorem eorum audiui propter duritiam eorum qui præsunt operibus. Exod.3,7.

Conteram superbiam duritiæ vestræ. Leuit.26,19.

Ne aspicias duritiam populi huius,& impietatem atque peccatum. Deut.9,27.

Duritia & cæcitas Israelitarum. Portenta ingentia,& non dedit vobis Dominus cor intelligens,& oculos videntes, & aures quæ possunt audire. † 29,4.

Dura est manus eius super nos, & super Dagon

Dagon Deum nostrum. 1. Regum 5,7.

Quis renuntiabit mihi, si quid fortè responderit tibi pater tuus durè de me? † 20,10.

Vir eius [Nabal] durus, & pessimus, & malitiosus: erat autem de genere Caleb. † 25,3.

Filij Saruiæ duri sunt mihi. 2. Reg. 3,39.

Duriùs autem responderunt viri Iuda viris Israel. † 19,43.

Duritia Ieroboam. Post hæc verba non est reuersus Ieroboã de via sua pessima. 3. Reg. 13,33.

Duratur [struthio] ad filios suos quasi non sint sui. Iob 39,16.

Audite me duro corde, qui longè estis à iustitia. Propè feci iustitiam meam, non elongabitur. Isa. 46,12.

Sciui enim quia durus es tu, & neruus ferreus ceruix tua, & frons tua ærea. † 48,4.

Et filij dura facie, & indomabili corde sunt, ad quos ego mitto te. Ezech. 2,4.

Omnis quippe domus Israel attrita fronte est, & duro corde. † 3,7.

Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras. Matth. 19,8.

Scio quia homo durus es, metis vbi non seminasti. † 25,24.

Durus est hic sermo, & quis potest eum audire? Ioan. 6,61.

Dura ceruice, & incircumcisis cordibus & auribus, vos semper Spiritui sancto resistitis, sicut patres vestri, ita & vos. Act 7,51.

Secundùm autem duritiam tuam, & impœnitens cor, thesaurizas tibi irã in die iræ. Rom. 2,5.

Absens scribo, vt non præsens duriùs agam. 2. Cor. 13,10.

DVX, DVCO.

Ducum filiorum Esau nomina. Gen. 36, 40.

NON AVFERETVR sceptrum de Iuda, & dux de femore eius. † 40,10.

Vt dux esset [Dominus] itineris vtroque tempore. Exod. 13,21.

Duces totius exercitus. † 14,7.

Dux fuisti in misericordia tua populo tuo. † 15,13.

Eris ductor noster. Num. 10,31.

Constituamus nobis ducem, & reuertamur in Aegyptum. † 14,4.

Dominus Deus tuus, ipse est ductor tuus, & non dimittet, nec derelinquet te. Deut. 31,6.

Dominus solus dux eius fuit: & non erat cum eo Deus alienus. † 32,12.

Dux belli Iudas. Iudas ascendet: ecce tradidi Terram in manus eius. Iudic. 1,2.

Tradidit Dominus Sisaram in manus tuas: en ipse ductor est tuus. † 4,14.

Duces Issachar fuere cum Debbora, & Barac vestigia sunt secuti. † 5,15.

Surrexit dux in Israel Thola. † 10,1.

Primus hostes inuadens sit dux. 18.

Sitque dux omnium qui habitant in Galaad. † 11,8.

Iudas sit dux vester. † 20,18.

Vnges eum [Saul] ducem super populum meum. 1. Reg. 9,16.

Præcepit ei Dominus vt esset dux super populum suum. † 13,14.

Et constituerit te ducem super Israel, non erit tibi hoc in singultum. † 25,30.

Duxit Dauid singulos cum domo sua. 2. Regum 2,3.

Tu eris dux super Israel. † 5,2.

Ducem ponam eum [Salomonem] cunctis diebus vitæ suæ, propter Dauid seruum meum. 3. Reg. 11,34.

Ducem illum, in cuius manu incumbebat, constituit ad portam: quem conculcauit turba in introitu portæ, & mortuus est. 4. Reg. 7,17.

Ioachaz tulit & duxit [Pharao] in Aegyptum, & mortuus est ibi. † 23,34.

Adad autem mortuo, duces pro regibus in Edom esse cœperunt. 1. Par. 1,51.

Erat dux eorum coram Domino. † 9,20.

A die autem illa, qua præceperat rex mihi, vt essem dux in terra Iuda. 2. Esd. 5,14.

Duces autem primi, qui fuerunt ante me, grauauerunt populum, & acceperunt ab eis, in pane, & vino, & pecunia, quotidie siclos quadraginta: sed & ministri eorum depresserunt populum. 15.

Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Iob 21,13.

Dux meus, & notus meus. Psal. 54,14.

Dux itineris fuisti in conspectu eius. † 79,10.

Ducam in domũ matris meæ: ibi me docebis. Cant. 8,2.

Propter quod ignis ardentem columnam ducem habuerunt ignotæ viæ. Sap. 18,3.

Noli quærere à Domino ducatum, neque à rege cathedram honoris. Eccli. 7,4.

Ecce testem populis dedi eum, ducem ac præceptorem Gentibus. Isa. 55,4.

Numquid non istud factum est tibi, quia dereliquisti Dominum Deum tuum eo tempore, quo ducebat te per viam? Ierem. 2,17.

Dominus dedit te sacerdotem pro Ioiada sacerdote, vt sis dux in domo Domini super omnem virum arreptitium, & prophetantem, vt mittas eum in neruum, & in carcerem. † 29,26.

Et erit dux eius ex eo, & princeps de medio eius producetur. † 30,21.

Ducuntur in Aegyptum reliquiæ populi, & filiæ regis, & Ieremias. † 43, 6,7.

Dux, qui est in medio eorum, in humeris portabitur, in caligine egredietur: parietem perfodient vt educant eum. Ezech. 12,12.

Erit quasi dux in Iuda, & Accaron quasi Iebusæus. Zach. 9,7.

Ponam duces Iuda sicut caminum ignis in lignis. † 12,6.

Tu es dux noster loco Iudæ, & Ionathæ fratris tui. 1. Mach. 13,8.

Vidit Simon Ioannem filium suum, quòd fortis prælij vir esset: & posuit eum ducem virtutum vniuersarum. 54.

Ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israel. Matth. 2,6.

Væ vobis duces cæci. † 23,16.

Duces cæci, excolantes culicem, camelum autem glutientes. 24.

Paulum verò Mercurium: quoniam ipse erat dux verbi. Act. 14,11.

Confidis teipsum esse ducem cæcorum, lumen eorum qui in tenebris sunt. Rom. 2,19.

DYSCOLVS.

Serui, subditi estote in omni timore dominis, non tantùm bonis & modestis, sed etiam dyscolis. 1. Pet. 2,18.

DYSENTERIA.

Contigit autem, patrem Publij febribus & dysenteria vexatum iacere. Ad quem Paulus intrauit. Act. 28,8.

EBIBO.

Sagittæ Domini in me sunt, quarum indignatio ebibit spiritum meum. Iob 6,4.

EBRIETAS.

Plantauit [Noë] vineam: Bibensque vinum inebriatus est, & nudatus in tabernaculo suo. Gen. 9,21,24.

Ebrietas incestus causa. Inebriemus eum vino, dormiamusque cum eo. † 19,32.

Dixit quoque Dominus ad Aaron: vinum, & omne quod inebriare potest, non bibetis tu & filij tui, quando intratis in tabernaculum testimonij, ne moriamini: quia præceptum sempiternum est in generationes vestras. Leuit. 10,9.

Et absumat ebria sitientem, & Dominus non ignoscat ei. Deut. 29,19.

Vsquequò ebria eris. 1. Reg. 1,14.

Cor Nabal iucundum: erat enim ebrius nimis. † 25,36.

Cùm temulentus fuerit Amnon vino, & dixero vobis: Percutite eum, & interficite. 2. Regum 13,28.

Erat autem Ela in Thersa bibens, & temulentus, *&c.* Zambri, percussit & occidit eum. 3. Regum 16,10.

Holofernes iacebat in lecto, nimia ebrietate sopitus, *&c.* Percussit [Iudith] bis ceruicem eius, & abscidit caput eius. Iudith 13,4,10.

Errare eos faciet quasi ebrios. Iob 12,25.

Turbati sunt, & moti sunt sicut ebrius: & omnis sapientia eorum deuorata est. Psal. 106,27.

Luxuriosa res, vinum, & tumultuosa ebrietas: quicumque his delectatur, non erit sapiens. Prouerb. 20,1.

Cui væ? cuius patri væ? cui rixæ? cui foueæ? cui sine causa vulnera? cui suffusio oculorum? Nónne his, qui commorantur in vino, & student calicibus epotandis? † 23,29,30,31.

Nullum secretú est vbi regnat ebrietas. † 31,4.

Mulier ebriosa, ira magna: & contumelia, & turpitudo illius non tegetur. Eccli. 26,11.

Vinum corda superborum arguet in ebrietate potatum. † 31,31.

Vinum in iucunditatem creatum est, & non in ebrietatem, ab initio. 35.

Ebrietatis animositas, imprudentis offensio, minorans virtutem, & faciens vulnera. 40.

Væ qui consurgitis manè ad ebrietatem sectandam, & potandum vsque ad vesperam, vt vino æstuetis. Isa 5,11.

Væ qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem. 22.

Agitatione agitabitur terra sicut ebrius: & auferetur quasi tabernaculú vnius noctis. † 24,20.

Væ coronæ superbiæ, ebriis Ephraim, & flori decidenti. † 28,1,3.

Sacerdos & propheta nescierunt præ ebrietate, absorpti sunt à vino, errauerunt in ebrietate, nescierunt videntem, ignorauerunt iudicium. 7.

Audi hoc paupercula, & ebria non à vino. † 51,21.

Venite, sumamus vinum, & impleamur ebrietate: & erit sicut hodie, sic & cras, & multò ampliùs. † 56,12.

Sacerdotes, & prophetas, & omnes habitatores Ierusalem, [implebo] ebrietate: & dispergam eos, virum à fratre suo. Ierem 13,13.

Factus sum quasi vir ebrius, & quasi homo madidus à vino, à facie Domini, & facie verborum sanctorum eius. † 23,9.

Ebrietate, & dolore repleberis: calice mœroris, & tristitiæ. Ezech. 23,33. Dan. 5,5.

Fornicatio, & vinum, & ebrietas auferunt cor. Osee 4,11.

Expergiscimini ebrij, & flete, & vlulate omnes, qui bibitis vinum in dulcedine: quoniam periit ab ore vestro. Ioël 1,5.

Stillabo tibi in vinum, & in ebrietatem: & erit super quem stillatur populus iste. Mich. 2,11.

Cœperit percutere conseruos suos, manducet autem & bibat cum ebriosis: veniet dominus serui illius, in die quo non sperat. Matth. 24,49.

Ne fortè grauentur corda vestra in crapula, & ebrietate. Luc. 21,34.

Non enim, sicut vos æstimatis, hi ebrij sunt, cùm sit hora diei tertia. Act. 2,15.

Non in comessationibus, & ebrietatibus. Rom. 13,13.

Neque auari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt. 1. Corinth. 6,10.

Qui ebrij sunt, nocte ebrij sunt. 1. Thess. 5,7.

Vidi

Vidi mulierem ebriam de sanguine sanctorum, & de sanguine martyrum Iesu. Apoc.17,6.

EBVLLIO.

Ebullierunt villæ & agri in medio regionis illius, & nati sunt mures. 1.Reg.5,6.

EBVR.

Et domus eburnea quam ædificauit. 3.Regum 22,39. Ezech.27,15. Apoc.18,12.

Candidiores Nazaræi eius niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo. Thren.4,7.

ECBATANIS.

Inuentum est in Ecbatanis, quod est castrum in Medena prouincia, volumen vnum. 1.Esd.6,2. Tob.5,8.

Aedificauit ciuitatem potentissimam, quam appellauit Ecbatanis. Iudith 1,1.

ECCLESIA.

Ecclesia est vna & visibilis, præfigurata per vnam & visibilem arcam Noe. Gen.6,14. 1.Pet.3.20.

Per hortum conclusum & fontem signatum. Cant.4,12.

Per vnam columbam. † 6,8.

Per vineam. Psal.79,9. Isa.5,2. Matth.20,1.

Per agrum. Matth.13,24.

Per sagenam comprehendentem bonos & malos pisces. 47.

Per regnum cælorum. † 13. † 25.

Per nauem. Luc.5,3.

Per ciuitatem sanctam Ierusalem. Apoc.21,2.

Errare non potest. Matth.16,18. 1.Tim.3,15.

Ecclesiam non intret eunuchus: neque Ammonites. Deut.23,1.

Cunctæ tribus Israel in ecclesiam populi Dei conuenerunt. Iudic.20,1.

Et nouerit vniuersa ecclesia hæc, quia non in gladio, nec in hasta saluat Dominus. 1.Regum 17,47.

Lectum est in volumine Moysi audiente populo: & inuentum est scriptum in eo, quòd non debeant introire Ammonites & Moabites in ecclesiam Dei vsque in æternum: eò quòd non occurrerint filiis Israel cum pane & aqua: & conduxerint aduersus eos Balaam, ad maledicendum eis. 2.Esd.13,1.

Factus est fletus & vlulatus magnus in Ecclesia ab omnibus. Iudith 7,18.

Odiui ecclesiam malignantium. Psal.25,5.

In ecclesiis benedicam te Domine. 12.

Confitebor tibi in ecclesia magna, in populo graui laudabo te. † 34,18.

Annunciaui iustitiam tuã in ecclesia magna, ecce labia mea non prohibebo. † 39,10.

Laus eius in ecclesia sanctorum. † 149,1.

Filij sapientiæ, ecclesia iustorum: & natio illorum, obedientia & dilectio. Eccli.3,1.

Hæc [adultera] in ecclesiam adducetur, & in filios eius respicietur. † 23,34.

Vidit Gentes ingressas sanctuarium suum, de quibus præceperas ne intrarent in ecclesiam tuam. Thren.1,10.

Conuenit ecclesia magna cogitare quid facerent fratribus suis, qui in tribulatione erant, & expugnabantur. 1 Mach.5,16.

Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Matth.16,18.

Si autem ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. † 18,17.

Hic est [Moyses] qui fuit in ecclesia in solitudine cum Angelo, qui loquebatur ei in monte Sina. Act.7,38.

Saulus autem deuastabat ecclesiam. † 8,3.

Erat enim ecclesia confusa; & plures nesciebant qua ex causa conuenissent. † 19,32.

Si quid autem alterius rei quæritis: in legitima ecclesia poterit absolui. 39.

Attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit episcopos, regere ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo. † 20,28.

Salutate Priscam & Aquilam, &c. & domesticam Ecclesiam eorum. Rom.16,4.

Salutant vos in Domino multùm Aquila & Priscilla, cum domestica sua ecclesia: apud quos & hospitor. 1. Cor.16,19.

Sed sicut Ecclesia subiecta est Christo, ita & mulieres viris suis in omnibus. Eph.5,24.

Nympham, & quæ in domo eius est ecclesiam. Col.4,15.

Multorum millium Angelorum frequentiam, & ecclesiam primitiuorum, qui conscripti sunt in cælis. Heb.12,23.

Salutat vos Ecclesia, quæ est in Babylone coëlecta. 1.Pet.5,13.

Ioannes septem Ecclesiis, quæ sunt in Asia. Apoc.1,4.

ECCLESIASTES.

Verba Ecclesiastæ, filij Dauid, regis Ierusalem. Vanitas vanitatum. Eccles.1,1,12. † 7,28. † 12,8,9.

ECHO.

Aut resonans de altissimis montibus Echo. Sap.17,18.

EDEN.

Et filios Eden, qui erant in Thelassar? 4.Regum 19,12.

EDICTVM.

Edictum durum. Opprimantur operibus, & expleant ea. Exod.5,9.

Cyrus rex proposuit edictum vt domus Dei hæc ædificaretur. 1.Esd.5,13.

Hoc est autem exemplar epistolæ edicti, quod dedit rex Artaxerxes Esdræ sacerdoti, scribæ erudito in sermonibus & præceptis Domini. 1.Esd.7,11.

Dederunt autem edicta regis satrapis, qui erant de conspectu regis, & ducibus trans Flumen,

meu, & eleuauerunt populum & domum Dei. † 8,36.

Egrediatur edictum à facie tua, & scribatur iuxta legē Persarum atq; Medorum. Esth.1,19.

Vt occiderent atq; delerēt omnes Iudęos. *&c.* statimque in Susan pependit edictum. † 3,13,15.

Pependit edictum, & decem filij Aman suspensi sunt. † 9,14.

Exiit edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis. Luc.2,1.

EDISSA.

Fuit [Mardochæus] nutritius filiæ fratris sui Edissæ, quæ altero nomine vocabatur Esther. Esth.2,7.

EDISSERO.

Vidi somnia, nec est qui edisserat. Gen.41,15.

Edissere nobis parabolam zizaniorum agri. Matth.13,36.

EDO, EDVLIVM.

Accepto pane & lentis edulio. Gen.25,34.

Quæcumque anima tali se edulio contaminauerit, præuaricationis rea erit. Leuit.7,18.

Edent pauperes, & saturabuntur, & laudabunt Dominum. Psal.21,27.

Qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem. † 40,10.

Qui edunt me, adhuc esurient. Eccli.24,29.

Habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balac mittere scandalum coram filiis Israel, edere & fornicari. Apoc.2,14.

EDOCEO.

Semitas tuas edoce me. Psal.24,4.

Accepta pecunia fecerunt sicut erant edocti. Matth.28,15. Act 18,25.

Et in ipso edocti estis, sicut est veritas in Iesu. Ephes.4,21.

EDOM

Da mihi de coctione hac rufa, quia oppidò lassus sum. Quam ob causam vocatum est nomen eius Edom. Gen.25,30.

Quis est iste, qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra? Isa.63,1.

EDVCO, AS.

Patres, nolite ad iracundiam prouocare filios vestros, sed educate illos in disciplina & correptione Domini. Eph.6,4.

EDVCO, IS.

Educam exercitum vestrum de Terra Aegypti. Exod.12,17. † 41,51.

Eduxitque te præcedens in virtute sua magna ex Aegypto, vt deleret nationes maximas & fortiores te in introitu tuo. Deut.4,37.

Educite eam [Athaliam] extra septa templi, & quicumque eam secutus fuerit, feriatur gladio. 4.Reg.11,15.

Eduxit populum suum in exultatione, & electos suos in lætitia. Psal.104,43.

Viuit Dominus, qui eduxit filios Israel de Terra Aquilonis. Ierem.16,15.

Eduxisti populum tuum Israel de terra Aegypti, in signis, & in portentis, & in manu robusta, & in brachio extento, & in terrore magno. † 32,21.

EFFEMINATVS.

Effeminati fuerunt in terra, feceruntque omnes abominationes gentium, quas attriuit Dominus ante faciem filiorum Israel. 3.Reg 14.24.

Abstulit [Asa] effeminatos de terra. † 15,12.

Sed & reliquias effeminatorum, qui remanserant in diebus Asa patris eius, abstulit [Iosaphat] de terra. † 22,47.

Destruxit quoque [Iosias] ædiculas effeminatorum, quæ erant in domo Domini, pro quibus mulieres texebant quasi domunculas luci. 4.Regum 23,7.

Morietur in tempestate anima eorum, & vita eorum inter effeminatos. Iob 36,14.

Dabo pueros principes eorum, & effeminati dominabuntur eis. Isa.3,4.

Ipsi cum meretricibus conuersabantur, & cum effeminatis sacrificabant. Osee 4, 14.

EFFERO.

Nec efferetis de carnibus eius foras, nec os illius [agni] confringetis. Exod.12,46.

Efferte ossa mea hinc vobiscum. † 13,19.

Efferet eos [cineres] extra castra. Leuit.6,11.

Neque elati sunt oculi mei. Psal.130,1.

Efferes foras vasa tua, quasi vasa transmigrantis. Ezech.12,4,6. † 46,20.

Comburet eum, vt efferat ossa de domo. Amos 6,11.

Ecce defunctus efferebatur. Luc.7,12. Act.5,6.

EFFEROR

Efferatus est in eum, & percussit arietem. Dan.8,7. 2.Mach.5,11.

EFFICAX.

Nec audias illam, ne fortè pereas in efficacia illius. Eccli.9,4.

Viuus est enim sermo Dei, & efficax. Heb.4,12.

EFFICIO.

Non enim audeo aliquid loqui eorum, quæ per me non efficit Christus. Rom.15,12.

EFFIGIES.

Effigies sculpta per varios colores. Sap.15,4,5.

Ostensus est in alia effigie. Marc.16,12.

EFFLOREO.

Sin autem effloruerit discurrens lepra in cute. Leuit.13,12.

Tamquam flos agri sic efflorebit. Psal.102,15. † 131,18.

Effloruit [sapientia] tamquam præcox vua. Eccli.51,19.

Ante messem enim totus effloruit. Isa.18,5.

EFFRENATVS.

Mente effrenatus in multitudine peditum. 2.Mach.11,4. † 13,9.

EFFRIN-

EFFRINGO.

Propè erant vt effringerent fores. Gen. 19,9. Exod.22,1. Iudith 2,13.

EFFVGIO.

Neque enim erit nobis effugium à facie Absalom. 2.Reg.15,14.

Sed tuam manum effugere impossibile est. Sap.16,15.

EFFVGO.

Effugauerunt populum Israel in abditis, & in absconditis fugitiuorum locis. 1.Mach.1,56.

EFFVNDO.

Ruben, &c. effusus es sicut aqua, non crescas: quia ascendisti cubile patris tui. Gen.49,4.

Sed effudi animam meam in conspectu Domini. 1.Reg.1,15.

Hauseruntque aquam, & effuderunt in conspectu Domini. † 7,6.

Apparuerunt effusiones maris. 2.Reg.22,16.

Effudi in me animam meam. Psal.41,5.

Effundo in conspectu eius orationem meam, & tribulationem meam ante ipsum pronuntio. † 141,3.

EGEO.

Percutiat te Dominus egestate, febri & frigore, ardore & æstu, & aëre corrupto ac rubigine, & persequatur donec pereas. Deut.28,22.

Gabelum egentem videret, qui erat ex tribu eius, sub chirographo dedit illi memoratum pondus argenti. Tob.1,17.

Saluum faciet egenum à gladio oris eorum, & de manu violenti pauperem. Iob 5,15.

Egestas nepotum impij auari. † 27,14.

Nepotes eius saturabuntur pane. Iob 27,14.

Faciem eius [Behemoth] præcedit egestas. † 41,13.

Ego verò egenus & pauper sum; Deus adiuua me Psal.69,6.

Egestas à Domino in domo impij: habitacula autem iustorum benedicentur. Prou.3,33.

Paululum dormitabis, paululum conseres manus, vt dormias: & veniet tibi quasi viator, egestas, & pauperies quasi vir armatus. Prou.6,10. † 24,34.

Vbi non est sepes, diripietur possessio: & vbi non est mulier, ingemiscit egens. Eccli.36,27.

Si nolueritis ponere super cor, vt detis gloriam nomini meo, ait Dominus exercituum: mittam in vos egestatem, & maledicam benedictionibus vestris. Malach.2,2.

Neque enim quisquam erat egens inter illos. Act.4,34.

Scitis enim gratiam Domini nostri Iesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est, cùm esset diues, vt illius inopia vos diuites essetis. 2.Cor.8,9.

Cùm essem apud vos, & egerem, nulli onerosus fui. † 11,9.

Egentes, angustiati, afflicti. Heb.11,37.

EGERO.

Et egesta homo operies. Deut.23,13. † 28,27.

Longa consumptus tabe [Ioram,] ita vt egereret etiam viscera sua. 2.Par.21,19.

EGREDIOR.

Præcepit [Ioseph] vt egrederentur cuncti foras, & nullus interesset alienus agnitioni mutuæ. Gen.45,1.

Egredere tu, & omnis populus qui subiectus est tibi. Exod.11,8.

Nullus vestrûm egrediatur ostium domus suæ vsque manè. † 12,22.

Egredimini à populo meo, vos & filij Israel: ite, immolate Domino sicut dicitis. 31.

Egressi erant in manu excelsa. † 14,8.

Profecti igitur, &c. altera die Phase, filij Israel in manu excelsa, videntibus cunctis Aegyptiis, & sepelientibus primogenitos. Num.33,3.

Egrediar sicut antè feci, & me excutiam. Iudic.16,20.

Egressus est ergo rex [Dauid] & vniuersa domus eius, pedibus suis. 2.Reg.15,16.

Egrediar & ego vobiscum. Et respondit populus: Non exibis. † 18,3.

Et non egredieris inde huc atque illuc. 3.Regum 2,36.

Deus, cùm egredereris in conspectu populi tui. Psal.67,8.

Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi post vestigia gregum. Cant.1,7.

Egredimini & videte filiæ Sion regem Salomonem in diademate. † 3,11.

Egrediamur in agrum, commoremur in villis. † 7,11.

Egressi sunt Sidrach, Misach, & Abdenago de medio ignis. Dan.3,93.

Dominus egredietur de loco suo: & descendet, & calcabit super excelsa terræ. Mich.1,3.

ET TV BETHLEHEM Ephrata paruulus es in millibus Iuda: ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israel, & egressus eius ab initio, à diebus æternitatis. Mich.5,2.

EGREGIVS.

Ooliab, &c. qui & ipse artifex lignorum egregius fuit Exod.38,23.

Egregia vobis, & pinguia reseruantes. Numer.18,32.

Possidebitis terram egregiam. Deut.4,22.

Egregius Psaltes Israel: Spiritus Domini locutus est per me. 2.Reg.23,1. 1.Par.12,28. Ezech.20,6. † 23,12. † 31,16.

EIICIO.

Eiice ancillam hanc, & filiú eius. Gen.21,10.

Cumque eiulatu magno flerent [Esau,] motus Isaac dixit ad eum: In pinguedine terræ, & in rore cæli desuper erit benedictio tua. † 27,38.

Moyses & Aaron, &c. Statimque eiecti sunt

 de

de conspectu Pharaonis. Exod.10,11.

Eiiciam ante faciem tuam Amorrhæum. † 34,11.

Eiecit eos [Dominus] de terra sua in ira, & in furore, & in indignatione maxima, proiecitque in terram alienam. Deut.29,28.

Eiecerunt Iephte dicentes: Heres in domo patris nostri esse non poteris, quia de altera matre natus es. Quos ille fugiens, atque deuitans, habitauit in Terra Tob. Iudic.11,2.

Eiice hanc [Thamar] à me foras, & claude ostium post eam. 2.Reg.13,17.

Vt peccet, & non reducat eiectum suum? † 14,13.

Eiecit ergo Salomon Abiathar, vt non esset sacerdos Domini, vt impleretur sermo Domini. 3.Reg.2,27.

Eiice me de exercitu, quia grauiter vulneratus sum. † 22,34.

Eiecit [Rasin] Iudæos de Aila. 4.Reg.16,6.

Cumque eiecissent eos Aegyptij à se. Iudith 5,11.

Eiecit à facie eorum Gentes. Psal.77,54.

Eiice illos à facie mea, & egrediantur. Ierem.15,1.

Eiiciam vos de terra hac, in terram, quam ignoratis vos, & patres vestri: & seruietis ibi diis alienis die ac nocte, qui non dabunt vobis requiem. † 16,13.

Quia eiectam vocauerunt te Sion: Hæc est, quæ non habebat requirentem. † 30,17.

Eiecerunt illum [Iesum] extra ciuitatem. Luc.4,29.

Eiecerunt eum [cæcum] foras. Ioan.9,35.

EIVLO.

Cumque eiulatu magno fleret. Gen.27,38. Esth.4,2.

Eiulabunt propter vim brachij tyrannorum. Iob 35,9.

Ideo super Moab eiulabo. Ierem.48,31. Ezech.27,30.

Videt tumultum, & flentes, & eiulantes multùm. Marc.5,38.

ELABORO.

Elaborauit arte sua, vt similitudinem in melius figuraret. Sap.14,19.

ELANGVEO.

Elanguit cor nostrum, nec remansit in nobis spiritus ad introitum vestrum. Iosue 2,11. Isa.33,24.

ELATVS.

Mirabiles elationes maris. Psal.92,4,2. Matth.5,22.

Contumeliosos, superbos, elatos. Rom.1,30.

Cupidi, elati, superbi. 2.Tim.3,2.

ELDAD.

Eldad & Medad prophetant in castris. Numer.11,27.

ELEAZAR.

Eleazar quoque filius Aaron mortuus est. Ios.24,33.

Eleazari constantia. 2.Mach.6,18.

Ab elephante quem occiderat, opprimitur. 1.Mach.6,18,46.

ELECTA.

Senior Electæ Dominæ. 2.Ioan.v.1,13.

ELECTRVM.

Quasi species electri. Ezech.1,4,27. † 8,2.

ELEEMOSYNA.

Ex substantia tua fac eleëmosynam, & noli auertere faciem tuam ab vllo paupere: ita enim fiet vt nec à te auertatur facies Domini. Tobiæ 4,7,8,9.

Eleëmosyna ab omni peccato & à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras. 11.

Dixit eis [Angelus] occultè, &c. Bona est oratio cum ieiunio, & eleëmosyna magis quàm thesauros auri recondere: quoniam eleëmosyna à morte liberat, & ipsa est, quæ purgat peccata, & facit inuenire misericordiam & vitam æternam. † 12,8.

Alij diuidunt propria & ditiores fiunt; alij rapiunt non sua, & semper in egestate sunt. Prouerb.11,24.

Eleëmosyna enim patris non erit in obliuione. Eccli.3,15.

Ignem ardentem extinguit aqua, & eleëmosyna resistit peccatis: & Deus prospector est eius qui reddit gratiam. 34. † 4,1.

Non est enim ei benè qui assiduus est in malis, & eleëmosynas non danti. † 12,3.

Eleëmosyna viri quasi signaculum cum ipso, & gratiam hominis quasi pupillam conseruabit. † 17,18.

Verumtamen super humilem animo fortior esto, & pro eleëmosyna non trahas illũ. † 29,11.

Conclude eleëmosynam in corde pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo. Super scutum potentis, & super lanceam, aduersus inimicum tuum pugnabit. 15.

Ideò stabilita sunt bona illius in Domino, & eleëmosynas illius enarrabit omnis Ecclesia sanctorum. † 31,10.

Quam ob rem rex consilium meum placeat tibi, & peccata tua eleëmosynis redime, & iniquitates tuas misericordiis pauperum: forsitan ignoscet delictis tuis. Dan.4,24.

Cùm ergo facis eleëmosynam, noli tuba canere ante te. Matth.6,2.

Verumtamen quod superest, date eleëmosynã: & ecce omnia munda sunt vobis. Luc.11,41.

Faciens eleëmosynas multas plebi, & deprecans Deum semper. Act.10,2,4.

Corneli, exaudita est oratio tua, & eleëmosynæ tuæ commemoratæ sunt in conspectu Dei. 31.

Eleëmosynas facturus in gentem meam, veni,

ni, & oblationes, & vota. † 24,17.

ELEGANS.

Peperit filium, & videns eum elegantem, abscondit eum tribus mensibus. Exod.2,2.

ELEMENTA.

In se enim elementa dum conuertuntur, sicut in organo qualitatis sonus immutatur. Sap.19,17.

Et inanem fallaciam, secundùm traditionem hominum, secundùm elementa mundi. Col.2,8.

Cùm deberetis esse magistri propter tempus: rursum indigetis vt vos doceamini quæ sint elementa exordij sermonum Dei. Heb.5,12.

Elementa verò calore soluentur. 2.Pet.3,10.

ELEPHAS.

Elephantis ostenderunt sanguinem vuæ & mori, ad acuendos eos in prælium. 1.Mach.6,34.

ELEVO.

Eleua virgam tuam, & extende manum tuam super mare. Exod.14,16.

Susceptaque rursum ab eo, eleuabit in conspectu Domini. Num.6,20.

Eleuator meus, & refugium meum: saluator meus. 2.Reg.22,3.

Sed cùm roboratus esset [Ozias,] eleuatum est cor eius in interitum suum, & neglexit Dominum. 2.Par.26,16.

Eleuatum est cor eius, [Ezechiæ] & facta est contra eum ira, & contra Iudam & Ierusalem. † 32,25.

Amen, Amen: eleuans manus suas, & incuruati sunt, & adorauerunt Deum proni in terram. 2.Esd.8,6.

Quid te eleuat cor tuum, & quasi magna cogitans, attonitos habes oculos? Iob 15,12.

Eleuati sunt ad modicum, & non subsistent, & humiliabuntur sicut omnia, & auferentur, & sicut summitates spicarum conterentur. † 24,24.

Eleuata est magnificentia tua super cælos. Psal.8,2.

Eleuamini portæ æternales: & introibit rex gloriæ. † 23,7.

Eleuauerunt flumina vocem suam. † 92,3.

Est qui stultus apparuit, postquam eleuatus est in sublime. Prou.30,32.

Eleuabitur Dominus solus in die illa: & idola penitus conterentur. Isa.2,17.

Pro eo quòd eleuatæ sunt filiæ Sion, & ambulauerunt extento collo, & nutibus oculorum ibant, *&c.* decaluabit Dominus verticem filiarum Sion. † 3,16.

Eleuare, eleuare, consurge Ierusalem, quæ bibisti de manu Domini calicem iræ eius: vsque ad fundum calicis soporis bibisti, & potasti vsque ad fæces. † 51,17.

Eleuata est gloria Domini desuper cherub. Ezech.10,4.

Hæc dicit Dominus Deus: Eò quòd eleuatum est cor tuum, & dixisti: Deus ego sum, & in cathedra Dei sedi in corde maris: cùm sis homo, & non Deus, & dedisti cor tuum quasi cor Dei. † 28,2,17.

Eleuata est altitudo eius super omnia ligna regionis. † 31,5.

Videntibus illis eleuatus est. Act.1,9.

ELEVTHERVS.

Vsque ad fluuium, qui vocatur Eleutherus. 1.Mach.11,7. † 12,30.

ELI.

Eli, Eli, lamma sabacthani? Matth.27,46.

ELIACHIM.

Sacerdos etiam Eliachim. Iudith 4,7.

ELIACIM.

Vocabo seruum meum Eliacim. Isa.22,20.

ELIAS.

Elias Thesbites est. Misitque ad eum quinquagenarium principem. 4.Reg.1,9.

Pallio Eliæ, quod ceciderat ei, percussit aquas, & non sunt diuisæ, & dixit: Vbi est Deus Eliæ etiam nunc? † 2,14.

Elias scribit ad Ioram. 2.Par.21,12.

Et surrexit Elias propheta, quasi ignis, & verbum ipsius quasi facula ardebat. Eccli.48,1.

Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam, antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis. Et conuertet cor patrum ad filios. Mal.4,5.

Et si vultis recipere, ipse est Elias, qui venturus est. Matth.11,14.

Elias iam venit, & non cognouerunt eum. † 17,12.

Eliam vocat iste. † 27,47.

Ad nullam illarum missus est Elias, nisi in Sarepta Sidoniæ, ad mulierem viduam. Luc.4,26.

Elias homo erat similis nobis passibilis: & oratione orauit, vt non plueret super terram, & non pluit annos tres, & menses sex. Et rursum orauit: & cælum dedit pluuiam. Iacobi 5,17.

ELICIO.

Qui autem fortiter premit vbera ad eliciendum lac, exprimit butyrum. Prou.30,33.

ELIDO.

Eleuasti me, & quasi super ventum ponens elisisti me validè. Iob 30,22.

Alleuat Dominus omnes, qui corruunt: & erigit omnes elisos. Psal.144,14.

ELIGO.

Electi principes eius submersi sunt in Mari rubro. Exod.15,4.

Electio Aaronis præ cæteris in summum sacerdotem miraculo probatur. Quem ex his elegero, germinabit virga eius. Num.17,5,8.

Te elegit Dominus Deus tuus, vt sis ei populus peculiaris de cunctis populis, qui sunt super terram. Non quia cunctas gentes numero vincebatis, vobis iunctus est Dominus, & elegit vos, cùm omnibus sitis populis pauciores: sed quia dilexit vos Dominus, & custodiuit iuramentum, quod

quod iurauit patribus vestris. Deut.7,6.

Dominum elegisti hodie, vt sit tibi Deus, & ambules in viis eius, & custodias ceremonias illius, & mandata atque iudicia, & obedias eius imperio. Et Dominus elegit te hodie, vt sis ei populus peculiaris. † 26,17.

Elige ergo vitã, vt & tu viuas, & semen tuum. † 30,19.

Et elegi eum ex omnibus tribubus Israel mihi in sacerdotem? 1.Reg.2,28.

Erat ei filius vocabulo Saul, electus & bonus: & non erat vir de filiis Israel melior illo: ab humero & sursum eminebat super omnem populum. † 9,2.

Elegit sibi Saul tria millia de Israel. † 13,2.

Ait Samuel ad Isai: Non elegit Dominus ex istis. 16,10.

Eligite ex vobis virum, & descendat ad singulare certamen. † 17,8.

Assumens ergo Saul tria millia electorum virorum ex omni Israel, perrexit ad inuestigandum Dauid, & viros eius. † 24,3.

Ante Dominum, qui elegit me potiùs quàm patrem tuum. 2.Reg.6,21.

Elegit [Ioab] ex omnibus electis Israel, & instruxit aciem contra Syrum. † 10,9.

Illius ero, quem elegit Dominus. † 16,18.

Omnesque viri electi congregati fuerant ad eum. † 20,14.

Dentur nobis septem viri de filiis eius, vt crucifigamus eos Domino in Gabaa Saul, quondam electi Domini. † 21,6.

Abiit ergo [Naaman] ab eo electo terræ tempore. 4.Reg.5,19.

Eligite meliorem, & eum qui vobis placuerit de filiis domini vestri, & eum ponite super solium patris sui, & pugnate pro domo domini vestri. † 10,3.

Omnes hi filij Aser principes cognationum, electi atque fortissimi duces ducum. 1.Par.7,40.

Portetur arca, nisi à Leuitis, quos elegit Dominus ad portandum eam. † 15,2,12.

Elegit Salomonem filium meum, vt sederet in throno regni Domini. † 28,5.

Ierusalem, vrbe, quam elegit Dominus, vt confirmaret nomen suum ibi. 2.Par.12,13.

Vos elegit Dominus vt stetis coram eo, & ministretis illi, colatisque eum, & cremetis ei incensum. † 29,11.

Benedicite Dominum omnes electi eius. Tobiæ 13,10.

Elegit nobis hereditatem suam. Psal.46,5.

Beatus, quem elegisti, & assumpsisti: inhabitabit in atriis tuis. † 64,5.

Et elegit Dauid seruum suum, & sustulit eum de gregibus ouium: de post fœtantes accepit eum. † 77,70.

Elegit Dominus Sion. † 131,13.

Quoniam Iacob elegit sibi Dominus. † 134,4.

Cum hominibus operantibus iniquitatem, & non communicabo cum electis eorum. † 140,4.

Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus. Cant.5,10.

Et in multitudine electorum habebit [sapientia] laudem. Eccli.24,4.

Et in electis meis mitte radices. 13.

In fide & lenitate ipsius sanctum fecit illum, & elegit eum ex omni carne. † 45,4.

Ipsum [Aaronem] elegit ab omni viuente, offerre sacrificium Deo, incensum, & bonum odorem, in memoriam placare pro populo suo. 20.

Et tu Israel serue meus, Iacob quem elegi, semen Abraham amici mei: in quo apprehendi te ab extremis terræ, & à longinquis eius vocaui te. Isa.41,8.

Vos testes mei, dicit Dominus, & seruus meus, quem elegi: vt sciatis, & credatis mihi. † 43,10.

Dedi in deserto aquas, flumina in inuio, vt darem populo meo, electo meo. 20.

Audi Iacob serue meus, & Israel quem elegi. † 44,1.

Noli timere serue meus Iacob, & rectissime, quem elegi. 2.

Hereditabunt eam electi mei, & serui mei habitabunt ibi. † 65,9.

Electi mei non laborabunt frustrà, neque generabunt in conturbatione. 23.

Quod elegeris, & quò placuerit tibi vt vadas, illuc perge. Ierem.40,4.

Gigantes nominati illi, &c. Non hos elegit Dominus, neque viam disciplinæ inuenerunt: proptereà perierunt. Baruch 3,27.

Eligentur, & dealbabuntur, & quasi ignis probabûtur multi: & impiè agent impij. Dan.12,10.

Consolabitur adhuc Dominus Sion, & eliget adhuc Ierusalem. Zach.1,17.

Et possidebit Dominus Iudam partem suam in terra sanctificata: & eliget adhuc Ierusalem. † 2,12.

Te hodie elegimus esse pro eo [Iuda] nobis in principem & ducem ad bellandum bellum nostrum. Et suscepit Ionathas tempore illo principatum. 1.Mach.9,30.

Ita vt in errorem inducantur (si fieri potest) etiam electi. Matth.24,24.

Elegit duodecim ex ipsis (quos & Apostolos nominauit) Simonem, quem cognominauit Petrum. Luc.6,14.

Nónne ego vos duodecim elegi: & ex vobis vnus diabolus est? Ioan.6,71.

Ego scio quos elegerim. † 13,18.

Non vos me elegistis: sed ego elegi vos, & posui vos vt eatis, & fructum afferatis. † 15,16.

Quia verò de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, proptereà odit vos mundus. 19.

Et orantes dixerunt: Tu Domine, qui corda nosti

nosti omnium, ostende quem elegeris ex his duobus vnum. Act.1,24.
Elegerunt Stephanum virum plenum fide & Spiritu sancto. †6,7.
Vt secundùm electionem, propositum Dei maneret. Rom.9,11.
Electio autem consecuta est: ceteri verò excæcati sunt. †11,7.
Secundùm electionem autem, charissimi propter patres. 28.
Salutate Rufum electum in Domino, & matrem eius, & meam. †16,13.
Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate. Ephes.1,4.
Scientes fratres, dilecti à Deo, electionem vestram. 1.Thess.1,4.
Quòd elegerit vos Deus primitias in salutem, in sanctificatione spiritus, & in fide veritatis. 2.Thess.2,12.
Secundùm fidem electorum Dei, & agnitionem veritatis. Tit.1,1.
Electis aduenis dispersionis Ponti, Galatiæ. 1.Pet.1,1.
Magis satagite, vt per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis. 2.Petri 1,10.

ELIM.

Venerunt autem in Elim filij Israel. Exodi 15,27. Num.33,9.
Vsque ad puteum Elim clamor eius. Isa.15,8.

ELIMELECH.

Et mortuus est Elimelech. Ruth 1,3.†4,3.

ELINGO.

Corda verò eorum dicuntur elingere serpentes. Baruch 6,19.

ELIPHAZ.

Peperit autem Ada, Eliphaz. Gen.36,3. Iob 15,1. †42,7.

ELISEVS.

Eliseum autem filium Saphat, qui est de Abelmeula, vnges prophetam pro te. 3.Reg.19,16.
Eliseum capere conatur rex Syriæ, misso robore exercitus. 4.Reg.6,14.
Elias quidem in turbine tectus est, & in Eliseo completus est spiritus eius. Eccli.48,13.

ELIV.

Indignatusque est Eliu. Iob 32,2.

ELISABETH.

Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua. Luc.1,36.

ELOI.

Eloi, Eloi, lamma sabacthani? Mar.15,34.

ELONGO.

Elongaui fugiens. Psal.54,8.
Ne elongeris à me: Deus meus in auxilium meum respice. †70,12.
Qui elongant se à te, peribunt; perdidisti omnes, qui fornicantur abs te. †72,27.
Elongasti à me amicum, & proximum, & notos meos à miseria. †87,19.
Quid inuenerunt patres vestri in me iniquitatis, quia elongauerunt à me? Ierem.2,5.

ELOQVOR.

Nephthali, ceruus emissus, & dans eloquia pulchritudinis. Gen.49,21.
Aaron frater tuus leuites, scio quòd eloquens sit: ecce ipse egredietur in occursum tuum, vidensque te lætabitur corde. Exod.4,14.
Benedictum eloquium tuum. 1.Reg.25,32.
Audi igitur Iob eloquia mea. Iob 33,1.
Verumtamen miraculum meum non te terreat, & eloquentia mea non sit tibi grauis. 7.
Eloquia Domini, eloquia casta. Psal.11,7.
Eloquia Domini igne examinata. †17,31.
Pronuntiabit lingua mea eloquium tuum. †118,172.
Qui emittit eloquium suum terræ. †147,4.
Eloquium tuum dulce. Cant.4,3.
Quia credita sunt illis eloquia Dei. Rom.3,2.

ELVCESCO.

Donec dies elucescat. 2 Pet.1,19.

ELVCIDO.

Qui elucidant me, vitam æternam habebunt. Eccli.24,31.

ELYMAS.

Resistebat autē illis Elymas magus. Act.13,8.

EMANO.

Numquid fons de eodem foramine emanat dulcem & amaram aquam? Iacob.3,11.

EMARCEO.

Tetigit neruum femoris eius, & statim emarcuit. Gen.32,25.
Attenuabitur gloria Iacob, & pinguedo carnis eius marcescet. Isa.17,4.†19,8. Ierem.51,56.
Emarcui, nec habui quidquam virium. Daniel.10,8.

EMATH.

Emath quoque in terminis eius, & Tyrus, & Sidon. Zach.9,2.

EMBRYO.

Embryo. Non est occultatum os meum à te, quòd fecisti in occulto: & substantia mea in inferioribus terræ. Imperfectum meum viderunt oculi tui. Psal.138,15.

EMENDO.

Quoniam ipse sapientiæ dux est, & sapientium emendator. Sap.7,15.

EMIGRO.

Adiutor meus non emigrabo. Psal.61,7.

EMIM.

Emim primi fuerunt habitatores eius, populus magnus, & validus, & tam excelsus, vt de Enacim stirpe quasi gigantes crederētur. Deut.2,10.

EMISSARIVS.

Et ait rex [Saul] emissariis, qui circumstabant eum:

eum: Conuertimini,& interficite sacerdotes Domini. 1.Reg.22,17.

Dabit emissarios super hereditatem Geth. Mich.1,14.

EMMANVEL.

Erit extensio alarum eius, implens latitudinem terræ tuæ, ô Emmanuel. Isa.8,8.

Vocabunt nomen eius Emmanuel: quod est interpretatum Nobiscum Deus. Matth.1,23.

EMMAVS.

Et applicuerunt Emmaum. 1.Mach.3,40. Luc.24,13.

EMO.

Emitque [Iacob] partem agri in qua fixerat tabernacula, à filiis Hemor patris Sichem, centum agnis. Gen.33,19.

Emitur Ioseph à Putiphare. † 39,1.

Emit Ioseph omnem terram Aegypti. † 47,20.

Si emeris seruum Hebræum, sex annis seruiet tibi. Exod.21,2.

Vt emam à te aream, & ædificem altare Domino, & cesset interfectio quæ grassatur in populo. 2.Reg.24,21.

Emitque [Amri] montem Samariæ à Somer, duobus talentis argenti: & ædificauit eum. 3.Reg.16,24.

Accepisti argentum, & accepisti vestes, vt emas olueta, & vineas, & oues, & boues, & seruos, & ancillas. Sed & lepra Naaman adhærebit tibi. 4.Reg.5,26.

Malum est, malum est, dicit omnis emptor: & cùm recesserit, tunc gloriabitur. Prouerbiorum 20,14.

Sicut in medio compaginis lapidum palus figitur, sic & inter medium venditionis & emptionis angustiabitur peccatum. Eccli.27,2.

Cum emptore, de venditione. † 37,12.

Sicut emens, sic ille qui vendit. Isa.24,2.

Venite, emite absque argento, & absque vlla commutatione vinum & lac. † 55,1.

Librum emptionis hunc signatum, & librum hunc qui apertus est: & pone illos in vase fictili, vt permanere possint diebus multis. Ierem.32,14.

Eme agrum argento, & adhibe testes: cùm vrbs data sit in manus Chaldæorum? 25.

Qui emit, non lætetur: & qui vendit, non lugeat. Ezech 7,12.

Vnde ememus panes, vt manducent hi? Ioan.6,5.

Empti enim estis pretio magno. Glorificate & portate Deum in corpore vestro. 1.Cor.6,20.

Eum, qui emit eos, Dominum negant. 2.Petri 2,1.

Ne quis possit emere, aut vendere, nisi qui habet characterem, aut nomen bestiæ, aut numerum nominis eius. Apoc.13,17.

Hi empti sunt ex hominibus primitiæ Deo, & Agno. † 14,4.

EMOLLIO.

Atque emollitum est cor tuum, & humiliatus es in conspectu Dei. 2.Paral.34,27.

EMOLVMENTVM.

Meliùs est ergo duos esse simul, quàm vnum: habent enim emolumentum societatis suæ. Eccles.4,9.

EMORTVVS.

Emortuum est cor eius [Nabal] intrinsecus. 1 Reg.25,37.

In puluere emortuus fuerit truncus illius. Iob 14,8.

Nec considerauit [Abraham] corpus suum emortuum. Heb.4,19.

EMOVEOR.

Expauit cor meum, & emotum est de loco suo. Iob 37,1.

EMVNCTORIA.

Emunctoria quoque, & vbi quæ emuncta sunt extinguantur, fiant de auro purissimo. Exodi 25,38. † 37,23.

EMVNDO.

Postquam emundauerit Sanctuarium, & tabernaculum, & altare, tunc offerat hircum viuentem. Leuit.16,20.

Destruxisti eum ab emundatione. Psalmus 88,45.

EMVNGO.

Et qui vehementer emungit, elicit sanguinem. Prou.30,33.

ENAC.

Stirpem Enac vidimus ibi. Num.13,29.

Cariath Arbe patris Enac. Ios.15,13. Iudic.1,20.

ENACIM.

Filios Enacim vidimus ibi. Deut.1,28. † 2,10. † 9,2. Ios.11,21. † 14,12.

ENARRO.

Vt enarretis in progenie altera, Psalmo 47,14.

Quare tu enarras iustitias meas? † 49,16.

ENATO.

Ne quis, cùm enatasset, effugeret Act.27,42.

ENCAENIA.

Facta sunt autem Encænia in Ierosolymis. Ioan.10,22.

ENDOR.

Mulier pythonem habens in Endor. 1.Regum 28,7.

Disperierunt in Endor. Psal.82,11.

ENGADDI.

Ciuitates salis & Engaddi. Ios.15,62. 1.Regum 24,1.

Botrus cypri dilectus meus mihi, in vineis Engaddi. Cant.1,13. Ezech.47,10.

ENNOM.

Contaminauit quoque Topheth, quod est in Conualle filij Ennom. 4.Reg 23,10.

ENOS.

ENOS.

Enos: ipse cœpit inuocare nomen Domini. Gen.4,26.

ENSIS.

Cumq; venisset dies prælij, non est inuentus ensis, & lancea in manu totius populi, qui erat cum Saul & Ionatha, excepto Saul & Ionatha filio eius. 1.Reg.13,22.

Sexaginta fortes, *&c.* vniuscuiusque ensis super femur suum propter timores nocturnos. Cant.3,8.

ENVMERO.

Habui menses vacuos, & noctes laboriosas enumeraui mihi. Iob 7,3. Ierem.33,22.

ENVNTIO.

Vias meas enuntiaui, & exaudisti me. Psalmo 118,26.

Opera iustitiæ eius quis enuntiabit? Eccli.16,22. † 18,4. † 19,27. † 37,18. † 39,14. 2.Mach 13,21.

ENVTRIO.

Iacta super Dominum curam tuam, & ipse te enutriet. Psal.54,23.

Quos educaui, & enutriui, inimicus meus consumpsit eos. Thren.2,22.

EO.

Quinam sunt, qui ituri sunt? Exod.10,8.

Ibo quidem tecum, sed in hac vice victoria non reputabitur tibi. Iudic.4,9.

Ibat Saul ad latus montis ex parte vna: Dauid autem & viri eius erant in latere montis ex parte altera. 1.Reg.23,26.

Iuit vnusquisque in viam suam. 3.Reg.1,49.

Quò ibo à spiritu tuo? & quò à facie tua fugiam? Psal.138,7.

Numquid & vos vultis abire? Respondit ergo ei Simon Petrus: Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes: & nos credidimus, & cognouimus quia tu es Christus Filius Dei. Ioan.6,69.

Eamus in Iudæam iterùm. † 11,7.

Lætare Zabulon in exitu tuo, & Issachar in tabernaculis tuis. Deut.33,18.

Manè exibimus ad vos: & facietis omne quod placuerit vobis. 1.Reg.11,10.

Exitus tuus, & introitus tuus mecum est in castris. † 29,6.

Exitus matutini & vespere delectabis. Psalmo 64,9.

Domini Domini exitus mortis. † 67,21.

Sicut in exitu super summum. † 73,5.

Exitus aquarum in sitim. † 106,33.

In exitu Israel de Aegypto, domus Iacob de populo barbaro, facta est Iudæa sanctificatio eius. † 113,1.

Exitus aquarum deduxerunt oculi mei: quia non custodierunt legem tuam. † 118,136.

Si profectus exieris ad principes regis Babylonis, viuet anima tua, & ciuitas hæc non succendetur igni: & saluus eris tu & domus tua. Ierem. 38,17.

Exi à me, quia homo peccator sum, Domine. Luc.5,8.

Vnus post vnum exibant, incipientes à senioribus. Ioan.8,9.

Quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit. † 13,3.

Exiui à Patre, & veni in mundum: iterum relinquo mundum. † 16,28.

Exeamus ad eum extra castra, improperium eius portantes. Heb.13,13.

Exite de illa populus meus: vt ne participes sitis delictorum eius, & de plagis eius non accipiatis. Apoc.18,4

EPAENETVS.

Salutate Epænetum dilectum. Rom.16,5.

EPAPHRAS.

Sicut didicistis ab Epaphra conseruo nostro. Col.1,7. † 4,12. Philem.v.23.

EPAPHRODITVS.

Repletus sum, acceptis ab Epaphrodito quæ misistis, odorem suauitatis. Philip.4,18.

EPHA.

Dromedarij Madian & Epha. Isa.60,6.

EPHEBIA.

Alia centum quinquaginta [talenta] si potestati eius concederetur gymnasium & ephebiam sibi constituere. 2.Mach.4,9.

EPHESVS.

Deuenitque Ephesum. Act.18,19.

Magna Diana Ephesiorum. † 19,28.

A Mileto autem mittens [Paulus] Ephesum, vocauit maiores natu Ecclesiæ. † 20,17.

Angelo Ephesi Ecclesiæ scribe. Apoc.2,1.

EPHI.

Ephi polentæ. 1.Reg.17,17.

EPHOD.

Gemmas ad ornandum ephod & rationale. Exod.25,7.

Fecitque ex eo Gedeon ephod, & posuit illud in ciuitate sua Ephra, fornicatusque est omnis Israel in eo. & factum est Gedeoni & omni domui eius in ruinam. Iudic.8,27.

Ephod & Theraphim, id est, vestem sacerdotalem, & idola. † 17,5. † 18,14.

Accinctus ephod lineo. 1.Reg.2,18.

Portaret ephod coram me? 28.

Portabat ephod. † 14,3.

Ephod secum habens descenderat. † 23,6.

Applica ephod. 9.

Ephod lineo. 2.Reg.6,14.

EPHPHETHA.

Ephphetha, quod est, adaperire. Mar.7,34.

EPHRA.

Venit autem Angelus Domini, & sedit sub quercu, quæ erat in Ephra. Iudic.6,11. † 8,27. 1.Reg.13,17.

EPHRAIM.

Et ex Ephraim imperare imperium durum. Eccli.47,23.

Et adhuc sexaginta quinque anni, & desinet Ephraim esse populus. Isa.7,8.

Audiens audiui Ephraim transmigrantem: castigasti me, & eruditus sum, quasi iuuenculus indomitus. Ierem.31,18.

Ephraim factus est subcinericius panis, qui non reuersatur. Osee 7,8.

Ephraim vitula docta diligere triturã. † 10,11.

EPHRATA.

Audiuimus eam in Ephrata. Psal.131,6.

EPHREM.

Filij Ephrem intendentes, & mittentes arcum, conuersi sunt in die belli. Psalm.77,9. Ioan.11,54.

EPHRON.

Sepelite me cum patribus meis in spelunca duplici, quæ est in agro Ephron. Gen.49,29.

EPINICION.

In citharis pro octaua canebant Epinicion. 1.Par.15,21. 2.Mach.8,33.

EPICVREVS.

Quidam autem Epicurei, & Stoici philosophi disserebant cum eo. Act.17,18.

EPISCOPVS.

Et episcopus Leuitarum in Ierusalem. 2.Esdræ 11,22.

Episcopatum eius accipiat alter. Psal.108,8. Act.1,20.

Episcopi electio, officium. Matth.20,13,26. Act.1,24. 1.Tim.3,1. Tit.1,5. 1.Pet.5,2.

Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo. † 20,28.

Qui sunt Philippis, cum Episcopis & diaconibus. Philip.1,1.

Si quis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. 1.Tim.3,1,2.

Oportet enim Episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem, non superbum, non iracundum, non vinolentum. Tit.1,7.

EPISTOLA.

Epistolas quoque scripsit plenas blasphemiæ in Dominum Deum Israel. 2.Par.32,17.

Epistola contra edificantes templum. 1.Esd.4,8.

Epistolas det mihi ad duces regionis trans flumen, vt traducant me, donec veniam in Iudæam. 2.Esd.2,7.

Nouis epistolis, veteres Aman literæ, *&c.* corrigantur. Esth.8,5.

Epistolæ, id est, libri huius volumine continentur. † 9,26.

Exemplar epistolæ, quam misit Ieremias ad abducendos captiuos in Babyloniã. Baruch 6,1.

Congregata multitudine, tradiderunt epistolam. Act.15,30.

Epistola nostra vos estis, scripta in cordibus nostris, quæ scitur & legitur ab omnibus hominibus. 2.Cor.3,2.

Epistolæ, inquiunt, graues sunt & fortes: præsentia autem corporis infirma, & sermo contemptibilis. † 10,10.

Cùm lecta fuerit apud vos epistola hæc, facite vt & in Laodicensi Ecclesia legatur: & eam, quæ Laodicensium est, vos legatis. Col.4,16.

Adiuro vos per Dominum, vt legatur epistola hæc omnibus sanctis fratribus. 1.Thess.5,27.

Hanc ecce vobis, charissimi, secundam scribo epistolam, in quibus vestram excito in commonitione sinceram mentem. 2.Pet.3,1.

Sicut & in omnibus epistolis, loquens in eis de his, in quibus sunt quædã difficilia intellectu.16.

EPISTYLIA.

Et epistylia super columnas. 3.Reg.7,6. 2.Par.4,12.

EPITAPHIVM.

Epitaphium. Non habeo filium, & hoc erit monimentum nominis mei. Vocauitque titulum nomine suo, & appellatur Manus Absalom. 2.Reg.18,18.

Epitaphium Machabæorum. Statuit septem pyramidas, vnam contra vnam patri & matri, & quatuor fratribus. 1.Mach.13,28.

EPOTO.

Cui suffusio oculorum? nónne his qui morantur in vino, & student calicibus epotandis? Prouerb.23,30.

Bibes illum [calicem] & epotabis vsque ad fæces, & fragmenta eius deuorabis. Ezech.23,34.

EPVLOR.

Epulati sunt benedicentes Deum. Tob.7,17.

Et parari epulas omnibus vicinis suis, cunctisque amicis. † 8,22.

Per septem dies epulantes, omnes cum gaudio magno gauisi sunt. † 11,21.

Iusti epulentur, & exultent in conspectu Dei. Psal.67,4.

Qui diligit epulas, in egestate erit. Prou.21,17.

Bona abscondita in ore clauso, quasi appositiones epularum circumpositæ sepulchro. Eccli.30,18.

Splendidum cor, & bonum in epulis est: epulæ enim illius diligenter fiunt. 27.

Epulati estis super terram, & in luxuriis enutristis corda vestra, in die occisionis. Iacob.5,5.

EQVVS.

Omnis equitatus & currus Pharaonis. Exodi 14,9.

Equum, & ascensorem deiecit in mare. † 15,2.

Eques non multiplicet rex. Deut 17,16.

Equos eorum subneruabis, & currus igne combures. Iosu.11,6.

Facietque sibi equites, & præcursores quadrigarum suarum. 1.Reg.8,11.

Phi-

Philisthiim congregati sunt ad prœliandum contra Israel, triginta millia curruum, & sex millia equitum. † 13, 5.

Occidit Dauid de Syris septingentos currus, & quadraginta millia equitum: & Sobach principem militiæ percussit: qui statim mortuus est. 2. Reg. 10, 18.

Munera &c. aromata quoque, & equos, & mulos, per singulos annos. 3. Reg. 10, 25.

Facti sunt ei [Salomoni] mille quadringenti currus, & duodecim millia equitum. 26. 2. Paral. 1, 14.

Reges Hethæorum, & Syriæ equos venumdabant. 29.

Si fortè possimus inuenire herbam, & saluare equos, & mulos. † 18, 5.

Equites mei, equites tui. † 22, 5.

Nullum ibi reperimus hominem, nisi equos & asinos alligatos, & fixa tentoria. 4. Reg. 7, 10.

Tollamus quinque equos, qui remanserunt in vrbe. 13.

Dabo vobis duo millia equorum, & videte an habere valeatis ascensores eorum. † 18, 23.

Abstulit quoque [Iosias] equos, quos dederant reges Iuda, Soli, in introitu templi Domini, &c. currus autē Solis combussit igni. † 23, 11.

Equi, muli, asini, cameli, redeuntium è captiuitate. 1. Esd. 2, 66.

Homo, quem rex honorare cupit, debet indui vestibus regiis, & imponi super equum, qui de sella regis est. Esth. 6, 7.

Numquid præbebis equo fortitudinem? Iob 39, 19.

Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. Psal. 31, 9.

Fallax equus ad salutem: in abundantia autem virtutis suæ non saluabitur. † 32, 17.

Ab increpatione tua Deus Iacob dormitauerunt qui ascenderunt equos. † 75, 7.

Non in fortitudine equi voluntatem habebit. † 146, 10.

Equus paratur ad diem belli: Dominus autem salutem tribuit. Prou. 21, 31.

Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te amica mea. Cant. 1, 8.

Sed ad equos fugiemus: ideò fugietis. Isa. 30, 16.

Aegyptus, homo, & non Deus: &. equi eorum caro, & non spiritus. † 31, 3.

Qui eduxit eos per abyssos, quasi equum in deserto non impingentem. † 63, 13.

A voce equitis & mittentis sagittam, fugit omnis ciuitas: ingressi sunt ardua, & ascenderunt rupes. Ierem. 4, 29.

Equi amatores emissarij facti sunt: Vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebat. † 5, 8.

Iungite equos, & ascendite equites: state in galeis, polite lanceas, induite vos loricis. † 46, 4.

Ascendite equos, & exultate: in curribus, & procedant fortes. 9.

Gladius ad equos eius, & ad currus eius, & ad omne vulgus. † 50, 37.

Inundatione equorum eius operiet te puluis eorum: à sonitu equitum, & rotarum, & curruum, mouebuntur muri tui. Ezech. 26, 10.

Auferam equos tuos de medio tui, & disperdam quadrigas tuas. Mich. 5, 10.

Ecce vir ascendens super equum rufum. Zachar. 1, 8.

In quadriga prima equi rufi, & in quadriga secunda equi nigri. † 6, 2.

Posuit eos quasi equum gloriæ suæ in bello. † 10, 3.

Et omnem equum populorum percutiam cæcitate. † 12, 4.

Et sic erit ruina equi, & muli, & cameli, & asini. † 14, 15.

Loricatos, & equitatus in circuitu eorum, & hi docti ad prælium. 1. Mach. 4, 7.

Equus terribilem habens sessorem, optimis operimentis adornatus: isque cum impetu Heliodoro priores calces elisit. 2. Mach. 3, 25.

Videri diebus quadraginta per aëra equites discurrentes, auratas stolas habentes, & hastis, quasi cohortes, armatos. † 5, 2.

Equus albus, & qui sedebat super illum, habebat arcum, & data est ei corona, & exiuit vincens vt vinceret. Apoc. 6, 2.

Et exiuit alius equus rufus. 4.

Equus niger: & qui sedebat super illum, habebat stateram in manu sua. 5.

Equus pallidus: & qui sedebat super eum, nomen illi Mors, & infernus sequebatur eum. 8.

Equus albus, & qui sedebat super eum, vocabatur Fidelis, & Verax, & cum iustitia iudicat, & pugnat. † 19, 11.

ERADICO.

Quando eradicauerit Dominus inimicos Dauid, vnumquemque de terra. 1. Reg. 20, 15.

ERADO.

Quanta fecerit Saul, & quomodo erasérit magos & hariolos de terra. 1. Reg. 28, 9.

ERASTVS.

Erastus remansit Corinthi. 2. Tim. 4, 20.

E REGIONE.

E regione vniuersorum fratrum suorum figet tabernacula. Gen. 16, 12. † 21, 16.

Posuit & candelabrum in tabernaculo testimonij è regione mensæ, in parte australi. Exodi 40, 22. Ezech. 46, 9. † 48, 21.

EREMVS.

Transiuimus per eremum terribilem & maximam. Deut. 1, 19.

Habitauit vsque ad introitum eremi. 1. Paral. 5, 9.

Et ad eremum perducet omnem terram iniquitatis filiorum. Sap.5,24.

ERGA.

Aut quid apponis erga eum cor tuũ? Iob 7,17.

Turbaris erga plurima. Luc.10,41.

ERGASTVLVM.

Educam vos de ergastulo Aegyptiorum. Exod.6,6.

Itaque ingressus est Ieremias in domum laci, & in ergastulum: & sedit ibi Ieremias diebus multis. Ierem.37,15.

ERGO.

Lætare ergo iuuenis in adolescentia tua. Ecclesi.11,9.

Quò ergo nobis adhuc viuere? 1.Mach.2,13.

ERICIVS.

Ponam eam in possessionem ericij,& in paludes aquarum, & scopabo eam in scopa terens. Isa.14,23.

Ibi habuit foueam ericius,& enutriuit catulos. † 34,15.

ERIGO.

Erexit se Israel aduersus Philisthiim. Clamauit ergo populus post Saul in Galgala. 1.Regum 13,4.

Erigit omnes elisos. Psal.144,14.† 145,8.

ERIOCH.

In campo Erioch regis Elicorum. Iudith 1,6.

ERIPIO.

Dominus,qui eripuit me de manu leonis,& de manu vrsi,ipse me liberabit de manu Philisthæi huius. 1.Reg.17,37.

Eripe animam meam. Psal.6,5.

Eripiens inopem de manu fortiorum eius: egenum & pauperem à diripientibus eum. † 34,10.

Eripe me de inimicis meis Deus meus.† 58,2.

Eripuit animam meam de morte. † 114,8.

Eripe me Domine ab homine malo. † 139,2.

Eripe me,& libera me de aquis multis.† 143,7.

EROGO.

Argentum, & erogant illud in semetipsos. Baruch 6,9. Mar.5,26. Luc.8,43.

ERRO.

Errabat [Agar] in solitudine Bersabee. Genes.21,14.

Maledictus qui errare facit cæcum in itinere. Deut.27,18.

Verùm ambulauit [Iuda] in erroribus Israel, quos operatus fuerat. 4.Reg.17,19.

Si erraui, tu doce me: si iniquitatem locutus sum,vltrà non addam. Iob 34,32.

Errauerunt ab vtero: locuti sunt falsa. Psalmo 57,4.

Dixi: Semper hi errant corde. † 94,10.

Errauerunt in solitudine. † 106,4.

Errare fecit eos in inuio, & non in via. † 106,40.

Erraui,sicut ouis quæ periit. † 118,176.

Vir, qui errauerit à via doctrinæ, in cœtu gigantum commorabitur. Prou 21,16.

Dedique cor meum vt scirem prudentiam atque doctrinam, erroresque & stultitiam. Eccles.1,17.

Initium verborum eius[insipientis]stultitia,& nouissimum oris illius error pessimus. † 10,13.

Cuncta,quæ fiunt, adducet Deus in iudicium pro omni errato, siue bonum, siue malum illud sit. † 12,14.

Nolite zelare mortem in errore viæ vestræ, neque acquiratis perditionem in operibus manuum vestrarum. Sap.1,12.

Ergo errauimus à via veritatis. † 5,6.

In erroris via diutius errauerunt, deos æstimantes hæc,quæ in animalibus sunt superuacua. † 12,24.

Conualescente iniqua consuetudine,hic error tamquam lex custoditus est, & tyrannorum imperio colebantur figmenta. † 14,16.

Error & tenebræ peccatoribus concreata sunt: qui autem exultant in malis, consenescunt in malo. Eccli.11,16.

Omne execramentum erroris odit Dominus. † 15,13.

Non demoreris in errore impiorum,ante mortem confitere. † 17,26.

Dominus miscuit in medio eius spiritum vertiginis: & errare fecerunt Aegyptum in omni opere suo,sicut errat ebrius & vomens. Isa.19,14.

Vetus error abiit. † 26,3.

Scient errantes spiritu intellectum,& mussitatores discent legem. † 29,24.

Qui dicunt videntibus: Nolite videre; & aspicientibus: Nolite aspicere nobis ea, quæ recta sunt: loquimini nobis placentia, videte nobis errores. † 30,10.

Confusi sunt,& erubuerunt omnes: simul abierunt in confusionem fabricatores errorum. † 45,16.

Omnes nos quasi oues errauimus, vnusquisque in viam suam declinauit: & posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrûm. † 53,6.

Quare errare nos fecisti Domine de viis tuis: indurasti cor nostrum ne timeremus te? † 63,17.

Vt non erret vltrà domus Israel à me, neque polluatur in vniuersis præuaricationibus suis: sed sint mihi in populum, & ego sim eis in Deum. Ezech.14,11.

Erratis, nescientes scripturas, neque virtutem Dei. Matth.22,29.

Ita vt in errorem inducantur (si fieri potest) etiam electi. † 24,24.

Et dicant plebi: Surrexit à mortuis: & erit nouissimus error peior priore. † 27,64.

Mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio. 2.Thess.2,10.

In nouissimis temporibus discedent quidam à fide,

fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum. 1.Tim.4,1.

Mali autem homines, & seductores, proficient in peius; errantes, & in errorem mittentes. 2.Tim.3,13.

Vos igitur fratres præscientes custodite: ne insipientium errore traducti excidatis à propria firmitate. 2.Pet.3,17.

Quia in veneficiis tuis errauerunt omnes gentes. Apoc.18,23.

ERVBESCO.

Erat autem vterque nudus, Adam scilicet, & vxor eius: & non erubescebant. Gen.2,25.

Inducam illos in terram hostilem, donec erubescat incircumcisa mens eorum: tunc orabunt pro impietatibus suis. Leuit.26,41.

Quòd si non vultum Iosaphat regis Iudæ erubescerem, non attendissem quidem te, nec respexissem. 4.Reg.3,14.

Nec erubuit [Sedecias] faciem Ieremiæ prophetæ, loquentis ad se ex ore Domini. 2.Paral.36,12.

Erubui enim petere à rege auxilium & equites, qui defenderent nos ab inimico in via: quia dixeramus regi: Manus Dei nostri est super omnes, qui quærunt eum in bonitate: & imperium eius, & fortitudo, & furor super omnes, qui derelinquunt eum. 1.Esd.8,22.

Deus meus confundor, & erubesco leuare faciem meam ad te. † 9,6.

Erubescant, & conturbentur vehementer omnes inimici mei. Psal.6,11.

Non erubescam, quoniam speraui in te. † 24,20.

Erubescant & reuereantur simul. † 34,26.

Non erubescant in me, qui expectãt te. † 68,7.

Auertantur statim erubescentes, qui dicunt mihi: Euge, euge. † 69,4.

Erubescant, & conturbentur in sæculum. † 82,18.

Non erubescit loqui cum illo, qui sine anima est. Sap.13,17.

Erubescendum de multis rebus, de aliis non erubescendum. A patre & matre, de fornicatione: & à præsidente, & à potente de mendacio: à principe, & à iudice de delicto: à synagoga & plebe de iniquitate: à socio & amico de iniustitia. Eccli.41,21. † 42,1. Ezech.16,52.

Erubesce Sidon: ait enim mare, fortitudo maris, dicens: Non parturiui. Isa.23,4.

Erubescet luna, & confundetur sol, cùm regnauerit Dominus. † 24,23.

Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. Ierem.3,3.

Quin potiùs confusione non sunt confusi, & erubescere nescierunt. † 6,15.

Confusus sum, & erubui, quoniam sustinui opprobrium adolescentiæ meæ. † 31,19.

Metiantur fabricam, & erubescant ex omnibus quæ fecerunt. Figuram domus, &c. omnes leges eius ostende eis, & scribes in oculis eorum. Ezech.43,11.

Vulnerati amore eius [Susannæ] nec indicauerunt sibi vicissim dolorem suum: erubescebant enim indicare sibi concupiscentiam suam. Daniel.13,11.

Postquam autem senes locuti sunt, erubuerunt serui vehementer: quia numquam dictus fuerat sermo huiuscemodi de Susanna. 27.

Nam qui me erubuerit, & meos sermones: hunc Filius hominis erubescet, cùm venerit in maiestate sua, & Patris, & sanctorum Angelorum. Luc.9,26.

Non enim erubesco Euangelium. Rom.1,16.

Quem ergo fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors est. † 6,21.

Erubescamus nos (vt non dicamus vos) in hac substantia. 2.Cor.9,4.

Noli itaque erubescere testimonium Domini nostri, neque me vinctum eius. 2.Tim.1,8.

Det misericordiam Dominus Onesiphori domui: quia sæpè me refrigerauit, & catenam meam non erubuit. 16.

ERVCA.

Residuum erucæ comedit locusta, & residuum locustæ comedit bruchus. Ioël.1,4.

ERVCTO.

Eructauit cor meum verbum bonum. Psalmo 44,2.

Sicut enim eructant præcordia fœtentium, &c. sic & cor superborum. Eccli.11,32.

ERVDIO.

In corde omnis eruditi posui sapientiam. Exod.31,6.

Quia sicut erudit filium suum homo, sic Dominus Deus tuus erudiuit te, vt custodias mandata Domini. Deut.8,5.

Hæ sunt gentes quas Dominus dereliquit, vt erudiret in eis Israelem. Iudic.3,1.

Eruditique ad prælia. 1.Paral.5,18.

Viri eruditi, qui nouerant singula tempora ad præcipiendum quid facere deberet Israel, principes ducenti. † 12,32.

Tunc aperit aures virorum, & erudiens eos instruit disciplina. Iob 33,16.

Eruditi auscultate me. † 34,2.

Et super volucres cæli erudit nos. † 35,11.

Erudimini qui iudicatis terram. Psal.2,10.

Eruditos corde in sapientia. † 89,12.

Beatus homo, quem tu erudieris Domine. † 93,12.

Vt erudiret principes eius sicut semetipsum. † 104,22.

Et suscipiendam eruditionem doctrinæ, iustitiam, & iudicium, & æquitatem. Prou.1,3.

Labia

Labia iusti erudiunt plurimos, qui autem indocti sunt, in cordis egestate morientur. † 10,21.

Erudi filium tuum, ne desperes. † 19,18.

Erudi filium tuum, & refrigerabit te: & dabit delicias animæ tuæ. † 29,17.

Filij tibi sunt? erudi illos. Eccli.7,25.

Non erudietur, qui non est sapiens in bono. † 21,14.

Est vir astutus multorum eruditor, & animæ suæ inutilis est. † 37,21.

Et eris eruditus in omnibus, & probabilis in conspectu omnium viuorum. † 42,8.

Quemadmodum eruditus es in iuuentute tua, & impletus es, quasi flumen, sapientia, & terram tetexit anima tua. † 47,16.

Erudiet illum in iudicio: Deus suus docebit illum. Isa.28,26.

Erudire Ierusalem, ne fortè recedat anima mea à te, ne fortè ponam te desertam, terram inhabitabilem. Ierem.6,8.

Si eruditi didicerint vias populi mei, vt iurent in nomine meo. † 12,16.

De excelso misit ignem in ossibus meis, & erudiuit me. Thren.1,13.

Et de eruditis ruent, vt conflentur & eligantur, & dealbentur vsque ad tempus præfinitum. Dan.11,35.

Et qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. † 12,3.

Parentes enim illius [Susannæ] cùm essent iusti, erudierunt filiam suam secundùm legem Moysi. † 13,3.

Victimas declinastis in profundum: & ego eruditor omnium eorum. Osee 5,2.

Erudiui eos, & confortaui brachia eorum: & in me cogitauerunt malitiam. † 7,15.

Eruditus est Moyses omni sapientia Aegyptiorum. Act.7,22.

Nutritus autem in ista ciuitate, secus pedes Gamaliel eruditus iuxta veritatem paternæ legis, æmulator legis, sicut & vos omnes estis hodie. † 22,3.

Confidis teipsum esse ducem cæcorum, lumen eorum, qui in tenebris sunt, eruditorem insipientium, magistrum infantium, habentem formam scientiæ. Rom.2,20.

Apparuit enim gratia Dei Saluatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, vt abnegantes impietatem, & sæcularia desideria, sobriè, & iustè, & piè viuamus in hoc sæculo. Tit.2,12.

Et illi quidem in tempore paucorum dierum, secundùm voluntatem suam erudiebant nos. Hebr.12,10.

ERVMPO.

Erupimus ad australem plagam Cerethi. 1.Reg.30,14.

ERVO.

Erue me de manu fratris mei Esau, quia valdè eum timeo. Gen.32,11.

Eruit ergo Dauid omnia quæ tulerant Amalecitæ. 1.Reg.30,18.

Viuit Dominus, qui eruit animam meam de omni angustia. 2.Reg.4,9. † 3,1,29.

Erui te de manu Saul. † 12,7.

Dominum Deum vestrum timete, & ipse eruet vos de manu omnium inimicorum vestrorum. 4 Reg.17,39.

Cùm sit nemo qui de manu tua possit eruere. Iob 10,7.

Eruens animam eius à corruptione: & vitam illius, vt non transeat in gladium. † 33,18.

Eruam te, & honorificabis me. Psal.49,15.

Erue de me manu peccatoris. † 70,4.

Erue de me manu filiorum alienorũ. † 143,11.

Eruere quasi damula de manu. Prou.6,5.

Ne timeas à facie eorum, quia tecum ego sum, vt eruam te. Ierem.1,8.

Catulus leonis in gregibus pecorum, qui cùm transierit, & conculcauerit, & ceperit, non est qui eruat. Mich.5,8.

ESAV.

Iurauit ei Esau, & vendidit primogenita. Gen.25,33. Heb 12,16.

Esau verò quadragenarius duxit vxores, &c. quæ ambæ offenderant animum Isaac & Rebeccæ. † 26,34.

Cui Esau: Num vnam, inquit, tantùm benedictionem habes, pater? mihi quoque obsecro vt benedicas. † 27,38. † 33.3.

Vastatum est semen eius [Esau] & fratres eius, & vicini eius, & non erit. Ierem.49,10.

ESCA.

Iste [Tobias] custodiuit animam suam, & numquam contaminatus est in escis eorum. Tob.1,12.

Dat escam multis mortalibus. Iob 36,31.

Inaccessis rupibus inde contemplatur [aquila] escam. † 39,29.

Dederunt in escam meam fel. Psal.68,22.

Dedisti eũ escam populis Aethiopum. † 73,14.

Adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum: & ira Dei ascendit super eos. † 77,30.

Catuli leonum rugientes, vt rapiant, & quærant à Deo escam sibi. † 103,21.

Omnia à te expectant vt des illis escam in tempore. 27.

Omnem escam abominata est anima eorum. † 106,18.

Escam dedit timentibus se. † 110,4.

Qui dat escam omni carni. † 135,25.

Et tu das escam illorum in tempore opportuno. † 144,15.

Dat escam esurientibus. † 145,7.

Qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruorum inuocantibus eum. † 146,9.

Escam parans eis ortygometram. Sap 16,2.

Tam-

Tamquam enim equi depauerunt escam, & tamquam agni exultauerunt. † 19,9.

In multis enim escis erit infirmitas, & auiditas appropinquabit vsq; ad choleram. Eccli. 37,33.

Escæ autem non erant in ciuitate, eò quòd septimus annus esset. 1. Mach. 6,53.

Esca autem eius [Ioannis] erat locustæ, & mel siluestre. Matth. 3,4.

Non est enim regnum Dei, esca & potus: sed iustitia, & pax, & gaudium in Spiritu sancto. Rom. 14,17.

Esca ventri, & venter escis: Deus autem & hunc & has destruet. 1. Cor. 6,13.

Esca autem nos non commendat Deo. † 8,8.

Omnes eamdem escam spiritalem manducauerunt. † 10,3.

Ne quis fornicator, aut profanus vt Esau, qui propter vnam escam vendidit primitiua sua. Heb. 12,16.

ESDRAS.

Ipse Esdras ascendit de Babylone, & ipse scriba velox in lege Moysi. 1. Esd. 7,6.

Esdras scriba ante eos in porta Fontis. 2. Esdræ 12,35.

ESDRELON.

In campo magno Esdrelon. Iudith 1,8.

ESTHER.

Induta est Esther regalibus vestimentis. Esth. 5,1.

Quæ est petitio tua Esther? † 7,2.

Quid habes Esther? ego sum frater tuus, noli metuere. † 15,12.

ESVRIO.

Et esurienti subtraxisti panem. Iob 22,7.

Si esuriero, non dicam tibi. Psal. 49,12.

Esurientes, & sitientes: anima eorum in ipsis defecit. † 106,5.

Anima saturata calcabit fauum: & anima esuriens etiam amarũ pro dulci sumet. Prou. 27, 7.

Cùm esurierit, irascetur, & maledicet regi suo, & Deo suo, & suspiciet sursum. Isa. 8,21.

Declinabit ad dexteram, & esuriet: & comedet ad sinistram, & non saturabitur. † 9,20.

Sicut somniat esuriens, & comedit, cùm autem fuerit expergefactus, vacua est anima eius. † 29, 8.

Esuriet, & deficiet, non bibet aquam & lassescet. † 44,12.

Non esurient, neque sitient, & non percutiet eos æstus & sol. † 49,10.

Frange esurienti panem tuum, & egenos vagosque induc in domum tuam: cùm videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris. † 58,7,10.

Esuriui enim, & dedistis mihi manducare. Matth. 25,35.

Esurientes impleuit bonis. Luc. 1,53.

Vsque in hanc horam & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur. 1. Cor. 4,11.

Et alius quidem esurit, alius autem ebrius est. † 11, 21.

Si quis esurit, domi manducet. 34.

Non esuriẽt, neq; sitient ampliùs. Apoc. 7,16.

ETAM.

In spelunca petræ Etam. Iudic. 15,8.

Ista quoque stirps Etam. 1. Par. 4,3.

ETHAI.

Transiuit Ethai Gethæus. 2. Reg. 15, 22. † 18, 12.

ETHAM.

Castrametati sunt in Etham. Exod. 13,20. Num. 3,6,8.

ETHNICVS.

Si salutaueritis fratres vestros tantùm, quid amplius facitis? nónne & ethnici hoc faciunt? Matth. 5, 47.

Orantes autem nolite multum loqui, sicut ethnici. † 6,7. † 18,17.

EVACVO.

Euacuasti timorem, & tulisti preces coram Deo. Iob 15,4. Eccli. 2,8.

Numquid incredulitas illorum fidem Dei euacuabit? Absit. Rom. 3,3.

Vt non euacuetur crux Christi. 1. Cor. 1,17. † 13,8. 2. Cor. 3,7.

Euacuati estis à Christo. Gal. 5,4. Eph. 2,15.

EVADO.

Non euasit ex eis quisquam. 1. Reg. 30,17.

Euasi ego solus, vt nuntiarem tibi. Iob 1,15. Eccli. 40,7.

Qui cùm euaserit de mari, vltio non sinit eum viuere. Act. 28,4.

EVAGINO.

Euaginabo gladium meum. Exod. 15,9.

EVANESCO.

Angelus autem Domini euanuit. Iudic. 6,21.

Si sal euanuerit, in quo salietur? Matth. 5,13.

Ipse euanuit ex oculis eorum. Luc. 24,31.

Sed euanuerunt in cogitationibus suis. Roman. 1,21.

EVANGELIZO.

Dominus dabit verbum euangelizantibus, virtute multa. Psal. 67,12.

Super montem excelsum ascende tu, qui euangelizas Sion: exalta in fortitudine vocem tuam, qui euangelizas Ierusalem. Isa. 40,9.

Ecce adsunt, & Ierusalem euangelistam dabo. † 41,27.

Ecce super montes pedes euangelizantis. Nahum 1,15.

Circuibat Iesus totam Galilæam, docens in synagogis eorum, & prædicans euangelium regni. Matth. 4,23. † 9,35.

Et prędicabitur hoc Euangelium regni in vniuerso orbe, in testimonium omnibus gentibus: & tunc veniet consummatio. † 24,14.

Vbicumque prædicatum fuerit hoc Euangelium in toto mundo, dicetur & quòd hæc fecit in memoriam eius. † 26,13.

Qui autem perdiderit animam suam propter me & Euangelium, saluá faciet eam. Mar.8,35.

Nemo est, qui reliquerit domũ, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut filios, aut agros, propter me, & propter Euangelium; qui non accipiat centies tantum, nunc in tempore hoc. † 10,29.

Euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo; quia natus est vobis hodie Saluator. Luc.2,10.

Multa quidem & alia exhortans euangelizabat populo. † 3,18.

Euangelizare pauperibus misit me. † 4,18.

Quia & aliis ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei, quia ideò missus sum? 43.

Lex & prophetæ vsque ad Ioannem; ex eo regnum Dei euangelizatur, & omnis in illud vim facit. † 16,16.

Omni autem die non cessabant in templo, & circa domos docentes, & euangelizantes Christum Iesum. Act.5,42.

Igitur qui dispersi erant, pertransibant, euangelizantes verbum Dei. † 8,4.

Incipiens à Scriptura ista, euangelizauit illi Iesum. 35.

Euangelizabat ciuitatibus cunctis, donec veniret Cæsaream. 40.

Cumque euangelizassent ciuitati illi, & docuissent multos, reuersi sunt Lystram. † 14,20.

Segregatus in Euangelium Dei, quod antè promiserat per Prophetas suos. Rom.1,2.

Ita (quod in me) promptum est & vobis, qui Romæ estis euangelizare. 15.

Non enim erubesco Euangelium. Virtus enim Dei est in salutem omni credenti. 16.

Defendentibus, in die, cùm iudicabit Deus occulta hominum, secundùm Euangelium meum. † 2,16.

Secundùm Euangelium quidem inimici propter vos. † 11,28.

Ita vt ab Ierusalem per circuitum vsque ad Illyricum repleuerim Euangeliũ Christi. † 15,19.

Non enim misit me Christus baptizare, sed euangelizare. 1.Cor.1,17.

Nam in Christo Iesu per Euangelium ego vos genui. † 4,15.

Dominus ordinauit iis, qui Euangelium annuntiant, de Euangelio viuere. † 9,14.

Necessitas enim mihi incumbit: væ enim mihi est, si non euangelizauero. 16.

Omnia autem facio propter Euangelium: vt particeps eius efficiar. 23.

Notum autem vobis facio, fratres, Euangelium quod prædicaui vobis. † 15,1.

Misimus etiam cum illo fratrem, cuius laus est in Euangelio per omnes Ecclesias. 2.Cor.8,18.

In aliud Euangelium: quod non est aliud, nisi sunt aliqui, qui vos conturbant. Gal.1,6.

Licet nos, aut Angelus de cælo euangelizet vobis præter quàm euangelizauimus vobis, anathema sit. 8.

Euangelium, quod euangelizatum est à me, quia non est secundùm hominem. 11.

Qui persequebatur nos aliquando, nunc euangelizat fidem, quam aliquando expugnabat: & in me clarificabant Deum. 23.

Contuli cum illis Euangelium, quod prædico. † 2,2.

Cùm vidissent quòd creditum est mihi Euangelium præputij, sicut & Petro circumcisionis. 7.

Scitis autem quia per infirmitatem carnis euangelizaui vobis iam pridem. † 4,13.

Euangelizauit pacem vobis, qui longè fuistis: & pacem iis, qui propè. Ephes.2,17.

Mihi omnium sanctorum minimo data est gratia hæc, In Gentibus euangelizare inuestigabiles diuitias Christi. † 3,8.

Euangelium nostrum non fuit ad vos in sermone tantùm, sed & in virtute, & in Spiritu sancto. 1.Thess.1,5. † 2,2.

Quæ est secundùm Euangelium gloriæ beati Dei. 1.Tim.1,11.

Secundùm Euangelium meum, in quo laboro vsque ad vincula. 2.Tim.2,9.

Nuntiata sunt vobis per eos, qui euangelizauerunt vobis. 1.Pet.1,12.

Mortuis euangelizatum est. † 4,6.

Consummabitur mysterium Dei, sicut euangelizauit per seruos suos Prophetas. Apoc.10,7.

Angelum volantem per medium cæli, habentem Euangelium æternum, vt euangelizaret sedentibus super terram. † 14,6.

EVBVLVS.

Salutant te Eubulus & Pudens. 2.Tim.4,21.

EVCHARIS.

Lingua eucharis in bono homine abundat. Eccli.6,5.

EVCHARISTIA.

Eucharistia à quibus & quomodo sumenda. Exod.12,44. 1.Cor.11,34.

Frequenter sumenda. Act.2,44. † 20,7.

Præfiguratur. Exod.16,15.

Circumferendam in publicis Supplicationibus, præfiguratur. Iof.6,6,7,11. † 20. 2.Reg.4,3. 2.Reg.6,4,5.

EVELLO.

Euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo. Psal.51,7.

Cõstitui te hodie super Gentes, & super regna, vt euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, & ædifices, & plantes. Ierem.1,10. Eccli.49,9.

Cũ euellero eos conuertar & miserebor eorũ: & reducã eos, virũ ad hereditatem suã. † 12,15.

Quòd

Quòd si non audierint, euellam gentem illam euulsione & perditione. 17.

EVENIO.

Euenit sermo Samuelis vniuerso Israeli. 1.Reg.3,21.

Varius enim euentus est belli; nunc hunc, & nunc illum consumit gladius. 2.Reg.11,25.

Euenit ergo ei sicut prædictum fuerat, & conculcauit eum populus in porta, & mortuus est. 4.Reg.7,20.

Sed omnia in futurum seruantur incerta, eò quòd vniuersa æquè eueniant iusto & impio, bono & malo, mundo & immundo. Eccles.9,2.

Signa & monstra scit antequam fiant, & euentus temporum & sæculorum. Sap.8,8.

De omnium rerum euentu petit ab eo, qui in omnibus est inutilis. † 13,19.

EVERRO.

Nónne accendit lucernam, & euerrit domum, & quærit diligenter, donec inueniat [drachmam?] Luc.15,8.

EVERTO.

Quòd disponat Saul venire in Ceilam, vt euertat vrbem propter me. 1.Reg.23,10.

Fiebat sacerdos excelsorum. Et propter hanc causam peccauit domus Ieroboam, & euersa est, & deleta de superficie terræ. 3.Reg.13,34.

Euersio malorum. Nónne succisa est erectio eorum, & reliquias eorum deuorauit ignis. Iob 22,20.

Nunc confortata est superbia, & castigatio, & tempus euersionis, & ira indignationis. 1.Machab.2,49. Act.15,24.

Ciuitates Sodomorum & Gomorrhæorum in cinerem redigēs, euersione damnauit. 2.Pet.2,6.

EVGE.

Euge, euge, viderunt oculi nostri. Psal.34,21.

EVIDENS.

Euidentem imaginem regis, quem honorare volebant, fecerunt. Sap.14,17. 2.Mach.3,24. † 15,35.

Ostium enim mihi apertum est magnum & euidens. 1.Cor.16,9.

Communicatio fidei tuæ euidens fiat. Philem.v.6.

EVIGILO.

Ne suscitetis, neq; euigilare faciatis dilectam, quoadusque ipsa velit. Cant.2,7. † 3,5. † 8,4.

EVILMERODACH.

Subleuauit Euilmerodach, &c. caput Ioachin regis Iuda de carcere. 4.Reg 25,27.

EVITO.

Qui euitat discere, incidet in mala. Prou.17,16.

EVNICE.

Fidei, &c. in auia tua Loide, & matre tua Eunice. 2.Tim.1,5.

EVNVCHVS.

Eunuchus, vel abscissus Ecclesiam non intret. Deuteronomij 23,1.

Eunuchum vnum, dicens: Restitue ei omnia, quæ sua sunt. 4.Reg.8,6.

Erunt eunuchi in palatio regis Babylonis. † 20,18.

Non dicat eunuchus: Ecce ego lignum aridum. Isa.56,3.

Eunuchis, qui custodierint sabbata mea, & elegerint quæ ego volui, & tenuerint fœdus meum: Dabo eis in domo mea, & in muris meis locum: & nomen melius à filiis & filiabus: nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit. 5.

Et sunt eunuchi, qui seipsos castrauerunt propter regnum cælorum. Matth.19,12.

EVODIA.

Euodiam rogo, & Syntychen deprecor, idipsum sapere in Domino. Philip.4,2.

EVOLO.

Euolauerunt nebulæ sicut aues. Ecclesiastici 43,15.

EVOLVO.

Euoluit corpus eius truncum. Iudith 13,10.

Additus est annus ad annum, sollemnitates euolutæ sunt. Isa.29,1.

Euoluam te de petris, & dabo te in montem combustionis. Ierem.51,25.

EVOMO.

Si coactus fueris in edendo multum: surge è medio, euome: & refrigerabit te, & non adduces corpori tuo infirmitatem. Eccli.31,25.

EVPATOR.

Vocauit nomen eius Eupator. 1.Mach.6,17. 2.Mach.2,21.

EVPHRATES.

Qui adimplet quasi Euphrates sensum. Eccli.24,36.

EVPOLEMVS.

Et elegit Iudas Eupolemum. 1.Mach.8,17.

EVTYCHVS.

Eutychus super fenestram, &c. sublatus est mortuus. Act.20,9.

Adduxerunt autem puerum viuentem. 12.

EXACERBO.

Exacerbauit Dominum peccator. Psal.9,25.

Quoties exacerbauerunt eum in deserto? † 77,40,56.

Exacerbauerunt spiritum eius. † 105,33.

Exacerbauerunt eum in consilio suo. 43.

Exacerbauerunt eloquia Dei. † 106,11.

Exacerbant me in opere manuum suarum. Ierem.32,30.

Exacerbastis enim eum, qui fecit vos, Deum æternum, immolantes dæmoniis, & non Deo. Baruch 4,7.

Exacerbauerunt me filij, in præceptis meis non ambulauerunt. Ezech.20,21.

Quidam enim audientes exacerbauerunt. Heb.3,16.

EXACTOR.

Pauperi, qui habitat tecum, non vrgebis eum quasi exactor, nec vsuris opprimes. Exod.22,25.

Dimittemus annum septimum, & exactionem vniuersæ manus. 2.Esd.10,31.

Non audierunt vocem exactoris. Iob 3,18. † 39,7.

Populum meum exactores sui spoliauerunt. Isa.3,12

Sceptrum exactoris eius superasti. † 9,4.

Erunt capientes eos qui se ceperant, & subiicient exactores suos. † 14.2.

Quomodo cessauit exactor, quieuit tributū? 4.

Non transibit super eos vltrà exactor: quia nunc vidi in oculis meis. Zach.9,8.

EXACVO.

Descendebat ergo omnis Israel ad Philisthiim, vt exacueret vnusquisque vomerem suum, & ligonem, & securim, & sarculum. 1.Reg.13,20.

Exacuerunt vt gladiū linguas suas. Psal.63,4.

EXAEQVO.

Educet lapidem primarium, & exæquabit gratiam gratiæ eius. Zachar.4,7.

EXAESTVO.

Quando exortus est sol, exæstuauit: & eò quòd non habebat radicem, exaruit. Marc.4,6.

EXAGITO.

Exagitabat eum spiritus nequā. 1.Reg,16,14.

EXALTO.

Hodie incipiam exaltare te coram omni Israel. Ios.3,7.

Exaltatum est cornu meum in Deo meo. 1.Reg.2,1.

Cognouit Dauid, *&c.* quoniam exaltasset [Dominus] regnum eius. 2.Reg 5,12.

Contra quem exaltasti vocem tuam? 4. Regum 19,22.

Qui [Ezechias] exaltatus est post hæc coram cunctis gentibus. 2.Par.32,23.

Benedictus Dominus, qui exaltauit eam [Ierusalem] & sit regnum eius in sæcula sæculorum supeream. Amen. Tob.13,23.

Pugnauit contra Arphaxad, & obtinuit eum, *&c.* tunc exaltatum est regnum Nabuchodonosor, & cor eius eleuatum est. Iudith 1,7.

Exaltatur Mardochæus. Mardochæus ingressus est ante faciem regis, *&c.* Tulitque rex annulum, quem ab Aman recipi iusserat, & tradidit Mardochæo. Esth.8,1,2.

Qui exaltas me de portis mortis. Psal.9,15.

Exaltare Domine in virtute tua. † 20,14.

Exaltabo te Domine quoniam suscepisti me. † 29,2.

Exaltabor in gentibus. † 45,11.

Exaltare super cælos Deus. † 56,6,12, † 107,6.

Exaltent eum in Ecclesia plebis. † 106,30.

Non est exaltatum cor meum: neque elati sunt oculi mei. † 130,1.

Exaltabo te Deus meus rex. † 144,1.

Exaltasti super terram habitationem meam, & pro morte defluēte deprecatus sum. Eccli.51,13.

Si exaltatus fueris vt aquila, & si inter sidera posueris nidum tuum: inde detraham te. Abd.v.4.

Cùm exaltaueritis Filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum, & à meipso facio nihil. Ioan.8,28.

Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. † 12,32.

Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen. Philip.2,9.

EXAMEN.

Examen apum in ore leonis erat, & fauus mellis. Iudic.14,8.

Examinatur Achior in populi medio constitutus. Iudith 6,10,12.

EXAMINO.

Eloquium Domini igne examinatum. 2.Regum 22,31. Psal.17,31.

Igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas. Psal.16,3. † 65,10.

Non potest intelligere: quia spiritualiter examinatur. 1 Cor.2,14.

EXANGVIS.

Iam exanguis effectus [Razias] complexus intestina sua, vtrisque manibus proiecit super turbas. 2.Mach.14,46.

EXANIMIS.

Voluebatur [Sisara] ante pedes eius, & iacebat exanimis, & miserabilis. Iud.c.5,27.

EXARDESCO.

Exardescet sicut ignis ira tua? Psal.88,47.

Exarserunt in desideriis suis in inuicem, masculi in masculos turpitudinem operantes. Roman.1,27.

EXAREO.

Exaruit manus eius, quam extenderat contra eum. 3.Reg.13,4.

Fiant sicut fœnum tectorum, quod priusquam euellatur, exaruit. Psal.128,6.

Multitudo eius siti exaruit. Isa.5,13.† 37,27.

Percussit hederam & exaruit. Ionæ 4,7. Mar.4,6.† 11,21.

EXARO.

Vt exarentur in libro stylo ferreo. Iob 19,23. Isa.30,8. Ierem.17,1. Dan.5,24.

EXASPERO.

Sed exasperauerunt eum, & iurgati sunt, inuideruntque illi habentes iacula. Gen.49,23.

Et non exasperaueritis os Domini. 1.Regum 12,14.

Qui exasperant, non exaltentur in semetipsis. Psal.65,7.

Similiter eos qui exasperant. † 67,7.

Quo-

Quoniam domus exasperans est. Ezech.2,5.

EXAVDIO.

Exaudiuit Deus vocem pueri [Ismaelis.] Gen.21,17.

Exaudiuntur malo suo peccatores. Sicut locuti estis audiente me, sic faciam vobis. In solitudine hac iacebunt cadauera vestra. Num.14,28.

Exaudiuitque Dominus deprecantem Manue, & apparuit rursum Angelus Dei vxori eius. Iudic.13,9.

Et non exaudiet vos Dominus in die illa, quia petistis vobis regem. 1.Reg.8,18.

Deus recessit à me, & exaudire me noluit, neque in manu prophetarum, neque per somnia. † 28,15.

Exaudiuit Dominus vocẽ Eliæ. 3.Reg.17,22.

Exaudi me Domine, exaudi me. † 18,37.

Protinus ergo Dauid, videns quòd exaudisset eum Dominus in area Ornan Iebusæi, immolauit ibi victimas. 1 Par.21,28.

In illo tempore exauditæ sunt preces amborum in conspectu gloriæ summi Dei. Tob.3,24.

Ibi clamabunt, & non exaudiet, propter superbiam malorum. Iob 35,12.

Cùm inuocarem exaudiuit me Deus. Psalmo 4,2,4.

Exaudi Domine iustitiam meam. † 16,1.

Exaudiuit de templo sancto suo vocem meam. † 17,7.

Exaudisti vocem orationis meæ, dum clamarem ad te. † 30,23.

Exaudiebas eos, Deus tu propitius fuisti eis. † 98,8.

Exaudiuit me in latitudine Dominus. † 117,5.

Exaudiam cælos, & illi exaudient terram. Osee 2,21.

Preces, &c. cum clamore valido & lacrymis offerens [Christus] exauditus est pro sua reuerentia. Heb.5,7.

EXCAECO.

Excæcauit enim illos malitia eorũ. Sap.2,21.

Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua: & oculos eius claude. Isa.6,10.

In quibus Deus huius sæculi excæcauit mentes infidelium, vt non fulgeat in illis illuminatio Euangelij gloriæ Christi. 2.Cor.4,4.

EXCANDESCO.

Excandescet in illos aqua maris. Sap.5,23.

EXCELLO.

Omnium excellentium & humilium corda virtute calcaui. Eccli.24,11.

EXCELSVM.

Excelsa vestra, & simulacra confringam. Leuit.26,30.

Et faciat te excelsiorem cunctis gentibus, quas creauit in laudem, & nomen, & gloriam suam: vt sis populus sanctus. Deut.26,19.

Antequam ascendat excelsum ad vescendum. 1.Reg.9,13.

Descenderunt de excelso in oppidum. 25.

Illud quippe erat excelsum maximum: mille hostias in holocaustum obtulit Salomon super altare. 3.Reg.3,4.

Excelsa non abstulit. † 22,44. 4.Reg.15,4.

Aedificauerunt sibi excelsa in cunctis vrbibus suis, à Turre custodum vsque ad Ciuitatem munitam. 4.Reg.17,9.

Ipse Ezechias] dissipauit excelsa, & contriuit statuas, & succidit lucos. † 18,4,22.

Excelsa quoque quæ erant in Ierusalem ad dexteram partem montis offensionis, quæ ædificauerat Salomon, &c. polluit [Iosias] rex. † 23,13.

Constituit, &c. sacerdotes coram tabernaculo Domini in excelso, quod erat in Gabaon, vt offerrent holocausta. 1.Par.16,40.

Venit ergo Salomon ab Excelso Gabaon in Ierusalem coram tabernaculo fœderis. 2.Paralip.1,13.

Excelsa fabricatus est [Ioram] in vrbibus Iuda. † 21,11.

Excelsior cælo est, & quid facies? profundior inferno, & vnde cognosces? Iob 11,8.

An non cogitas quòd Deus excelsior cælo sit, & super stellarum verticem sublimetur? † 22,12.

Super excelsa statuens me. Psal.17,34.

Excelsus super omnes gentes Dominus, & super cælos gloria eius. † 112,4.

Excelsus Dominus, & humilia respicit. † 137,6.

Laudate eum in excelsis. † 148,1.

Excelso excelsior est alius. Eccles.5,7.

Excelsa quoque timebunt. † 12,5.

Excelsum fecit Aaron fratrẽ eius. Eccli.45,7.

Excelsi statura succidentur, & sublimes humiliabuntur. Isa.10,33.

Hæc dicit Excelsus, & sublimis habitans æternitatem: & sanctum nomen eius in excelso. † 57,15.

Aedificauerunt excelsa Baal, quæ sunt in valle filij Ennom, vt initiarent filios suos & filias suas Moloch. † 32,35.

Excelsum tuum fecisti in omni platea. Ezechiel.16,31.

Vocatum est nomen eius Excelsum vsque ad hanc diem. † 20,29.

Super excelsa mea deducet me victor in psalmis canentem. Habac.3,19.

EXCEREBRO.

Qui mactat pecus, quasi qui excerebret canem. Isa.66,3.

EXCESSVS, EXCIDO.

Dixi in excessu mentis meæ: Proiectus sum à facie oculorum tuorum. Psal.30,23.

Dixi in excessu meo: Omnis homo mendax. † 115,2.

Cecidit super eum [Petrum] mentis excessus, & vi-

& vidit cælum apertum. Act.10,10.

Charitas numquam excidit. 1.Cor.13,8.

EXCIDO.

Lucos eorum excidit. Iudith 3,12.

Exciderunt ianuas eius. Psal.73,6.

Excidit columnas septem. Prou.9,1.

Quis hic? quia excidisti tibi hic sepulchrum. Isa.22,16.

Attendite ad petram vnde excisi estis.† 51,1. Matth.3,10. Marc.15,46.

Si permanseris in bonitate, alioquin & tu excideris. Rom.11,22.

EXCIPIO.

Excipitur Iosaphat ab Achab. Ad cuius aduentum mactauit Achab arietes, & boues plurimos, ipsi, & populo, qui venerat cum eo. 2.Paralip.18,2.

Excipientes eum [Holofernem] cum coronis & lampadibus, ducentes choros in tympanis & tibiis. Iudith 3,10.

Sicut Angelum Dei excepistis me, sicut Christum Iesum. Gal.4,14.

Excipite itaque illum [Epaphroditum] cum omni gaudio in Domino, & eiusmodi cum honore habetote, quoniam propter opus Christi vsque ad mortem accessit. Philip.2,29.

EXCITO.

Excitandi gratia inquietudinem arte moliebantur. Iudith 14,9.

Excitatus est tamquam dormiens Dominus, tamquam potens crapulatus à vino. Psal.77,65.

EXCLAMO.

Exclamauerunt Accaronitę, dicentes: Adduxerunt ad nos arcam Dei Israel, vt interficiat nos, & populum nostrum. 1.Reg.5,10.

Exclamauit voce magna, & dixit ad Saul: Quare imposuisti mihi. Tu es enim Saul. † 28,12.

Exclamauit mulier sapiens de ciuitate: Audite, audite, dicite Ioab, appropinqua huc, & loquar tecum. 2.Reg.20,16.

Exclamauit contra altare, &c. ossa hominum super te incendet [Iosias.] 3.Reg.13,2.

Caderet ferrum securis in aquam: exclamauitque ille & ait: Heu heu heu Domine mi, & hoc ipsum mutuò acceperam, &c. natauitque ferrum. 4.Reg.6,5.

Exclamauit ad eum dicens: Salua me Domine mi rex, &c. coximus ergo filium meum & comedimus. 26.

Et exclamauit voce magna Susanna: exclamauerunt autē & senes aduersus eā. Dan.13,24.

Exclamauit autem voce magna Susanna, & dixit: Deus æterne, qui absconditorum es cognitor. 42,46.

Exclamauit itaq; omnis cœtus voce magna, & benedixerunt Deū, qui saluat sperantes in se. 60.

EXCLVDO.

Exclusa est itaque Maria extra castra septem diebus. Numeror.12,15.

Qui coniugium ita suscipiunt, vt Deum à se, & à sua mente excludant, &c. habet dæmonium potestatem super eos. Tob.6,17.

Cùm clamauero, & rogauero, exclusit orationem meam. Thren.3,8. Rom 3,27. Gal.4,17.

EXCOGITO.

Ad excogitandum quidquid fabrefieri potest ex auro. Exod.31,2. † 35,32.

Et cor dedit illis [Adæ & Heuæ] excogitandi, & disciplina intellectus repleuit illos. Creauit illis scientiam spiritus, sensu impleuit cor illorum, & mala & bona ostendit illis. Eccli.17,5.

EXCOLO, IS.

Tam ipsam quàm pedissequas eius exornaret, atque excoleret. Esther 2,9. Ezech.36,34.

EXCOLO, AS.

Excolantes culicem, camelum autem glutientes. Matth.23,24.

EXCOMMVNICO.

Excommunicatio à Christo instituta & præcepta. Matth.5,29.† 16,19. Ioan.20,23.

Qui excommunicandi. Matth.18,17. 1.Cor.5.

EXCOQVO.

Excoquam ad purum scoriam tuam. Isa.1,25.

Excoxi te, sed non quasi argentum, elegi te in camino paupertatis. † 48,10.

EXCORIO.

Pellem eorum desuper excoriauerunt, & ossa eorum confregerunt. Mich.3,3.

EXCORS.

Qui autem vanus & excors est, patebit contemptui. Prou.12,8.† 21,6.

Quàm asperà est nimiùm sapientia indoctis hominibus, & non permanebit in illa excors. Eccli.6,21.

EXCVBO.

Excubabuntque Leuitæ ad præcepta tua. Num.18,3.

Obseruet excubias domus regis. 4.Reg.11,4.

Excubiæ militares. Iudith 7,5.

EXCVRRO.

Excurram vsque ad hominem Dei & reuertar. 4.Reg.4,22.

EXCVSO.

Excusat Adam peccatum suum. Gen.3,12.

Eijcitur ex paradiso. 23.

Non declines cor meum in verba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis. Psal.140,4.

Et cœperunt simul omnes excusare. Primus dixit ei: Villam emi. Luc.14,18.

Si non venissem, & locutus fuissem eis, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Ioan.15,22.

EXCVTIO.

Excuteret [Gedeon] atque purgaret frumenta in torculari, vt fugeret Madian, apparuit ei Angelus Domini. Iudic.6,11.

Excutiens, inuenit hordei quasi ephi mensuram. Ruth 2,17.

Excussi sinum meum, & dixi, &c. sic excutiatur & vacuus fiat. 2.Esd 5,13.

Et tenuisti concutiens extrema terræ, & excussisti impios ex ea? Iob 38,13.

Sicut sagittæ in manu potentis: ita filij excussorum. Psal.126,4.

EXECROR.

Tenebit aquas amarissimas, in quibus cum execratione maledicta congessit. Num.5,18.

Execrandum facinus. Qua cùm tota nocte abusi essent, dimiserunt eam manè, &c. intelligẽs quòd erat mortua, tulit eam. Iudic.19,25.

Iurauerúntque Domino voce magna in iubilo, & in clangore tubæ, & in sonitu buccinarum, omnes qui erant in Iuda cum execratione: in omni enim corde suo iurauerunt. 2.Par.15,15.

Verba mea execrabantur. Psal.55,6.

De execratione, & mendacio. † 58,13.

Execratio autẽ peccatoribus sapiẽtia. Eccli.1.26

EXECVTIO.

Et executiones rerum vitare. 2.Mach.2,32.

EXEDRA.

Erant super exedras. 1.Par.9,26. Ierem.35,2.

EXEMPLAR.

Inspice, & fac secundùm exemplar quod tibi in monte monstratum est. Exod.25,40.

Cúmque vidisset altare Damasci, misit rex Achaz ad Vriam sacerdotẽ exemplar eius, & similitudinem iuxta omne opus eius. 4. Reg.16,10.

Venerunt scripta manu Domini ad me, vt intelligerem vniuersa opera exemplaris. 1. Paral.28,19.

Exemplar quoque edicti, quod pendebat in Susan, dedit ei, vt reginæ ostenderet, & moneret eam vt intraret ad regem, & deprecaretur eum pro populo suo. Esth.4,9.

Qui exemplari & vmbræ deseruiunt cælestium, &c. Omnia facito secundùm exemplar, quod tibi ostensum est in monte. Heb.8,5.

Necesse est ergo exemplaria quidem cælestium his mundari: ipsa autem cælestia melioribus hostiis quàm istis. † 9,23.

EXEMPLVM.

Det te Dominus in maledictionem, exemplúmque cunctorum in populo. Num.5,21,27.

Exempli vis. Hæc est enim vestra sapientia, & intellectus coram populis, vt audientes vniuersa præcepta hæc, dicant: En populus sapiens, & intelligens, gens magna. Nec est alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes sibi. Deut.4,6.

Sulphure & salis ardore comburens, ita vt vltrà non seratur, nec virens quippiam germinet, in exemplum subuersionis Sodomæ & Gomorrhæ, Adamæ & Seboim, quas subuertit Dominus in furore suo. † 29,23.

Vt sit exemplum virtutis in Ephrata, & habeat celebre nomen in Bethleem. Ruth 4,11.

Et domus hæc erit in exemplum: Omnis qui transierit per eam, stupebit, & sibilabit, & dicet: Quare fecit Dominus sic terræ huic, & domui huic? Et respondebunt: Quia dereliquerunt Dominum. 3.Reg.9,8. 2.Par.24,24.

Exempli mali vis. Manasses seduxit Iudam, & habitatores eius, vt facerent malum super omnes gentes. 2.Par.33.9,17.

Exempli boni vis. Sic ergo orante Esdra, & implorante eo, & flente, & iacente ante templum Dei, collectus est ad eum de Israel cœtus grandis nimis virorum & mulierum, & puerorum, & fleuit populus fletu multo. 1.Esd.10,1.

Hanc autem tentationem ideò permisit Dominus euenire illi, vt posteris daretur exemplum patientiæ eius, sicut & sancti Iob. Tob.2,12.

Hoc exemplo omnes principum coniuges Persarum atque Medorum, paruipendent imperia maritorum. Esth.1,18.

Prouincia & ciuitas, quæ noluerit sollemnitatis huius esse particeps, gladio & igne pereat, &c. pro exemplo contemptus, & inobedientiæ. † 16,24.

Posuit me quasi in prouerbium vulgi, & exemplum sum coram eis. Iob 17,6.

Per agrum hominis pigri transiui, &c. Quod cùm vidissem, posui in corde meo, & exemplo didici disciplinam. Prou.24,32.

Qui se iungit fornicariis, erit nequam: putredo & vermes hereditabunt illum, & extolletur in exemplum maius, & tolletur de numero anima eius. Eccli.19,3.

Erítque Moab in derisum, & in exemplum omnibus in circuitu suo. Ierem.48,39.

Et eris opprobrium, & blasphemia, exemplum, & stupor in Gentibus. Ezech.5,15.

Faciam eum in exemplum, & in prouerbium, & disperdam eum. † 14,8.

Et proiiciam super te abominationes, contumeliis te afficiam, & ponam te in exemplum. Nahum 3,6.

Non sum propheta, homo agricola ego sum: quoniam Adam exemplum meum ab adolescentia mea. Zach.13,5.

Exempla maiorum Abraha, Ioseph, Phinees, Caleb, &c. Mementote operum patrum, quæ fecerunt in generationibus suis. 1.Mach.2,51.

Senectute quidem dignus apparebo: adolescentibus autem exemplum forte relinquam, si prompto animo, ac fortiter pro grauissimis ac sanctissimis legibus honesta morte perfungar. 2. Machab.6,28.

Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodũ ego feci vobis, ita & vos faciatis. Ioan.13,15.

Nemo adolescentiam tuam contemnat: sed exemplum esto fideliũ, in verbo, in conuersatione,

ne, in charitate, in fide, in castitate. 1.Tim.4,12.
In omnibus teipsum exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in grauitate. Tit.2,7.
Exemplum accipite, fratres, exitus mali, laboris, & patientiæ, Prophetas. Iacob.5,10.
Ciuitates Sodomorum & Gomorrhæorum in cinerem redigens, euersione damnauit: exẽplum eorum, qui impiè acturi sunt, ponens. 2.Pet.2,6.
Sicut Sodoma, & Gomorrha, & finitimæ ciuitates simili modo exfornicatæ, & abeuntes post carnem alteram, factæ sunt exemplum, ignis æterni pœnam sustinentes. Iudæ v.7.

EXENTERO.

Exentera hunc piscem, & cor eius, & fel, & iecur repone tibi. Tob.6,5.

EXEQVIAE.

Exequiæ. Venitque Abraham vt plangeret, & fleret eam [Saram.] Cumque surrexisset ab officio funeris. Gen.23,2.
Celebrantes exequias planctu magno atque vehementi, impleuerunt septem dies. † 50,10. Deut.34,7.
Scindite vestimenta vestra, & accingimini saccis, & plangite ante exequias Abner. Porrò rex Dauid sequebatur feretrum. Cumque sepelissent Abner in Hebron, leuauit rex Dauid vocem suã, & fleuit super tumulum Abner: fleuit autem & omnis populus. 2.Reg.4,31.
Mortuusque est [Ioram] in infirmitate pessima, & non fecit ei populus secundùm morem combustionis, exequias. 2.Par.21,19.
Sepelierunt eum [Ezechiam] super sepulchra filiorum Dauid, & celebrauit eius exequias vniuersus Iuda, & omnes habitatores Ierusalem. † 32,33.

EXEQVOR.

Libenter exequemur serui tui. 2.Reg.15,15.
Eò quòd Ioab inuitus exequeretur regis imperium. 1.Par.21,6. 1.Esd.6,13.

EXERCEO.

Iaciam, quasi exercens me ad signum. 1.Regum 20,20.
Conturbatus sum in exercitatione mea. Psalmo 54,3.
Exercitatus sum, & defecit spiritus meus. † 76,4.
Exercitabar, & scopebam spiritum meum. 7.
Exercebor in iustificationibus tuis. † 118,48.

EXERCITVS.

Educam exercitum, & populum meum filios Israel de Terra Aegypti per iudicia maxima. Exod.7,4.
Extremos exercitus occidens, deletur. Memento quæ fecerit tibi Amalec in via quando egrediebaris ex Aegypto: quomodo occurrerit tibi: & extremos agminis tui, qui lassi residebant, ceciderit, quando tu eras fame & labore confectus, & non timuerit Deum, *&c.* delebis nomen eius. Deut.25,18.
Exercitum turbat peccatum vnius. Ios.7,12.
Exercitus Iabin. Nongentos enim habebat falcatos currus, & per viginti annos vehementer oppresserat eos. Iudic.4,3.
Exercitus dux Deus. Hæc est enim dies, in qua tradidit Dominus Sisaram in manus tuas: en ipse ductor est tuus. 14.
Et de Zabulon qui exercitum ducerent ad bellandum. † 5,14.
Exercitus cælestis. De cælo dimicatum est contra eos: stellæ manentes in ordine & cursu suo, aduersus Sisaram pugnauerunt. 20.
Exercitus magnus reiicitur, paruus vincit. In trecentis viris, qui lambuerunt aquas, liberabo vos, & tradam in manu tua Madian. † 7,7.
Exercitus famelicus & lassus hostem insequitur. Date, obsecro, panes populo, qui mecum est, quia valdè defecerunt: vt possimus persequi Zebee. † 8,5.
Exercitus quadringentorum millium ad vltionem libidinis, ex eo caduntur quadraginta millia. Posteà occidit ex Beniamitis vigintiquinque millia. † 20,17.
Abiit cum eo pars exercitus, quorum tetigerat Deus corda. 1.Reg.10,26.
Exercitus Saul. Fueruntque filiorum Israel trecenta millia: virorum autem Iuda triginta millia. † 11,8.
Exercitus Philisthiim. Triginta millia curruum, & sex millia equitum, & reliquum vulgus, sicut arena quæ est in litore maris plurima. † 13,5.
Hæc dicit Dominus exercituum. † 15,2.
Atque dicatur: Dominus exercituum, Deus super Israel. 2.Reg.7,26.
Dauid exercitui præficit duces. Dauid considerato populo suo, constituit super eos tribunos, & centuriones. 2.Reg 18,1.
Benadad rex Syriæ, congregauit omnem exercitum suum, & triginta duos reges secum, & equos, & currus. 3.Reg.20,1.
Exercitus paruus maximum vincit. Recensuit ergo pueros principum prouinciarum, & reperit numerum ducentorum triginta duorum: & recensuit post eos populum, omnes filios Israel, septem millia. 15.
Vidi Dominum sedentem super solium suum, & omnem exercitum cæli assistentem ei à dextris & à sinistris. † 22,19.
Mittam & capiam eum [Eliseum,] *&c.* Misit ergo illuc equos & currus, & robur exercitus, qui cùm venissent nocte, circũdederunt ciuitatẽ, *&c.* vidit: & ecce mons plenus equorum, & curruum igneorum, in circuitu Elisei. 4.Reg.6,14.
Dominus sonitum audiri fecerat in castris Syriæ, curruum & equorum, & exercitus plurimi. † 7,6.

Venie-

Veniebant ad Dauid, ad auxiliandum ei, vsquequò fieret grandis numerus, quasi exercitus Dei. 1. Par. 12,22.

Exercitui in Hebron datur triduo cibus trecentis & quadraginta millibus, octingentis & viginti duobus. 40.

Exercitus Sesac. Ascendit Sesac rex Aegypti in Ierusalē (quia peccauerant Domino) cum mille ducentis curribus, & sexaginta millibus equitum: nec erat numerus vulgi. 2 Par. 12,3.

Exercitus grandis. Cumque iniisset Abia certamen, & haberet bellicosissimos viros, & electorum quadringenta millia: Ieroboam instruxit econtrà aciem octingenta millia virorum, qui & ipsi electi erant, & ad bella fortissimi. † 13,3.

Ergo in exercitu nostro dux Deus est, & Sacerdotes eius, qui clangunt tubis, & resonant contra vos: filij Israel nolite pugnare contra Dominum. 12.

Habuit autem Asa in exercitu suo portantium scuta & hastas de Iuda trecenta millia, de Beniamin verò scutariorum & sagittariorum ducenta octoginta millia, omnes isti viri fortissimi. Egressus est autem contra eos Zara Aethiops cum exercitu suo, decies centena millia, & curribus trecentis, &c. & inuocauit Asa Dominum, &c. Exterruit itaque Dominus Aethiopes coram Asa & Iuda, fugeruntque Aethiopes. † 14,8. † 26,12.

Exercitus grandis Asa, vndecies centena & sexaginta millia. Hi omnes erant ad manum regis, exceptis aliis, quos posuerat in vrbibus muratis, in vniuerso Iuda. † 17,17.

Exercitus impius remittitur centum millium robustorum, cum iactura centum talentorum argenti. O rex, ne egrediatur tecū exercitus Israel: non est enim Dominus cum Israel, & cunctis filiis Ephraim: quòd si putas in robore exercitus bella consistere, superari te faciet Deus ab hostibus. † 25,7.

Exercitus. Centum viginti millia peditum pugnatorum, & equitum sagittariorum duodecim millia, &c. cum quadrigis, & equitibus, & sagittariis, qui cooperuerunt faciem terræ, sicut locustæ. Iudith 2,7,11. † 3,15.

Exercitus Holofernis, 120. mill. peditum, equitum 22. mill. præter auxiliares copias. † 7,2.

Misisti antecessores exercitus tui vespas, vt illos paulatim exterminarent. Sap. 12,8.

Rechabitæ intrant Ierusalem, à facie exercitus Syriæ. Ierem. 35,11.

Exercitus Pharaonis egressus est de Aegypto, & audientes Chaldæi, qui obsidebant Ierusalem, huiuscemodi nuntium, recesserunt ab Ierusalem. † 37,4.

Exercitus Pharaonis, qui egressus est vobis in auxilium, reuertetur in terram suam in Aegyptum, & redient Chaldæi, & bellabunt contra ciuitatem hanc, & capient eam, & succendent eam igni. 6.

Contra Gentes ad Aegyptum aduersus exercitum Pharaonis Nechao regis Aegypti, qui erat iuxta fluuium Euphratem in Charcamis, quem percussit Nabuchodonosor rex Babylonis. † 46,2.

Cum exercitu properabunt, & cum securibus venient ei, quasi cædentes ligna. 22.

Et non in exercitu grandi, neque in populo multo faciet contra eum Pharao prælium. Ezechiel. 17,17.

Persæ, & Lydij, & Libyes erant in exercitu tuo viri bellatores tui, clypeum & galeam suspenderunt in te pro ornatu tuo. † 27,10.

Fili hominis, Nabuchodonosor rex Babylonis seruire fecit exercitum suum seruitute magna aduersus Tyrum: omne caput decaluatum, & omnis humerus depilatus est: & merces non est reddita ei, &c. diripiet spolia eius: & erit merces exercitui illius. † 29,18.

Dominus dedit vocem suam ante faciem exercitus sui: quia multa sunt nimis castra eius, quia fortia & facientia verbum eius. Ioel. 2,11.

Quando capiebant alieni exercitum eius, & extranei ingrediebantur portas eius, & super Ierusalem mittebant sortem: tu quoque eras quasi vnus ex eis. Abd. v. 11.

Hoc est verbum Domini ad Zorobabel dicens: Non in exercitu, nec in robore, sed in spiritu meo. Zach. 4,6.

Et collegerunt exercitum, & percusserunt peccatores in ira sua, & viros iniquos in indignatione sua. 1. Mach. 2,44.

Quoniam non in multitudine exercitus victoria belli, sed de cælo fortitudo est. † 3,19.

Et vt mitteret ad eos exercitum, ad conterendam & extirpandam virtutem Israel. 35,39. † 4,28.

Conclude exercitum istum in manu populi tui Israel, & confundantur in exercitu suo & equitibus. † 4,31.

Et erat numerus exercitus eius centum viginti millia peditum, & viginti millia equitum, & elephanti triginta duo. † 6,30.

Sic contere exercitum istum in conspectu nostro hodie: & sciant ceteri quia malè locutus est super sancta tua. † 7,42.

Non remanserunt ex eis nisi octingenti viri. Et vidit Iudas quod defluxit exercitus suus, & bellum perurgebat eum, & confractus est corde. † 9,7.

Et rex Aegypti congregauit exercitum, sicut arena quæ est circa oram maris. † 11,1.

Exercitus centum viginti millibus virorum belligeratorum, & octo millibus equitū. † 15,13.

Missis exercitibus suis perdidit homicidas illos. Matth. 22,7.

Cùm autem videritis circumdari ab exercitu

Ierusalem, tunc scitote quia appropinquauit desolatio eius. Luc.21,20.

Numerus equestris exercitus vicies millies dena millia. Apoc.9,16.

Et exercitus qui sunt in cælo, sequebantur eum in equis albis, vestiti byssino albo & mūdo. † 19,14

EXERRO.

Eos qui exerrant, partibus corripis. Sap.12,2.

Et vt non exerrarent mentibus, videntes simulachra. 2.Mach 2,2.

EXFORNICATVS.

Gomorrha, & finitimæ ciuitates simili modo exfornicatæ. Iudæ v.7.

EXHALO.

Cùm exhalarent animas suas in sinu matrum suarum. Thren.2,12.

EXHAVRIO.

Sic consilium in corde viri: sed homo sapiens exhauriet illud. Prou.20,5. Ierem.48,12.

Sic & Christus semel oblatus est, ad multorum exhaurienda peccata. Heb.9,28.

EXHIBEO.

Seipsam irreprehensibilem exhibere. Tobiæ 10,13. Rom.6,13,19.

Sollicitè cura teipsum probabilem exhibere Deo, operarium inconfusibilem. 2.Tim.2,15.

EXHILARO.

Vt exhilaret faciem in oleo: & panis cor hominis confirmet. Psal.103,15.

EXHONORO.

Exhonorauit Dominus conuentus malorum, & destruxit eos vsque in finem. Eccli.10,16.

EXHORTOR.

Exhortationis fructus. Præparate corda vestra Domino, & seruite ei soli, & eruet vos de manu Philisthiim. Abstulerunt ergo filij Israel Baalim. 1.Reg.7,3.

Conforta bellatores tuos aduersus vrbem, vt destruas eam, & exhortare eos. 2.Reg.11,25.

Exhortatio Iudith pulchra, & efficax, & prolixa. Iudith 8,10.

Quoniam vos estis presbyteri in populo Dei, & ex vobis pendet anima illorum, ad eloquium vestrum corda illorum erigite. 21.

Vbi audierit [equus] buccinam, dicit: Vah, procul odoratur bellum, exhortationem ducum & vlulatum exercitus. Iob 39,25.

Animæquior esto Ierusalem, exhortatur enim te, qui te nominauit. Baruch 4,30.

Exhortatur Mathathias moriturus filios. 1.Mach.2,49.

Videns [Simon] quia in tremore populus est, & in timore, ascendit Ierusalem, & congregauit populum: & adhortans dixit: Vos scitis quanta ego, & fratres mei, & domus patris mei, fecimus pro legibus, & pro sanctis prælia, & angustias quales vidimus. Horum gratia perierunt fratres mei omnes propter Israel, & relictus sum ego solus. Et nunc non mihi contingat parcere animæ meæ in omni tempore tribulationis: non enim melior sum fratribus meis. Vindicabo itaque gentem meam, & sancta, natos quoque nostros & vxores: quia congregatæ sunt vniuersæ gentes conterere nos inimicitiæ gratia. Et accensus est spiritus populi simul, vt audiuit sermones istos. † 13,2.

Filios exhortatur mater Machabæorum. Spiritum vobis iterùm cum misericordia reddet & vitam, sicut nunc vosmetipsos despicitis propter leges eius, *&c.* Fili mi, miserere mei, quę te in vtero nouem mensibus portaui, & lac triennio dedi & alui, & in ætatem istam perduxi. Peto, nate, vt aspicias ad cælum & terrā, & ad omnia, quę in eis sunt: & intelligas quia ex nihilo fecit illa Deus, & hominum genus: ita fiet vt non timeas carnificem istum; sed dignus fratribus tuis effectus particeps, suscipe mortem, vt in illa miseratione cum fratribus tuis te recipiam. 2.Mach.7,23.

Exhortabatur eos dicens: Saluamini à generatione ista praua. Act.2,40.

Si quis est in vobis sermo exhortationis ad plebem, dicite. † 13,15.

Confortantes animas discipulorum, exhortantesque vt permanerent in fide. † 14,21.

Exhortatus eos fuisset multo sermone, venit ad Græciam. † 20,2.

Per exhortationem, qua exhortamur & ipsi à Deo. 2 Cor.1,4.

Adiuuantes autem exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. † 6,1.

Exhortatio enim nostra non de errore, neque de immunditia. 1.Thess.2,3.

Ad confirmandos vos, & exhortandos pro fide vestra. † 3,2.

Exhortetur corda vestra, & confirmet in omni opere, & sermone bono. 2.Thess.2,16.

Vt potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt, arguere. Tit.1,9.

EXICCO.

Viditque quòd exiccata esset superficies terræ. Gen 8,13.

Increpuit Mare rubrum, & exiccatum est. Psal.105,9.

Exiccaui vestigio pedis mei omnes riuos aggerum. Isa.37,25. † 40,7. † 42,15.

Radix eorum exiccata est. Osee 9, 16. Amos 1,2. Nahum 1,4.

EXIGO.

Vnumquemque iuxta vires suas exegit. 4.Regum 23,35.

EXIGVVM.

Exiguum & cum tædio est tempus vitæ nostræ. Sap.2,1.

EXILIO.

Statimque exiliens de accubitu suo. Tobiæ 2,3. † 9,8.

Me-

Metuensque exiliuit de solio. Esth.15,11.

Quasi succinctus latro exiliens de ciuitate in ciuitatem. Eccli.36,28.

Exiliens venit ad eum. Mar.10,50. Actorum 3,8. † 14,9,13.

EXILIVM.

Omnis qui non fecerit legem Dei tui, & legem regis diligenter, iudicium erit de eo, siue in mortem, siue in exilium, siue in condemnationem substantiæ eius. 1.Esd.7,26.

Exilij fructus. Ideò dispersit vos inter gentes, quæ ignorant eum, vt vos enarretis mirabilia eius, & faciatis scire eos, quia non est alius Deus omnipotens præter eum. Tob.13,4.

EXIMIVS.

Artificis eximia diligentia. Sap.14,18.

EXIMO.

Exemit gladium suum. Matth.26,51.

EXINANIO.

Qui dicunt: Exinanite, exinanite vsque ad fundamentum in ea. Psal.136,7.

Sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens. Philip.2,7.

Tentauerunt autem quidam & de circumeuntibus Iudæis exorcistis, inuocare super eos, qui habebant spiritus malos, nomen Domini Iesu. Act.19,13.

EXISTIMO.

Existimasti iniquè quòd ero tui similis. Psalmo 49,21. † 72,16.

Cor eius non ita existimabit. Isa.10,7. Lucæ 3,15. Act.7,25. Rom.8,18. Gal.6,3. Iac.1,2

EXISTO.

Ego vltor e[illegible]am. Deut.18,19. Gal.1,14.

EXITIVM.

In exitium sui conclusus ab Areta. 2.Machab.2,8.

EXITVS.

Solemnitatem quoque in exitu anni, quando congregaueris omnes fruges tuas de agro. Exodi 23,16.

Lætare Zabulon in exitu tuo. Deut.33,18.

Quem res exitum habeat. Ruth 3,18.

Et exitus tuus & introitus. 1.Reg.29,6. 2.Reg.3,25.

Exitus matutini & vespere delectabis. Psalmo 64,9. † 67,21.

Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuã. † 118,36. † 120,8.

Aestimata est afflictio exitus illorum. Sapient.3,2. † 7,6.

Non des aquæ tuæ exitum. Eccli.25,34. † 33,24. † 38,24.

Sol in aspectu, annuntians in exitu. † 43,2.

Ab exitu sermonis, vt iterùm ædificetur Ierusalem. Dan.9,25.

Neque stabis in exitibus. Abd.v.14.

Non est egressa quæ habitat in exitu. Mich. 1,11. 2.Mach.13,13.

Quorum intuentes exitum conuersationis, imitamini fidem. Heb.13,7.

Exemplum accipite, fratres, exitus mali, laborum & patientiæ, Prophetas. Iacob 5,10.

EXOLVO.

Quæ non rapui, tunc exoluebam. Psal.68,5.

Iustas superbiæ tuæ pœnas exolues. 2.Machab.7,36.

EXORCISTA.

Tentauerunt autem quidam & de circumeuntibus Iudæis exorcistis inuocare super eos, qui habebant spiritus malos, nomen Domini IESV, &c. ita vt nudi & vulnerati effugerent. Act.19,13.

EXORDIVM.

Susan ciuitas regni eius [Assueri] exordium fuit. Esth.1,2.

Vocans generationes ab exordio. Isa.41,4,26.

Ab exordio precum tuarum egressus est sermo. Dan.9,23.

Rursum indigetis vt vos doceamini quæ sint elementa exordij sermonum Dei. Heb.5,12.

EXORIOR.

Exortum est in tenebris lumen rectis. Psalmo 111,4. Mar.4,5. Iacob.1,11.

EXORO.

Qui diligit Deum, exorabit pro peccatis, & continebit se ab illis. Eccli.3,4.

Non exorauerunt pro peccatis suis antiqui gigantes. † 16,8.

Reseruat iram, & propitiationem petit à Deo? quis exorabit pro delictis illius? † 28,5. † 29,11. 2.Mach.3,33.

Sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur. 2.Machab.12,46.

EXORS.

Nemo nostrûm exors sit luxuriæ suæ. Sap.2,9.

EXOSSO.

Grex dispersus Israel, leones eiecerunt eum: primus comedit eum rex Assur: iste nouissimus exossauit eum Nabuchodonosor. Ierem.50,17.

EXOSVS.

Exosam habuit eam odio magno nimis. 2.Regum 13,15.

Et filios Israel exosos haberet in conspectu suo. Tob.1,18.

EXPANDO.

Expansis in cælum manibus. 3.Reg.8,22.

Expandit se atque mensus est super puerum tribus vicibus, & clamauit ad Dominũ. † 17,21.

EXPAVEO.

Expauit Isaac stupore vehementi, & vltra quàm credi potest, admirans. Gen.27,33.

Expauit homo, & conturbatus est, viditque mulierem iacentem ad pedes suos. Ruth 3,8.

Vidit Saul castra Philisthiim, & timuit, & expauit cor eius nimis. 1.Reg.28,5.

Expauerunt & fugerunt quinquaginta & octo millia coram Israel. 2.Reg.19,19.

Quo audito verbo Raguel, expauit, sciens quid contigerit illis septem viris, qui ingressi sunt ad eam. Tob.7,11.

Si expaui ad multitudinem nimiam, & despectio propinquorum terruit me; & non magis tacui, nec egressus sum ostium. Iob 31,34.

EXPECTO.

Donec veniat qui mittendus est, & ipse erit exspectatio gentium. Gen.49,10.

Expectate hîc donec reuertamur ad vos. Exod.24,14.

Expectauit [Saul] septem diebus iuxta placitum Samuelis. 1.Reg.13,8.

Expectat Deus peccatores. Protraxisti super eos annos multos, & contestatus es eos in Spiritu tuo per manum prophetarum tuorum: & non audierunt, & tradidisti eos in manu populorum terrarum. 2.Esd.9,30.

Expecta Dominum, viriliter age. Psal.26,14.

Expecta Dominũ, & custodi viam eius. † 36,34

Quæ est expectatio mea, nónne Dominus? † 38,8.

Expectans expectaui Dominum, & intendit mihi. † 39,2.

Expectabo nomen tuum. † 51,11.

Expectabo Dominum, qui abscondit faciem suã à domo Iacob, & præstolabor eum. Isa.8,17.

Expectat Dominus vt misereatur vestri: & ideò exaltabitur parcens vobis. † 30,18.

Expectatio Israel, saluator eius in tempore tribulationis: quare quasi colonus futurus es in terra? Ierem.14,8

Expectatio Israel Domine: omnes qui te derelinquunt, confundentur: recedentes à te in terra scribentur. † 17,13.

Dies multos expectabis me: non fornicaberis, & nõ eris viro: sed & ego expectabo te. Osee 3,3.

Cùm conuenitis ad manducandum, inuicem expectate. 1.Cor.11,33.

EXPEDIO.

Expediti pergite coram Domino ad pugnam. Num.32,20. Iudith 2,7.

Expediti Moab vlulabunt. Isa.15,4.

EXPEDIT.

Expedit enim mihi mors magis quàm viuere. Tob.3,6.

Loqueris quod tibi non expedit. Iob 15,3.

Non enim omnia omnibus expediunt. Eccli.37,31.

Expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Ioan.11,50. † 16,7.

Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. 1.Cor.6,12. Heb.13,17.

EXPELLO.

Cappadoces expulerunt: qui egressi de Cappadocia deleuerunt eos. Deut.2,23.

EXPENDO.

Omne aurum, quod expensum est in opere Sanctuarij, & quod oblatum est in donariis, viginti nouem talentorum fuit, & septingentorum triginta siclorum. Exod.38,24.

Hæc est summa expensarum. 3.Reg.9,15.

Cetera, quibus opus fuerit in domum Dei tui, quantumcumque necesse est, vt expendas, dabitur de thesauro, & de fisco regis, & à me. 1.Esd.7,20.

EXPERGISCOR.

Expergiscimini, & laudate qui habitatis in puluere. Isa.26,19.

Sicut somniat esuriens, & comedit, cùm autem fuerit expergefactus, vacua est anima eius, &c. sic erit multitudo omnium Gentium, quæ dimicauerunt contra montem Sion. † 29,8.

Dormient somnum sempiternum, & non expergiscentur. Ierem.51,57.

Expergiscimini ebrij, & flete. Ioël.1,5.

Væ qui dicit ligno: Expergiscere; Surge, lapidi tacenti. Hab.2,19. Act.16,27.

EXPERIENTISSIMVS.

Gorgia viro militari, & in bellicis rebus experientissimo. 2.Mach.8,9.

EXPERIOR.

Experimento didici, quia benedixerit mihi Deus propter te. Gen.30,27.

Et ego non delebo gentes, quas dimisit Iosue, & mortuus est: vt in ipsis experiar Israel, vtrùm custodiant viam Domini. Iudic.2,20.

Qui non est tentatus, quid scit? vir in multis expertus cogitabit multa, & qui multa didicit, enarrabit intellectum. Eccli.34,9.

An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Christus? 2.Cor.13,3.

EXPERS.

Qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitiæ. Heb.5,13.

EXPETO.

Ex vobis expetam vltionem. Iudic.15,7. Esth.9,27.

Non enim dedi ad peccandum guttur meum, vt expeterem maledicens animã eius. Iob 30,31. † 34,33.

Hodie fœneratur quis, & cras expetit: odibilis est homo huiusmodi. Eccli.20,16. Ezech.25,12.

Simon, Simon, ecce satanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum. Luc.22,31.

EXPIO.

In hac die expiatio erit vestri, atque mundatio ab omnibus peccatis vestris. Leuit.16,30,33.

Nec aliter expiari potest, nisi per eius sanguinem, qui alterius sanguinẽ fuderit. Num.35,33.

Iuraui domui Heli quòd non expietur iniquitas domus eius victimis & muneribus. 1.Regum 3,14.

Expiaueruntque templum diebus octo. 2.Paral.29,17.

EXPIRO.

Iesus autem emissa voce magna expirauit. Marc.15,37,39.

Audiens autem Ananias hæc verba cecidit, & expirauit. Act.5,5,10.

Consumptus à vermibus [Herodes] expirauit. † 12,23.

EXPLANO.

Cœpitque Moyses explanare legem, & dicere: Dominus Deus noster locutus est ad nos in Horeb. Deut.1,5.

EXPLEO.

Verumtamen quod cœpistis explete. Iob 6,28.

EXPLICO.

Cunctæ res difficiles, non potest eas homo explicare sermone. Eccles.1,8.

Et sic confide, & omni cura tua explicita recumbe. Eccli.32,2. Isa.24,18. Ierem.2,23.

EXPLORO.

Exploratores estis: vt videatis infirmiora terræ venistis. Gen.42,9,14.

Exploratores duodecim Terra promissionis. Considerate Terram, qualis sit. Num.13,19.

Explorauerunt Terram à deserto Sin, vsque Rohob intrantibus Emath. 22. Iudic.18,2.

Exploratores Iericho. Ios.2,1.

Rahab abscondit eos. 4.

Misit [David] exploratores, & didicit quòd illuc venisset certissimè. 1.Reg.26,4.

Vt inuestigaret & exploraret ciuitatem, & euerteret eam misit Dauid seruos suos ad te? 2.Regum 10,3.

Exploratores in Israel mittit Absalom ambitiosus. † 15,10.

Mittentes explorare poterimus. 4.Reg.7,13.

Occurrerunt ei [Iudith] exploratores Assyriorum, & tenuerunt eam dicentes: Vnde venis? aut quò vadis? Iudith 10,11.

EXPOLIO.

Expoliauit etiam ipse se vestimentis suis, & prophetauit [Saul] cum ceteris coram Samuele, & cecidit nudus tota die illa & nocte. 1.Regum 19,24.

Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? Cant.5,3.

Alias Ecclesias expoliaui, accipiens stipendium ad ministerium vestrum. 2.Cor.11,8.

EXPONO.

Exposuit ei Salomon omnia quæ proposuerat. 2.Par.9,2.

Vno exposito filio & liberato, in traductionem illorum multitudinē filiorū abstulisti. Sap.18,5.

EXPOSTVLO.

Rursumque expostulans ait: Quid vidisti, vt hoc faceres? Gen.20,10. 1.Mach.15,35.

EXPRIMO.

Pilosæ manus similitudinem maioris expressserant. Gen.27,23.

Tuli ergo vuas, & expressi in calicem. † 40,11. Num.6,3.

Expresso vellere concham rore impleuit. Iudic.6,38.

Qui autem fortiter premit vbera ad eliciendum lac, exprimit butyrum. Prou.30,33.

Corona aurea super mitram eius, expressa signo sanctitatis. Eccli.45,14. Ezech.23,14.

Annuntiabo tibi quod expressum est in scriptura veritatis. Dan.10,21.

Intraretis ad torcular, vt exprimeretis quinquaginta lagenas, & fiebant viginti. Agg.2,17.

EXPROBRO.

Exprobrat Iacob infidelitatem & fraudes Laban. Gen.31,36.

Non exprobretis ei [aduenæ] sed sit inter vos quasi indigena. Leuit.19,33.

Exprobratio. Reuerà induxisti nos in terram, quæ fluit riuis lactis & mellis, & dedisti nobis possessiones agrorum. Num.16,14.

Exprobrat Angelus ingratitudinem pro beneficijs, & eleuata voce flet populus. Eduxi vos de Aegypto, & induxi vos in Terram, pro quo iuraui patribus vestris, &c. & noluistis audire vocem meam: cur hoc fecistis? Iudic.2,1.

En Zebee & Salmana, super quibus exprobrastis mihi, &c. Tulit ergo [Gedeon] seniores ciuitatis, & spinas deserti ac tribulos, & contriuit cum eis, atque comminuit viros Soccoth. † 8,15.

Angebat, in tantum, vt exprobraret quòd Dominus conclusisset vuluam eius. 1.Reg.1,6.

Exprobratur ebrietas falsò. Vsquequò ebria eris? digere paulisper vinum, quo mades. 14.

Aiebat Philisthæus: Ego exprobraui agminibus Israel hodie. † 17,10,25.

Exprobrat Abner beneficia collata Isboseth. Numquid caput canis ego sum aduersum Iudam hodie, qui fecerim misericordiam super domum Saul patris tui, & super fratres & proximos eius, & tu requisisti in me quod argueres pro muliere hodie? 2.Reg.3,8.

Inter tres fortes, qui erant cum Dauid quando exprobrauerunt Philisthiim. † 23,9.

Si fortè audiat Dominus Deus tuus vniuersa verba Rabsacis, quem misit rex Assyriorum dominus suus, vt exprobraret Deum viuentem, & argueret verbis. 4.Reg.19,4,16.

Cui exprobrasti, & quem blasphemasti? contra quem exaltasti vocem tuam, & eleuasti in excelsum oculos tuos? contra sanctum Israel. 22.

Quare non in timore Dei nostri ambulatis, ne exprobretur nobis à gentibus inimicis nostris? 2.Esd.5,9.

Vt territus facerem & peccarem, & haberent malum quod exprobrarent mihi. † 6,13,14.

Vxor eius irata respondit: Manifestè vana facta est spes tua, & eleemosynæ tuæ modò apparuerunt. Atque his & aliis huiuscemodi verbis

exprobrabat ei. Tunc Tobias ingemuit & cœpit orare cum lacrymis, dicens: Iustus es, Domine. Tob.2,22.† 3,1.

Aperuerunt super me ora sua, & exprobrantes percusserunt maxillam meam, satiati sunt pœnis meis. Iob 16,11.

A voce exprobrantis & obloquentis, à facie inimici & persequentis. Psal.43,17.

Quod exprobrauerunt inimici tui Domine, quod exprobrauerunt commutationem Christi tui. † 88,52.

Tota die exprobrabant mihi inimici mei. † 101,9.

Qui sacrificauerunt super montes, & super colles exprobrauerunt mihi. Isa.65,7.

Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus, in quibus factæ sunt plurimæ virtutes eius, quia non egissent pœnitentiam. Væ tibi Corozaim. Matthæi 11,20.

Exprobrauit incredulitatem eorum, & duritiam cordis; quia iis, qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt. Marc.16,14.

Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis. 1.Pet.4,14.

EXPVGNO.

Pugnabat Ioab contra Rabbath filiorum Ammon, & expugnabat vrbem regiam. 2.Reg.12,26.

Sermonibus odij circumdederunt me, & expugnauerunt me gratis. Psal.108,3.

Sæpè expugnauerunt me à iuuentute mea: etenim non potuerunt mihi. † 128,2.

Expugnatio malorum. Accipiet armaturam zelus illius, & armabit creaturam ad vltionem inimicorum. Sap.5,18.

EXPVO.

Si sufflaueris in scintillam, quasi ignis exardebit: & si expueris super illam, extinguetur: vtraque ex ore proficiscuntur. Eccli.28,14.

Tunc expuerunt in faciem eius. Matth.26,67.

Expuens tetigit linguam eius. Marc.7,33. † 8,23. Ioan.9,6.

EXPVRGO.

Expurgate vetus fermentum, vt sitis noua conspersio. 1.Cor.5,7.

EXQVIRO.

Exquisiui Dominum, & exaudiuit me. Psalmo 33,5.

Magna opera Domini: exquisita in omnes voluntates eius. † 110,2.

EXTA.

In capite duarum viarum, diuinationem quærens, commiscens sagittas: interrogauit idola, exta consuluit. Ezech.21,21.

EXTALES.

Computrescebant prominentes extales eorum. 1.Reg.5,9.

EXTASIS.

Pro extasi. Titulus Psalmi 30.

EXTEMPLO.

Iurgia seminat: huic extemplò veniet perditio sua. Prou 6,15.

Sic capiuntur homines in tempore malo, cùm eis extemplò superuenerit. Eccles.9,12.

EXTENDO.

Extenditque [Ionathas] summitatem virgæ, quam habebat in manu, & intinxit in fauum mellis: & conuertit manum suam ad os suum, & illuminati sunt oculi eius. 1.Reg.14,27.

Extendens cælum sicut pellem. Psal.103,2.

EXTENVO.

Inciditque bracteas aureas, & extenuauit in fila. Exod.39,3.

EXTERGO.

Extergunt faciem ipsorum. Baruch 6,12,23.

Etiam puluerem, qui adhæsit nobis de ciuitate vestra, extergimus in vos. Luc.10,11.

Extersit pedes eius capillis suis. Ioan.11,2. † 12,3. † 13,5.

EXTERMINO.

Quod à nobis est iter, exterminium: illi autem sunt in pace. Sap.3,3.

Quarum non solùm læsura poterat illos exterminare, sed & aspectus per timorem occidere. † 11,20.

His autem cessit qui exterminabat, & hæc extimuit. † 18,25.

Latinè habens nomen Exterminans. Apocal.9,11.

EXTERNVS.

Per nomen externorum deorum non iurabitis. Exod.23,13. Num.1,51.† 3,10.

Lacerabitur enim regnum eius, etiam in externos. Dan.11,4.

EXTERO.

Gradus ostiorum illius [sensati] exterat pes tuus. Eccli.6,36.

EXTERREO.

Intonuit autem Dominus fragore magno in die illa super Philisthiim, & exterruit eos, & cæsi sunt à facie Israel. 1.Reg.7,10.

Exterruit itaque Dominus Aethiopes coram Asa & Iuda. 2.Par.14,12.

EXTERVS.

Ipsum quoque qui non debet puniri, condemnare, exterum æstimas à tua virtute. Sap.12,15.

Dabo mulieres eorum exteris. Ierem.8,10.

Persequebar vsque in exteras ciuitates. Act.26,11. Hebr.11,34.

EXTIMEO.

Extimuit [Dauid] valdè à facie Achis regis Geth. 1.Reg 21,12.

Extimuerat enim [Saul] verba Samuelis. † 28,20.

EXTINGVO.

Lucerna dei antequam extingueretur. 1.Regum 3,3. 2.Reg.14,7. † 21,17. Esth.14,9.

Nonne

Nónne lux impij extinguetur? Iob 18,15.
Munus absconditũ extinguit iras. Prou.21,14.
Qua [scintilla] extincta cinis erit corpus nostrum. Sap.2,3. † 16,17.
Aqua extinguentis naturæ obliuiscebatur. † 19,19.
Ignem ardentem extinguit aqua, & eleēmosyna resistit peccatis. Eccli.3,33.
Extinguet viride, sicut igne. † 43,23.
Nocte & die non extinguetur, in sempiternum ascendet fumus eius. Isa.34,10. † 66,24.
Linum fumigans non extinguet. Mat. 12,20.
Lampades nostræ extinguuntur. † 25, 8. Mar.9,47.
Spiritum nolite extinguere. 1. Thess. 5,19. Heb.11,34.

EXTIRPO.

Extirpauit [Dauid] Philisthiim contrarios. Eccli.47,8,1. Mach.3,35.

EXTO.

Eò quòd præuaricatores extiterint. Ezech.15,8.

EXTRICO.

Fumus eius extricat omne genus dæmoniorum. Tob.6,8.

EXTRINSECVS.

Bitumine linies intrinsecus & extrinsecus. Gen.6,14. 3.Reg.6,39. Ezech.40,19.
Omne extrinsecus introiens in hominem non potest eum cõmunicare. Mar.7,18. 2.Cor.11,28.

EXTOLLO.

Dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum. Psal.27,2.
In noctibus extollite manus vestras in sancta. † 133,3.
Non te extollas in cogitatione animæ tuæ velut taurus: ne fortè elidatur virtus tua per stultitiam. Eccli.6,2.
Noli extollere te in faciẽdo opere tuo. † 10,29
Extollentiam oculorum meorum ne dederis mihi. † 23,5.
Qui aduersatur, & extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur. 2.Thess.2,4.

EXTORQVEO.

Vi extorsit [Banaias] hastam de manu Aegyptij, & interfecit eum hasta sua. 2.Reg.23,21.

EXTRAHO.

Tu es, qui extraxisti me de ventre: spes mea ab vberibus matris meæ. In te proiectus sum ex vtero, de ventre matris meæ Deus meus es tu. Psal 21,10.

EXTRANEVS.

Extraneus factus sum fratribus meis. Psalmo 68,9.
Inuiti recipiebant extraneos. Sap.19,14.

EXTREMVS.

Extremos quinque viros fratres suos constituit coram rege. Gen.47,2.
Duxit eum ad excelsa Baal, & intuitus est extremam partem populi. Num.22,42.
Extremos agminis tui, qui lassi residebant, ceciderit, quando tu eras fame & labore confectus, & non timuerit Deum. Deut.25,19.
Et quòd consumpti essent vsque ad clausos carcere, & extremos. 4.Reg.14,26.
Etiamsi abducti fueritis ad extrema cæli, inde congregabo vos. 2 Esd.1,9.
Extremæ vnctionis Sacramentum. Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, vngentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei saluabit infirmum. Iacob.5,14.

EXTRVO.

Extruxi mihi piscinas aquarum. Eccles.2,6.
Extrue munitiones tuas. Nahum 3,14.

EXTRVDO.

In Aegyptũ extrusus est [Iason.] 2.Mach.5,8.

EXTVRBO.

Quia turbasti nos, exturbet te Dominus. Ios.7,25.

EXVBERO.

Iuxta vbertatem terræ suæ exuberauit simulacris. Osee 10,1. Ioël.3,13.

EXVFFLO.

Sol exurens montes: radios igneos exufflans & refulgens, radiis suis obcæcat oculos. Eccli.43,4. Agg.1,9. Mal.1,13.

EXVL.

Exules & profugi ante mortem Pontificis nullo modo in vrbes suas reuerti poterunt. Numer.35,32.

EXVLTO.

Exultauit cor meum in Domino. 1.Reg.2,1.
Non fuit tanta exultatio heri & nudiustertius: væ nobis. 1.Reg.4,8.
Post tempestatem, tranquillum facis: & post lacrymationem & fletum, exultationem infundis. Tob.3,22.
Lætentur omnes qui sperant in te, in æternum exultabunt, & habitabis in eis. Psal.5,12.
Exultabit cor meum in salutari tuo. † 12,6.
Exultauit vt gigas ad currendam viam. † 18,6.
Exultate iusti in Domino. † 32,1.
Exultabo, & lætabor in misericordia tua. † 30,8.
Anima autem mea exultabit in Domino: & delectabitur super salutari suo. † 34,9.
In voce exultationis, & confessionis. † 41,5.
Exultabit lingua mea iustitiam tuam. † 50,16.
Exultate in conspectu eius. † 67,5.
Exultabunt labia mea cùm cantauero tibi; & anima mea quam redemisti. † 70,23.
Exultate Deo adiutori nostro. † 80,2.
Exultauerunt filiæ Iudæ propter iudicia tua Domine. † 96,8.
Montes exultabunt à conspectu Domini: quoniam venit iudicare terram. † 97,9.

Ex-

Exultabo,& diuidam Sichimam. † 107,8.
Filij Sion exultent in rege suo. † 149,2.
Exultabunt sancti in gloria. 5.
Exultatio animæ & cordis, vinum moderatè potatum. Eccli.31,36.
Exultabis in Domino,in sancto Israel lætaberis. Isa.41,16.
Exultabo in Ierusalem, & gaudebo in populo meo. † 65,19.
Exultate in lætitia Iacob,& hinnite contra caput Gentium. Ierem.31,7.
Non est vltrà exultatio in Moab contra Hesebon: cogitauerunt malum. † 48,2.
Exulta satis filia Sion, iubila filia Ierusalem: ECCE REX TVVS veniet tibi iustus, & saluator; ipse pauper, & ascendens super asinam, & super pullum filium asinæ. Zach.9,9.
Vt audiuit salutationem Mariæ Elisabeth,exultauit infans in vtero eius. Luc.1,41.
Exultatis in superbiis vestris. Omnis exultatio talis,maligna est. Iacob.4,16.
Exulta super eam cælum & sancti Apostoli & Prophetæ: quoniam iudicauit Deus iudicium vestrum de illa. Apoc.18,20.

EXVO.

Exuit se vestimentis viduitatis. Iudith 10,2.
Exuite vos & confundimini. Isa.32,11.
Exui me stola pacis. Baruch 4,20.
Exue te Ierusalem stola luctus. † 5,1. Ezech.44,19. Matth.27,28.

EXVPERO.

Pax Dei,quæ exuperat omnem sensum. Philip.4,7.

EXVRGO.

Exurge Domine Deus meus in præcepto quod mandasti. Psal.7,8.
Exurge,quare obdormis Domine? † 43,23.
Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara: exurgam diluculo. † 56,9. † 107,3.
Exurgat Deus, & dissipentur inimici tui. † 67,2.
Cùm exurgerent homines in nos, fortè viuos deglutissent nos. † 123,2.
Exurrexi,& adhuc sum tecum. † 138,18.
Exurgens autem Maria in diebus illis, abiit in montana cum festinatione. Luc.1,39.

EXVRO.

Tolletque cineres, quos vorans ignis exussit. Leuit.6,10.
In meridiano exurit [sol] terram. Eccli.43,3,4. 2.Pet.3,10.

EXVVIAE.

Auferent exuuias suas, & vestimenta sua varia abiicient. Ezech.26,16.

EZECHIAS.

Ezechiæ pietas. Fecitque quod erat placitum in conspectu Domini, iuxta omnia quæ fecerat Dauid pater eius. Ipse anno & mense primo regni sui, aperuit valuas domus Domini, & instaurauit eas. 2.Par.29,2.
Scripsitque epistolas ad Ephraim & Manassen, vt venirent ad domum Domini in Ierusalem, & facerent Phase Domino. † 30,1.
Constituit turmas Sacerdotales & Leuiticas per diuisiones suas, &c. ad holocausta & pacifica, vt ministrarent,& confiterentur, canerentque in portis castrorum Domini. † 31,2,11.
Operatusque est bonum & rectum, & verum, coram Domino Deo suo, in vniuersa cultura domus Domini, iuxta legem & cæremonias, volens requirere Deum suum in toto corde suo: fecitque & prosperatus est. 20.
Ezechias muniuit ciuitatem suam, & induxit in medium ipsius aquam. Eccli.48,19.
Præter Dauid,& Ezechiam, & Iosiam omnes peccatum commiserunt. † 49,5.

EZECHIEL.

Ezechiel, qui vidit conspectum gloriæ, quam ostendit illi in curru Cherubim. † 49,10.
Factum est verbum Domini ad Ezechielem filium Buzi sacerdotem. Ezech.1,3.
Eritque Ezechiel vobis in portentum. † 24,24.

FABA.

POlentam,& fabam,& lentem. 2 Reg.17,28.
Sume tibi frumentum,& hordeum,& fabam, & lentem,& milium, & viciam, &c. & facies tibi panes. Ezech.4,9.

FABER, FABRICO.

Tubalcain,qui fuit malleator,& faber in cuncta opera æris,& ferri. Gen.4,22.
Faber ferrarius non inueniebatur in omni terra Israel. 1.Reg.13,19.
Vnaquæque Gens fabricata est deum suum. 4.Reg.17,29.
Sic omnis faber, & architectus, qui noctem tamquam diem transigit. Eccli.38,28.
Sic faber ferrarius sedens iuxta incudem, & considerans opus ferri, vapor ignis vret carnes eius, & in calore fornacis concertatur. 29.
Faber ferrarius lima operatus est: in prunis & in malleis formauit illud. Isa.44,12.
Ecce ego creaui fabrum sufflantem in igne prunas, & proferentem vas in opus suũ. † 54,16.
Ostendit mihi Dominus quatuor fabros. Zach.1,20.
Nónne hic est fabri filius? Matth.13,54
Nónne hic est faber, filius Mariæ, frater Iacobi? Mar.6,3.

FABVLA.

Eritque Israel in prouerbium & in fabulam cunctis populis. 3.Reg.9,7.
Quoniam non obediuimus præceptis tuis, ideò traditi sumus, &c. & in fabulam, & in improperium. Tob.3,4.
Fabulatores & exquisitores prudẽtiæ & intelligentiæ: viam autẽ sapientiæ nescierũt. Bar.3,23.

In

Ineptas autem & aniles fabulas deuita: exerce autem teipsum ad pietatem. 1.Timoth.4,7.

A veritate quidem auditum auertent: ad fabulas autem conuertentur. 2.Timoth.4,4.

Increpa illos durè, vt sani sint in fide, non intendentes Iudaicis fabulis & mandatis hominum, auersantium se à veritate. Tit.1,14.

Non enim doctas fabulas secuti, notam fecimus vobis Domini nostri Iesu Christi virtutem & præsentiam. 2.Pet.1,16.

FACERE, FACINVS.

Quidnam est hoc, quod fecit nobis Deus? Gen.42,28.

Facere, pro Sacrificare. Duos turtures, &c. Qui faciet vnum pro peccato, & alterum in holocaustum. Leuit.15,15,30. Num.6,11. Iudic.13,16. 3.Reg.18,23.

Dereliquit Deum factorem suũ. Deut. 32,15.

Quod me facere videritis, hoc facite: ingrediar partem castrorum, & quod fecero sectamini. Iudic. 7,17.

Factiones. Iudic.9,30,35,38.

Parentes autem eius nesciebant quòd res à Deo fieret. † 14,4.

Sicut fecerunt mihi, sic feci eis. † 15,11.

Facinus execrandum. † 19,27,30.

Quid faciemus de arca Dei Israel? responderuntque Gethæi: Circumducatur. 1.Reg.5,8.

Quid fecisti? † 13,11.

Quid feci, numquid non verbum est? † 17,29.

Quid feci? quæ est iniquitas mea, & quod peccatum meum in patrem tuum, quia quærit animam meam. † 20,1.

Neque enim faciet pater meus quidquam grande, vel paruum, nisi prius indicauerit mihi. 2.

Fiant sicut Nabal inimici tui, & qui quærunt domino meo malum. † 25,26.

Faciens enim faciet Dominus tibi domino meo domum fidelem. 28.

Faciens facies, & potens poteris. † 26,25.

Nunc scies quæ facturus est seruus tuus. † 28,2.

Quid enim feci & quid inuenisti in me seruo tuo, à die qua fui in conspectu tuo vsque in diem hanc? † 29,8.

Quid fecisti? ecce venit Abner ad te, quare dimisisti eum? 2.Reg.3,24.

Fac ei [Chanaan] quidquid tibi bonum videtur. † 19,37.

Et ego faciam bouem alterum, & imponam super ligna, ignem autem non supponam. 3.Regum 18,23.

Qui cùm tulissent bouem, quem dederat eis, fecerunt: & inuocabant nomen Baal de manè vsque ad meridiẽ, dicentes: Baal exaudi nos. 26.

Quod enim meum erat, feci tibi. † 19,20.

Omnia propter quæ misisti ad me seruum tuum in initio, faciam: hanc autem rem facere non possum. † 20,9.

Numquid non audisti quid ab initio fecerim? 4.Reg.19,25.

In iudiciis tuis peccauerunt, quæ faciet homo & viuet in eis. 2 Esd.9,29.

Aspicite ergo quæ fecit nobiscum, & cum timore & tremore confitemini illi: regemque seculorum exaltate in operibus vestris. Tob.13,6.

Ita quod facere disposui, probate si ex Deo est. Iudith 8,31.

Et hoc, quod credens per te posse fieri cogitaui, perficiam. † 13,7.

Numquid non in vtero fecit me qui & illum operatus est? Iob 31,15.

Spiritus Dei fecit me, & spiraculum Omnipotentis viuificauit me. † 33,4.

Ecce Behemoth, quem feci tecum. † 40,10.

Ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt. Psal.32,9.

Fiat, fiat † 40,14. † 71,19. † 88,53. † 105,48.

Quanta fecit animæ meæ. † 65,16.

Quia delectasti me Domine in factura tua. † 91,5.

Ipse fecit nos, & non ipsi nos. † 99,3.

Omnia in sapientia fecisti. † 103,24.

A Domino factum est istud. † 117,23.

Omnia quæcumque voluit, Dominus fecit in cælo, & in terra, in mari, & in omnibus abyssis. † 134,6.

Non fecit taliter omni nationi: & iudicia sua non manifestauit eis. Alleluia. † 147,9.

Quid est quod fuit? ipsum quod futurum est. quid est quod factum est? ipsum quod faciendum est. Ecclef.1,9.

Quod factum est, ipsum permanet: quæ futura sunt, iam fuerunt. † 3,15.

Pusillum & magnum ipse fecit. Sap.6,8.

Quis enim dicet tibi: Quid fecisti? aut quis in conspectu tuo veniet vindex iniquorum hominum? † 12,12.

Malorum amatores, digni sunt qui spem habeant in talibus, & qui faciunt illos, & qui diligunt, & qui colunt. † 15,6.

Facultates & virtutes exaltant cor, & super hæc timor Domini. Eccli.40,26.

Omnia autem Dominus fecit, & piè agentibus dedit sapientiam. † 43,37.

Et dicat opus factori suo: Non fecisti me: & figmentum dicat fictori suo: Non intelligis. Isa.29,16.

Intelligant pariter quia manus Domini fecit hoc, & sanctus Israel creauit illud. † 41,20.

Annuntiate quæ ventura sunt in futurum, & sciemus quia dij estis vos. Benè quoq; aut malè, si potestis, facite: & loquamur & videamus simul. 23.

Vsque ad senectam ego ipse, & vsque ad canos

nos ego portabo: ego feci, & ego feram: ego portabo, & saluabo. † 45,4.

Omnia hæc manus mea fecit, & facta sunt vniuersa ista. † 66,2.

Quare fecit Dominus sic ciuitati huic grandi? Et respondebunt: Eò quòd dereliquerint pactum Domini. Ierem.22,8.

Ego autem ecce in manibus vestris sum: facite mihi quod bonum est, & rectum in oculis vestris. † 26,14.

Ego feci terram, & homines, & iumenta, quæ sunt super faciem terræ, in fortitudine mea magna, & in brachio meo extento: & dedi eam ei, qui placuit in oculis meis. † 27,5.

Quia plus fecit quàm potuit, idcircò perierunt. † 48,36.

Certè vides, fili hominis, quæ seniores domus Israel faciunt in tenebris. Ezech.8,12.

Cognoscetis quòd non frustrà fecerim omnia, quæ feci in ea. † 14,23.

Pharao, &c. dicit: Meus est fluuius, & ego feci memetipsum. † 29,3.

Et faciet princeps in die illa pro se, & pro vniuerso populo terræ, vitulum pro peccato. † 45,22.

Quid faciam tibi Ephraim? quid faciam tibi Iuda? misericordia vestra quasi nubes matutina, & quasi ros manè pertransiens. Osee 6,4.

Iuxtà est dies Domini super omnes gentes: sicut fecisti, fiet tibi. Abd.v.15.

Facies homines quasi pisces maris, & quasi reptile non habens principem. Heb.1,14.

Visitabo super viros defixos in fæcibus suis: qui dicunt in cordibus suis: Non faciet benè Dominus, & non faciet malè. Soph.1,12.

Qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum. Matth 5,19.

Omnia ergo quæcumque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis. † 7,12.

Hæc oportuit facere, & illa non omittere. † 23,23. Luc.11,42.

Quamdiu non fecistis vni de minoribus his, nec mihi fecistis. † 25,45.

Herodes enim metuebat Ioannem, &c. & audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat. Mar.6,20.

Stulti, nónne qui fecit quod deforis est, etiam id, quod de intus est, fecit? Luc.11,40.

Omnia per ipsum facta sunt. Ioan.1,3.

Quodcumque dixerit vobis, facite. † 2,5.

Non potest Filius à se facere quidquam, nisi quod viderit Patrem facientem. † 5,19.

Non possum ego à meipso facere quidquam. Sicut audio, iudico. 30.

Si hæc scitis, beati eritis, si feceritis ea. † 13,17.

Quod facis, fac citiùs. 27.

Sine me nihil potestis facere. † 15,5.

Primum quidem sermonem feci de omnibus, ô Theophile, quæ cœpit Iesus facere & docere. Act.1,1.

Et tremens & stupens, dixit: Domine, quid me vis facere? † 9,6.

De Filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundùm carnem. Rom.1,3.

Digni sunt morte: & non solùm, qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus. 32.

Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam commemorationem. 1.Cor.11,24.

Existimo enim nihil me minùs fecisse à magnis Apostolis. 2.Cor.11,5.

At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum, factum ex muliere, factum sub lege. Gal.4,4.

Ipsius enim sumus factura. Ephes.2,10.

Ei autem, qui potens est omnia facere superabundanter quàm petimus, aut intelligimus. † 3,20.

Omne quodcumque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini Iesu Christi. Col.3,17,23.

Similiter & facta bona manifesta sunt: & quæ aliter se habent, abscondi non possunt. 1. Timoth.5,25.

Locutus est nobis in Filio, quem constituit heredem vniuersorum, per quem fecit & sæcula. Heb.1,2.

Faciens in vobis quod placeat coram se per Iesum Christum. † 13,21.

Estote autem factores verbi, & non auditores tantùm, fallentes vosmetipsos. Iacob.1,22.

Scienti igitur bonum facere, & non facienti, peccatum est illi. † 4,17.

FACIES.

Video faciem patris vestri, quòd non sit erga me sicut heri & nudiustertius. Genes.31,5.

Loquebatur autem Dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut solet loqui homo ad amicum suum. Exod.33,11.

Ostende mihi faciem tuam, vt sciam te, & inueniam gratiam ante oculos tuos. 13.

Facies mea præcedet te, & requiem dabo tibi. 14.

Cùm viderit faciem quidem pristinam non reuersam, nec tamen creuisse lepram, immundum iudicabit. Leuit 13,55.

Facie ad faciem locutus est nobis in monte de medio ignis. Deut.5,4.

Abscondam faciem meam ab eo, & erit in deuorationem. † 31,17,18.

Non surrexit vltrà propheta in Israel sicut Moyses, quem nosset Dominus facie ad faciem. † 34,10.

Descendent Philisthiim ad me in Galgala, & faciem Domini non placaui. 1.Reg.13,12.

Mansitque Absalom in Ierusalem duobus annis,

nis, & faciem regis non vidit, &c. obsecro vt videam faciem regis: quòd si memor est iniquitatis meæ, interficiat me. 2.Reg.14,28,32.

Direxit [Hazael] faciem suam vt ascenderet in Ierusalem. 4.Reg.12,17.

Pugnatores optimi, tenentes clypeum & hastam: facies eorum quasi facies leonis. 1.Paral.12,8.

Numquid faciem eius accipitis, & pro Deo iudicare nitimini? Iob 13,8.

Facies mea intumuit à fletu. † 16,17.

Iob autem seruus meus orabit pro vobis, faciem eius suscipiam. † 42,8.

Faciem tuam Domine requiram. Psal.26,8.

Quare faciem tuam auertis? † 43,24.

Ne auertas faciem tuam à puero tuo. † 68,18.

Ostende faciem tuam: & salui erimus. † 79,8.

Facies peccatorum sumitis? † 81,2.

Auertente autem te faciem, turbabuntur. † 103,29.

Propter David seruum tuum, non auertas faciem Christi tui. † 131,10.

Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis. Cant.2,14.

Ne accipias faciem aduersus faciem tuam, nec aduersus animam tuam mendacium. Eccli.4,26.

Ne auertas faciem à proximo tuo. † 41,26.

Expectabo Dominum, qui abscondit faciem suam à domo Iacob, & præstolabor eũ Isa.8,17.

Facies combustæ vultus eorum. † 13,8.

Faciem meam non auerti ab increpantibus, & conspuentibus in me. † 50,6.

Propter iniquitatem auaritiæ eius iratus sum, & percussi eum: abscondi à te faciem meam. † 57,17.

Verterunt ad me tergum, & non faciem, & in tempore afflictionis suæ dicent: Surge, & libera nos. Vbi sunt dij tui, quos fecisti tibi? surgant, & liberent te. Ierem.2,28.

Posui enim faciem meam super ciuitatem hanc in malum, & non in bonum. † 21,10.

Facies sacerdotum non erubuerunt, neque senum miserti sunt. Thren.4,16.

Quatuor facies vni [animali] & quatuor pennæ vni. Ezech.1,6.

Dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum. † 3,8.

Facies regis commutata est, & cogitationes eius conturbabant eum. Dan.5,6.

Omnes ad prædam venient, facies eorum ventus vrens. Habac.1,9.

Qui videbat summi sacerdotis vultum, mente vulnerabatur: facies enim, & color immutatus, declarabat internum animi dolorem. 2.Machab.3,16.

Faciem ergo cæli diiudicare nostis: signa autem temporum non potestis scire? Matth.16,4.

Resplenduit facies eius sicut sol. † 17,2.

Viderunt faciem eius [Stephani] tamquam faciem Angeli. Act.6,15.

Procumbentes super collum Pauli, osculabantur eum, dolentes maximè in verbo, quod dixerat, quoniam ampliùs faciem eius non essent visuri. Et deducebant eum ad nauem. † 20,38.

Ita vt non possent intendere filij Israel in faciem Moysi, propter gloriam vultus eius, quæ euacuatur. 2.Cor.3,7.

Qui in facie quidem humilis sum inter vos, absens autem confido in vobis. † 10,1.

Cùm autem venisset Cephas Antiochiam, in faciem ei restiti, quia reprehensibilis erat. Galat.2,11.

Facies eius sicut sol lucet in virtute sua. Apocal.1,16.

FACILE.

Sapientia, & facilè videtur ab his, qui diligunt eam. Sap.6,13.

Quid est facilius dicere: Dimittuntur tibi peccata, an dicere: Surge, & ambula? Luc.5,23. † 18,25.

FACVLA.

Verbum ipsius [Eliæ] quasi facula ardebat. Eccli.48,1. Apoc.8,10.

FACVLTAS.

De illius facultate ditatus. Gen.31,1. Tobiæ 1,19,25.

Facultates & virtutes exaltant cor: & super hæc timor Domini. Eccli.40,26. Luc.8,3. 1.Corinth.13,3.

FAEX.

Fæx eius non est exinanita. Psal.74,9.

Et bibes illum [calicem] & epotabis vsque ad fæces, & fragmenta eius deuorabis, & vbera tua lacerabis. Ezech.23,34.

Visitabo super viros defixos in fæcibus suis: qui dicunt in cordibus suis: Non faciet benè Dominus, & non faciet malè. Soph.1,12.

FALLO, FALSVS.

Noli vltrà fallere, vt non dimittas populum sacrificare Domino. Exod.8,29.

Falsi prophetæ signum. Quod in nomine Domini propheta ille prædixerit, & non euenerit: hoc Dominus non est locutus. Deut.18,22.

Submittite duos viros filios Belial contra illum [Naboth] & falsum testimonium dicant: Benedixit Deum, & regem: & educite eum, & lapidate. 3.Reg.21,10.

Falsum est, sed magis narra nobis. 4.Reg.9,12

Et non egredietur verbum falsum ex ore meo. Iudith 5,5.

Vt ergo agnoscat Achior quoniã fallit nos. 28.

Rugæ meæ testimonium dicunt contra me, & suscitatur falsiloquus aduersus faciem meam contradicens mihi. Iob 16,9.

Et disciplinam labia tua conseruent. Ne attendas fallaciæ mulieris. Prou.5,2.

Iaculum, & gladius, & sagitta acuta, homo qui loquitur contra proximum suum falsum testimonium. † 25,18.

Ad gentem fallacem mittam eum [Assur,] & contra populum furoris mei mandabo illi, vt auferat spolia, & diripiat prædam. Isa.10,6.

Percutiam Ismahel, &c. noli facere verbum hoc: falsum enim tu loqueris de Ismahel. Ierem.40,16.

Periculis in falsis fratribus. 2.Cor.11,26.

FALX.

Falce autem non metes [segetem.] Deuter.23,25. Isa.2,4. † 18,5.

Falcatis curribus abundabāt. Iudic.1,19. † 4,3.

Disperdite satorem de Babylone, & tenentem falcem in tempore messis. Ierem.50,26.

Mittite falces, quoniam maturauit messis. Ioel.3,13. Mar.4,29.

Similem filio hominis, habentem in capite suo coronam auream, & in manu sua falcem acutam. Apoc.14,14.

FAMA.

Fama mirabilium quæ facta Israeli. Quòd siccauerit Dominus aquas Maris rubri, &c. quæ feceritis duobus Amorrhęorum regibus. Iosf.2,10. † 9,10.

Velox apud cunctos fama percrebuit: dicebantque mulieres: Hæc est illa Noëmi. Ruth 1,19.

Vniuersus Israel audiuit huiuscemodi famam: Percussit Saul stationem Philisthinorum: & erexit se Israel aduersus Philisthiim. 1.Reg.13,4.

Fama peruenit ad Dauid, dicens: Percussit Absalom omnes filios regis, & non remansit ex eis saltem vnus. 2.Reg 13,30.

Sed & Regina Saba, audita fama Salomonis in nomine Domini, venit tentare eum in ænigmatibus. 3.Reg.10,1.

Erat hæc [Iudith] in omnibus famosissima, quoniam timebat Dominum valdè, nec erat qui loqueretur de illa verbum malum. Iudith 8,8.

Fama quoque nominis eius [Mardochæi] crescebat quotidie, & per cunctorum ora volitabat. Esth.9,4.

Audiuimus famā eius [sapientiæ.] Iob 28,22.

Famā bona impinguat ossa. Prou.15,30.

Quàm malę famę est, qui derelinquit patrem: & est maledictus à Deo, qui exasperat matrem. Eccli.3,18.

Audiuimus famam eius, dissolutæ sunt manus nostræ: tribulatio apprehendit nos. Ierem.6,24.

Factæ sunt famosæ mulieres, & iudicia perpetrauerunt in ea. Ezech.23,10.

Fama turbabit eum ab Oriente & ab Aquilone. Dan.11,44.

Exiit fama hæc in vniuersam terram illam. Matth.9,26.

Audiuit Herodes tetrarchā famā Iesu. † 14,1.

Diuulgabatur fama de illo in omnem locum regionis. Luc.4,37.

FAMES.

Facta est autem fames in terra: descenditque Abram in Aegyptum, vt peregrinaretur ibi. Gen.12,10.

Orta autem fame super terram, post eam sterilitatem quæ acciderat in diebus Abraham, abiit Isaac ad Achimelech. † 26,1.

Consumptura est enim fames omnem terram, & vbertatis magnitudinem perditura est inopiæ magnitudo. † 41,31.

In vniuerso orbe fames præualuit: in cuncta autem terra Aegypti panis erat. 54.

Biennium est enim, quòd cœpit fames esse in terra: & adhuc quinque anni restant, quibus nec arari poterit nec meti. † 45,6.

Mittet Dominus super te famem, & esuriem, & increpationē in omnia opera tua. Deut.28,20.

Consumentur fame. † 32,24.

Facta est fames in Terra. Ruth 1,1.

Fames sedatur. Audierat enim quòd respexisset Dominus populum suū, & dedisset eis escas. 6.

Repleti prius pro panibus se locauerunt: & famelici saturati sunt. 1.Reg.2,5.

Suspicati enim sunt, populum fame & siti fatigari in deserto. 2.Reg 17,29.

Facta est quoque fames in diebus Dauid tribus annis iugiter: & consuluit Dauid oraculum Domini. Dixitque Dominus: Propter Saul, & domum eius sanguinum, quia occidit Gabaonitas. † 21,1.

Aut septem annis veniet tibi fames in terra tua. † 24,13.

Fames si oborta fuerit in terra, aut pestilentia, aut corruptus aër, &c. tu exaudies in cælo, in loco habitationis tuæ. 3.Reg.8,37.

Erat autem fames vehemens in Samaria. † 18,2. 4.Reg.6,25.

Erat autem fames in terra. 4.Reg.4,38.

Siue ingredi voluerimus ciuitatem, fame moriemur: siue manserimus hic, moriendum nobis est. 4.Reg. 7,4.

Peregrinare vbicumque reperreris: vocauit enim Dominus famem, & veniet super terram septem annis. † 8,1.

Præualuitque fames in ciuitate. † 25,3.

Famis & seruitutis malum. Domos nostras opponamus, & accipiamus frumentum in fame. 2.Esd.5,3.

Fames inuasit eos, & ab ariditate aquæ iam inter mortuos computantur. Iudith 11,10.

In fame eruet te de morte, & in bello de manu gladij. Iob 5,20.

Attenuetur fame robur eius, & inedia inuadat costas illius. † 18,12.

Egestate & fame steriles, qui rodebant in solitudine, squallentes calamitate & miseria. Et

mande-

mandebant herbas, & arborum cortices, & radix iuniperorum erat cibus eorum. † 30,3.

In diebus famis saturabuntur: quia peccatores peribunt. Psal.36,19.

Famem patientur vt canes. † 58,7,15.

Vocauit famem super terram. † 104,16.

Non affliget Dominus fame animam iusti. Prou.10,3.

Qui [Elias] induxit in illos famem, & irritantes illum inuidia sua pauci facti sunt. Non enim poterant sustinere præcepta Domini. Eccli.48,2.

Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam, & nobiles eius interierunt fame, & multitudo eius siti exaruit. Isa.5,13.

Prophetæ dicunt eis: Non videbitis gladium, & fames non erit in vobis. Ierem.14,13.

Si egressus fuero ad agros, ecce occisi gladio: & si introiero in ciuitatem, ecce attenuati fame. 18.

Qui ad famem, ad famem: & qui ad captiuitatem, ad captiuitatem. † 15,2.

Da filios eorum in famem, & deduc eos in manus gladij. † 18,21.

Obtinuit fames ciuitatem, & non erant alimenta. † 52,6.

Melius fuit occisis gladio, quàm interfectis fame; quoniam isti extabuerunt consumpti à sterilitate terræ. Thren.4,9.

Pellis nostra quasi clibanus est à facie tempestatum famis. † 5,10.

Tertia pars tui peste morietur, & fame consumetur in medio tui. Ezech.5,12.

Mittam famem in terram: non famem panis, neque sitim aquæ, sed audiendi verbum Domini. Amos 8,11.

Facta est fames magna valdè, & tradidit se Bacchidi omnis regio. 1.Mach.9,24.

Cùm facta esset fames magna in omni terra. Luc.4,25.

Facta est fames valida in regione illa, & ipse cœpit egere. † 15,14.

Agabus, significabat per spiritum famem magnam futuram in vniuerso orbe, quæ facta est sub Claudio. Act.11,28.

FAMILIA.

Familiæ cura. Num celare potero Abraham quæ gesturus sum, *&c.* cùm præcepturus sit filiis suis, & domui suæ post se, vt custodiant viam Domini, & faciant iudicium, & iustitiã. Gen.18,19.

Familias quid euertat. Ponam faciem meam super hominem illum, & super cognationẽ eius, succidamque & ipsum, & omnes, qui consenserunt ei, vt fornicaretur cum Moloch, de medio populi sui. Leuit.20,5. 3.Reg.15,29.

Familiæ Israelitarum. Ruben primogenitus Israel: huius filius, Henoch, à quo familia Henochitarum. Num.26,5.

Familia mea infima est in Manasse. Iudicum 6,15.

Familiam Dauid persequitur Saul. 1.Regum 22,1.

Familia impij Achab eradicata. 4.Reg. 10, 6,17.

Afferte Domino familiæ populorum: afferte Domino gloriam, & imperium. 1.Par.16,28.

Cui vir suus reliquerat diuitias multas, & familiam copiosam, ac possessiones. Iudith 8,7.

Ac familia multa nimis. Iob 1,3.

Posuit sicut oues familias. Psal.106,41.

Possedi seruos & ancillas, multamque familiam habui. Eccles.2,7.

Ego cogito super familiam istam malum. Mich.2,3.

Planget terra: familiæ & familiæ seorsum: familiæ domus Dauid seorsum, & mulieres eorum seorsum. Zach.12,12.

Quem constituit Dominus super familiam suam, vt det illis cibum in tempore? Mat.24,45.

Eò quòd esset de domo & familia Dauid. Luc.2,4.

FAMILIARITER.

Comedens cum eo & bibens familiariter. Iudic.19,4. Exod.33,11.

FAMVLATVS, FAMVLVS.

Oderantque filios Israel Aegyptij, & affligebant illudentes eis: atque ad amaritudinem perducebant vitam eorum operibus duris luti & lateris, omnique famulatu, quo in terræ operibus premebantur. Exod.1,14.

Moyses quidem fidelis erat in domo eius, tamquam famulus. Heb.3,5.

FANVM.

Mansimusque in valle contra fanum Phogor. Deut.3,29.

Dederuntque illi [Abimelech] septuaginta pondo argenti de fano Baalberit. Iudic.9,4.

Ingressi sunt fanum dei sui Berith, vbi fœdus cum eo pepigerant, & ex eo locus nomen acceperat. 46.

Aedificauit Salomon fanum, Chamos idolo Moab, in monte qui est contra Ierusalem. 3.Reg.11,7.

Fecit [Ieroboam] fana in excelsis, & sacerdotes de extremis populi. † 12,31.

Vnaquæque Gens fabricata est deum suum: posueruntq; eos in fanis excelsis. 4.Reg.17,29.

Fana excelsorum abstulit [Iosias.] † 23,19.

Fugerunt ad fanum, quod erat in Carnaim. 1.Mach.5,43.

FAR.

Triticum & far non sunt læsa, quia serotina erant. Exod.9,32.

FARINA.

Tulit igitur populus conspersam farinam, antequam fermentaretur, & ligans in palliis. Exodi 12,34,39.

Afferte, inquit, farinam, *&c.* & non fuit amplius

plius quidquã amaritudinis in olla. 4.Reg.4,41.

Culmus stans non est in eo, germen non faciet farinam: quod & si fecerit, alieni comedent eam. Osee 8,7.

FAS.

Neque enim fas est, vt auertam faciem tuam. 3.Reg.2,20.

FASCIA.

Et pro fascia pectorali, cilicium. Isa.3,24.

Numquid obliuiscetur virgo ornamenti sui, aut sponsa fasciæ pectoralis suæ? Ierem.2,32.

Brachium Pharaonis regis Aegypti confregi, &c. & fasciaretur linteolis. Ezech.30,21.

FASCIS, FASCICVLVS.

Fasciculumque hyssopi tingite in sanguine, qui est in limine. Exod.12,22.

Erit anima domini mei custodita quasi in fasciculo viuentium. 1.Reg.25,29.

Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur. Cant.1,12.

Congregabuntur in congregatione vnius fascis in lacum, & claudentur ibi in carcere. Isa.24,22.

FASCINO.

Fascinatio enim nugacitatis obscurat bona. Sap.4,12.

O insensati Galatæ, quis vos fascinauit non obedire veritati? Gal.3,1.

FATIGO.

Erant autem omnes fatigati à vino. Iudith 13,2.

Iesus ergo fatigatus ex itinere, sedebat sic supra fontem. Hora erat quasi sexta. Ioan.4,6.

Memores enim estis fratres laboris nostri, & fatigationis. 1.Thess.2,9. 2.Thess.3,8.

FASTI.

Numerus eorum, qui fuerant recensiti, non est relatus in fastos regis Dauid. 1.Par.27,24.

FASTIDIVM.

Nec facta es quasi meretrix fastidio augens pretium. Ezech.16,31.

FASTIGIVM.

Fide Iacob moriens, singulos filiorum Ioseph benedixit, & adorauit fastigium virgæ eius. Heb.11,21.

FATEOR.

Fateor, venerunt ad me [exploratores] sed nesciebam vnde essent. Iudic.2,4.

FATVVS.

Cùm fatuis consilium non habeas: non enim poterunt diligere, nisi quæ eis placent. Eccli.8,20.

De disciplina insensati & fatui. Eccli.42,8.

Stultus enim fatua loquetur, & cor eius faciet iniquitatem. Isa.32,6.

Pariter insipientes & fatui probabuntur: doctrina vanitatis eorum lignum est. Ierem.10,8.

In prophetis Samariæ vidi fatuitatem: prophetabant in Baal. † 23,13.

Qui autem dixerit, fatue: reus erit gehennæ ignis. Matth.5,22.

Sed quinque fatuæ, acceptis lampadibus, non sumpserunt oleum secum. † 25,3.

FAVCES.

Nec in faucibus meis stultitia personabit. Iob 6,30.

Nónne auris verba diiudicat, & fauces comedentis, saporem? † 12,11. † 33,2.

Lingua mea adhæsit faucibus meis. Psal.21,16.

Raucæ factæ sunt fauces meæ. † 68,4.

Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo. † 118,103. † 136,6. Prou.3,22.

Super mensam magnam sedisti? non aperias super illam faucem tuam prior. Eccli.31,12. Osee 6,9.

FAVILLA.

Viditque [Abraham] ascendentem fauillam de terra quasi fornacis fumum. Genes.19,28.

Erunt [impij] sicut paleæ ante faciem venti, & sicut fauilla quam turbo dispergit. Iob 21,18. † 30,19. † 42,6.

Et sicut fauilla pertransiens multitudo eorum, qui cõtra te præualuerunt. Isa.29,5. Ezech.15,4.

Contrita sunt pariter ferrum, testa, æs, argentum, & aurum, & redacta quasi in fauillam æstiuæ areæ, quæ rapta sunt vento. Dan.2,35.

FAVNVS.

Habitabunt dracones cum faunis ficariis. Ierem.50,39.

FAVVS.

Examen apum in ore leonis erat ac fauus mellis. Iudic.14,8.

Extenditque [Ionathas] summitatem virgæ, quam habebat in manu, & intinxit in fauum mellis. 1.Reg.14,27.

Fauus distillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius. Prou.5,3. † 16,24.

Anima saturata calcabit fauum. † 27,7.

Fauus distillans labia tua, sponsa. Cant.4,11.

Comedi fauum cum melle meo. † 5,1. Eccli.24,27.

FAX.

Caudasque earum [vulpium] iunxit ad caudas, & faces ligauit in medio. Iudic.15,4.

Ponam duces Iuda, &c. sicut facem ignis in fœno. Zach.12,6. Ioan.18,3.

FEBRIS.

Percutiat te Dominus egestate, febri, & frigore. Deuter.28,22.

Cùm venisset Iesus in domum Petri, vidit socrum eius iacentem, & febricitantem: & tetigit manum eius, & dimisit eam febris. Matthæi 8,15.

Continuò dimisit eam febris, & ministrabat eis. Mar.1,31.

Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus: & rogauerunt illum pro ea. Luc.4,38.

Quia

Quia heri hora septima reliquit eum febris. Ioan.4,52.

Contigit autem patrem Publij febribus,& dysenteria vexatum iacere. Ad quem Paulus intrauit: & cùm orasset, & imposuisset ei manus, saluauit eum. Act.28,8.

FEL.

Fel draconum vinum eorum. Deut.32,33.

Et fel valet ad vngendos oculos. Tob.6,9.

Tolle tecum ex felle piscis. † 11,4.

Panis eius in vtero eius vertetur in fel aspidum intrinsecus. Iob 20,14.

Dederunt in escam meam fel. Psal.68,22.

Deus noster silere nos fecit,& potum dedit nobis aquam fellis: peccauimus enim Domino. Ierem.8,14.

Aedificauit in gyro meo, & circumdedit me felle & labore. Thren.3,5.

Recordare paupertatis,& transgressionis meę, absynthij & fellis. 19.

Væ qui potum dat amico suo mittens fel suum, & inebrians, vt aspiciat nuditatem eius. Habac.2,15. Matth.27,34.

In felle enim amaritudinis & obligatione iniquitatis video te esse. Act.8,23.

FELIX.

Iste moritur robustus & sanus, diues & felix. Iob 21,23. Prou.30,20. Eccles.4,3.

FELIX dies,in qua reuersus es ad terram patrum tuorum. 1.Mach.10,55.

FEMINA.

Si masculus fuerit, interficite eum; si femina, reseruate. Exod.1,16.

Facies & feminalia linea, vt operiant carnem turpitudinis suæ. † 28,42.

Feminalia quoque linea,byssina. † 39,28.

Sin autem feminam pepererit, immunda erit duabus hebdomadibus, iuxta ritum fluxus menstrui, & sexaginta sex diebus manebit in sanguine purificationis suæ. Leuit.12,5.

Cur feminas reseruastis? Nónne istæ sunt,quæ deceperunt filios Israel ad suggestionē Balaam? Num.31,15.

Et illuuie secundarum, quæ egrediuntur de medio feminum eius, & super liberis qui eadem hora nati sunt, comedent enim eos clàm. Deut.28,57.

Pulcherrima feminarū eligitur ei. Iudic.5,30.

Percute me: ne fortè dicatur quòd à femina interfectus sum. † 9.54.

Erit enim hoc memoriale nominis tui, cùm manu feminæ deiecerit eum [Holofernem.] Iudith .,15.

Fœdum est enim apud Assyrios,si femina irrideat virum. † 12,11. Eccli.1,16. Ierem.5,8.

Quia creauit Dominus nouum super terram: FEMINA CIRCVMDABIT VIRVM. Ier.31,21.

Et erit in concupiscentiis feminarum, nec quemquam deorum curabit. Dan.11,37.

Femineæ cogitationi masculinum animum inserens. 2.Mach.7,21. Matth.19,4.

Feminæ eorum immutauerunt naturalem vsum,in eum qui est contra naturam. Rom.1,26. Galat.3,28.

FEMVR.

Posuit seruus manum sub femore Abraham domini sui, & iurauit illi super sermone hoc. Gen.24,9. † 32,32. † 49,10.

Putrescere faciat femur tuum, & tumens vterus tuus disrumpatur. Num.5,21. Iudith 9,2.

Iuncturæ femorum tuorum sicut monilia. Cant.7,1. Eccli.47,21.

Postquam enim conuertisti me, egi pœnitentiem:& postquam ostendisti mihi,percussi femur meum. Ierem.31,19.

Plaude super femur. Ezech.21,12. Daniel.2,32. Apoc.19,16.

FENESTRA.

Fenestram in arca facies. Gen.5,16. † 8,6. Ios.2,15,21.

Per fenestram respiciens vlulabat mater eius [Sisaræ.] Iudic.5,28.

Deposuit eum [Dauidem] per fenestram. Porrò ille abiit & aufugit atque saluatus est. 1.Reg.19,12.

Fecitque in templo fenestras obliquas. 3.Regum 6,4.

Aperi fenestram orientalem. 4.Reg.13,17. Prouerb.7,6.

Stultus à fenestra respiciet in domum: vir autem eruditus foris stabit. Eccli.21,26. Isa.60,8.

Ascendit mors per fenestras nostras, ingressa est domos nostras, disperdere paruulos deforis, iuuenes de plateis. Ierem.9,21. Ioel.2,8.

Fenestras obliquas in thalamis. Ezech.40,16. Dan.6,10. Soph.2,14.

Per fenestram in sporta dimissus sum. 2.Corinth.11,33.

FERA.

Fera pessima comedit eum, bestia deuorauit Ioseph. Gen.37,33.

Increpa feras arundinis. Psal.67,31.† 79,14.

Fauces contingunt cibum feræ, & cor sensatum verba mendacia. Eccli.36,21.

Cor ferę detur ei. Dan.4,13,29.2.Mach.5,27.

FERCVLVM.

Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis Libani: columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum. Cant.3,9.

FERE.

Erat autem ferè hora sexta. Luc.23,44.

Cùm iam ferè centum esset annorum. Roman.4,19.

FERETRVM.

Porrò rex Dauid sequebatur feretrum. 2.Regum 3,31.

FE-

FERIAE.

Hæ sunt feriæ Domini, quas vocabitis sanctas. Leuit.23,2. 34,39.

Feriatis Iudæis arma capere suis præcepit. 2.Mach.5,25.

FERIO.

Medios hostium ferire cœperunt. Ios.8,22.

Quicumque eam [Athaliam] secutus fuerit, feriatur gladio. 4.Reg.11,15. Iob 40,23.

Si contunderis stultum in pila quasi ptisanas feriente desuper pilo, non auferetur ab eo stultitia eius. Prou.27,22.

Feriam eis pactum sempiternum. Ier.32,40. Osee 10,4.

FERMENTVM.

In die primo non erit fermentum in domibus vestris. Exod.12,15.

Qui comederit fermentatum, peribit anima eius de cœtu Israel. 19.

Non immolabis super fermento sanguinem hostiæ tuæ. † 34,25.

Non apparebit fermentum in omnibus terminis tuis septem diebus, & non remanebit de carnibus eius quod immolatum est vespere in die primo vsque manè. Deut.16,4.

Quieuit paululùm ciuitas à commistione fermenti, donec fermentaretur totum. Osee 7,4.

Sacrificate de fermentato laudem: & vocate voluntarias oblationes. Amos 4,5.

Simile est regnum cælorum fermento. Matth. 13, 33.

Intellexerunt, quia non dixit cauendum à fermento panum, sed à doctrina Pharisæorum. † 16, 12.

Videte & cauete à fermento Pharisæorum, & fermento Herodis. Mar.8,15.

Attendite à fermento Pharisæorum, quod est hypocrisis. Luc.12,1.

Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit? 1.Cor.5,6.

FERO.

Tulit Moyses Israel de mari rubro. Exodi 15,22.

Tuli te de pascuis sequentē greges. 2.Reg.7,8.

FEROX.

Excipientes eum [Holofernem] cum coronis, &c. Nec ista tamen facientes, ferocitatem eius pectoris mitigare potuerunt. Iudith 3,11. 2.Mach.10,35. † 15,21.

FERRVM.

Daboque vobis cælum desuper sicut ferrum, & terram æneam. Leuit.26,19.

Aedificabis ibi altare Domino Deo tuo de lapidibus quos ferrum non tetigit, & de saxis informibus & impolitis. Deut.27,5.

Ferrum & æs calceamentū eius [Aser.] † 33,25.

Cùm ferreis curribus vtantur Chananæi. Ios.17,16. Iudic.3,22.

Ferrum numquam ascendit super caput meum, quia Nazaræus, id est, consecratus Deo sum de vtero matris meæ. Iudic.16,17.

Ferrum hastæ eius [Goliath] sexcentos siclos habebat ferri. 1.Reg.17,7.

Populum quoque eius adducens, serrauit, & circumegit super eum ferrata carpenta. 2.Regum 12,31. † 23,7.

Caderet ferrum securis in aquam. 4.Reg.6,5.

Natauitque ferrum. 6.

Ferrum de terra tollitur: & lapis solutus calore, in æs vertitur. Iob 28,2. † 41,18.

Ferrum pertransiit animam eius [Ioseph.] Psal.104,18. † 106.10.

Ferrum ferro exacuitur. Prou.27,17.

Si retusum fuerit ferrum, & hoc non vt priùs, sed hebetatum fuerit, multo labore exacuetur. Eccles.10, 10.

Quomodo ferrum comminuit & domat omnia, sic comminuet & conteret omnia hæc. Dan.2,40. † 40,10.

FERTILIS.

Venitque fertilitas septem annorum, &c. tantaque fuit abundantia tritici, vt arenæ maris coæquaretur. Gen.41,47.

Fertilitas vnde. Dabo benedictionem meam vobis anno sexto, & faciet fructus trium annorum. Leuit.25,21.

Fertilis fuit Moab ab adolescentia sua, & requieuit in fæcibus suis: nec transfusus est de vase in vas. Ierem.48,11.

FERVS.

Ismael, eò quòd audierit Dominus afflictionem tuam. Hic erit ferus homo: manus eius contra omnes, & manus omnium contra eum. Genes.16,12. Iudæ v 13.

FERVEO.

Feruor populi soluta captiuitate. Dixerunt Esdræ scribæ vt afferret librum legis Moysi, &c. & legit in eo apertè in platea quæ erat ante portam aquarum, de manè vsque ad mediam diem, in conspectu virorum, & mulierum, & sapientium. 2.Esd.8,1.

Feruens & fremens [equus] sorbet terram. Iob 39,24.

Feruescere faciet [Behemoth] quasi ollam profundum mare. † 41, 22.

Dabo eos in feruorem vniuersis regnis terræ. Ierem.15,4.

Feruens spiritu loquebatur [Apollo] & docebat diligenter ea quæ sunt Iesu, sciens tantùm baptisma Ioannis. Act.18,25.

Charissimi, nolite peregrinari in feruore, qui ad tentationem vobis fit, quasi noui aliquid vobis contingat. 1.Pet.4,12.

FESSVS.

Ibi impij cessauerunt à tumultu, & ibi requieuerunt fessi robore. Iob 3,17.

FESTINO.

Festinauit Abraham in tabernaculum. Genes.18,6.

Festinus Pharao vocauit Moysen. Exo.10,16. † 12,11.

Festinauit, & cucurrit ad virum suum: nuntiauitque ei, dicens: Ecce apparuit mihi vir, quem ante videram. Iudic.13,10.

Arca Dei capta est, &c. Festinauit, & venit, & nuntiauit Heli. 1.Reg.4,14.

Festina velociter, ne steteris. † 20,38.

Festina, & veni, quia infuderunt se Philisthiim super terram. † 23,27.

Festinauit igitur Abigail, & tulit ducentos panes. † 25,18.

Vnxi te regem super Israel. Festinauerunt itaque, & vnusquisque tollens pallium suum posuerunt sub pedibus eius [Iehu] in similitudinem tribunalis. 4.Reg.9,13.

Qui festinus est pedibus, offendet. Prou.19,2. Eccli.2,2.

Festina tempus, & memento finis. Eccli 36,10.

Magnus Dominus, qui fecit illum [solem,] & in sermonibus eius festinauit iter. † 43,5. Sophon.1,18.

Exurgens autem Maria in diebus illis abiit in montana cum festinatione. Luc.1,39.

Et venerunt festinantes. † 2,16

Festinemus ergo ingredi in illam requiem. Heb.4,11.

FESTVCA.

Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? Matth.7,3.

FESTVM.

Festum sollemne. Videbo sanguinem, & transibo vos, &c. Habebitis autem hunc diem in monumentum: & celebrabitis eam sollemnem Domino. Exod.12,14.

Tribus vicibus per singulos annos mihi festa celebrabitis. † 23,14.

Hæ sunt feriæ Domini, quas vocabitis sanctas. Leuit.23,2.

Erunt feriæ tabernaculorum septem diebus Domino. 34.

Festi violatio morte punitur. Colligentem ligna in die Sabbati, &c. Morte moriatur homo iste, obruat eum lapidibus omnis turba extra castra. Num.15,32.

Festum hebdomadarum. Deut.16,9.

Et quasi festum celebrantes diem, pro cuncta præda. 1.Reg.30,16.

Fecit ergo Salomon festiuitatem celebrem, & omnis Israel cum eo. 3.Reg.8,65.

Cùm esset dies festus Domini, & factum esset prandium bonum in domo Tobiæ. Tob.2,1.

Erat autem [Iudith] diebus festis procedens cum magna gloria. Iudith 16,27.

Mira exultatio, epulæ atque conuiuia, & festus dies. Esther 8,17.

Vt quartamdecimam & quintamdecimã diem mensis Adar pro festis susciperent. † 9,21,29.

Festa Iudæorum etiam ethnici iubentur colere. Inter ceteros festos dies, hanc habetote diem, & celebrate eam cum omni lætitia. † 16,21.

Quiescere faciamus omnes dies festos Dei à terra. Psal.73,8.

Reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi. † 75,11.

Immutauit tempora, & dies festos ipsorum, & in illis dies festos celebrauerunt ad horam. Eccli.33,9.

A luna signum diei festi, luminare quod minuitur in consummatione. † 43,7.

Neomeniam, & sabbatum, & festiuitates alias non feram. Isa.1,13.

Obliuioni tradidit Dominus in Sion festiuitatem & sabbatum. Thren.2,6.

Cessare faciam omne gaudium eius, solemnitatem eius, neomeniam eius, sabbatum eius, & omnia festa tempora eius. Osee 2,11.

Quid facietis in die sollemni, in die festiuitatis Domini? † 9,5.

Odi, & proieci festiuitates vestras: & non capiam odorem cœtuum vestrorum. Amos 5,21.

Conuertam festiuitates vestras in luctum, & omnia cantica vestra in planctum. † 8,10.

Annuntiantis pacem: celebra Iuda festiuitates tuas, & redde vota tua: quia non adiiciet vltrà vt pertranseat in te Belial: vniuersus interiit. Nahum 1,15.

Ascendent ab anno in annum, vt adorent Regem, Dominum exercituum, & celebrent festiuitatem tabernaculorum. Zach.14,16.

Festum anniuersarium post victoriam. Lætatus est populus valdè, & egerunt diem illam in lætitia magna, & constituit agi omnibus annis diem istam, tertiadecima die mensis Adar. 1.Machab.7,48. † 13,52. 2.Mach.15,37.

Non in die festo, ne fortè tumultus fieret in populo. Matth.26,5.

Dies festus Iudæorum, Scenopegia. Ioan.7,2.

Quid putatis, quia non venit ad diem festum? † 11,56.

Nemo ergo vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi. Col.2,16.

FESTVS.

Iubente Festo adductus est Paulus. Act.25,23.

FIBVLA.

Fibulas æneas quinquaginta, quibus necteretur tectum. Exod.36,18.

Misit ei fibulam auream, sicut consuetudo est dare cognatis regum. 1.Mach.10,89.

FICVS.

Afferte massam ficorum, &c. & posuissent super vlcus eius, curatus est. 4.Reg.20,7.

Ficus protulit grossos suos. Cant.2,13.

Ecce duo calathi pleni ficis, positi ante templum Domini. Ierem.24,1.

Calathus vnus ficus bonas habebat nimis, vt solent ficus esse primi temporis:& calathus vnus ficus habebat malas nimis, quæ comedi non poterant,eò quòd essent malæ. 2.

Ponam eos quasi ficus malas,quæ comedi non possunt. † 29,17.

Ficeta vestra comedit eruca. Amos 4,9.

Sedebit vir subtus vitem suam,& subtus ficum suam,& non erit qui deterreat. Mich.4,4.

Præcoquas ficus desiderauit anima mea.† 7,1.

Omnes munitiones tuæ sicut ficus cum grossis suis:si concussę fuerint,cadent in os comedentis. Nahum 3,12.

Ficus enim non florebit, & non erit germen in vineis. Habac.3,17.

Videns fici arborem vnam secus viam, venit ad eā,& nihil inuenit in ea nisi folia tantùm,*&c.* & arefacta est continuò ficulnea. Matth.21,19.

Ab arbore autē fici discite parabolā. † 24,32.

Ecce ficus,cui maledixisti, aruit. Mar.11,21.

Numquid potest, fratres mei, ficus vuas facere,aut vitis ficus? Iac.3,12.

Sicut ficus emittit grossos suos cùm à vento magno mouetur. Apoc.6,13.

FIDES, FIDELIS.

Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Gen.15,7.

At non talis seruus meus Moyses,qui in omni domo mea fidelissimus est: ore enim ad os loquor ei. Num.12,7.

Deus fidelis, & absque vlla iniquitate. Deuteron.32,4.

Quòd fidelis Samuel propheta esset Domini. 1.Reg 3,20.

Quis in omnibus seruis tuis,sicut Dauid fidelis,& gener regis,& pergens ad imperium tuum, & gloriosus in domo tua? † 22,14 † 29,3.

Fidelis erit domus tua,& regnum tuum vsque in æternum. 2.Reg.7,16.

Fidelitas Ethai. In quocumque loco fueris Domine mi rex,siue in morte,siue in vita,ibi erit seruus tuus. † 15,21.

Pecuniam, *&c.* sed in fide tractabant eam. 4.Reg.12,19. † 22,7.

Fidelitas Dei. Ad explendum sermonem Domini,quem locutus fuerat per os Ieremiæ, suscitauit Dominus spiritum Cyri regis Persarum. 2.Par.36,22.

Fideles comprobati sunt, & ipsis creditæ sunt partes fratrum suorum. 2.Esd.13,13.

Filij sanctorum sumus,& vitam illam expectamus, quam Deus daturus est his, qui fidem suam nůmquam mutant ab eo. Tob.2,18.

Noli turbari, sanus est filius noster: satis fidelis est vir ille,cum quo misimus eum. † 10,6.

Quid pro hac fide honoris & præmij Mardochæus consecutus est? Esth.6,3.

Mardochæum, cuius fide & beneficiis viuimus. † 16,13.

Omnia opera eius in fide. Psal.32,4.

Nec fideles habiti sunt in testamento eius. † 77,37.

Fidelia omnia mandata eius. † 110,8.

Fidelis Dominus in omnibus verbis suis. † 144,13.

Qui autem fidelis est animi, celat amici consilium. Prou.11,13.

Affligetur malo, qui fidem facit pro extraneo. 15.

Abominatio est Domino labia mendacia:qui autem fideliter agunt,placent ei. † 12,22.

Virum autem fidelem quis inueniet? † 20,6.

Tolle vestimentum eius qui fideiussor extitit alieni. 16.

Apparet autem eis,qui fidem habent in illum. Sap.1,2.

Fideles in dilectione acquiescent illi. † 3,9.

Dabitur enim illi fidei donum electum. 14.

Quod beneplacitum est illi, fides & mansuetudo,& adimplebit thesauros illius. Eccli.1,35.

Et in perpetuum fidē placitam facere.† 15,16.

Timor Dei initium dilectionis eius: fidei autem initium agglutinandum est ei. † 25,16.

Vir bonus fidē facit pro proximo suo.† 29,19.

Gratiam fideiussoris ne obliuiscaris: dedit enim pro te animam suam. 20.

In omni opere tuo crede ex fide animæ tuæ: hoc est enim conseruatio mandatorum. † 32,27.

Cognitus est [Samuel] in verbis suis fidelis, quia vidit Deum lucis. † 46,18.

Et erit iustitia cingulum lumborum eius, & fides cinctorium renum eius. Isa 11,5.

Et erit fides in temporibus tuis: diuitiæ salutis sapientia & scientia, timor Domini ipse est thesaurus eius. † 33,6.

Domine,oculi tui respiciunt fidem:percussisti eos, & non doluerunt. Ierem.5,3.

Periit fides,& ablata est de ore eorum.† 7,28.

Noui diluculò,multa est fides tua. Thre.3,23.

Eò quòd fidelis esset [Daniel] & omnis culpa & suspicio non inueniretur in eo. Dan.6,4.

Sponsabo te mihi in fide, & scies quia ego Dominus. Osee 2,20.

Iustus autem in fide sua viuet. Habac.2,4.

Vnusquisque conseruet fidem ad me, & ad filium meum. 2.Mach.9,26.

Non inueni tantam fidem in Israel. Mat.8,10.

Quid timidi estis, modicæ fidei? 26.

Et videns Iesus fidem illorū, dixit paralytico: Confide fili,remittuntur tibi peccata tua. † 9,2.

Confide filia,fides tua te saluam fecit. 22.

Secundùm fidem vestram fiat vobis. Et aperti sunt oculi eorum. 30.

Modicæ fidei,quare dubitasti? † 14,31.

O mu-

O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut vis. † 15,28.

Quid cogitatis intra vos modicæ fidei, quia panes non habetis? † 16,8.

Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic: Transi hinc illuc. † 17,19.

Quis, putas, est fidelis seruus & prudens? † 24,45.

Quid timidi estis? needum habetis fidem? Mar.4,40.

Vade, fides tua te saluum fecit. Et confestim vidit, & sequebatur eum in via. † 10,52.

Habete fidem Dei. † 11,22.

Fides tua te saluam fecit: vade in pace. Lucæ 7,50.

Quis, putas, est fidelis dispensator & prudens? † 12, 42.

Qui fidelis est in minimo, & in maiori fidelis est. † 16,10.

Et dixerunt Apostoli Domino: Adauge nobis fidem. † 17,5.

Et ait illi: Surge, vade; quia fides tua te saluum fecit. 19.

Verumtamen filius hominis veniens, putas inueniet fidem in terra? † 18,8.

Respice, fides tua te saluum fecit. 42.

Simon, Simon, ecce satanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum: ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua. † 22,32.

Fides, quæ per eum est, dedit integram sanitatem istam in conspectu omnium vestrûm. Actorum 3,16.

Resistebat autem illis Elymas magus, (sic enim interpretatur nomen eius) quærens auertere Proconsulem à fide. † 13,8.

Videns quia fidem haberet, vt saluus fieret, dixit magna voce: Surge super pedes tuos rectus. † 14,9.

Et quia aperuisset Gentibus ostium fidei. 26.

Et nihil discreuit inter nos & illos, fide purificans corda eorum. † 15,9.

Diem, in quo iudicaturus est orbem in æquitate, in viro, in quo statuit, fidem præbens omnibus. † 17,31.

Testificans Iudæis atque Gentilibus in Deum pœnitentiam, & fidem in Dominum nostrum Iesum Christum. † 20,21.

Vocauit Paulum, & audiuit ab eo fidem, quæ est in Christum Iesum. † 24,24.

Accipiant remissionem peccatorum, & sortem inter sanctos, per fidem quæ est in me. † 26,18.

Per quem accepimus gratiam, & Apostolatum ad obediendum fidei in omnibus Gentibus. Roman.1,5.

Gratias ago Deo meo per Iesum Christum pro omnibus vobis, quia fides vestra annuntiatur in vniuerso mundo. 8.

Iustus autem ex fide viuit. 17.

Arbitramur enim iustificari hominem per fidem sine operibus legis. † 3,28.

Sed & iis, qui sectantur vestigia fidei, quæ est in præputio patris nostri Abrahæ. † 4,12.

Non infirmatus est fide, nec considerauit corpus suum emortuum. 19.

In repromissionem etiam Dei non hæsitauit diffidentia, sed confortatus est fide. 20.

Quia non ex fide, sed quasi ex operibus: offenderunt enim in lapidem offensionis. † 9,32.

Fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi. † 10,17.

Tu autem fide stas. † 11,20.

Infirmum autem in fide assumite. † 14,1.

Tu fidem habes? penes temetipsum habe coram Deo. 22,23.

Omne autem quod non est ex fide, peccatum est. 23.

Fidelis Deus: per quem vocati estis in societatem filij eius Iesu Christi Domini nostri. 1.Corinth.1,9.

Vt fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei. † 2,5.

Alteri fides in eodem spiritu. † 12,9.

Fides sine operibus non iustificat. 1.Cor.13,2. Gal.5,6. Iacob 2,24.

Fides est vna. Ephes.4,5.

Et si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. 1.Cor.13,2.

Quòd si Christus non resurrexit, vana est fides vestra: adhuc enim estis in peccatis vestris. † 15,17.

Nō quia dominamur fidei vestræ, sed adiutores sumus gaudij vestri: nam fide statis. 2.Cor.1,23.

Per fidem enim ambulamus, & non per speciem. † 5,7.

Spem autem habentes crescentis fidei vestræ. † 10,15.

Vosmetipsos tentate si estis in fide: ipsi vos probate. † 13,5.

Scientes autem quòd non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi; & nos in Christo Iesu credimus, vt iustificemur ex fide Christi. Gal.2,16.

Quod autem nunc viuo in carne: in fide viuo Filij Dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. 20.

Qui ex fide sunt, ij sunt filij Abrahæ. † 3,7.

Prouidens autem Scriptura, quia ex fide iustificat Gentes Deus, prænuntiauit Abrahæ: Quia benedicentur in te omnes Gentes. 8.

Quoniam autem in lege nemo iustificatur apud Deum, manifestum est: quia iustus ex fide viuit. 11.

Priùs autem quàm veniret fides, sub lege custodiebamur conclusi, in eam fidem quæ reuelanda erat. 23.

Nos enim spiritu ex fide, spem iustitiæ expectamus. † 5,5.

Nam in Christo Iesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium: sed fides, quæ per charitatem operatur. 6.

Ego audiens fidem vestram, quæ est in Domino Iesu. Ephes.1,15.

In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. † 6,16.

Quia statis in vno spiritu vnanimes, collaborantes fidei Euangelij. Philip.1,27.

Iustitia in fide, ad cognoscendũ illum † 3,10.

Sanctis & fidelibus fratribus in Christo Iesu. Coloss.1,2.

Si tamen permanetis in fide fundati, & stabiles, & immobiles à spe Euangelij. 23.

Confirmati fide, sicut & didicistis. † 2,7.

Memores operis fidei vestræ, & laboris, & charitatis. 1.Thess.1,3.

In omni loco fides vestra, quæ est ad Deum, profecta est. 8.

Misi ad cognoscendam fidem vestram. † 3,5.

Compleamus ea quæ desunt fidei vestræ? 10.

Induti loricam fidei, & charitatis, & galeam spem salutis. † 5,8.

Fidelis est, qui vocauit vos; qui etiã faciet. 24.

Supercrescit fides vestra, & abundat charitas vniuscuiusque vestrûm in inuicem. 2.Thess.1,3.

Non enim omnium est fides. † 3,2.

Fidelem me existimauit, ponens in ministerio. 1.Tim.1,12.

Habens fidem, & bonam conscientiam, quam quidam repellentes, circa fidem naufragauerunt. 19.

In nouissimis temporibus discedent quidam à fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum. † 4,1.

Si quis autem suorum, & maximè domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior. † 5,8.

Habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. 12.

Recordationem accipiens eius fidei, quæ est in te non ficta, quæ & habitauit primùm in auia tua Loide, & matre tua Eunice, certus sum autem quòd & in te. 2.Tim.1,5.

Si non credimus, ille fidelis permanet, negare seipsum non potest. † 2,13.

• Qui fidelis est ei, qui fecit illum. Heb.3,2.

Et Moyses quidem fidelis erat in tota domo eius tamquam famulus. 5.

Accedamus cum vero corde in plenitudine fidei. 22.

Nos autem non sumus subtractionis filij in perditionem, sed fidei in acquisitionẽ animæ. 39.

Est autem fides sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium. † 11,1.

Fide intelligimus aptata esse sæcula verbo Dei. 3.

Sine fide autem impossibile est placere Deo. 6.

Fidelem credidit esse eum qui repromiserat. 11.

Postulet autem in fide nihil hæsitans. Iacob.1,6.

Quid proderit, fratres mei, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat? Numquid poterit fides saluare eum? † 2,14.

Sic & fides, si non habeat opera, mortua est in semetipsa. 17.

Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius [Abrahæ] & ex operibus fides consummata est? 22.

Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est, ita & fides sine operibus mortua est. 26.

Vt probatio vestræ fidei multò pretiosior auro. 1.Pet.1,7.

Cui resistite fortes in fide. † 5,9.

Iis, qui coæqualem nobiscum sortiti sunt fidem in iustitia Dei nostri. 2.Pet.1,1.

Ministrate in fide vestra virtutem. 5.

Si confiteamur peccata nostra; fidelis est, & iustus, vt remittat nobis peccata nostra. 1.Ioan.1,9.

Hæc est victoria, quæ vincit mundum, fides nostra. † 5,4.

Deprecans supercertari semel traditæ sanctis fidei. Iudæ v.3.

Superædificantes vosmetipsos sanctissimæ vestræ fidei in Spiritu sancto orantes, vosmetipsos in dilectione Dei seruate. 20.

Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Apoc.2,10.

Tenes nomen meum, & non negasti fidem meam. 13.

Equus albus, & qui sedebat super eum, vocabatur Fidelis & Verax. † 19,11.

FIDVCIA.

Vbi sunt dij eorum in quibus habebant fiduciam? Deut.32,37.

Fiducia Dauidis. Dabit te Dominus in manu mea. 1.Reg.17,46.

Quæ est ista fiducia, qua niteris. 4.Reg.18,19.

Quòd si dixeritis mihi: In Domino Deo nostro habemus fiduciam. 22.

An fiduciam habes in Aegypto propter currus & equites? 24.

Neque fiduciam tribuat vobis super Dominum. 30.

Inuenit seruus tuus fiduciam, vt oret coram te. 1.Par.17,25.

Quia habuisti fiduciam in rege Syriæ, & non in Domino Deo tuo, idcircò euasit Syriæ regis exercitus de manu tua. 2.Par.16,7.

Fiducia magna erit coram summo Deo, eleēmosyna. Tob.4,12.

Fiducia Mardochai. Si enim nunc silueris, per aliam occasionem liberabuntur Iudæi: & tu & domus

domus patris tui, peribitis. Esther 4,14.

Da mihi fiduciam Domine rex deorum, & vniuersæ potestatis: tribue sermonem compositum in ore meo in conspectu leonis, & transfer cor illius in odium hostis nostri. † 14,12.

Sicut tela aranearum fiducia eius. Iob 8,14.

Habebis fiduciam, proposita tibi spe. † 11,18.

Auellatur de tabernaculo suo fiducia eius. † 18,14.

Si putaui aurum robur meum, & obryzo dixi: Fiducia mea. † 31,24.

Habet fiduciam quòd influat Iordanis in os eius. † 40,18.

Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo, & ne innitaris prudentiæ tuæ. Prou.3,5.

Ecce Deus saluator meus, fiducialiter agam, & non timebo. Isa.12,2.

Sperantes auxilium in fortitudine Pharaonis, & habentes fiduciam in vmbra Aegypti. † 30,2.

Qui autem fiduciam habet mei, hereditabit terram, & possidebit montem sanctum meum. † 57,13.

Et in omni fratre suo non habeat fiduciam: quia omnis frater supplantans supplantabit. Ierem. 9,4.

Erit tibi anima tua in salutem, quia in me habuisti fiduciam. † 39,18.

Pro eo enim quòd habuisti fiduciam in munitionibus tuis, & in thesauris tuis, tu quoque capieris. † 48,7.

Quæ [Susanna] flens suspexit ad cælum: erat enim cor eius fiduciam habens in Domino. Dan. 13,35.

Habete fiduciam, ego sum, nolite timere. Matth. 14,27.

Erat [Saulus] cum illis intrans & exiens in Ierusalem, & fiducialiter agens in nomine Domini. Act.9,28.

Venimus Romam. Et inde cùm audissent fratres, occurrerunt nobis vsque ad Appij forum, ac tres Tabernas. Quos cùm vidisset Paulus, gratias agens Deo, accepit fiduciam. † 28,15.

Vt non simus fidentes in nobis, sed in Deo, qui suscitat mortuos. 1.Cor.1,9.

Multa mihi fiducia est apud vos, multa mihi gloriatio pro vobis. 2.Cor.7,4.

Sed in omni fiducia sicut semper, & nunc magnificabitur Christus in corpore meo. Philip.1,20.

Quæ domus sumus nos, si fiduciam & gloriam spei vsque ad finem firmã retineamus. Heb.3,6.

Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ, vt misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. † 4,16.

Habentes itaque, fratres, fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi. † 10,19.

Et nunc filioli manete in eo: vt cùm apparuerit, habeamus fiduciam: & non confundamur ab eo in aduentu eius. 1.Ioan.2,28.

FIGO.

Fixum est quod locutus sum: tu & Siba diuidite possessiones. 2.Reg.19,29.

Figam illum paxillũ in loco fideli. Isa.22,23.

Figam gradum super munitionem. Hab.2,1.

Sanctorum minister, & tabernaculi veri, quod fixit Dominus. Heb.8,2.

FIGVLVS.

Figuli habitantes in plantationibus & in sepibus apud regem, in operibus eius. 1 Par.4,23.

Tamquam vas figuli confringes eos. Psal.2,9.

Sed & figulus mollem terram premens, laboriosè fingit ad vsus nostros vnumquodque vas, & de eodem luto fingit quæ munda sunt in vsum vasa, & similiter quæ his sunt contraria: horum autem vasorum quis sit vsus, iudex est figulus. Sap.15,7.

Quasi lutum figuli in manu ipsius, plasmare illud & disponere. Eccli.33,13.

Sic figulus sedens ad opus suum, conuertens pedibus suis rotam, qui in solicitudine positus est semper propter opus suum, & in numero est omnis operatio eius. † 38,32.

Quasi si lutum contra figulum cogitet. Isa. 29,16.

Numquid dicet lutum figulo suo: Quid facis, & opus tuum absque manibus est? † 45,9.

Descendi in domum figuli, & ecce faciebat opus suum super rotam. Et dissipatum est vas, quod ipse faciebat è luto manibus suis. Ier.18,3.

Numquid sicut figulus iste, non potero vobis facere, domus Israel? 6.

An non habet potestatem figulus luti, ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam? Rom.9,21.

FIGVRA.

Neque figuras aliquas aut stigmata facietis vobis. Leuit.19,28.

Vt verterem figuram sermonis huius. 2.Regum 14,20

Cuius figuræ & habitus est vir ille, qui occurrit vobis, & locutus est verba hæc? 4.Reg.1,7.

Sed & pythones, & ariolos, & figuras idolorum, &c. abstulit Iosias. † 23,24.

Figura mea reuersa est ad me. Dan.4,33.

Figuras quas fecistis, adorare eas. Act.7,43.

Præterit enim figura huius mũdi. 1.Cor.7,31.

Hæc autem in figura facta sunt nostri, vt non simus concupiscentes malorum. † 10,6.

Qui cùm sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius. Heb.1,1.

FILIVS.

Filij honorantes parentem benedicti. Dilatet Deus Iapheth, & habitet in tabernaculis Sem, sitque Chanaan seruus eius. Gen.9,27.

Filius procuratoris domus meæ iste Damascus Eliezer. † 15,2.

Ex illa dabo tibi filium cui benedicturus sum, eritque in nationes, & reges populorum orientur ex eo. † 17,16.

Filio propter patrem pium benè est. † 21,13. † 26,4.

Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis, Isaac, & vade in terram visionis: atque ibi offeres eum in holocaustum. † 22,2.

Filiis concubinarum largitus est munera, & separauit eos ab Isaac filio suo dum adhuc ipse viueret. † 25,6.

Filias malè tractat Laban. Nónne quasi alienas reputauit nos, & vendidit, comeditque pretium nostrum. † 31,15.

Erant autem filij Iacob duodecim. 35,23.

Filij Ioseph Manasses & Ephraim. † 41, 51.

Filij tui, qui nati sunt tibi in terra Aegypti, antequam huc venirem ad te, mei erunt. † 48, 5.

Filij mei sunt, quos donauit mihi Deus in hoc loco. 9.

Filius accrescens Ioseph, filius accrescens & decorus aspectu: filiæ discurrerunt super murum. † 49,22.

Filius meus primogenitus Israel. Dixi tibi: Dimitte filium meum vt seruiat mihi. Exod.4,22.

Isti sunt principes domorum per familias suas. Filij Ruben. † 6,14.

Si quis vendiderit filiam suam in famulam, non egredietur sicut ancillæ exire consueuerunt. † 21, 7.

Filiam filij eius, & filiam filiæ illius non sumes. Leuit.18,17.

Nullumque innoxium derelinquens, qui visitas peccata patrum in filios in tertiam & quartam generationem. Num,14,18.

Filij vestri erunt vagi in deserto annis quadraginta. 33.

Factum est grande miraculum, vt, Core pereunte, filij eius non perirent. † 26,10.

Filij estote Domini Dei vestri: non vos incidetis. Deut.14,1.

Non poterit filium dilectæ facere primogenitum, & præferre filio odiosæ. † 21,16.

Filius noster iste proteruus & contumax est, monita nostra audire contemnit, comessationibus vacat, & luxuriæ atque conuiuiis: lapidibus eum obruet populus ciuitatis: & morietur. 20.

Filij tui & filiæ tradantur alteri populo, videntibus oculis tuis, & deficientibus ad conspectum eorum tota die. † 28,32.

Inuidebit viro suo, qui cubat in sinu eius, super filii & filiæ carnibus &c. comedent enim eos clàm propter rerum omnium penuriam in obsidione & vastitate. 56.

Filij docentur Dei magnalia. Iosu.4,6,22.

Filia Caleb suspirans obtinet irriguum superius & inferius. † 15,19.

Filij Gedeon septuaginta. Iudic 8,30.

Concubina eius genuit Abimelech. 31.

Filius Ierobaal minimus absconditur & euadit necem. † 9, 5.

Iair, &c. habens triginta filios sedentes supra triginta pullos asinarum, & principes triginta ciuitatum. † 10,4.

Reuertente autem Iephte in Maspha domum suam, occurrit ei vnigenita filia sua cum tympanis & choris. † 11, 34.

Qui [Abesan] habuit triginta filios, & totidem filias, quas emittens foras, maritis dedit, & eiusdem numeri filiis suis accepit vxores. † 12,9.

Qui [Abdon] habuit quadraginta filios, & triginta ex eis nepotes, ascendentes super septuaginta pullos asinarum. 14.

Venerunt viri ciuitatis illius, filii Belial (id est, absque iugo) & circumdantes domum senis. † 19,22.

Habeo filiam virginem, & hic homo habet concubinam, educam eas ad vos vt humilietis eas, & vestram libidinem compleatis. 24.

Multoque tibi melior est, quàm si septem haberes filios. Ruth 4,15.

Numquid non ego melior tibi sum, quàm decem filij? 1.Reg.1,8.

Ne reputes ancillam tuam quasi vnam de filiabus Belial. 16.

Filij Heli, filij Belial, nescientes Dominum, neque officium sacerdotum. † 2,12.

Duo quoque filii Heli mortui sunt. † 4,11.

Non ambulauerunt filij illius [Samuelis] in viis eius: sed declinauerunt post auaritiam, acceperuntque munera, & peruerterunt iudicium. 1.Reg.8,3.

Filios vestros tollet [rex] & ponet in curribus suis. 11.

Filias quoque vestras faciet sibi vnguentarias, & focarias, & panificas. 13.

Numquid non filius Iemini ego sum, de minima tribu Israel, & cognatio mea nouissima? † 9,21.

Filius vnius anni erat Saul cùm regnare cœpisset, duobus autem annis regnauit super Israel. † 13, 1.

Si per Ionatham filium meum factum est, absque retractatione morietur. † 14,39.

Filij Saul, Ionathas, Iessui, & Melchisua. 49.

Isai, qui habebat octo filios. † 17,12.

Virum ergo qui percusserit eum [Goliath.] ditabit rex diuitiis magnis, & filiam suam dabit ei. 25.

Filia mea maior Merob, ipsam dabo tibi vxorem. † 18,17.

Fili mulieris virum vltrò rapientis. † 20,30.

Adduc eum [Dauidem] ad me: quia filius mortis est. 31.

Filij Iemini: numquid omnibus vobis dabit filius

filius Isai agros,& vineas, & vniuersos vos faciet tribunos? † 22,7.

Cùm & filius meus fœdus inierit cum filio Isai? 8.

Ipse [Nabal] est filius Belial. † 25,17.

Nat'que sunt filij Dauid in Hebron. 2.Regum 3,2

Filius triginta annorum erat Dauid, cùm regnare cœpisset, & quadraginta annis regnauit. † 5,4.

Filiorum Dauid nomina. 14.

Filius mortis est vir, qui fecit hoc, *&c.* Dixit autem Nathan ad Dauid: Tu es ille vir. † 12,5.

Filius qui natus est tibi, morte morietur. 14.

Filius meus, qui egressus est de vtero meo, quærit animam meam. † 16,11.

Dixerat enim [Absalom:] Non habeo filium, & hoc erit monumentum nominis mei. † 18,18.

Filius enim regis est mortuus. 20.

Quinque filios Michol, filiæ Saul, quos genuerat Hadrieli. † 21,8.

Filiorum cadauera tuetur mater ab iniuria auium & bestiarum. 10.

Filius tuus mortuus est, meus autem viuit. 3.Reg.3,22.

Tapheth filiam Salomonis habebat vxorem. † 4,11.

Aegrotauit filius mulieris matrisfamilias. † 17,17.

Egressi sunt filij prophetarum, qui erant in Bethel, ad Eliseum. 4.Reg.2,3.

Arripiensque [rex Moab] filium suum primogenitum, qui regnaturus erat pro eo, obtulit holocaustum super murum. † 3,27.

Filium non habet, & vir eius senex est. † 4,14.

Da filium tuum vt comedamus eum hodie, & filium meum comedemus cras. † 6,28.

Filius tuus Benadad rex Syriæ, misit me ad te, dicens: Si sanari potero de infirmitate mea hac? † 8,9.

Filia enim Achab erat vxor eius [Ioram:] & fecit quod malum est. 18. 2.Par.21,6.

Si non pro sanguine Naboth: & pro sanguine filiorum eius, quem vidi heri, ait Dominus, reddam tibi in agro isto. † 9,26.

Erant autem Achab septuaginta filij in Samaria, *&c.* Tollite capita filiorum domini vestri. † 10,1,6.

Filij tui vsque ad quartam generationem sedebunt super thronum Israel. 30.

Videns [Athalia] mortuum filium suum, surrexit & interfecit omne semen regium. † 11,1.

Filios autem eorum, qui occiderant, non occidit [Amasias] iuxta quod scriptum est in libro legis Moysi. † 14,5.

Da filiam tuam filio meo vxorem. 9.

Comburebant filios suos igni. † 17,31.

Filios autem Sedeciæ occidit corã eo. † 25,7.

Omnes ergo filij Iuda, quinque. 1.Par.2,4.

Filij Dauid septemdecim, absque filiis concubinarum. † 3,1,4,9.

Filij Samuel, primogenitus Vasseni, & Abia. † 6,28.

Ipse erit mihi in filium, & ego ero illi in patrem. † 22,10. † 28,6.

Moysi quoque hominis Dei filij annumerati sunt in tribu Leui. Filij Moysi: Gersom, & Eliezer. † 23,14.

Omnes Nathinæi, & filij seruorum Salomonis trecenti nonaginta duo. 2.Esd.7,60.

Occiderunt regem [Sennacherib] filij ipsius, & reuersus est Tobias in domum suam. Tobiæ 1,24.

Ampliùs ex te non videamus filium aut filiam super terram, interfectrix virorum tuorũ. † 3,9.

Vt in semine Abrahæ benedictionem in filiis consequaris. † 6,22.

Benedictio sit tibi fili mi, quia boni & optimi viri filius es. † 7,7.

Filij quippe sanctorum sumus, & non possumus ita coniungi, sicut gentes quæ ignorant Deum. † 8,5

Filius es optimi viri, & iusti, & timentis Deum, & eleëmosynas facientis. † 9,9.

Putas quare moratur filius meus, aut quare detentus est ibi? † 10,1. † 11,5.

Videant oculi mei filios vestros priusquam moriar. † 10,11.

Ecce venit filius tuus, *&c.* Statim adora Dominum Deum tuum: & gratias agens ei, accede ad patrem tuum, & osculare eum. † 11,7.

Vidit filios nepotum suorum. † 14,1.

Filiis vestris mandate, vt faciant iustitias. 11.

Filia sum Hebræorum. Iudith 10,12.

In Susan quingentos viros interficerent, extra decem filios Aman. Esth.9,6,13.

Iudæos neci destinatos, in nulla penitùs culpa reperimus, sed econtrariò iustis vtentes legibus, & filios altissimi & maximi, semperque viuentis Dei. † 16,16.

Filij eius [hypocritæ] atterentur egestate, & manus illius reddent ei dolorem suũ. Iob 20,10.

Deus seruabit filiis illius dolorem patris. † 21,19.

Filij stultorum & ignobilium. † 30,8.

Fuerunt ei [Iob] septem filij, & tres filiæ. † 42,13.

Filius meus es tu, ego hodie genui te. Psal.2,7.

Filij alieni mentiti sunt mihi. † 17,46.

Afferte Domino filij Dei: afferte Domino filios arietum. † 28,1.

Filiæ Tyri in muneribus. † 44,13.

Filij qui nascentur, & exurgent, & narrabunt filiis suis. † 77,6.

Filij Ephraim intendentes & mittentes arcum, conuersi sunt in die belli. 9.

Fi-

Filius iniquitatis non apponet nocere ei. † 88,23.

Filij seruorum tuorum habitabunt. † 101,29.

Videas filios filiorum. † 102,18. † 127,6.

Fiant filij eius orphani: & vxor eius vidua. † 108,9.

Filij tui sicut nouellæ oliuarum. † 127,3.

Filia Babylonis misera. † 136,8.

Quorum filij, sicut nouellæ plantationes in iuuentute sua. Filiæ eorum compositæ: circumornatæ, vt similitudo templi. † 143,12.

Nam & ego filius fui patris mei, tenellus & vnigenitus coram matre mea: & docebat me atque dicebat: Suscipiat verba mea cor tuum, custodi præcepta mea, & viues. Prou.4,3.

Filius sapiens lætificat patrem: filius verò stultus mœstitia est matris suæ. † 10,1.

Filius sapiens, doctrina patris. † 13,1.

Filio doloso nihil erit boni: seruo autem sapienti prosperi erunt actus. † 14,15.

Filius sapiens lætificat patrem: & stultus homo despicit matrem suam. † 15,20.

Ira patris, filius stultus: & dolor matris quæ genuit eum. † 17,25.

Dolor patris filius stultus. † 19,13.

Generauit filium, qui in summa egestate erit. Eccles.5,13.

Filium Dei se nominat. Sap.2,13.

Si enim est verus filius Dei, suscipiet illum. 18.

Filij autem adulterorum in inconsummatione erunt, & ab iniquo thoro semen exterminabitur. † 3,16.

Ex iniquis enim somnis filij qui nascuntur, testes sunt nequitiæ aduersus parentes in interrogatione sua. † 4,6.

Quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est. † 5,5.

Filiorum suorum necatores sine misericordia, & comestores viscerum hominum, & deuoratores sanguinis à medio sacramento tuo. † 12,5.

Aut enim filios suos sacrificantes. † 14,23.

Filios autem tuos, nec draconum venenatorum vicerunt dentes. † 16,10.

In traductionem illorum, multitudinem filiorum abstulisti, & pariter illos perdidisti in aqua valida. † 18,5.

Filij sapientiæ, Ecclesia iustorum: & natio illorum, obedientia & dilectio. Eccli.3,1.

Filij tibi sunt? erudi illos, & curua illos à pueritia illorum. † 7,25.

Filiæ tibi sunt? serua corpus illarum, & non ostendas hilarem faciem tuam ad illas. Trade filiam, & grande opus feceris, & homini sensato da illam. 26.

Ne iucunderis in filiis impiis, si multiplicentur: nec oblecteris super ipsos, si non est timor Dei in illis. † 16,1.

Vtile est mori sine filiis, quàm relinquere filios impios. 4.

Confusio patris est de filio indisciplinato: filia autem in deminoratione fiet. † 22,3.

Filia prudens hereditas viro suo. nam quæ confundit, in contumeliam fit genitoris. 4.

Non tradent filij eius [adulteræ] radices, & rami eius non dabunt fructum. † 23,35.

Homo, qui iucundatur in filiis. † 25,10.

Qui diligit filium suum, assiduat illi flagella, vt lætetur in nouissimo suo. † 30,1,2.

Qui docet filium suum, laudabitur in illo, &c. mortuus est pater eius, & quasi non est mortuus: similem enim reliquit sibi post se. 3.

Equus indomitus euadit durus, & filius remissus euadet præceps. 8,9.

Lacta filium tuum, & pauentem te faciet; lude cum eo, & contristabit te. Non corrideas illi, ne doleas, & in nouissimo obstupescent dentes tui. Non des illi potestatem in iuuentute, & ne despicias cogitatus illius. Curua ceruicem eius in iuuentute, & tunde latera eius dum infans est, ne fortè induret, & non credat tibi, & erit tibi dolor animæ. Doce filium tuum, & operare in illo, no in turpitudinem illius offendas. 9.

Filio & mulieri, fratri & amico, non des potestatem super te in vita tua. † 33,20.

Melius est enim vt filij tui te rogent, quàm te respicere in manus filiorum tuorum. 22.

Filij, & ædificatio ciuitatis confirmabit nomen, & super hæc mulier immaculata computabitur. † 40,19.

Filij abominationum fiunt filij peccatorum, & qui conuersantur secus domos impiorũ. † 41,8.

Filia patris abscondita est vigilia, & sollicitudo eius aufert somnum, ne fortè in adolescentia sua adulta efficiatur, & cum viro commorata odibilis fiat: nequando polluatur in virginitate sua, & in paternis suis grauida inueniatur. † 42,9.

Filij eorum propter illos vsque in æternum manent. † 44,13.

Post ipsum [Dauidem] surrexit filius sensatus. † 47,14.

Filios enutriui, & exaltaui: ipsi autem spreuerunt me. Isa.1,2.

Præparate filios eius occisioni in iniquitate patrum suorum: non consurgent, nec hereditabunt terram, neque implebunt faciem orbis ciuitatum. † 14,21.

Sed cùm viderit filios suos, opus manuum mearum, in medio sui sanctificantes nomen meum. † 29,23.

Populus enim ad iracundiam prouocans est, & filij mendaces. † 30,9.

Affer filios meos de longinquo, & filias meas ab extremis terræ. † 43,6.

Filij tui proiecti sunt, dormierunt in capite omnium viarum. † 51,20.

Decan-

Decanta laudem, & hinni quæ non pariebas: quoniam multi filij desertæ, magis quàm eius quæ habet virum. † 54,1.

Numquid non vos filij scelesti, semen mendax? † 57,4.

Filij tui de longè venient, & filiæ tuæ de latere surgent. † 60,4.

Populus meus est, filij non negantes. † 63,8.

Quomodo ponam te in filios, & tribuam tibi terram desiderabilem, hereditatem præclaram exercituum Gentium? Ierem.3,19.

Non accipies vxorem, & non erunt tibi filij & filiæ in loco isto. † 16,2.

Cibabo eos carnibus filiorum suorum. † 19,9.

Et erunt filij eius sicut à principio, & cœtus eius coram me permanebit. † 30,20.

Si filius honorabilis mihi Ephraim, si puer delicatus; quia ex quo locutus sum de eo, adhuc recordabor eius. † 31,20.

Et occidit rex Babylonis filios Sedeciæ in Reblatha, in oculis eius. † 39,6.

Ad filios Ammon. Hæc dicit Dominus: Numquid non filij sunt Israel? aut heres non est ei? † 49,1.

Facti sunt filij mei perditi, quoniam inualuit inimicus. Thren.1,16.

Filij Sion incly ti & amicti auro primo: quomodo reputati sunt in vasa testea, opus manuum figuli? † 4,2.

Manus mulierum misericordium coxerunt filios suos: facti sunt cibus earum. 19.

Abduxerunt dilectos viduæ, & à filiis vnicam desolauerunt. Baruch 4,16.

Veniunt filij tui, quos dimisisti dispersos, veniunt collecti ab Oriente vsque ad Occidentem. 37.

Patres comedent filios in medio tui, & filij comedent patres suos. Ezech.5,10.

Noë, & Daniel, & Iob, &c. filium & filiam non liberabunt: sed ipsi iustitia sua liberabunt animas suas. † 14,20.

Sicut mater, ita & filia eius. Filia matris tuæ es tu, quæ proiecit virum suum. † 16,45.

Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur: filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filij. † 18,20.

Cùm traducitis filios vestros per ignē. † 20,31.

Et filios suos, quos genuerunt mihi, obtulerunt eis [idolis] ad deuorandum. † 23,37.

Cum nubibus cæli quasi Filius hominis veniebat, & vsque ad antiquum dierum peruenit: & in conspectu eius obtulerunt eum. Dan.7,13.

Sed filia Iuda non sustinuit iniquitatem vestram. † 13,57.

Vade, sume tibi vxorem fornicationum, & fac tibi filios fornicationum. Osee 1,2.

Et erit in loco vbi dicetur eis: Non populus meus vos: dicetur eis: Filij Dei viuentis. 10.

Filiorum illius non miserebor: quoniam filij fornicationum sunt. † 2,4.

Quòd & si enutrierint filios suos, absque liberis eos faciam in hominibus: sed & væ eis cùm recessero ab eis. † 9,12.

Filius ac pater eius ierunt ad puellam, vt violarent nomen sanctum meum. Amos 2,7.

Numquid non vt filij Aethiopum vos estis mihi, filij Israel? † 9,7.

Filius contumeliam facit patri, & filia consurgit aduersus matrem suam. Mich.7,6.

Filius honorat patrem, & seruus dominum suum: si ergo Pater ego sum, vbi est honor meus? & si Dominus ego sum, vbi est timor meus? Malach.1,6.

Contaminauit Iudas sanctificationem Domini, quam dilexit, & habuit filiam dei alieni. † 2,11.

Purgabit filios Leui, & colabit eos quasi aurum. † 3,3.

In peculium: & parcam eis, sicut parcit vir filio suo seruienti sibi. 17.

Fili mi miserere mei, quæ te in vtero nouem mensibus portaui, & lac triennio dedi. 2.Machab.7,27.

Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham. Matth.1,1.

Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. † 3,9.

Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. 17. † 17,5.

Vt sitis filij patris vestri qui in cælis est: qui solem suum oriri facit super bonos & malos. † 5,45.

Filij autem regni eiicientur in tenebras exteriores. † 8,12.

Insurgent filij in parentes, & morte eos afficient. † 10,21.

Numquid hic est filius Dauid? † 12,23.

Bonum verò semen, hi sunt filij regni: zizania autem, filij sunt nequam. † 13,38.

Verebuntur filium meum. † 21,37.

Si ergo Dauid vocat eum Dominum, quomodo filius eius est? † 22,45.

Verè Filius Dei erat iste. † 27,54. Mar.15,39.

Hic est filius meus charissimus: audite illum. Mar.9,6.

Ipse Iesus erat incipiens quasi annorum triginta, vt putabatur, filius Ioseph, qui fuit Heli. Luc 3,23.

Hanc autem filiam Abrahæ, quam alligauit satanas, ecce decem & octo annis, non oportuit solui à vinculo isto die sabbati? † 13,16.

Pater, peccaui in cælum & coram te: iam non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut vnum de mercenariis tuis. † 15,19.

Fili, tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt. 31.

Fili Dauid miserere mei. † 18,39.

Filij sunt Dei, cùm sint filij resurrectionis. † 20,36.

Videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate magna,& maiestate. † 21,27.

Conuersus autem ad illas Iesus,dixit: Filiæ Ierusalem,nolite flere super me, sed super vosipsas flete,& super filios vestros. † 23,28.

Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri. Ioan.1,12.

Tu es Filius Dei,tu es Rex Israel. 49.

Vade, filius tuus viuit. † 4,50.

Nónne hic est Iesus filius Ioseph? † 6,42.

Seruus autem non manet in domo in æternum: filius autem manet in æternum. † 8,35.

Si filij Abrahæ estis,opera Abrahæ facite. 39.

Vos estis filij prophetarum, & testamenti. Act.3,25.

O plene omni dolo,& omni fallacia,fili diaboli,inimice omnis iustitiæ, non desinis subuertere vias Domini rectas. † 13,10.

Huic autem [Philippo] erant quatuor filiæ virgines prophetantes. † 21,9.

De Filio suo,qui factus est ei ex semine Dauid secundùm carnem. Rom.1,3.

Deus Filium suum mittens in similitudinem carnis peccati. † 8,3.

Si autem filij, & heredes: heredes quidem Dei, coheredes autem Christi: si tamen compatimur,vt & conglorificemur. 17.

Qui etiam proprio Filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. 32.

Non qui filij carnis, hi filij Dei; sed qui filij sunt promissionis,æstimantur in semine. † 9,8.

Omnes enim filij Dei estis per fidē. Gal 3,26.

At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum, factum ex muliere, factum sub lege. † 4.4

Quoniam autem estis filij, misit Deus Spiritum filij sui in corda vestra. 6.

Filioli mei, quos iterùm parturio, donec formetur Christus in vobis. 19.

Abraham duos filios habuit. 22.

Filij, obedite parentibus vestris in Domino: hoc enim iustum est. Ephes.6,1.

Vidua eligatur,&c. si filios educauit. 1.Timoth.5,10.

Obsecro te pro meo filio, quem genui in vinculis,Onesimo. Philem.v.10.

Cui enim dixit aliquando Angelorum: Filius meus es tu,ego hodie genui te. Heb.1,5.

Decebat enim eum, propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum per passionem consummare. † 2,10.

Lex enim homines constituit sacerdotes infirmitatem habentes: sermo autem iurisiurandi,qui post legem est, Filium in æternum perfectum. † 7,28.

Irritam quis faciens legem Moysi, sine vlla miseratione duobus vel tribus testibus moritur: quantò magis putatis deteriora mereri supplicia, qui Filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ contumeliam fecerit? † 10,29.

Fide Moyses grandis factus negauit se esse filium filiæ Pharaonis. † 11,24.

Quis enim filius, quem non corripit pater? † 12,7.

Cuius [Saræ] estis filiæ benefacientes, & non pertimentes vllam perturbationem. 1.Pet.3,6.

Qui confitetur Filium, & Patrem habet. 1.Ioan.2,23.

Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, vt filij Dei nominemur & simus. † 3,1.

In hoc apparuit charitas Dei in nobis,quoniam Filium suum vnigenitum misit Deus in mundum,vt viuamus per eum. † 4,9.

Qui non habet Filiū,vitam non habet.† 5,12.

Hæc dicit Filius Dei, qui habet oculos tamquam flammam ignis. Apoc.2,18.

Peperit filium masculum, qui recturus erat omnes Gentes. † 12,5.

FILVM.

Ita rupit vincula quasi fila telarū. Iudic.16,12.

FIMBRIA.

Vt faciant sibi fimbrias per angulos palliorum, ponentes in eis vittas hyacinthinas: quas cùm viderint, recordentur omnium mandatorum Domini, nec sequantur cogitationes suas, & oculos per res varias fornicantes, sed magis memores præceptorum Domini faciant ea, sintque sancti Deo suo. Num.15,38.

Apprehendent fimbriam viri Iudæi, dicentes: Ibimus vobiscum: audiuimus enim quoniam Deus vobiscum est. Zach.8,23.

Accessit retrò, & tetigit fimbriam vestimenti eius. Matth.9,20.

Rogabant eum, vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent. † 14,36.

FIMVS.

Et fimum combures foris extra castra. Exodi 29,14.

Sicut mundari solet fimus vsque ad purum. 3.Reg.14,10.

Dedi tibi fimum boum pro stercoribus humanis: & facies panem tuum in eo. Ezech.4,15.

FINDO.

Omne animal, quod in duas partes findit vngulam & ruminat,comedetis. Deut.14,6.

FINGO.

Qui finxit sigillatim corda eorum: qui intelligit omnia opera eorum. Psal.32,15.

Qui fingis laborem in præcepto? † 93,20.

Ipse cognouit figmentum nostrū. Recordatus est, quoniam puluis sumus: homo, sicut fœnum dies

dies eius, tamquã flos agri sic efflorebit. † 102, 15.

Homo qui blandis fictisque sermonibus loquitur amico suo, rete expandit gressibus eius. Prou. 29, 5.

Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet fictum, & auferet se à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu. Sap. 1, 5.

Raptus est ne malitia mutaret intellectũ eius, aut ne fictio deciperet animam illius. † 4, 11.

Væ qui contradicit fictori suo, testa de samiis terræ. Isa. 45, 9.

Domine, pater noster es tu, nos verò lutum: & fictor noster tu, & opera manuum tuarum omnes nos. † 64, 8.

Fingo contra vos malum, & cogito contra vos cogitationem: reuertatur vnusquisque à via sua mala, & dirigite vias vestras & studia vestra. Ierem. 18, 11.

Ecce fictor locustæ in principio germinantium serotini imbris, & ecce serotinus post tonsionem regis. Amos 7, 1.

Non enim ætati nostræ dignum est, inquit, fingere. 2. Mach. 6, 24.

Appropinquauerunt castello quò ibant, & ipse se finxit longiùs ire. Luc. 24, 28.

Numquid dicet figmentum ei, qui se finxit: Quid me finxisti sic? Rom. 9, 20.

FINIS.

Finis vniuersæ carnis venit coram me: repleta est terra iniquitate. Gen. 6, 13.

In possessionem vobis ceciderit, his finibus terminabitur. Num. 34, 2.

Et sit finis noster breuis in ore gladii, qui longior efficitur in ariditate sitis. Iudith 7, 17.

Quæ est enim fortitudo mea, vt sustineam? aut quis finis meus, vt patienter agam? Iob 6, 11.

Adducit consiliarios in stultũ finem. † 12, 17.

Vniuersorum finem ipse considerat. † 28, 3.

In finem, pro ea quæ hereditatem consequitur, Psalmus Dauid. Titulus Psalmi 5.

Notum fac mihi Domine finem meum, & numerum dierum meorum quis est: vt sciam quid desit mihi. † 38, 5.

A finibus terræ ad te clamaui. † 60, 3.

In finem, pro Idithun, Psalmus Asaph. Titulus Psalmi 76. † 84.

Nescit homo finem suum, sed sicut pisces capiuntur hamo, & sicut aues laqueo comprehenduntur, sic capiuntur homines in tempore malo. Eccles. 9, 12.

Finem loquendi pariter omnes audiamus: Deum time, & mandata eius obserua; hoc est enim omnis homo. † 12, 13.

Non est reuersio finis nostri: quoniam consignata est, & nemo reuertitur. Sap. 2, 5.

Videbunt enim finem sapientis, & non intelligent quid cogitauerit de illo Deus. † 4, 17.

Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore. † 5, 4.

Admirantes in finem exitus. † 11, 15.

Ducebat enim illos ad hunc finem digna necessitas. † 19, 4.

Festina tempus, & memento finis. Eccli. 36, 10.

Cogitationes pacis & non afflictionis, vt dem vobis finem & patientiam. Ierem. 29, 11.

Venit finis tuus pedalis præcisionis tuæ. † 51, 13.

Sordes eius in pedibus eius, nec recordata est finis sui. Thren. 1, 9.

Dixi: Periit finis meus, & spes mea à Domino. † 3, 18.

Appropinquauit finis noster: completi sunt dies nostri, quia venit finis noster. † 4, 18.

Finis venit, venit finis super quatuor plagas terræ. Ezech. 7, 2.

Et sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo: & finis eius vastitas. Dan. 9, 26.

Venit finis super populum meum Israel: non adiiciam vltrà vt pertranseam eum. Amos 8, 2.

Fecit introitum in insulis maris. Et dilatauit fines gentis suæ, & obtinuit regionem. 1. Machab 14, 5.

Ea, quæ sunt de me, finem habent. Luc. 22, 37.

Finis enim legis, Christus, ad iustitiam omni credenti. Rom. 10, 4.

Scripta sunt autem ad correptionem nostrã, in quos fines sæculorum deuenerunt. 1. Cor. 10, 11.

Deinde finis, cùm tradiderit regnum Deo & Patri. † 15, 24.

Quorum finis erit secundùm opera ipsorum. 2. Cor. 11, 15.

Finis autem præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. 1. Timoth. 1, 5.

Omnium autẽ finis appropinquauit. 1. Pet. 4, 7.

FINITIMVS.

Finitimi tui, qui te ædificauerunt, impleuerũt decorem tuum. Ezech. 27, 4. Iudæ v. 7.

FIRMAMENTVM, FIRMO.

Fiat firmamentum in medio aquarum: & diuidat aquas ab aquis. Gen. 1, 6.

Vocauitque Deus firmamentum Cælum. 8.

Firmasti enim tibi populum tuum Israel in populum sempiternum. 2. Reg. 7, 24.

Firmatum est regnum eius [Salomonis] nimis. 3. Reg. 2, 12.

Viuit Dominus qui firmauit me, & collocauit me super solium Dauid patris mei. 24.

Exaudies in cælo, in firmamento solij tui. † 8, 49.

Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus. Psal. 17, 3.

Firmamentum est Dominus timentibus eum. † 24, 14.

Firmabo super te oculos meos. † 31, 8.

Firmauerunt sibi sermonem nequam. † 63, 6.

Erit firmamentum in terra in summis montium. †71,16.

Firmamentum in plaga eorum. †72,4.

Firmauit orbem terræ, qui non commouebitur. †92.1.

Omne firmamentū panis contriuit. †104,16.

Et firmauit eum [populum] super inimicos eius. 24.

Esto firmus in via Domini, & in veritate sensus tui & scientia, & prosequatur te verbum pacis & iustitiæ. Eccli.5,12.

Altitudinis firmamentum pulchritudo eius est, species cæli in visione gloriæ. †43,1.

Neque vt Ioseph, qui natus est homo, princeps fratrum, firmamentum gentis, rector fratrum, stabilimentum populi. †49,17.

Similitudo super capita animalium firmamenti, quasi aspectus crystalli horribilis. Ezechiel 1,22.

Habemus firmiorem propheticum sermonem. 2.Pet.1,19.

FISCELLA.

Sumpsit fiscellam scirpeam, & liniuit eam bitumine ac pice: posuitque intus infantulum. Exod.2,3.

FISCVS.

Sed & cetera, quibus opus fuerit in domum Dei tui, quantumcumque necesse est vt expendas, dabitur de thesauro, & de fisco regis, & à me. 1.Esd.7,20.

Fisco addicuntur bona Aman. Dedit rex Assuerus Esther reginæ domum Aman, aduersarij Iudæorum. Esth.8,1,7.

FISTVLA.

Percussisset Iebusæum, & tetigisset domatum fistulas, & abstulisset cæcos & claudos odientes animam Dauid. 2.Reg.5,8.

FLACCENS.

Et erunt irrigua eius flaccentia. Isa.19,16.

FLAGELLO

Flagellauit autem Dominus Pharaonem plagis maximis, & domum eius, propter Sarai. Gen.12,17.

Flagellatique sunt qui præerant operibus filiorum Israel, ab exactoribus Pharaonis, dicentibus: Quare non implestis mensuram laterum? Exod.5,14.

Pater meus cecidit vos flagellis, ego autem cædam vos scorpionibus. 3.Reg.12,11.

Tu flagellas & saluas: deducis ad inferos, & reducis. Tob.13,2.

Tu, quia pius es, miserere nostri, aut in tuo flagello vindica iniquitates nostras. Iudith 7,20.

Et nos ergo non vlciscamur nos pro his quæ patimur, sed reputantes peccatis nostris hæc ipsa supplicia minora esse, flagella Domini, quibus quasi serui corripimur, ad emendationem, & non ad perditionem nostrā euenisse credamus. †8,27.

Quia Deus non æquo iudicio afflixerit me, & flagellis suis me cinxerit. Iob 19,6.

Multa flagella peccatoris, sperantem autem in Domino misericordia circūdabit. Psal.31,10.

Congregata sunt super me flagella, & ignoraui. †34,15.

Ego in flagella paratus sum: & dolor meus in conspectu tuo semper. †37,18.

In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur. Ideò tenuit eos superbia. †72, .

Et fui flagellatus tota die, & castigatio mea in matutinis. 14.

Flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. †90,10.

Qui diligit filium suum, assiduat illi flagella. Eccli.30,1.

Suscitabit super eum [Assur] Dominus exercituum flagellum, iuxta plagam Madian in petra Oreb, & virgam suam super mare, & leuabit eam in via Aegypti. Isa.10,26.

Vineam Sabama Domini Gentium exciderunt: flagella eius vsque ad Iazer peruenerunt: errauerunt in deserto. †16,8.

Flagellum inundās cùm transierit, non veniet super nos: quia posuimus mendacium spem nostram, & mendacio protecti sumus. †28,15.

Flagellans alios posteà flagellatur. Cumq; impleti fuerint septuaginta anni, visitabo super regem Babylonis, & super gentem illam, dicit Dominus, iniquitatem eorū, & super terram Chaldæorum: & ponam illam in solitudines sempiternas. Ierem.25,12.

Vox flagelli, & vox impetus rotæ, & equi frementis, & quadrigæ feruentis, & equitis ascendentis, & micantis gladij, & fulgurantis hastæ, & multitudinis interfectæ, & grauis ruinæ. Nahum 3,2.

Ex vtraque parte flagellabant, sine intermissione multis plagis verberantes. 2.Mach.3,26.

Tu autem à Deo flagellatus, nuntia omnibus magnalia Dei, & potestatem. 34.

Tradent enim vos in conciliis, & in synagogis suis flagellabunt vos. Matth.10,17.

Ex eis flagellabitis in synagogis vestris. †23,34.

Iesum autem flagellatum tradidit vt crucifigeretur. †27,26.

Et cùm fecisset [Iesus] quasi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo. Ioan.2,15.

Apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit. †19,1.

Iussit tribunus induci eum [Paulum] in castra, & flagellis cædi, & torqueri eum, vt sciret propter quam causam sic acclamarent ei. Act 22,24.

Quem enim diligit Dominus, castigat: flagellat autem omnem filium, quē recipit. Hebr.12,6.

FLAGITIVM.

Tradite homines de Gabaa, qui hoc flagitium perpetrarunt. Iudic.20,13.

Flagitium Ioppitarum contra Iudæos. Submerserunt non minus ducentos. 2 Mach.12,3.

FLAGRA.

Flagris & taureis cruciatos. 2.Mach.7,1.

FLAGRO.

Vulgus quippe promiscuum, quod ascenderat cum eis, flagrauit desiderio, sedens & flens. Numer.11,4.

FLAMMA.

Apparuitque ei [Moysi] Dominus in flamma ignis. Exod.3,2.

Cùmque ascenderet flamma altaris in cælum, Angelus Domini pariter in flamma ascendit. Iudic.13,20.

Flammas in sublime ferri. † 20,40.

Cunctásque vrbes & viculos Beniamin vorax flamma consumpsit. 48.

Flamma de ore eius [Behemoth] egreditur. Iob 41,12.

Vox Domini intercidentis flammam ignis. Psal.28,7.

Sicut flamma comburens montes. † 82,15.

Flammæ econtrariò, corruptibilium animalium non vexauerunt carnes coambulantium. Sap.19,20.

Liberasti me, *&c.* à pressura flammæ, quæ circumdedit me, & in medio ignis non sum æstuatus. Eccli.51,6.

Effundebatur flamma super fornacem cubitis quadragintanouem. Dan.3,47.

Ex eis [lapidibus] flamma accensa est: sed ex lumine, quod refulsit ab altari, consumpta est. 2.Mach.1,32.

Latenter sabbati diem celebrantes, cùm indicati essent Philippo, flammis succensi sunt, eò quòd verebantur, propter religionem & obseruantiam, manu sibimet auxilium ferre. † 6,10.

Vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Luc.16,24.

Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros flammam ignis. Heb.1,7.

FLATVS.

Flauit spiritus tuus, & operuit eos mare. Exodi 15,10.

Si direxerit ad eum cor suum, spiritum illius, & flatum ad se trahet. Iob 34,14.

Quoniam fumus flatus est in naribus nostris. Sap.2,2.

Dans flatum populo qui est super eam, & spiritum calcantibus eam. Isa.42,5.

Spiritus à facie mea egredietur, & flatus ego faciam. † 57,16.

FLAVVS.

Non quæret amplius vtrùm capillus in flauum colorem sit immutatus. Leuit.13,36.

Ne intuearis vinum, quando flauescit, cùm splenduerit in vitro color eius. Prou.23,31.

FLECTO.

Vt omnes coram eo [Ioseph] genu flecterent. Gen.41,43.

Flectitur Samson lacrymis & querelis molestæ vxoris. Septem igitur diebus conuiuij flebat ante eum: tandemque die septimo cùm ei esset molesta, exposuit. Iudic.14,17.

FLEO.

Eleuata voce fleuit [Iacob] & indicauit ei quòd frater esset patris sui. Gen.29,12.

Currens itaque Esau obuiàm fratri suo, amplexatus est eum: stringensque collum eius & osculans fleuit. † 33,4.

Vocatumque est nomen loci illius, Quercus fletus. † 35,8.

Erumpebant lacrymæ: & introiens cubiculum fleuit [Ioseph.] 43,30.

Eleuauitque [Ioseph] vocem cum fletu: quam audierunt Aegyptij, omnisque domus Pharaonis. † 45,2.

Cumque amplexatus recidisset in collum Beniamin fratris sui, fleuit: illo quoque similiter flente super collum eius. 14.

Iuncto Ioseph curru suo, ascendit obuiàm patri suo ad eumdem locum: vidensque eum, irruit super collū eius, & inter amplexus fleuit. † 46,29.

Ioseph, ruit super faciem patris flens & deosculans eum. † 50,1.

Fleuitque eum [Iacob] Aegyptus septuaginta diebus. 3.

Seruis Dei patris tui dimittas iniquitatem hanc. Quibus auditis fleuit Ioseph. 17.

Audiuit ergo Moyses flentem populum per familias, singulos per ostia tentorij sui. Iratusque est furor Domini valdè. Num.11,10.

Omnis autem multitudo videns occubuisse Aaron, fleuit super eo triginta diebus per cunctas familias suas. † 20,30.

Fleuerunt que eum [Moysen] filii Israel in campestribus Moab triginta diebus Deut.34,8.

Aras eorum subuerteretis: & noluistis audire vocem meam: cur hoc fecistis? *&c.* Eleuauerunt vocem suam, & fleuerunt. Et vocatum est nomen loci illius: Locus flentium, siue lacrymarum. Iudic.2,2.

Et flerent coram Domino vsque ad noctem: consulerentque eum. † 20,23.

Flebant coram Domino: ieiunaruntque die illo vsque ad vesperam, & obtulerunt ei holocausta, atque pacificas victimas, & super statu suo interrogauerunt. 26.

Leuauerunt vocem suam, & magno vlulatu cœperunt flere, dicentes, *&c.* vt hodie vna tribus deleretur ex nobis? † 21,3.

Quæ eleuata voce flere cœperunt, & dicere: Tecum pergemus ad populum tuum. Ruth 1,9.

Eleuata igitur voce, rursum flere cœperūt. 14.
Flebat & non capiebat cibum. Dixit ergo ei Elcana vir suus: Anna, cur fles? & quamobrem affligitur cor tuum? numquid non ego melior tibi sum quàm decem filij? 1 Reg. 1, 7.
Cùm esset Anna amaro animo, orauit ad Dominum, flens largiter. 10.
Eruam omnium vestrûm oculos dextros, &c. leuauit omnis populus vocem suam, & fleuit. † 11, 4.
Cadens pronus in terram [Dauid] adorauit tertiò: & osculantes se alterutrum, fleuerunt pariter, Dauid autem amplius. † 20, 41.
Et leuauit [Saul] vocem suam & fleuit. † 24, 17.
Dauid vestimenta sua scidit, omnesque viri qui erant cum eo, & planxerunt, & fleuerunt, & ieiunauerunt vsque ad vesperam, super Saul. 2. Regum 1, 12.
Filiæ Israel super Saul flete, qui vestiebat vos coccino in delicijs, qui præbebat ornamenta aurea cultui vestro. 24.
Leuauit rex Dauid vocem suam & fleuit super tumulum Abner: fleuit autem & omnis populus. † 3, 32.
Congeminansque omnis populus fleuit super eum. 34.
Leuauerunt vocem suam, & fleuerunt: sed & rex & omnes serui eius fleuerunt ploratu magno nimis. † 13, 36.
Omnesque flebant voce magna: rex quoque transgrediebatur Torrentem Cedron. † 15, 23.
Flens, nudis pedibus incedens, & operto capite. 30.
Nuntiatum est autem Ioab, quòd Rex fleret & lugeret filium suum [Absalom] & versa est victoria in luctum. † 19, 1.
Conturbatus est [Eliseus] vsque ad suffusionem vultus, fleuitque vir Dei. 4 Reg. 8, 11.
Descenditque ad eum [Eliseum] Ioas rex Israel, & flebat coram eo, dicebatque: Pater mi, pater mi, currus Israel, & auriga eius. † 13, 14.
Morieris enim tu, & non viues, &c. Fleuit itaque Ezechias fletu magno. † 20, 3.
Scidisti vestimenta tua, & fleuisti coram me, & ego audiui, ait Dominus. † 22, 19.
Et hoc templum in oculis eorum, flebant voce magna: & multi vociferantes in lætitia, eleuabant vocem. 1. Esd. 3, 12.
Fleuit populus fletu multo. † 10, 1.
Fleui, & luxi diebus multis: ieiunabam & orabam ante faciem Dei cæli. 2 Esd. 1, 4.
Flebat enim omnis populus cùm audiret verba legis. † 8, 9.
Noli flere, saluus perueniet filius noster. Tob. 5, 26.
Osculati sunt se inuicem: & fleuit Gabelus, benedixitque Deum. † 9, 8.
Flebat igitur mater eius irremediabilibus lacrymis. † 10, 4.
Et cœperunt ambo flere præ gaudio. † 11, 11.
Finito itaque fletu, & per totam diem oratione populorum completa. Iudith 6, 16.
Factus est fletus & vlulatus magnus in Ecclesia ab omnibus, & per multas horas vna voce clamauerunt ad Deum, dicentes: Peccauimus. † 7, 18.
In spiritu constituti humiliato, seruientes illi, dicamus flentes Domino. † 8, 16.
Exclamauit [Vagao] voce magna cum fletu, & scidit vestimenta sua. † 14, 14.
Procidit [Esther] ad pedes regis, fleuitque, & locuta ad eum orauit. Esth. 8, 3.
Cumque deposuisset [Esther] vestes regias, fletibus & luctui apta indumenta suscepit. † 14, 2.
Facies mea intumuit à fletu. Iob 16, 17.
Flebam quondam super eo qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi. † 30, 25.
Exaudiuit Dominus vocem fletus mei. Psalmo 6, 9.
Potum meum cum fletu miscebam. † 101, 10.
Super flumina Babylonis, illic sedimus & fleuimus: cùm recordaremur Sion. † 136, 1.
Tempus flendi, & tempus ridendi. Eccles. 3, 4.
Omnis vlulatus eius descendit in fletum. Isa. 15, 3.
Per ascensum enim Luith flens ascendet, & in via Oronaim clamorem contritionis leuabunt. 5.
Amarè flebo: nolite incumbere vt consolemini me super vastitate filiæ populi mei. † 22, 4.
Dies enim interfectionis, & conculcationis, & fletuum, Domino Deo exercituum in valle visionis, scrutans murum, & magnificus super omnem montem. 5.
Angeli pacis amarè flebunt. † 33, 7.
Exultabo in Ierusalem, & gaudebo in populo meo: & non audietur in eo vltrà vox fletus, & vox clamoris. † 65, 19.
Super montes assumam fletum ac lamentum, & super speciosa deserti planctum. Ierem. 9, 10.
Nolite flere mortuum, neque lugeatis super eum fletu: plangite eum, qui egreditur, quia non reuertetur vltrà. † 22, 10.
In fletu venient, & in misericordia reducam eos: & adducam eos per torrentes aquarum in via recta, & non impingent in ea. † 31, 9.
Venient filij Israel, ipsi & filij Iuda simul, ambulantes & flentes properabunt, & Dominum Deum suum quærent. † 50, 4.
Sedit Ieremias propheta flens, & planxit lamentatione hac in Ierusalem, & amaro animo suspirans, & eiulans dixit: Quomodo sedet sola ciuitas plena populo. Thren. 1, 1.
Flebant igitur sui, & omnes qui nouerant eam [Susannam.] Dan. 13, 33.
Quæ [Susanna] flens suspexit ad cœlum: erat enim cor eius fiduciā habens in Domino. 35.

In-

Inualuit [Iacob] ad Angelum, & confortatus est: fleuit, & rogauit eum: in Bethel inuenit eum, & ibi locutus est nobiscum. Osee 12,4.

Expergiscimini ebrij, & flete, & vlulate omnes, qui bibitis vinum in dulcedine: quoniam periit ab ore vestro. Ioël.1,5.

Numquid flendum est mihi in quinto mense, vel sanctificare me debeo, sicut iam feci multis annis? Zach.7,3.

Sepelierunt eum [Iudam] in sepulchro patrum suorum in ciuitate Modin, & fleuerunt eum omnis Israel planctu magno, & lugebant dies multos. 1.Mach 9,20.

Cum fletu & lacrymis rogabant Dominum, & omnis turba simul, vt bonum Angelum mitteret ad salutem Israel. 2.Mach.11,6.

Petentibus à Domino misericordiam, cum fletu & ieiuniis, per triduum continuum prostratis, hortatus est eos Iudas vt se præpararent. † 13,12.

Filij autem regni eiicientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus & stridor dentiũ Mat 8,12.

Partemque eius ponet cum hypocritis: illic erit fletus & stridor dentium. † 24,51.

Et egressus foras [Petrus] fleuit amarè. † 26,75.

Flebant autem omnes, & plangebant illam. Luc.8,52.

Videns ciuitatem, fleuit super illum. † 19,41.

Circumsteterunt illum [Petrum] omnes viduę flentes, & ostendentes ei tunicas, & vestes, quas faciebat illis Dorcas. Act 9,39.

Magnus autem fletus factus est omnium: & procumbentes super collum Pauli, osculabantur eum. † 20,37.

Quid facitis flentes, & affligẽtes cor meũ? Ego enim non solùm alligari, sed & mori in Ierusalem paratus sum, propter nomẽ Domini Iesu. † 21,13.

Qui flent, tamquam non flentes. 1.Cor 7,30

Referens nobis vestrum desiderium, vestrum fletum, vestram æmulationem pro me, ita vt magis gauderem. 2.Cor.7,7.

Multi enim ambulant, quos sæpe dicebam vobis (nunc autem & flens dico) inimicos crucis Christi. Philip.3,18.

Ego flebam multum, quoniam nemo dignus inuentus est aperire librum, nec videre eum. Apoc.5,4.

FLOREO, FLOS.

Inuenit germinasse virgam Aaron in domo Leui, & turgentibus gemmis eruperant flores, qui, foliis dilatatis, in amygdalas deformati sunt. Num.17,8.

Qui [homo] quasi flos egreditur & conteritur, & fugit velut vmbra. Iob 14,2.

Lædetur quasi vinea in primo flore botrus eius, & quasi oliua proiiciens florem suum. † 15,33.

Florebunt de ciuitate sicut fœnum terræ. Psal.71,16.

Florebit amygdalus. Eccles.12,5.

Ego flos campi, & lilium conualliũ. Cant.2,1.

Fulcite me floribus, stipate me malis: quia amore langueo. 5.

Flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis aduenit. 12.

Vt viderem poma conuallium, & inspicerem si floruisset vinea, & germinassent mala punica. † 6,10.

Videamus si floruit vinea, si flores fructus parturiunt, si floruerunt mala punica. † 7,12.

Non prætereat nos flos temporis. Sap.2,7.

Flores mei fructus honoris & honestatis. Eccli.24,23.

Florete flores, quasi lilium, & date odorem, & frondete in gratiam. † 39,19.

Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Isa.11,1.

Florebit & germinabit Israel, & implebit faciem orbis semine. † 27,6.

Væ coronæ superbiæ, ebriis Ephraim, & flori decidenti, gloriæ exultationis eius. † 28,1.

Date florem Moab, quia florens egredietur. Ierem.48,9.

Exortus est enim sol cum ardore, & arefecit fœnum, & flos eius decidit, & decor vultus eius deperiit. Iacob 1,11.

FLVCTVO, FLVCTVS.

Inuoluit eos Dominus in mediis fluctibus. Exod 14,27.

Qui extendit cælos solus, & graditur super fluctus maris. Iob 9,8.

Semper enim quasi tumentes super me fluctus timui Deum. † 31,23. † 38,11.

Fluctus tui super me transierunt. Psal.41,8. † 54,23. † 87,8. † 88,10. Sap.5,10. † 14,1. Eccli.24,8.

Fluctuate & vacillate, inebriamini, & non à vino. Isa.29,9. † 57,20. Ionæ 2,4.

Percutiet in mari fluctus. Zachar. 10,11. 2.Mach.9,8. Mar.4,37. Iacob.1,6.

Fluctus feri maris. Iudæ v.13.

FLVENTVM.

Bibe aquam de cisterna tua, & fluenta putei tui. Prouerb.5,15.

Columbæ, &c. & resident iuxta fluenta plenissima. Cant.5,12. Isa 44,3.

FLVMEN, FLVVIVS.

Fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradisum, qui inde diuiditur in quatuor capita. Gen.2,10.

Terram, &c. in cuius campis & montibus erumpunt fluuiorum abyssi. Deut.8,7.

A fluuio turbido, qui irrigat Aegyptum. Iosue 13,3.

Et fluuius vacuefactus arescat. Iob 14,11.

Absorbebit fluuiũ, & non mirabitur. † 40,18.

Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. Psalmo.45,5.

Flu-

Flumen Dei repletum est aquis. † 64,10.
Eleuauerunt flumina fluctus suos, à vocibus aquarum multarum. † 92,4.
Flumina plaudent manu. † 97,8.
Super flumina Babylonis, illic sedimus & fleuimus: cùm recordaremur Sion. † 136,1.
Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat: ad locum vnde exeunt flumina, reuertuntur, vt iterùm fluant. Eccles. 1,7.
Noli resistere contra faciem potentis, nec coneris contra ictum fluuij. Eccli. 4,32.
In fluctibus maris ambulaui. † 24,8.
Ego sapientia effudi flumina. 40.
Et fluuius meus appropinquauit ad mare. 43.
Aperiam in supinis collibus flumina, & in medio camporum fontes. Isa. 41,18.
Ponam flumina in insulas, & stagna arefaciam. † 42,15.
Ecce ego declinabo super eam quasi fluuium pacis, & quasi torrentem inundantem gloriam Gentium, quam sugetis. † 66,12.
Quis est iste, qui quasi flumen ascendit: & velut fluuiorum, intumescunt gurgites eius? Ierem. 46,7.
Ego ad te Pharao rex Aegypti, draco magne, qui cubas in medio fluminum tuorum, & dicis: Meus est fluuius. Ezech 29,3.
Faciam alueos fluminum aridos, & tradam terram in manus pessimorum. † 30,12.
Fluuius igneus, rapidusque egrediebatur à facie eius. Dan. 7,10.
Omnes gurgites tui, & fluctus tui super me transierunt. Ionæ 2,4.
Increpans mare & exiccans illud: & omnia flumina ad desertum deducens. Nahum 1,4.
Fluuios scindes terræ: viderunt te, & doluerunt montes. Habac. 3,10.
Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Ioan. 7,38.
Fluctus feri maris, despumantes suas confusiones, sidera errantia. Iudæ v. 13.
Sextus Angelus effudit phialam suam in flumen illud magnum Euphratem: & siccauit aquam eius, vt præpararetur via regibus ab ortu solis. Apoc. 16,12.

FLVXVS.

Immunda erit duabus hebdomadibus, iuxta ritum fluxus menstrui. Leuit. 12,5.
Vir qui patitur fluxum seminis, immundus erit. † 15,2.
Mulier, quæ redeunte mense patitur fluxum sanguinis, septem diebus separabitur. 19.
Nec deficiat de domo Ioab fluxum seminis sustinens, & leprosus, & tenens fusum. 2. Regum 3,29.
Quorum carnes sunt vt carnes asinorum: & sicut fluxus equorum, fluxus eorũ. Ezech. 23,20.
Mulier, quæ sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, accessit retrò, & tetigit fimbriam vestimenti eius. Matth. 9,20. Luc. 8,43.

FOCVS.

Filias quoque vestras faciet sibi [rex] vnguentarias, & focarias. 1. Reg. 8,13.
Vah, calefactus sum, vidi focum. Isa. 44,16. † 47,14.
Accenderunt focos in castris suis. 1. Machab. 12,28.

FODIO.

Foderunt per circuitum fluminis aquam vt biberent. Exod. 7,24.
Terram vngula fodit [equus] exultat audacter. Iob 39,21.
Foderunt manus meas & pedes meos: dinumerauerunt omnia ossa mea. Psal. 21,17.
Vir impius fodit malum. Prouerb. 16,27. Eccli. 48,19.
Cùm fodissem parietem, apparuit ostium vnum. Ezech. 8,8.
Fodi eam mihi quindecim argenteis, & coro hordei. Osee 3,2.
Fodere non valeo, mendicare erubesco. Luc. 16,3.

FOEDO.

Quòd fœdam rem operatus esset. Gen. 34,7. † 41,3. Deut. 23,14.
Vt cùm audierit omnis Israel quòd fœdaueris patrem tuum, roborentur tecum manus eorum. 2. Reg. 16,21. Iudith 11,11.

FOEDVS.

Ponamque fœdus meum tecum. Gen. 6,18.
Pepigit Dominus fœdus cum Abram, dicens: Semini tuo dabo terram hanc. † 15,18.
Tulit itaque Abr. ham oues & boues, & dedit Abimelech: percusseruntque ambo fœdus. † 21,27. † 26,30.
Ineamus fœdus: vt sit in testimonium inter me & te. † 31,45.
Pepigique fœdus cum eis, vt darem eis Terram Chanaan. Exod. 6,4.
Non inibis cum eis fœdus, nec cum diis eorum. † 23,32.
Non inibis cum iis [septem Gentibus] fœdus, nec misereberis earum. Deut. 7,2.
Hæc sunt verba fœderis, quod præcepit Dominus Moysi vt feriret cum filiis Israel in Terra Moab: præter illud fœdus, quod pepigit in Horeb. † 29,1.
Percussit ergo Iosue in die illo fœdus, & proposuit populo præcepta atque iudicia in Sichem. Ios. 24,25.
Percusseruntque [filij Israel] cum Baal fœdus, vt esset eis in Deum: nec recordati sunt Domini Dei sui. Iudic. 8,34.
Habeto nos fœderatos, & seruiemus tibi. 1. Reg. 11,1.
In hoc feriam vobiscum fœdus, vt eruam omnium

omnium vestrûm oculos dexteros, ponamque vos opprobrium in vniuerso Israel. 2.

Inierunt autem Dauid & Ionathas fœdus: diligebat enim eum quasi animam suam. † 18,3. † 23,18.

Fœdus Domini me famulum tuum tecum inire fecisti. † 20,8.

Pepigit ergo Ionathas fœdus cum domo Dauid: & requisiuit Dominus de manu inimicorum Dauid. 16.

Ineam tecum fœdus, & imperes omnibus. 2.Reg.3,21.

Percussit cum eis rex Dauid fœdus in Hebron. † 5,3.

Fœdus est inter me & te, & inter patrē meum & patrem tuum, &c. & irritū facias fœdus, quod habes cum Baasa. 3.Reg.15,19.

Fœderatus recedam à te. † 20,34.

Præuaricatus est [Mesa] fœdus, quod habebat cum rege Israel. 4.Reg.3,5.

Pepigit ergo Ioiada fœdus inter Dominum, & inter regem, & inter populum, vt esset populus Domini, & inter regem & populum. † 11,17.

Legitque cunctis audientibus omnia verba libri fœderis, qui inuentus est in domo Domini. Stetitque rex [Iosias] super gradum, & fœdus percussit coram Domino, vt ambularent post Dominum. † 23,3. 2.Par.34,31.

Intrauit ex more ad corroborandum fœdus, vt quærerent Dominum. 2.Par.15,12.

Quia habuisti fœdus cum Ochozia, percussit Dominus opera tua, contritæque sunt naues, nec potuerunt ire in Tharsis. † 20,37.

Percutimus fœdus, & scribimus, & signant principes nostri, Leuitæ nostri, & Sacerdotes nostri. 2.Esd.9,38.

Dissipauerunt fœdus sempiternum. Isa.24,5.

Dixistis enim: Percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum. † 28,15.

Delebitur fœdus vestrum cum morte, & pactum vestrum cum inferno non stabit. 18.

Dedi te in fœdus populi, in lucem Gentium: vt aperires oculos cæcorum. † 42,6.

Dedi te in fœdus populi, vt suscitares terram. † 49,8.

Colles contremiscent: misericordia autem mea non recedet à te, & fœdus pacis meæ non mouebitur: dixit miserator tuus Dominus. † 54,10.

Hoc fœdus meum cum eis, dicit Dominus: Spiritus meus, qui est in te, & verba mea, quæ posui in ore tuo, non recedent de ore tuo. † 59,21.

Dabo opus eorum in veritate, & fœdus perpetuum feriam eis. † 61,8.

Numquid fœderabitur ferrum ferro ab Aquilone, & æs? Ierem.15,12.

Et feriam domui Israel, & domui Iuda fœdus nouum, &c. Dabo legem meam in visceribus eorum. † 31,31.

Venient, & apponentur ad Dominum fœdere sempiterno. † 50,5.

Filij terræ fœderis, cum eis gladio cadent. Ezech.30,5.

Percutiam cum eis fœdus in die illa, cum bestia agri, & cum volucre cæli. Osee 2,18.

Pro eo quòd transgressi sunt fœdus meum, & legem meam præuaricati sunt. † 8,1.

Eò quòd concluserint captiuitatē perfectam in Idumæa, & non sint recordati fœderis fratrum. Amos 1,9.

Omnes viri fœderis tui illuserunt tibi. Abd.v.7.

Tuli virgam meam, quæ vocabatur Decus; & abscidi eam, vt irritum facerem fœdus meum, quod percussi cū omnibus populis. Zach.11,10.

FOENVM.

Ecce, Behemoth, quem feci tecum, fœnū quasi bos comedet. Iob 40,10.

Tamquam fœnum velociter arescent. Psalmo 36,2.

Cùm exorti fuerint peccatores sicut fœnum. † 91,8.

Percussus sum vt fœnum, & aruit cor meum. † 101,5.

Ego sicut fœnum arui. 12.

Recordatus est quoniam puluis sumus: homo, sicut fœnum dies eius, tamquam flos fœni sic efflorebit. † 102,15.

Producens fœnum iumentis, & herbam seruituti hominum. † 103,14.

Fiant sicut fœnum tectorum: quod priusquam euellatur, exaruit. † 128,6.

Qui producit in montibus fœnum. † 146,8.

Collecta sunt fœna de montibus. Prou.27,25.

Clama: Et dixi: Quid clamabo? Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos agri. Isa.40,7.

Et quasi fœnum post tergum metentis, & non est qui colligat. Ierem.9,22.

Et fœnum vt bos comedes. Dan.4,22.

Congregauit eos quasi fœnū areæ. Mich.4,12.

Fœni cibo vescentes, demorabantur, ne participes essent coinquinationis. 2.Mach.5,27.

Si autem fœnum agri, quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit: quantò magis vos modicæ fidei? Matth.6,30.

Vt accumbere facerent omnes secundùm contubernia super viride fœnum. Mar.6,39.

Erat autem fœnum multū in loco. Ioan.6,10.

Exortus est enim sol cum ardore, & arefecit fœnum, & flos eius decidit. Iacob.1,11.

Præceptum est illis [locustis] ne læderent fœnum terræ. Apoc.9,4.

FOENVS.

Fœnerabis gentibus multis, & ipse à nullo accipies mutuum. Deut.15,6. † 28,12.

Non fœnerabis fratri tuo ad vsurā, pecuniam,

nec fruges, nec quamlibet aliam rem; sed alieno. Fratri autem tuo absque vsura, id quo indiget, commodabis. † 23,19.

Fœnerabit tibi, & tu non fœnerabis ei. † 28,44.

Reddat tibi Dominus semen de muliere hac, pro fœnore quod commodasti Domino. 1. Regum 2,20.

Scrutetur fœnerator omnem substantiã eius. Psal.108,11.

Fœneratur Domino qui miseretur pauperis: & vicissitudinem suam reddet ei. Prou.19,17.

Noli fœnerari homini fortiori te: quòd si fœneraueris, quasi perditum habe. Eccli.8,15.

Ne fueris mediocris in contentione ex fœnore, & est tibi nihil in sacculo † 18,33.

Hodie fœneratur quis, & cras expetit: odibilis est homo huiusmodi. † 20,16.

Qui facit misericordiam, fœneratur proximo suo. † 29,1.

Multi quasi inuentionem æstimauerunt fœnus, & præstiterunt molestiã his qui se adiuuerunt. 4.

Multi non causa nequitiæ non fœnerati sunt, sed fraudari gratis timuerunt. 10.

Sicut fœnerator, sic is qui mutuum accipit. Isa.24,2.

Non fœneraui, nec fœnerauit mihi quisquam: omnes maledicunt mihi. Ierem.15,10.

FOETEO.

Fœtere fecistis odorem nostrum coram Pharaone. Exod.5,21.

Sicut enim eructant præcordia fœtentiũ, &c. sic & cor superborum. Eccli.11,32.

Erit pro suaui odore fœtor. Isa.3,24.

Interfecti eorum proiicientur, & de cadaueribus eorum ascendet fœtor. † 34,3.

Irrigabo terram fœtore sanguinis tui super montes, & valles implebuntur ex te. Ezech.32,6.

Ac viuentis in doloribus carnes eius effluerent, odore etiam illius & fœtore exercitus grauaretur. 2.Mach.9,9,12.

FOETVS.

De post fœtantes accepit eum. Psal.77,71.

Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & sterilis non est inter eas. Cantic.4,2.

FOLIVM.

Consuerunt folia ficus. Gen.3,7.

Ramum oliuæ virentibus foliis. † 8,11.

Terrebit eos sonitus folij volantis. Leuitici 26,36.

Et folium repandi lilij. 3.Reg.7,26.

Contra folium, quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam. Iob 13,25.

Et folium eius non defluet. Psal.1,3.

Iusti autem quasi virens folium germinabunt. Prou.11,28.

Folia tua comedat, & fructus tuos perdat. Eccli.6,3.

Velut quercus defluentibus foliis. Isa.1,30. † 34,4.

Cecidimus quasi folium vniuersi. † 64,6.

Et erit folium eius viride. Ierem.17,8.

Lignum, &c. per singulos menses afferet primitiua, quia aquæ eius de sanctuario egredientur: & erunt fructus eius in cibum, & folia eius ad medicinam. Ezech.47,12.

Excutite folia eius. Dan.4,11. Matth.21,19. † 24,32.

Folia ligni ad sanitatem Gentium. Apoc.22,2.

FOLLICVLVS.

Linum iam folliculos germinaret. Exod.9,31.

FOMES.

Hæc ergo causa somniorum atque sermonum, inuidiæ & odij fomitem ministrauit. Gen.37,8. Num.28,24.

FONS.

Fons ascendebat è terra, irrigans vniuersam superficiem terræ. Gen 2,6.

Venerunt autem in Elim filij Israel, vbi erant duodecim fontes aquarum, & septuaginta palmæ. Exod.15,27. Num.33,9.

Fontes verò & cisternæ, & omnis aquarum congregatio munda erit. Leuit.11,36.

Aperi eis thesaurum tuum fontem aquæ viuæ, vt satiati, cesset murmuratio eorum. Num.20,6.

Transitque aquas, quæ vocantur Fons solis. Ios.15,7.

Egrediens ad Ensemes, id est, fontem solis. † 18,17.

Appellatum est nomen loci illius, Fons inuocantis de maxilla. Iudic.15,19.

Israel castrametatus est super fontem, qui erat in Iezrahel. 1.Reg.29,1.

Vade in terram ad vniuersos fontes aquarum, & in cunctas valles, si fortè possimus inuenire herbam, & saluare equos & mulos. 3.Reg.18,5.

Egressus [Eliseus] ad fontem aquarum, misit in illum sal, & ait: Hæc dicit Dominus: Sanaui aquas has, & non erit vltrà in eis mors, neque sterilitas. 4.Reg.2,21.

Cunctosque fontes aquarũ obturabitis. † 3,19.

Obturauerunt cunctos fontes, & riuum qui fluebat in medio terræ, dicentes: Ne veniant reges Assyriorum, & inueniant aquarum abundantiam. 2.Par.32,4.

Fontes amari obdulcati sunt eis ad bibendum. Iudith 5,15.

Pone custodes fontiũ, vt non hauriant aquam. Iudith 7,9.

Paruus fons, qui creuit in fluuium, & in lucem solemque conuersus est. Esther 10,6.

Illis vociferantibus, fons paruus creuit in fluuium maximum, & in aquas plurimas redundauit. † 11,10.

Apparuerunt fontes aquarum. Psal.17,16.

Apud te est fons vitæ. † 35,10.

In

In ecclesiis benedicite Deo Domino, de fontibus Israel. † 67,27.

Dirupisti fontes, & torrentes: tu siccasti fluuios Ethan. † 73,15.

Qui emittis fontes in conuallibus: inter medium montium pertransibunt aquæ. † 103,10.

Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide. Prou. 5,16.

Fons signatus. Cant. 4,12.

Fons hortorum: puteus aquarum viuentiũ. 15.

Pro fonte quidem sempiterni fluminis, humanum sanguinem dedisti iniustis. Sap. 11,7.

Fons sapientiæ verbum Dei in excelsis, & ingressus illius mandata æterna. Eccli. 1,5.

Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris. Isa. 12,3.

Eris quasi hortus irriguus, & sicut fons aquarum, cuius non deficient aquæ. † 58,11.

Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas. Ierem. 2,13.

Dereliquisti fontem sapientiæ. Baruch 3,12.

Per omnes riuos Iuda ibunt aquæ: & fons de domo Domini egredietur, & irrigabit torrentem spinarum. Ioel. 3,18.

In illa die erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Ierusalem, in ablutionem peccatoris & menstruatæ. Zach. 13,1.

Et confestim siccatus est fons sanguinis eius: & sensit corpore quia sanata esset à plaga. Mar. 5,29.

Sed aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Ioan. 4,14.

Numquid fons de eodem foramine emanat dulcem & amaram aquam? Iac. 3,11.

Hi sunt fontes sine aqua, & nebulæ turbinibus exagitatæ. 2. Pet. 2,17.

Agnus qui in medio throni est, reget illos, & deducet eos ad vitæ fontes aquarum. Apoc. 7,17.

FORAMEN.

Tenebrescent videntes per foramina. Eccles. 12,3.

Dilectus meus misit manum suam per foramen. Cant. 5,4.

FORAS.

Egrediebatur foras, & loquebatur in idipsum. Psal. 40,7.

Exiit [Petrus] foras ante atrium. Mar. 14,68.

Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei, & foras non egredietur ampliùs. Apoc. 3,12. † 11,2.

FORCEPS.

Seraphim, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari. Isa. 6,6.

FORES.

Si autem malè, statim in foribus peccatum aderit? Gen. 4,7. † 19,9.

Adorabant per fores tabernaculorum suorum. Exod. 33,10.

Pro foribus oraculi. 3. Reg. 6,17.

Iuxta portas ciuitatis in ipsis foribus loquitur [sapientia.] Prou. 8,3,34. Sap. 6,15.

Daniel erat in foribus regis. Dan. 2,49. Ioan. 20,19.

FORIS.

Quid enim mihi de iis, qui foris sunt, iudicare? 1. Cor. 5,12.

In sapientia ambulate ad eos qui foris sunt, tempus redimentes. Col. 4,5.

Et vt honestè ambuletis ad eos, qui foris sunt. 1. Thes. 4,11.

Foris canes, & venefici, & impudici. Apocal. 22,15.

FORMA.

Formauit opere fusorio, & fecit ex eis vitulum conflatilem. Exod. 32,4.

Vocem verborum eius audistis, & formam penitus non vidistis. Deut. 4,12.

Decem formellas casei has deferes ad tribunum. 1. Reg. 17,18.

Qualis est forma eius? Quæ ait: Vir senex ascendit, & ipse amictus est pallio. † 28,14.

Thamar, elegantis formæ. 2. Reg. 14,27.

Tu formasti me, & posuisti super me manum tuam. Psal. 135,5.

Sicut obstupuerunt super te multi, sic inglorius erit inter viros aspectus eius, & forma eius inter filios hominum. Isa. 52,14.

Priusquam te formarem in vtero, noui te: & antequam exires de vulua sanctificaui te, & prophetam in Gentibus dedi te. Ierem. 1,5.

Regnauit mors ab Adam vsque ad Moysen etiam in eos, qui non peccauerunt in similitudinem præuaricationis Adæ, qui est forma futuri. Rom. 5,14.

Qui cùm in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo. Philip. 2,6.

Obseruate eos qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram. † 3,17.

Ita vt facti sitis forma omnibus credentibus in Macedonia. 1. Thes. 1,7.

Non quasi non habuerimus potestatem, sed vt nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum nos. 2. Thes. 3,9.

Neque vt dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex animo. 1. Pet. 5,3.

FORMOSVS.

Erat enim [Esther] formosa valdè, & incredibili pulchritudine omnium oculis gratiosa & amabilis videbatur. Esth. 2,15.

Nigra sum, sed formosa. Cant. 1,4.

Iste formosus in stola sua, gradiens in multitudine fortitudinis suæ? Isa. 63,1.

FORMICA.

Vade ad formicam ô piger, & considera vias eius, & disce sapientiam: quæ cùm non habeat ducem, nec præceptorem, nec principem, parat

in æstate cibum sibi, & congregat in messe quod comedat. Prou. 6, 6.

Formicæ, populus infirmus, qui præparat in messe cibum sibi. † 30, 25.

FORMIDO.

Qui formidolosus & timidus est, reuertatur, recesseruntque de monte Galaad, & reuersi sunt de populo viginti duo millia virorum, & tantùm decem millia remanserunt. Iudic. 7, 3.

Dominum formidabunt aduersarij eius: & super ipsos in cælis tonabit. 1. Reg. 2, 10.

Formido tua non me terreat. Iob 13, 21.

Vndique terrebunt eum formidines, & inuoluent pedes eius. † 18, 11.

Propterea circumdatus es laqueis, & conturbat te formido subita. † 22, 10.

Formido mortis cecidit super me. Psal. 54, 5.

Posuisti firmamentū eius formidinē. † 88, 41.

Formido, & fouea, & laqueus super te, qui habitator es terræ. Isa 24, 17.

Formidasti iugiter tota die à facie furoris eius qui te tribulabat, & parauerat ad perdendum: vbi nunc est furor tribulantis? † 51, 13.

Non sis tu mihi formidini, spes mea tu in die afflictionis. Ierem. 17, 17.

Vocabunt super eos formidinem in circuitu. † 43, 29.

Formido & laqueus facta est nobis vaticinatio, & contritio. Thren. 3, 47.

Nam sicut in cucumerario formido nihil custodit: ita sunt dij illorum lignei. Baruch 6, 69.

Da illis formidinem, & tabefac audaciam virtutis eorum, & commoueantur contritione sua. 1. Mach. 4, 32.

FORNAX.

Quos eduxisti de Terra Aegypti, de medio fornacis ferreæ. 3. Reg. 8, 51. Ierem. 11, 4.

Vapor ignis vret carnes eius, & in calore fornacis concertatur. Eccli. 38, 29.

Fornacem custodiens in operibus ardoris: tripliciter sol exurens montes. † 43, 3.

Eadem hora mittemini in fornacem ignis ardentis: & quis est Deus, qui eripiet vos de manu mea? Dan. 3, 15.

Præcepit vt succenderetur fornax septuplum quàm succendi consueuerat. 19.

FORNICOR.

Fornicata est Thamar nurus tua, & videtur vterus illius intumescere. Dixitque Iudas: Producite eam vt comburatur. Gen. 38, 24.

Ne cùm fornicati fuerint cum diis suis. Exodi 34, 15.

Ancilla nubilis, & tamen pretio non redempta, nec libertate donata: vapulabunt ambo, & non morientur: quia nō fuit libera. Leuit. 19, 20.

Fornicatus est populus cum filiabus Moab, quæ vocauerūt eos ad sacrificia sua. At illi comederunt, & adorauerunt deos earum. Num. 25, 1.

Morietur [puella] quoniam fecit nefas in Israel, vt fornicaretur in domo patris sui. Deuteron. 22, 21.

At ille respondit: Quæ pax? adhuc fornicationes Iezabel matris tuæ, & veneficia eius multa vigent. 4. Reg. 9, 22.

Fornicati sunt post deos populorum terræ. 1. Par. 5, 25.

Attende tibi fili mi ab omni fornicatione, & præter vxorem tuam numquam patiaris crimen scire. Tob. 4, 13.

Fornicati sunt in adinuentionibus suis. Psalmo 105, 39.

Ne des fornicariis animam tuam in vllo, ne perdas te, & hereditatem tuam. Eccli 9, 6.

Qui se iungit fornicariis, erit nequam: putredo & vermes hereditabunt illum. † 19, 3.

Homini fornicario omnis panis dulcis, non fatigabitur transgrediens vsq; ad finem. † 23, 24.

Fornicatio mulieris in extollentia oculorum, & in palpebris illius agnoscetur. † 26, 12.

Erubescite à patre & à matre de fornicatione. † 41, 21.

Tu autem fornicata es cum amatoribus multis: tamen reuertere ad me, dicit Dominus, & ego suscipiam te. Ierem. 3, 1.

Contriui cor eorum fornicans, & recedens à me. Ezech. 6, 9.

Habens fiduciam in pulchritudine tua, fornicata es in nomine tuo. † 16, 15.

Duæ mulieres filiæ matris vnius fuerunt, & fornicatæ sunt in Aegypto. † 23, 3.

Sume tibi vxorem fornicationum, & fac tibi filios fornicationum: quia fornicans fornicabitur terra à Domino. Osee 1, 2.

Ipsa non vxor mea, & ego non vir eius, auferat fornicationes suas à facie sua. † 2, 2.

Quia fornicata est mater eorum, confusa est quæ concepit eos. 5.

Comedent, & non saturabuntur: fornicati sunt, & non cessauerunt: quoniam Dominum dereliquerunt in non custodiendo. † 4, 10.

Fornicatio & vinū & ebrietas auferunt cor. 11.

Si fornicaris tu Israel, non delinquat saltem Iuda. 15.

Vxor tua in ciuitate fornicabitur: & filij tui & filiæ tuæ in gladio cadent. Amos 7, 17.

Nos ex fornicatione non sumus nati: vnum patrem habemus Deum. Ioan. 8, 41.

Abstineatis vos ab immolatis simulachrorum, & sanguine, & suffocato, & fornicatione. Act. 15, 29.

Auditur inter vos fornicatio. 1. Cor. 5, 1.

Ne commisceamini fornicariis: non vtique fornicariis huius mundi. 10.

Corpus autem non fornicationi, sed Domino: & Dominus corpori. † 6, 13.

Omne peccatum, quodcumque fecerit homo, extra

extra corpus est: qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. 18.

Propter fornicationem autem vnusquisque suam vxorem habeat. † 7,2.

Neque fornicemur, sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, & ceciderunt vna die viginti tria millia. † 10,8.

Manifesta sunt autem opera carnis, quæ sunt: fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria. Gal. 5,19.

Fornicatio autem, & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis. Ephes. 5,3.

Fornicatores enim, & adulteros iudicabit Deus. Heb. 13,4.

Permittis mulierem Iezabel, quæ se dicit prophetem, docere, & seducere seruos meos, fornicari, & manducare de idolothytis. Apoc. 2,20.

Cecidit Babylon illa magna: quæ à vino iræ fornicationis suæ potauit omnes gentes. † 14,8. † 21,8.

FORNIX.

Et erexisset sibi [Saul] fornicem triumphalem. 1. Reg. 15,12.

Dissipat impios rex sapiens: & incuruat super eos fornicem. Prou. 20,26.

FORSITAN, FORTE.

Ne fortè moriamur. Gen. 3,3,22.

Si fortè audiat Dominus Deus tuus. 4. Regum 19,4.

Tunc fortè periissem in humilitate mea. Psal. 118,92. † 138,11.

Ne fortè videat Dominus. Prou. 24,18.

Ne fortè videat oculis suis. Isa. 6,18. Ierem. 21,2. Ezech. 2,5,7.

Forsitan ignoscet delictis tuis. Dan. 4,24.

Si fortè misereatur Dominus Deus. Amos 5,15

Si enim crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi. Ioan. 5,46.

Roga Deum, si fortè remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. Act. 8,22.

FORTIS.

Si contra Deum fortis fuisti, quantò magis contra homines præualebis? Gen. 32,28.

Ruben primogenitus meus: tu fortitudo mea & principium doloris mei. † 49,2.

Posui te, vt ostendam in te fortitudinē meam. Exod. 9,16.

Fortitudo mea, & laus mea Dominus. † 15,2.

Magnificetur ergo fortitudo Domini sicut iurasti, dicens: Dominus patiens & multæ misericordiæ. Num. 14,17.

Fortissime Deus spirituum vniuersæ carnis. † 16,22.

Cuius fortitudo similis est rhinocerotis. † 23,22.

Deus tuus, ipse est Deus fortis & fidelis, custodiens pactum, & misericordiam diligentibus se, & his qui custodiunt præcepta eius, in mille generationes: & reddens odientibus se statim, ita vt disperdat eos. Deut. 7,9.

Vade in hac fortitudine tua, & liberabis Israel de manu Madian. Iudic. 6,14.

De comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo. † 14,14.

Quid dulcius melle, & quid fortius leone? 18.

Decipe eum, & disce ab illo, in quo habeat tantam fortitudinem. † 16,5.

Rasit septem crines eius, *&c.* Statim enim ab eo fortitudo discessit. 19.

Redde mihi nunc fortitudinem pristinam. 28.

Non est fortis sicut Deus noster. 1. Reg. 2,2.

Non in fortitudine sua roborabitur vir. 9.

Fortitudo Ionathæ. Ascendit autem Ionathas manibus & pedibus reptans. † 14,13.

Fortitudo bellica Saulis. Quocumque se verterat, superabat. 47.

Vidi filium Isai Bethleemitem, scientem psallere, & fortissimum robore, & virum bellicosum, & prudentem in verbis, & virum pulchrum: & Dominus est cum eo. † 16,18.

Fortitudo Dauidis. Veniebat leo vel vrsus, *&c.* & illi consurgebant aduersum me, & apprehendebam mentum eorum, & suffocabam. † 17,34. 2. Reg. 23,8.

Videntes autem Philisthiim quòd mortuus esset fortissimus eorum, fugerunt. 51.

Quomodo ceciderunt fortes? 2. Reg. 1,19.

Saul & Ionathas, *&c.* aquilis velociores, leonibus fortiores. 23.

Estote filij fortitudinis. † 2,7.

Et qui cum eo sunt, esse fortissimos & amaro animo. † 17,8.

Fortem esse patrem tuum, & robustos omnes qui cum eo sunt. 10.

Hæc nomina fortium Dauid, *&c.* Vrias Hethæus. Omnes triginta septem. † 23,8,39.

Fortitudo bellica. Dauid, *&c.* qui octingentos interfecit impetu vno. 8,10.

Asa, & vniuersæ fortitudines eius, & cuncta quæ fecit 3. Reg. 15,23. 4. Reg. 10,34.

Ioachaz, & vniuersa quæ fecit, & fortitudo eius. 4. Reg. 13,8.

Verborum Ioas, quæ fecit, & fortitudo eius qua pugnauit. † 14,15.

Fortissimi robore ad faciendum opus ministerij in domo Dei. 1. Par. 9,13.

Hi principes virorum fortium Dauid, qui adiuuerunt eum, vt rex fieret. † 11,10. † 12,4.

Oculi enim Domini contemplantur vniuersam terram, & præbent fortitudinem his, qui corde perfecto credunt in eum. 2. Par. 16,9.

In nobis quidem non est tanta fortitudo, vt possimus huic multitudini resistere, quæ irruit super nos. † 20,12.

Nolite contristari: gaudium etenim Domini est fortitudo nostra, 2. Esd. 8,10.

Forti animo esto filia mea: Dominus cæli det tibi gaudiū pro tędio quod perpessa es. Tob. 7,20.

Fortitudo Iudith. Percussit bis in ceruicē eius [Holofernis] & abscidit caput eius. Iudith 13,8.

Quæ est enim fortitudo mea vt sustineam? Iob 6,11.

Si fortitudo quæritur, robustissimus est. † 9,19.

In fortitudine brachij tui possidebas terrā. † 22,8

Detraxit fortes in fortitudine sua. † 24,22.

Magnus fortitudine, & iudicio, & iustitia, & enarrari non potest. † 37,23.

Numquid præbebis equo fortitudinē? † 39,19.

Fortitudo eius [Behemoth] in lūbis eius. 40,11

A fortitudine manus tuæ ego defeci in increpationibus. Psal. 38,12.

Fortes quæsierunt animam meam. † 53,5.

Fortitudinem meam ad te custodiā. † 58,10.

Cantabo fortitudinem tuam. 17.

Ephraim fortitudo capitis mei. † 59,9.

Fortitudo mea, & laus mea Dn̄s. † 117,14.

Non in fortitudine equi voluntatem habebit. † 146,10.

Fortitudo simplicis via Domini: & pauor his, qui operantur malum. Prou. 10,29.

Leo fortissimus bestiarum. † 30,30.

Accinxit fortitudine lumbos suos, & roborauit brachium suum. † 31,17.

Manum suam misit ad fortia. 19.

Fortitudo & decor indumentum eius. 25.

Dicebam ego meliorem esse sapientiam fortitudine. Eccles. 9,16.

Lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt. Cant. 3,7.

Fortis est vt mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio. † 8,6.

Fortioribus autem fortior instat cruciatio. Sap. 6,9.

Fortis in bello Iesus Naue, successor Moysi in prophetis, qui fuit magnus secundùm nomen suum, maximus in salutem electorum Dei. Eccli. 46,1.

Dedit Dominus ipsi Caleb fortitudinem, & vsque in senectutē permansit illi virtus, vt ascenderet in excelsum terræ locum. 11.

Et erit fortitudo vestra, vt fauilla stuppæ, & opus vestrum quasi scintilla. Isa. 1,31.

Auferet à Ierusalem, & à Iuda validum, & fortem, & virum bellatorem, iudicem, prophetam & ariolum, & senem. † 3,2.

Vocabitur nomen eius, Admirabilis, consiliarius, Deus, fortis. † 9,6.

Factus es fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione sua: spes à turbine, vmbraculum ab æstu. † 25,4.

Validus & fortis Dominus, sicut impetus grandinis. † 28,2.

Præ multitudine fortitudinis & roboris, virtutisque eius, neque vnum reliquum fuit. † 40,26.

Gentes mutent fortitudinem. † 41, 1.

Dominus sicut fortis egredietur, sicut vir præliator suscitabit zelum. † 42,13.

Vocabuntur in ea fortes iustitiæ, plantatio Domini ad glorificandum. † 61,3.

Non glorietur fortis in fortitudine sua. Ierem. 9,23.

Quare futurus es velut vir vagus, vt fortis qui non potest saluare? † 14,9.

Domine fortitudo mea, & robur meum, & refugium meum in die tribulationis. † 16,19.

Seduxisti me Domine, & seductus sum: fortior me fuisti. † 20,7.

Fortis impegit in fortem, & ambo pariter conciderunt. † 46,12.

Quomodo dicitis: Fortes sumus, & viri robusti ad præliandum. † 48,14.

Confringam arcum Aelam & summam fortitudinem eorum. † 49,35.

Venit super eam, id est super Babylonē, prædo, & apprehensi sunt fortes eius, & emarcuit arcus eorum, quia fortis vltor Dominus reddens retribuet. † 51,56.

In sapientia & prudentia tua fecisti tibi fortitudinem, & acquisisti aurum. Ezech. 28,4.

In vtero [Iacob] supplantauit fratrem suum: & in fortitudine sua directus est cum Angelo. Osee 12,3.

Fortitudo mea magna, quam misi in vos. Ioël. 2,25.

Peribit fuga à veloce, & fortis non obtinebit virtutem suam, & robustus non saluabit animam suam. Amos 2,14.

Fortis ipse [Amorrhæus] quasi quercus. † 2,9.

Cornua in manibus eius: ibi abscondita est fortitudo eius. Habac. 3,4.

Erit fortitudo eorum in direptionem, & domus eorum in desertum. Soph. 1,13.

Erunt quasi fortes Ephraim, & lætabitur cor eorum quasi à vino. Zach. 10,7.

Fortitudo Iudæ Machabæi. Induit se lorica sicut gigas, & succinxit se arma bellica sua in pręliis, & protegebat castra gladio suo. 1. Mach. 3,4,11.

Fortitudo Romanorum. Ceterorum regem, & ceteros qui aduersum eos arma tulerant, contriuerunt in bello. † 8,5,6. 2 Mach 10,35.

Quomodo potest quisquam intrare in domum fortis, & vasa eius diripere, nisi prius alligauerit fortem? Matth. 12,29.

Veniet autē fortior me, cuius non sum dignus soluere corrigiā calceamentorū eius. Luc. 3,16.

Cùm fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea quæ possidet. † 11,21.

Per fidem, &c. fortes facti sunt in bello, castra verterunt exterorum. Heb. 11,34.

Vbi Angeli fortitudine & virtute cùm sint maiores, non portant aduersum se execrabile iudicium. 2. Pet. 2,11.

FOR-

FORTVITV.

Iugulabit. Quòd si fortuitu, & absque odio, &c. liberabitur. Num. 35,22.

FORTVNA.

Qui obliti estis montem sanctum meum, qui ponitis Fortunæ mensam, & libatis super eam. Isa. 65,11.

FORVM.

Equos & equites adduxerunt ad forum tuum. Ezech. 27,14. Matth. 11,16. † 20,3.

Et à foro, nisi baptizentur. Mar. 7,4. † 20,46.

Disputabat, &c. & in foro per omnes dies. Act. 17,17.

Conuentus forenses aguntur. † 19,38.

FOSSA, FOVEA.

Sed sint vobis in foueam, ac laqueum, & offendiculum ex latere vestro, & sudes in oculis vestris. Iosu. 23,13.

Fossa aquæductus repleta est. 3. Reg. 18,34.

Facite alueum torrentis huius fossas & fossas. 4. Reg. 3,16.

Vt replerent fossam quam fecerant, priusquam elucesceret. Tob. 8,20.

Incidit in foueam, quam fecit. Psal. 7,16.

Foderunt ante faciem meam foueam: & inciderunt in eam. † 56,7.

Donec fodiatur peccatori fouea. † 93,13.

Qui fodit foueam, incidet in eam. Prou. 26,27. Eccles. 10,8.

Descenditque cum illo [iusto] in foueam. Sap. 10,13.

Et qui foueam fodit, incidet in eam: & qui statuit lapidem proximo, offendet in eo: & qui laqueum alij ponit, peribit in illo. Eccli. 27,29.

Numquid redditur pro bono malum, quia foderunt foueam animæ meæ? Ierem. 18,20.

FOVEO.

Adolescentulam virginem, & stet coram rege, & foueat eum, dormiatq; in sinu suo. 3. Reg. 1,2.

Quare seduceris fili mi ab aliena, & foueris in sinu alterius? Prou. 5,20.

Si dormierint duo, fouebuntur mutuò: vnus quomodo calefiet? Eccles. 4,11. Isa. 1,6. † 34,15.

Perdix fouit quæ non peperit: fecit diuitias, & non in iudicio. Ierem. 17,11.

Nemo enim vmquam carnem suam odio habuit: sed nutrit & fouet eam, sicut & Christus Ecclesiam. Ephes. 5,29. 1. Thess. 2,7.

FRAGOR.

Intonuit autem Dominus fragore magno in die illa super Philisthiim. 1. Reg. 7,10.

FRAGRANS.

Statimque vt sensit vestimentorum illius fragrantiam. Genes. 27,27.

Adolebit incensum super eo [altari] Aaron, suaue fragrans, manè. Exod. 30,7.

Meliora sunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis. Cant. 1,1.

FRAMEA.

Inimici defecerunt frameæ in finem: & ciuitates eorum destruxisti. Psal. 9,7.

Eripe animam meam ab impio: frameam tuam ab inimicis manus tuæ. † 16,14.

Erue à framea Deus animam meam. † 21,21.

Effunde frameam, & conclude aduersus eos, qui persequuntur me. † 34,3.

Framea suscitare super pastorem meum. Zachar. 13,7.

FRANGO.

Non te frangat res ista. 2. Reg. 11,25.

Auferetur paxillus, qui fixus fuerat in loco fideli: & frangetur, & cadet, & peribit. Isa. 22,25.

FRATER.

Fratres meos quæro, indica mihi vbi pascant greges. Gen. 37,16.

Frater enim & caro nostra est. 27.

Fratrem vestrum minimum ad me adducite. † 42,20. † 43,3.

Dixit fratribus suis: Ego sum Ioseph, &c. osculatusque est Ioseph omnes fratres suos, & plorauit super singulos. † 45,3,15

Fratres autem vestros filios Israel ne opprimatis per potentiam. Leuit. 25,46.

Vxor defuncti non nubet alteri: sed accipiet eam frater eius, & suscitabit semen fratris sui. Deut. 25,5.

Fratres tuos visitabis. 1. Reg. 17,18.

Fratres mei vos, os meum & caro mea vos, quare nouissimi reducitis regem. 2. Reg. 19,12.

Postula ei & regnum: ipse est enim frater meus maior me. 3. Reg. 2,22.

Audite me fratres mei, & populus meus. 1. Par. 28,2.

Occidit [Ioram] omnes fratres suos gladio. 2. Par. 21,4.

Quid habes Esther? Ego sum frater tuus, noli metuere. Non morieris. Esther 15,12.

Fratres mei præterierunt me, sicut torrens, qui raptim transit in conuallibus. Iob 6,15.

Fratres meos longè fecit à me. † 19,13.

Frater fui draconum & socius struthionum. † 30,29.

Venerunt autem ad eum [Iob] omnes fratres sui, & vniuersæ sorores suæ, & cuncti qui nouerant eum prius, & comederant cum eo panem in domo eius. † 42,11.

Frater non redimit, redimet homo. Psal. 48,8.

Propter fratres meos, & proximos meos, loquebar pacem de te. † 121,8.

Omni tempore diligit qui amicus est: & frater in angustiis comprobatur. Prou. 17,17.

Frater, qui adiuuatur à fratre, quasi ciuitas firma. † 18,19.

Quis mihi det te fratrem meum, sugentem vbera matris meæ? Cant. 8,1.

Noli præuaricari in amicum pecuniam differentem,

rentem, neque fratrem chariſſimum auro ſpreueris. Eccli.7,20.

Neceſſitudine domus meæ hoſpitio mihi factus eſt frater. †29,34.

Si eſt tibi ſeruus fidelis, ſit tibi quaſi anima tua; quaſi fratrem ſic eum tracta: quoniam in ſanguine animæ tuæ comparaſti illum. †33,31.

Fratres in adiutorium in tempore tribulationis, & ſuper eos miſericordia liberabit. †40,24.

Circa illum [Simonem] corona fratrum: quaſi plantatio cedri in monte Libano. †50,13.

Dixerunt fratres veſtri odientes vos, & abiicientes propter nomen meum. Iſa.66,5.

Vnuſquiſque ſe à proximo ſuo cuſtodiat, & in omni fratre ſuo non habeat fiduciam. Ierem.9,4.

Fratres tui, & domus patris tui, etiã ipſi pugnauerunt aduerſum te, & clamauerunt poſt te plena voce: ne credas eis cùm locuti fuerint tibi bona. †12,6.

Quoniam eſtis fratres noſtri, ſicut reſcriptum continet, quod ſubiectum eſt. 1.Mach.12,7.

Maluimus mittere ad vos renouare fraternitatem. 10.

Nónne mater eius dicitur Maria; & fratres eius, Iacobus, & Ioſeph? Matth.13,55.

Omnes autem vos fratres eſtis. †23,8.

Frater tuus venit, & occidit pater tuus vitulum ſaginatum. Luc.15,27.

Domine, ſi fuiſſes hîc, frater meus non fuiſſet mortuus. Ioan.11,21.

Fratres eſtis, vt quid nocetis alterutrum? Act.7,26.

Viri fratres, & patres, audite quam ad vos nunc reddo rationem. †22,1.

Si is, qui frater nominatur, eſt fornicator, aut auarus, aut idolis ſeruiens, aut maledicus, &c. cum huiuſmodi nec cibum ſumere. 1.Cor.5,11.

Frater cum fratre iudicio contendit: & hoc apud infideles. †6,6.

Iam non vt ſeruum, ſed pro ſeruo chariſſimum fratrem, maximè mihi. Philem.v.16.

Non cõfunditur fratres eos vocare. Heb.2,11.

Fideliter facis quidquid operaris in fratres, & hoc in peregrinos. 3.Ioan.v.5.

FRAVS.

Fraudes Laban. Pater veſter circumuenit me, & mutauit mercedem meam decem vicibus. Gen.31,7.

Non ſum fraudatus aſpectu tuo: inſuper oſtendit mihi Deus ſemen tuum. †48,11.

Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana. Prou.11,13.

Non inueniet fraudulentus lucrum. †12,27.

In fraude circumuenientium illum affuit illi, & honeſtum fecit illum. Sap.10,11.

Fraudabit illum pecunia ſua, & poſſidebit illum inimicum gratis: & conuitia, & maledicta reddet illi. Eccli.29,8.

Non vocabitur vltrà is, qui inſipiens eſt, princeps: neque fraudulentus appellabitur maior. Iſa.32,5.

Fraudulenti vaſa peſſima ſunt: ipſe enim cogitationes concinnauit ad perdendos mites in ſermone mendaci, cùm loqueretur pauper iudicium. 7. Dan.11,32.

Si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum. Luc.19,8.

Fraudauit [Ananias] de pretio agri conſcia vxore ſua. Act.5,2.

Nolite fraudare inuicem, niſi fortè ex conſenſu ad tempus, vt vacetis orationi. 1.Cor.7,5.

In omnibus placentes, non contradicentes, non fraudantes, ſed in omnibus fidem bonam oſtendentes. Tit.2,10.

FREMO.

Quare fremuerunt Gentes, & populi meditati ſunt inania? Pſal.2,1. Eccli.13,4.

A Dan auditus eſt fremitus equorum eius, à voce hinnituum pugnatorum eius commota eſt omnis terra. Ierem.8,16. Mar.14,5.

Ieſus ergo rurſum fremens in ſemetipſo, venit ad monumentum. Ioan.11,38.

FRENDEO.

Indignans, & frendens ſuper verbo, quod locutus fuerat ad eum Naboth. 3.Reg.21,4.

Frenduerunt ſuper me dentibus ſuis. Pſalmo 34,16.

Frendet, & tenebit prædam: & amplexabitur, & non eſt qui eruat. Iſa.5,29.

FRENVM.

Tulit Dauid frenum tributi de manu Philiſthiim. 2.Reg.8,1.

Verbis tuis facito ſtateram, & frenos ori tuo rectos. Eccli.28,29.

Ad perdendas gentes in nihilum, & frenum erroris, quod erat in maxillis populorũ. Iſa.30,28

Ponam frenum in maxillis tuis: & agglutinabo piſces fluminũ tuorum ſquamis tuis. Ezech.29,4

Ponam frenum in maxillis tuis: & educam te, & omnem exercitum tuum. †38,4.

Erit quod ſuper frenum equi eſt, ſanctum Domino. Zach.14,20.

FREQVENS.

Frequenſque meditatio, carnis afflictio eſt. Eccleſ.12,12. Heb.9,26.

Angelorum frequentiam. Heb.12,22.

FRETVM.

Tranſibit in maris freto. Zach.10,11. Matth.8,18.

FRIGO.

In ſartagine oleo conſperſa frigetur. Leuit.6,21.

Ponat te Dominus ſicut Sedeciam, & ſicut Achab, quos frixit rex Babylonis in igne: pro eo quòd fecerint ſtultitiam in Iſrael, & mœchati ſunt in vxores amicorum ſuorum, & locuti ſunt ver-

verbũ in nomine meo mendaciter. Ierem. 29,23.

FRIGVS.

Percutiat te Dominus egestate, febri, & frigore. Deut. 28,22.

Ab interioribus egredietur tempestas, & ab Arcturo frigus. Iob 37,9.

Ante faciem frigoris eius quis sustinebit? Psal. 147,6. Prou. 20,4.

Non timebit domui suæ à frigoribus niuis. Prou. 31,21. Dan. 3,67.

Et ministri ad prunas: quia frigus erat, & calefaciebant se. Ioan. 18,18.

Scio opera tua, quia neque frigidus es, neque calidus: vtinam frigidus esses aut calidus. Apocal. 3,15.

FRONDES.

Ramos ligni densarum frondiũ. Leuit. 23,40.

Egredimini in montem, & afferte frondes oliuæ. 2. Esd. 8,15. Heb. 9,4.

FRONS.

Percussit Philisthæum in fronte: & infixus est lapis in fronte eius, & cecidit in faciem suam super terram. 1. Reg. 17,49.

Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. Ierem. 3,3.

Fecit frontes per sexaginta cubitos. Ezechielis 40,14. Apoc. 7,3. † 22,4.

FRVCTVS.

Quintam partem fructuum per septem annos fertilitatis, qui iam nunc futuri sunt, congreget in horrea. Gen. 41,34.

Quando congregaueritis omnes fructus terræ vestræ, celebrabitis ferias Domini septem diebus. Leuit. 23,39.

Sumetisque vobis die primo fructus arboris pulcherrimæ, spatulasque palmarum. 40.

Benedicetque fructui ventris tui, & fructui terræ tuæ, frumento tuo, atque vindemiæ, oleo & armentis. Deut. 7,13.

Acquiesce igitur ei, & habeto pacem; & per hæc habebis fructus optimos. Iob 22,21.

Lignum, &c. quod fructum suum dabit in tempore suo. Psal. 1,3.

A fructu frumenti, vini, & olei sui multiplicati sunt. † 4,8.

Fructum eorum de terra perdes. † 20,11.

Si vtique est fructus iusto: vtique est Deus iudicans eos in terra. † 57,12.

Etenim Dominus dabit benignitatem: & terra nostra dabit fructum suum. † 84,13.

De fructu operum tuorum satiabitur terra. † 103,13.

De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. † 131,11.

Comedent igitur fructus viæ suæ, suisque consiliis saturabuntur. Prou. 1,31.

Melior est enim fructus meus auro. † 8,19.

Fructus autem impij ad peccatum. † 10,16.

Fructus iusti lignum vitæ. † 11,30.

De fructu oris sui homo satiabitur bonis. † 13,2.

Date illi de fructu manuum suarum: & laudent eam in portis opera eius. † 31,31.

Sub vmbra illius quem desideraueram, sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. Cant. 2,3.

Vir affert pro fructu eius [vineæ] mille argenteos. † 8,11.

Bonorum enim laborum gloriosus est fructus, & quæ non concidat radix sapientiæ. Sap. 3,15.

Non natiuitatis fructus pascunt homines, sed sermo tuus hos, qui in te crediderint, conseruat. † 16,26.

Erit germen Domini in magnificentia & gloria, & fructus terræ sublimis. Isa 4,2.

Idcircò super hoc dimittetur iniquitas domui Iacob: & iste omnis fructus, vt auferatur peccatum eius. † 27,9.

Hereditatem acceperunt, & non eis proderit: Confundemini à fructibus vestris, propter iram furoris Domini. Ierem. 12,13.

Qui confidit in Domino, &c. nec aliquando definet facere fructum. † 17,8.

Fructum vestrum afferatis populo meo Israel. Ezech. 36,8.

Non deficiet fructus eius. † 47,12.

Vitis frondosa Israel, fructus adæquatus est ei. Osee 10,1.

Ex me fructus tuus inuentus est. † 14,9.

Lignum attulit fructum suum, ficus & vinea dederunt virtutem suam. Ioel 2,22.

Vinea dabit fructum suum, & terra dabit germen suum. Zach. 8,12.

Increpabo pro vobis deuorantem, & non corrumpet fructum terræ vestræ. Mal. 3,11.

Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ. Matth. 3,8.

A fructibus eorum cognoscetis eos. † 7,16.

Fructum affert, & facit aliud quidem centesimum, aliud autem sexagesimum. † 13,23.

Dabat fructum ascendentem, & crescentem & afferebat vnum triginta, vnum sexaginta, & vnum centum. Mar. 4,8.

Vltrò enim terra fructificat, primùm herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica. 28.

Anni tres sunt ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac, & non inuenio: succide ergo illam: vt quid etiam terram occupat? Luc. 13,7.

Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solùm manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Ioan. 12,25.

Omnem [palmitem] qui fert fructum, purgabit eum, vt fructum plus afferat. Ioan. 15,2.

In hoc clarificatus est Pater meus, vt fructum plurimum afferatis, & efficiamini mei discipuli. 8.

Posui vos vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat. 16.

Sæpè proposui venire ad vos, (& prohibitus sum adhuc) vt aliquem fructum habeam & in vobis. Rom.1,13.

Quē ergo fructū habuistis tunc in illis,in quibus nūc erubescitis? Nam finis illorū mors est.† 6,21.

Fructus autem Spiritus est: charitas,gaudium, pax,patientia. Gal.5,22.

Repleti fructu iustitiæ per Iesum Christum. Philip.1,11.

Omnis autem disciplina, in præsenti quidem videtur non esse gaudii, sed mœroris: posteà autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitiæ. Heb.12,11.

Ex vtraque parte fluminis lignum vitæ, afferens fructus duodecim, per menses singulos reddens fructum suum. Apoc.22,2.

FRVGES.

Hodie egredimini mense nouarum frugum. Exod.13,4. Leuit.2,14. Deut. 6,10.

Et de frugibus terræ, & de plenitudine eius. Deut.33,16.

Emisit vulpes Samson: & comportatæ iam fruges,& adhuc stantes in stipula, concrematæ sunt. Iudic.15,5.

Et fruges eius multiplicātur regibus, quos posuisti super nos propter peccata nostra. 2 Esd.9,37

Honora Dominum de tua substantia,& de primitiis omnium frugum tuarum da ei. Prou.3,9. 2.Cor.9,10.

FRVGI.

Vtere quasi homo frugi his,quæ tibi apponuntur. Prou.31,19.

FRVMENTVM.

Frumentum sub Pharaonis potestate condatur. Gen.41,35.

Imple saccos eorum frumento,quantum possunt capere. † 44,1.

Oculus Iacob in terra frumenti & vini. Deut.33,28.

Frumentum nouum in pera sua. 4.Reg.4,42.

Frumentum ex omni Syria in transitu suo parari constituit. Iudith 2,9. † 4,4.

Frumentum desiderat nubes,& nubes spargunt lumen suum. Iob 37,11.

Valles abundabunt frumento. Psal.64,14.

Adipe frumenti satiat te. † 147,3.

Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis. Prou.11,26.

Confluent ad bona Domini, super frumento, & vino,& oleo,& fœtu pecorum. Ierem.31,12.

Sume tibi frumentum,& hordeum, & fabam, & lentem, & milium, & viciam: & mittes ea in vas vnum,& facies tibi panes. Ezech.4,9.

Iuda & terra Israel ipsi institores tui in frumento primo,balsamum,& mel,& oleum,& resinam proposuerunt in nundinis tuis. † 27,17.

Et hæc nesciuit, quia ego dedi ei frumentum, & vinum, & oleum. Osee 2,8.

Mittam vobis frumentum,& vinum,& oleum, & replebimini eis. Ioël 2,19.

Implebuntur areæ frumento, & redundabunt torcularia vino & oleo. 24.

Quisquilias frumenti vendamus? Amos 8,6.

Quid enim bonum eius est, & quid pulchrum eius,nisi frumentum electorum,& vinum germinans virgines? Zach.9,17.

Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit,multum fructum affert. Ioan.12,25.

FRVOR.

Filios & filias generabis, & non frueris eis: quoniam ducentur in captiuitatem. Deut.28,41. Prou.7,18.

Affluā deliciis,& fruar bonis. Eccles 2,1.5,17

In die bona fruere bonis. † 7,15.

Fruamur bonis quæ sunt. Sap. 2,6. 1.Timoth.6,17.

Ego te fruar in Domino. Philem.v.20.

FRVSTROR.

Spes eius frustrabitur eum. Iob 40,28.

Iurauit Dominus veritatem, & non frustrabitur eam. Psal.131,11. Eccli.23,13.

FRVSTVM.

Congere frusta eius in eam. Ezech.24,4.

FRVTEX.

Synagogæ superborum non erit sanitas: frutex enim peccati radicabitur in illis. Eccli.3,30.

Combusta sunt fruteta eius. Ierem.11,16.

FVCVS.

Rubicundum faciens fuco colorem illius. Sap.13,14.

FVGIO.

Proiice eam [virgam] in terram. Proiecit,& versa est in colubrum, ita vt fugeret Moyses. Exod.4,3.

Nuntiatum est regi Aegyptiorum quòd fugisset populus: immutatumque est cor Pharaonis. † 14,5.

Fugiamus Israelem: Dominus enim pugnat pro eis contra nos. 25.

Fugietis, nemine persequente. Leuit.26,17.

Et tumultus incresceret, Moyses & Aaron fugerunt ad tabernaculum fœderis. Num.16,43.

De ipsis autem oppidis,quæ Leuitis dabitis,sex erunt in fugitiuorum auxilia separata, vt fugiat ad ea qui fuderit sanguinem: & exceptis his,alia quadraginta duo oppida. † 35,6.

Fugerant quinque reges, & se absconderant in spelunca. Ios.10,16.

Vt Sisara de curru desiliens,pedibus fugeret,& Barac persequeretur fugientes currus, & exercitum. Iudic.4,16.

Castra turbata sunt,& vociferantes,vlulantesque fugerunt. † 7,21.

Quos

Quos ille [Iephte] fugiens atque deuitans, habitauit in Terra Tob. † 11,3.

Percusseruntque viri Galaad Ephraim, quia dixerat: Fugitiuus est Galaad de Ephraim. † 12,4.

Qui fugam arte simulantes, inierunt consilium vt abstraherent eos de ciuitate. † 20,32.

Cæsus est Israel, & fugit vnusquisque in tabernaculum suum. 1.Reg.4,10.

Fugit, inquit, Israel coram Philisthiim, & ruina magna facta est in populo. 17.

Fugerunt à facie eius [Philisthæi] timentes eum valdè. † 17,24.

Videntes autem Philisthiim, quòd mortuus esset fortissimus eorum, fugerunt. 51.

Et Dauid fugit, & saluatus est nocte illa. † 19,10.

Dauid autem fugiens, saluatus est, & venit ad Samuel in Ramatha. 18.

Fugit autem Dauid de Naioth, quæ est in Ramatha. † 20,1.

Fugit [Dauid] in die illa à facie Saul, & venit ad Achis. † 21,10. † 22,1,17.

Et quis est filius Isai? hodie increuerunt serui qui fugiunt dominos suos. † 25,10.

Nónne melius est vt fugiam, & saluer in Terra Philisthinorum? 27,1.

Reliquerunt ciuitates suas, & fugerunt. † 31,7.

Fugit populus ex prælio. 2.Reg.1,4.

Fugerunt Berothitæ in Gethaim, fueruntque ibi aduenæ. † 4,3.

Fugerunt & ipsi à facie Abisai, & ingressi sunt ciuitatem. † 10,14,18.

Expauerunt, & fugerunt quinquaginta & octo millia coram Israel. 19.

Amnon solus mortuus est. Fugit autem Absalom. † 13,34,38.

Surgite, fugiamus: neque enim erit nobis effugium à facie Absalom. † 15,14.

Rex liberauit nos, &c. & nunc fugit de terra propter Absalom. † 19,9.

Fecitque Dominus salutem magnam in die illa: & populus qui fugerat, reuersus est ad cæsorum spolia detrahenda. † 23,10.

Cumque fugisset populus à facie Philisthiim, stetit ille [Semma] in medio agri, & tuitus est eum, percussitque Philisthæos, & fecit Dominus salutem magnam. 12.

Aut tribus mensibus fugies aduersarios tuos. † 24,13.

Fugit ergo Ioab in tabernaculum Domini, & apprehendit cornu altaris. 3.Reg.2,28.

Vt fugerent serui Semei. 39.

Si fugerit populus tuus Israel inimicos suos (quia peccaturus est tibi) & agentes pœnitentiam. † 8,33.

Fugit [Roboam] in Ierusalem, recessitque Israel à domo Dauid. † 12,19.

Quicumque fugerit gladium Iehu, interficiet eum Eliseus. † 19,17.

Fugeruntque Syri, & persecutus est eos Israel. fugit quoque Benadad rex Syriæ in equo cum equitibus suis. † 20, 20.

Benadad fugiens ingressus est ciuitatem, in cubiculum quod erat intra cubiculum. 30.

Fugerunt [Syri] in tenebris, & dereliquerunt tentoria sua, & equos & asinos in castris, fugeruntque, animas tantùm suas saluare cupientes. 4.Reg.7,7.

Fugies, & non ibi subsistes. † 9,3.

Fugiens ait ad Ochoziam: Insidiæ Ochozia. 23.

Fugit per viam domus horti. 27.

Fugit [Amasias] in Lachis. † 14,19.

Fugit itaque Sedecias per viam, quæ ducit ad campestria solitudinis. Et persecutus est exercitus Chaldæorum regem, comprehenditque eum in planitie Iericho: & omnes bellatores, qui erant cum eo, dispersi sunt, & reliquerunt eum. 4 Regum 25,5. Ierem.52,8.

Consurgensque omnis populus à paruo vsq; ad magnum, & principes militum, venerunt in Aegyptum, timentes Chaldæos. 26.

Num quisquam similis mei fugit? & quis vt ego ingredietur templum, & viuet? non ingrediar. 2.Esd.6,11.

Cognoui quòd partes Leuitarum non fuissent datæ: & fugisset vnusquisque in regionem suam de Leuitis, & cantoribus, & de his qui ministrabant. † 13,10.

Cùm reuersus esset rex Sennacherib, fugiens à Iudæa plagam, quam circa eum fecerat Deus propter blasphemiam. Tob.1,21.

Fugiens nudus latuit [Tobias] quia multi diligebant eum. 23.

Fugientibus his Deus cæli mare aperuit. Iudith 5,12.

Ideò ego fugi à facie eorum. † 10,12.

Cumque cognoueritis fugere eos, ite post illos securi. † 14,5.

Solo tremore & metu agitati, fugæ præsidium sumunt, ita vt nullus loqueretur cum proximo suo. † 15,1.

Fugiet arma ferrea, & irruet in arcum æreum. Iob 20,24.

Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius: & fugiant qui oderunt eum, à facie eius. Psal.67,2.

Quò ibo à spiritu tuo? & quò à facie tua fugiam? † 138,7.

Periit fuga à me, & non est qui requirat animam meam. † 141,5.

Fuge mulieres. Longè fac ab ea viam tuam, & ne appropinques foribus domus eius. Prou.5,8.

Fugit impius nemine persequente: iustus autem quasi leo confidens, absque terrore erit. Prou.28,1.

Fuge dilecte mi, & assimilare capreæ. Cantic.8,14

Hæc [sapientia] iustum à pereuntibus liberauit fugientem. Sap.10,6.

Quos rogantes proiecerant, hos tamquam fugitiuos persequebantur. † 19,3.

Absconde fugientes, & vagos ne prodas. Isa.16,3.

Cuncti principes tui fugerunt simul, durèque ligati sunt: Omnes qui inuenti sunt, vincti sunt pariter, procul fugerunt. † 22,3.

Egredimini de Babylone, fugite à Chaldæis, in voce exultationis annuntiate. † 48,20.

Vsquequò videbo fugientem, audiam vocem buccinæ? Ierem.4,21.

A voce equitis & mittentis sagittam fugit omnis ciuitas: ingressi sunt ardua, & ascenderunt rupes. 29.

Cumque vidisset eos [principes Babylonis] Sedecias rex Iuda, & omnes viri bellatores, fugerunt: & egressi sunt nocte de ciuitate per viam horti regis. † 39,4.

Et qui fugerint gladium, reuertentur de Terra Aegypti in Terram Iuda viri pauci. † 44,28.

Vox fugientium, & eorum qui euaserunt de terra Babylonis, vt annuntient in Sion vltionem Domini. † 50,28.

Fugite de medio Babylonis, & saluet vnusquisque animam suam. † 51,6.

Peribit fuga à veloce, & fortis non obtinebit virtutem suam, & robustus non saluabit animam suam. Amos 2,14.

Quomodo si fugiat vir à facie leonis, & occurrat ei vrsus. † 5,19.

Fugient, & non saluabitur ex eis qui fugerit. † 9,1.

Ipsi verò fugerunt: state, state, & non est qui reuertatur Nahum 2,8.

O, ô fugite de terra Aquilonis, dicit Dominus: quoniam in quatuor ventos cæli dispersi vos. Zach.2,6.

Fugietis ad vallem montium eorum. † 14,5.

Fugerunt habitatores Ierusalem propter eos, & facta est habitatio exterorum. 1.Mach.1,40.

Fugit ipse [Mathathias] & filij eius in montes, & reliquerunt quæcumque habebant in ciuitate. † 2,28.

Et ait Iudas: Absit istam rem facere, vt fugiamus ab eis. † 9,10.

Fugerunt alienigenæ, qui erant in munitionibus, quas Bacchides ædificauerat. † 10,12.

Bis in fugam conuersi sunt patres in terra sua. 72.

Per mediterranea fugiens [Nicanor] solus venit Antiochiam, summam infelicitatem de interitu sui exercitus consecutus. 2.Mach.8,34.

Contigit vt Antiochus post fugam turpiter rediret. † 9,2.

Fuge in Aegyptum, & esto ibi vsque dum dicam tibi. Matth.2,13.

Cùm autem persequentur vos in ciuitate ista, fugite in aliam. † 10,23.

Qui in Iudæa sunt, fugiãt ad montes. † 24,16.

Orate autem vt non fiat fuga vestra in hieme, vel sabbato. 20.

Discipuli omnes, relicto eo, fugerunt. † 26,56.

Fugerunt de monumento: inuaserat enim eas tremor & pauor. Mar.16,8.

Iesus ergo cùm cognouisset, quia venturi essent, vt raperent eum, & facerent eum regem, fugit iterùm in montem ipse solus. Ioan.6,15.

Fugite fornicationem. 1.Cor.6,18.

Mulier fugit in solitudinem, vbi habebat locum paratum à Deo. Apoc.12,6.

FVGO.

Fugatusque est Abner, & viri Israel, à pueris Dauid. 2.Reg.2,17.

Principes cognationum habitantium in Aialon: hi fugauerunt habitatores Geth. 1.Par.8,13. † 12,15,2. Esd.13,28. 1.Mach.6,5.

FVLCRVM.

Fulcra domus Domini. 3.Reg.10,12. Eccles.4,10. Cant.2,5.

FVLGEO FVLGVR.

Dominus dedit tonitrua, & grandinem, & discurrentia fulgura. Exod.9,23. † 19,16.

Luce splendida fulgebis: & omnes fines terræ adorabunt te. Tob.13,13.

Cumque regio fulgeret [Esther] habitu, & inuocasset omnium rectorem. Esther 15,5.

Et quasi meridianus fulgor consurget. Iob 11,17.

Fulgurare lumine suo desuper. † 36,30.

Numquid mittes fulgura, & ibunt, & reuertentia dicent tibi: Adsumus. † 38,35.

Præ fulgore in conspectu eius nubes transierunt. Psal.17,13.

Fulgura multiplicauit, & conturbauit eos. 15.

Illuxerunt fulgura eius orbi terræ. † 96,4.

Fulgura in pluuiam fecit. † 134,7.

Fulgura coruscationem, & dissipabis eos. † 143,6.

Fulgebunt iusti, & tamquam scintillæ in arundineto discurrent. Sap.3,7.

Ibunt directè emissiones fulgurum. † 5,22.

Animalia ibant & reuertebantur, in similitudinem fulguris coruscantis. Ezech.1,14.

Benedicite fulgura, & nubes Domino. Daniel.3,73.

Qui autẽ docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti. † 12,3.

Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno Patris eorum. Matth.13,43.

Sicut enim fulgur exit ab Oriente, & paret vsque in Occidentem: ita erit & aduentus Filij hominis. † 24,27.

De

De throno procedebant fulgura, & voces, & tonitrua. Apoc.4,5.

FVLLO.

Ipse enim quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum. Mal.3,2.

Vestimenta eius facta sunt splendentia, & candida nimis velut nix, qualia fullo non potest super terram candida facere. Marc.9,2.

FVLMEN.

Mittet contra eum fulmina, & ad locum alium non ferentur. Iob 41,14. Sap.19,12.

Et fulmina iaciebant. 2. Mach.10,30.

FVLVVS.

Vestiuit eum [thronum] auro fuluo nimis. 3. Reg.10,18.

FVMVS.

Et ascenderet fumus ex eo [monte] quasi de fornace: eratque omnis mons terribilis. Exodi 19,18.

Videntes fumum vrbis ad cælum vsque conscendere. Ios 8,20.

Factum est, vt fumo & igne mille homines necarentur. Iudic.9,49.

Ignem accenderent: vt ascendente in altum fumo, captam vrbem demonstrarēt. † 20,38,40.

Ascendit fumus de naribus eius. 2 Reg.22,9.

Ad adolendum incensum coram illo, [Deo] & fumiganda aromata. 2 Par.2,4.

Fumus eius extricat omne genus dæmoniorum. Tob.6,8.

Ascendit fumus in ira eius: & ignis à facie eius exarsit: carbones succensi sunt ab eo. Psal.17,9.

Quemadmodum fumus deficient. † 36,20.

Sicut deficit fumus, deficiant. † 67,3.

Defecerunt sicut fumus dies mei. † 101,4.

Qui tangit montes, & fumigant. † 103,32.

Tange montes, & fumigabunt. † 143,5.

Fumus flatus est in naribus nostris. Sap.2,2.

Spes impij, &c. tamquam fumus, qui à vento diffusus est. † 5,15.

Quibus in testimonium nequitiæ fumigabunda constat deserta terra. † 10,7.

Domus repleta est fumo. Isa 6,4.

Ab Aquilone enim fumus veniet, & non est qui effugiet agmen eius. † 14,31.

In sempiternum ascendet fumus eius: à generatione in generationem desolabitur. † 34,10.

Isti fumus erunt in furore meo, ignis ardens tota die. † 65,5.

Ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum de manu Angeli coram Deo. Apocal.8,4.

Ascendit fumus putei, sicut fumus fornacis magnæ. † 9,2.

Impletum est templum fumo à maiestate Dei, & de virtute eius. † 15,8.

Fumus eius ascendit in sæcula sæculorum. † 19,3.

Flebunt & plangent se, &c. cùm viderint fumum incendij eius [Babylonis.] † 18,9.

FVNDA.

Fundis lapides ad certum iacientes, vt capillum quoque possent percutere. Iudic.20,16.

Fundam manu tulit [David] & processit aduersus Philisthæum. 1. Reg.17,40.

Inimicorum tuorum anima rotabitur, quasi in impetu & circulo fundæ. † 25,29.

Circumdata est ciuitas à fundibulariis, & magna ex parte percussa. 4. Reg.3,25.

Tendentes arcum, & vtraque manu fundis saxa iacientes, & dirigentes sagittas. 1. Par.12,2. Iudith 6,3.

In stipulam versi sunt ei lapides fundæ. Iob 41,19.

In tollendo manum, saxo fundæ deiecit [David] exultationem Goliæ. Eccli.47,5.

Dominus exercituum proteget eos: & deuorabunt, & subiicient lapidibus fundæ. Zach.9,15.

FVNDAMENTVM.

Præcepitque rex vt tollerent lapides grandes, lapides pretiosos, in fundamentum templi. 3. Reg.5,17.

Ipse enim fundauit orbem immobilem. 1. Paralip.16,30.

Hæc sunt fundamenta, quæ iecit Salomon. 2. Par 3,3.

Audi fili mi verba oris mei, & ea in corde tuo, quasi fundamentum construe. Tob 4,2.

Montes à fundamentis mouebuntur cum aquis. Iudith 16,18.

Qui terrenum habent fundamentum, consumentur velut à tinea? Iob 4,19.

Vbi eras quando ponebam fundamenta terræ? † 38,4.

Fundamenta montium conturbata sunt, & commota sunt, quoniam iratus est eis. Psal.17,8.

Reuelata sunt fundamenta orbis terrarum. 16.

Fundatur exultatione vniuersæ terræ mons Sion. † 47,3.

Deus fundauit eam in æternum. 9.

Mouebuntur omnia fundamenta terræ † 81,5.

Fundamenta eius in montibus sanctis. † 86,1.

Ipse fundauit eam Altissimus? 5.

Qui fundasti terram super stabilitatem suam. † 103,5.

Fundasti terram, & permanet. † 118,90.

Initio cognoui de testimoniis tuis quia in æternum fundasti ea. 152.

Commouebit illos à fundamentis. Sap.4,19.

Fundamenta æterna supra petram solidam, & mandata Dei in corde mulieris sanctæ. Eccli.26,24.

Assur fundauit eam. Isa.23,13.

Mittam in fundamentis Sion lapidem, lapidē probatum, angularem, pretiosum, in fundamēto fundatum, qui crediderit, non festinet. † 28,16.

Numquid non intellexistis fundamenta terræ? † 40,21.

Manus quoque mea fundauit terram. † 48,13.

Aedificabuntur in te deserta sæculorum, fundamenta generationis & generationis suscitabis. † 58,12.

A die, qua fundamenta iacta sunt templi Domini, ponite super cor vestrum. Agg.2,19.

Manus Zorobabel fundauerunt domum istam, & manus eius perficient eam. Zach.4,9.

Fundamentum est Christus. 1.Cor.3,11. Ephes.2,20. 1.Pet.2,6.

Fundamentum etiam Apostoli. Ephes.2,20. Apoc.21,14.

Et peculiariter Petrus. Matth.16,18. Ioannis 21,15,17.

Cuius fides numquam desi iet. Luc.22,32.

Secundùm gratiam Dei, quæ data est mihi, vt sapiens architectus fundamentum posui: alius autem superædificat. Vnusquisque autem videat quomodo superædificet. Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. 1.Cor.3,10.

Sed estis ciues sanctorum, & domestici Dei: superædificati super fundamentum Apostolorum, & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu. Ephes.2,20.

Firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc: cognouit Dominus qui sunt eius. 2.Tim.2,19.

Expectabat enim [Abraham] fundamenta habentem ciuitatem. Heb.11,10.

Murus ciuitatis habens fundamenta duodecim. Apoc.21,14.

Fundamentum primum, iaspis. 19.

FVNDIBVLVM.

Ad mittendas sagittas, & fundibula. 1.Machab.6,51.

FVNDO, IS.

Fudit oleum super caput eius, *&c.* Vnxi te regem. 4 Reg.9,6. Luc.22,20.

FVNDVM.

Pede sicco fundum maris perambulando transirent. Iudith 5,12.

Vsque ad fundum calicis soporis bibisti. Isa.51,17.

FVNGOR.

Fungi sacerdotio & habere laudē. Eccli.45,19.

Consummatione fungens in ara. † 50,15. Ezech.44,13. Luc.1,8. 2.Cor.5,20. Eph.6,20.

FVNIS.

Funiculos in fimbriis facies per quatuor angulos pallij tui. Deut.22,12.

Iacob funiculus hereditatis eius. † 32,9.

Demisit ergo eos [exploratores] per funem de fenestra: domus enim hærebat muro. Ios.2,15.

Signum fuerit funiculus iste coccineus, & ligaueris eum in fenestra. 18.

Et ceciderunt funiculi Manasse, decem. † 17,5

Si ligatus fuero nouis funibus, qui numquam fuerunt in opere, infirmus ero, & aliorum hominum similis. Iudic.16,11.

Mensus est autem [Dauid] duos funiculos, vnum ad occidendum, & vnum ad viuificandum. 2.Reg.8,2.

Circumdabit omnis Israel ciuitati illi funes, & trahemus eam in torrentem. † 17,13.

Funes inferni circumdederunt me. † 22,6.

Ponamus itaque saccos in lumbis nostris, & funiculos in capitibus nostris, & egrediamur ad regem Israel: forsitan saluabit animas nostras. 3.Reg.20,31.

Extendam super Ierusalem funiculum Samariæ, & pondus domus Achab. 4 Reg.21,13.

Propitius esto sorti & funiculo tuo. Esth.13,17.

Balteum regum dissoluit, & præcingit fune renes eorum. Iob 12,18.

Funes ceciderunt mihi in præclaris. Psal.15,6.

Tibi dabo terram Chanaan, funiculum hereditatis vestræ. † 104,11.

Funiculum meum inuestigasti. † 138,3.

Funes extenderunt in laqueum. † 139,6.

Funiculus triplex difficilè rumpitur. Eccles.4,12.

Antequam rumpatur funiculus argenteus. † 12,6.

Longos fac funiculos tuos, & clauos tuos consolida. Isa.54,2.

Funiculus lineus in manu eius, & calamus mensuræ in manu eius. Ezech.40,3.

In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis. Osee 11,4.

Humus tua funiculo metietur: & tu in terra polluta morieris, & Israel captiuus migrabit de terra sua. Amos 7,17.

Væ qui habitatis funiculum maris, gens perditorum. Soph.2,5.

Præcidi virgam meam secundam, quæ appellabatur Funiculus. Zach.11,14.

FVNVS.

Cumque surrexisset ab officio funeris. Genes.23,3. † 50,7.

Nec super patris quidem, & matris sororisque funere contaminabitur [Nazaræus,] quia consecratio Dei super caput eius est. Num.6,7.

Nec expendi ex his quidquam in re funebri. Deut.26,14. 2.Reg.3,31. 2.Par 35,25. Lucæ 7,12.

FVRNVS.

Et in furnos tuos, & in reliquias ciborum tuorum, *&c.* intrabunt ranæ. Exod.8,3.

Et turrim furnorum. 2.Esd.3,11.

FVR, FVRTVM.

Quòd autem furti me arguis: apud quemcumque inueneris deos tuos, necetur. Gen.31,32.

Non furtum facies. Exod.20,13.

Qui

Qui furatus fuerit hominem, & vendiderit eum, conuictus noxæ morte moriatur. † 21,16.

Quinque boues pro vno restituet [fur.] † 22,1.

Quare te furati sunt fratres nostri viri Iuda, & traduxerunt regem, & domum eius Iordanem? 2.Reg.19,41.

Furata est eum [Ioas] de medio filiorum regis qui interficiebantur, & nutricem eius, de triclinio. 4.Reg.11,2.

Videte, ne fortè furtiuus sit, reddite eum dominis suis, quia non licet nobis aut edere ex furto aliquid, aut contingere. Tob.2,21.

Si videbas furem, currebas cum eo. Psal.49,18.

Non grandis est culpa, cùm quis furatus fuerit: furatur enim vt esurientem impleat animam. Prou.6,30.

Qui cum fure participat, odit animam suam. † 29,24.

Super furem enim est confusio & pœnitentia, & denotatio pessima super bilinguem: susurratori autem odium, & inimicitia, & contumelia. Eccli.5,17.

Quomodo confunditur fur quando deprehenditur, sic confusi sunt domus Israel, ipsi & reges eorum, principes, & sacerdotes, & prophetæ eorum, dicentes ligno: Pater meus es. Ierem.2,26.

Furari, occidere, adulterari, iurare mendaciter, libare Baalim, & ire post deos alienos. † 7,9.

Ad prophetas, ait Dominus, qui furantur verba mea vnusquisque à proximo suo. † 23,30.

Si vindemiatores venissent super te, non reliquissent racemum: si fures in nocte rapuissent quod sufficeret sibi. † 49,9.

Maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulteriũ inundauerunt. Osee 4,2.

Fur ingressus est spolians, latrunculus foris. † 7,1.

Si fures introissent ad te, si latrones per noctem, quomodo conticuisses? Abd.v.5.

Omnis fur, sicut ibi scriptum est, iudicabitur. Zach.5,3.

Aurea quædam vasa è templo furatus [Menelaus] donauit Andronico, & alia vendiderat Tyri. 2.Mach.4,32.

Si sciret paterfamilias qua hora fur venturus esset, vigilaret. Matth.24,43.

Dicite, quia discipuli eius nocte venerunt, & furati sunt eum, nobis dormientibus. † 28,13.

Qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro. Ioan.10,1.

Fur non venit, nisi vt furetur, & mactet, & perdat. 10.

Fur erat [Iudas] & loculos habens, ea quæ mittebantur, portabat. † 12,6.

Qui prædicas non furandũ, furaris. Rom.2,21.

Qui furabatur, iam non furetur. Ephes.4,28.

Ecce venio sicut fur. Beatus qui vigilat, & custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet. Apocal.16,15.

FVROR.

Donec requiescat furor fratris tui, & cesset indignatio eius, obliuiscaturque eorum quæ fecisti in eum. Gen.27,45.

In furore suo occiderunt virum [Simeon & Leui] & in voluntate sua suffoderunt murum. Maledictus furor eorum, quia pertinax: & indignatio eorum, quia dura. † 49,6.

In spiritu furoris tui congregatæ sunt aquæ. Exod.15,8.

Furor meus contra eos, & deleam eos. † 32,10.

Incedam aduersus vos in furore contrario, & corripiam vos septem plagis. Leuit.26,28.

Furor Domini concitatus in populum, percussit eum plaga magna nimis. Num.11,33.

Incrementa & alumni hominum peccatorum, vt augeretis furorem Domini contra Israel. † 32,14.

Quàm maximè furor eius fumet, & zelus contra hominem illum. Deut.29,20.

Et iratus est furor eius [Saulis] nimis. 1.Regum 11,6.

Surrexit ergo Ionathas à mensa in ira furoris. † 20,34.

An desunt nobis furiosi, quòd introduxistis istum [Dauid] vt fureret me præsente? hiccine ingredietur domum meam? † 21,15.

Et addidit furor Domini irasci contra Israel, commouitque Dauid in eis, dicentem: Vade, numera Israel & Iudam. 2.Reg.24,1.

Audire contemnens [Achab] & furibundus venit in Samariam. 3.Reg.20,43.

Iratusque est furor Domini contra Israel. 4.Reg.13,3.

Verumtamen non est auersus Dominus ab ira furoris sui magni, quo iratus est furor eius contra Iudam. † 23,26.

Magnus furor Domini imminet vobis. 2.Paral.28,11.

Concitatus est itaque furor Domini super Iudam & Ierusalem, tradiditque eos in commotionem, & in interitum, & in sibilum. † 29,8.

Stillabit furor meus super locum istum, & non extinguetur. † 34,25.

Illudebantque prophetis, donec ascenderet furor Domini in populum eius, & esset nulla curatio. † 36,16.

Furor super omnes, qui derelinquunt eum. 1.Esd.8,22.

Furore nimio exarsit [Holofernes] in iracundia magna. Iudith 5,2.

Et ardentibus oculis furorem pectoris indicasset [Assuerus.] Esth.15,10.

Et abscondas me donec pertranseat furor tuus? Iob 14,13.

Collegit furorem suum in me. † 16,10.

Qui

Qui perdis animam tuã in furore tuo. † 18,4.
De furore Omnipotentis bibet. † 21, 20.
In diem perditionis seruatur malus, & ad diem furoris ducetur. 30.
Nunc enim non infert furorem suum, nec vlciscitur scelus valdè. † 35,15.
Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. Psal.6,2.† 37,2.
Derelinque furorem: noli æmulari vt maligneris. † 36,8.
Furor illis secundùm similitudinem serpentis. † 57,5.
Furor iræ tuæ comprehendat eos. † 68,25.
Super me confirmatus est furor tuus. † 87,8.
In furore tuo turbati sumus. † 89,7.
Cùm irasceretur furor eorum in nos, forsitan aqua absorbuisset nos. † 123,3.
Præstolatio impiorum furor. Prou.11,23.
Ira & furor, vtraque execrabilia sunt, & vir peccator continens erit illorum. Eccli.27,33.
Excita furorem, & effunde iram. † 36,8.
Furor, zelus, tumultus, fluctuatio, & timor mortis, iracundia perseuerans, & contentio. † 40, 4.
Non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta. Isa.9,12.
Conuersus est furor tuus, & consolatus es me. † 12,1.
Ecce nomen Domini venit de longinquo, ardens furor eius, & grauis ad portandum: labia eius repleta sunt indignatione, & lingua eius quasi ignis deuorans. † 30, 27.
Conculcaui populos in furore meo, & inebriaui eos in indignatione mea, & detraxi in terram virtutem eorum. † 63,6.
Reddere in indignatione furorem suum, & increpationem suam in flamma ignis. † 66,15.
Furore Domini plenus sum, laboraui sustinens. Ierem.6,11.
Furor meus, & indignatio mea conflatur super locum istum, super viros, & super iumenta, & super lignum regionis, & super fruges terræ, & succendetur, & non extinguetur. † 7,20.
Ignis succensus est in furore meo, super vos ardebit. † 15,14.
Non reuertetur furor Domini, vsque dum faciat, & vsque dum compleat cogitationem cordis sui. † 23,20.
Sume calicem vini furoris huius de manu mea: & propinabis de illo cunctis gentibus, ad quas ego mittam te. † 25,15.
Ecce turbo Domini, furor egrediens, procella ruens, in capite impiorum conquiescet. † 30, 23.
Quia in furore & in indignatione mea facta est mihi ciuitas hæc, à die qua ædificauerunt eam, vsque ad diem istam, qua auferetur de conspectu meo. † 32,31.
Magnus furor & indignatio est, quam locutus est Dominus aduersus populum hunc. † 36,7.
Sicut conflatus est furor meus, & indignatio mea super habitatores Ierusalem: sic conflabitur indignatio mea super vos, cùm ingressi fueritis Aegyptum. † 42,18.
Furor Domini erat in Ierusalem & in Iuda, vsquequò proijceret eos à facie sua. † 52,3.
Non fuit in die furoris Domini, qui effugeret & relinqueretur: quos educaui, & enutriui, inimicus meus consumpsit eos. Thren.2,22.
Vidisti omnem furorem, vniuersas cogitationes eorum aduersum me. † 3,60.
Compleuit Dominus furorem suum, effudit iram indignationis suæ: & succendit ignem in Sion, & deuorauit fundamenta eius. † 4,11.
Complebo furorem meum, & requiescere faciam indignationem meam in eis. Ezech.5,13.
Immittam furorem meum in te: & iudicabo te iuxta vias tuas. † 7,3.
Ergo & ego faciam in furore: non parcet oculus meus, nec miserebor, & cùm clamauerint ad aures meas voce magna, non exaudiam eos. † 8,18.
Rex in furore & in ira magna præcepit, vt perirent omnes sapientes Babylonis. Dan.2.12.
Nabuchodonosor repletus est furore: & aspectus faciei eius immutatus est super Sidrach. † 3,19.
Dies regis nostri: cœperunt principes furere à vino. Osee 7,5.
Non faciam furorem iræ meæ: non conuertar vt disperdam Ephraim. † 11,9.
Non immittet vltrà furorem suum, quoniam volens misericordiam est. Mich.7,18.
In fremitu conculcabis terram: in furore obstupefacies Gentes. Habac.3,12.
Et vidit Mathathias, & doluit, & contremuerunt renes eius, & accensus est furor eius secundùm iudicium legis, & insiliens trucidauit eum super aram. 1.Mach.2,24.
Et cùm audissent sui, exierunt tenere eum [Iesum] dicebant enim: Quoniam in furorem versus est. Mar.3,21.

FVRVVM.

Quodcumque furuum, & maculosum, variumque fuerit, tam in ouibus quàm in capris, erit merces mea. Gen.30,32.

FVSCINVLA.

Fuscinulas, & ignium receptacula. Exod.27,3.
Habebat fuscinulam tridentem in manu sua. 1.Reg.2,13.

FVSCVS.

Nolite me considerare quòd fusca sim, quia decolorauit me sol. Cant.1,5.

FVSTIS.

Cædebat fuste latera eius. Numer.22, 27. 2.Mach.4,41. Matth.26,47.

FVSVS.

Leprosus, & tenens fusum, & cadens gladio. 2.Reg 3.29.

Digiti eius apprehenderũt fusum. Prou.31,19.

FVTVRVM.

Quis enim eum adducet, vt post se futura cognoscat? Eccles.3,22.

Qui futurus est, iam vocatum est nomen eius. † 6,10.

Finis cunctorum admonetur hominum, & viuens cogitat quid futurum sit. † 7,3.

Futura nullo scire potest nuntio. † 8,7.

Vsque in sempiternũ ostendit [Isaias] futura, & abscondita antequam euenirent. Eccli.48,28.

Ordinem exponat mihi, ex quo constitui populum antiquum: ventura & quæ futura sunt annuntient eis. Isa.44,7.

Ostendam tibi quæ futura sunt in nouissimo maledictionis. Dan.8,19.

GABAA.

Occubuitq; eis sol iuxta Gabaa. Iudic.19,14.

Clangite buccina in Gabaa. Osee 5,8. † 9,9. † 10,9.

GABAON.

Sol contra Gabaon ne mouearis, & Luna contra vallem Aialon. Ios.10,12. Eccli.46,5.

GABRIEL.

Gabriel fac intelligere istum visionem. Daniel.8,16.

Ego sum Gabriel, qui asto ante Deum: & missus sum loqui ad te, & hæc tibi euangelizare. Lucæ 1,19.

Missus est Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilææ. 26.

GAD.

Gad accinctus præliabitur. Gen.49,19.

Benedictus in latitudine Gad. Deut.33,20.

Venit autem Gad ad Dauid. 2.Reg.24,18. Ezech.48,27. Apoc.7,5.

GAIVS.

Salutat vos Gaius hospes meus. Rom.16,23.

GALATAE.

De prælio, quod eis aduersus Galatas fuit in Babylonia. 2.Mach.8,20.

O insensati Galatæ, quis vos fascinauit non obedire veritati? Gal.3,1.

GALAAD.

Galaad tu mihi caput Libani: si non posuero te solitudinem. Ierem.22,6.

GALBANVM.

Galbanum boni odoris. Exod.30,34. Eccli.24,21.

GALEA.

Imposuit galeam æream super caput eius. 1 Reg.17,38.

Accipiet pro galea iudicium certum. Sap.5,19.

Galea salutis in capite eius: indutus est vestimentis vltionis. Isa.59,17.

State in galeis, polite lanceas, induite vos loricis. quid igitur? vidi ipsos pauidos. Ierem 46,4. Ezech 27,10. 1.Mach.6,35. Ephes.6,17.

Et galeam spem salutis. 1.Thess.5,8.

GALGALA.

Vocatumque est nomen loci illius Galgala. Ios.5,9. Osee 9,15.

GALILAEA.

Galilæa, Philisthiim, & vniuersa Gessuri. Ios.13,2. Isa.9,1.

Præcedit vos in Galilæam: ibi eum videbitis. Matth.28,7.

Nam & Galilæus es. Mar.14,70.

Cùm ergo venisset [Iesus] in Galilæam, exceperunt eum Galilæi. Ioan.4,45.

A Galilæa propheta non surgit. † 7,52.

GALLIO.

Nihil eorum Gallioni curæ erat. Act.18,17.

GALLVS.

Quis dedit gallo intelligentiam? Iob 38,36.

Gallus succinctus lumbos. Prou.30,31. Isa.22,17.

Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas. Matth.23,37.

Antequam gallus cantet, ter me negabis. † 26,34.

GAMALIEL.

Gamaliel, legis doctor, honorabilis vniuersæ plebi, iussit foras ad breue homines fieri. Actorum 5,34.

GAREB.

Exibit vltrà norma mensuræ in conspectu eius super collem Gareb: & circuibit Goatha. Ieremiæ 31,39.

GARIZIM.

Pones benedictionem super montem Garizim. Deut.11,29. † 27,12. Iudic 9,7.

GAVDIO.

Viderunt [Bethsamitæ] arcam, & gauisi sunt cùm vidissent. 1.Reg.6,13.

Sanctus dies Domini est, & nolite contristari: gaudium etenim Domini est fortitudo nostra. 2.Esd.8,10.

Cœperunt ambo flere præ gaudio. Tob.11,11.

Gaudium tibi sit semper. 12.

Per septem dies epulantes, omnes cum gaudio magno gauisi sunt. 21.

Gaudebunt in ea omnes reges terræ, adorantes regem Israel. † 14,9.

Sed sine pollutione peccati reuocauit me vobis gaudentem in victoria sua, in euasione mea, & in liberatione vestra. Iudith 13,20.

Omnes populi gaudebant, cum mulieribus, & virginibus, & iuuenibus, in organis & citharis. † 15,15.

Et per tres menses gaudium huius victoriæ celebratum est cum Iudith. † 16,24.

Omni tempore deinceps vacarent epulis, gaudio atque conuiuiis. Esth 9,17.

Quod laus impiorum breuis sit, & gaudium hypocritæ ad instar puncti. Iob 20,5.

Auditui meo dabis gaudium & lætitiam: & exultabunt ossa humiliata. Psal. 50,10.

Risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat. Prou. 14,13.

Gaudium iusto est facere iudicium, & pauor operantibus iniquitatem. † 21,15.

Si sapiens fuerit animus tuus, gaudebit tecum cor tuum. † 23,15.

Non est oblectamentũ super cordis gaudium. Eccli. 30,16.

Conquieuit & siluit omnis terra, gauisa est & exultauit: abietes quoque lætatę sunt. Isa. 14,7.

Vocabit Dominus Deus exercituum in die illa ad fletum, & ad planctum, ad caluitium, & ad cingulum sacci: & ecce gaudium & lætitia, occidere vitulos & iugulare arietes, comedere carnes, & bibere vinum: Comedamus & bibamus: cras enim moriemur. † 22,12.

Cessauit gaudium tympanorum, quieuit sonitus lætantium, conticuit dulcedo citharæ. † 24,8.

Super humum populi mei spinæ & vepres ascendent: quantò magis super omnes domos gaudij ciuitatis exultantis? † 32,13.

Gaudium & lætitia inuenietur in ea [Sion] gratiarum actio & vox laudis. † 51,3.

Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo. † 61,10.

Gaudebit sponsus super sponsam, & gaudebit super te Deus tuus. † 62,5.

Gaudebitis & exultabitis vsque in sempiternum, in his quæ ego creo. † 65,18.

Gaudete cum ea [Ierusalem] gaudio vniuersi, qui lugetis super eam. † 66,10.

Videbitis, & gaudebit cor vestrum, & ossa vestra quasi herba germinabunt: & cognoscetur manus Domini seruis eius. 14.

Quiescere faciam de vrbibus Iuda, & de plateis Ierusalem, vocem gaudij, & vocem lętitiæ, vocem sponsi, & vocem sponsæ. Ierem. 7,34. † 16,9.

Maledictus vir, qui annuntiauit patri meo, dicens: Natus est tibi puer masculus: & quasi gaudio lætificauit eum. † 20,15.

Perdamque ex eis vocem gaudij, & vocem lætitiæ, vocem sponsi, & vocem sponsæ. † 25,10.

Hæccine est vrbs, dicentes, perfecti decoris, gaudium vniuersæ terræ. Thren. 2,15.

Defecit gaudium cordis nostri: versus est in luctum chorus noster. † 5,15.

Amputabitur exultatio multitudinis eius, & gaudimonium eius erit in luctum. Baruch 4,34.

Gaudens alieno malo, punitur. Pro eo quod dixisti: Euge, euge, super sanctuarium meum, quia pollutum, &c. idcirco tradam te filiis Orientalibus in hereditatem. Ezech. 25,3.

Sicuti gauisus es super hereditatem domus Israel, eò quòd fuerit dissipata, sic faciam tibi: dissipatus erit mons Seir. † 35,15.

Vehementer rex gauisus est super eo, & Danielem præcepit educi de lacu. Dan. 6,23.

Cessare faciam omne gaudium eius, solemnitatem eius, neomeniam eius. Osee 2,11.

Ego autem in Domino gaudebo: & exultabo in Deo Iesu meo. Hab. 3,18.

Erit gaudium tibi, & exultatio, & multi in natiuitate eius [Ioannis] gaudebunt. Luc. 1,14.

Gaudium erit in cælo super vno peccatore pœnitentiam agente. † 15,7.

Et festinans descendit [Zachæus] & excepit illum gaudens. † 19,6.

Adorantes regressi sunt in Ierusalem cum gaudio magno. † 24,52.

Hæc locutus sum vobis, vt gaudium meum in vobis sit, & gaudium vestrum impleatur. Ioannis 15,11.

Iterùm autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum: & gaudium vestrum nemo tollet à vobis. † 16,22.

Et illi quidem [Apostoli] ibant gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Act. 5,41.

Et claudi curati sunt. Factum est ergo gaudium magnum in illa ciuitate. † 8,9.

Et vt cognouit vocem Petri, præ gaudio non aperuit ianuam, sed intrò currens nuntiauit stare Petrum ante ianuam. † 12,14.

Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus. Rom. 12,15.

Meum gaudium, omnium vestrûm est. 2. Corinth. 2,3.

Implete gaudium meum, vt idem sapiatis, eamdem charitatem habentes. Philip. 2,2.

Gaudete in Domino semper: iterùm dico gaudete. † 4,4.

Gaudemus propter vos ante Deum nostrum. 1. Thess. 3,9.

Semper gaudete, sine intermissione orate. † 15,16.

Aspicientes in auctorem fidei, & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta. Heb. 12,2.

Omne gaudium existimate fratres mei, cùm in tentationes varias incideritis. Iacob. 1,2.

Gaudium vestrum sit plenum. 1. Ioan. 1,4.

GAZA.

Gaza destructa erit, & Ascalon in desertum. Soph. 2,4.

GAZOPHYLACIVM.

Tulit Ioiada Pontifex gazophylaciũ vnum, aperuitque foramen desuper, & posuit illud iuxta altare ad dexteram ingredientium domum Domini. 4. Reg. 12,9.

Ad gazophylacium enim deportabunt filij Israel,

Israel, & filij Leui, primitias frumenti, vini, & olei. 2.Esd.10,39.

Fecit ergo sibi gazophylaciũ grande,& ibi erãt ante eum reponentes munera.† 13,5. Ier.35,4.

Gazophylacia Aquilonis &gazophylacia Austri,quæ sunt ante ædificium separatum;hęc sunt gazophylacia sancta. Ezech.42,13.

GEBAL.

Gebal & Ammon & Amalec. Psal.82,8.

GEBBETHON.

Percussit eum in Gebbethon. 3.Reg.15,27. †16,15.

GEDEON.

Aedificauit ergo ibi Gedeon altare Domino. Iudic.6,24.† 8,27. Heb.11,32.

GEENNOM.

Geennom,id est,Vallem Ennom. Ios.18,16.

GEHENNA.

Potiùs timete eum,qui potest & animam & corpus perdere in gehennam. Matth.10,28.

Facitis eum filium gehennæ duplo quàm vos. † 23,15.

GEHON.

Nomen fluuij secundi Gehon. Gen. 2,13.

Assistens quasi Gehon in die vindemiæ. Eccli. 24,37.

GELV.

Aestu vrebar, & gelu, fugiebatque somnus ab oculis meis. Gen.31,40.

Flante Deo concrescit gelu. Iob 37,10.

Gelu sicut salem effundet super terram: & dum gelauerit, fiet tamquam cacumina tribui. Eccli.43,21.

GEMINVS.

Gemini in vtero eius reperti sunt. Gen.25,24.

Instante autem partu, apparuerunt gemini in vtero: atque in ipsa effusione infantium, vnus protulit manum, in qua obstetrix ligauit coccinum,dicens: Iste egredietur prior. † 38,27.

GEMITVS.

Audiuit gemitum eorum, ac recordatus est fœderis, quod pepigit cum Abrahã. Exod.2,24.

Ego audiui gemitum filiorum Israel,quo Aegyptij oppresserunt eos. † 6,5.

Gemens tacerem. Esth.7,4.

Manus plagæ meæ aggrauata est super gemitum meum. Iob 23,2.

De ciuitatibus fecerunt viros gemere, & anima vulneratorum clamauit. † 24,12.

Laboraui in gemitu meo. Psal.6,7.

Et gemitum pauperum,nũc exurgam. † 11,6.

Gemitus meus à te non est absconditus. †37,10.

Introeat in conspectu tuo gemitus compeditorum. †78,11.

A voce gemitus mei, adhæsit os meum carni meæ. †101,6.

Vt audiret gemitus compeditorum. 21.

Et gemas in nouissimis, quando consumpseris carnes tuas. Prou.5,11.

Dicentes intra se, pœnitentiam agentes,& prę angustia spiritus gementes. Sap 5,3.

Gemitus matris tuæ ne obliuiscaris. Eccli.7,29.

Gemitum eius cessare feci. Isa.21,2.

Multi enim gemitus mei, & cor meum mœrens. Thren.1,22.

Quare tu gemis? dices: Pro auditu: quia venit, & tabescet omne cor. Ezech.21,7.

Et gement gemitibus interfecti coram facie eius. † 30,24.

Ancillæ eius minabantur gementes vt columbæ, murmurantes in cordibus suis. Nahum 2,7.

Vt cum gaudio hoc faciant & non gementes. Heb.13,17.

GEMMA.

Gemmas ad ornandum ephod, ac rationale. Exod.25,7.

Posuit in eo [rationali] gemmarum ordines quatuor. In primo versu erat sardius. † 39,10.

Tulit diadema,&c. habens gemmas pretiosissimas. 2.Reg.12,30. 3.Reg 10,2.

Dederunt Iudith in auro, & argento,& vestibus, & gemmis, & omni supellectili, & tradita sunt omnia illi à populo. Iudith 15,14.

Gemma gratissima, expectatio præstolantis. Prou.17,8.

Gemmis pretiosis figuratis in ligatura auri, & opere lapidarij sculptis. Eccli.45,13.

GENAE.

Pulchræ sunt genę tuę sicut turturis. Cant.1,9.

Genæ illius sicut areolæ aromatum. † 5,13. Isa.50,6.

GENEALOGIA.

Hi quæsierunt scripturam genealogiæ suæ, & non inuenerunt, & eiecti sunt de sacerdotio. 1.Esd.2,62.

Redeunt in Iudeam cum Esdra mille quingenti triginta viri. Hi sunt ergo principes familiarum,& genealogia eorum qui ascenderunt mecum. † 8,1,14.

Ne aliter docerent, neque intendentes fabulis,& genealogiis interminatis: quæ quæstiones præstant magis quàm ædificationem Dei, quæ est in fide. 1.Timoth.1,4.

Stultas autem quæstiones, & genealogias, & contentiones, & pugnas legis deuita;sunt enim inutiles & vanæ. Tit.3,9.

Melchisedech,&c. sine patre, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum neque finem vitæ habens, assimilatus autẽ Filio Dei. Heb.7,3.

GENER.

Quis ego sum,&c. vt fiam gener regis? 1.Regum 18,18.

In duabus rebus gener meus eris hodie. 21,23. †22,14.

Fecit [Ochozias] quod malum est coram Domino, sicut domus Achab: gener enim domus Achab fuit. 4.Reg.8,27.

Gener erat Sanaballat Heronites, quem fugaui à me. 2.Esd.13,28.

GENERATIO.

Generatione quarta reuertentur huc: necdum enim completæ sunt iniquitates Amorrhæorum. Gen.15,16.

Hæ sunt generationes Ismael filij Abrahæ, &c. duodecim principes tribuum suarum. † 25,12.

Hæ sunt autem generationes Esau, ipse est Edom. † 36,1.

Hæ sunt generationes eius [Iacob.] Genes.37,2.

Vidit [Ioseph] Ephraim filios vsque ad tertiam generationem. † 50,22.

Generatio enim peruersa est, & infideles filij. Deut.32,20.

Filij tui vsque ad quartam generationem sedebunt super thronum Israel. 4.Reg.10,30.

Videatis filios filiorum vestrorum, vsque in tertiam & quartam generationem. † 9,11.

Viditque [Tobias] quintam generationem, filios filiorum suorum. † 14,15.

Interroga enim generationem pristinam, & diligenter inuestiga patrum memoriam. Iob 8,8.

Vidit [Iob] filios suos, & filios filiorum suorum vsque ad quartam generationem, & mortuus est senex, & plenus dierum. † 42,16.

Annuntiabitur Domino generatio ventura. Psal.21,32.

Hæc est generatio quærentium eum. † 23,6.

Vt cognoscat generatio altera. † 77,6.

Generatio praua & exasperans; generatio, quæ non direxit cor suum. 8.

Verbi, quod mandauit in mille generationes. † 104,8.

Ex vtero ante luciferum genui te. † 109,3.

Generatio rectorum benedicetur. † 111,2.

Generatio & generatio laudabit opera tua. † 144,4.

Generatio, quæ patri suo maledicit, & quæ matri suæ non benedicit. Prou.30,11.

Generatio præterit, & generatio aduenit: terra autem in æternum stat. Eccles.1,4.

Si genuerit quispiam centum liberos, & vixerit multos annos. † 6,3.

O quàm pulchra est casta generatio cum claritate! Sap.4,1.

Speciei enim generator hæc omnia constituit. † 13,3.

Sic generatio carnis & sanguinis, alia finitur, & alia nascitur. Eccli.14,19.

Generatio mea ablata est. Isa.38,12.

Væ qui dicit patri: Quid generas? & mulieri: Quid parturis? † 45,10.

Quis genuit mihi istos? ego sterilis & non pariens, transmigrata, & captiua: & istos quis enutriuit? † 49,21.

De angustia, & de iudicio sublatus est: generationem eius quis enarrabit. † 53,8.

Proiecit Dominus, & reliquit generationem furoris sui. Ierem.7,29.

Væ mihi mater mea: quare genuisti me, virum rixæ? † 15,10.

Videte si generat masculus. † 30,6.

Ingressi itaque in Babylonem, eritis ibi annis plurimis, & temporibus longis, vsque ad generationes septem, post hoc autem educam vos inde cum pace. Baruch 6,2.

Christi autem generatio sic erat. Matth.1,18.

O generatio incredula & peruersa, quousque ero vobiscum. † 17,16.

Non præteribit generatio hæc, donec omnia hæc fiant. † 24,34. Luc.21,32.

Saluabitur autem [mulier] per filiorum generationem, si permanserit in fide, & dilectione, & sanctificatione cum sobrietate. 1.Tim.2,15.

Obsecro te pro meo filio, quem genui in vinculis, Onesimo. Philem.v.10.

Voluntariè enim genuit nos verbo veritatis. Iacob.1,18.

Omnis qui natus est ex Deo non peccat: sed generatio Dei conseruat eum, & malignus non tangit eum. 1.Ioan 5,18.

GENEROSITAS.

Generositatem illius glorificat. Sap.8,3.

GENESAR.

Applicuerunt ad aquam Genesar. 1.Machab.11,67. Matth.14,34. Luc.5,1.

GENIMEN.

Ignis est vsque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina. Iob 31,12. Psalmo 64,11. Prou.8,19,18,20.

Serpentes, genimina viperarum. Matth.23,33. † 26,29.

GENTES.

Duæ gentes sunt in vtero tuo, & duo populi ex ventre tuo diuidentur. Gen.25,23.

Deleam eos, faciamque te in gentem magnam. Exod.32,10.

Deleuerit gentes multò maioris numeri quàm tu es, & robustiores te. Deut.7,1.

Adducet Dominus super te Gentem de longinquo, & de extremis terræ finibus. † 28,49.

Gens absque consilio est, & sine prudentia. † 32,28.

Hæ sunt gentes, quas Dominus dereliquit, vt erudiret in eis Israelem, & omnes qui non nouerant bella Chananæorum: vt posteà discerent filij eorum certare cum hostibus. Iudic.3,1.

Quæ est autem, vt populus tuus Israel gens in terra, propter quam iuit Deus, vt redimeret eam sibi in populum? 2.Reg.7,23.

Fabricata est deum suum, &c. Gens & Gens in

in vrbibus suis. 4. Regum 17,29.

Pugnabit enim gens contra gentem, & ciuitas contra ciuitatem, quia Dominus conturbabit eos in omni angustia. Vos ergo confortamini, & non dissoluantur manus vestræ. 2 Par. 15,6.

Ostendet maiestatem suam in gentem peccatricem. Tob. 13,7.

Achior videns virtutem, quam fecerat Deus Israel, relicto gentilitatis ritu, credidit Deo. Iudith 14, 6.

Gentes, quæ conuenerant: hi sunt, qui conati sunt delere nomen Iudæorum. Esth. 10,8.

Ad quorum [draconum] clamorem concitatæ sunt nationes, vt pugnarent contra gentem iustorum. Esth. 11,7.

Extinguere gloriam templi, & altaris tui, vt aperiant ora Gentium, & laudent idolorum fortitudinem. † 14,10.

Discerne causam meam de gente non sancta, ab homine iniquo & doloso erue me. Psal. 42,1.

Manus tua gentes disperdidit, & plantasti eos. † 43,3.

Deus venerunt Gentes in hereditatem tuam. † 78,1.

In vnamquamque gentem præposuit rectorem. Eccli. 17,14.

In terram alienigenarum gentium pertransiet [sapiens:] bona enim & mala in hominibus tentabit. † 39,5.

Duas gentes odit anima mea: tertia autem non est gens, quam oderim: qui sedent in monte Seir, & Philisthiim, & stultus populus qui habitat in Sichimis. † 50,27.

Ite Angeli veloces ad gentem conuulsam, & dilaceratam. Isa. 18,2.

Aperite portas, & ingrediatur gens iusta, custodiens veritatem. † 26,2.

Ecce Gentes quasi stilla situlæ, & quasi momentum stateræ reputatæ sunt. † 40,15.

Ecce gentem, quam nesciebas, vocabis: & Gentes, quæ te non cognouerunt, ad te current, propter Dominum Deum tuum, & sanctum Israel, qui glorificauit te. † 55,5.

Fortitudo Gentium venerit tibi. † 60,5.

Ecce ego, ecce ego ad Gentem, quæ non inuocabat nomen meum. † 65,1.

Adducam super vos gentem de longinquo domus Israel, ait Dominus; gentem robustam, gentem antiquam, gentem cuius ignorabis linguam. Ierem. 5,15.

Gens magna consurget à finibus terræ. † 6,22.

Et dices ad eos: Hæc est gens, quæ non audiuit vocem Domini Dei sui. † 7,28.

Ad te Gentes venient ab extremis terræ, & dicent: Verè mendacium possederunt patres nostri, vanitatem, quæ eis non profuit. † 16,19.

Si defecerint leges istæ coram me, dicit Dominus: tunc & semen Israel deficiet, vt non sit gens coram me. † 31,36.

Adduxit enim super illos gentem de longinquo, gentem improbam, & alterius linguæ: qui non sunt reueriti senem, neque puerorum miserti sunt. Baruch 4,15.

Duæ gentes, & duæ terræ meæ erunt. Ezechiel, 35,10.

Faciam eos in gentem vnam in terra in montibus Israel, & rex vnus erit omnibus imperans. † 37,22.

Et ponam gloriam meam in Gentibus: & videbunt omnes gentes iudicium meum. † 39,21.

Gens enim ascendit super terram meam, fortis & innumerabilis. Ioel 1,6.

Suscitabo super vos, domus Israel, dicit Dominus Deus exercituum, gentem: & conteret vos ab introitu Emath, vsque ad torrentem deserti. Amos 6,15.

Conuenite, congregamini gens non amabilis. Soph. 2,1.

Ego suscitabo Chaldæos, gentem amaram & velocem, ambulantem super latitudinem terræ, vt possideat tabernacula non sua. Habac 1,6.

Disperdidi Gentes, & dissipati sunt anguli earum. † 3,6.

Gens tua, & Pontifices tradiderunt te mihi: quid fecisti? Ioan. 18,35.

Indignos vos iudicatis vitæ æternæ, ecce conuertimur ad Gentes. Act. 13,46.

Surgens Petrus dixit ad eos, &c. Deus in nobis elegit, per os meum audire Gentes verbum Euangelij, & credere. † 15,7. † 16,1.

Gentibus missum est hoc salutare Dei, & ipsi audient. † 28,28.

Gentes autem super misericordia honorare Deum. Rom. 15,9.

Cùm Gentes essetis, ad simulachra muta prout ducebamini euntes. 1. Cor. 12,2. Gal. 2,14.

Gentes esse coheredes, & concorporales, & comparticipes promissionis eius in Christo Iesu per Euangelium. Eph. 3,6. Coloss. 3,11.

GENV.

Clamante præcone, vt omnes coram eo [Ioseph] genu flecterent, & præpositum esse scirent vniuersæ Terræ Aegypti. Genes. 41,43.

Percutiat te Dominus vlcere pessimo in genibus & in suris; sanarique non possis. Deut. 28,35.

Vtrumque enim genu in terram fixerat [Salomon,] & manus expanderat in cælum. 3. Regum 8,54.

Derelinquam mihi in Israel septem millia virorum, quorum genua non sunt incuruata ante Baal. † 19,18.

Curuauit [princeps quinquagenarius] genua contra Eliam. 4. Reg. 1,13.

Posuit eum illa super genua sua vsque ad meridiem, & mortuus est. † 4,20.

Deinceps flexis genibus contra vniuersam

multitudinem. 2.Paral.6,13.

Curuaui genua mea, & expandi manus meas ad Dominum Deum meum. 1.Esd.9,5.

Flectebant genua,& adorabant Aman: sic enim præceperat eis Imperator, solus Mardochæus non flectebat genua. Esth.3,2.

Quare exceptus genibus? cur lactatus vberibus? Iob 3,12.

Genua mea infirmata sunt à ieiunio. Psalmo 108,24.

Confortate manus dissolutas,& genua debilia roborate. Isa.35,3.

Quia mihi curuabitur omne genu, & iurabit omnis lingua. † 45,24.

Traduxit me per aquam vsque ad genua. Ezech.47,4.

Compages renum eius [Baltassaris] soluebantur, & genua eius ad se inuicem collidebantur. Dan.5,6.

Curuabo genu Deo excelso? Mich.6,6.

Positis autem genibus, clamauit [Stephanus] voce magna,dicens: Domine ne statuas illis hoc peccatum. Act.7,59.

Positis genibus suis orauit [Paulus] cum omnibus illis. † 20,36.

Mihi flectetur omne genu: & omnis lingua confitebitur Deo. Rom.14,11.

Flecto genua mea ad Patrem Domini nostri Iesu Christi. Ephes.3,14.

GENVS.

Genus quæris mercenarij, an ipsum mercenarium, qui cum filio tuo eat? Tob.5,17.

Væ genti insurgenti super genus meum. Iudith 16,20.

Quoniam sunt fratres,& quòd sunt de genere Abraham. 1.Mach.12,21.

Genus ergo cùm simus Dei, non debemus æstimare auro, aut argento, &c. diuinum esse simile. Act.17,29.

GERARA.

Peregrinatus est [Abraham] in Geraris. Genes.20,1. † 26,17.

GERASENI.

Venerunt trans fretum maris, in regionem Gerasenorum. Mar.5,1.

GERMANVS.

Venit germanus tuus fraudulenter. Gen.27,35. 3.Reg.11,19.

Vt dissoluerem germanitatem inter Iudam & Israel. Zach.11,14.

Rogo & te germane compar. Philip.4,3.

GERMEN.

Germinet terra herbam virentem. Gen.1,11.

Inuenit germinasse virgam Aaron in domo Leui. Num.1 ,8.

Erit germen Domini in magnificentia & gloria, & fructus terræ sublimis. Isa.4,2.

Germen eorum vt puluis ascendet. † 5,24.

Germinans germinabit, & exultabit lætabunda & laudans. † 35,2.

Germen eorum in medio populorum. † 61,9.

Suscitabo Dauid germen iustum: & regnabit rex, & sapiens erit. Ierem 23,5.

Germinare faciam Dauid germen iustitiæ: & faciet iudicium & iustitiam in terra. † 33,15.

Suscitabo eis germen nominatum. Ezechielis 34,29.

GERO, GESTA.

Nutricis ac geruli fungebatur officio. Ruth 4,16

Gesta autem Dauid regis, priora & nouissima, scripta sunt in Libro Samuelis Videntis,& in Libro Nathan. 1.Par.29,29. Esth.9,26.

Vt referat vnusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonum, siue malum. 2.Cor.5,10.

GERSAM.

Vnus vocabatur Gersam. Exod.18,3.

GESSEN.

Habitabis in terra Gessen. Genes.45,10. Exod.8,22. † 9,26.

GESSVR.

Quare veni de Gessur? 2.Reg.14,32. 1.Par.3,2.

GESSVRI.

Vsque ad terminos Gessuri. Deut.3,14.

GESTO.

Gestabit [Aaron] iudicium filiorum Israel in pectore suo. Exod.28,30.

Portauit te Deus tuus, vt solet homo gestare paruulum suum. Deut.1,31.

Domus Israel, qui portamini à meo vtero, qui gestamini à mea vulua. Isa.46,3,7.

GETH.

Extimuit [Dauid] valdè à facie Achis regis Geth. 1.Reg.21,12.

Nolite annuntiare in Geth. 2.Reg.1,20. Psal.55,1. Mich.1,10.

GETHSEMANI.

In villã, qua dicitur Gethsemani. Mat.26,36.

GIBBVS.

Si gibbus, si lippus, si albuginem habens in oculo. Leuit.21,20. Isa.30,6.

GIEZI.

Giezi præcesserat ante eos, & posuerat baculum super faciem pueri, & non erat vox. 4.Regum 4,31.

Vnde venis Giezi, &c. lepra Naaman adhærebit tibi, & semini tuo. † 5,25.

GIGAS.

Gigantes autem erant super terram in diebus illis. Gen.6,4.

Terra gigantum reputata est: & in ipsa olim habitauerunt gigantes, quos Ammonitæ vocant Zomzommim, populus magnus, & multus, & proceræ longitudinis, sicut Enacim. Deut 2,20.

Solus quippe Og Rex Basan restiterat de stirpe gigantum. Monstratur lectus eius ferreus, nouem

uem cubitos habens longitudinis. † 3,11. Iosue 11,21. † 15,14.

Nec excelsi gigantes opposuerunt se illi, sed Iudith filia Merari in specie faciei suæ dissoluit eum [Holofernem.] Iudith 16,8.

Exultauit vt gigas ad currendam viam, à summo cælo egressio eius. Psal.18,6.

Gigas non saluabitur in multitudine virtutis suæ. † 32,16.

Ignorauit quòd sint ibi gigantes, & in profundis inferni conuiuæ eius. Prou.9,18.

Ab initio cùm perirent superbi gigantes, spes orbis terrarum ad ratem confugiens, remisit sæculo semen natiuitatis. Sap.14,6.

Non exorauerunt pro peccatis suis antiqui gigantes, qui destructi sunt confidentes suæ virtuti. Eccli.16,8.

Morientes non viuant, gigantes non resurgant. Isa.26,14.

Terram gigantum detrahes in ruinam. 19.

Ibi fuerunt gigantes nominati illi, qui ab initio fuerunt, statura magna, scientes bellum. Non hos elegit Dominus. Baruch 3,26.

GIGNO.

Vel quis genuit stillas roris? Iob 38,29.

Filius meus es tu, ego hodie genui te. Psalmo 2,7. † 109,3.

Audi patrem tuum, qui genuit te. Prou.23,22.

Si genuerit quispiam centum liberos. Ecclesf.6,3.

Quasi dominis seruiet his qui se genuerunt. Eccli.3,8.

Quis genuit mihi istos? Isa.49,21.

Et lapidi: Tu me genuisti. Ierem.2,27. Ezech.18,10,14. Oseæ 5,7. Zach.13,3. Matth.1,2.

Beatæ steriles, & ventres qui non genuerunt. Luc.23,29.

Per Euangelium ego vos genui. 1.Cor.4,15.

Quem genui in vinculis. Philem.v.10.

Voluntariè enim genuit nos verbo veritatis. Sicut modò geniti infantes. 1.Pet.2,2.1.Ioannis 5,1.

GIHON.

Adduxerunt eum in Gihon. 3.Reg.1,38.

GITH.

Seret gith, & cyminum sparget. Isa.28,25.

GLACIES.

De cuius vtero egressa est glacies? Iob 38,29.

Glacies, spiritus procellarum: quæ faciunt verbum eius. Psal.148,8.

GLADIVS.

Collocauit ante paradisum Cherubim, & flammeum gladium atque versatilem, ad custodiendam viam ligni vitæ. Gen.3,24.

Viues in gladio, & fratri tuo seruies. † 27,40.

Præbuistis ei [Pharaoni] gladium, vt occideret nos. Exod.5,21.

Inducamque super vos gladium vltorem fœderis mei. Leuit.26,25.

Foris vastabit eos gladius, & intus pauor. Deut.32,25.

Si acuero vt fulgur gladium meum. 41.

Gladius meus deuorabit carnes. 42.

Suscitauit eis saluatorem vocabulo Aod, qui fecit sibi gladium ancipitem, habentem in medio capulum longitudinis palmæ manus, & accinctus est eo subter sagū in dextero femore. Iudic.3,16.

Non est hoc aliud nisi gladius Gedeonis. † 7,14.

Gladius Domini & Gedeonis. 20.

Immisitque Dominus gladium in omnibus castris, & mutua se cæde truncabant. 22.

Versus fuerat gladius vniuscuiusque ad proximum suum, & cædes magna nimis. 1.Reg.14,20.

Sicut fecit absque liberis mulieres gladius tuus, sic absque liberis erit inter mulieres mater tua. † 15,33.

Cumque gladium non haberet in manu Dauid, cucurrit & stetit super Philisthæum, & tulit gladium eius, & eduxit eum de vagina sua, & interfecit eum, præciditque caput eius. † 17,51.

Ecce hic gladius Goliath Philisthæi. † 21,9.

Accingatur vnusquisque gladio suo. Et accincti sunt singuli gladiis suis, accinctusque est & Dauid ense suo. † 25,13.

Arripuit itaque Saul gladium, & irruit super eum. † 31,4,5.

Sagitta Ionathæ numquam rediit retrorsum, & gladius Saul non est reuersus inanis. 2.Regum 1,22.

Apprehensoque vnusquisque capite comparis sui, defixit gladium in latus contrarij, & ceciderunt simul: vocatumque est nomen loci illius Ager robustorum, in Gabaon. † 2,16.

Non recedet gladius de domo tua vsque in sempiternum, eò quòd despexeris me, & tuleris vxorem Vriæ. † 12,10.

Ioab, &c. accinctus gladio dependente vsque ad ilia, in vagina, qui fabricatus leui motu egredi poterat, & percutere. † 20,8.

Afferte mihi gladium, &c. Diuidite, inquit, infantem viuum. 3.Reg.3,24.

Quicumque fugerit gladium Hazael, occidet eum Iehu. † 19,17.

Et deiiciam eum [regem Assyriorum] gladio in terra sua. 4.Reg.19,7.

Si irruerint super nos mala, gladius iudicij, pestilentia, & fames, stabimus coram domo hac in conspectu tuo. 2.Par.20,9.

Cum eisdem gladio trāsuerberabitur [Achior.] Iudith 5,28.

Gladius militiæ meæ transiet per latera tua. † 6,4.

Deus patris mei Simeon, qui dedisti illi gladium in defensionem alienigenarum, qui viola-

tores.

tores extiterunt in coinquinatione sua. † 9,2.

Fac Domine, vt gladio proprio eius superbia amputetur. 12.

Vltor iniquitatum gladius est: & scitote esse iudicium. Iob 19,29.

Gladium suum vibrabit, arcum suum tetendit. Psal. 7,13.

Gladium euaginauerunt peccatores. † 36,14.

Gladius eorum intret in corda ipsorum. 15.

Gladius meus non saluabit me. † 43,7.

Gladius in labiis eorum: quoniam quis audiuit? † 58,8.

Qui redemisti Dauid seruum tuum de gladio maligno: eripe me. † 143,10.

Gladij ancipites in manibus eorum. † 149,6.

Gladius acutus insimulatum imperium tuum portans, & stans repleuit omnia morte, & vsque ad cælum attingebat stans in terra. Sap. 18,16.

Multi ceciderunt in ore gladij, sed non sic quasi qui interierunt per linguam suam. Eccli. 28,22.

Quòd si nolueritis, & me ad iracundiam prouocaueritis: gladius deuorabit vos. Isa. 1,20.

Conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces. † 2,4.

A facie enim gladiorum fugerunt, à facie gladij imminentis, à facie arcus extenti, à facie grauis prælij. † 21,15.

Visitabit Dominus in gladio suo duro, & grandi, & forti, super Leuiathan serpentem vectem. † 27,1.

Inebriatus est in cælo gladius meus: ecce super Idumæam descendet. † 34,5.

Gladius Domini repletus est sanguine, incrassatus est adipe. 6.

In igne Dominus diiudicabit, & in gladio suo ad omnem carnem, & multiplicabuntur interfecti à Domino, qui sanctificabantur, & mundos se putabant in hortis post ianuam. † 66,16.

Deuorauit gladius vester prophetas vestros. Ierem. 2,30.

Ecce peruenit gladius vsque ad animã. † 4,10.

Gladius inimici, pauor in circuitu. † 6,25.

Mittam post eos gladium, donec consummantur. † 9,16.

Quia gladius Domini deuorabit ab extremo terræ vsque ad extremum eius: non est pax vniuersæ carni. † 12,12.

In gladio & fame consumentur prophetæ illi. † 14,15.

Gladium enim ego voco super omnes habitatores terræ. † 25,29.

Ecce mittam in eos gladium, & famem, & pestem. † 29,17.

Gladius, quem vos formidatis, ibi comprehendet vos in Terra Aegypti: & fames, pro qua estis soliciti. † 42,16.

Deuorabit gladius, & saturabitur, & inebriabitur sanguine eorum. † 46,10.

Reuertamur ad populum nostrum, & ad terram natiuitatis nostræ, à facie gladij columbæ. 16.

Maledictus, qui prohibet gladium sum à sanguine. † 48,10.

Gladius ad Chaldæos, ait Dominus, & ad habitatores Babylonis. † 50,35.

Foris interficit gladius, & domui mors similis est. Thren. 1,20.

Sume tibi gladium acutum, radentem pilos. Ezech. 5,1.

Gladius foris, & pestis & fames intrinsecus. † 7,15.

Gladium metuistis, & gladium inducam super vos. † 11,8.

Et dixero gladio: Transiui per terram: & interfecero de ea hominem. † 14,17.

Loquere: Gladius, gladius exacutus est, & limatus. † 21,9.

Cùm dedero gladium meum in manu regis Babylonis, & extenderit eum super Terram Aegypti. † 30,25.

Gladius regis Babylonis veniet tibi, in gladiis fortium deiiciam multitudinem tuam. † 32,12.

Gladius vniuscuiusque in fratrem suum dirigetur. † 38,21.

Manet enim Angelus Domini, gladium habens, vt secet te medium. Dan. 13,59.

Facti sunt quasi arcus dolosus: cadent in gladio principes eorum, à furore linguæ suæ. Osee 7,16.

Cœpit gladius in ciuitatibus eius, & consumet electos eius, & comedet capita eorum. † 11,6.

Et si abierint in captiuitatem coram inimicis suis, ibi mandabo gladio, & occidet eos. Amos 9,4.

Vox flagelli, &c. & micantis gladij, & fulgurantis hastæ, & multitudinis interfectæ. Nahum 3,3.

Trucidati sunt senes eius in plateis, & iuuenes eius ceciderunt in gladio inimicorũ. 1. Mach. 2,9.

Gladium Apollonij abstulit Iudas, & erat pugnans in eo omnibus diebus. † 3,12.

Cessauit gladius ex Israel. † 9,73.

Gladio se petiit [Razias] eligens nobiliter mori potiùs, quàm subditus fieri peccatoribus, & contra natales suos indignis iniuriis agi. 2. Machab. 14,42.

Extendisse autem Ieremiam dexteram, & dedisse Iudæ gladium aureum, dicentem: Accipe sanctum gladium munus à Deo, in quo deiicies aduersarios populi mei Israel. † 15,16.

Omnes enim, qui acceperint gladium, gladio peribunt. Matth. 26,52.

Tuam ipsius animam pertransibit gladius. Luc. 2,35.

Cadent in ore gladij. † 21,24.

Qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladium. † 22,36.

Domine, si percutimus in gladio? 49.

Si

Si autem malum feceris, time: non enim sine causa gladium portat. Rom. 13,4.

Galeam salutis assumite; & gladium spiritus, (quod est verbum Dei.) Ephes. 6,17.

De ore eius gladius vtraque parte acutus exibat. Apoc. 1,16.

Et de ore eius procedit gladius ex vtraq; parte acutus: vt in ipso percutiat Gentes. † 19,15.

GLAREA.

Dulcis fuit glareis Cocyti. Iob 21,23.

GLEBAE.

Et glebæ illius aurum. Iob 28,6.

GLOBVS.

Omnis globus tuus stet contra Dominum. Num. 16,11.

Vidit globum Iehu venientis. 4. Reg. 9,17.

GLORIA.

Nuntiate patri meo vniuersam gloriā meam, & cuncta quæ vidistis in Aegypto: festinate, & adducite eum ad me. Gen. 45,13.

Glorificabor in Pharaone, & in omni exercitu eius. Exod. 14,4,18.

In multitudine gloriæ tuæ deposuisti aduersarios tuos. † 15,7.

Manè videbitis gloriam Domini: audiuit enim murmur vestrum. † 16,7.

Gloria Domini apparuit in nube. 10.

Habitauit gloria Domini super Sinai, tegens illum nube sex diebus. † 24,16.

Filijs Aaron tunicas lineas parabis, & balteos ac tiaras, in gloriam & decorem. † 28,40.

Nisi ambulaueris nobiscum, vt glorificemur ab omnibus populis? † 33,16.

Cumque transibit gloria mea, ponam te in foramine petræ. 22.

Operuit nubes tabernaculum testimonij, & gloria Domini impleuit illud. † 40,32.

Apparuitque gloria Domini omni multitudini. Leuit. 9,23.

Apparuit gloria Domini super tectum fœderis. Num. 14,10.

Viuo ego: & implebitur gloria Domini vniuersa terra. 21.

Da gloriam Domino Deo Israel, & confitere. Ios. 7,19.

Ne glorietur contra me Israel, & dicat: Meis viribus liberatus sum. Iudic. 7,2.

Nolite multiplicare loqui sublimia, gloriantes. 1. Reg. 2,3.

Eleuat pauperem, vt sedeat cum principibus, & solium gloriæ teneat. 8.

Quicumque glorificauerit me, glorificabo eū: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. 30.

Translata est gloria de Israel, quia capta est arca Dei. † 4,21.

Dabitis Deo Israel gloriam: si fortè releuet manum suam à vobis, & à diis vestris, & à terra vestra. † 6,5.

Gloriosus [Dauid] in domo tua. 1. Reg. 22,14.

Quàm gloriosus fuit hodie rex Israel. 2. Regum 6,20.

Impleuerat enim gloria Domini domum Domini. 3. Reg. 8,11.

Ne glorietur accinctus æquè vt discinctus. † 20,11.

Contentus esto gloria, & sede in domo tua: quare prouocas malum? 4. Reg. 14,10.

Dedit illi [Salomoni] gloriam regni, qualem nullus habuit ante eum rex Israel. 1. Par. 29,25.

Exauditæ sunt preces amborum in conspectu gloriæ summi Dei. Tob. 3,24.

Gloriabatur [Arphaxad] quasi potens in potentia exercitus sui, & in gloria quadrigarum suarum. Iudith 1,4.

Tu gloria Ierusalem. † 15,10.

Erat autem [Iudith] diebus festis procedens cum magna gloria. † 16,27.

Et quanta eum [Aman] gloria super omnes principes & seruos suos rex eleuasset. Esth. 5,11.

Aman verò filius Amadathi Bugæus, erat gloriosissimus coram rege. † 12,6.

Nosti quia oderim gloriam iniquorū. † 14,15.

Quòd abominer signum superbiæ & gloriæ meę, quod est super caput meum in diebus ostentationis meæ. 16.

Deposuit vestimenta ornatus sui, & circumdata est gloria sua. † 15,4.

Conturbatum est cor meum præ timore gloriæ tuæ. 16.

Spoliauit me gloria mea, & abstulit coronam de capite meo. Iob 19,9.

Qui enim humiliatus fuerit, erit in gloria: & qui inclinauerit oculos, ipse saluabitur. † 22,29.

Gloria mea semper innouabitur. † 29,20.

Gloria narium eius terror. † 39,20.

Circumda tibi decorem, & in sublime erigere, & esto gloriosus, & speciosis induere vestibus. † 40,5.

Gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum. Psal. 5,12.

Gloriam meam in puluerem deducat. † 7,6.

Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam & magnum decorem impones super eum. † 20,6.

Afferte Domino gloriam & honorem, afferte Domino gloriam nomini eius. † 28,2.

Gloriamini omnes recti corde. † 31,11.

Omnis gloria eius filiæ regis ab intus. † 44,14.

In multitudine diuitiarum suarum gloriantur. † 48,7.

Ne timueris cùm diues factus fuerit homo: & cùm multiplicata fuerit gloria domus eius. Quoniam cùm interierit, non sumet omnia: neque descendet cum eo gloria eius. † 48,17.

Quid gloriaris in malitia? qui potens es in iniquitate. † 51,3.

In Deo ſalutare meum, & gloria mea. † 61,8.

Gloriati ſunt qui oderunt te, in medio ſolemnitatis tuæ. † 73,4.

Glorificabo nomen tuum in æternũ. † 85,12.

Glorioſa dicta ſunt de te, ciuitas Dei. † 86,3.

Deus, qui glorificatur in conſilio ſanctorum. † 88,8.

Gloria virtutis eorum tu es. 18.

Sit gloria Domini in ſeculum. † 103,31.

Mutauerunt gloriam ſuam in ſimilitudinem vituli comedentis fœnum. † 105,20.

Gloria & diuitiæ in domo eius. † 111,3.

Gloriam regni tui dicent: & potentiam tuam loquentur. † 144,11.

Gloria hæc eſt omnibus ſanctis eius. † 149,9.

Gloriam ſapientes poſſidebunt: ſtultorum exaltatio, ignominia. Prou. 3,35.

Corona ſenum filij filiorum: & gloria filiorum patres eorum. † 17,6.

Sed & ærarios imitatur, & gloriam præfert, quoniam res ſuperuacuas fingit. Sap 15,9.

Magicæ artis appoſiti erant deriſus, ſapientiæ gloriæ correptio cum contumelia. † 17,7.

Gloria enim hominis ex honore patris ſui, & dedecus filij pater ſine honore. Eccli. 3,13.

Qui autem gloriatur in paupertate, quantò magis in ſubſtantia? † 10,34.

Eſt propter gloriam minoratio: & eſt qui ab humilitate leuabit caput. † 20,11.

Gloria magna eſt ſequi Dominum: longitudo enim dierum aſſumetur ab eo. † 23,38.

In omnibus operibus tuis præcellens eſto. Ne dederis maculam in gloria tua. † 33,24.

Bono animo gloriam redde Deo: & non minuas primitias manuum tuarum. † 35,10.

Glorifica manum, & brachiũ dextrum. † 36,7.

Et quis ſatiabitur videns gloriã eius? † 42,26.

Glorificantes ad quid valebimus? ipſe enim omnipotens ſuper omnia opera ſua. † 43,30.

Glorificantes Dominum quantumcumque potueritis, ſuperualebit enim adhuc, & admirabilis magnificentia eius. 32.

Multam gloriam fecit Dominus magnificentia ſua à ſæculo. † 44,2.

Omnes iſti in generationibus gentis ſuæ gloriam adepti ſunt, & in diebus ſuis habentur in laudibus. 7.

Abraham magnus pater multitudinis gentium, & non eſt inuentus ſimilis illi in gloria. 20.

Similem illum [Moyſen] fecit in gloria ſanctorum. † 45,2.

Glorificauit eum in conſpectu regum, & iuſſit illi coram populo ſuo, & oſtendit illi gloriam ſuam. 3.

Gloriam ipſorum in gentem eorum æternam fecit. 31.

Sic in decem millibus glorificauit eum [David.] † 47,7.

Sanctus, ſanctus, ſanctus Dominus Deus exercituum, plena eſt omnis terra gloria eius. Iſa. 6,3.

Vbi derelinquetis gloriam veſtram? † 10,3.

Numquid gloriabitur ſecuris contra eum, qui ſecat in ea? aut exaltabitur ſerra contra eum, à quo trahitur? quomodo ſi eleuetur virga contra eleuantem ſe, & exaltetur baculus, qui vtique lignum eſt. 15.

Subtus gloriam eius ſuccenſa ardebit quaſi combuſtio ignis. 16.

Gloria ſaltus eius, & carmeli eius, ab anima vſque ad carnem conſumetur, & erit terrore profugus. 18.

Omnes reges gentium vniuerſi dormierunt in gloria, vir in domo ſua. Tu autem proiectus es de ſepulchro tuo. † 14,18.

Attenuabitur gloria Iacob, & pinguedo carnis eius marceſcet. † 17,4.

Et confundentur ab Aethiopia ſpe ſua, & ab Aegypto gloria ſua. † 20,5.

Ibi morieris, & ibi erit currus gloriæ tuæ, ignominia domus Domini tui. † 22,18.

Erit in ſolium gloriæ domui patris eius. 23.

Quæ gloriabatur à diebus priſtinis in antiquitate ſua? ducent eam pedes ſui longè ad peregrinandum. † 23,7.

Non adiicies vltrà vt glorieris, calumniam ſuſtinens virgo filia Sidonis. 12.

A finibus terræ laudes audiuimus, gloriam iuſti. † 24,16.

Gloria Libani data eſt ei: decor Carmeli, & Saron. † 35,2.

Reuelabitur gloria Domini, & videbit omnis caro pariter quod os Domini locutum eſt. † 40,5.

Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quaſi flos agri. 6.

Ego Dominus, hoc eſt nomen meum: gloriam meam alteri non dabo, & laudem meam ſculptilibus. Iſa. 42,8.

Ponent Domino gloriam, & laudem eius in inſulis nuntiabunt. 12.

Ex quo honorabilis factus es in oculis meis, & glorioſus: ego dilexi te, & dabo homines pro te, & populos pro anima tua. Noli timere, quia ego tecum ſum. † 43,4.

Propter vos miſi in Babylonem, & detraxi vectes vniuerſos, & Chaldæos in nauibus ſuis gloriantes. 14.

Glorificabit me beſtia agri, dracones & ſtruthiones. 20.

Ego ante te ibo: & glorioſos terræ humiliabo: portas æreas conteram. † 45,2.

Dabo in Sion ſalutem, & in Iſrael gloriam meam. † 46,13.

Surge, illuminare Ieruſalem: quia venit lumen tuum, & gloria Domini ſuper te orta eſt. † 60,1.

Gloria Libani ad te veniet, abies & buxus, & pinus ſimul, ad ornandum locum ſanctificationis meæ,

meæ,& locum pedum meorum glorificabo. 13.

Inundantem gloriam Gentium,quam sugetis. † 66,12.

Venient & videbunt gloriam meam. 18.

Si mutauit gens deos suos, & certè ipsi non sunt dij: populus verò meus mutauit gloriam suam in idolum. Ierem.2,11.

Non glorietur sapiens in sapientia sua, & non glorietur fortis in fortitudine sua, & non glorietur diues in diuitiis suis: sed in hoc glorietur, qui gloriatur, scire & nosse me quia ego sum Dominus, qui facio misericordiam, & iudicium, & iustitiam in terra: hæc enim placent mihi. † 9,23.

Date Domino Deo vestro gloriam antequam contenebrescat. † 13,16.

Glorificabo eos,& non attenuabūtur.† 30,19.

Cessabit Moab esse populus: quoniam contra Dominum gloriatus est. † 48,42.

Omnes qui glorificabant eam, spreuerunt illam,quia viderunt ignominiam eius. Thren.1,8.

Ne tradas alteri gloriam tuam, & dignitatem tuam genti alienæ. Baruch 4,3.

Exue te Ierusalem stola luctus, & vexationis tuæ: & indue te decore & honore eius,quæ à Deo tibi est,sempiternæ gloriæ. Baruch 5,1.

Ibi gloria Dei Israel, secundùm visionem quam videram in campo. Ezech.8,4.

Gloria Domini Israel assumpta est de cherub. † 9,3.

Egressa est gloria Domini à limine templi: & stetit super cherubim. † 10,18.

Et ascendit gloria Domini de medio ciuitatis, stetitque super montem, qui est ad Orientem vrbis. † 11,23.

Cùm dedero gloriam in terra viuentium, in nihilum redigam te,& non eris, & requisita non inuenieris vltrà in sempiternum. † 26,20.

Repleta es,& glorificata nimis in corde maris. † 27,25.

Ponam gloriam meam in Gentibus: & videbunt omnes gentes iudicium meum, quod fecerim. † 39,21.

Gloria Dei Israel ingrediebatur per viam Orientalem. † 43,2.

Impleuit gloria Domini domum Domini: & cecidi in faciem meam. † 44,4.

Nónne hæc est Babylon magna, quam ego ædificaui in domum regni, in robore fortitudinis meæ,& in gloria decoris mei? Dan.4,27.

Nunc igitur ego Nabuchodonosor laudo, & magnifico, & glorifico regem cæli: quia omnia opera eius vera. 34.

Ephraim quasi auis auolauit, gloria eorum à partu,& ab vtero,& à conceptu. Osee 9,11.

Vsque ad Odollam veniet gloria Israel. Mich.1,15.

Operuit cælos gloria eius: & laudis eius plena est terra. Habac.3,3.

Magna erit gloria domus istius nouissimæ plus quàm primæ. Agg.2,10.

Post gloriam misit me ad gentes,quæ spoliauerunt vos. Zach.2,8.

Portabit gloriam, & sedebit, & dominabitur super solio suo. † 6,13.

Vt non magnificè glorietur domus Dauid. † 12,7.

Si nolueritis audire, & si nolueritis ponere super cor,vt detis gloriam nomini meo, ait Dominus exercituum: mittam in vos egestatem. Malach.2,2.

A verbis viri peccatoris ne timueritis: quia gloria eius, stercus & vermis est: hodie extollitur, & cras non inuenietur. 1.Mach 2,62.

Dilatauit [Iudas] gloriam populo suo,& induit se loricam sicut gigas. † 3,3.

Et si appropiauit tempus nostrum, moriamur in virtute propter fratres nostros, & non inferamus crimen gloriæ nostræ. † 9,10.

Gloria illustrabo te,& gentem tuam,cùm fuerit opportunum. † 11,42.

Glorificati sunt Iudæi in conspectu regis, & in conspectu omnium qui erant in regno eius. 51.

Iuuenes induebant se gloriam & stolas belli. † 14,9.

Gloria magna glorificauerunt gentem suā. 29.

Filius enim hominis venturus est in gloria patris sui cum angelis suis. Matth.16,27.

Gloria in altissimis Deo,& in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Luc.2,14.

Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israel. 32.

Nónne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? † 24,26.

Et vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre. Ioan.1,14.

Quomodo vos potestis credere,qui gloriam ab inuicem accipitis; & gloriam quæ à solo Deo est, non quæritis? † 5,44.

Qui à semetipso loquitur, gloriam propriam quærit. † 7,18.

Nondum enim erat Spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. 39.

Ego autem non quæro gloriam meam, est qui quærat,& iudicet. † 8,50.

Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est. 54.

Da gloriam Deo: nos scimus, quia hic homo peccator est. † 9,24.

Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei. † 11,4.

Nónne dixi tibi,quoniam si credideris, videbis gloriam Dei? 40.

Propter Pharisæos non confitebantur, vt è Synagoga non eiicerentur. Dilexerunt enim gloriam hominum magis, quàm gloriam Dei. † 12,43.

Deus patrũ nostrorum, glorificauit filium suũ Iesum, quem vos quidem tradidistis. Act.3.13.

Gloria autem, & honor, & pax omni operanti bonum. Rom 2,10.

Vbi est ergo gloriatio tua? † 3,27.

Gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei. † 5,2.

Gloriamur in Deo per Dominum nostrum Iesum. 11.

Quos autem iustificauit, illos & glorificauit. † 8,30.

Qui sunt Israelitæ, quorum adoptio est filiorum, & gloria. † 9,4.

Noli gloriari aduersus ramos. † 11,18.

Quæ stulta sunt mundi elegit Deus vt confundat sapientes, *&c.* vt non glorietur omnis caro in conspectu eius. 1.Cor 1,29.

Nemo itaque glorietur in hominibus. † 3,21.

Bonum est enim mihi magis mori, quàm vt gloriam meam quis euacuet. † 9,15.

Siue ergo manducatis, siue bibitis, siue aliud quid facitis: omnia in gloriam Dei facite. † 10,31.

Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. 2. Cor.1,12.

Gloria vestra sumus, sicut & vos nostra. 14.

Nam nec glorificatum est, quod claruit in hac parte, propter excellentem gloriam. † 3,10.

Qui in facie gloriantur, & non in corde. † 5,12.

Per gloriam, & ignobilitatem; per infamiam, & bonam famam. † 6,8.

Multa mihi fiducia est apud vos, multa mihi gloriatio pro vobis, repletus sum consolatione. † 7,4.

Qui autem gloriatur, in Domino glorietur. † 10,17.

Est veritas Christi in me, quoniam hæc gloriatio non infringetur in me in regionibus Achaiæ. † 11,10.

Quoniam multi gloriantur secundùm carnem: & ego gloriabor. 18.

Nihil gloriabor nisi in infirmitatibus meis. † 12,5,9.

Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes. Gal.5,26.

Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. † 6,14.

Ipsi gloria in Ecclesia, & in Christo Iesu, in omnes generationes sæculi sæculorum, Amen. Ephes.3,21.

Vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam. † 5,27.

Nihil per contentionem, neque per inanem gloriam. Philip.2,3.

Gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. † 3,19.

Nec quærentes ab hominibus gloriam. 1.Thess.2,6.

Vos enim estis gloria nostra & gaudium. 20.

Et à gloria virtutis eius: cùm venerit glorificari in sanctis suis, & admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt. 2.Thes.1,10.

Amplioris enim gloriæ iste præ Moyse dignus est habitus. Heb.3,3.

Reliqui in timorem sunt missi, & dederunt gloriam Deo cæli. Apoc.11,13.

Quantum glorificauit se, & in deliciis fuit; tantum date illi tormentum & luctum. † 18,7.

Reges terræ afferent gloriam suam & honorem in illam. † 21,24.

GLVTINVM.

Glutino bonum est: & confortauit eum clauis, vt non moueretur. Isa.41,7.

GLVTIO.

Vt glutiam saliuam meam? Iob 7,19.

Anima calida quasi ignis ardens non extinguetur donec aliquid glutiat: & homo nequam. Eccli.23,22.

Duces cæcorum, excolantes culicem, camelum autem glutientes. Matth.23,24.

GNARVS.

Esau vir gnarus venãdi. Gen.25,27. Deut.1,13.

Nautas gnaros maris. 2.Par.8,18.

GOB.

Bellum fuit in Gob. 2.Reg.21,18.

GODOLIAS.

Percusseruntque Godoliam. 4.Reg.25,25. Ierem.41,1.

GOG.

Ecce ego ad te Gog, principium capitis Mosoch. Ezech.38,3,16. † 39,1.

Seducent Gentes, quæ sunt super quatuor angulos terræ, Gog, & Magog. Apoc.20,7.

GOLGOTHA.

Perducunt illũ in Golgotha locũ. Mar.15,22.

GOLIATH.

Egressus est vir spurius de castris Philisthinorum, nomine Goliath, de Geth, altitudinis sex cubitorum, & palmi. 1.Reg.17,4,41,50,51. Eccli.47,5.

Psalmus Dauid Aduersus Goliath. Tit. Psalmi 143.

GOMER.

Gomer, & vniuersa agmina. Ezech.38,6. Osee 1,3.

GOMOR.

Quantum sufficit ad vescendum: gomor per singula capita. Exod,16,15.

Imple gomor ex eo, & custodiatur in futuras retrò generationes, vt nouerint panem quo alui vos in solitudine. 32.

GOMORRHA.

De vinea Sodomorum, vinea eorum, & de suburbanis Gomorrhæ. Deut.32,32.

Percipite auribus legem Dei nostri populus Gomorrhæ. Isa.1,10. Amos 4,11. Rom.9,29.

Tolerabilius erit terræ Sodomorum, & Gomorrhæo-

morrhæorum in die iudicij, quàm illi ciuitati. Matth.10,15. 2.Pet.2,6. Iudæ v,7.

GORGIAS.

Vir fortis, Gorgiā tenebat. 2.Mach.12,25,37.

GORTYNA.

Et in Gortynam, & Gnidum. 1.Mach.15,23.

GOSEN.

Terramque Gosen, & planitiem [cepit.] Iof.11,16.

GRABATVM.

Eruentur filij Israel, qui habitāt in Samaria in plaga lectuli, & in Damasci grabato. Amos 3,12.

Submiserunt grabatum, in quo paralyticus iacebat. Mar.2,4.

Surge, tolle grabatum tuum, & ambula. Ioannis 5,8.

GRACILIS.

Tamquam spuma gracilis. Sap.5,15.

GRADIOR.

Gradiamur simul, eroque socius itineris tui. Gen.33,12.

Obsecro vt gradiaris nobiscum (populus enim duræ ceruicis est.) Exod.34,9.

Omne de volucribus quod graditur super quatuor pedes, abominabile erit vobis. Leuit.11,20.

Tria sunt quæ benè gradiuntur. Prou.30,29.

Nónne verba mea bona sunt cum eo, qui rectè graditur? Mich.2,7.

GRADVS.

Non ascendes per gradus ad altare meum, ne reueletur turpitudo tua. Exod.20,26.

Vno tantùm, vt ita dicam, gradu, ego morsque diuidimur. 1.Reg.20,3.

Thronum de ebore grandem: & vestiuit eum auro fuluo nimis, qui habebat sex gradus. 3.Regum 10,19.

De quibus fecit rex, de lignis scilicet thyinis, gradus in domo Domini, & in domo regia. 2.Par.9,11.

Stetit autem Esdras Scriba super gradum ligneum, quem fecerat ad loquendum. 2.Esd.8,4.

Ascenderunt in gradibus ciuitatis Dauid. † 12,36.

Per singulos gradus meos pronuntiabo illum. Iob 31,37.

Canticum graduum. Tit. Psal.119.

In gradibus septem ascendebatur ad eam [portam.] Ezech.40,26.

Octo gradus erant quibus ascendebatur per eam. 31.

GRAECIA.

Mittam ex eis qui saluati fuerint, &c. in Italiam & Græciam, ad insulas. Isa.66,19. Ezechiel.27,13. Dan.11,2. 1.Mach.1,1. Act.20,2.

GRAMEN.

Quasi stillæ super gramina. Deuter.32,2. Isa 37,27. † 42,15.

GRANATVM.

De malis quoque granatis. Num.13,24.

Poculum ex vino condito, & mustum malorum granatorum meorum. Cant.8,2.

GRANDAEVVS.

Senex [Isai] & grandæuus inter viros. 1.Regum 17,12.

GRANDIS.

Surge, comede: grandis enim tibi restat via. 3.Reg.19,7.

Et tu quæris tibi grandia? Ierem.45,4.

GRANDO.

Pluam cras hac ipsa hora grandinem multam nimis, qualis non fuit in Aegypto. Exod.9,18.

Quæ inuenta fuerint foris, nec congregata de agris, cecideritque super ea grando, morientur. 19.

Mortui sunt multò plures lapidibus grandinis, quàm quos gladio percusserant. Iof.10,11.

Grando & carbones ignis. Psal.17,13.

Tradidit grandini iumenta eorum. † 77,48.

Grando autem in descensione saltus, & humilitate humiliabitur ciuitas. Isa.32,19.

Grando magna sicut talentum descendit de cælo in homines. Apoc.16,21.

GRANVM.

Grana decidentia congregabis. Leuit.19,10.

Quomodo si inueniatur granum in botro. Isa.65,8.

Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit; ipsum solum manet. Ioan.12,24.

Non corpus, quod futurum est, seminas, sed nudum granum. 1.Cor 15,37.

GRASSOR.

Et ædificem altare Domino, & cesset interfectio, quæ grassatur in populo. 2.Reg.24,21.

GRATIA.

Hoc vno tantùm indigeo, vt inueniam gratiam in conspectu tuo domine mi. Gen.33,1.

Inuenitque Ioseph gratiam coram domino suo, & ministrabat ei. † 39,4.

Dabit autem Dominus gratiam populo suo coram Aegyptiis. Exod.11,2,36.

Inuenisti gratiam coram me. † 33,17.

Si pro gratiarum actione oblatio fuerit, offerent panes absque fermento conspersos oleo. Leuit.7,12.

Si immolaueritis hostiam pro gratiarum actione Domino, vt possit esse placabilis, eodem die comedetis eam. † 22,29.

Gratia post cibum. Vt cùm comederis, & satiatus fueris, benedicas Domino Deo tuo, pro terra optima, quam dedit tibi. Deut.8,10. 1.Reg.9,13. Isa.62,9. Matth.14,19. Act.27,35. 1.Tim.4,3.

Capto Samsone impij dijs agunt gratias. Et principes Philisthinorum conuenerunt in vnum vt immolarent hostias magnificas Dagon deo suo, & epularentur. Iudic.16,23.

Vnde mihi hoc vt inuenirem gratiam ante oculos tuos? Ruth 2,10.

Eamdem gratiam, quam præbebat viuis, seruauit & mortuis. 20.

Vtinam inueniat ancilla tua gratiam in oculis tuis. 1.Reg.1,18.

Stet Dauid in conspectu meo: inuenit enim gratiam in oculis meis. † 16,22.

Scit profectò pater tuus quia inueni gratiam in oculis tuis. † 20,3.

Nunc ergo si inueni gratiam in oculis tuis, vadam citò. 29.

Nunc ergo inueniant pueri tui gratiam in oculis tuis: in die enim bona venimus. † 25,8.

Sed & ego reddam gratiam. 2.Reg.2,6.

Gratia post victoriam. Diuisit Dominus inimicos meos coram me, sicut diuiduntur aquæ. Propterea vocatum est nomen loci illius, Baal Pharasim. † 5,20.

Hæc est, inquit, gratia tua ad amicum tuum? † 16,17.

Filiis Berzellai Galaaditis reddes gratiam, eruntque comedentes in mensa tua: occurrerunt enim mihi quando fugiebam. 3 Reg.2,7.

Chorus secundùm gratias referentium ibat ex aduerso. 2.Esd.12,37.

Quoniam [Tobias] memor fuit Domini in toto corde suo, dedit illi Deus gratiam in conspectu Salmanasar regis. Tob.1,13.

Immobilis in Dei timore permansit [Tobias] agens gratias Deo omnibus diebus vitæ suæ. † 2,14.

Gratiarum actio pro illuminatione. Benedico te Domine Deus Israel, quia tu castigasti me, & tu saluasti me: & ecce ego video Tobiam filium meum. † 11,17.

Bibe nunc, & accumbe in iucunditate, quoniam inuenisti gratiam coram me. Iudith 12,17.

Gratiarum actio. Omnis populus post victoriam venit in Ierusalem adorare Dominum: & mox vt purificati sunt, obtulerunt omnes holocausta, & vota. † 16,22. 1.Mach.4,24.

Omnium oculis gratiosa & amabilis videbatur. Esth.2,15.

Habuitque [Esther] gratiam & misericordiam coram eo super omnes mulieres. 17.

Si inueni gratiam in oculis tuis, ô rex, & si tibi placet, dona mihi animam meam, pro qua rogo, & populum meum, pro quo obsecro. † 7,3.

Valdè enim mirabilis es domine, & facies tua plena est gratiarum. † 15,17.

Gratiarum actio. In finem puero Domini Dauid, qui locutus est Domino verba cantici huius, in die qua eripuit eum Dominus de manu omnium inimicorum eius, & de manu Saul. Titulus Psalmi 17.& 69.

Gratiam & gloriam dabit Dominus. † 83,12.

Gratia & amicitia liberant: quas tibi serua, ne exprobrabilis fias. Prou.25,10.

Gratia Dei, & misericordia est in sanctos eius, & respectus in electos illius. Sap.4,15.

In omnia transfigurata, omnium nutritio gratiæ tuæ deseruiebat. † 16,25.

Gratiam fideiussoris ne obliuiscaris; dedit enim pro te animam suam. Eccli.29,20.

Gratia sicut paradisus in benedictionibus, & misericordia in sæculum permanet. † 40,17.

Inuenit gratiam in deserto populus, qui remanserat à gladio: vadet ad requiem suam Israel. Ierem.31,2.

Da nobis inuenire gratiam ante faciem eorum, qui nos abduxerunt: vt sciat omnis terra, quia tu es Dominus. Baruch 2,14.

Dedit autem Deus Danieli gratiam, & misericordiam in conspectu principis eunuchorum. Dan.1,9.

Educet lapidem primarium, & exæquabit gratiam gratiæ eius. Zach.4,9.

Quis est in vobis, qui claudat ostia, & incendat altare meum gratuito? non est mihi voluntas in vobis. Malach.1,10.

Quam gratiarum actionem reddemus Simoni & filiis eius: restituit enim ipse fratres suos, & expugnauit inimicos Israel ab eis. 1.Mach.14,26

Nec timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud Deum. Luc.1,30.

Puer autem crescebat, &c. & gratia Dei erat in illo. † 2,40.

Numquid gratiam habet seruo illi, quia fecit quæ ei imperauerat? Non puto. † 17,9.

Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut ceteri hominum: raptores, iniusti, adulteri. † 18,11.

Et accepto pane gratias egit, & fregit, & dedit eis. † 22,19.

De plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia. Ioan.1,16.

Cùm gratias egisset, distribuit discumbentibus. † 6,11.

Pater, gratias ago tibi quoniam audisti me. † 11,41.

Per gratiam Domini Iesu Christi credimus saluari. Act.15,11.

Volens autem gratiam præstare Iudæis Felix, reliquit Paulum vinctum. † 24,27.

Festus autem volens gratiam præstare Iudæis, respondens Paulo dixit; Vis Ierosolymam ascendere? † 25,9.

Sumens panem [Paulus,] gratias egit Deo in conspectu omnium: & cùm fregisset, cœpit manducare. Act.27,35.

Fratres, occurrerunt nobis, &c. quos cùm vidisset Paulus, gratias agens Deo, accepit fiduciam. † 28,15.

Per quem accepimus gratiam, & Apostolatum. Rom.1,5.

Desidero enim videre vos, vt aliquid impertiar

tiar vobis gratiæ spiritualis, ad confirmandos vos. 11.

Gratia Dei, & donum in gratia vnius hominis Iesu Christi in plures abundauit. † 5,15.

Vt sicut regnauit peccatum in mortem: ita & gratia regnet per iustitiam in vitam æternam. 21.

Permanebimus in peccato, vt gratia abundet? Absit. † 6,1.

Peccatum enim vobis non dominabitur: non enim sub lege estis, sed sub gratia. 14.

Stipendium enim peccati, mors. Gratia autem Dei, vita æterna. 23.

Si autem gratia, iam non ex operibus: alioquin gratia iam non est gratia. † 11,6.

Gratia Domini nostri Iesu Christi vobiscum. † 16,20,24.

Gratia autem Dei sum id quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit. 1. Cor. 15,10.

Per multos gratiæ agantur pro nobis. 2. Corinth. 1,11.

Vt gratia abundans, per multos in gratiarum actione abundet in gloriam Dei. † 4,15.

Adiuuantes autem exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. † 6,1.

Sufficit tibi gratia mea. † 12,9.

Cùm cognouissent gratiam, quę data est mihi, Iacobus & Cephas, & Ioannes, qui videbantur columnæ esse, dextras dederunt mihi & Barnabæ, societatis. Gal. 2,9.

Non abiicio gratiam Dei. Si enim per legem iustitia, ergo gratis Christus mortuus est. 21.

Euacuati estis à Christo, qui in lege iustificamini: à gratia excidistis. † 5,4.

Gratia Domini nostri Iesu Christi, cum spiritu vestro, fratres. Amen. † 6,18.

In laudem gloriæ gratiæ suæ, in qua gratificauit nos in dilecto filio suo. Ephes. 1,6.

Remissionem peccatorum, secundùm diuitias gratiæ eius, quæ superabundauit in nobis. 7.

Vnicuique autem nostrûm data est gratia, secundùm mensuram donationis Christi. † 4,7.

Aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinet; sed magis gratiarum actio. † 5,4.

Gratias agentes semper pro omnibus, in nomine Domini nostri Iesu Christi, Deo & Patri. 20.

Gratia Domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro. Amen. Philip. 4,23.

In omnibus gratias agite. 1. Thess. 5,27.

Gratias agere debemus semper Deo pro vobis. 2. Thess. 1,3.

Superabundauit autem gratia Domini nostri, cum fide & dilectione. 1. Tim. 1,14.

Noli negligere gratiam, quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam, cum impositione manuum presbyterij. † 4,14.

Admoneo te, vt resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum. 2. Tim. 1,6.

Apparuit enim gratia Dei Saluatoris nostri omnibus hominibus. Tit. 2,11.

Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ. Heb. 4,16.

Contemplantes ne quis desit gratiæ Dei. † 12,15.

Regnum immobile suscipientes, habemus gratiam: per quam seruiamus placentes Deo, cum metu & reuerentia. 28.

Optimum est enim gratia stabilire cor, non escis. † 13,9.

Maiorem autem dat gratiam. Iac. 4,6.

Obsecrans & contestans, hanc esse veram gratiam Dei, in qua statis. 1. Pet. 5,12.

Crescite verò in gratia, & in cognitione Domini nostri, & Saluatoris Iesu Christi. 2. Pet. 3,18.

Dei nostri gratiam transferentes in luxuriam. Iudæ v. 4.

Gratia vobis & pax ab eo, qui est, & qui erat, & qui venturus est. Apoc. 1,4.

GRATIS.

Gratis absconderunt mihi interitum laquei sui. Psal. 34,7,19. † 119,7. Eccli. 20,25.

Gratis accepistis, gratis date. Matth. 10,8. Rom. 3,24. Gal. 2,21. Apoc. 22,17.

Gratis Euangelium Dei euangelizaui vobis? 2. Cor. 11,7.

GRATITVDO.

Gratitudo pro beneficiis. Habebitis autem hunc diem in monumentum: & celebrabitis eam sollemnem Domino in generationibus vestris cultu sempiterno. Exod. 12,14.

Mementote diei huius in qua egressi estis de Aegypto, & de domo seruitutis, quoniam in manu forti eduxit vos Dominus de loco isto. † 13,3. Iudic. 7,15. † 15,16,18. 1. Reg. 30,23. 2. Regum 9,1. 2. Par. 20,26.

Gratitudo Dauidis. Quis ego sum, Domine Deus, & quæ domus mea, quia adduxisti me huc-usque? 2. Reg. 7,18. † 22,1. † 23,5. 3. Reg. 2,7. 1. Par. 28,4.

Gratitudo Elisæi. Ecce, sedulè in omnibus ministrasti nobis, quid vis vt faciam tibi? numquid habes negotium, & vis vt loquar regi? 4. Regum 4,13.

Gratitudo Cyri. Omnia regna terræ dedit mihi Dominus, *&c.* quis ex vobis est in omni populo eius? sit Dominus Deus suus cū eo, & ascendat. 2. Par. 36,23. 1. Esd. 7,27. Tob. 9,2. Esth. 10,4.

GRATVLOR.

Qui gratulantur malis meis. Psal. 34,26.

Coronam gratulationis superpones tibi. Eccli. 6,32. Philip. 1,26.

GRATVS.

Eris gratissima in corde eius. Iudith 10,16.

Eodem tempore natus est Moyses, & fuit gratus Deo. Act. 7,20.

Grati estote. Col. 3,15.

GRAVO.

Grauiter accepit: & apprehensam manum patris leuare conatus est de capite Ephraim. Gen.48,17.

Manus autē Moysis erant graues. Exod.17,12.

Noli rogare vt veniamus omnes, & grauemus te. 2.Reg.13,25.

Duces autem primi, qui fuerunt ante me, grauauerunt populum, & acceperunt ab eis, in pane, & vino, & pecunia, quotidie siclos quadraginta: sed & ministri eorum depresserunt populum. Ego autem non feci ita, propter timorem Dei. 2.Esd.5,15.

Grauitas modesta Sara. Numquam cum ludentibus miscui me: neque cum his, qui in leuitate ambulant, participem me præbui. Tob.3,16. Iob 29,22.

Cumque grauaret eos rex Aegypti, *&c.* clamauerunt ad Dominum. Iudith 5,10.

Quare posuisti me contrarium tibi, & factus sum mihimetipsi grauis? cur non tollis peccatum meum. Iob 7,20.

Die ac nocte grauata est super me manus tua. Psal.31,4.

Grauis est nobis [iustus] etiam ad videndum, quoniam dissimilis est aliis vita illius. Sap.2,15.

Ipsi ergo sibi erant grauiores tenebris.† 17,20.

Super plumbum quid grauabitur? Eccli.22,17.

Supra modum grauati sumus supra virtutem, ita vt tæderet nos etiam viuere. 2.Cor.1,8.

Nisi quòd ego ipse non grauaui vos? Donate mihi hanc iniuriam. † 12,13,16.

Hæc est enim charitas Dei, vt mandata eius custodiamus: & mandata eius grauia non sunt. 1.Ioan.5,3.

GREMIVM.

Cumque tulisset eos Ioseph de gremio patris, adorauit pronus in terram. Gen.48,12.

GRESSVS.

Tu quidem gressus meos dinumerasti, sed parce peccatis meis. Iob 14,16.

Gressus meos dirige secundùm eloquium tuum. Psal.118,133.

Infames gressus eorum. Prou.2,15.† 20,24.

Quàm pulchri sunt gressus tui in calceamentis, filia principis. Cant.7,1. Isa.3,12.

Et gressus rectos facite pedibus vestris. Hebr.12,13.

GREX.

Si plus in ambulando fecero laborare, morientur vna die cuncti greges. Gen.33,13.

Cumque minasset gregem ad interiora deserti. Exod.3,1.

Capilli tui sicut greges caprarum. Cant.4,1.

Vbi est grex, qui datus est tibi, pecus inclytum tuum? Ierem.13,20.

Væ pastoribus, qui disperdunt & dilacerant gregem pascuæ meæ, *&c.* dispersistis gregem meū, & eiecistis eos, & non visitastis eos.† 23,1.

Adhuc transibunt greges ad manum numerantis. † 33,13.

Grex perditus factus est populus meus: pastores eorum seduxerunt eos, feceruntque vagari in montibus. † 50,6.

Grex dispersus Israel, leones eiecerunt eum: primus comedit eum rex Assur. 17.

Lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod crassum erat occidebatis: gregem autem meum non pascebatis. Quod infirmum fuit non consolidastis. Ezech.34,3.

Quid ingemuit animal, mugierunt greges armenti? Quia non est pascua eis: sed & greges pecorum disperierunt. Iocl.1,18.

Pariter ponam illum quasi gregem in ouili, quasi pecus in medio caularum. Mich.2,12.

Spiritus immundi introierunt in porcos: & magno impetu grex præcipitatus est in mare ad duo millia. Mar.5,13.

Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri vestro dare vobis regnum. Luc.12,32.

GROSSVS.

Ficus protulit grossos suos. Cantic.2,13. Apoc.6,13.

GRYPS.

Comedere non debetis, & vitanda sunt vobis: aquilam, & gryphem. Leuit.11,13.

GVBERNO.

Ioathan verò filius regis gubernabat palatium, & iudicabat populum terræ. 4.Reg.15,5.

Cùm plurimis gentibus imperarem, & vniuersum orbem meæ ditioni subiugassem, volui nequaquā abuti potentiæ magnitudine, sed clemētia & lenitate gubernare subiectos. Esth.13,2.

Intelligens gubernacula possidebit. Prou.1,5.

Vbi non est gubernator, populus corruet: salus autem, vbi multa consilia. † 11,14.

Ego Dominus Deus tuus docens te vtilia, gubernans te in via, qua ambulas. Isa.48,17.

GVLA.

Gula tentatio. Vidit igitur mulier quòd bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile: & tulit de fructu illius & comedit: deditque viro suo, qui comedit. Genes.3,6.† 25,33.

Aut profanus vt Esau: qui propter vnam escam vendidit primitiua sua. Heb.12,16.

GVRGES.

Effundit imbres ad instar gurgitum. Iob 36,27. Isa.48,18.

Omnes gurgites tui, & fluctus tui super me transierunt. Ionæ 2,4.

GVRGVSTIVM.

Et gurgustium piscium capite illius? Iob 40,26.

GVSTO.

Gustusque eius [Man] quasi similæ cum melle. Exod.16,31.

Illu-

Illuminati sunt oculi mei, eò quòd gustauerim paululum de melle isto: quantò magis si comedisset populus de præda inimicorum suorum, quam reperit? 1.Reg.14,30.

Gustans gustaui in summitate virgæ, quæ erat in manu mea, paululum mellis, & ecce ego morior. 43.

Aut potest aliquis gustare, quod gustatum affert mortem. Iob 6,6.

Gustate & videte quoniam suauis est Dominus. Psal.33,9.

GVTTA.

Myrrha, & gutta, & casia. Psal.44,9. Cant.5,2. Sap.11,23

Numerus dierum hominum vt multum centum anni: quasi gutta aquæ maris deputati sunt: & sicut calculus arenæ, sic exigui anni in die æui. Eccli.18,8.

Factus est sudor eius, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Luc.22,44.

GVTTVR.

Vesiculam verò gutturis, & plumas proiiciet prope altare. Leuit 1,16, Psal. 5,11.

Statue cultrum in gutture tuo. Prou.23,2.

Guttur illius suauissimum, & totus desiderabilis. Cant.5,16.

Guttur tuum sicut vinum optimum. † 7,9.

Prohibe pedem tuum à nuditate, & guttur tuum à siti. Ierem.2,25.

GYMNASIVM.

Aedificauerunt gymnasium in Ierosolymis secundùm leges Nationum: & fecerunt sibi præputia. 1.Mach.1,15.

Promittens ei argenti talenta trecenta sexaginta, *&c.* si potestati eius concederetur gymnasium & ephebiam sibi constituere. 2.Mach.4,9.

GYRO.

Gyra post tergum eorum, & venies ad eos ex aduerso pyrorum. 2.Reg.5,23. Iob 19,12.

Gyrum cæli circuiui sola. Eccli.24,8.† 29,25. Isa.40,22. Thren.3,5. Ezech.32,29.

HABACVC.

Clamauit Habacuc, dicens: Daniel serue Dei, tolle prandium, quod misit tibi Deus. Daniel. 14, 36.

Oratio Habacuc pro ignorantiis. Hab.3,1.

HABENAE.

Linxerunt canes sanguinem eius [Achab] & habenas lauerunt. 3.Reg.22,38.

Igneæ habenæ currus in die præparationis eius. Nahum 2,3.

HABEO.

Qui enim habet, dabitur ei & abundabit: qui autem non habet, & quod habet, auferetur ab eo. Matth. 13,12.

HABER.

Tulit itaque Iahel vxor Haber clauum tabernaculi. Iudic.4,21.

HABITO.

Habitauit ergo Israel in Aegypto, id est, in Terra Gessen. Gen.47,27.

Habitatio autem filiorum Israel qua manserunt in Aegypto, fuit quadringentorum triginta annorum. Exod.12,40.

Portasti eum [populum] in fortitudine tua, ad habitaculum sanctum tuum. † 15,13.

Habitabo in medio filiorum Israel, eroque eis Deus. † 29,45.

Habitaculum eius [Dei] sursum, & subter brachia sempiterna. Deut.33,27.

Habitabit Israel confidenter, & solus. 28

Nolueruntque disperdere filij Israel Gessuri & Machati: & habitauerunt in medio Israel vsque in præsentem diem. Ios.13,13.

Habitauitque Iebusæus cum filiis Iuda in Ierusalem vsque in præsentem diem. † 15,63.

Ascendit ergo Dauid inde: & habitauit in locis tutissimis Engaddi. 1.Reg.24, 1.

Habitauit Dauid cum Achis in Geth, ipse & viri eius; vir & domus eius. † 27,3.

Hi enim pagi habitabantur antiquitus, euntibus Sur vsque ad Terram Aegypti. 8.

Habitauit autem Dauid in arce, & vocauit eam, Ciuitatem Dauid. 2.Reg.5,9.

Habitauit arca Domini in domo Obededom. † 6,11.

Vidésne quòd ego habitem in domo cedrina, & arca Dei posita sit in medio pellium? † 7,2.

Neque enim habitaui in domo, ex die illa qua eduxi filios Israel de terra Aegypti. 6.

Habita cum rege, quia peregrinus es. † 15,19.

Habebat [Salomon] pacem ex omni parte in circuitu. Habitabatque Iuda & Israel absque timore vllo, vnusquisq; sub vite sua. 3 Reg.4,25.

Habitabo in medio filiorum Israel. † 6,13.

Ergóne putandum est quòd verè Deus habitet super terram? † 8,27.

Habitatio huius ciuitatis [Iericho] optima est sicut tu ipse Domine perspicis: sed aquæ pessimæ sunt, & terra sterilis. 4.Reg 2,19.

Habitaculum tuum, & egressum tuum, & introitum tuum, & viam tuam ego præsciui, & furorem tuum contra me. † 19,27.

Ad Holdam prophetidem, *&c.* quæ habitabat in Ierusalem in Secunda. † 22,14.

Qui autem habitauerunt primi in possessionibus, & in vrbibus suis: Israel, & Sacerdotes, & Leuitæ, & Nathinæi. 1.Par.9,2. 2.Esd.7,73. † 11,1.

Opus namque grande est, neque enim homini præparatur habitatio, sed Deo. † 29.1.

Ergóne credibile est vt habitet Deus cum hominibus? 2.Par 6,18.

Non habitabit vxor mea in domo Dauid regis Israel, eò quòd sanctificata sit: quia ingressa est in eam arca Domini. † 8,11.

Habitant in Ierusalem post captiuitatem, praeter eos, qui in aliis vrbibus: Principes 15. Leuitae 284. Ianitores 172. Reliqui 2588. 2.Esdr. 11.

Deserta Sina montis occupauerunt, in quibus numquam homo habitare potuit, vel filius hominis requieuit. Iudith 5,14.

Habitauit [impius] in ciuitatibus desolatis. Iob 15,28.

Neque habitabit iuxta te malignus. Psalmo 5, 6.

Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? † 14,1.

Qui habitant in sepulchris. † 67,7.

Fiat habitatio eorum deserta. † 68,26.

Habitare fecit in tabernaculis eorum tribus Israel. † 77,55.

Sicut lætantium omnium nostrûm habitatio est in te. † 86,7.

Qui habitat in adiutorio Altissimi, in protectione Dei cæli commorabitur. † 90,1.

Non habitabit in medio domus meæ qui facit superbiam. † 100,7.

Habitaui cum habitantibus Cedar. † 119,5.

Ecce quàm bonum, & quàm iucundum, habitare fratres in vnum. † 132,1.

Impij autem non habitabunt super terram. Prou.10,30.

In maleuolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Sapient.1,4.

Antiquos inhabitatores terræ sanctæ tuæ, quos exhorruisti, quoniam odibilia opera tibi faciebant per medicamina & sacrificia iniusta. † 12,3.

Numquid habitabitis vos soli in medio terræ? Isa.5,8.

Habitabit lupus cum agno. † 11,6.

Quis poterit habitare de vobis cum igne deuorante? quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis? † 33,14.

Qui dico Ierusalem: Habitaberis: & ciuitatibus Iuda: Aedificabimini, & deserta eius suscitabo. † 44,26.

Habitabit enim iuuenis cum virgine. † 62,5.

Habitatio tua in medio doli: in dolo renuerunt scire me. Ierem.9,6.

Habitabunt in eo [monte] Iudas & omnes ciuitates eius simul, agricolæ & minantes greges. † 31,24.

Relinquite ciuitates, & habitate in petra. † 48,28.

Non habitabit ibi vir, & non incolet eam filius hominis. † 49,18.

Habitabunt confidenter, cùm fecero iudicia in omnibus qui aduersantur eis per circuitum. Ezech.28,26.

Repellat procul fornicationem suam, & ruinas regum suorum à me, & habitabo in medio eorum semper. † 43, 9.

Iudæa in æternum habitabitur. Ioël.3,20.

Transite vobis habitatio Pulchra, confusa ignominia. Mich.1,11.

Absque muro habitabitur Ierusalem, præ multitudine hominum & iumentorum. Zach. 2,4.

Lauda, & lætare filia Sion: quia ecce ego venio, & habitabo in medio tui. 10.

Adhuc habitabunt senes & anus in plateis Ierusalem. † 8,4.

Habitabitur Ierusalem rursus in loco suo. † 12,6.

Exaltabitur, & habitabit in loco suo. † 14,10.

Ierusalem non habitabatur, sed erat sicut desertum. 1.Mach.3,45.

Habitauit [Iesus] in Capharnaum maritima. Matth.4,13.

Sed non excelsus in manufactis habitat. Act.7,48.

Nam & in hoc ingemiscimus, habitationem nostram, quæ de cælo est, superindui cupientes. 2.Cor.5,2.

Coædificamini in habitaculum Dei in Spiritu. Ephes.2,22.

Qui sedet in throno, habitabit super illos. Apoc.7,15.

Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis. † 21,3.

HABITVS.

Mutauit ergo [Saul] habitum suum: vestitusque est aliis vestimentis, & abiit ipse, & duo viri cum eo. 1.Reg.28,8.

Commuta habitum ne cognoscaris quòd sis vxor Ieroboam, *&c.* Ingredere vxor Ieroboam: quare aliam te esse simulas? 3.Reg.14,2,6.

Porrò [Achab] rex Israel mutauit habitum suum, & ingressus est bellum. † 22,30.

Cuius figuræ & habitus est vir ille, qui occurrit vobis? 4.Reg.1,7.

Semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudinē hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Philip.2,7.

Anus similiter in habitu sancto, non criminatrices. Tit.2,3.

HACELDAMA.

Vocatus est ager ille, Haceldama. Mat.27,8. Act.1,19.

HACHILA.

Nónne ecce Dauid latitat apud nos in locis tutissimis siluæ, in colle Hachila? 1.Reg.23,19.

HAEC.

Hæc mihi faciat Deus, & hæc addat. Ruth 1,17.

Hæc faciat tibi Deus, & hæc addat, si absconderis. 1.Reg.3,17.

Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, quia morte morieris Ionatha. 1.Reg.14,44. † 20,12.

Hæc faciat Deus inimicis Dauid, & hæc addat. † 25,22. 2.Reg.2,3.

Clara

Clara adhuc die iurauit Dauid, dicens: Hæc faciat mihi Deus, & hęc addat, si ante occasum solis gustauero panem vel aliud quidquam. 2.Regum 3,35.

Hæc faciant mihi dij, & hæc addant, nisi cras hac hora posuero animam tuam, sicut animam vnius ex illis. 3.Reg.19,2.

Hæc faciant mihi dij, & hæc addant, si suffecerit puluis Samariæ pugillis omniū populi qui sequitur me. † 20,10.

Hæc mihi faciat Deus, & hæc addat, si steterit caput Elisei filij Saphat super ipsum hodie. 4.Reg.6,31.

HAMVS.

In oculis eius quasi hamo capiet eū. Iob 40,19.

Totum in hamo subleuauit, traxit illud in sagena sua. Hab.1,15.

HAEREO.

Arietem inter vepres hærentem cornibus. Gen.22,13.

Vultus meus hærebat terræ. Dan.10,9.

HAERESIS.

Haeretici tollendi è medio. Et dixerit tibi: Eamus, & sequamur deos alienos, & seruiamus eis: non audies verba prophetæ illius aut somniatoris, *&c.* Propheta autem ille, aut fictor somniorum interficietur: quia locutus est vt vos auerteret à Domino. Deut.13,3,5,9. † 18,20.

Apprehendite prophetas Baal, & ne vnus quidem effugiat ex eis. 3.Reg.18,40.

Ingredimini, & percutite eos, nullus euadat. 4.Reg.10,25.

Haeresis & idololatria dicitur fornicatio spiritualis. Populus iste fornicabitur post deos alienos. Deut.31,16. Iudic. 2,17. Ierem. 3,1. Ezech.16. Apoc.18,3.

Princeps sacerdotum, & omnes qui cum illo erant (quæ est hæresis Sadducæorum. Act.5,17.

Secundùm sectam, quam dicunt hæresim, sic deseruio Patri & Deo meo. † 24,14.

Nam oportet & hæreses esse, vt & qui probati sunt, manifesti fiant in vobis. 1.Cor.11,19.

Hæreticum hominem, post vnam & secundam correptionem deuita: sciens quia subuersus est, qui eiusmodi est. Tit.3,10.

HAESITO.

Et non hæsitauerit in corde suo. Mar.11,23. Act.10,17.

In repromissione etiam Dei non hæsitauit [Abraham] diffidentia, sed confortatus est fide. Rom.4,20.

Postulet autem in fide nihil hæsitans: qui enim hæsitat, similis est fluctui maris. Iacob.1,6.

HAGGITH.

Adonias autem filius Haggith eleuabatur, dicens: Ego regnabo. 3.Reg.1,5. † 2,13.

HAI.

Consurgens ascende in oppidum Hai. Ios.8,1.

Quoniam vastata est Hai. Ierem.49,3.

HALA.

Transtulit Israel in Assyrios, posuitque eos in Hala. 4.Reg.17,6.

HALIAEETVS.

Comedere non debetis, *&c.* aquilā, gryphem & haliæetum. Leuit.11,13.

HALITVS.

Erat languor fortissimus, ita vt non remaneret in eo halitus. 3.Reg 17,17.

Halitum meū exhorruit vxor mea. Iob 19,17.

Quia donec superest halitus in me, & spiritus Dei in naribus meis, non loquentur labia mea iniquitatem. † 27,3.

Halitus eius prunas ardere facit. † 41,12.

HANANEEL.

A turre Hananeel vsque ad torcularia regis. Zach.14,10.

HANANI.

In verbis Iehu filij Hanani. 2.Par.20,34. 2.Esd.1,2.

HANON.

Faciam misericordiam cum Hanon. 2. Regum 10,2.

Hanon pueros regis Dauid decaluauit, & rasit, & præcidit tunicas eorum à natibus vsque ad pedes. 1.Par.19,4.

HARAN.

Mortuus est [Thare] in Haran. Gen.11,32. Isa 37,12.

HARBONA.

Dixitque Harbona vnus de eunuchis. Esther 7,9.

HAROSETH.

Exercitum de Haroseth gentium vsque ad torrentem Cison. Iudic.4,13.

HASEROTH.

Castrametati sunt in Haseroth. Num.33,17.

HASTA, HASTILE.

Hastile eius, & calamus. Exod.25,31.

Hastile autem hastæ eius, erat quasi liciatorium texentium. 1.Reg.17,7.

Hastam manu tenens, cunctique serui eius circumstarent eum. † 22,6.

Tolle hastam, quæ est ad caput eius. † 26,11.

Percussit ergo eum [Asaelem] Abner auersa hasta, in inguine. 2.Reg.2,23.

Cuius ferrum hastæ trecentas vncias appendebat. † 21,16.

Hastile hastæ erat quasi liciatorium texentium. 19.

Qui dedit eis hastas, & arma regis Dauid, quæ erant in domo Domini. 4.Reg.11,10. 2.Machab.5,22.

Deridebit vibrantem hastam. Iob 41,20.

HAVOTH IAIR.

Vicos eius, quos appellauit Hauoth Iair, id est, Villas Iair. Num.32,41.

HAVRIO.

Camelis tuis hauriam aquam. Gen.24,19.

Quidquid hauseris de fluuio, vertetur in sanguinem. Exod.4,9.

Aquam emptam haurietis. Deut.2,6.

Aquæ, quibus haustis refocillauit [Samson] spiritum. Iudic.15,19.

Hauserunt aquam de cisterna Bethleem. 1.Par.11,18. Iudith 7,7.

Qui bonus est, hauriet gratiam à Domino. Prou.12,2. † 18,22.

Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris. Isa.12,3. † 30,14. Ierem.14,3.

Aquam propter obsidionem hauri tibi. Nahum 3,14.

Aquam crassam, & iussit eos haurire. 2.Machab.1,21. Ioan.4,11.

HAZAEL.

Vnges Hazael regem. 3.Reg.19,15,17.

Mittam ignem in domum Hazael. Amos 1,4.

HEBAL.

Pones benedictionem super montem Garizim; maledictionem super montem Hebal. Deut.11,29. † 27,13.

HEBENINVS.

Dentes eburneos & hebeninos. Ezech.27,15.

HEBDOMADA.

Solemnitatem hebdomadarum facies tibi in primitiis frugũ messis tuæ triticeæ. Exod.34,22. Leuit.23,15 Deut.16,9.

Septuaginta hebdomades abbreuiatæ sunt super populum tuum. Dan.9,24.

HEBER.

Sale quoque vixit triginta annis, & genuit Heber. Gen.11,14. Luc.3,35.

HEBETATVS.

Si retusum fuerit ferrum, & hoc non vt prius, sed hebetatum fuerit, multo labore exacuetur. Eccles.10,10.

HEBRAEVS.

Nuntiauit Abram Hebræo, qui habitabat in conualle Mambre. Gen.14,13.

Audiant Hebræi. 1.Reg.13,3.

Hebræi autem transierunt Iordanem. 7.

Hebræi egrediuntur de cauernis, in quibus absconditi fuerant. † 14,11.

Quid sibi volunt Hebræi isti? 29,3.

Hebræus ego sum, & Dominum Deum cæli ego timeo, qui fecit mare & aridam. Ionæ 1,9.

Audiui vocem loquentem mihi Hebraica lingua: Saule, Saule, quid me persequeris? Actorum 26,14.

Hebræi sunt, & ego. 2.Cor.11,22.

HEBRON.

Missus [Ioseph] de valle Hebron venit in Sichem. Gen.37,14.

Hebron septem annis ante Tanim vrbem Aegypti condita est. Num.13,23.

HEDERA.

Præparauit Dominus Deus hederam, & ascendit super caput Ionæ. Ionæ 4,6.

Et, cùm Liberi sacra celebrarentur, cogebantur hedera coronati Libero circuire. 2.Mach. 6,7.

HELI.

Heli autem erat senex valdè. 1.Reg.2,22.

Cecidit [Heli] de sella retrorsum iuxta ostium, & fractis ceruicibus mortuus est. † 4,18. Lucæ 3,23.

HELIODORVS.

Heliodorus concidit in terram, eumque multa caligine circumfusum rapuerunt, atque in sella gestatoria positum eiecerunt. 2.Mach.3,27.

HELIOPOLIS.

Sacerdotis Heliopoleos. Gen.41,45.

Iuuenes Heliopoleos, & Bubasti gladio cadent. Ezech.30,17.

HEMATH.

Percussit Dauid etiam Adarezer regem Soba, regionis Hemath. 1.Par.18,3,9.

HEMOR.

Hemor, & Sichem pariter necauerunt. Genes.34,26.

HENOCH.

Henoch translatus. Ambulauitque cum Deo, & non apparuit: quia tulit eum Deus. Gen.5,24. Sap 4,10.

Aedificauit [Cain] ciuitatem, vocauitque nomen eius ex nomine filij sui, Henoch. Gen.4,17.

Henoch placuit Deo, & translatus est in paradisum. Eccli.44,16.

HER.

Fuitque Her primogenitus Iudæ, nequam in conspectu Domini: & ab eo occisus est. Genes.38,7. † 46,12.

HERBA.

Germinet terra herbam virentem & facientem semen, & lignum pomiferum faciens fructum. Gen.1,11.

Dedi vobis omnem herbam, afferentem semen super terram. 30.

Ad peregrinandum in terram tuam venimus: quoniam non est herba gregibus. † 47,4.

Si fortè possimus inuenire herbam, & saluare equos & mulos. 3.Reg.18,5.

Vt colligeret herbas agrestes. 4.Reg.4,39.

Facti sunt velut fœnum agri, & virens herba tectorum, quæ arefacta est antequam veniret ad maturitatem. † 19,26.

Manè sicut herba transeat, manè floreat, & transeat: vesperè decidat, induret, & arescat. Psal.89,6.

Herbam seruituti hominũ † 103,14. † 146,8.

Aruit herba, defecit germen, viror omnis interiit. Isa.15,6.

Ipse enim quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum. Malach.3,2.

HERCVLES.

Portantes argenti didrachmas trecentas in sacrificium Herculis. 2.Mach.4,19.

HERES.

Vernaculus meus, heres meus erit. Gen.15,3.

Hereditas Seir cedet inimicis suis: Israel verò fortiter aget. Num.24,18.

Homo cùm mortuus fuerit absque filio, ad filiam eius transibit hereditas. † 27,8.

Feminæ de eadem tribu maritos accipient, vt hereditas permaneat in familiis. † 36,8.

Legem præcepit nobis Moyses, hereditatem multitudinis Iacob. Deut.33,4.

Veniat ergo in partem hereditatis Israel, sicut præcepi tibi. Iosu.13,6.

Tribui autem Leui non dedit possessionem: sed sacrificia & victimæ Domini Dei Israel, ipsa est eius hereditas. 14,33.

Eiecerunt Iephte, dicentes: Heres in domo patris nostri esse non poteris, quia de altera matre natus es. Iudic.11,2.

Non est nobis pars in Dauid, neque hereditas in filio Isai. 2.Reg.20,1.

Quare præcipitas hereditatem Domini? 19.

Propitius sit mihi Dominus, ne dem hereditatem patrum meorum tibi. 3.Reg.21,3.

Non quæratis pacem eorum, &c. & heredes habeatis filios vestros vsq; in sæculū. 1.Esd.9,12.

Et omnem hereditatem domus Raguelis ipse [Tobias] percepit. Tob.14,15.

Audiui à patre meo, quòd tu Domine tulisses Israel de cunctis Gentibus, & patres nostros ex omnibus retrò maioribus suis, vt possideres hereditatem sempiternam. Esth.14,5.

Volunt tua mutare promissa, & delere hereditatem tuam, & claudere ora laudantium te. 9.

Deditque eis [filiabus] pater suis hereditatem inter fratres earum. Iob 42,15.

Postula à me, & dabo tibi Gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Psal.2,8.

In finem pro ea quæ hereditatem consequitur Psalmus Dauid. Titulus Psalmi 5.

Tu es, qui restitues hereditatem meam mihi. † 15,5.

Hereditas eorum in æternum erit. † 36,18.

Iusti autem hereditabunt terram. 29.

Dedisti hereditatem timentibus nomen tuum. † 60,6.

Hereditate acquirent eam. † 68,36.

Hereditatem suam spreuit. † 77,62.

Hereditabis in omnibus Gentibus. † 81,8.

Hereditate possideamus Sanctuarium Dei. † 82,13.

Hereditatem suam non derelinquet. † 93,14.

Vt det illis hereditatem gentium. † 110,7.

Hereditate acquisiui testimonia tua in æternum. † 118,111.

Cùm dederit dilectis suis somnum, ecce hereditas Domini, filij; merces, fructus ventris. † 126,3.

Dedit terram eorum hereditatem, hereditatem Israel populo suo. † 134,12. † 135,22.

Bonus relinquit heredes filios & nepotes: & custoditur iusto substātia peccatoris. Prou.13,22.

Hereditas, ad quam festinatur in principio, in nouissimo benedictione carebit. † 20,21.

Habiturus heredem post me, quem ignoro vtrùm sapiens an stultus futurus sit, & dominabitur in laboribus meis. Eccles.2,18.

Sic & mulier omnis relinquens virum suum, & statuens hereditatem ex alieno matrimonio. Eccli.23,32.

In hereditate Domini morabor. † 24,11.

In die consummationis dierum vitæ tuæ, & in tempore exitus tui distribue hereditatem tuam. † 33,24.

Heredes impiorum euertentur. Substantiæ iniustorum sicut fluuius siccabuntur, &c. Nepotes impiorum non multiplicabunt ramos. † 40,15.

Filiorum peccatorum periet hereditas, & cum semine illorum assiduitas opprobrij. † 41,9.

Et de datione hereditatis amicorum. † 42,3.

Hereditare illos à mari vsq; ad mare. † 44,23.

Opus manuum mearum Assyrio: hereditas autem mea Israel. Isa.19,25.

Iratus sum super populum meum, contaminaui hereditatem meam. † 47,6.

Ad dexteram enim & ad læuam penetrabis: & semen tuum Gentes hereditabit, & ciuitates desertas inhabitabit. † 54,3.

Hæc est hereditas seruorum Domini, & iustitia eorum apud me. 17.

Hereditabunt eam electi mei, & serui mei habitabunt ibi. † 65,9.

Israel virga hereditatis eius. Ierem.10,16.

Reliqui domum meam, dimisi hereditatem meam. † 12,7.

Hereditatem acceperunt, & non eis proderit: confundemini à fructibus vestris, propter iram furoris Domini. 13.

Tibi competit hereditas, & tu propinquus es vt possideas. † 32,8.

Cur igitur hereditate possedit Melchom, Gad: & populus eius in vrbibus eius habitauit? † 49,1.

Hereditas nostra versa est ad alienos, domus nostræ ad extraneos. Thren.5,2.

Hereditate possidebunt te: & eris eis in hereditatem, & non addes vltrà vt absque eis sis. Ezech.36,12.

Non erit autem eis hereditas, ego hereditas eorum. † 44,28.

Et non accipiet princeps de hereditate populi per violentiam. † 46,18.

Desiderabile argentum eorum vrtica hereditabit,

tabit, lappa in tabernaculis eorum. Osee 9,6.

Hereditabunt hi qui ad Austrum sunt, montem Esau. Abd.v.19. Mich.1,15.

Pasce populũ tuum in virga tua gregem hereditatis tuæ, habitantes solos in saltu. Mich. 7,14.

Dilexi Iacob, Esau autem odio habui? & posui montes eius in solitudinem, & hereditatem eius in dracones deserti. Mal.1.3.

Nos verò tempus habentes, vindicamus hereditatem patrum nostrorum. 1.Mach.15,34.

Hic est heres, venite, occidamus eum, & habebimus hereditatem eius. Matth.21,38.

Magister, dic fratri meo vt diuidat mecum hereditatem. Luc.12,13.

Non enim per legem promissio Abrahæ, aut semini eius vt heres esset mundi: sed per iustitiam fidei. Rom.4,13.

Si autem filij, & heredes: heredes quidem Dei, coheredes autem Christi: si tamen compatimur, vt & conglorificemur. † 8,17.

Nam si ex lege hereditas, iam non ex promissione. Gal.3,18.

Si autem vos Christi: ergo semen Abrahę estis, secundùm promissionem heredes. 29.

Quanto tempore heres paruulus est, nihil differt à seruo. † 4,1.

Quòd si filius: & heres per Deum. 7.

Vt iustificati gratia ipsius, heredes simus secundùm spem vitæ æternæ. Tit.3,7.

Locutus est nobis in filio, quem constituit heredem vniuersorum. Heb.1,2.

Repromissionem accipiant, qui vocati sunt æternæ hereditatis. † 9,15.

Regenerauit nos, &c. in hereditatem incorruptibilem, & incontaminatam. 1.Pet.1,4.

HERI, HESTERNVS.

Hesterni quippe sumus, & ignoramus quoniã sicut vmbra dies nostri sunt super terrã. Iob 8,9.

HERINACEVS.

Petra refugium herinaceis. Psal.103,18.

HERMON.

De vertice Sanir, & Hermon. Cant.4,8.

HERNIOSVS.

Si impetiginem in corpore, vel herniosus. Leuit.21, 20.

HERODES.

Herodès autem viso Iesu gauisus est valdè. Luc. 23, 8.

Herodes vestitus veste regia, sedit pro tribunali & concionabatur ad eos. Act.12,21.

HERODION.

Salutate Herodionem cognatum meum. Roman.16,11.

HERODIVS.

Herodij domus dux est eorum. Psal.103,18.

HESEBON.

Omnes potentes in Hesebon prostrauerunt. Iudith 5,20.

Oculi tui sicut piscinæ in Hesebon. Cantic. 7, 4.

Clamabit Hesebon & Elcale. Isa.15,4.

Inebriabo te lacryma mea Hesebon. † 16,9. Ierem.48,34.

Vlula Hesebon, quoniam vastata est Hai. Ierem.49,3.

HESRON.

Hesron, hæc est Asor. Ios.15,25.

HETH, HETHAEVS.

Abrahæ, in possessionem monumenti à filiis Heth. Gen,23,20.

Tædet me vitæ meæ propter filias Heth. † 27, 46.

Filij Isràel habitauerunt in medio Chananæi, & Hethæi, & Amorrhæi. Iudic.3,5.

Vrias Hethæus mortuus est. 2.Reg.11,24. † 23,39. 4.Reg.7,6.

HEV.

Heu quis victurus est quando ista faciet Deus? Num.24,23.

Heu, heu, heu, congregauit nos Dominus tres reges, vt traderet in manus Moab. 4 Reg.3,10.

Heu, heu, heu, Domine mi quid faciemus? 4.Reg.6,15.

Heu, heu, heu, Domine Deus, ergóne decepisti populum istum & Ierusalem, dicens: Pax erit vobis, & ecce peruenit gladius vsque ad animam. Ierem.4,10.

Heu, heu, heu, Domine Deus, ecce tu fecisti cælum & terram. Ierem.32,17.

Heu, heu, heu, Domine Deus, ergóne disperdes omnes reliquias Israel. Ezech.9,8.

HEVA.

Vocauit Adam nomen vxoris suæ, Heua, eò quòd mater esset cunctorum viuentium. Genes.3, 20. Tob.8,8.

Timeo autem ne sicut serpens Heuam seduxit astutia sua, ita corrumpantur sensus vestri. 2.Cor.11,3. 1.Timoth.2,13.

Adam enim primus formatus est, deinde Heua, & Adam non est seductus: mulier autem seducta in præuaricatione fuit. 1.Timoth.2,14.

HEVAEVS.

Heuæis & Iebusæis, &c. fecit Salomon tributarios. 3.Reg.9,20.

Vnaqueq; Gens fabricata est deum suum, &c. Heuæi fecerunt Nebahaz & Tharthac. 4.Regum 17, 31.

HEVILA.

Percussitque Saul Amalec ab Heuila vsque ad Sur. 1.Reg.15,7.

HEVILATH.

Phison, ipse est qui circuit omnem terram Heuilath, vbi nascitur aurum. Gen.2,11.

HIANS.

Aperto ore hians compellebatur carnem porcinam manducare. 2.Mach.6,18.

HIBER.

HIBERNALIS.

Ingrati enim spes tamquam hibernalis glacies tabescet. Sap.16,29.

HIC.

Nõ est hîc aliud nisi domus Dei. Gen.28,17.

Tu verò hîc sta mecum. Deut.5,31.

Quid hîc agis Elia? 3. Reg.19,9.

Quid tu hîc, aut quasi quis hîc? quia excidisti tibi hîc sepulchrum? excidisti in excelso memoriale diligenter. Isa.22,16.

HIEMS.

Aestas & hiems, nox & dies non requiescent. Gen.8,22.

Præcipit niui vt descendat in terram, & hiemis pluuiis, & imbri fortitudinis suæ. Iob 37,6.

Iam hiems transiit, imber abiit. Cant.2,11.

HIEL.

Aedificauit Hiel de Bethel, Iericho: in Abiram primitiuo suo fundauit eam. 3.Reg.16,34.

HIERAPOLIS.

Laborem pro vobis, & pro iis qui sunt Laodiciæ, & qui Hierapoli. Col.4,13.

HIERONYMVS.

Sed & Hieronymus, & Demophon super hos. 2.Mach.12,2.

HILARIS.

Et bibisset & factus esset hilarior, isset que ad dormiendum. Ruth 3,7.

In omni dato hilarem fac vultũ tuũ. Eccli.35,11

Non ex tristitia aut ex necessitate; hilarem enim datorem diligit Deus. 2.Cor.9,7.

HIN.

Quartam partem hin. Exod.29,40.

HINNIO.

Numquid præbebis equo fortitudinem: aut circumdabis collo eius hinnitum. Iob 39,19.

Hinni voce tua filia Gallim, attende Laisa, paupercula Anathoth. Isa.10,30.

Hinnient de mari. † 24,14.

HINNVLVS.

Cerua charissima, & gratissimus hinnulus. Prou.5,19.

Similis est dilectus meus capreæ hinnuloque ceruorum. Cantic.2,9. † 4,5. † 8,14.

HIRAM.

Prudentem & scientissimum, Hiram, patrem meum. 2.Par.2,11.

HIRCANVS.

Quædam verò esse Hircani Tobiæ viri valdè eminentis. 2.Mach.3,11.

HIRCVS.

Si peccauerit princeps, &c. offeret hostiam Domino, hircum. Leuit.4,23.

Hircum qui oblatus fuerat pro peccato, cùm quæreret Moyses, exustum reperit: iratusque contra Eleazar. † 10,16.

Duos hircos pro peccato, & vnum arietem in holocaustum. † 16,5.

Hircus quoque offeretur Domino pro peccatis in holocaustum sempiternum. Num.28,15.

Hircos cum medulla tritici. Deut.32,14.

Hircus caprarum veniebat ab Occidente super faciem totius terræ, & non tangebat terram. Dan.8,5. Mich.6,7.

Super pastores iratus est furor meus, & super hircos visitabo. Zach.10,3.

Neque per sanguinem hircorum aut vitulorum, sed per proprium sanguinem, introiuit semel in Sancta. Heb.9,12.

HIRVNDO.

Sicut pullus hirundinis sic clamabo. Isa.38,14.

Turtur, & hirundo, & ciconia custodierũt tẽpus aduentus sui: populus autem meus non cognouit iudicium Domini. Ierem.8,7. Baruch 6,21.

HISPANIA.

Quanta fecerunt [Romani] in regione Hispaniæ. 1.Mach.8,3.

Cùm in Hispaniam proficisci cœpero, spero quòd præteriens videam vos, & à vobis deducar illuc. Rom.15,24.

HISTORIA.

Historiæ vtilitas. Quis percussit Abimelech filium Ierobaal? nónne mulier? 2.Reg.11,21. Ierem.26,18.

Vt recenseas in libris historiarum patrum tuorum, & inuenies scriptũ in commentariis: & scies quoniam vrbs illa [Ierusalem] vrbs rebellis est, & nocens regibus & prouinciis, & bella concitantur in ea ex diebus antiquis. 1.Esd.4,15.

Mandatumque est historiis, & annalibus traditum coram rege. Esth.2,23.

Noctem illam duxit rex insomnem, iussitque sibi afferri historias & annales priorum temporum. † 6,1.

Stultum etenim est ante historiam effluere, in ipsa autem historia succingi. 2.Mach.2,33.

Historiæ sacræ compendium. Act.7,2. † 13,17.

HOBA.

Persecutus est eos [Abraham] vsque Hoba. Gen.14,15.

HOBAB.

Dixitque Moyses Hobab filio Raguel Madianitæ, cognato suo. Num.10,29. Iudic.4,11.

HODIE.

Filius meus es tu, ego hodie genui te. Psal.2,7.

Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. † 94,8.

Adhortamini vosmetipsos per singulos dies, donec Hodie cognominatur. Heb.3,13.

HOEDVS.

Iuxta quem ritum tolletis & hœdũ. Exo.12,5.

Non coques hœdum in lacte matris suæ. † 23,19. † 34,26.

Hœdum de capris vnum. 1.Reg.16,20.

Factum est, vt hœdum caprarum accipiens detulisset domi. Tob.2,20.

Pasce

Pasce hædos tuos iuxta tabernacula pastorum. Cant.1,7. Isa.11,6.

Estote quasi hœdi ante gregem. Ierem.50,8. Matth.25,32. Luc.15,29.

HOLDA.

Ad Holdam prophetidem, vxorem Sellum. 4.Reg.22,14.

HOLOCAVSTVM.

Obtulit ergo Iethro cognatus Moysi holocausta, & hostias Domino. Exod.18,12.

Incendes super altare in holocaustum, odorem suauissimum. † 29,25.

Sta hic iuxta holocaustum tuum. Num.23,15.

Caue ne offeras holocausta tua in omni loco, quem videris. Deut.12,13.

Obtulit super eo [altari] holocausta Dño. Iosu.8,31.

Offertes holocaustum super struem lignorum. Iudic.6,26.

Quicumque primus fuerit egressus, *&c.* eum holocaustum offeram Domino. † 11,31.

Si autem vis holocaustum facere, offer illud Domino. † 13,16.

Ieiunaueruntque die illo vsque ad vesperam, & obtulerunt ei holocausta, atque pacificas victimas, & super statu suo interrogauerunt. † 20,26.

Viri autē Bethsamitæ holocausta, & immolauerunt victimas in die illa Domino. 1.Reg.6,15.

Tulit autem Samuel agnum lactentem vnū, & obtulit illum holocaustum integrum Dño. † 7,9.

Afferte mihi holocaustum, & pacifica. Et obtulit holocaustum. † 13,9.

Saul offerebat holocaustum Domino, de initiis prædarum. † 15,12.

Obtulit [Dauid] holocausta, & pacifica. 2.Regum 24,25.

Mille hostias in holocaustum obtulit Salomon. 3.Reg.3,4.15.

Videns autē regina Saba, *&c.* holocausta quæ offerebat in domo Domini: non habebat vltrà spiritum. † 10,5.

Arripiensque filium suum primogenitum, qui regnaturus erat pro eo, obtulit holocaustum super murum: & facta est indignatio magna in Israel. 4.Reg.3,27.

Non enim faciet vltrà seruus tuus holocaustum aut victimam diis alienis, nisi Domino. † 5,17.

Cùm completum esset holocaustum, præcepit Iehu militibus & ducibus suis: Ingredimini, & percutite eos, nullus euadat. † 10,25.

Immolauit holocausta sua, & sacrificium suum. † 16,12.

Super altare maius offer holocaustum matutinum, & sacrificium vespertinum, & holocaustum regis. 15.

Obtulerunt holocausta die sequenti, tauros mille, arietes mille, agnos mille. 1.Par.29,21.

Holocaustum diebus singulis per ordinem. 1.Esd.3,4. † 6,9.

Obtulerunt holocautomata Deo Israel, vitulos duodecim pro omni populo Israel. † 8,35.

Offerebat holocausta pro singulis. Iob 1,5.

Offerte holocaustum pro vobis. † 42,8.

Holocaustum tuum pingue fiat. Psal.19,4.

Holocaustum & pro peccato non postulasti. † 39,7.

Holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper. † 49,8.

Holocausta medullata offeram tibi cum incenso arietum. † 65,15.

Quasi holocausti hostiā accepit illos. Sap.3,6.

Libanus non sufficiet ad succendendum, & animalia eius non sufficient ad holocaustum. Isa.40,16.

Holocausta eorum, & victimæ eorum, placebunt mihi super altari meo. † 56,7.

Ego Dominus diligens iudicium, & odio habens rapinam in holocausto. † 61,8.

Holocautomata vestra non sunt accepta, & victimæ vestræ non placuerunt mihi. Ierem.6,20.

Holocautomata addite victimis vestris, & comedite carnes. † 7,21.

Et ab Austro, portantes holocaustum, & victimam, & sacrificium, & thus, & inferent oblationem in domum Domini. † 17,26.

Duæ mensæ hinc, & duæ mensæ inde: vt immoletur super eas holocaustum, & pro peccato, & pro delicto. Ezech 40,39.

In septem dierum sollemnitate faciet holocaustum Domino septem vitulos, & septem arietes immaculatos quotidie septem diebus. † 45,23.

Agnum eiusdem anni immaculatum faciet holocaustum quotidie Domino: semper manè faciet illud. † 46,13.

Non est in tempore hoc princeps, *&c.* neque holocaustum, neque sacrificium. Dan.3,38.

Vt sequerentur leges Gentium terræ, & prohiberent holocausta, & sacrificia, & placationes fieri in templo Dei. 1.Mach.1,47.

Fecerunt dedicationem altaris diebus octo, & obtulerunt holocausta cum lætitia, & sacrificium salutaris & laudis. † 4,56.

Obtulerunt holocausta, quòd nemo ex eis cecidisset, donec reuerterentur in pace. † 5,54.

Salutare cum in pace, & demonstrare ei holocautomata, quæ offerebantur pro rege. † 7,33.

HOLOFERNES.

Holofernes fecit cœnā seruis suis. Iudith 12,10.

Cor autem Holofernis concussum est: erat enim ardens in concupiscentia eius. 16.

Ecce caput Holofernis. † 13,19. † 16,23.

HOMO.

Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. Genes.1,26. † 2,7.

Homines dirigit Deus per homines. Ostendam vobis quid agere debeatis, ipse loquetur pro te ad populum. Exod.4,16.

Ani-

Animæ hominū sexus feminei. Num.31,35.
Moyses,homo Dei. Deut.33,1.
Homo enim videt ea quæ parent, Dominus autem intuetur cor. 1.Reg.16,7.
Apparuit homo veniens de castris Saul, veste conscissa,& puluere conspersus caput. 2.Reg 1,2.
Homo Dei,rex præcepit vt descendas. 4.Regum 1,9.
Non enim quasi homo, sic Deus comminabitur. Iudith 8,15.
Quid est homo, quia magnificas eum. Iob 7,17.
Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miseriis. † 14,1.
Putásne mortuus homo rursum viuet? 14.
Quantò magis abominabilis & inutilis homo, qui bibit quasi aquam iniquitatem? † 15,16.
Quantò magis homo putredo, & filius hominis vermis? † 25,6.
Quid est homo,quòd memor es eius? aut filius hominis quoniam visitas eum? minuisti eum paulò minùs ab Angelis. Psal.8,5.
Quis est homo qui vult vitam? † 33,13.
Homines,& iumēta saluabis Domine.† 35,7.
Homo pacis meæ,in quo speraui. † 40,10.
Homo, cùm in honore esset, non intellexit. † 48,13,21.
Tu verò homo vnanimis, dux meus, & notus meus. † 54,14.
Numquid Sion dicet: Homo, & homo natus est in ea:& ipse fundauit eam Altissimus?† 86,5.
Factus sum sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber. † 87,5.
Exibit homo ad opus suum. † 103,23.
Quid est homo, quia innotuisti ei? aut filius hominis,quia reputas eum? Homo vanitati similis factus est: dies eius sicut vmbra prætereunt. † 143,3.
Homines pestilentes dissipant ciuitatem: sapientes verò auertunt furorem. Prou.29,8.
Deum time, & mandata eius obserua: hoc est enim omnis homo. Ecclef.12,13.
Deus creauit hominem inexterminabilem, & ad imaginem similitudinis suæ fecit illum. Sapient.2,23.
Sapientia tua constituisti hominem, vt dominaretur creaturæ,quæ à te facta est. † 9,2.
Homo infirmus,& exigui temporis, & minor ad intellectum iudicij & legum. 5.
Eum, qui ante tempus tamquam homo honoratus fuerat,nunc Deum æstimauerunt.† 14,20.
Deus ab initio constituit hominem,& reliquit illum in manu consilij sui. Eccli.15,14.
Deus creauit de terra hominem, & secundùm imaginem suam fecit illum. † 17,1,7,11.
Quid est homo,& quæ est gratia illius? & quid est bonum,aut quid nequam illius? † 18,7.
Homo acharis quasi fabula vana. † 20,21.
Neque vt Ioseph,qui natus est homo,princeps fratrum. † 49,17.
Ego feci terram,& hominem super eam creaui ego. Isa.45,12.
Intuitus sum, & non erat homo: & omne volatile cæli recessit. Ierem.4,25.
Filij Iegedeliæ hominis Dei. † 35,4.
Vos autem greges mei,greges pascuæ meę, homines estis: & ego Dominus Deus vester. Ezechiel.34,31.
Adducam super vos homines,populum meum Israel. † 36,12.
Sabbatum propter hominem factum est, & non homo propter sabbatum. Mar.2,27.
Video homines velut arbores ambulantes. † 8,24.
Hominem non habeo, vt cùm turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam. Ioan.5,7.
Petrus verò eleuauit eum [Cornelium] dicens: Surge,& ego ipse homo sum. Act.10,26.
Ego Apollo:nónne homines estis? 1.Cor.3,4.
Per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. † 15,21.
Factus est primus homo Adam in animam viuentem,nouissimus Adam in spiritum viuificantem. 45.
Paulus Apostolus non ab hominibus, neque per hominem,sed per Iesum Christum,& Deum Patrem. Gal.1,1.
Duos condat in semetipso in vnum nouum hominem,faciens pacem. Ephes.2,15.
Nisi venerit discessio primùm, & reuelatus fuerit homo peccati. 2.Thess. 2,3.
Sed qui absconditus est cordis homo, in incorruptibilitate quieti & modesti spiritus, qui est in conspectu Dei locuples. 1.Pet.3,4.
Ne læderent fœnum terræ, neque omne viride, neque omnem arborem: nisi tantùm homines,qui non habent signum Dei in frontibus suis. Apoc.9,5.

HOMICIDIVM.

Homicidij varij modi. Mortuus fuerit qui percussus est: reus erit homicidij,& ipse morietur. Si lapidem iecerit. Num.35,16.
Postquam autem ille [Pontifex] obierit, homicida reuertetur in terram suam. 28.
Homicida sub testibus punietur:ad vnius testimonium nullus condemnabitur. 30.
Homicidium casuale. Ferrumque lapsum de manubrio amicum eius percusserit, & occiderit: hic ad vnam supradictarum vrbium confugiet. Deut 19,5.
Scitis quòd miserit filius homicidæ hic,vt præcidatur caput meum? 4.Reg.6,32.† 15,10,30.
Manè primo consurgit homicida, interficit egenum & pauperem. Iob 24,14.
Per iram homicidij fraterni deperiit. Sap.10,3.
Homicidium quæ præcedant. Ante ignem camini

mini vapor, & fumus ignis inaltatur: ſic & ante ſanguinem maledicta, & contumeliæ, & minæ. Eccli.22,30.

Vt etiam per quoſdam Simonis neceſſarios homicidia fierent. 2.Mach.4,3.

Homicida & blaſphemus peſſimè percuſſus. † 9,28.

Miſſis exercitibus ſuis, perdidit homicidas illos. Matth.22,7. † 23,19.

Ille [diabolus] homicida erat ab initio, & in veritate non ſtetit. Ioan.8,44.

Occiderunt eos, qui prænuntiabant de aduentu iuſti, cuius vos nunc proditores & homicidæ fuiſtis. Act.7,52.

Vtique homicida eſt homo hic, qui cùm euaſerit de mari, vltio non ſinit eum viuere. † 28,4.

Omnis qui odit fratrem ſuum, homicida eſt. Et ſcitis quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in ſemetipſo manentem. 1.Ioannis 3,15.

HONESTAS, HONESTVM.

Innumerabilis honeſtas per manus illius [ſapientiæ.] Sap.7,11. † 10,11.

Paupertas & honeſtas à Deo ſunt. Eccli.11,14.

Flores mei, fructus honoris, & honeſtatis. † 24,23.

Vigilia honeſtatis tabefaciet carnes. † 31,1.

Cum inhoneſto, de honeſtate. † 37,13.

Sicut in die honeſtè ambulemus. Rom.13,13.

Sed ad id, quod honeſtum eſt, & quod facultatem præbeat ſine impedimento Dominum obſecrandi. 1.Cor.7,35.

Quæ putamus ignobiliora membra eſſe corporis, his honorem abundantiorem circumdamus. † 12,23.

Honeſta autem noſtra nullius egent: ſed Deus temperauit corpus, ei, cui deerat, abundantiorem tribuendo honorem. 24.

Et vt honeſtè ambuletis ad eos qui foris ſunt. 1.Theſſ.4,11.

HONORO.

Honora patrem tuum & matrem tuam, vt ſis longæuus ſuper terram. Exod.20,12.

Coram cano capite conſurge, & honora perſonam ſenis. Leuit.19,32.

Paratus ſum honorare te, & quidquid volueris dabo tibi, veni, & maledic populo iſti. Numer.22,16.

Decreueram quidē magnificè honorare te, ſed Dominus priuauit te honore diſpoſito. † 24,11.

Honora patrem tuum & matrem, ſicut præcepit tibi Dominus Deus tuus, vt longo viuas tempore, & benè ſit tibi in Terra. Deut.5,16.

Maledictus qui non honorat patrem ſuum & matrem, & dicet omnis populus: Amen. † 27,16.

Honor mundanus. Percute me: ne fortè dicatur quòd à fœmina interfectus ſum. Iudic.9,54.

Quod eſt tibi nomen, vt, ſi ſermo tuus fuerit expletus, honoremus te? † 13,17.

Magis honoraſti filios tuos quàm me, vt comederetis primitias omnis ſacrificij Iſrael? 1.Reg.2,29.

Peccaui: ſed nunc honora me coram ſenioribus populi mei, & coram Iſrael. † 15,30.

Honoraui faciem tuam. † 25,35.

Putas quòd propter honorem patris tui miſerit Dauid ad te conſolatores, & non ideò vt inueſtigaret, & exploraret ciuitatem? 2.Reg.10,3.

Opera autem Dei reuelare, & confiteri honorificum eſt. Tob.12,7.

Remiſerunt eos vacuos, & ſine honore abiecerunt. Iudith 1,11.

Humiliabit omnes Gentes, quæcumque inſurgunt contra nos, & faciet illas ſine honore Dominus. † 8,20.

Honorificetur ante faciem eius. † 12,12.

Tu honorificentia populi noſtri. † 15,10.

Vxores tam maiorum quàm minorum deferant maritis ſuis honorem. Eſth.1,20.

Honorare non vult Mardochæus Amar. Quòd Mardochęus non flecteret ſibi genu, nec ſe adoraret, iratus eſt valdè. † 3,4,5.

Quid pro hac fide honoris & præmij Mardochęus conſecutus eſt? † 6,3.

Quid debet fieri viro, quem rex honorare deſiderat? 6.

Homo, quem rex honorare cupit, debet indui veſtibus regiis, & imponi ſuper equum, qui de ſella regis eſt. 8.

Etiam veſtigia pedum eius deoſculari paratus eſſem, ſed timui ne honorem Dei mei transferrem ad hominem. † 13,14.

Honor exhibitus S. Iob. In platea parabant cathedram mihi? Videbant me iuuenes & abſcondebantur: & ſenes aſſurgentes ſtabant. Principes ceſſabant loqui, & digitum ſuperponebant ori ſuo. Vocem ſuam cohibebant duces. Iob 29,7.

Mox vt honorificati fuerint & exaltati: deficientes quemadmodum fumus deficient. Pſalmo 36,20.

Homo, cùm in honore eſſet, non intellexit: comparatus eſt iumentis inſipientibus. † 48,13.

Honor regis iudicium diligit. † 98,4.

Mihi autem nimis honorificati ſunt amici tui, Deus. † 138,17.

Honora Dominum de tua ſubſtantia. Prouerb.3,9.

Ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli. † 5,9.

Qui calumniatur egentem, exprobrat factori eius: honorat autem eum, qui miſeretur pauperis. † 14,31.

Nec iudicauerunt honorem animarum ſanctarum. Sap.2,22.

Erunt poſt hæc decidentes ſine honore, & in contumelia inter mortuos in perpetuum. † 4,19.

Habe.

Habeto propter hanc [sapientiam] claritatem ad turbas,& honorem apud seniores iuuenis. † 8, 10.

Deus enim honorauit patrem in filiis. Eccli. 3, 3.

Qui honorat patrem suum, vita viuet longiore:& qui obedit patri, refrigerabit matrem. Qui timet Dominum honorat parentes, & quasi dominis seruiet his, qui se genuerunt. In opere & sermone, & omni patiētia honora patrem tuum, vt superueniat tibi benedictio ab eo, & benedictio illius in nouissimo maneat. Benedictio patris firmat domos filiorum: maledictio autem matris eradicat fundamenta. Ne glorieris in contumelia patris tui: non enim est tibi gloria, eius confusio. Gloria enim hominis ex honore patris sui,& dedecus filij pater sine honore. Fili suscipe senectā patris tui,& non contristes eum in vita illius:& si defecerit sensu, veniam da, & ne spernas eum in virtute tua: eleemosyna enim patris non erit in obliuione, &c. Quàm malæ famæ est, qui derelinquit patrem: & est maledictus à Deo, qui exasperat matrem. 7.

In toto corde tuo honora patrem tuum,& gemitus matris tuæ ne obliuiscaris: memento quoniam nisi per illos natus non fuisses: & retribue illis, quomodo & illi tibi. † 7, 29.

In vestitu ne glorieris vmquam, nec in die honoris tui extollaris. † 11, 4.

Pondus super se tollet, qui honestiori se communicat. † 13, 2.

Magnalia honoris eius vidit oculus illorum,& honorem vocis audierunt aures illorū. † 17, 11.

Sapiens in populo hereditabit honorem, & nomen illius erit viuens in æternum. † 37, 29.

Honora medicum propter necessitatem: etenim illum creauit Altissimus. † 38, 1.

Longæuus & honorabilis, ipse est caput: & propheta docens mendacium, ipse est cauda. Isa. 9, 15.

Ex quo honorabilis factus es in oculis meis,& gloriosus: ego dilexi te. † 43, 4.

Si filius honorabilis mihi Ephraim, si puer delicatus. Ierem. 31, 20.

Circumdabit te Deus diploide iustitiæ, & imponet mitram capiti honoris æterni. Baruch 5, 2.

Exierunt enim abs te pedibus ducti ab inimicis: adducet autem illos Dominus ad te portatos in honore sicut filios regni. 6.

Ad honorem regni mei decoremque perueni: & figura mea reuersa est ad me. Dan. 4, 33.

Et ad ipsum confluebant Iudæi, eò quòd esset honorabilior omnium. † 13, 4.

Sede in medio nostrûm, & indica nobis: quia tibi dedit Deus honorem senectutis. 50.

Erat autem Daniel conuiua regis, & honoratus super omnes amicos eius? † 14. 1.

Filius honorat patrem, & seruus dominum suum: si ergo Pater ego sum, vbi est honor meus? & si Dominus ego sum, vbi est timor meus? Malach. 1, 6.

Fiebat vt & ipsi reges & principes locum summo honore dignum ducerent. 2. Mach. 3, 2.

Et patrios quidem honores nihil habentes, Græcas glorias optimas arbitrabantur. † 4, 15.

Et non honorificabit patrem suum, aut matrem suam:& irritum fecistis mandatum Domini propter traditionem vestram. Matth. 15, 6.

Qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem, qui misit illum. Ioan. 5, 23.

Ego dæmonium non habeo: sed honorifico Patrem meum,& vos inhonorastis me. † 8, 49.

Confestim autem percussit eum [Herodem] Angelus Domini eò quòd non dedisset honorem Deo, & consumptus à vermibus expirauit. Act. 12, 23.

Multis honoribus nos honorauerunt, & nauigantibus imposuerunt quæ necessaria erant. † 28, 10.

Honore inuicem præuenientes. Rom. 12, 10.

Et quæ putamus ignobiliora membra esse corporis, his honorem abundantiorem circumdamus. 1. Cor. 12, 23.

Regi autem sæculorum immortali, inuisibili, soli Deo, honor,& gloria. 1. Timoth. 1, 17.

Viduas honora, quæ verè viduæ sunt. † 5, 3, 16.

Qui benè præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur: maximè qui laborant in verbo & doctrina. 17.

Quantò ampliorem honorem habet domus, qui fabricauit illam. Heb. 3, 3.

Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo, tamquam Aaron. † 5, 4.

Omnes honorate: fraternitatem diligite: Deū timete: Regem honorificate. 1. Pet. 2, 17.

Accipiens enim à Deo Patre honorem & gloriam. 2. Pet. 1, 17.

HOR.

Ascenderunt in montem Hor. Num. 20, 27.

Sicut mortuus est Aaron frater tuus in monte Hor. Deut. 32, 50.

HORA.

In tempore isto, & in hac eadem hora, si vita comes fuerit, habebis in vtero filiū. 4. Reg. 4, 16.

Si peccaui,& ad horam pepercisti mihi: cur ab iniquitate mea mundum me esse non pateris? Iob 10, 14.

Malitia horæ obliuionem facit luxuriæ magnæ. Eccli. 11, 29. † 33, 9.

Omnia opera Domini bona, & omne opus hora sua subministrabit. † 39, 39.

De die autem illa & hora nemo scit, neque angeli cælorum. Matth 24, 36.

Erat autem hora tertia: & crucifixerunt eum. Mar. 15, 25. Luc. 23, 44.

Et vos estote parati: quia qua hora non putatis,

tatis, Filius hominis veniet. Luc. 12, 40.

Sed hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum. † 22, 53.

Heri hora septima reliquit eum febris. Ioannis 4, 52.

Nemo misit in eum manus, quia nondum venerat hora eius. † 7, 30.

Nónne duodecim sunt horæ diei? † 11, 9.

Sciens Iesus quia venit hora eius vt transeat de hoc mundo ad Patrem. † 13, 1.

Non enim, sicut vos æstimatis, hi ebrij sunt, cùm sit hora diei tertia. Act. 2, 15. † 3, 1.

Hora est iam nos de somno surgere. Roman. 13, 11. 2. Cor. 7, 8. Philem. v. 15.

Filioli, nouissima hora est. 1. Ioan. 2, 18. Apoc. 1, 3.

Babylon, ciuitas illa fortis: quoniam vna hora venit iudicium tuum. Apoc. 18, 10, 19.

HORDEVM.

Linum ergo & hordeum læsum est. Exodi 9, 31.

Hordeum quoque & paleas equorum. 3. Regum 4, 28. Iob 31, 14. Ioan. 6, 9.

Bilibris tritici denario, & tres bilibres hordei denario. Apoc. 3, 6.

HOREB.

Stabo ibi coram te supra petram Horeb. Exod. 17, 6.

Præter illud fœdus, quod cum eis pepigit in Horeb. Deut. 29, 1. 3. Reg. 8, 9.

Ambulauit [Elias] in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus vsque ad montem Dei Horeb. 3. Reg. 19, 8.

Fecerunt vitulum in Horeb. Psal. 105, 19.

Qui audis in Sina iudicium, & in Horeb iudicia defensionis. Eccli. 48, 7. Mal. 4, 4.

HORMA.

Horma, id est, anathema. Numeror. 21, 3. Iudic. 2, 17.

HOROLOGIVM.

Reduxit vmbram per lineas, quibus iam descenderat in horologio Achaz. 4. Reg. 20, 11. Isa. 38, 8.

HORREVM.

Aperuitque Ioseph vniuersa horrea & vendebat Aegyptiis. Gen 41, 56.

Præcepit igitur Ezechias vt præpararent horrea in domo Domini. 2. Par. 31, 11.

Constituimus super horrea Selemiam Sacerdotem, & Sadoc scribam. 2. Esd. 13, 13. Prouerb. 3, 10. Matth. 3, 12.

Destruam horrea mea, & maiora faciam: & illuc congregabo omnia quæ nata sunt mihi, &c. Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te: quæ autem parasti, cuius erunt? Luc. 12, 18.

HORRHAEVS.

Delens Horrhæos, & terram eorum illis tradens. Deut. 2, 22.

HORROR.

Sopor irruit super Abram, & horror magnus & tenebrosus inuasit eum. Gen. 15, 12.

Et nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Iob 10, 22.

Vadent & venient super eum horribiles. † 20, 25.

Quis audiuit talia horribilia, quæ fecit nimis virgo Israel? Ierem. 18, 13.

Horruit spiritus meus, ego Daniel territus sum in his. Dan. 7, 15.

In domo Israel vidi horrendum: ibi fornicationes Ephraim. Osee 6, 10.

Loquente Ephraim, horror inuasit Israel, & deliquit in Baal, & mortuus est. † 13, 1.

Horribilis Dominus super eos, & attenuabit omnes deos terræ. Soph. 2, 11.

Horrendum est incidere in manus Dei viuentis. Heb. 10, 31.

HORTOR.

Hortatus est virginem Tobias, dixitque ei: Sara, exurge, & deprecemur Deum hodie, & cras, & secundum cras. Tob. 8, 4. 2. Machab. 7, 5. † 13, 12.

HORTVS.

Vt valles nemorosæ, vt horti iuxta fluuios irrigui. Num 24, 6.

Da mihi vineam tuam vt faciam mihi hortum olerum. 3. Reg. 21, 2.

Sepultus est [Manasses] in horto domus suæ, in horto Oza. 4. Reg. 21, 18, 26.

Feci hortos, & pomaria, & conseui ea cuncti generis arboribus. Ecclesi. 2, 5.

Surge Aquilo, & veni Auster, perfla hortum meum, & fluant aromata illius. Cant. 4, 16. † 5, 1.

Hortus conclusus soror mea sponsa. 12.

Eris quasi hortus irriguus, & sicut fons aquarum, cuius non deficient aquæ. Isa. 58, 11.

Quasi hortus voluptatis terra coram eo, & post eum solitudo deserti. Ioel. 2, 3.

Facient hortos, & comedent fructus eorum. Amos 9, 14.

Vbi erat hortus, in quem introiuit ipse, & discipuli eius. Ioan. 18, 1.

Illa existimans quia hortulanus esset, dicit ei: Domine, si tu sustulisti eum, dicito mihi vbi posuisti eum. † 20, 15.

HOSANNA.

Et pueros clamantes in templo, & dicentes: Hosanna filio Dauid. Matth. 21, 15.

Benedictum quod venit regnum patris nostri Dauid: Hosanna in excelsis. Mar. 11, 10.

Hosanna, benedictus, qui venit in nomine Domini, rex Israel. Ioan. 12, 13.

HOSPITALITAS.

Hospitalitas prompta Abrahæ. Cucurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi, & adorauit in terram, & dixit: Domine, si inueni gratiam in oculis

oculis tuis, ne transeas seruum tuum: sed afferam pauxillum aquæ, *&c.* ad armentum cucurrit, & tulit inde vitulum tenerrimum & optimum. Gen.18,2,7. Iudic.19,4. Deut.23,4.2. Esd.13,2.

Declinate in domũ pueri vestri, & manete ibi: lauate pedes vestros, *&c.* Compulit illos [Lot] oppidò vt diuerterent ad eum: ingressiq; domum illius fecit conuiuium. Gen.19,2,8. † 29,13.

Postulabit mulier à vicina sua, & ab hospita sua, vasa argentea & aurea, ac vestes. Exo.3,22.

Hospitalitas senis. Præbebo omnia quæ necessaria sunt: tantùm, quæso, ne in platea maneas. Introduxitque eum in domum suam, & pabulum asinis præbuit: ac postquam lauerunt pedes suos, recepit eos in conuiuium. Iudic.19,21. Tobiæ 1,3.

Hospitalitas amouet sterilitatem. 4.Reg.4,14.

Hospitio excipitur Achior. Ozias, finito consilio, suscepit eum in domum suam, & fecit ei cœnam magnam. Iudith 6,19.

Tamquam memoria hospitis vnius diei prætereuntis. Sap.5,15.

Hospitalitatis defectus. Detestabiliorem inhospitalitatem instituerunt: alij quidem ignotos non recipiebant aduenas, alij autem bonos hospites in seruitutem redigebant. † 19,13,15.

Vita nequam hospitandi de domo in domum: & vbi hospitabitur, non fiducialiter aget, nec aperiet os. Eccli.29,31.

Transi hospes, & orna mensam: & quæ in manu habes, ciba ceteros. 33.

Exi à facie honoris amicorum meorum: necessitudine domus meæ hospitio mihi factus est frater. 34.

Hospes eram, & collegistis me. Matth.25,35.

Adducentes secum apud quem hospitaremur Mnasonem quemdam Cyprium, antiquum discipulum. Act.21,19.

Hospitalitatem sectantes. Rom.12,13.

Salutat vos Caius hospes meus, & vniuersa Ecclesia. † 16,23.

Hospites testamentorum, promissionis spem non habentes. Ephes.2,12.

Iam non estis hospites, & aduenæ: sed estis ciues sanctorum, & domestici Dei. 19.

Si filios educauit, si hospitio recepit. 1. Timoth.5,10.

Simul autem & para mihi hospitium. Philem.v.22.

Charitas fraternitatis maneat in vobis. Et hospitalitatem nolite obliuisci, per hanc enim latuerunt quidam, Angelis hospitio receptis. Heb.13,2.

Hospitales inuicem sine murmuratione. Vnusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes. 1.Pet.4,9.

HOSTIA.

Hostias quoque & holocausta dabis nobis, quæ offeramus Domino. Exod.10,25. Leuit.1,2.

Si hostia pacificorum fuerit eius oblatio, & de bobus voluerit offerre. Leuit.3,1.

Principes Philisthinorum conuenerunt in vnum, vt immolarent hostias magnificas Dagon deo suo, & epularentur, dicentes: Tradidit deus noster inimicum nostrum Samson in manus nostras. Iudic.16,23.

Vt immolaret Domino hostiam solemnem, & votum suum. 1.Reg.1,21.

Mactauitque Salomon hostias pacificas, quas immolauit Domino, boum viginti duo millia, & ouium centum viginti millia. 3.Reg.8,63.

Multi etiam deferebant hostias, & sacrificia, Domino in Ierusalem, & munera Ezechiæ regi Iuda: qui exaltatus est post hæc coram cunctis regibus. 2.Par.32,23.

Tollite hostias, & introite in atria eius. Psalmo 95,8.

Hostiæ impiorum abominabiles, quia offeruntur ex scelere. Prou.21,27.

Hostias illorum vendunt sacerdotes ipsorum, & abutuntur. Baruch 6,27.

In medio hebdomadis deficiet hostia & sacrificium: & erit in templo abominatio desolationis. Dan.9,27.

Hostias offerent, immolabunt carnes, & comedent, & Dominus non suscipiet eas. Osee 8,13.

Numquid hostias & sacrificium obtulistis mihi in deserto quadraginta annis? Amos 5,25.

Heliodorus autem, hostia Deo oblata, & votis magnis promissis ei, qui viuere illi concessit, & Oniæ gratias agens, recepto exercitu, repedabat ad regem. 2.Mach.3,35.

Et vt darent hostiam secundùm quod dictum est in lege Domini, par turturum, aut duos pullos columbarum. Luc.2,24.

Obsecro itaque vos fratres per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem. Rom.12,1.

Nónne qui edunt hostias, participes sunt altaris? 1.Cor.10,18.

Qui non habet necessitatem quotidie, quemadmodum sacerdotes, priùs pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi. Heb.7,27.

Iuxta quam munera & hostiæ offeruntur, quæ non possunt iuxta conscientiam perfectum facere seruientem. † 9,9.

Nunc autem semel in consummatione sæculorum, ad destitutionem peccati, per hostiam suam apparuit. 26.

Easdem sæpè offerens hostias, quæ numquam possunt auferre peccata. † 10,11.

Voluntariè enim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hostia. 26.

Fide plurimam hostiam Abel, quàm Cain, obtulit Deo. † 11,4.

Beneficentiæ autem, & communionis nolite obliuisci: talibus enim hostiis promeretur Deus. † 13,16.

Domus spiritualis, sacerdotium sanctum, offerre spirituales hostias, acceptabiles Deo per Iesum Christum. 1.Pet.2,5.

HOSTIS.

Deuorabunt gentes hostes illius, ossaque eorum confringent, & perforabunt sagittis. Numer.24,8.

Intrauit coram fratribus suis ad scortum Madianitidem, *&c.* Hostes vos sentiant Madianitæ, & percutite eos. † 25,6,17.

Hostes delendi, & quæ ad eos pertinent. Disperdite cunctos habitatores Terræ illius: confringite titulos, & statuas comminuite, atque omnia excelsa vastate, mundantes terram, & habitantes in ea. † 33,52 Deut 7,2.

Hostes delet Deus. Crabrones mittet Dominus tuus in eos, donec deleat omnes atque disperdat, qui te fugerint, & latere potuerint. Deut.7,20.

Hostes vincit legis obseruatio. Si audieris vocem Domini Dei tui, vt facias atque custodias omnia mandata eius, *&c.* dabit Dominus inimicos tuos, qui consurgunt aduersum te, corruentes in conspectu tuo. † 28,1,7.

Medios hostium ferire cœperunt, *&c.* Conciderant à viro vsque ad mulierem, duodecim millia hominum. Ios 8,22,25. † 9,1.

Hostes cur non delet Deus. Sed aras eorum subuerteretis: & noluistis audire vocem meam: cur hoc fecistis? Quamobrem nolui delere eos à facie vestra: vt habeatis hostes, & dij eorum sint vobis in ruinam. Iudic.2,2.

Seruientes Baal & Astaroth. Iratusque Dominus contra Israel, tradidit eos in manus diripientium: qui ceperunt eos: & vendiderunt hostibus, qui habitabant per gyrum. 14.

Hæ sunt gentes, quas Dominus dereliquit, vt erudiret in eis Israelem, *&c.* vt posteà discerent filii eorum certare cum hostibus. † 3,1.

Hostes terrentur diuinitus. Philisthiim iniere prælium contra Israel: intonuit autem Dñs fragore magno in die illa super Philisthiim, & exterruit eos, & cæsi sunt à facie Israel. 1.Reg.7,10.

Hostem frangit humilitas, reuerentia, beneficium flere cogit. 1.Reg.24,17.

Hosti parcere præclarum. Quis enim cùm inuenerit inimicum suum, dimittet eum in via bona? Sed Dominus reddat tibi vicissitudinem hanc, pro eo quod hodie operatus es in me. 20.

Hostem mortuũ laudat Dauid. 2.Reg 1,17,23.

Hostes verò descenderunt ad eum. Porrò Eliseus orauit ad Dominum, dicens: Percute, obsecro, gentem hanc cæcitate. 4.Reg.6,18.

Hostes seipsos mutuò occidunt. Cumque cœpissent laudes canere, vertit Dominus insidias eorum in semetipsos. 2.Par.20,22.

Hostes suscitat impietas. Suscitauit ergo Dominus contra Ioram spiritum Philisthinorum, & Arabum. † 21,16.

Hostes Iudæorum non permittuntur cum eis ædificare templum. 1.Esd.4,2.

Hostibus non se credit Nehemias. 2.Esd.6,2.

Qui autem faciunt peccatum, & iniquitatem, hostes sunt animæ suæ. Tob.12,10.

Hostis noster est, cuius crudelitas redundat in regem. Esth.7,4.

Hostis meus terribilibus oculis me intuitus est. Iob 16,10.

Eritque Omnipotens contra hostes tuos, & argentum coaceruabitur tibi. † 22,25.

Aut thesauros grandinis aspexisti? Quæ præparaui in tempus hostis, in diem pugnæ & belli? † 38,23.

Expugnare insurgentes hostes, vt consequeretur hereditatem Israel. Eccli.46,2.

Inuocauit [Samuel] Dominum omnipotentem: in oppugnando hostes circumstantes. 19.

Eleuabit Dominus hostes Rasin super eum, & inimicos eius in tumultum vertet. Isa.9,11.

Cibabo hostes tuos carnibus suis: & quasi musto, sanguine suo inebriabuntur. † 49,26.

Hostes tui in captiuitatem ducentur, & qui te vastant, vastabuntur. Ierem.30,16.

Hostes primi & nouissimi Israelis. Primus comedit eum rex Assur: iste nouissimus exossauit eum, Nabuchodonosor rex Babylonis. † 50,17.

Facti sunt hostes eius in capite. Thren.1,5.

Mandauit Dominus aduersum Iacob in circuitu eius hostes eius. 17.

Lætificauit super te inimicum, & exaltauit cornu hostium tuorum. † 2,17.

Daboque vos in manu hostium, & faciam in vobis iudicia. Ezech.11,9.

Ego & fratres mei, & domus patris mei, expugnauimus hostes Israel ab adolescentia vsque in hunc diem. 1.Mach.16,2.

Si quem habes hostem, aut regni tui insidiatorem, mitte illuc, & flagellatum eum recipies, si tamen euaserit. 2.Mach.3,38.

Leonum autem more impetu irruentes in hostes, prostrauerunt ex eis vndecim millia peditum, & equitum mille sexcentos. † 11,11.

HOZAI.

Scripta sunt in sermonibus Hozai. 2.Paral.33,19.

HVMANVS.

Humanitas Dauidis. Audite me fratres mei, & populus meus. 1.Par.28,2.

Nec contenti sunt gratias non agere beneficiis, & humanitatis in se iura violare. Esth.16,4.

Tantam in se expertus humanitatem, vt pater noster vocaretur, & adoraretur ab omnibus post regem secundus. 11.

Humanè autem tractans Iulius Paulum, per-

misit

misit ad amicos ire,& curam sui agere. Act.27,3.

Barbari verò præstabant non modicam humanitatem nobis. † 28,2.

Humanum dico, propter infirmitatem carnis vestræ. Rom.6,19.

Cùm autem benignitas & humanitas apparuit Saluatoris nostri. Tit.3,4.

HVMECTVS.

Humectus videtur antequam veniat Sol. Iob 8,16.

HVMERVS.

Supposuit [Issachar] humerum suum ad portandum,factusq; est tributis seruiens. Gen.49,15.

Assumpsit eum,atque portauit in humeris suis. Deut.32,11.

Ab humero & sursum eminebat [Saul] super omnem populum. 1.Reg 9,2.

Tulerunt filij Leui arcam Dei, sicut præceperat Moyses iuxta verbum Domini, humeris suis, in vectibus. 1.Par.15,15.

Dederunt humerum recedentem, & ceruicem suam indurauerunt,nec audierunt. 2.Esd.9,29.

Humerus meus à iūctura sua cadat. Iob 31,22.

Circumpedes,& femoralia,& humerale posuit ei. Eccli.45,10.

Factus est principatus super humerum eius. Isa.9,6.

Dabo clauem domus Dauid super humerum eius. † 22,22.

HVMILITAS.

Humilitas Abrahæ. Loquar ad Dominum meum,cùm sim puluis & cinis. Genes.18,27. † 19,2.

Humilitas Iacob. Adorauit pronus in terram septies,donec appropinquaret frater eius. Currens itaque Esau obuiàm fratri suo, amplexatus est eum: stringensque collum eius,& osculans fleuit. † 33,4.

Humilitas Moysis & Aaronis. Nos enim quid sumus? nec contra nos est murmur vestrum. Exod.16,8.

Humilitas. Cecidit Iosue pronus in terram. Et adorans ait: Quid Dominus meus loquitur ad seruum suum? Solue, inquit, calceamentum tuum de pedibus tuis. Ios.5,15.

Humiliauit ergo Deus in die illa Iabin regem Chanaan coram filiis Israel. Iudic.4,23.

Humilitas Gedeonis. Quid enim tale facere potui, quale vos fecistis? nónne melior est racemus Ephraim,vindemiis Abiezer? † 8,2.

Humiliatus est autem Madian coram filiis Israel, nec potuerunt vltrà ceruices eleuare: sed quieuit terra per quadraginta annos, quibus Gedeon præfuit. 28.

Cur ergo vocatis me Noëmi,quam Dominus humiliauit,& afflixit Omnipotens? Ruth 1,21.

Humilitas. Quæ non sum similis vnius puellarum tuarum. † 2,13.

Dominus pauperem facit,& ditat,humiliat,& subleuat. 1.Reg.2,7.

Humilitas Saulis. Numquid non filius Iemini ego sum, de minima tribu Israel,& cognatio mea nouissima inter omnes familias de tribu Beniamin? † 9,21.

Humilitas Dauid. Quem persequeris,rex Israel? quem persequeris? Canem mortuum persequeris & pulicem vnum. † 24,15,17.

Humilitas Abigail. Adorauit prona in terram, & ait: Ecce famula tua sit in ancillam, vt lauet pedes seruorum domini mei. † 25,41.

Ludam, & vilior fiam plus quàm factus sum: & ero humilis in oculis meis. 2.Reg.6,22.

Percussit Dauid Philisthiim,& humiliauit eos. † 8,1.

Humilitas Miphiboseth. Cùm autē venisset Miphiboseth,&c. corruit in faciem suam,& adorauit,&c. quis ego sum,seruus tuus,quoniā respexisti super canem mortuū similem mei? † 9,6,8.

Humilitas Salomonis. Ego autem sum puer paruulus, & ignorans egressum & introitum meum. 3.Reg.3,7.

Nónne vidisti humiliatum Achab coram me? quia igitur humiliatus est mei causa,non inducam malum in diebus eius. † 21,29.

Humilis oratio mortem auertit. Curuauit genua contra Eliam, & precatus est eum, & ait: Homo Dei, noli despicere animam meam. 4.Reg.1,13.

Humile obsequium. Eliseus filius Saphat, qui fundebat aquam super manus Eliæ. † 3,11.

Qui sedent in eis, humiles manu, contremuerunt. † 19,26.

Pro eo quòd audisti vērba voluminis,& perterritum est cor tuum, & humiliatus es coram Domino. † 22,18.

Humiliaui vniuersos inimicos tuos. 1.Paral.17, 10.

Quia humiliati sunt, non disperdam eos,daboque eis pauxillum auxilij, & non stillabit furor meus super Ierusalem per manum Sesac. 2.Par.12,7.

Humiliauerat enim Dominus Iudam propter Achaz regem Iuda, eò quòd nudasset eum auxilio,& contemptui habuisset Dominum. † 28,19.

Humiliatio auertit iram Dei. Humiliatusque est posteà, eò quòd exaltatum fuisset cor eius, tam ipse,quàm habitatores Ierusalem: & idcircò non venit super eos ira Domini in diebus Ezechiæ. † 32,26.

Humiliasti coram eis habitatores terræ Chananæos. 2.Esd.9,24.

Clamauit omnis populus ad Dominum instantia magna, & humiliauerunt animas suas in ieiuniis, & orationibus,ipsi & mulieres eorum. Iudith 4,8.

Respice ad nostram humilitatem, & faciem san-

sanctorum tuorum attende, *&c.* & de sua virtute gloriantes humilias. † 6,15.
Humiliemus illi animas nostras. † 8,16.
De nostra humilitate gloriemur. 17.
Nec superbi ab initio placuerunt tibi: sed humilium & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio. † 9,16.
Tunc vlulauerunt castra Assyriorum, quando apparuerunt humiles mei, arescentes in siti. † 16,13.
Lux & sol ortus est, & humiles exaltati sunt, & deuorauerunt inclytos. Esth. 11,11.
Humilitas Mardochai. Etiam vestigia pedum eius [Aman] deosculari paratus essem, sed timui, ne honorem Dei mei transferrem ad hominem. † 13,12.
Memorare (inquit) dierum humilitatis tuæ, quomodo nutrita sis in manu mea. † 15,2.
Qui ponit humiles in sublime, & mœrentes erigit sospitate. Iob 5,11.
Humilitas S. Iob. Quantus ergo sum ego, vt respondeam ei, & loquar verbis meis cum eo? Iob 9,14.
Qui enim humiliatus fuerit, erit in gloria: & qui inclinauerit oculos, ipse saluabitur. † 22,29.
Eleuati sunt ad modicum, & non subsistent, & humiliabuntur. † 24,24.
Vide humilitatem meam de inimicis meis. Psal. 9,14.
Vide humilitatem meam, & laborem meum: & dimitte vniuersa delicta mea. † 24,18.
Humiliabam in ieiunio animam meã. † 34,13.
Humiliasti nos in loco afflictionis, & cooperuit nos vmbra mortis. † 43,20.
Humiliata est in puluere anima nostra. 25.
Humiliabit illos, qui est ante sæcula. † 54,20.
Hunc humiliat, & hunc exaltat. † 74.9.
Tu humiliasti sicut vulneratum, superbum. † 88,11.
Ne auertas hominem in humilitatem. † 89,3.
Humiliati sunt sub manibus eorum. † 105,41.
Humiliatum est in laboribus cor eorum. † 106,12.
Humilia respicit in cælo & in terra? † 112,5.
Humiliatus sum, & liberauit me. † 114,6.
Priusquã humiliarer ego deliqui. † 118,67,71.
Humiliatus sum vsquequaque Domine: viuifica me secundùm verbum tuum. 107.
Vide humilitatem meam, & eripe me. 153.
Si non humiliter sentiebam: sed exaltaui animam meam. † 130,2.
Excelsus Dominus, & humilia respicit. † 137,6.
Intende ad deprecationem meam: quia humiliatus sum nimis. † 141,7.
Humiliauit in terra vitam meam. † 142,3.
Suscipiens mansuetos Dominus: humilians autem peccatores vsque ad terram. † 146,6.
Vbi fuerit superbia, ibi erit & contumelia: vbi autem est humilitas, ibi & sapientia. Prou. 11,2.
Gloriam præcedit humilitas. † 15,33.
Melius est humiliari cum mitibus, quàm diuidere spolia cum superbis. † 16,19.
Superbum sequitur humilitas: & humilem spiritu suscipit gloria. † 29,23.
Quantò magnus es, humilia te in omnibus & coram Deo inuenies gratiam. Eccli. 3,20.
Magna potentia Dei solius, & ab humilibus honoratur. 21.
Magnato humilia caput tuum. † 4,7.
Humilia valdè spiritum tuum: quoniam vindicta carnis impij, ignis & vermis. † 7,19.
Radices gentium superbarum arefecit Deus, & plantauit humiles ex ipsis gentibus. † 10,18.
Sapientia humiliati exaltabit caput illius. † 11,1.
Humiliare Deo, & expecta manus eius. † 13,9.
Sicut abominatio est superbo humilitas: sic & execratio diuitis pauper. 24.
Diues commotus confirmatur ab amicis suis: humilis autem cùm ceciderit, expelletur & à notis. 25.
Et est qui se nimiùm submittit à multa humilitate: & est qui inclinat faciem suam, & fingit se non videre quod ignoratum est. † 19,24.
Incuruabit habitantes in excelso, ciuitatem sublimem humiliabit. Humiliabit eam vsque ad terram, detrahet eam vsque ad puluerẽ. Isa. 26,5.
Humiliaberis, de terra loquêris, & de humo audietur eloquium tuum. † 29,4.
Grando autem in descensione saltus, & humilitate humiliabitur ciuitas. † 32,19.
Cum contrito & humili spiritu: vt viuificet spiritum humilium, & viuificet cor contritorum. † 57,15.
Quare ieiunauimus, & non aspexisti? humiliauimus animas nostras, & nescisti? † 58,3.
Dic regi & dominatrici: Humiliamini, sedete: quoniam descendit de capite vestro corona gloriæ vestræ. Ierem. 13,18.
Repleuit in filia Iuda humiliatum & humiliatam. Thren. 2,5.
Non enim humiliauit ex corde suo, & abiecit filios hominum. † 3,33.
Constituit enim Deus humiliare omnem montem excelsum, & rupes perennes, & conualles replere. Baruch 5,7.
Humiliaui lignum sublime, & exaltaui lignũ humile: & siccaui lignum viride, & frondere feci lignum aridum. Ezech. 17,24.
Nónne hæc est, quæ humilem subleuauit, & sublimem humiliauit? † 21,26.
Sed in animo contrito, & spiritu humilitatis suscipiamur. Dan. 3,39.
Humillimum hominem constituet super eum. † 4,14.

Gradien-

Gradientes in superbia potest humiliare. 34.

Non humiliasti cor tuum cùm scires hæc omnia: sed aduersum dominatorem cæli eleuatus es. † 5,22.

Humiliatio tua in medio tui: & apprehendes, & non saluabis. Mich.6,14.

Confirmauit [Simon] omnes humiles populi sui,& legem exquisiuit. & abstulit omnem iniquum & malum. 1.Mach.14,14.

Quicumque ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic maior est in regno cælorum. Matthæi 18,4.

Qui autem se exaltauerit, humiliabitur: & qui se humiliauerit, exaltabitur. † 23,12.

Quia respexit humilitatem ancillæ suæ. Luc.1,48.

Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. 52.

Omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. † 14,11.

Numquid peccatum feci, meipsum humilians, vt vos exaltemini? 2.Cor.11,7.

Ne iterùm cùm venero, humiliet me Deus apud vos. † 12.21.

Humiliauit semetipsum factus obediens vsq; ad mortem, mortem autem crucis. Philip.2,8.

Glorietur autem frater humilis in exaltatione sua. Iac.1,9.

Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. † 4,6.

Humiliamini in conspectu Domini,& exaltabit vos. 10.

Omnes autem inuicem humilitatem insinuate, quia Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Humiliamini igitur sub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore visitationis. 1.Pet.5,6.

HVMOR.

Atque concreuerit fœdus humor. Leuitici 15,3.

Numquid virere potest scirpus absque humore? aut crescere carectum sine aqua? Iob 8,11. Ierem.17,8. Luc.8,6.

HVMVS.

Possideas eam [Terram] cunctis diebus quibus super humum gradieris. Deut.12,1.

Conuenerunt filij Israel in ieiunio & in saccis,& humus super eos. 2.Esd.9,1.

Sub vmbra dormit in secreto calami, & in locis humentibus. Iob 40,16.

HVR.

Aaron autem & Hur sustentabant manus eius. Exod.17,12.† 24,14.

HVS.

Vir erat in Terra Hus, nomine Iob. Iob 1,1.

Gaude, & lætare filia Edom, quæ habitas in Terra Hus: ad te quoque perueniet calix, inebriaberis, atque nudaberis. Thren.4,21.

HYACINTHVS.

De bysso retorta, & hyacintho. Exod.26,1.

Manus illius tornatiles aureæ, plenæ hyacinthis. Cant.5,14. Eccli.40,4.† 45,12.

Hyacinthus, & purpura de insulis Elisa facta sunt operimentum tuum. Ezech.27,7.

Ipsi negotiatores tui multifariàm inuolucris hyacinthi,& polymitorum. 24.

Vidi equos in visione, & qui sedebant super eos, habebant loricas igneas, & hyacinthinas,& sulphureas. Apoc.9,17.

Vndecimum [fundamentum] hyacinthus. † 21,20.

HYADES.

Qui facit Arcturum, & Oriona, & Hyadas. Iob 9,9.

HYDRIA.

In tribus personarent locis, & hydrias confregissent. Iudic.7,20.

Hydria farinæ non deficiet. 3 Reg.17,14.

Non fiebant ex eadem pecunia hydriæ templi Domini,& fuscinulæ,& thuribula. 4.Reg.12,13.

Et conteratur hydria super fontē. Eccles.12,6.

Implete hydrias aqua. Ioan.2,7.

Reliquit ergo hydriam suam mulier, & abiit in ciuitatem. † 4,28.

HYDROPS.

Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum. Luc.14,2.

HYMENEVS.

Ex quibus est Hymeneus, & Alexander, quos tradidi satanæ, vt discant non blasphemare. 1.Timoth.1,20. 2.Timoth.2,17.

HYMNVS.

Audi hymnum & orationem. 3.Reg.8,28.

Super hymnos ipsi & fratres eorū. 2.Esd.12,8.

Hymnum nouum cantemus Deo nostro. Iudith 16,15.

In finem, In hymnis Dauid. Tit.Psal 60.

Te decet hymnus Deus in Sion. Psal.64,2.

Eructabunt labia mea hymnum. † 118,171.

Hymnū cantate nobis de cāticis Sion.† 136,3.

Hymnus omnibus sanctis eius: filiis Israel. † 148,14.

Et conuersi, hymnum canebant, & benedicebant Deum in cælum 1.Mach 4,24.

Mundauit ædes in quibus fuerant simulacra. & tunc intrauit in eam cum hymnis benedicens Dominum. † 13,47.

In hymnis & confessionibus benedicebant Dominum, qui magna fecit in Israel, & victoriam dedit illis. 2.Machab.10,38.

Hymno dicto, exierunt in Montem oliueti. Matth.26,30.

HYPOCRITA.

Spes hypocritæ peribit. Iob 8,13.

Non enim veniet in conspectu eius omnis hypocrita. † 13,16.

Congregatio enim hypocritæ sterilis. † 15,34.
Innocens contra hypocritam suscitabitur. † 17,8.
Quòd laus impiorum breuis sit, & gaudium hypocritæ ad instar puncti. † 20,5.
Quæ enim est spes hypocritæ si auarè rapiat? † 27,8.
Ne fueris hypocrita in conspectu hominum, & non scandalizeris in labiis tuis. Eccli.1,37.
Quia omnis hypocrita est nequam, & vniuersum os locutum est stultitiam. Isa.9,17.
Conterriti sunt in Sion peccatores, possedit tremor hypocritas. † 33,14.
Cùm autem ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes. Matth.6,16.
Diuidet eum, partemque eius ponet cum hypocritis. illic erit fletus, & stridor dentiũ. † 24,51.
Hypocrita, eiice primùm trabem de oculo tuo. Luc.6,42.
Attendite à fermento Pharisæorum, quod est hypocrisis. † 12,1.
Hypocritę, faciem cæli & terræ nostis probare: hoc autem tempus quomodo non probatis? 56.

HYSSOPVS.

Fasciculumque hyssopi tingite in sanguine, qui est in limine, & aspergite ex eo superliminare, & vtrumque postem. Exod.12,22.
In quibus cùm homo mundus tinxerit hyssopum, asperget ex eo omne tentoriũ. Num.19,18.
Vsque ad hyssopum, quæ egreditur de pariete. 3.Reg.4,33.
Asperges me hyssopo, & mundabor. Psalmo 50,9.
Spongiam plenam aceto, hyssopo circumponentes obtulerunt ori eius. Ioan.19,29.
Cum aqua & lana coccinea & hyssopo, ipsum quoque librum & omnem populum aspersit. Heb.9,19.

IABEL.

Genuitque Ada Iabel, qui fuit pater habitantium in tentoriis atque pastorum. Gen.4,20.

IABES.

Narrauerunt ei verba virorum Iabes. 1.Regum 11,5. † 31,13.
Fuit autem Iabes inclytus præ fratribus suis, & mater eius vocauit nomen illius Iabes, dicens: Quia peperi eum in dolore. 1.Par.4,9.

IABIN.

Quæ cùm audisset Iabin rex Asor, misit ad Iobab regem Madon. Iosu.11,1.
Tradidit illos Dominus in manus Iabin regis Chanaan. Iudic.4,2,24. Psal.82,10.

IABOC.

Transiuit [Iacob] vadum Iaboc. Gen.32,22.

IACEO.

Heli iacebat in loco suo. 1.Reg.3,2.
Orante Esdra, & implorante eo, & flente, & iacente ante templum Dei, collectus est ad eum de Israel cœtus grandis nimis virorum, & mulierum, & puerorum, & fleuit populus fletu multo. 1.Esd.10,1.
Iacebunt mali ante bonos: & impij ante portas iustorum. Prou.14,19. Thren.2,21.
Audiens iacebam consternatus super faciem meam. Dan.10,9.
Corpora eorum iacebunt in plateis ciuitatis magnæ. Apoc.11,8.

IACIO, IACVLVM.

Qui tetigerit montem, &c. lapidibus opprimetur, aut confodietur iaculis. Exod.19,13.
Iaciam quasi exercens me ad signum. 1.Regum 20,20,37.
Percute iaculo terram, &c. si percussisses quinquies, aut sexies, siue septies, percussisses Syriam vsque ad consumptionem. 4.Reg.13,18.
Molliti sunt sermones eius super oleum: & ipsi sunt iacula. Psal.54,22.
Iacta super Dominum curam tuam. 23.
Frustrà autem iacitur rete ante oculos pennatorum. Prou 1,17. Zach.9,14.
Iecerunt iacula in populum à manè vsque ad vesperam. 1.Mach.10,80 Heb.6,1.

IACOB.

Plantam fratris tenebat manu: & idcircò appellauit eum Iacob. Gene.25,24.
Iacob autem vir simplex habitabat in tabernaculis 27.
Iurauit ei [Iacob] Esau, & vendidit primogenita. 33.
Oderat ergo semper Esau Iacob pro benedictione, qua benedixerat ei pater. † 27,41.
Viditque [Iacob] in somnis scalam stantem super terram. † 28,12.
Vouit etiam [Iacob] votum. 20.
Caue ne loquaris contra Iacob quidquam durius. † 31,29.
Nequaquam, inquit, Iacob appellabitur nomen tuum, sed Israel. † 32,28.
Sepelierunt eum [Isaac] Esau & Iacob filij sui. † 35,29.
Scissisque vestibus, indutus est [Iacob] cilicio, lugens filium suum multo tempore. † 37,34.
Benedixitque Iacob filiis Ioseph. † 48,15.
Audite filij Iacob, audite Israel patrem vestrum. † 49,2.
Sepelierunt eum [Iacob] in spelunca duplici. † 50,13.
Dilexi Iacob, Esau autem odio habui? & posui montes eius in solitudinem. Mal.1,3.

IACOBA.

Iacoba, & Isuhaia. 1.Par.4,36.

IACOBVS.

Vidit alios duos fratres, Iacobum Zebedæi, & Ioannem. Matth.4,21. † 10,3. † 13,55. Mar.5,37. Act.1,13.
Occidit autem Iacobum fratrem Ioannis gladio.

dio. Act.12,1. † 15,13. 1.Cor.15,7. Gal.1,19.

IACTANTIA.

Iactantia Goliath. Ego exprobraui agminibus Israel hodie. 1.Reg.17,8.

Iactantia Sennacherib. An ignoratis quæ ego fecerim, & patres mei cunctis terrarum populis? 2.Par.32,13,15. Iudith 16,6.

Grande conuiuium, &c. vt ostenderet diuitias gloriæ regni sui, ac magnitudinem, atque iactantiam potentiæ suæ, multo tempore. Esth.1,4.

Iactantia. Miraculum meum non te terreat, & eloquentia mea non sit tibi grauis. Iob 33,7.

Qui se iactat, & dilatat, iurgia concitat: qui verò sperat in Domino, saluabitur. Prou.28,25.

Diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Sap.5,8.

Iactantia punitur. Visitabo super fructum magnifici cordis regis Assur, & super gloriam altitudinis oculorum eius. Isa.10,12.

Iactantia bellantium. Ascendens operiam terram: perdam ciuitatem, & habitatores eius. Ierem.46,8.

Ego scio, ait Dominus, iactantiam eius: & quòd non sit iuxta eam virtus eius. † 48,30.

Iactantia Tyriorum. O Tyre, tu dixisti: Perfecti decoris ego sum, & in corde maris sita. Ezechiel.27,3.

IADDO.

Iaddo filius Zachariæ. 1.Par.27,21.

IAHEL.

Benedicta inter mulieres Iahel vxor Haber Cinæi, & benedicatur in tabernaculo suo. Aquam petenti lac dedit. Iudic.5,24.

Percussitque Sisaram quærens in capite vulneri locum. 26.

IAIR.

Iair Galaadites, qui iudicauit Israelem. Iudic.10,3,5.

Mardochæus filius Iair. Esther 2,5.

IAIRVS.

Iairus: & videns eum, procidit ad pedes eius. Mar.5,22.

IANITOR.

Conflețur pecunia, quæ illata est in templum Domini, quam collegerunt ianitores templi à populo. 4.Reg.22,4.

Et Sophoniam sacerdotem secundum, & tres ianitores. † 25,18. 1.Par.15,23.

Ianitores autem: Sellum, & Accub. 1.Par.9,17.

Irati sunt Bagathan & Thares duo eunuchi regis, qui ianitores erant, & in primo palatij limine præsidebant: volueruntque insurgere in regem & occidere eum. Esth.2,21.

Ianitori præcepit vt vigilet. Mar.13,34.

IANNES.

Quemadmodum autem Iannes & Mambres restiterunt Moysi, ita & hi resistunt veritati. 2.Timoth.3,8.

IANTHINVS.

Pellesque ianthinas, & ligna setim. Exo.25,5.

IANVA.

Quasi rupto muro & aperta ianua irruerunt super me. Iob 30,14.

Exciderunt ianuas eius. Psal.73,6. Eccli.14,24.

Ianuas cæli aperuit. † 77,23.

Aperiam coram eo [Cyro] ianuas, & portæ non claudentur. Isa.45,1. † 66,17.

Et clausa est ianua. Matth.25,10. Ioannis 20,26. Act.[illegible],14. † 14,12.

Ecce iudex ante ianuam assistit. Iacob.5,9. Apoc.3,20.

IAPHETH.

Dilatet Dominus Iapheth, & habitet in tabernaculis Sem, sitque Chanaan seruus eius. Genes.9,27.

IASON.

Misit Iason facinorosos, ab Ierosolymis, viros peccatores. 2.Mach.4,19.

IASPIS.

Ponam iaspidem propugnacula tua: & portas tuas lapides sculptos. Isa.54,12. Ezech.28,13.

Fundamentum primum, iaspis: secundum sapphirus. Apoc.21,19.

IASVB.

Egredere in occursum Achaz tu, & qui derelictus est Iasub filius tuus. Isa.7,3.

IAZER.

Flagella eius vsque ad Iazer peruenerunt. Isa.16,8.

De planctu Iazer plorabo tibi vinea Sabama. Ierem.48,32.

IBIS.

Petras, quæ solis ibicibus peruiæ sunt. 1.Regum 24,3.

Numquid nosti tempus partus ibicum in petris? Iob 39,1.

Ibis & coruus habitabunt in ea. Isa.34,11.

ICHABOD.

Vocauit puerum, Ichabod, dicens: Translata est gloria de Israel, quia capta est arca Dei. 1.Reg.4,21. † 14,3.

ICONIVM.

Qualia mihi facta sunt Antiochiæ, Iconij & Lystris. 2.Timoth.3,11.

ICTVS.

Et nequaquam in alteram partem ictus lapidis deferretur. Iudic.20,16.

Noli resistere contra faciem potentis: nec coneris contra ictum fluminis. Eccli.4,32.

In ictu oculi, in nouissima tuba. 1.Cor.15,52.

IDEM.

Idem ipse es, & anni tui non deficient. Psalmo 101,28. Heb.1,12.

IDIOTA.

Petri constantia, & Ioannis, comperto quòd homi-

homines essent sine literis, & idiotæ, admirabantur. Act 4,13.

Qui supplet locum idiotæ, quomodo dicet, Amen, super tuam benedictionem? 1.Corinth.14,16.

IDOLOTHYTVM.

Cum conscientia vsque nunc idoli, quasi idolothytum manducant. 1.Cor.8,7.

Seducere seruos meos, fornicari, & manducare de idolothytis. Apoc 2,20.

IDOLVM.

Cumque intrasset tentorium Rachelis, illa festinans abscondit idola. Gen.31,34. † 35,1.

Nolite conuerti ad idola, nec deos conflatiles faciatis vobis. Leuit.19,4.

Non facietis vobis idolum & sculptile, nec titulos erigetis, nec insignem lapidem ponetis in terra vestra, vt adoretis eum. Ego enim sum Dominus Deus vester. † 26,1.

Cadetis inter ruinas idolorum vestrorum, & abominabitur vos anima mea. 30.

Non est idolum in Iacob, nec videtur simulachrum in Israel. Dominus Deus eius cum eo est, & clangor victoriæ regis in illo. Num.23,21.

Nec inferes quippiam ex idolo in domum tuam, ne fias anathema, sicut & illud est. Deuter.7,26.

Idololatria Israelitarum. Tu dormies cum patribus tuis, & populus iste consurgens fornicabitur post deos alienos. † 31,16. Iudic. 8,33.

Thare pater Abraham & Nachor: seruieruntque diis alienis. Iosu.24,2. Iudic.17,4.

Mansitque apud eos idolum Michę omni tempore, quo fuit domus Dei in Silo. Iudic.18,31.

Fuge idola. Nolite declinare post vana, quæ non proderunt vobis, neque eruerunt vos, quia vana sunt. 1.Reg. 12,21.

Quasi scelus idololatriæ, nolle acquiescere. † 15,23.

Idola colit Salomon. Colebat Salomon Astarthen deam Sidoniorum, & Moloch idolum Ammonitarum. 3.Reg.11,5. † 15,29.

Abominabilis factus est [Achab] in tantum vt sequeretur idola, quæ fecerant Amorrhæi. † 21,26. 4 Reg.1,4. † 17,21

Fecitque [Manasses] malum in conspectu Domini, iuxta idola Gentium, quas deleuit Dominus à facie filiorum Israel. 4.Reg.21,2.

Posuit quoque idolum luci, quem fecerat in templo Domini. 7.

Idololatrarum varia oblationes, exercitia, insaniæ. Vt proicerent de templo Domini omnia vasa, quæ facta fuerant Baal, & in luco, & vniuersæ militiæ cæli, *&c.* abstulit quoque [Iosias] equos, quos dederant reges Iuda, Soli, in introitu templi Domini. † 23,4,11,24.

Quod cum audisset Asa, verba scilicet & prophetiam Azariæ filij Obed prophetæ, confortatus est, & abstulit idola de omni terra Iuda. 2.Paral.15,8. † 21,11.

Relinquent gentes idola sua, & venient in Ierusalem. Tob.14,8.

Robur manuum suarũ, idolorum potentiæ deputantes, volunt tua mutare promissa. Esth.14,8.

Idololatrarum stultitia. Per scientiã suæ artis figuret illud, & assimilet illud imagini hominis, aut alicui ex animalibus illud comparet, perliniens rubrica. Sap.13,13,17.

Per manus autem quod fit idolum, maledictum est & ipsum, & qui fecit illud. † 14,8.

Initium enim fornicationis est exquisitio idolorum, & adinuentio illorum corruptio vitæ est, neque enim erant ab initio, neque erunt in perpetuum. 12.

Infandorum enim idolorum cultura, omnis mali causa est, & initium & finis. 27.

Omnia idola nationum deos æstimauerunt. † 15,15.

Repleta est terra eius idolis: opus manuum suarum adorauerunt. Isa.2,8,18.

In die illa proiiciet homo idola argenti sui, & simulachra auri sui. 20.

Quomodo inuenit manus mea regna idoli, sic & simulacra eorum de Ierusalem. † 10,10.

In die enim illa abiiciet vir idola argenti sui, & idola auri sui, quæ fecerunt vobis manus vestræ in peccatum. † 31,7.

Plastæ idoli omnes nihil sunt, & amantissima eorum non proderunt eis. † 44,9,13,16.

Non recogitant in mente sua *&c.* de reliquo eius idolum faciam? ante truncum ligni procidam? pars eius cinis est: cor insipiens adorauit illud. 19. † 46,6.

Ne fortè diceres: Idola mea fecerunt hæc. † 48,5.

Prophetæ prophetauerunt in Baal, & idola secuti sunt. Ierem.2,8.

Notum facientis idolum de monte Ephraim. † 4,15. † 10,4.

Posuerunt idola sua in domo, in qua inuocatum est nomen meum, vt polluerent eam. † 32,34

Superata sunt idola eorum. † 50,2. Baruch 6,4,7.

Vbi erat statutum idolum zeli ad prouocandam æmulationem. Ezech.8,3.

Abominatio & vniuersa idola domus Israel depicta erant in pariete. 10.

Singuli post idola vestra ambulate, & seruite eis. † 20,39.

Et disperdam simulachra, & cessare faciam idola de Memphis. † 30,13.

Idoli expensa. Erat quoque idolum apud Babylonios nomine Bel: & impendebantur in eo per dies singulos similæ artabę duodecim, & oues quadraginta, vinique amphoræ sex. Rex quoque colebat eum. Dan.14,2.

Non

Non colo idola manufacta, sed viuentem Deum, qui creauit cælum & terram. 4.

Idololatriæ pœna. Osee 4.13.

Galaad ciuitas operantium idolum, supplantata sanguine. † 6,8.

Argentum suum & aurum suum fecerunt sibi idola, vt interirent. † 8,4.

Disperdentur excelsa idoli, peccatum Israel. † 10,8.

Diues effectus sum, inueni idolum mihi: omnes labores mei non inuenient mihi iniquitatem, quam peccaui. † 12,8.

Ephraim quid mihi vltrà idola? ego exaudiam, & dirigam eum. † 14,9.

Conteram vectem Damasci: & disperdam habitatorem de campo idoli. Amos 1,5.

Demolientur excelsa idoli, & sanctificationes Israel desolabuntur. † 7,9.

O pastor & idolum, derelinquens gregem: gladius super brachium eius. Zach. 11,17.

Disperdam nomina idolorum de terra, & non memorabuntur vltrà. † 13,2.

Iussit ædificari aras, & templa, & idola, & immolari carnes suillas. 1. Mach. 1,50.

Aedificauit rex Antiochus abominandum idolum desolationis super altare Dei, & per vniuersas ciuitates Iuda ædificauerunt aras. 57.

Inuenerunt autem sub tunicis interfectorum de donariis idolorum. 2 Mach. 12,40.

Incitabatur spiritus eius [Pauli] in ipso, videns idololatriæ deditam ciuitatem. Act. 17,16.

De iis autem, quæ idolis sacrificantur, scimus quia omnes scientiam habemus. 1. Cor. 8,1.

De escis autem, quæ idolis immolantur, scimus quia nihil est idolum in mundo, & quòd nullus est Deus, nisi vnus. 4.

Neque idololatræ efficiamini, sicut quidam ex ipsis. † 10,7.

Quid ergo? dico quòd idolis immolatum, sit aliquid? aut quòd idolum, sit aliquid? 19.

Qui autem consensus templo Dei cum idolis? 2. Cor. 6,16.

IDONEVS.

Ad hæc quis tam idoneus? 2. Cor. 2,16.

Idoneos nos fecit ministros noui testamenti. † 3,6. 2. Tim. 2,2.

IDOX.

Iudith vidua, quæ erat filia Merari, filij Idox, &c. & vir eius fuit Manasses. Iudith 1,1.

IDVMAEA.

Erit Idumæa possessio eius. Num. 24,18.

In Idumæam extendam calceamentũ meum. Psal. 59,2. † 59,10. † 107,11. Ierem. 40,7. Ezech. 32,29. Ioël. 3,19.

Perdam sapientes de Idumæa. Abd. v. 8.

IEBVS.

Hæc est Iebus, vbi erant Iebusæi habitatores terræ. 1. Par. 11,4.

IEBVSAEVS.

Iebusæum autem habitatorem Ierusalem non potuerunt filij Iuda delere: habitauitque Iebusæus cum filiis Iuda in Ierusalem vsque in præsentem diem. Ios. 15,63. Iudic. 1,21.

Proposuerat enim Dauid in die illa præmium, qui percussisset Iebusæum, & tetigisset domatum fistulas. 2. Reg 5,8.

IECHONIAS.

Si fuerit Iechonias filius Ioakim regis Iudæ, annulus in manu dextera mea, inde euellã eum. Et dabo te in manu quærentium animam tuam. Ierem. 22,24,30.

Numquid vas fictile atque contritum vir iste Iechonias? 28. † 29,2. Matth. 1,11.

IECTEHEL.

Apprehendit petrã in prælio, vocauitque nomen eius Iectehel. 4. Reg. 14,7.

IECVR.

Incenso iecore piscis fugabitur dæmoniũ. Tob. 6,19.

Effusum est in terra iecur meum, super contritione filiæ populi mei. Thren. 2,11.

IEHV.

Cecinerunt tuba atque dixerunt: Regnauit Iehu. 4. Reg. 9,13,20. † 10,30. Oseæ 1,4.

IEIVNIVM.

Ieiunium quadraginta dierum. Deut. 9,18.

Vt per ieiunium, vel ceterarum rerum abstinentiam, affligat animam suam, in arbitrio viri erit, vt faciat, siue non faciat. Num. 30,14.

Procidi ante Dominum sicut prius, quadraginta diebus & noctibus, panem non comedens, & aquam non bibens, propter omnia peccata vestra. Deut. 9,18.

Ieiunauerunt in die illa, atque dixerunt ibi: Peccauimus Domino. 1. Reg. 7,6.

Tulerunt ossa & sepelierunt in nemore Iabes, & ieiunauerunt septem diebus. † 31,13. 1. Par. 10,12.

Et planxerunt, & fleuerunt, & ieiunauerunt vsque ad vesperam super Saul, & super Ionathan. 2. Reg. 1,12. † 3,35.

Propter infantem, cùm adhuc viueret, ieiunasti, & flebas: mortuo autem puero surrexisti, & comedisti panem. † 12,21.

Auertit [Achab] faciem suam ad parietem, & non comedit panem. 3 Reg. 21,4,7.

Prædicate ieiunium, & sedere facite Naboth inter primos populi. 9.

Cùm audisset Achab sermones istos, scidit vestimenta sua, & operuit cilicio carnem suam, ieiunauitque, & dormiuit in sacco, & ambulauit demisso capite. 27.

Venit contra te multitudo magna, &c. & prædicauit [Iosaphat] ieiunium vniuerso Iuda. 2. Paral. 20,3.

Prædicaui ibi ieiunium iuxta fluuium Ahaua, vt affligeremur coram Domino Deo nostro, &

 pete-

peteremus ab eo viam rectam nobis & filiis nostris, vniuersæque substantiæ nostrę. 1.Esdræ 8,21.

Sedi & fleui,& luxi diebus multis: ieiunabam & orabam ante faciem Dei cæli. 2.Esd.1,4.

Conuenerunt Israel in ieiunio, & in saccis, & humus super eos. † 9,1.

Numquid & occidere me vis, sicut iam occidisti septem viros, &c. tribus diebus & noctibus non manducauit [Sara.] Tob.3,11.

Bona est oratio cum ieiunio. † 12,8.

Vocatis omnibus presbyteris, simul expleto ieiunio refecerunt. Iudith 6,20.

Habens super lumbos suos cilicium, ieiunabat [Iudith] omnibus diebus vitæ suæ, præter sabbata,& neomenias,& festa domus Israel. † 8,6.

Locis, ad quæ crudele regis dogma peruenerat, planctus ingens erat apud Iudęos, ieiunium, vlulatus, & fletus, sacco & cinere multis pro strato vtentibus. Esth.4,3.

Non comedatis,& non bibatis tribus diebus,& tribus noctibus: & ego cum ancillis meis similiter ieiunabo,& tunc ingrediar ad regem. 16.

Obseruanda susceperunt à se, & à semine suo, ieiunia & clamores,& sortium dies. † 9,31.

Stercore impleuit caput,& corpus suum humiliauit ieiuniis. Esth.14,2.

Humiliabam in ieiunio animam meam. Psal.34,13.

Operui in ieiunio animam meam. † 68,11.

Sic homo qui ieiunat in peccatis suis, & iterùm eadem faciens, quid proficit humiliando se? Eccli.34,31.

Quare ieiunauimus,& non aspexisti? humiliauimus animas nostras, & nescisti? Isa.58,2.

In die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra, & omnes debitores vestros repetitis. 3.

Cùm ieiunauerint, non exaudiam preces eorum: & si obtulerint holocautomata, & victimas, non suscipiam ea. Ierem.14,12.

Prædicauerunt ieiunium in conspectu Domini omni populo in Ierusalem. Ierem.36,9.

Sanctificate ieiunium, vocate cœtum, congregate senes. Ioel 1,14.

Crediderunt viri Niniuitæ in Deum:& prædicauerunt ieiunium. Ionæ 3,5.

Cùm ieiunaretis & plangeretis in quinto & septimo per hos septuaginta annos, numquid ieiunium ieiunastis mihi? Zach.7,5.

Ieiunium quarti, & ieiunium quinti, & ieiunium septimi, & ieiunium decimi erit domui Iuda in gaudium. † 8,19.

Nos fatigati sumus ieiunio hodie? 1.Mach.3,17

Ieiunauerunt illa die,& induerunt se ciliciis. 47.

Et cùm ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea esuriit. Matth.4,2.

Venient autem dies cùm auferetur ab eis sponsus: & tunc ieiunabunt. † 9,15.

Dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in via. † 15,32.

Quæ [Anna] non discedebat de templo, ieiuniis & obsecrationibus seruiens nocte ac die. Luc.2,37.

Ieiuno bis in sabbato. † 18,12.

Ministrantibus autem illis Domino, & ieiunantibus, dixit illis Spiritus sanctus: Segregate mihi Saulum,& Barnabam. Act.13,2.

Cùm constituissent illis per singulas Ecclesias presbyteros, & orassent cum ieiunationibus, commendauerunt eos Domino, in quem crediderunt. † 14,22.

Cùm iam non esset tuta nauigatio, eò quòd & ieiunium iam præteriisset. † 27,9.

Cùm multa ieiunatio fuisset. 21.

Rogabat Paulus omnes sumere cibum, dicens: Quartadecima die hodie ieiuni permanetis, nihil accipientes. 33.

IEMINI.

Homines autem regionis illius erant filij Iemini. Iudic.19,16.

Filij viri Iemini, fortis robore. 1.Reg.9,1,4.

Psalmus Dauid, quem cantauit Domino pro verbis Chusi filij Iemini. Titulus Psalmi 7.

IEPHONE. [cli.46,9.

Caleb filius Iephone. Num 14,6. Iosu.21,12. Ec-

IEPHTE.

Fuit illo tempore Iephte Galaadites vir fortissimus atque pugnator, filius mulieris meretricis. Iudic.11,1. Heb.11,32.

IEREMIAS.

Vniuersus Iuda & Ierusalem luxerunt eum: Ieremias maximè, cuius omnes cantores atque cantatrices lamétationes super Iosiam replicant. 2.Par.35,25.

Canticum Ieremiæ & Ezechielis, populo transmigrationis cùm inciperent exire. Titulus Psalmi 64.

Psalmus Dauid, Ieremiæ. Titulus Psalmi 136. Eccli.49,8.

Extraxerunt Ieremiam funibus, & eduxerunt eum de lacu: mansit autem Ieremias in vestibulo carceris. Ierem.38,13.

Optimates regis Babylonis, miserunt & tulerunt Ieremiam de vestibulo carceris. † 39,14.

Qui multũ orat pro populo,& vniuersa sancta ciuitate, Ieremias propheta Dei. 2.Mach.15,14.

IERIAS.

Comprehendit Ierias Ieremiam, & adduxit eum ad principes. Ierem.37,13.

IERICHO.

Dixitque Dominus ad Iosue: Ecce dedi in manu tua Iericho, & regem eius, omnesque fortes viros. Iosu.6,2.

Maledictus vir coram Domino, qui suscitauerit & ædificauerit ciuitatem Iericho. 26. 3.Regum 16,34. 4.Reg.2,19.

Quasi

Quasi plantatio rosæ in Iericho. Eccli.24,18. Luc.10,30.

Fide muri Iericho corruerunt. Heb.11,30.

IEROBAAL.

Vocatus est Gedeon, Ierobaal, eò quòd dixisset Ioas: Vlciscatur se de eo Baal. Iudic.6,32.† 9,5. 19,57. 1.Reg.12,11.

IEROBOAM.

Ieroboam filius Nabath, &c. leuauit manum contra regem. 3.Reg.11,26.

Fecit [Ieroboam] duos vitulos aureos.† 12,28.

IERVSALEM.

Oppugnantes ergo filij Iuda Ierusalem ceperunt eam, & percusserunt in ore gladij, tradentes cunctam incendio ciuitatem. Iudic.1,8.

Ierusalem ciuitatem, quam elegi ex omnibus tribubus Israel. 3.Reg 11,32.

Ierusalem ciuitas Dei, castigauit te Dominus in operibus manuum tuarum. Tob.13,11.

Relinquent gentes idola sua, & venient in Ierusalem. † 14.8.

Omnis populus post victoriam venit in Ierusalem adorare Dominum. Iudith 16,22.

Ierusalem, quæ ædificatur vt ciuitas. Psalmo 121,3.

Ponent vnusquisque solium suum in introitu portarum Ierusalem. Ierem.1,15.

In tempore illo vocabunt Ierusalem Solium Domini: & congregabuntur ad eam omnes Gentes. † 3,17. † 32,31.

Ista est Ierusalem, in medio Gentium posui eam, & in circuitu eius terras. Ezech.5,5. Zachar.14,12.

Ierusalem sit sancta, & libera cum finibus suis. 1.Mach.10,31. † 15,7.

Ierusalem, Ierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt. Matth.23,37. Luc.13,34.

Ierusalem calcabitur à Gentibus: donec impleantur tempora nationum. Luc.21,24.

Illa autem, quæ sursum est Ierusalem, libera est; quæ est mater nostra. Gal.4,26.

IESBIBENOB.

Deficiente autem Dauid, Iesbinebob, &c. nisus est percutere Dauid. 2.Reg.21,26.

IESSE.

Defecerũt laudes Dauid filij Iesse. Psal.71,20. Eccli.45,31. Isa.11,1.

Erit radix Iesse, & qui exurget regere Gentes. Rom.15,12.

IESVA.

Iesua, & Iessui. Gen.46,17.

IESVS.

Auus meus Iesus. Prol. Eccli.

Sic & Iesum filium Iosedec? qui in diebus suis ædificauerunt domum, & exaltauerunt templum sanctum Domino, paratum in gloriam sempiternam. Eccli.49,14.

Ego autem in Domino gaudebo: & exultabo in Deo Iesu meo. Habac.3,18.

Audiuit Zorobabel filius Salathiel, & Iesus filius Iosedec sacerdos magnus, & omnes reliquiæ populi vocem Domini. Agg.1,12.

Et ostendit mihi Dominus Iesum sacerdotem magnum stantem coram angelo Domini: & satan stabat à dextris eius, vt aduersaretur ei. Zachar.3,1.

Iesus erat indutus vestibus sordidis: & stabat ante faciem angeli. 3.

Facies coronas, & pones in capite Iesu filij Iosedec sacerdotis magni. † 6,11.

Iesus dum impleuit verbum, factus est dux in Israel. 1.Machab.2,55.

Pariet autem filium, & vocabis nomen eius Iesum. Matth.1,21,25. Luc.1,31.

Iesum, qui crucifixus est, quæritis. Matth.28,5.

Vocatum est nomen eius Iesus, quod vocatum est ab Angelo priusquam in vtero conciperetur. Luc.2,21.

Iesus proficiebat sapientia & ætate & gratia apud Deum & homines. 52.

Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorum triginta, vt putabatur filius Ioseph, qui fuit Heli. † 3,23.

Iesum tradidit voluntati eorum. † 23,25.

Iesus enim declinauit à turba constituta in loco. Ioan.5,13.

Iesus Nazarenus rex Iudæorum. † 19,19.

Hæc autem scripta sunt vt credatis quia Iesus est Christus Filius Dei. † 20,31.

Vidit [Stephanus] gloriam Dei, & Iesum stantem à dextris Dei. Act.7,55.

Domine Iesu suscipe spiritum meum. 58.

Quis es Domine? Et ille: Ego sum Iesus, quem tu persequeris. † 9,5.

Et de quodam Iesu defuncto, quem affirmabat Paulus viuere. † 25,19.

Quibus exponebat testificans regnum Dei, suadensque eis de Iesu ex lege Moysi & Prophetis, à manè vsque ad vesperam. † 28,23.

Vt in nomine Iesu omne genu flectatur. Philip.2,10.

Iesus, qui dicitur Iustus. Col.4,11.

Non enim in manufacta Sancta Iesus introiuit, exemplaria verorum: sed in ipsum cælum, vt appareat nunc vultui Dei pro nobis. Heb.9,24.

Per patientiam curramus ad propositum nobis certamen: aspicientes in auctorem fidei, & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta. † 12,2.

Iesus Christus heri, & hodie: ipse & in sæcula. † 13,8.

Propter quod & Iesus vt sanctificaret per suũ sanguinem populum, extra portam passus est. 12.

Quisquis confessus fuerit quoniam Iesus est Filius

Filius Dei, Deus in eo manet, & ipse in Deo. 1.Ioan.4,15.

Ego Iesus misi Angelum meum, testificari vobis hæc in Ecclesiis. Apoc.22,16.

IETHER.

Dixitque [Gedeon] Iether primogenito suo: Surge & interfice eos. Iudic.8,20.

IETHRO.

Ego Iethro cognatus tuus venio ad te, & vxor tua, & duo filij tui. Exod.18,6,22.

Iethro inuitatur à Moyse vt secum proficiscatur. recusat. Num.10,29,30,31.

IEZABEL.

Canes comedent Iezabel. 3.Reg.21,23.

Iezabel quoque comedent canes in agro Iezrahel, nec erit qui sepeliat eam. 4.Reg.9,10.

Erunt carnes Iezabel sicut stercus super faciē terræ in agro Iezrahel, ita vt prætereuntes dicant: Hæccine est illa Iezabel? 37.

Permittis mulierem Iezabel, quæ se dicit prophetem docere, & seducere seruos meos. Apocal.2,20.

IEZRAHEL.

Voca nomen eius Iezrahel: quoniam adhuc modicum, & visitabo sanguinem Iezrahel. Osee 1,4,11.† 2,22.

IGNAVIA.

Vsquequò marcetis ignauia, & non intratis ad possidendam Terram? Ios.18,3.

Plangensque rex [Dauid] & lugens Abner, ait: Nequaquam vt mori solent ignaui, mortuus est Abner. 2.Reg.3,33.

IGNIS.

Ignis rubum non absumit. Apparuitque ei [Moysi] Dominus in flamma ignis de medio rubi: & videbat quòd rubus arderet, & non combureretur. Exod.3,2.

Grando & ignis mista pariter ferebātur. †9.24

Dominus autem præcedebat eos ad ostendendam viam, per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis. † 13,21.

Erat autem species gloriæ Domini, quasi ignis ardens super verticem montis. †24,17.

Non succendetis ignem in omnibus habitaculis vestris per diem sabbati. † 35,3.

Subiicient in altari ignem. Leuit.1,7.

Tollentq; ex ea in pallū ignis Dominici. †3,14

Ignis autem in altari semper ardebit, quem nutriet sacerdos, subiiciens ligna manè per singulos dies. † 6,12.

Ignis est iste perpetuus, qui numquam deficiet in altari. 13.

Egressusque ignis à Domino, deuorauit eos [Nadab & Abiud] & mortui sunt. † 10,2.

Ortum est murmur populi, quasi dolentium pro labore, *&c.* & accensus in eos ignis Domini deuorauit extremam castrorum partem. Numer.11,1.

Ignis egressus à Domino, interfecit ducentos quinquaginta viros, qui offerebant incensum. † 16,35.

Misit Dominus in populum ignitos serpentes. † 21,6.

Ita facietis per singulos dies septem dierum in fomitem ignis, & in odorem suauissimum Domino. † 28,24.

Omne quod potest transire per flammas, igne purgabitur, quidquid autem ignem nō potest sustinere, aqua expiationis sanctificabitur. † 31,23.

Dominus Deus tuus ignis consumens est, Deus æmulator. Deut 4,24.

In terra ostendit tibi ignem suum maximū. 36.

Nec inueniatur in te qui lustret filium suum, aut filiam, ducens per ignem: aut qui ariolos sciscitetur. † 18,10.

Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima. † 32,22.

In dextera eius ignea lex. † 33,2.

Egrediatur ignis de rhamno, & deuoret cedros Libani. Iudic.9,15.

Sicut solent ad odorem ignis lina consumi, ita vincula quibus ligatus erat, dissipata sunt. 14.

Vt postquam vrbem cepissent, ignem accenderent: vt ascendente in altum fumo, captam vrbem demonstrarent. Iudic.20,38.1.Reg.30,3.

Ignis de ore eius vorabit. 2.Reg.22,9.

Deus qui exaudierit per ignem, ipse sit Deus. 3.Reg.18,24.

Post commotionem ignis: non in igne Dominus. † 19,12.

Si homo Dei sum, descendat ignis de cælo, & deuoret te, & quinquaginta tuos. 4.Reg.1,10.

Filium suum consecrauit, [Achaz] transferens per ignem secundùm idola Gentium. † 16,3. † 17,17. † 21,6.

Dabit enim ignem, & vermes in carnes eorum, vt vrantur, & sentiant vsque in sempiternum. Iudith 16,21.

Ignis Dei cecidit è cælo, & tactas oues puerosque consumpsit. Iob 1,16.

Deuorabit eum ignis, qui non succenditur, affligetur relictus in tabernaculo suo. † 20,26.

Ignis est vsque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina. † 31,12.

Igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas. Psal.16,3.

Ignis in conspectu eius exardescet: & in circuitu eius tempestas valida. † 49,3.

Supercecidit ignis, & non viderunt solem. † 57,9.

Igne nos examinasti, sicut examinatur argentum. † 65,10.

Ignis accensus est in Iacob. † 77,21.

Sicut ignis, qui comburit siluam. † 82,15.

Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius. † 96,3.

Qui

Qui facis angelos tuos, spiritus; & ministros tuos, ignem vrentem. † 103,4.

Exarsit ignis in synagoga eorum: flamma combussit peccatores. † 105,18.

Circumdederunt me sicut apes, & exarserunt sicut ignis in spinis. † 117,12.

Ignitum eloquium tuum vehementer. † 118,140.

In ignem deiicies eos: in miseriis non subsistent. † 139,11.

Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum: quæ faciunt verbum eius. † 148,8.

Numquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, vt vestimenta illius non ardeant? Prouerb.6,27.

Sicut igne probatur argentum, & aurum camino: ita corda probat Dominus. † 17,3.

Ignis verò numquam dicit: Sufficit. † 30,16.

Vt nutrirentur iusti, etiam suæ virtutis oblitus est [ignis.] Sap.16,23.

Quod enim ab igne non poterat exterminari, statim ab exiguo radio solis calefactum tabescebat. 27.

Ignis quidem nulla vis poterat illis lumen præbere. † 17,5.

Ignis in aqua valebat supra suam virtutem, & aqua extinguẽtis naturæ obliuiscebatur. † 19,19.

Faber ferrarius, &c. Vapor ignis vret carnes eius, & in calore fornacis cõcertatur. Eccli. 38,29.

Ignis, grando, fames, & mors, omnia hæc ad vindictam creata sunt. † 39,35.

Et surrexit Elias propheta, quasi ignis, & verbum ipsius quasi facula ardebat. † 48,1.

Deiecit [Elias] de cælo ignem ter. 3.

Quasi ignis effulgens [Simon] & thus ardens in igne. † 50,9.

Et erit lumen Israel in igne, & Sanctus eius in flamma. Isa.10,17.

Ignis hostes tuos deuoret. † 26,11.

Dixit Dominus, cuius ignis est in Sion, & caminus eius in Ierusalem. † 31,9.

Quis poterit habitare de vobis cum igne deuorante? quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis? 33,14.

Cùm ambulaueris in igne, non comburêris, & flamma non ardebit in te. † 43,2.

Ecce vos omnes accendentes ignem, accincti flammis, ambulate in lumine ignis vestri, & in flammis, quas succendistis. † 50,11.

Dominus in igne veniet, & quasi turbo quadrigæ eius: reddere in indignatione furorem suũ, & increpationem suam in flamma ignis. † 66,15.

Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. 24.

Do verba mea in ore tuo in ignem, & populum istum in ligna, & vorabit eos. Ierem.5,14.

Ad vocem loquelæ, grandis exarsit ignis in ea, & combusta sunt fruteta eius. † 11,16.

Succendam ignem in portis eius, & deuorabit domos Ierusalem, & non extinguetur. † 17,27.

Factus est in corde meo quasi ignis exæstuans, clausúsque in ossibus meis: & defeci, ferre non sustinens. † 20,9.

Domum quoque regis, & domum vulgi succenderunt Chaldæi igni. † 39,8.

Succendet [Nabuchodonosor] ignem in delubris deorum Aegypti. † 43,12.

Ignis egressus est de Hesebon, & flamma de medio Seon. † 48,45.

Succendam ignem in muro Damasci, & deuorabit mœnia Benadad. † 49,27.

De excelso misit ignem in ossibus meis, & erudiuit me. Thren.1,13.

Compleuit Dominus furorem suum, effudit iram indignationis suæ: & succendit ignem in Sion, & deuorauit fundamenta eius. † 4,11.

Ignis enim superuenit ei ab æterno in longiturnis diebus, & habitabitur à dæmoniis in multitudine temporis. Baruch 4,35.

Imple manum tuam prunis ignis, quæ sunt inter Cherubim, & effunde super ciuitatem. Ezech.10,2.

De igne egredientur, & ignis consumet eos. † 15,7.

Egressus est ignis de virga ramorum eius, qui fructum eius comedit. † 19,14.

Succendam in te ignem, & comburam in te omne lignum viride, & omne lignum aridum. † 20,47.

Igni eris cibus, sanguis tuus erit in medio terræ, obliuioni tradêris. † 21,32.

Congregabo vos, & succendam vos in igne furoris mei, & conflabimini in medio eius. † 22,21.

Polluisti sanctificationem tuam: producam ergo ignem de medio tui, qui comedat te, & dabo te in cinerem super terram. † 28,18.

Scient quia ego Dominus: cùm dedero ignem in Aegypto, & attriti fuerint omnes auxiliatores eius. † 30,8.

Ignem & sulphur pluam super eum, & super exercitum eius, & super populos multos. † 38,22.

Immittam ignem in Magog, & in his qui habitant in insulis confidenter. † 39,6.

Non tetigit eos omnino ignis, neque contristauit, nec quidquam molestiæ intulit. Dan.3,50.

Ecce ego video quatuor viros solutos, & ambulantes in medio ignis, & nihil corruptionis in eis est, & species quarti similis filio Dei. 92.

Et potentes regis, contemplabantur viros illos, quoniam nihil potestatis habuisset ignis in corporibus eorum. 94.

Ad te Domine clamabo: quia ignis comedit speciosa deserti, & flamma succendit omnia ligna regionis. Ioël 1,19.

Ante faciem eius ignis vorans, & post eum exurens flamma. † 2,3.

Mittam ignem in domum Azael,& deuorabit domos Benadad. Amos 1,4.

Mittam ignem in Moab, & deuorabit ædes Carioth. † 2,2.

Vocabat iudicium ad ignem Dominus Deus: & deuorauit abyssum. † 7,4.

Erit domus Iacob ignis, & domus Ioseph flamma,& domus Esau stipula: & succendentur in eis,& deuorabunt eos. Abd.v.18.

Ibi comedet te ignis,peribis gladio, deuorabit te vt bruchus. Nahum 3,15.

Laborabunt enim populi in multo igne, & gentes in vacuum,& deficient. Habac.2,13.

Ponam duces Iuda sicut caminum ignis in lignis. Zachar.12,6.

Ducam tertiam partem per ignem,& vram eos sicut vritur argentum. † 13,9.

Ipse enim quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum. Malach. 3,2.

Vt & vos quoque agatis diem scenopegiæ, & diem ignis qui datus est, quando Nehemias ædificato templo & altari obtulit sacrificia. 2.Machab.1,18.

Vt tempus affuit,quo sol refulsit,qui prius erat in nubilo,accensus est ignis magnus,ita vt omnes mirarentur. 22.

De ignitis lapidibus igne concepto sacrificia obtulerunt post biennium. † 10,3.

Quia multa erga aram Dei delicta commisit, cuius ignis & cinis erat sanctus,ipse in cineris morte damnatus est. † 13,8.

Exibunt Angeli, & separabunt malos de medio iustorum,& mittent eos in caminum ignis:ibi erit fletus,& stridor dentium. Matth.13,50.

Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo,& Angelis eius. † 25,41.

Omnis enim igne salietur, & omnis victima sale salietur. Mar.9,48.

Vis dicimus vt ignis descendat de cælo,& consumat illos? Luc.9,54.

Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt accendatur? † 12,49.

Arescet, & colligent eum,& in ignem mittent, & ardet. Ioan.15,6.

Vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit. 1.Cor.3,13.

Iam non relinquitur pro peccatis hostia, terribilis autem quædam expectatio iudicij, & ignis æmulatio, quæ consumptura est aduersarios. Heb.10,27.

Deus noster ignis consumens est. † 12,29.

Igni reseruati in diem iudicij, & perditionis impiorum hominum. 2.Pet.3,7.

Si quis voluerit eos nocere, ignis exiet de ore eorum,& deuorabit inimicos eorum. Apoc.11,5.

Descendit ignis à Deo de cælo, & deuorauit eos, & diabolus, qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis & sulphuris. † 20,9.

IGNOBILIS.

Qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. 1.Reg.2,30.

Siue nobiles fuerint filij eius, siue ignobiles, non intelliget. Iob 14,21.

Filij stultorum,& ignobilium,& in terra penitus non parentes. † 30,8.

Vidisti virum velocem in opere suo? coram regibus stabit, nec erit ante ignobiles. Prouerb.22,29.

Tumultuabitur puer contra senem,& ignobilis contra nobilem. Isa.3,5.

Proiecit cadauer eius in sepulchris vulgi ignobilis. Ierem.26,23. Baruch 6,25.

Templum eius sicut homo ignobilis. 1.Machab.2,8.

Ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt,vt ea quæ sunt,destrueret. 1 Cor.1,28.

Vos nobiles,nos autem ignobiles. † 4,10.

Quæ putamus ignobiliora membra esse corporis, his honorem abundátiorem circumdamus. † 12,23. † 15,43.

Per gloriam,& ignobilitatem:per infamiam & bonam famam. 2.Cor.6,8.

IGNOMINIA.

Diligis filium Isai,in confusionem tuam,& in confusionem ignominiosæ matris tuæ? 1.Regum 20,30.

In Ioas quoque ignominiosa exercuere [Syri] iudicia. Et abeuntes dimiserunt eum in languoribus magnis. 2.Par.24,24.

Imple facies eorum ignominia: & quærent nomen tuum Domine. Psal.82,7.

Stultorum exaltatio,ignominia. Prou.3,35. † 14,28.

Ibi morieris,& ibi erit currus gloriæ tuæ,ignominia domus Domini tui. Isa.22,18.

Reuelabitur ignominia tua, & videbitur opprobrium tuum. † 47,3.

Dormiemus in confusione nostra, & operiet nos ignominia nostra: quoniam Domino Deo nostro peccauimus. Ierem.3,25.

Et dabo vos in sempiternum,&in ignominiam æternam, quæ numquam obliuione delebitur. † 23,40.

Et portauerunt ignominiam suam cum his qui descendunt in lacum. Ezech.32,24.

Transite vobis habitatio Pulchra,confusa ignominia. Mich.1,11.

Repletus es ignominia pro gloria:bibe tu quoque,& consopire. Habac.2,16.

Circumdabit te calix dexteræ Domini, & vomitus ignominiæ super gloriam tuam. 16.

Secundum gloriam eius multiplicata est ignominia eius. 1.Mach.1,42.

Propterea tradidit illos Deus in passiones ignominiæ. Rom.1,26.

Vir

Vir quidem si comam nutriat, ignominia est illi. 1.Cor.11,14.

IGNORO.

Cùm ignoremus quid debeat immolari. Exodi 10,26.

Ignorabat quòd cornuta esset facies sua ex consortio sermonis Domini. † 34,29.

Anima quæ peccauerit per ignorantiam. Leuit.4,2.

Ignorauerit, & per imperitiam fecerit quod contra mandatum Domini est.13. Num.15,24.

Apparet enim quòd stultè egerim, & ignorauerim multa nimis. 1.Reg.26,21.

Occidit eos gladio, patre meo Dauid ignorante, Abner filium Ner principem militiæ Israel, & Amasam. 3.Reg.2,32.

Ignoratis quòd nostra sit Ramoth Galaad, & negligimus tollere eam de manu regis Syriæ? † 22,3.

Gentes, quas transtulisti, & habitare fecisti in ciuitatibus Samariæ, ignorant legitima Dei terræ: & immisit in eos Dominus leones. 4.Regum 17,26.

Cùm ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te. 2.Paral.20,12.

Si quid fortè ignoraui, instruite me. Iob 6,24.

Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea. † 9,21.

Etsi ignoraui, mecum erit ignorantia mea. † 19,4.

Memento quòd ignores opus eius, de quo cecinerunt viri. † 36,24.

Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris. Psal.24,7.

Ignorat homo, quid ante se fuerit. Eccl.10,14

Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi post vestigia gregum. Cantic.1,7.

[illegible]rauit qui se finxit, & qui inspirauit illi an[illegible]n quæ operatur, & qui insufflauit ei spiritum vitalem. Sap.15,11. Eccli.14,7.

Et ne adincrescant ignorantiæ meæ, & multiplicentur delicta mea. Eccli.23,3.

Memorare testamentum Altissimi, & despice ignorantiam proximi. † 28,9.

Et sic facies in septima mensis, pro vnoquoque qui ignorauit, & errore deceptus est, & expiabis pro domo. Ezech.45,20.

Oratio Habacuc prophetæ pro ignorantiis. Habac.3,1.

Remittimus quoque ignorantias, & peccata vsque in hodiernum diem, & coronam quam debebatis. 1.Mach.13,39.

Nemo eorum vllo modo molestiam patiatur de his, quæ per ignorantiam gesta sunt. 2.Machab.11,31.

Scio quia per ignorantiam fecistis, sicut & principes vestri. Actorum 3,17.

Quod ergo ignorantes colitis, hoc ego annuntio vobis. † 17,23.

Tempora quidem huius ignorantiæ despiciens Deus, nunc annuntiat hominibus, vt omnes vbique pœnitentiam agant. 30.

Si quis autem ignorat, ignorabitur. 1.Corinth.14,38.

Ignorantiam enim Dei quidam habent. † 15,34. Ephes.4,18.

Tunc quidem ignorantes Deum, iis, qui natura non sunt dij, seruiebatis. Gal.4,8.

Sed misericordiam Dei consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. 1.Tim.1,13. Heb.5,2.

Non sine sanguine, quem offert pro sua & populi ignorantia. Heb.9,7.

Non configurati prioribus ignorantiæ vestræ desideriis. 1.Pet.1,14.

Vt benefacientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam. † 2,15. Iudæ v.10.

IGNOSCO.

Absumat ebria sitientem, & Dominus non ignoscat ei. Deut.29,20. Ios.24,19.

Si adorauero in templo Remmon, adorante eo in eodem loco, vt ignoscat mihi Dominus. 4.Regum 5,18. Sap.13,8.

Reuertatur ad Dominum, &c. quoniam multus est ad ignoscendum. Isa.55,7.

Peccata tua eleëmosynis redime, &c. forsitan ignoscet delictis tuis. Dan.4,24.

Quis scit si conuertatur, & ignoscat Deus? Ionæ 3,9. † 4,2.

IGNOTVS.

Noui generis ira plenas ignotas bestias. Sapient.11,19.

Alij quidem ignotos non recipiebant aduenas, alij autem bonos hospites in seruitutem redigebant. † 19,13. Ezech.3,5. 2.Mach.2,7.

Aram, in qua scriptum erat: IGNOTO DEO. Quod ergo ignorantes colitis, hoc ego annuntio vobis. Act.17,23. 2.Cor.6,8. Gal.1,22.

ILEX.

Tulit ilicem, & quercum. Isa.44,14.

ILLAESVS.

Vt pueri tui custodirentur illæsi. Sap.19,6. 2.Mach.12,25.

ILLAMENTATVS.

Qui insepultos multos abiecerat [Menelaus] ipse & illamentatus & insepultus abiicitur. 2.Mach.5,10.

ILLAQVEOR.

Illaqueatus es verbis oris tui. Prouerb.6,2. Isa.28,13. Ierem.50,24.

ILLECEBRA.

Mulier stulta & clamosa, plenaque illecebris, & nihil omnino sciens. Prou.9,13.

ILLICIOR.

Ne fortè satiatus illiciar ad negandum. Prouerb.30,9. Iacob.1,14.

ILLICITVS.

Rem illicitam perpetrasset. Gen.34,7,14.

Altare etiam plenum erat illicitis, quæ legibus prohibebantur. 2.Mach.6,5.

Destinauit [Eleazarus] non admittere illicita, propter vitæ amorem. 20.

ILLIDO.

Sapiens non odit mandata & iustitias, & non illidetur quasi in procella nauis. Eccli.33,2.

Illisum est flumen domui illi, & non potuit eam mouere. Luc.6,48.

ILLOTVS.

Miphiboseth quoque filius Saul descendit in occursum regis, illotis pedibus & intonsa barba. 2.Reg.19,24.

ILLVCEO.

Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ. Psalmo 76,19.

Illuxerunt fulgura eius orbi terræ. † 96,4.

Deus Dominus illuxit nobis. † 117,27. Prou.7,18.

Dies erat parasceues, & sabbatum illucescebat. Luc.23,54. 2.Cor.4,6. 2.Pet.1,19.

ILLVDO.

Ingressus est ad me seruus Hebræus quem adduxisti, vt illuderet mihi. Gen.39,17. Numeror.22,29.

Illusisti mihi, & falsum locutus es. Iud.16,16.

Quare sic illusisti mihi, & dimisisti inimicum meum vt fugeret? 1.Reg.19,17.

Et interficiant me, illudentes mihi. † 31,4.

Illuditur seruis Dauid. Rasitque dimidiam partem barbæ eorum, & præscidit vestes eorum medias vsque ad nates. 2.Reg.10,4.

Cumque esset iam meridies, illudebat illis Elias. 3.Reg.18,27.

Pueri parui egressi sunt de ciuitate, & illudebant ei [Eliseo] dicentes: Ascende calue. 4.Regum 2,23.

Numquid non dixi tibi: Ne illudas me? † 4,28.

Paruipendebant sermones eius, illudebantque prophetis. 2.Par.36,16.

Numquid illudes ei quasi aui, aut ligabis eum ancillis tuis? Iob 40,24.

Lumbi mei impleti sunt illusionibus. Psalmo 37,8. † 78,4.

Abominatio Domini est omnis illusor, & cum simplicibus sermocinatio eius. Prou.3,32.

Si sapiens fueris, tibimetipsi eris: si autem illusor, solus portabis malum. † 9,12.

Illusio, & improperium superborum, & vindicta sicut leo insidiabitur illi. Eccli.27,31.

Audite verbum Domini viri illusores, qui dominamini super populum meum. Isa.28,14.

Nolite illudere, ne fortè constringantur vincula vestra. 22.

Defecit qui præualebat, consummatus est illusor. † 29,20.

Vnde & ego eligam illusiones eorum: & quæ timebant, adducam eis. † 66,4.

Ne fortè tradar in manus eorum, & illudant mihi. Ierem.38,19.

Extendit manum suam cum illusoribus. Osee 7,5.

Postquam illuserunt ei, exuerunt eum chlamyde. Matth 27,31.

Et viri qui tenebant illum, illudebant ei, cædentes. Luc.22,63.

Illusores, iuxta proprias concupiscentias ambulantes. 2.Pet.3,3. Iudæ v.18.

ILLVMINO.

Erat nubes tenebrosa, & illuminans noctem. Exod.14,20.

Illuminati sunt oculi eius. 1.Reg.14,27.

Et illuminaret oculos nostros Deus noster. 1.Esd.9,8.

Vt reuocet animas eorum à corruptione, & illuminet luce viuentium. Iob 33,30.

Illumina oculos meos ne vnquam obdormiam in morte. Psal.12,5.

Quoniam tu illuminas lucernā meam Domine: Deus meus illumina tenebras meas. † 17,29.

Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo? † 26,1.

Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis: turbati sunt omnes insipientes corde. † 75,5.

Declaratio sermonum tuorum illuminat: & intellectum dat paruulis. † 118,130.

Faciem tuam illumina super seruum tuū. 135.

Nox sicut dies illuminabitur. † 138,12.

Dominus illuminat cæcos. † 145,8.

Nec siderum limpidæ flammæ illuminare poterant illam noctem horrendam. Sap.17,5.

Doctrinam quasi antelucanum illumin[illegible] nibus. Eccli.24,44.

Penetrabo omnes inferiores partes terræ, & inspiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes sperantes in Domino. 45.

Surge, illuminare Ierusalem. Isa.60,1. Baruch 6,66.

Et de illuminationibus quæ de cælo factæ sunt ad eos, qui pro Iudæis fortiter fecerunt. 2.Machab.2,22.

Illuminare his, qui in tenebris, & in vmbra mortis sedent. Luc.1,79.

Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Ioan.1,9. 1.Cor.4,5.

In quibus Deus huius sæculi excæcauit mentes infidelium, vt non fulgeat illis illuminatio Euangelij gloriæ Christi. 2.Cor.4,4. Eph.5,14. 2.Tim.1,10.

Ange-

Angelum descendentem de cælo, habentem potestatem magnam: & terra illuminata est à gloria eius. Apoc.18,1. † 21,23.

ILLVSTRO.

Illustra faciem tuam super seruum tuum. Psal.30,17. 1.Mach.1,11. 2.Thess.2,8.

ILLVVIES.

Inuidebit viro suo, qui cubat in sinu eius, super filij & filiæ carnibus, & illuuie secundarum. Deut.28,57.

IMAGO.

Quicumque effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius: ad imaginem quippe Dei factus est homo. Gen.9,6.

Imagines iussit Deus fieri. Duos quoque Cherubim aureos, & productiles facies ex vtraque parte oraculi. Exod.25,18.

Fecit ergo Moyses SERPENTEM AENEVM, & posuit eum pro signo. Num.21,9.

Sculpsit [Salomon] Cherubim & palmas, & cælaturas valdè eminentes. 3.Reg.6,35. 2.Paral.3,10.

Ne fortè decepti faciatis vobis sculptam similitudinem, aut imaginem masculi vel feminæ, similitudinem omnium iumentorum, &c. ne fortè eleuatis oculis ad cælũ, videas Solem & Lunam, & omnia astra cæli, & errore deceptus adores ea, & colas. Deut.4,17.

Destruxerunt aras eius [Baal] & imagines contriuerunt validè. 4.Reg.11,18.

Imago coram oculis meis. Iob 4,16.

In imagine pertransit homo: sed & frustrà conturbatur. Psal.38,7.

In ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges. † 72,20.

Speculum sine macula Dei maiestatis, & imago bonitatis illius. Sap.7,26.

Assimilet illud imagini hominis. † 13,13.

Imago enim est, & opus est illi adiutorium. 16.

Euidentem imaginem regis, quem honorare volebant, fecerunt, vt illum, qui aberat, tamquam præsentem colerent. † 14,17.

Nox, imago tenebrarum, quæ superuentura illis erat. † 17,20.

Cui ergo similem fecistis Deum? aut quam imaginem ponetis ei? Isa.40,18.

Fecit imaginem viri quasi speciosum hominem habitantem in domo. † 44,13.

Fecisti tibi imagines masculinas. Ezech.16,17

Cumque vidisset viros depictos in pariete, imagines Chaldæorum expressas coloribus, & accinctos balteis renes, & tiaras vinctas in capitibus eorum: formam ducum omnium. † 23,14.

Cuius est imago hæc, & superscriptio? Matth.22,20.

Stulti facti sunt. Et mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis. Rom.1,23.

Vir quidem non debet velare caput suum, quoniam imago & gloria Dei est. 1.Cor.11,7.

Sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cælestis. † 15,49.

Gloriam Domini speculantes, in eamdem imaginem transformamur à claritate in claritatem. 2.Cor.3,18.

Fulgeat illis illuminatio Euangelij gloriæ Christi qui est imago Dei. † 4,4.

Qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ. Col.1,15.

Vmbram enim habens lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum. Heb.10,1.

Datum est illi vt daret spiritum imagini bestiæ, & vt loquatur imago bestiæ. Apoc.13,15.

IMBECILLIS.

Quid Iudæi faciunt imbecilles? num dimittent eos gentes? 2.Esd.4,2.

Cuius adiutor es? nũquid imbecillis? Iob 26,2.

Spiritus viri sustentat imbecillitatem suam. Prou.18,14. Eccli.19,25.

Melior est pauper sanus, & fortis viribus, quàm diues imbecillis & flagellatus malitia. Eccli 30,14

Debemus autem nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere, & non nobis placere. Rom.15,1. 1.Cor.11,30. Heb.5,11.

IMBER.

Quasi imber super herbam. Deuter.32,2. Iob 36,27. Psal.77,44. Isa.55,10.

Erumpere faciam spiritum tempestatum in indignatione mea, & imber inundans in furore meo erit. Ezech.13,13.

Quasi diluculum præparatus est egressus eius, & veniet quasi imber nobis temporaneus & serotinus terræ. Osee 6,3.

Descendere faciet ad vos imbrem matutinum & serotinum, sicut in principio. Ioël 2,23.

Ego quoque prohibui à vobis imbrem, cùm adhuc tres menses superessent vsque ad messem. Amos 4,7.

Et erit: qui non ascenderit de familiis terræ ad Ierusalem, vt adoret Regem, Dominum exercituum, non erit super eos imber. Zach.14,17,18.

IMITOR.

Imitare Deum. Sancti estote, quia ego sanctus sum, Dominus Deus vester. Leuit.19,2.

Caue ne imiteris eas, postquam te fuerint introeunte subuersæ, & requiras cærimonias earum, dicens: Sicut coluerunt gentes istæ deos suos, ita & ego colam. Deut.12,30.

Caue ne imitari velis abominationes illarum gentium. † 18,9.

Imitare Ducem. Quod me facere videritis, hoc facite. Iudic.7,17. † 9,48.

Imitantur filij patrum impietatem. Timentes quidem Dominum, sed nihilominùs & idolis suis seruientes: nam & filij eorum, & nepotes, sicut fecerunt patres sui, ita faciunt. 4.Reg.17,41.

Imitatus fornicationes domus Achab. 2.Paral.21,13. Iob 15,5.

Inuidiâ autem diaboli mors introiuit in orbem terrarum: imitantur autem illum qui sunt ex parte illius. Sap.2,25.

Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. 1.Cor.4,16. † 11,1.

Estote ergo imitatores Dei, sicut filij charissimi. Ephes.5,1.

Imitatores nostri facti estis, & Domini. 1.Thess.1,6.

Imitatores facti estis fratres Ecclesiarum Dei. † 2,14.

Ipsi enim scitis quemadmodum oporteat imitari nos: quoniam non inquieti fuimus inter vos. 2.Thess.3,7.

Noli imitari malum, sed quod bonum est. 3.Ioan v.11.

IMMACVLATVS.

Qui obtulerit victimam pacificorum, immaculatum offeret, vt acceptabile sit. Omnis macula non erit in eo. Leuit.22,21.

Quid est homo, vt immaculatus sit, & vt iustus appareat natus de muliere? Iob 15,14.

Ero immaculatus cum eo: & obseruabo me ab iniquitate mea. Psal.17,24.

Posuit immaculatam viam meam. 33.

Lex Domini immaculata, conuertens animas. † 18,8.

Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero: & emundabor à delicto maximo. 14. † 100,2. † 118,1.

Amica mea, columba mea, immaculata mea. Cant.5,2.

Aetas senectutis vita immaculata. Sap.4,9. Ephes.5,27.

Immaculatum se custodire ab hoc sæculo. Iacob.1,27.

Satagite immaculati & inuiolati ei inueniri in pace. 2.Pet.3,14. Iudæ v.24.

IMMARCESCIBILIS.

Percipietis immarcescibilem gloriæ coronam. 1.Pet.5,4.

IMMATVRVS.

Ante messem enim totus effloruit, & immatura perfectio germinabit. Isa.18,5.

IMMEMOR.

Dei immemoratio, animarum inquinatio. Sap.14,26.

In die bonorum ne immemor sis malorum. Eccli.11,27.

IMMENSVS.

Ego quasi trames aquæ immensæ Eccli.24,41.

Non in immensum gloriabimur 2.Cor.10,13

IMMINEO.

Quamdiu cælum imminet terræ. Deut.11,21.

IMMINVO.

Lecythus olei nô est imminutus. 3.Reg.17,16. Prouerb.24,10. Ezech.34,29. Dan.3,37.

IMMISERICORS.

Crudeles sunt & immisericordes. Ierem.50,42.

IMMITIS.

Immitis animus illius conseruabit verba tua. Eccli.13,15. 2.Tim.3,3.

IMMITTO.

Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum. Psal.33,8.

Immissiones per angelos malos. † 77,49.

Nec te immittas in populum. Eccli.7,7.

IMMOBILIS.

Fiant immobiles quasi lapis. Exod.15,16.

Ipse enim fundauit orbem immobilem. 1.Paral.16,30. Tob.2,14.

Stabiles estote & immobiles. 1.Cor.15,58. Heb.6,18. † 12,27.

IMMODERATVS.

Lingua placabilis lignum vitæ; quæ autem immoderata est, conteret spiritum. Prou.15,4.

IMMOLO.

Immolabis Deo super montem istum. Exodi 3,12.

Immolo Domino omne quod aperit vuluam masculini sexus. † 13,15.

Qui immolat diis, occidetur, præterquam Domino soli. † 22,20.

Vocet te quisquam vt comedas de immolatis. † 34,15.

Immolauerunt dæmoniis & non Deo. Deuter.32,17.

Populos vocabunt ad montem: ibi immolabunt victimas iustitiæ. Deut.33,19.

Immolauerunt vitulum, & obtulerunt puerum Heli. 1.Reg.1,25. † 2,16.

Immolauerunt ibi victimas pacificas. † 11,15.

De Amalec adduxerunt ea, &c. vt immolarentur Domino Deo tuo. † 15,15.

Ad immolandum Domino veni. † 16,2.

Immolauit boues, & pinguia, & arietes plurimos, & vocauit vniuersos filios regis, & principes exercitus. 3.Reg.1,25.

Attamen populus immolabat in excelsis. † 3,2.

Immolabant oues & boues absque æstimatione & numero. † 8,5. 2.Par.5,6.

Vt immolaret vitulis, quos fabricatus fuerat. † 12,32.

Immolabat quoque [Achaz] victimas, & adolebat incensum in excelsis, & in collibus, & sub omni ligno frondoso. 4.Reg.16,4.

Immolauerunt Domino in die illa, de manubiis & præda, quam adduxerant. 2.Par.15,10.

Immolauit [Achaz] diis Damasci victimas percussoribus suis. 2.Par.28,23.

Immola Deo sacrificium laudis. Psal.49,14.

Immolauerunt filios suos, & filias suas dæmoniis. † 105,37.

Immolauit [sapientia] victimas suas. Prou.9,2.

Qui

Qui consolamini in diis subter omne lignum frondosum, immolantes paruulos in torrentibus, subter eminentes petras? Isa.47,5.

Qui immolant in hortis, & sacrificant super lateres. † 65,3.

Qui immolat bouem, quasi qui interficiat virum. † 66,3.

Immolasti filios meos, & dedisti, illos consecrans, eis. Ezech.16,21.

Cumque immolarent filios suos idolis suis, & ingrederentur sanctuarium meum. † 23,39.

Immolate homines vitulos adorantes. Osee 13,2.

Ego autem in voce laudis immolabo tibi: quæcumque voui, reddam pro salute Domino. Ionæ 2,10.

Maledictus dolosus, qui habet in grege suo masculum, & votum faciens immolat debile Domino. Mal.1,14.

Vt cogerent eos, qui confugerant in ciuitatem Modin immolare, & accendere thura, & à lege Dei discedere. 1.Mach.2,15.

Vix sedauerunt turbas ne sibi immolarent. Act.14,17.

Sed quæ immolant Gentes, dæmoniis immolant, & non Deo. 1.Cor.10,20.

Si quis autem dixerit: hoc immolatum est idolis: nolite manducare. 28.

Sed & si immolor supra sacrificium, & obsequium fidei vestræ, gaudeo. Philip.2,17.

IMMORTALITAS.

Et si coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorum immortalitate plena est. Sap.3,4.

Non est immortalis filius hominis. Eccli.17,30.

Habebo per hanc immortalitatem, & memoriam æternam his qui post me futuri sunt, relinquam. † 8,13.

Scire iustitiam & virtutem tuam, radix est immortalitatis. † 15,3.

Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. 1.Cor.15,53. 1.Tim.1,17.

Dominus dominantium: qui solus habet immortalitatem. 1.Timoth.6,15.

IMMVNDVM.

Anima, quæ tetigerit aliquid immundum, siue quod occisum à bestia est, &c. rea est & deliquit. Leuit.5,2.

Caueant immunditiam, & non moriantur in sordibus suis, cùm polluerint tabernaculum meum, quod est inter eos. † 15,31.

Quòd si immundum est animal, redimet qui obtulit. † 27,27.

Quidquid tetigerit immundus, immundum faciet. Num.19,22.

Siue immundum fuerit, hoc est, maculatum & debile: siue mundum, hoc est, integrum & sine macula. Deut.12,15.

Et ne aliquo vescaris immundo: erit enim puer Nazaræus Dei. Iudic.13,7.

Irritantes Dominum, & coluerunt immunditias. 4.Reg.17,12.

Seruiuitque [Amon] immunditiis, quibus seruierat pater eius, & adorauit eas. † 21,21.

Terra immunda est, iuxta immunditiam populorum, ceterarumque terrarum, abominationibus eorum qui repleuerunt eam ab ore ad os in coinquinatione sua. 1.Esd.9,11.

Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? nónne qui tu solus es? Iob 14,4.

Vniuersa æquè eueniant, &c. mundo & immundo. Eccles.9,2. † 29,21.

Ab immundo quid mundabitur? & à mendace quid verum dicetur? Eccli.34,4.

Non adiiciet vt pertranseat per te incircumcisus & immundus. Isa.52,1.

Facti sumus vt immundus omnes nos, & quasi pannus menstruatæ vniuersæ iustitiæ nostræ: & cecidimus quasi folium vniuersi, & iniquitates nostræ quasi ventus abstulerunt nos. † 64,6.

Qui dicunt, Recede à me, non appropinques mihi quia immundus es. † 65,5.

Domus regum Iuda, sicut locus Topheth, immundæ. Ierem.19,13.

Viri isti posuerunt immunditias suas in cordibus suis, & scandalum iniquitatis suæ statuerunt contra faciem suam. Ezech.14,3.

Surgite, & ite, quia non habetis hic requiem: propter immunditiam eius corrumpetur putredine pessima. Mich 2,10.

Abstulit immunditias ex ea, & non erat qui resisteret ei. 1.Mach.14,7.

Cùm autem immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quærens requiem. Matth.12,43.

Numquam manducaui omne commune, & immundum. Act.10,14.

Mihi ostendit Deus, neminem communem aut immundum dicere hominem. 28. Rom.1,24.

Et sanctificata est mulier infidelis per virum fidelem: alioquin filij vestri immundi essent, nunc autem sancti sunt. 1.Cor.7,14. 1.Thess.4,7. Apoc.18,2.

IMMVNIS.

Neque alliges duplicia peccata; nec enim in vno eris immunis. Eccli.7,8.

Si diues fueris, non eris immunis à delicto. † 11,10. 1.Mach.10,34.

IMMVTO.

Non potero immutare verbum Domini Dei mei, vt vel plus vel minus loquar. Num.22,18.

Immutauit ei [Sauli] cor aliud. 1.Reg.10,9.

Immutauit [Dauid] os suum coram eis, & collabebatur inter manus eorum, & impingebat in ostia portæ, defluebantque saliuæ eius in barbam. † 21,13.

Cun-

Cunctis diebus, quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea. Iob 14,14. {15.
Ecce inter sanctos eius nemo immutabilis. † 15,
Dauidi cùm immutauit vultum suum coram Achimelech, & dimisit eum & abiit. Titulus Psalmi 33.
Pro his qui immutabuntur. Titulus Psalmi 59. Psal. 108,24.
Immutatæ sunt viæ eius. Sap. 2,15. † 27,18.
Animarum inquinatio, natiuitatis immutatio. † 14,26. Dan. 3,19,95.
Mortui resurgent incorrupti: & nos immutabimur. 1. Cor. 15,52.

IMPATIENS.

Illi autem, qui tentationes non susceperunt cum timore Domini, & impatientiam suam, & improperium murmurationis suæ contra Dominum protulerunt, exterminati sunt. Iudith 8,24.
Impatiens operabitur stultitiã. Prou. 14,17,29
Qui impatiens est, sustinebit damnum. † 19,19. † 26,17.

IMPEDIO.

Impedit Dauid mortem Saulis. Non permisit eos, vt consurgerent in Saul. 1. Reg. 24,8.
Factum est igitur, vt populus terræ impediret manus populi Iudæ, & turbaret eos in ædificando. 1. Esd. 4,4. Sap. 17,19. 1. Thess. 2,18.

IMPELLO.

Mater enim eius impulit eum [Ochoziam] vt impiè ageret. 2. Par. 22,3.
Impulsus euersus sum vt caderẽ. Psal. 117,13. Ierem. 23,12.

IMPENDO.

In paupertate mea præparaui impensas domus Domini, auri talenta centum millia, & argenti mille millia talentorum: æris verò & ferri non est pondus. 1. Par. 22,14.
Ego autem totis viribus præparaui impensas domus Dei mei. † 29,2.
Omnes impensas præparatas habuit Salomon, ex eo die quo fundauit domum Domini, vsque in diem quo perfecit eam. 2. Par. 8,16.
Secundùm vires suas dederunt impensas operis, auri solidos sexaginta millia & mille, argenti mnas quinque millia, & vestes sacerdotales centum. 1. Esd. 2,69. Eccli. 21,9.
Cæmẽta sine impensa posita cõtra faciem venti non permanebunt. Eccli. 22,21. Dan. 14,2,7.
Impendam & superimpendar ipse pro animabus vestris. 2 Cor. 12,15.

IMPERATOR.

Adorabant Aman: sic enim præceperat eis Imperator. Esth. 3,2. Dan. 6,7.

IMPERFECTVS.

Imperfecti murmurant, & vulgus. Accensus in eos ignis Domini deuorauit extremam castrorum partem. Num. 11,1,4.
Imperfectũ meũ viderũt oculi tui. Psal. 138,16

IMPERITIA.

Per imperitiam fecerit quod contra Domini mandatum est. Leuit. 4,13.
Cor sapientis quærit doctrinam: & os stultorum pascitur imperitia. Prou. 15,14.

IMPERO.

Isti duces Horræorum qui imperauerunt in terra Seir. Gen. 36,30.
Ad tui oris imperium cunctus populus obediet. † 41,40.
Ruben, &c. prior in donis, maior in imperio. † 49,3.
Dixeruntque oliuæ: Impera nobis. Iudicum 9,9.
Dabit imperium regi suo. 1. Reg. 2,10.
Pergens ad imperium tuum? † 22,14.
Imminue paululum de imperio patris tui durissimo. 3. Reg. 12,4.
Afferte Domino gloriam & imperium. 1. Paral. 16,28.
Quando perrexit vt dilataret imperium suum vsque ad flumen Euphraten. † 18,3.
Imperium eius [Dei] & fortitudo eius, & furor super omnes, qui derelinquunt eum. 1. Esdræ 8,22.
Cui sententiæ Vasthi regina subiaceret, quæ Assueri regis imperium, quod per eunuchos mandauerat, facere noluisset. Esth. 1,15.
Da imperium tuum puero tuo. Psal. 85,16.
Et insuper vniuersæ terræ rex imperat seruienti. Eccles. 5,8.
Gladius acutus insimulatum imperium tuum portans. Sap. 18,16.
Imperio suo accelerauit niuem, & accelerat coruscationes emittere iudicij sui. † 43,14.
Samuel propheta Domini, renouauit imperium, & vnxit principes in gente sua. † 46,16.
Vt faceres imperium bipartitum, & ex Ephraim imperare imperium durum. † 47,23.
Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis. Isa. 9,7.
Meæ sunt iustitiæ & imperium. † 45,25.
Corruent fulcientes Aegyptum, & destruetur superbia imperij eius. Ezech. 30,6.
Paulus Apostolus Iesu Christi secundùm imperium Dei. 1. Tim. 1,1.
Hæc loquere, & exhortare, & argue cum omni imperio. Tit. 2,15.
Multam fiduciam habens in Christo Iesu imperandi tibi. Philem. v. 8.

IMPERTIO.

Etiam exiguum libenter impertiri stude. Tob 4,9.
Vt aliquid impertiar vobis. Roman. 1,11. 1. Pet. 3,7.

IMPETIGO.

Si iugem scabiem, si impetiginem in corpore. Leuit. 21,20. † 22,22.

IMPETRO.

Etiam si dimidiam partem regni mei petieris, impetrabis. Esth.5,6. † 7,2.

IMPETVS.

Impetum fecerant ex parte australi in Siceleg, & succenderant eam igni. 1.Reg.30,1.

Hoc impetu mittetur Babylon ciuitas illa magna, & vltrà iam non inuenietur. Apoc.18,2.

IMPIGER.

Si verò impiger fueris, veniet vt fons messis tua. Prou.6,11.

IMPINGO.

Impingebat in ostia portæ. 1.Reg.21,13. † 23,8.

Impegerunt eam [Athaliam] per viam introitus equorum, iuxta palatium, & interfecta est ibi. 2.Reg.11.16. 2.Pet.3,10 Apoc.18,21.

IMPINGVO.

Impinguatus, incrassatus, dilatatus. Deuter.32,15.

Impinguasti in oleo caput meum. Psal.22,5.

Anima autem operantium impinguabitur. Prou.13,4. Eccli.35,8.

IMPIVS.

Impij in tenebris conticescent. 1.Reg.2,9.

Sicut & in prouerbio antiquo dicitur: AB IMPIIS egredietur impietas. 1.Reg.24,14.

Cùm homines impij interfecerunt virum innoxium, in domo sua, super lectum suum, non quæram sanguinem eius de manu vestra, & auferam vos de terra? 2.Reg.4,11.

Impietas Achab. Fecit Achab filius Amri malum in conspectu Domini, super omnes qui fuerunt ante eum, &c. insuper duxit vxorem Iezabel. 3.Reg.16,30.

Impietas Manassis. Traduxit filium suum per ignem: & ariolatus est. 4.Reg.21,5. 2.Paral.33,2,6.

Impietas mortem accelerat. Tetenderuntque ei [Amon] insidias serui sui, & interfecerunt regem in domo sua 4.Reg.21,23. † 24,2.

Impio præbes auxilium, & his qui oderunt Dominum amicitia iungeris, & idcircò iram quidem Domini merebaris: sed bona opera inuenta sunt in te, eo quòd abstuleris lucos de terra Iuda, & præparaueris cor tuum, vt requireres Dominum Deum patrum tuorum. 2.Par.19,2,3.

Sed & ipse [Ochozias] ingressus est per vias domus Achab: mater enim eius impulit eum, vt impiè ageret. † 22,3.

Impietas Achaz. Lustrauit filios suos in igne, iuxta ritum gentium, &c. tradiditque eum Dominus Deus eius in manu regis Syriæ, qui percussit eum. † 28,3,17,27.

Ibi impij cessauerunt à tumultu. Iob 3,17.

Si impius fuero, væ mihi est. † 10,15.

Oculi autem impiorum deficient. † 11,20.

Nónne lux impij extinguetur? † 18,5.

Quòd laus impiorum breuis sit, &c. quasi sterquilinium in fine perdetur: & qui eum viderant, dicent: Vbi est? † 20,6,11.

Quare ergo impij viuunt, subleuati sunt, confortatique diuitiis. † 21,7.

Ambulat cum viris impiis? † 34,8.

Absit à Deo impietas, & ab Omnipotente iniquitas. 10.

Et tenuisti concutiens extrema terræ, & excussisti impios ex ea? † 38,13.

Auferetur ab impiis lux sua. 15.

Non sic impij, non sic: sed tamquam puluis, quem proiicit ventus à facie terræ. Psal.1,4.

Nouit Dominus viam iustorum, & iter impiorum peribit. 6.

Vidi impium superexaltatum, & eleuatum sicut cedros Libani. † 36,35.

Impij verò de terra perdentur. Prou.2,22.

Ne delecteris in semitis impiorum, nec tibi placeat malorum via. † 4,14.

Via impiorum tenebrosa: nesciunt vbi corruant. 19.

Non roborabitur homo ex impietate. † 12,3.

Verte impios, & non erunt: domus autem iustorum permanebit. 7.

Impius autem confundit & confundetur. † 13,5.

Impius, cùm in profundum venerit peccatorum, contemnit: sed sequitur eum ignominia & opprobrium. † 18,3.

Ne insidieris, & quæras impietatem in domo iusti, neque vastes requiem eius. † 24,15.

Qui dicunt impio: Iustus es, maledicent eis populi. 24.

Cùm surrexerint impij, abscondentur homines: cùm illi perierint, multiplicabuntur iusti. † 28,28. † 29,2.

Abominantur iusti virum impium: & abominantur impij eos, qui in recta sunt via. † 29,27.

Ne impiè agas multùm: & noli esse stultus, ne moriaris in tempore non tuo. Eccles.7,18.

Neque saluabit impietas impium. † 8,8,10.

Non sit bonum impio, nec prolongentur dies eius. 13.

Sunt iusti quibus mala proueniunt, quasi opera egerint impiorum: & sunt impij, qui ita securi sunt, quasi iustorum facta habeant. 14.

Impij autem secundùm quæ cogitauerunt, correptionem habebunt. Sap.3,10.

Multigena autem impiorum multitudo non est vtilis. † 4,3.

Impiis autem vsque in nouissimum sine misericordia ira superuenit. † 19,1.

Non placeat tibi iniuria iniustorum, sciens quoniam vsque ad inferos non placebit impius. Eccli 9,17.

Impios lædit lingua mala. Qui relinquunt Deum, incident in illam, & exardebit in illis, & non

non extinguetur, & immittetur in illos quasi leo. † 28,27.

Cum impio de pietate, cum inhonesto de honestate. † 37,13.

Omnia quæ de terra sunt, in terram conuertentur; sic impij à maledicto in perditionem. † 41,13.

Væ impio in malum: retributio enim manuum eius fiet ei. Isa.3,11.

Qui iustificatis impium pro muneribus, & iustitiam iusti aufertis ab eo. † 5,23.

Succensa est enim quasi ignis impietas, veprem & spinam vorabit: & succendetur in densitate saltus, & conuoluetur superbia fumi. † 9,18.

Dabit impios pro sepultura, & diuitem pro morte sua. † 53,9.

Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad Dominum, & miserebitur eius. † 55,7.

Impij autem quasi mare feruens, quod quiescere non potest, & redundant fluctus eius in conculcationem & lutum. † 57,20.

Nónne hoc est magis ieiunium quod elegi? dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes. † 58,6.

Impiorum pœna. Videbunt cadauera virorum, qui præuaricati sunt in me: vermis eorum non morietur, & ignis eorũ non extinguetur. † 66,24.

Inuenti sunt in populo meo impij insidiantes quasi aucupes, laqueos ponentes, & pedicas ad capiendos viros. Ierem. 5,26.

Quare via impiorum prosperatur: benè est omnibus, qui præuaricantur & iniquè agunt? Plantasti eos, & radicem miserunt. † 12,1.

Cognouimus Domine impietates nostras, iniquitates patrum nostrorum, quia peccauimus tibi. † 14,20.

Iudicatur ipse cum omni carne, impios tradidi gladio. † 25,31.

Eligam de vobis transgressores, & impios, & de terra incolatus eorum educam eos. Ezechielis 20,38.

Si me dicente ad impium: Impie, morte morieris: non fueris locutus, vt se custodiat impius à via sua: ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. † 33,8.

Et impiè agent impij, neque intelligent omnes impij, porrò docti intelligent. Dan.12,10.

Arastis impietatem, iniquitatem messuistis. Osee 10,13.

Venite ad Bethel, & impiè agite: ad Galgalam, & multiplicate præuaricationem: & afferte manè victimas vestras. Amos 4,4.

Quare respicis super iniqua agentes, & taces deuorante impio iustiorem se? Habac.1,13.

Mulier vna sedens in medio amphoræ. Et dixit: Hæc est impietas. Zach.5,7.

Calcabitis impios, cùm fuerint cinis sub planta pedum vestrorum, in die qua ego facio. Mal.4,3.

Elegit Bacchides viros impios, & constituit eos dominos regionis. 1.Mach.9,25. 2.Pet.1,6.

Facere iudicium contra omnes, & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum, quibus impiè egerunt, & de omnibus duris, quæ locuti sunt contra Deum peccatores impij. Iudæ v.15.

IMPLANO.

Non dicas: Ille me implanauit: non enim necessarij sunt ei homines impij. Eccli.15,12.

Qui implanatus est, abũdabit nequitia. † 34,11.

IMPLEO.

Diuidam spolia, implebitur anima mea. Exodi 15,9.

Impleuitque vnius filiorum suorum manum, & factus est ei sacerdos. Iudic.17,5.

Vt impleretur sermo Domini. 3.Reg.2,27.

Non saturatur oculus visu, nec auris auditu impletur. Ecclesi.1,8.

Omnis labor hominis in ore eius: sed anima eius non implebitur. † 6,7.

Deus in terram aspexit, & impleuit illam bonis suis. Eccli.16,29.

Extensio alarum eius, implens latitudinem terræ tuæ! ô Emmanuel. Isa.8,8.

ET VENIET DESIDERATVS cunctis Gentibus: & implebo domum istam gloria. Agg.2,8.

Vt impleretur quod dictum erat per Prophetam. Matth.13,35. Luc.1,20. † 22,37.

Non credebant in eum: vt sermo Isaiæ prophetæ impleretur. Ioan.12,37.

Nemo ex eis periit, nisi filius perditionis, vt Scriptura impleatur. † 17,12. † 18,32.

Prohibentes nos Gentibus loqui, vt saluę fiant, vt impleant peccata sua semper. 1.Thess.2,16.

IMPLICO.

Nemo militans Deo implicat se negotiis sæcularibus, vt ei placeat, cui se probauit. 2.Tim.2,4.

IMPLORO.

Orante Esdra, & implorante eo, & flente, & iacente ante templum Dei, collectus est ad eum de Israel cœtus grandis nimis. 1.Esd.10,1.

IMPLVO.

Intellexerunt veritatem, & iustitiam, & impluerunt prouerbia & iudicia. Eccli.18,29.

IMPOENITENS.

Secundùm autem duritiam tuam, & impœnitens cor, thesaurizas tibi irã in die iræ. Rom.2,5.

IMPOLITVS.

Altare de lapidibus impolitis. Ios.8,31. 1.Esd.5,8.

IMPONO.

Quare imposuisti mihi? Tu es enim Saul. 1.Reg.28,12.

Imponi super equum, qui de sella regis est. Esth.6,8.

Im-

Imposuisti homines super capita nostra. Psal. 65,12.

In electis imponet maculam. Eccli. 11,33.

Imponam tibi omnia scelera tua. Ezech. 7,8. Osee 11,7. Matth. 23,4.

Singulis manus imponens. Luc. 4,40.

Ieiunantes & orantes, imponentesque eis manus. Act. 13,3.

Manus citò nemini imposueris, neque communicaueris peccatis alienis. 1. Tim. 5,22. Heb. 9,10.

IMPORTO.

Consolabimini super malo, quod induxi in Ierusalem, in omnibus, quæ importaui super eam. Ezech. 14,22. Matth. 23,4.

IMPORTVNVS.

Importunitati cede. Quòd obstinato animo Ruth decreuisset secum pergere, aduersari noluit, nec ad suos vlterà reditum persuadere. Ruth 1,18. 4. Reg. 2,17.

Importunitas hostium inuidorum. Miserunt secundùm verbum hoc per quatuor vices: & respondi eis iuxta sermonem priorem. 1. Esd. 6,4.

Musica in luctu importuna narratio: flagella & doctrina in omni tempore sapientia. Eccli. 22,6. † 32,6.

Vt liberemur ab importunis & malis hominibus: non enim omnium est fides. 2. Thess. 3,2.

Prædica verbum, insta opportunè, importunè. 2. Tim. 4,2.

IMPOSSIBILIS.

Tuam manum effugere impossibile est. Sapient. 16,15.

Transibit, & nihil impossibile erit vobis. Matth. 17,20.

Impossibile enim est eos, qui semel sunt illuminati, *&c.* rursus renouari ad pœnitentiam. Heb. 6,4.

Sine fide autem impossibile est placere Deo. † 11,6.

IMPOTENS.

Non quia impotens eras in bello subiicere impios iustis. Sap. 12,9.

Illi autem, qui impotentem verè noctem. † 17,14.

IMPRECOR.

Imprecans capiti eius [hirci] emittet illum. Leuit. 16,21.

Imprecatur Iosue readificanti Iericho. Maledictus vir coram Domino, qui suscitauerit & ædificauerit ciuitatem Iericho. Ios. 6,26.

Imprecatio. Si præuaricationis animo hoc altare construximus, non custodiat nos, sed puniat nos in præsenti. † 22,22.

Imprecationes in Ioab. Non deficiat de domo Ioab fluxum seminis sustinens, & leprosus & tenens fusum, & cadens gladio, & indigens pane. 2. Reg. 3,29.

Cuncta deuotatio & imprecatio, quæ acciderit omni homini de populo tuo Israel. 3. Reg. 8,38.

Imprecatique sunt ei, atque dixerunt: Viuat rex. 2. Par. 23,11.

IMPRIMOR.

Agri ementur pecunia, & scribentur in libro, & imprimetur signum, & testis adhibebuntur. Ierem. 32,44.

Imprecatio in impedientes ædificationem templi. Dissipet omnia regna, & populum qui extenderit manum suam vt repugnet, & dissipet domum Dei, illam, quæ est in Ierusalem. 1. Esd. 6,12. Iob 3,2. † 31,8. Psal. 108,6.

IMPROBVS.

Ne improbus sis, ne impinguaris. Eccli. 13,13.

Propter improbitatem tamen eius surget. Luc. 11,8.

IMPROPERO.

Improperia acerba. Diligis odientes te, & odio habes diligentes te: & ostendisti hodie, quia non curas de ducibus tuis, & de seruis tuis. 2. Reg. 19,6

Et ipsa audiret improperium ab vna ex ancillis patris sui. Tob. 3,7.

In oratione persistens cum lacrymis deprecabatur Deum, vt ab isto improperio liberaret eam. Tob. 3,11.

Tu scis improperium meum, & confusionem meam, & reuerentiam meam. Psal. 68,20.

Improperium expectauit cor meum, & miseriam. 21.

Vsquequò Deus improperabit inimicus? † 73,10.

Inimicus improperauit Domino. 18.

Memor esto improperiorum tuorum. 22.

Improperium ipsorum, quod exprobrauerunt tibi Domine. † 78,12.

Improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata disciplinæ nostræ. Sap. 2,12.

Ne despicias hominem auertentem se à peccato, neque improperes ei. Eccli. 8,6.

Stultus acriter improperabit: & datum indisciplinati tabescere facit oculos. † 18,18.

Homo assuetus in verbis improperij, in omnibus diebus suis non erudietur. † 23,20.

Verba improperij non dicas illi: & non premas eum in repetendo. † 31,42.

Ab amicis de sermonibus improperij: & cùm dederis, ne improperes. † 41,28.

Nos in captiuitate nostra sumus hodie, qua nos dispersisti in improperium, & in maledictum, & in peccatum. Baruch 3,8. Matth. 27,44. Rom. 15,3.

Maiores diuitias æstimans thesauro Aegyptiorum improperium Christi. Heb. 11,26.

Exeamus igitur ad eum extra castra, improperium eius portantes. † 13,13.

Qui dat omnibus affluenter, & non improperat. Iacob. 1,5.

IMPROVISVS.

Quæcumque sunt absconsa, & improuisa didici. Sapient.7,21. 2. Mach. 8,6.

IMPRVDENS.

Qui minoratur corde, cogitat inania: & vir imprudens & errans, cogitat stulta. Eccli.16,23.

IMPVDENS.

Impudens scortator. Intrauit coram fratribus suis ad scortum Madianitidem. Num.25,6. 2.Reg.16,22. 2.Par.33,23.

Canes impudentissimi nescierunt saturitatem. Isa.56,11. Ezech.23,12.

Consurget rex impudens facie & intelligens propositiones. Dan.8,23.

IMPVDICITIA.

Nuptiarum inconstantia, inordinatio mœchiæ & impudicitiæ. Sap.16,26.

Adolescentibus impudicè abusi sunt: & pueri in ligno corruerunt. Thren.5,13.Mar.7,22.

Non in cubilibus & impudicitiis. Rom.13,13. 2.Cor.12,21.

Qui desperantes, semetipsos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis, in auaritiam. Ephes.4,19.

Foris canes, & venefici, & impudici, & homicidæ, & idolis seruientes. Apoc.22,15.

IMPVGNO.

Expugna impugnantes me. Psal.34,1.

Conculcauit me homo, tota die impugnans tribulauit me. † 55,2.

Cùm loquebar illis impugnabant me gratis. † 119,7.

IMPVNITVS.

Non erit impunitus qui super vana re nomen eius assumpserit. Deut.5,11.

Qui ruina lætatur alterius, non erit impunitus. Prou.17,5.

Ne existimes tibi impunè futurum, quòd contra Deum pugnare tentaueris. 2.Mach.7,19.

IMPVTO.

Non imputabit eis, quod minùs sanctificati sunt. 2.Par.30,19.

Vt non vobis imputetur stultitia. Iob 42,8.

Beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatum. Psal.31,2.

Quis tibi imputabit, si perierint nationes, quas tu fecisti? Sap.12,12.

Omnia peccata eius, quæ peccauit, non imputabuntur ei: iudicium & iustitiam fecit, vita viuet. Ezech.33,16.

Ei autẽ qui operatur, merces non imputatur secundũ gratiam, sed secundùm debitũ. Rom.4,4.

Peccatum autem non imputabatur, cùm lex non esset. † 5,13.2.Tim.4,16.Philem.v.18.

IMPVTRIBILIS.

Forte lignum, & imputribile elegit: artifex sapiens quærit quomodo statuat simulachrum. Isa.40,20.

INACCESSIBILIS.

In præruptis silicibus commoratur, atque inaccessis rupibus. Iob 39,28.

Et lucem inhabitat inaccessibilem. 1.Tim.6,16.

INÆSTIMABILIS.

Numerus annorum eius [Dei] inæstimabilis. Iob 36,26.

INALTO.

Qui operatur terram suam, inaltabit aceruum frugum. Eccli.20,30.

INAMBVLO.

Non inhabitabunt, nec inambulabunt. Eccli.38,37.

Inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos, & ero eorum Deus. 1. Cor.6,16.

INANIS.

Terra autem erat inanis, & vacua. Gen. 1,2. Exod.2 ,8.

Populi meditati sunt inania? Psal.2,1.† 106,9.

Qui minoratur corde, cogitat inania. Eccli.16,23.

Quasi nihilum & inane reputatæ sunt ei [gentes.] Isa.40,17.

Iudices terræ velut inane fecit. 23.

Diuites dimisit inanes. Luc.1,53. † 20,10.

Introitum nostrũ ad vos, quia non inanis fuit. Col.2,8. 2.Tim.2,16.

Vis autem scire ô homo inanis, quoniam fides sine operibus mortua est? Iacob.2,20. † 4,5.

INAQVOSVM.

In inaquoso viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt. Psal.108,4. Luc.11,24.

INAVRES.

Protulit vir inaures aureas, appendentes siclos duos. Gen.24,22. † 35,4.

Tollite inaures aureas, de vxorum, filiorumque & filiarum vestrarum auribus, & afferte ad me. Exod.32,2.

Inaures enim aureas Ismaëlitæ habere consueuerãt, *&c.* & fuit pondus postulatarum inaurium, mille septingenti auri sicli, absque ornamentis, & monilibus, & veste purpurea, quibus reges Madian vti soliti erant, & præter torques aureas camelorum. Iudic.8,24.

Assumpsitque dextraliola, & lilia, & inaures, & annulos. Iudith.10,3.

Dederunt ei [Iob] vnusquisque ouem vnam, & inaurem auream vnam. Iob 42,11.

Inauris aurea, & margaritum fulgens, qui arguit sapientem, & aurem obedientem. Prouerb.25,12.

Dedi inaurem super os tuum, & circulos auribus tuis. Ezech.16,12. Osee 2,13.

INAVRO.

Inaurabis eam [mensam] auro purissimo. Exod.25,24. Baruch 6,56.

Mulier erat circumdata purpura, & coccino, & inaurata auro, & lapide pretioso. Apoc.17,4.

INAVXILIATVS.

Auctores parentes animarum inauxiliatatum, perdere voluisti. Sap.12,6.

INCALEO.

Cras erit vobis salus cùm incaluerit sol. 1.Regum 11,9. Iob 6,17. Ezech.24,11.

INCANTO.

Fecerunt etiam ipsi per incantationes Aegypriacas,& arcana quædam similiter. Exodi 7,11.

Inueniatur in te, &c. nec incantator, nec qui pythones consulat, nec diuinos. Deut.18.11.

Aspidis surdæ, & obturantis aures suas, quæ non exaudiet vocem incantantium, & venefici incantantis sapienter. Psal.57,6.

Quis miserebitur incantatori à serpente percusso, & omnibus qui appropinquant bestiis? Eccli.12,13.

Sta cum incantatoribus tuis, & cum multitudine maleficiorum tuorum, in quibus laborasti ab adolescentia tua. Isa.47,12. Dan.5,11.

INCANESCO.

Ego autem senui & incanui. 1.Reg.12,1.

INCASTRATVRA.

Incastraturæ erāt per singulas tabulas. Exo.36, (22.

INCAVTVS.

Insidiatur [meretrix] in via quasi latro, & quos incautos viderit, interficiet. Prou.23,28.

INCEDO.

Confregi catenas ceruicum vestrarum, vt incederetis erecti. Leuit.26,13,24.

Si armatus posset incedere. 1.Reg.17,39.

Incessus quasi incessus Iehu filij Namsi: præceps enim graditur. 4.Reg.9,20.

Si mundus & rectus incesseris, statim euigilabit ad te. Iob 8,6.

Tria sunt, quæ benè gradiuntur, & quartum, quod incedit feliciter. Prou.30,29. Eccli.45,11. Isa.3,16. Baruch 2,18. Ezech.1,9.

Incedentem vsque ad interiora velaminis. Heb.6,19.

INCENDO.

Omnis domus Israel plangant incendium quod Dominus suscitauit. Leuit.10,6.

Vocauitque nomen loci illius, Incensio: eò quòd incensus fuisset contra eos ignis Domini. Num.11,3. Ios.6,24.

Incensa turris Sichem. Vt fumo & igne mille homines necarentur. Iudic.9,49.

Incendemus domum tuam. † 12,1. † 14,15.

Incenderunt hostes domū Dei, destruxeruntque murum Ierusalem. 2.Par.36,19.

Dum superbit impius, incenditur pauper. Psal.9,23.

Incensa igni & suffossa. † 79,17.

Non incendas carbones peccatorum arguens eos. Eccli.8,13.

Incenderunt filios suos, & filias suas igni. Ierem.7,31.

Incendit quos reperit iuxta fornacem de Chaldæis. Dan.3,48. Mal.1,10.

Quantus ignis quàm magnam flammam incendit? Iacob.3,5.

INCENSVM.

Offeres incensum super altare. Exod.29,13.

Incensum enim Domini, & panes Dei sui offerunt, & ideò sancti erunt. Leuit.21,6.

Offerentes incensum Domino pro se, & pro peccato atque errore suo. Num.15,25.

Et adoleret mihi incensum. 1.Reg.2,28.

Populus immolabat, & adolebat in excelsis incensum. 4.Reg.12,3.

Vsque ad illud tempus filij Israel adolebant ei [serpenti] incensum. † 18,4.

Eos qui adolebant incensum Baal [deleuit] & Soli, & Lunæ, & duodecim signis, & omni militiæ cæli. † 23,5.

Adolere voluit [Ozias] incensum super altare thymiamatis. 2.Par.26,16.

Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Psal.140,2.

Proferens seruitutis suæ scutum, orationem & per incensum deprecationem allegās, restitit iræ. Sap.18,21. Eccli.45,20.

Incensum abominatio est mihi. Isa.1,13.

Visitabo super eam dies Baalim, quibus accendebat incensum, & ornabatur in aure sua, & monili suo, & ibat post amatores suos, & mei obliuiscebatur. Osee 2,13.

Incensum posuerunt super altare, & accenderunt lucernas. 1.Mach.4,50.

Sorte exiit vt incensum poneret, ingressus in templum Domini. Luc.1,9. Apoc.8,3.

INCERTVS.

Vagabantur incerti. 1.Reg.23,13. 3.Regum 22,34.

Impius superbit, & numerus annorum incertus est tyrannidis eius. Iob 15,20.

Incerta, & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi. Psal.50,8.

Vtrùm amore an odio dignus sit: sed omnia in futurum seruantur incerta. Eccles.9,2.

Cogitationes enim mortalium timidæ, & incertæ prouidentiæ nostræ. Sap.9,14.

Sic curro non quasi in incertum. 1.Cor.9,26. † 14,8. 1.Tim.6,17.

INCESSABILIS.

Oculos habentes plenos adulterij & incessabilis delicti. 2.Pet.2,14.

INCESTVS.

Incestus Lot. Ingressa est maior, dormiuitque cum patre: at ille non sensit. Genes.19,33. † 38,18.

Incestus Ruben. Effusus es sicut aqua, non crescas: quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius. † 49,4. Deut.27,20. 1.Par.5,1.

Noli frater mi, noli opprimere me, neque enim hoc

hoc fas est in Israel: noli facere stultitiam hanc, &c. mansit itaque Thamar contabescens. 2.Reg.13,12,20.

Socer nurum suam polluit nefariè, frater sororem suam filiam patris sui oppressit in te. Ezech.22,11.

INCHOO.

Qui possidet mulierem bonam, inchoat possessionem. Eccli.36,26.

Intermittentes inchoationis Christi sermonem, ad perfectiora feramur. Heb.6,1.

INCÎDO.

Super mortuo non incidetis carnem vestram, neque figuras aliquas aut stigmata facietis. Leuit.19,28. †21,4.

Non vos incidetis, nec facietis caluitium super mortuo. Quoniam populus sanctus es Domino Deo tuo. Deut.14,1.

Incidebant se iuxta ritum suum cultris & lanceolis; donec perfunderentur sanguine. 3.Regum 18,28.

Quasi Libanus non incisus vaporaui habitationem meam. Eccli.24,21.

Non sepelientur, neque plangentur, & non se incident, neque caluitium fiet pro eis. Ieremiæ 16,6.

INCIDO.

Incidam vna die in manus Saul: nónne meliùs est vt fugiam? 1.Reg.27,1. 2.Reg.24,14.

Qui fodit foueam, incidet in eam. Eccles.10,8. Dan.13,23.

Horrendum est incidere in manus Dei viuentis. Heb.10,31.

INCÎPIO.

Incipe ergo & benedic domui serui tui. 2.Regum 7,29. 3.Reg.20,14.

Incipite Domino in tympanis. Iudith 16,2.

Cùm consummauerit homo, tunc incipiet. Eccli.18,6.

Ipse Iesus erat incipiens, quasi annorum triginta. Luc.3,23. Apoc.3,16.

INCIRCVMCISVS.

Incircumcisus labiis. Exodi 6,12,30.

Quia vis accipere vxorem de Philisthiim, qui incircumcisi sunt? Iudic.14,3.

Percute me: ne fortè veniant incircumcisi isti, & interficiant me, illudentes mihi. 1.Reg.31,4.

Omnes gentes habent præputium, omnis autem domus Israel incircumcisi sunt corde. Ierem.9,26.

Sufficiant vobis omnia scelera vestra domus Israel: eò quòd inducitis filios alienos incircumcisos corde, & incircumcisos carne, vt sint in sanctuario meo, & polluant domum meam. Ezechiel.44,7. 1.Mach.1,51.

Dura ceruice, & incircumcisis cordibus & auribus, vos semper Spiritui sancto resistitis. Actorum 7,51.

INCITO.

Si Dominus incitat te aduersum me, odoretur sacrificium. 1.Reg.26,19. 2.Reg.19,22.

Incitatur ad malum Achab. Qui venumdatus est vt faceret malum in conspectu Domini: concitauit enim eum Iezabel vxor sua. 3.Reg.21,25.

Populus insipiens incitauit nomen tuum. Psal.73,18.

Sed Baruch filius Neriæ incitat te aduersum nos, vt tradat nos in manus Chaldæorum, vt interficiat nos. Ierem.43,3.

Incitabatur spiritus eius in ipso, videns idololatriæ deditam ciuitatem. Act.17,16.

INCLAMO.

Sermonem hominis Dei, quem inclamauerat contra altare in Bethel. 3.Reg.13,4.

Danielem voce lacrymabili inclamauit. Daniel.6,20.

INCLARESCO.

Dies, & manè inclaruerat. Exod.19,16.

INCLINO.

Inclinans se Dauid pronus in terram adorauit. 1.Reg 24,9.

Intellexit Saul quòd Samuel esset, & inclinauit se super faciem suam in terra, & adorauit. † 28,14.

Inclinauit cor omnium virorum Iuda, quasi viri vnius. 2.Reg.19,14.

Inclinauerunt se ad eum duo vel tres eunuchi. 4.Reg.9,32.

Inclinato capite, relictis omnibus, euadere festinabant Hebræos. Iudith 15,2.

Inclinauit cælos, & descendit. Psal.17,10.

Inclinauit ex hoc in hoc: verumtamen fęx eius non est exinanita: bibent omnes peccatores terræ. †74,9.

Inclinauit aurem suam mihi. †114,2.

Inclina cor meum in testimonia tua, & non in auaritiam. †118,36.

Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum, propter retributionem. 112.

Inclina cælos tuos, & descende. †143,5.

Inclina cor tuum ad cognoscendam prudentiam. Prou.2,2. Cantic.2,17.

Seruum inclinant operationes assiduæ. Eccli.33,27. Dan.9,18.

Mulier, quæ habebat spiritum infirmitatis annis decem & octo: & erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere. Luc.13,11. Ioan.8,6. † 19,30. † 20,11.

INCLVDO.

Inclusit eum Dominus deforis. Gen.7,16.

Includetur [leprosus] septem diebus aliis. Leuit.13,33.

Si incluserit hominem, nullus est qui aperiat. Iob 12,14.

Fabrum & inclusorem de Ierusalem. Ieremiæ 24,1.

Ingre-

Ingredere, & includere in medio domus tuæ. Ezech.3,24.

INCLYTVS.

Inclytus in omni domo patris sui. Gen.34,19.
Quæ est enim alia gens sic inclyta, vt habeat cæremonias. Deut.4,8.
Inclyti, Israel, super montes tuos interfecti sunt. 2.Reg.1,19.
Fuit autem Iabes inclytus præ fratribus suis, & mater eius vocauit nomen eius Iabes, dicens: Quia peperi eum in dolore. 1.Par.4,9.
Laudamus nomen tuum inclytum. † 29,13.
Fuit ergo Iosaphat diues & inclytus multùm. 2.Par.18,1.
Lux & sol ortus est, & humiles exaltati sunt, & deuorauerunt inclytos. Esther 11,11.
Corona inclyta proteget te. Prou.4,9.
Inclyta superbia Chaldæorum. Isa.13,19. † 23,8.
Videbunt Gentes iustum tuum, & cuncti reges terræ inclytum tuum. † 62,2. Ierem.13,20.
Non concrepabunt ei [Ioakim:] Væ Domine, & væ inclyte. Sepultura asini sepelietur. Ierem.22,18. † 51,41.
Cui assimilatus es, ô inclyte, atque sublimis inter ligna voluptatis? Ezech.31,18.
Non erit qui stet contra faciem eius: & stabit in terra inclyta, & consumetur in manu eius. Daniel.11,16
Figet tabernaculum suum Apadno inter maria, super montem inclytum & sanctum. 45.
Super inclytos eius miserunt sortem. Nahum 3,10.

INCOENATVS.

Abiit rex in domum suam, & dormiuit incœnatus. Dan.6,18.

INCOGNITVS.

Rebecca, &c. puella decora nimis, virgoque pulcherrima, & incognita viro. Gen.24,16.

INCOINQVINATVS.

Felix est sterilis & incoinquinata, quæ nesciuit torum in delicto. Sap.3,13.
In perpetuum coronata triumphat, incoinquinatorum certaminum præmium vincens. † 4,2.
Et cùm essem magis bonus, veni ad corpus incoinquinatum. † 8,20.

INCOLA.

Incola ego sum in terra. Psal.118,19.
Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. † 119,5.
Multùm incola fuit anima mea.6. Sap.19,10. Ezech.20,38. Act.13,17.

INCOLVMIS.

Vt filij ex vobis procreentur incolumes. Tobiæ 6,22. 2.Mach.10,30.

INCOMMVNICABILIS.

Incommunicabile nomen lapidibus & lignis imposuerunt. Sapientiæ 14, 21.

INCOMPARABILIS.

Dominus hanc in illa pulchritudinem ampliauit, vt incomparabili decore omnium oculis appareret. Iudith 10,4.

INCOMPOSITVS.

Insipientes, incompositos. Rom.1,31.

INCOMPREHENSIBILIS.

Qui facit magna, & incomprehensibilia. Iob 9,10
Magnus consilio & incomprehensibilis cogitatu. Ierem.32,19.
Quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius? Rom.11,33.

INCONFVSIBILIS.

Operarium inconfusibilem rectè tractantem verbum veritatis. 2.Tim.2,15.

INCONSTANTIA.

Inconstantia occurritur. Non eos duxit Deus per viam Terræ Philisthiim, quæ vicina est: reputans ne fortè pœniteret eum, si vidisset aduersum se bella consurgere. Exod.13,17.
Inconstantia. Vtinam mortui essemus per manum Domini in terra Aegypti. † 16,3.
Recesserunt citò de via, quam ostendisti eis: feceruntque sibi vitulum conflatilem. † 32,7.
Inconstantia vulgi. Nónne meliùs est reuerti in Aegyptum? Dixeruntque alter ad alterum: Constituamus nobis ducem, & reuertamur in Aegyptum. Num.14,3.
Postquam autem mortuus esset iudex, reuertebantur, & multò faciebant peiora quàm fecerant patres eorum. Iudic.2,18.
Inconstantia Iehu. Non custodiuit vt ambularet in lege Domini Dei Israel in toto corde suo: non enim recessit à peccatis Ieroboam. 4.Regum 10,31. 2.Par.11,17. † 25,14.
Sicut auis transmigrans de nido suo, sic vir qui derelinquit locum suum. Prou.27,8.
Inconstantia concupiscentiæ transuertit sensum sine malitia. Sap.4,12.
Nuptiarū inconstantia, inordinatio mœchiæ. † 14,26.
Vir duplex animo inconstans est in omnibus viis suis. Iacob.1,8.
Vbi enim zelus & contentio: ibi inconstantia, & omne opus prauum. † 3,16.

INCONSVMMATVS.

Confringentur enim rami inconsummati, & fructus illorum inutiles. Sap.4,5.

INCONSVTILIS.

Erat autem tunica inconsutilis, desuper contexta per totum. Ioan.19,23.

INCONSIDERATVS.

Qui custodit os suum, custodit animam suam: qui autem inconsideratus est ad loquendum, sentiet mala. Prou.13,3.

IN-

INCONTAMINATVS.

Benedictus, qui locum suum incontaminatum seruauit. 2. Mach. 15,34. 2. Cor. 7,11. 1. Petri 1,4,19.

INCONTINENS.

Criminatores, incontinentes, immites. 2. Timoth. 3,2. 1. Cor. 7,5.

INCONVENIENS.

Resonabat autem inconueniens inimicorum vox. Sap. 18,10.

INCORRVPTIO.

Incorruptio autem facit esse proximum Deo. Sap. 6,20. Rom. 1,23. 1. Cor. 15,50,53.

Illuminauit autem vitam & incorruptionem per Euangelium. 2. Tim. 1,10.

INCRASSATVS.

Incrassatus est dilectus & recalcitrauit. Deuter. 32,15.

Incrassati sunt & impinguati, & præterierunt sermones meos pessimè. Ierem. 5,28.

INCREDIBILIS.

Incredibilis animæ memoria stans figmentum salis. Sap. 10,7.

Non sis incredibilis verbo illius. Eccli. 16,29.

In lege Altissimi incredibilis fuit [adultera.] † 23,33.

INCREDVLVS.

Audite rebelles & increduli: Num de petra hac vobis poterimus aquam eiicere? Num. 20,10.

Increduli ad sermonem Domini Dei nostri murmurastis in tabernaculis vestris, atque dixistis: Odit nos Dominus, & idcircò eduxit nos de Terra Aegypti, vt traderet nos in manu Amorrhæi. Deut. 1,26,32. † 2,15.

Caput omnium incredulorum incidit [Deus] hac nocte in manu mea. Iudith 13,17.

Visio dura nuntiata est mihi: qui incredulus est, infideliter agit: & qui depopulator est, vastat. Isa. 21,2.

Expandi manus meas tota die ad populum incredulum, qui graditur in via non bona post cogitationes suas. † 65,2.

Populo autem huic factum est cor incredulum, & exasperans, recesserunt & abierunt. Ierem. 5,23.

Qui incredulus est, non erit recta anima eius in semetipso: iustus autē in fide sua viuet. Hab. 2,4.

Et non fecit ibi virtutes multas, propter incredulitatem illorum. Matth. 13,58.

Quare non potuimus eiicere illum? Dixit illis Iesus: Propter incredulitatem vestram. † 17,19.

Mirabatur propter incredulitatem eorum. Mar. 6,6.

O generatio incredula, quamdiu apud vos ero, quamdiu vos patiar? † 9,18. Ioan. 3,36.

Credo Domine: adiuua incredulitatem meam. Marc. 9,23.

Noli esse incredulus, sed fidelis. Ioan. 20,27.

Numquid incredulitas illorum fidem Dei euacuabit? Rom. 3,3.

Misericordiam consecuti estis propter incredulitatem illorum. † 11,30.

Conclusit enim Deus omnia in incredulitate; vt omnium misereatur. 32.

Misericordiam Dei consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. 1. Tim. 1,13.

Quibus autem iurauit non introire in requiem ipsius, nisi illis, qui increduli fuerunt? Et videmus, quia non potuerunt introire propter incredulitatem. Heb. 3,18. † 4,6,11.

Qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant Dei patientiam. 1. Pet. 3,20.

Timidis autem & incredulis & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, &c. pars illorum erit in stagno ardenti igne. Apoc. 21,8.

INCREMENTVM.

Incrementa & alumni hominum peccatorum, vt augeretis furorem Domini contra Israel. Num. 32,14.

Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat: sed, qui incrementum dat, Deus. 1. Cor. 3,7.

INCREPO.

Increpauit Abimelech propter puteum aquæ, quem vi abstulerant serui eius. Gen. 21,25.

Increpauit eum pater suus, & dixit: Quid sibi vult hoc somnium? † 37,10.

Et increpationem in omnia opera tua. Deuter. 28,20.

Increpatio dura. Non curas de ducibus tuis, & de seruis tuis. 2. Reg. 19,5.

Dies tribulationis, & increpationis, & blasphemiæ, dies iste. 4. Reg. 19,3.

Increpaui optimates & magistratus. 2. Esd. 5,7.

Tobias verò increpabat eos. Tob. 2,17.

Ad increpandum tantùm eloquia concinnatis, & in ventum verba profertis. Iob 6,26.

Os meum replebo increpationibus. † 23,4.

Increpat quoque per dolorem in lectulo, & omnia ossa eius marcescere facit. † 33,19.

Ab increpatione tua Domine. Psal. 17,16.

Increpa feras arundinis. † 67,31.

Ab increpatione tua Deus Iacob, dormitauerunt qui ascenderunt equos. † 75,7.

Ab increpatione tua fugient. † 103,7.

Increpuit mare rubrum, & exsiccatum est. † 105,9.

Increpationes in populis. † 149,7.

Increpationes meas neglexistis. Ego quoque in interitu vestro ridebo. Prou. 1,25.

Cur detestatus sum disciplinam, & increpationibus non acquieuit cor meum? † 5,12.

Lex lux, & via vitæ increpatio disciplinæ. † 6,23.

Qui autem increpationes relinquit, errat. † 10,17. † 12,1. † 15,10.

Auris quæ audit increpationes vitæ, in medio

dio sapientium commorabitur. † 15,31.

Ecce in increpatione mea desertum faciam mare: ponam flumina in siccum. Isa.50,2.

Arguet te malitia tua, & auersio tua increpabit te. Ierem.2,19.

Quare non increpasti Ieremiam Anathothiten, qui prophetat vobis? † 29,27.

Increpet Dominus in te satan. Zach.3,2.

Et assumens eum Petrus, cœpit increpare illum, dicens: Absit à te, Domine: non erit tibi hoc. Matth 16,22. † 20,31. Luc.17,3.

Respondens autem alter increpabat eum, dicens: Neque tu times Deum quòd in eadem damnatione es. Luc.23,40.

Seniorem ne increpaueris, sed obsecra vt patrem; iuuenes, vt fratres. 1.Tim.5,1.

Insta opportunè, importunè: argue, obsecra, increpa in omni patientia, & doctrina. 2.Tim.4,2

Increpa illos durè, vt sani sint in fide. Tit.1,13.

INCRESCO.

Eò quòd increuerit clamor eorum coram Domino. Genes.19,13.

Hodie increuerunt serui, qui fugiunt dominos suos. 1.Reg.25,10. Mar.4,27.

INCVBO.

Nubes quippe Domini incubabat per diem tabernaculo, & ignis in nocte. Exod.40,36.

Matrem pullis vel ouis desuper incubantem: non tenebis eam cum filiis. Deut.22,6.

Incubuit super puerum, posuitque os suum super os eius. 4.Reg.4,34. Act.20,10.

INCVLPABILIS.

Subiiciatur ei omnis terra: tunc inculpabiles eritis ante Dominum. Num.32,22.

INCVLTVS.

Terra illa inculta, facta est vt hortus voluptatis. Ezech.36,35.

INCVMBO.

Saul incumbebant super hastam suam. 2.Regum 1,6.

Incubuit super puerum, posuitque os suum super os eius. 4.Reg.4,34. 1.Cor.9,16.

INCVRRO.

Ab incursu & dæmonio meridiano. Psal.90,6.

Nihil inquinatum in eam [sapientiam] incurrit. Sap.7,25.

INCVRVO.

Incuruatusque populus adorauit. Exo.12,27.

Incuruasti resistentes mihi subtus me. 2.Regum 22,40.

Incuruauit se super eum, & calefacta est caro pueri. 4.Reg.4,34.

Incuruantur ad fœtum, & pariunt, & rugitus emittunt. Iob 39,3.

Incuruauerunt animam meam. Psal.56,7.

Dixerunt animæ tuæ: Incuruare vt transeamus: & posuisti vt terram corpus tuum, & quasi viam transeuntibus. Isa.51,23.

INCVS.

Cor eius indurabitur tamquam lapis; & stringetur quasi malleatoris incus. Iob 41,15.

Faber ferrarius sedens iuxta incudem, & considerans opus ferri. Eccli.38,29.

INCVTIO.

Cum hymnis clamorem extollens, fugam Gorgiæ militibus incussit. 2.Mach.12,37.

INDECENS.

Indecens est stulto gloria. Prou.26,1,7.

INDEMNATVS.

Cæsos nos publicè indemnatos, homines Romanos miserunt in carcerem. Act.16,37. † 22,25.

INDESINENTER.

Eisdem ipsis hostiis, quas offerunt indesinenter. Heb.10,1.

INDIA.

Assueri, qui regnauit ab India vsque Aethiopiam. Esth.1,1.

Non conferetur [sapientia] tinctis Indiæ coloribus. Iob 28,16.

INDICO.

Nomen meum ADONAI non indicaui eis. Exod.6,3.

Nisi indicauerit, portabit iniquitatem suam. Leuit.5,1.

Hoc patri & matri noluit indicare. Iudic.14,6.

Si fortè indicet nobis de via nostra, propter quam venimus. 1.Reg.9,6.

Domine Deus Israel da indicium: quid est quòd non responderis seruo tuo hodie? † 14,41.

Indica mihi quid feceris. 43.

Nisi priùs indicauerit mihi. † 20,2.

Viro autem suo Nabal non indicauit. † 25,19.

Et non indicauit ei verbum pusillum, aut grande, vsque manè. 36.

Et mihi non indicasti seruo tuo, quis sessurus esset super thronum domini mei? 3.Reg. 1,27.

Indicabit tibi quid euenturum sit puero huic. † 14,3.

Et Dominus celauit à me, & non indicauit mihi. 4.Reg.4,27.

Indicat [Eliseus] regi Israel omnia verba quæcumque locutus fueris in conclaui tuo. † 6,12.

Indica mihi cur me ita iudices. Iob 10,2.

Et volatilia cæli, & indicabunt tibi. † 12,7.

Nox nocti indicat scientiam. Psal.18,3.

Adiurantem audit, & non indicat. Prouerbiorum 29,24. Eccles.7,1. Cant.1,6. Mich.6,8. Act.23,17. 1.Cor.10,28.

INDICTIO.

Erat indictio triginta millium virorum. 3.Regum 5,13.

INDIGENA.

Eritque sicut indigena terræ. Exod.12,48. Ezech.47,22.

INDIGEO.

Indigens & mendicus non erit inter vos. Deut.15,4.

Qua enim re apud me indiges, vt quæras ire ad terram tuam? 3.Reg.11,22.

Homo indigens misericors est. Prou.19,22.

Qui dat pauperi, non indigebit. † 28,27.

In tempore vitæ tuæ ne indigeas: meliùs est enim mori, quàm indigere. Eccli.40,29. Amos 4,6. 1.Cor.12,21. Iacob.2,15.

INDIGNOR.

Indignabitur furor meus. Exod.22,24.

Ne indignetur dominus meus. † 32,22.

Timui enim indignationem & iram illius, qua aduersum vos concitatus, delere vos voluit. Deut.9,19.

Indignatio. Dederunt Dauid decem millia, & mihi mille dederunt: quid ei superest, nisi solum regnum? 1.Reg.18,8.

Si enim videris indignari, *&c.* dices: Etiam seruus tuus Vrias Hethæus occubuit. 2.Reg.11,20.

Venit ergo Achab in domum suam indignans, & frendens super verbo, quod locutus fuerat ad eum Naboth, *&c.* proiiciens se in lectulũ suum, auertit faciem suam ad parietem, & non comedit panem. 3.Reg.21,4.

Obtulit holocaustum super murum: & facta est indignatio magna in Israel. 4.Reg.3,27.

Et abiret [Naaman] indignans, accesserunt ad eum serui sui. † 5,12.

Succendetur indignatio mea in loco hoc, & non extinguetur. † 22,17.

Iratusque Asa aduersus Videntem, iussit eum mitti in neruum: valdè quippe super hoc fuerat indignatus: & interfecit de populo in tempore illo plurimos. 2.Par.16,10.

Desinat indignatio tua circa nos. Iudith 3,2.

Indignatus Holofernes vehementer. † 6,1.

Forsitan enim indignationem suam abscindet, & dabit gloriam nomini suo. † 7,24.

Regis iusta est indignatio. Esth.1,18.

Non solùm non assurrexisse sibi [Mardochęũ] sed nec motum quidem de loco sessionis suæ, indignatus est valdè: & dissimulata ira, reuersus in domum suam, conuocauit ad se amicos. † 5,9.

Caligauit ab indignatione oculus meus. Iob 17,7.

Misit in eos iram indignationis suæ. Psalmo 77,49.

A facie iræ, & indignationis tuæ. † 101,11.

Indignatio regis, nuntij mortis: & vir sapiens placabit eam. Prou.16,14.

Qui ad indignandum facilis est, erit ad peccandum procliuior. † 29,22.

Eò quòd in multa sapientia, multa sit indignatio. Eccles.1,18.

Modicumque, & consummabitur indignatio, & furor meus super scelus eorum. Isa.10,25.

Indignatio non est mihi: quis dabit me spinam & veprem in prælio: gradiar super eam, succendam eam pariter? † 27,4.

Labia eius repleta sunt indignatione, & lingua eius quasi ignis deuorans. † 30,27.

Indignatio Domini super omnes Gentes, & furor super vniuersam militiam eorum: interfecit eos, & dedit eos in occisionem. † 34,2.

In momento indignationis abscondi faciem meam parumper à te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui. † 54,8.

Indignatus sum: & abiit vagus in via cordis sui. † 57,17.

Saluauit mihi brachium meum, & indignatio mea ipsa auxiliata est mihi. † 63,5.

Ne fortè egrediatur vt ignis indignatio mea, & succendatur, & non sit qui extinguat, propter malitiam cogitationum vestrarum. Ierem.4,4. † 21,12.

Ab indignatione eius commouebitur terra: & non sustinebunt Gentes comminationem eius. † 10,10.

Effunde indignationem tuam super Gentes, quæ non cognouerunt te. 25.

Recordare quòd steterim in conspectu tuo, vt loquerer pro eis bonum, & auerterem indignationem tuam ab eis. † 18,20.

Turbo Dominicæ indignationis egredietur, & tempestas erumpens super caput impiorum veniet. † 23,19.

Effudit quasi ignem indignationem suam. Thren.2,4.

Complebo indignationem meam in pariete, & in his qui liniunt eum absque temperamento. Ezech.13,15.

Requiescet indignatio mea in te: & auferetur zelus meus à te, & quiescam, nec irascar ampliùs. † 16,42.

Effundam super te indignationem meam: in igne furoris mei sufflabo in te, daboque in manus hominum insipientium, & fabricantium interitum. † 21,31.

Effudi indignationem meam super eos pro sanguine, quem fuderunt. † 36,18.

Et tenuerit vltrà furorem suum, & indignationem suã seruauerit vsque in finem. Amos 1,11.

Ante faciem indignationis eius quis stabit? & quis resistet in ira furoris eius? indignatio eius effusa est, vt ignis: & petræ dissolutæ sunt ab eo. Nahum 1,6.

Deponite & vos omnia, iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem de ore vestro. Col.3,8.

INDIGNE.

Eò quòd nouerat indignè agere filios suos, & non corripuerit eos. 1.Reg.3,13.

Sancta vasa, *&c.* contrectabat indignè, & contaminabat. 2.Mach.5,16. † 7,39.

Iesus

Iesus, indignè tulit, & ait illis: Sinite paruulos venire ad me. Mar.10,14. † 14.4.

Vel biberit calicem Domini indignè: reus erit corporis & sanguinis Domini. 1.Cor.11.27,29.

INDIGNVS.

Aut ego indigna fui illis, aut illi forsitan me non fuerunt digni: quia forsitan viro alij conseruasti me. Tob.3,19.

Quorum virtus manuum mihi erat pro nihilo, & vita ipsa putabantur indigni. Iob 30,2.

Qui lingua non est lapsus, & qui non seruiuit indignis se. Eccli.25,11.

Stabit in loco eius vilissimus, & indignus decore regio. Dan.11,20.

Quàm subditus fieri peccatoribus, & contra natales suos indignis iniuriis agi. 2.Mach.14,42.

Indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad Gentes. Act.13,46.

INDISCIPLINATVS.

Magna sunt enim iudicia tua Domine, & inenarrabilia verba tua, propter hoc indisciplinatæ animæ errauerunt. Sap.17,1.

Sit manus tua super os tuum, ne capiaris in verbo indisciplinato. Eccli.5,14.

Non te reputes in multitudine indisciplinatorum. † 7,17. † 20,9. † 22,3.

Indisciplinatæ sequelæ non assuescat os tuum: est enim in illa verbum peccati. † 23,17.

INDOCTVS.

Miseruntque sortes per vices suas, ex æquo, tam maior quàm minor, doctus pariter & indoctus. 1.Par.25,8.

Labia iusti erudiunt plurimos: qui autẽ indocti sunt, in cordis egestate morientur. Prou.10,20.

Superbus & arrogans vocatur indoctus, qui in ira operatur superbiam. † 21,24.

Moritur doctus similiter vt indoctus. Eccles.2,16.

Quàm aspera est nimiùm sapientia indoctis hominibus? Eccli.6,21.

Non communices homini indocto. † 8,5.

Appropiate ad me indocti, & congregate vos in domum disciplinæ. † 51,31.

Epistolis, loquens in eisdem his, in quibus sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & instabiles deprauant. 2.Pet.3.16.

INDOLES.

Vidensque Salomon adolescentem [Ierobóam] bonæ indolis, & industrium, constituerat eum præfectum super tributa. 3.Reg.11,28.

Sadoc etiã puer egregiæ indolis. 1.Par.12,28.

INDOMITVS.

Equus indomitus euadit durus, & filius remissus euadet præceps. Eccli.30,8.

Castigasti me, & eruditus sum, quasi iuuenculus indomitus: conuerte me & conuertar. Ierem.31,18.

Filij dura facie, & indomabili corde sunt, ad quos ego mitto te. Ezechielis 2,4.

INDVCO.

Induxisti nos in laqueum, posuisti tribulationes in dorso nostro. Psal.65,11.

Quòd si & bestias pessimas induxero super terram vt vastem eam. Ezech 14,15.

Ne nos inducas in tentationem. Matth 6,13.

INDVLCO.

In labiis suis indulcat inimicus: & in corde suo insidiatur, vt subuertat te in foueam. Eccli.12,15.

Nónne à ligno indulcata est aqua amara? † 38,5.

In omni ore quasi mel indulcabitur memoria eius [Iosiæ] † 49,2.

INDVLGEO.

Indulgentiam eius fusis lacrymis postulemus. Iudith 8,14.

Indulsisti genti Domine, indulsisti genti: numquid glorificatus es? elongasti omnes terminos terræ. Isa.26,15.

Prædicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertionem. † 61,1.

In dilectione sua, & in indulgentia sua ipse redemit eos. † 63,9. 1.Mach.10,29.

Hoc autem dico secundùm indulgentiam, non secundùm imperium. 1.Cor.7,6. 2.Cor.2,10.

INDVO.

Adæ & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos. Gen.3,21. † 27,15.

Panem ad vescendum, & vestimentum ad induendum, &c. erit mihi Dominus in Deum. † 28,20. Exod.29,10.

Lotos aqua indues sanctis vestibus, vt ministrent mihi. Exod.40,13.

Spoliabitur prioribus vestimentis, indutusque aliis, efferet eos [cineres] extra castra. Leuit.6,11. † 8,7. † 16,24.

Veste, quæ ex duobus texta est, non induêris. † 19,19.

Cumque nudaueris patrem veste sua, indues ea Eleazarum filium eius. Num. 20,26.

Non induetur mulier veste virili, nec vir vtetur veste feminea. Deut.22,5. Ios.9,5.

Spiritus autem Domini induit Gedeon. Iudic.6,34.

Vngere, & induere cultioribus vestimentis. Ruth 3,3. 1.Reg.17,38.

Quæ induta erat talari tunica: huiuscemodi enim filiæ regis virgines vestibus vtebantur. 2.Reg.13,18. † 14,2. † 22,50.

Spiritus verò induit Amasai principem inter triginta. 1.Par.12,18.

Dauid autem etiam indutus erat ephod lineo. † 15,27.

Spiritus itaque Dei induit Zachariam filium Ioiadæ sacerdotem. 2.Par.24,20. Iudith 4,9. Esther 4,1.

Qui oderunt te, induentur cõfusione. Iob 8,22.

Nudos dimittunt homines, indumenta tollentes, quibus non est operimentum in frigore. † 24,7. † 31,19.

Esto gloriosus, & speciosis induere vestibus. † 40,5.

Induantur cõfusione & reuerentia, qui magna loquuntur super me. Psal. 34,26. † 64,14. † 92,1. Prou. 31,22.

Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? Cant. 5,3.

Qui communicauerit superbo, induet superbiam. Eccli. 13,1.

Non est indutus illa alienigena aliquis, sed tantùm filij ipsius. † 45,16. Isa. 61,10.

Quare ergo rubrum est indumentum tuum? Isa. 63,2. Ierem. 10,3. Baruch 5,1.

Rex lugebit, & princeps induetur mœrore. Ezech. 7,27. † 10,6.

Cumque ingredientur portas atrij interioris, vestibus lineis induentur. † 44,17.

Iubente rege indutus est Daniel purpura. Dan. 5,29. † 12,6.

Super omnes qui induti sunt veste peregrina. Soph. 1,8.

Iesus erat indutus vestibus sordidis. Zach. 3,3,4. 1. Mach. 1,29.

Iuuenes induebant se gloriam & stolas belli. 1. Mach. 14,9.

Ne solliciti sitis animæ vestræ quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini. Matthæi 6,25. † 27,31.

Sed calceatos sandaliis, & ne induerentur duabus tunicis. Mar. 6,9. Luc. 7,25. † 23,11.

Sedete in ciuitate, quoadusq; induamini virtute ex alto. Luc. 24,49. Rom. 13,13. 1. Cor. 15,53.

Quicumque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis. Gal. 3,27.

Renouamini autem spiritu mentis, & induite nouum hominem, qui secundùm Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis. Ephes. 4,23. † 6,11. Iaco[illegible] 3.

Vestimentis albis induaris, & non appareat confusio nuditatis tuæ. Apoc. 3,18.

INDVRO.

Indurabo cor eius, & multiplicabo signa & ostenta mea. Exod. 7,3.

Induratumque est cor Pharaonis, & non audiuit eos, sicut præceperat Dominus. 13. † 8,19.

Indurauitque Dominus cor Pharaonis. † 9,12. † 10,20.

Induratum [cor] nimis: nec dimisit filios Israel, sicut præceperat Dominus per manũ Moysi. 35.

Indurabo cor eius, & persequetur vos. † 14,4,8,17.

Indurauerat Dominus Deus tuus spiritũ eius [Sehon] & obfirmauerat cor illius, vt traderetur in manus tuas. Deut. 2,30.

Domini enim sententia fuerat, vt indurarentur corda eorum. Iosue 11,20.

Nolite indurare ceruices vestras, sicut patres vestri: tradite manus Domino, & venite ad sanctuarium eius. 2. Par. 30,8.

Superbè egerunt & indurauerunt ceruices suas, & non audierunt mandata tua. 2. Esd. 9,16.

Quare errare nos fecisti Domine de viis tuis: indurasti cor nostrum ne timeremus te? Isa. 63,17.

Attriuisti eos, & renuerunt accipere disciplinã: indurauerunt facies suas supra petram. Ier. 5,3.

Indurauerunt ceruicem suam, ne audirent me, & ne acciperent disciplinam. † 17,23.

Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum: vt non videant oculis, & non intelligant corde. Ioan. 12,40.

Cùm autem quidam indurarentur, & non crederent, maledicentes viam Domini coram multitudine, discedens ab eis, segregauit discipulos, quotidie disputans in schola tyranni cuiusdam. Act. 19,9.

Ergo cuius vult miseretur, & quem vult indurat. Rom. 9,18.

INDVS.

Non conferetur tinctis Indiæ coloribus. Iob 28,16.

Indus Magister bestiæ. 1. Mach 6,37.

Regionem Indorum, & Medos, & Lydos, de optimis regionibus eorum: & acceptas eas ab eis, dederunt Eumeni regi. † 8,8.

INDVSTRIA.

Nosti in eis esse viros industrios, constitue illos magistros pecorum meorum. Gen. 47,6. Iosue 10,18.

Si quis per industriã occiderit proximum suum, & per insidias: ab altari meo euelles eum, vt moriatur. Exod. 21,14. Iudic. 19,9.

Manipulis, proiicite de industria, & remanere permittite, vt absque rubore colligat, & colligentem nemo corripiat. Ruth 2,16.

De industria seruatum est tibi. 1. Reg. 9,24. 3. Reg. 1,11. † 11,18.

Nuntiatur enim animi tui industria vniuersis gentibus. Iudith 11,6.

Qui quasi de industria recesserunt ab eo. Iob 34,27.

Rursum detestatus sum omnem industriam meam. Eccles. 2,18.

Industrias animaduerti patere inuidiæ proximi. † 4,4.

Post industriam sequetur sapientia. † 10,20. Ierem. 38,4.

INEBRIO.

Inebriati sunt cum eo. Genes. 43,34.

Inebriabo sagittas meas sanguine. Deuter. 32,42.

Vsquequò ebria eris? 1. Reg. 1,14.

Vocauit eum [Vriam] Dauid vt comederet coram se, & biberet, & inebriauit eũ. 2. Reg. 11,13.

Calix

Calix meus inebrians quàm præclarus est? Psal.22,5.

Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ: & torrente voluptatis tuæ potabis eos. † 35,9.

Visitasti terram, & inebriasti eam: multiplicasti locupletare eam. † 64,10. Prou.5,19. † 7,18.

Qui inebriat, ipse quoque inebriabitur. Prouerb.11,25.

Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi. Cant.5,1.

Inebriabo prati mei fructum. Eccli.24,42.

Plorabo in fletu Iazer vineam Sabama: inebriabo te lacryma mea Hesebon. Isa.16,9.

Obstupescite, & admiramini, fluctuate, & vacillate: inebriamini, & non à vino: mouemini, & non ab ebrietate. Quoniam miscuit vobis Dominus spiritum soporis, claudet oculos vestros, prophetas & principes vestros, qui vident visiones, operiet. † 29,10.

Bibite, & inebriamini, & vomite: & cadite, neque surgatis à facie gladij. Ierem.25,27.

Inebriaui animam lassam, & omnem animam esurientem saturaui. † 31,25.

Inebriate eum, quoniam contra Dominum erectus est. † 48,26.

Inebriabo principes eius, & sapientes eius, & duces eius, & magistratus eius, & fortes eius. † 51,57. Thren.3,15.

Et tu quoque inebriaberis, & eris despecta: & tu quæres auxilium ab inimico. Nahum 3,11.

Væ qui potum dat amico suo mittens fel suũ, & inebrians, vt aspiciat nuditatẽ eius. Hab.2,15.

Bibistis, & non estis inebriati: operuistis vos, & non estis calefacti. Agg.1,6. Luc.12,45. Ioan.2,10.

Bibentes inebriabuntur quasi à vino, & replebuntur vt phialæ, & quasi cornua altaris. Zachar.9,15.

Fecit illis conuiuium magnum, abscondit illic viros. Et cùm inebriatus esset Simon, & filij eius, surrexit Ptolomæus cum suis, & sumpserunt arma sua, & intrauerunt in conuiuium, & occiderunt eum, & duos filios eius, & quosdam pueros eius. 1.Mach.16,16.

Nolite inebriari vino, in quo est luxuria, sed implemini Spiritu sancto. Ephes.5,18.

Inebriati sunt qui inhabitant terram de vino prostitutionis eius. Apoc.17,2.

INEDIA.

Inedia inuadat costas illius. Iob 18,12.

INEFFVGIBILIS.

Ineffugibilem sustinebat necessitatem. Sapient.17,16.

INENARRABILIS.

Magna sunt enim iudicia tua Domine, & inenarrabilia verba tua. Sap.17,1.

INEPTVS.

Ineptas autẽ, & aniles fabulas deuita. 1.Tim.4,7

INERMIS.

Homines inermes, & sine virtute, & sine peritia artis pugnæ? Iudith 5,27.

INERTIA.

Homo sapiens in omnibus metuet, & in diebus delictorum attendet ab inertia. Eccli.18,27.

INERVDITIO.

De mendacio ineruditionis tuæ confundere. Eccli.4,30.

INEXCVSABILIS.

Ita vt sint inexcusabiles. Rom.1,20.

Propter quod inexcusabilis es ô homo omnis, qui iudicas. † 2,1.

INEXORABILIS.

Ad iracundiam prouocauimus: idcircò tu inexorabilis es. Thren.3,42.

INEXPVGNABILIS.

Sumet scutum inexpugnabile æquitatem. Sap.5,20.

Carnion dicitur: erat enim inexpugnabile, & accessu difficile. 2.Mach.12,21.

INEXTERMINABILIS.

Deus creauit hominem inexterminabilem, & ad imaginem similitudinis suæ fecit illum. Sapient.2,23.

INEXTINGVIBILIS.

Inextinguibile est lumen illius [sapientiæ.] Sap.7,10.

Congregabit triticum suum in horreum, paleas autem comburet igni inextinguibili. Matthæi 3,12. Luc.3,17.

Quàm duos pedes habentem mitti in gehennam ignis inextinguibilis. Mar.9,44.

INFAMIS.

Exultãt in rebus pessimis: quorum viæ peruersæ sunt, & infames gressus eorum. Prou.2,15.

Timens Deum, despicitur ab eo qui infami graditur via. † 14,1.

Per gloriam, & ignobilitatem, per infamiam, & bonam famam. 1. Cor.6,8.

INFANDVS.

Infandorum enim idolorum cultura, omnis mali causa est, & initium & finis. Sap.14,27.

INFANS.

De infantibus Hebræorum est hic. Exodi 2,6.

Vt dicas mihi: Porta eos in sinu tuo, sicut portare solet nutrix infantulum? Num.11,12.

Erit enim Nazaræus Dei ab infantia sua. Iudic.13,5.

Propter infantem, dum adhuc viueret, ieiunaui. 2.Reg.12,22.

Diuidite, inquit, infantem viuum in duas partes. 3.Reg.3,24.

Quem ab infantia timere Deum docuit, & abstinere ab omni peccato. Tob.1,10. † 4,21.

Infantes prostrauerunt contra faciem templi. Iudith 4,9.

Infantes meos dare in prædam, & virgines in captiuitatem. † 6,6.

Egrediuntur quasi greges paruuli eorum, & infantes eorum exultant lusibus. Iob 21,11.

Ab infantia creuit mecum miseratio: & de vtero matris meæ egressa est mecum. † 31,18.

Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem. Psal. 8,3.

Vsquequò paruuli diligitis infantiam. Prouerb. 1,22.

Relinquite infantiam, & viuite, & ambulàte per vias prudentiæ. † 9,6.

Sapientia aperuit os mutorum, & linguas infantium fecit disertas. Sap. 10,21.

Infantium insensatorũ more viuentes. † 12,24.

Delectabitur infans ab vbere super foramine aspidis. Isa. 11,8.

Infantes eorum allidentur in oculis eorum: diripientur domus eorum, & vxores eorum violabuntur. † 13,16.

Numquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui? & si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui. † 49,15.

Non erit ibi ampliùs infans dierum, & senex qui non impleat dies suos. † 65,20. Dan. 14,19.

Plateæ ciuitatis complebuntur infantibus & puellis, ludentibus in plateis eius. Zach 8,5.

Infantibus ad vbera suspensis, cùm publicè per ciuitatem circumduxissent, per muros præcipitauerunt. 2. Mach. 6,10. Mar. 9,21.

Exultauit in gaudio infans in vtero meo. Luc. 1,44. † 2,12. 2. Tim. 3,15.

Scribo vobis infantes, quoniam cognouistis patrem. 1. Ioan. 2,14.

Afferebant autem ad illum & infantes, vt eos tangeret. † 18,15. Rom. 2,20. 1. Pet. 2,2.

INFATVO.

Infatua, quæso Domine, consilium Achitophel. 2. Reg. 15,31.

Et assiduitate tua infatuatus, improperium patiaris. Eccli. 23,19.

INFELIX.

Mulier infelix nimis ego sum. 1. Reg. 1,15.

Contritio & infelicitas in viis eorum. Psalmo 13,3. Prou. 19,26.

Sapientiam enim & disciplinam qui abiicit, infelix est: & vacua est spes illorum. Sap. 3,11. † 13,10. † 15,14.

Denudare autem amici mysteria, desperatio est animæ infelicis. Eccli. 27,24. 2. Mach. 8,35.

Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius. Rom. 7,24.

INFENSVS.

Propter quod infensus fui generationi huic. Heb. 3,10.

Quibus autem infensus est quadraginta annis? Nónne illis, qui peccauerunt? 17.

INFERIOR.

Nec inferior vestri sum. Iob 13,2.

Introibunt in inferiora terræ. Psal. 62,10.

INFERNVS.

Descenderintque viuentes in infernum, scietis quòd blasphemauerint Dominum. Num. 16,30.

Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima. Deut 32,22.

Dominus mortificat & viuificat, deducit ad inferos & reducit. 1. Reg. 2,6.

Non deduces canitiem eius pacificè ad inferos. 3. Reg. 2,6.

Vt nefarij homines vno die ad inferos descendentes, reddant imperio nostro pacem, quam turbauerant. Esth. 13,7.

Sicut consumitur nubes, & pertransit: sic qui descenderit ad inferos, non ascendet. Iob 7,9.

Quis mihi hoc tribuat, vt in inferno protegas me? † 14,13.

Si sustinuero, infernus domus mea est. † 17,13.

Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. † 21,13.

Vsque ad inferos peccatum illius [adulteri.] † 24,19.

Nudus est infernus coram illo, & nullum est operimentum perditioni. † 26,6.

In inferno autem quis confitebitur tibi? Psal. 6,6.

Conuertantur peccatores in infernum. † 9,18.

Non derelinques animam meam in inferno. † 15,10.

Eduxisti ab inferno animam meam: saluasti me à descendentibus in lacum. † 29,4.

Erubescant impij, & deducantur in infernum: muta fiant labia dolosa. † 30,19.

Descendant in infernum viuentes. † 54,16.

Eruisti animam meam ex inferno inferiori. † 85,13.

Eruet animam suam de manu inferi? † 88,49.

Nisi quia Dominus adiuuit me: paulò minùs habitasset in inferno anima mea. † 93,17.

Non mortui laudabunt te Domine: neque omnes, qui descendunt in infernum. † 113,17.

Pericula inferni inuenerunt me. † 114,3.

Si descendero in infernum, ades. † 138,8.

Dissipata sunt ossa nostra secus infernum. † 140,7.

Deglutiamus eum sicut infernus viuentem. Prou. 1,12.

Et ad inferos semitæ ipsius. † 2,18.

Viæ inferi domus eius, penetrantes in interiora mortis. † 7,27.

Ignorauit quòd ibi sint gigantes, & in profundis inferni conuiuæ eius. † 9,18.

Infernus & perditio coram Domino: quantò magis corda filiorum hominum? † 15,11.

Infernus & perditio numquã implentur: similiter & oculi hominum insatiabiles. Prou. 27,20.

Quar-

Quartum, quod numquam dicit: Sufficit. Infernus. † 30,16.

Corda filiorum hominum implentur malitia, & contemptu in vita sua, & post hæc ad inferos deducentur. Eccles. 9,3.

Fortis est vt mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio. Cant. 8,6.

Nec inferorum regnum in terra. Sap. 1,14.

Non est qui agnitus sit reuersus ab inferis. † 2,1.

Talia dixerunt in inferno hi, qui peccauerant. † 5,14.

Ab altitudine inferorum eduxit illos. † 10,19.

Mors illius, mors nequissima: & vtilis potius infernus quàm illa. Eccli. 28,25.

Non est enim in inferno accusatio vitæ. † 41,7.

De altitudine ventris inferi, & a lingua coinquinata. † 51,7.

Dilatauit infernus animam suam, & aperuit os suum absque vllo termino, & descendent fortes eius, & populus eius, & sublimes gloriosique eius, ad eum. Isa. 5,14.

Pete tibi signum à Domino Deo tuo in profundum inferni, siue in excelsum supra. † 7,11.

Infernus subter conturbatus est in occursum aduentus tui, suscitauit tibi gigantes. † 14,9.

Ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo. Verumtamen ad infernum detrahêris in profundum laci. 15.

Percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum. † 28,15.

Infernus. Præparata est enim ab heri Topheth, à rege præparata, profunda, & dilatata. Nutrimenta eius, ignis & ligna multa: flatus Domini sicut torrens sulphuris succendens eam. † 30,33.

Dixi: In dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi. † 38,10

Non infernus confitebitur tibi. 18.

Deputatus es cum descendentibus in infernum. Baruch 3,11.

Exterminati sunt, & ad inferos descenderunt, & alij loco eorum surrexerunt. 19.

In die quando descendit ad inferos, induxi luctum, operui eum abysso: & prohibui flumina eius. Ezech. 31,15.

Loquentur ei potentissimi robustorum de medio inferni. † 32,21.

Qui descenderunt ad infernum cum armis suis, & posuerunt gladios suos sub capitibus suis. 27.

Quia eruit nos de inferno, & saluos fecit de manu mortis. Dan. 3,88.

Si descenderint vsque ad infernum, inde manus mea educet eos. Amos 9,2.

De ventre inferi clamaui, & exaudisti vocem meam. Ionæ 2,3.

Et quomodo vinum potantem decipit: sic erit vir superbus, & non decorabitur: qui dilatauit quasi infernus animam suam: & ipse quasi mors, & non adimpletur. Habac. 2,5.

Et tu Capharnaum, numquid vsque in cælum exaltaberis? vsque in infernum descendes. Matth. 11,23.

Mortuus est autem & diues, & sepultus est in inferno. Luc. 16,22.

Rudentibus inferni detractos [angelos] in tartarum tradidit cruciandos, in iudicium reseruari. 2. Pet. 2,4.

Equus pallidus: & qui sedebat super eum, nomen illi Mors, & infernus sequebatur eum. Apoc. 6,8.

Infernus & mors missi sunt in stagnum ignis. Hæc est mors secunda. † 20,14.

INFERO.

Infer digitum tuum huc, & vide manus meas. Ioan. 20,27.

Nihil enim intulimus in hunc mundum: haud dubium quòd nec auferre quid possumus. 1. Timoth. 6,7.

INFICIO.

Infecta est terra in sanguinibus. Psal. 105,39.

Et terra infecta est ab habitatoribus suis: quia transgressi sunt leges, mutauerunt ius. Isa. 24,5. Dan. 5,21.

INFICIOR.

Inficians insuper peierauerit. Leuit. 6,3.

INFIDELIS.

Generatio enim peruersa est, & infideles filij. Deut. 32,20.

Dens putridus, & pes lassus, qui sperat super infideli in die angustiæ. Prou. 25,19.

Non enim concupiscit multitudinem filiorum infidelium & inutilium. Eccli. 15,22.

Principes tui infideles, socij furum. Isa. 1,23.

Quiescere faciam superbiam infidelium. † 13,11.

Qui incredulus est, infideliter agit. 21,2.

Plaga mea desperabilis renuit curari: facta est mihi quasi mendacium aquarum infidelium. Ierem. 15,18.

O generatio infidelis & peruersa, vsquequò ero apud vos, & patiar vos? Luc. 9,41.

Diuidet eum, partemque eius cum infidelibus ponet. † 12,46.

Vt liberer ab infidelibus, qui sunt in Iudæa. Rom. 15,31. 1. Cor. 6,6.

Si qua mulier fidelis habet virum infidelem, & hic consentit habitare cum illa, non dimittat virum. 1. Cor. 7,13. † 10,27.

Quòd si infidelis discedit, discedat. 15. 2. Corinth. 4,4. † 6,14.

Domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior. 1. Tim. 5,8. Titum 1,15.

INFIGO.

Extenditque Aod sinistram manum, & tulit sicam

ficam de dextero femore suo, infixitque eam in ventre eius. Iudic.3,21.

Et clauum infixum in tempore eius. † 4,22.

Infixæ sunt Gentes in interitu, quem fecerunt. Psal.9,16. † 37,3.

Infixus sum in limo profundi: & non est substantia. † 68,4.

INFINITVS.

Erat illis in iumentis infinita substantia. Numer.32,1. 3.Reg.3,8.

Propter malitiam tuam plurimam, & infinitas iniquitates tuas. Iob 22,5.

Stultorum infinitus est numerus. Ecclef.1,15.

Infinitus est numerus populi omnium, qui fuerunt ante eum. † 4,16. Sap.7,14.

INFIRMVS.

Funibus, &c. ligatus fuero, infirmus ero vt ceteri homines. Iudic.16,7.

Infirmi accincti sunt robore. 1.Reg.2,4.

Et quæ multos habebat filios, infirmata est. 5.

Et nec in infirmitate sua quæsiuit [Asa] Dominum, sed magis in medicorum arte confisus est. 2.Par.16,12.

Miserere mei Domine quoniam infirmus sum. Psal.6,3.

Infirmabuntur, & peribunt à facie tua. † 9,4.

Multiplicatæ sunt infirmitates eorum: posteà accelerauerunt. † 15,4.

Qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt & ceciderunt. † 26,2.

Stratū eius versasti in infirmitate eius. † 40,4.

Qui sanat omnes infirmitates tuas. † 102,3.

Non erat in tribubus eorū infirmus. † 104,37.

Infirmati sunt, nec fuit qui adiuuaret. † 106,12

Miserabilis prorsus infirmitas: quomodo venit, sic reuertetur. Ecclef.5,15.

Quod enim infirmum est, inutile inuenitur. Sap.2,11.

Non te pigeat visitare infirmum: ex his enim in dilectione firmaberis. Eccli.7,39.

Ante languorem humilia te, & in tempore infirmitatis ostende conuersationem tuam. † 18,21.

Infirmitas grauis sobriam facit animā. † 31,2.

In multis enim escis erit infirmitas. † 37,33.

Fili in tua infirmitate ne despicias teipsum, sed ora Dominum, & ipse curabit te. † 38,9.

Infirmata est quæ peperit septem, defecit anima eius: occidit ei sol, cùm adhuc esset dies. Ierem.15,9.

Infirmus dicat: Quia fortis ego sum. Iocl.3,10

Infirmata est in bonum, quæ habitat in amaritudinibus. Mich.1,12.

Infirmatus est Basan, & Carmelus: & flos Libani elanguit. Nahum 1,4.

Ego in infirmitate constitutus, vestri autem memor benignè. 2.Mach.9,21.

Ipse infirmitates nostras accepit: & ægrotationes nostras portauit. Matth.8,17.

Curans omnem languorem, & omnem infirmitatem. † 9,35.

Et curarent omnem languorem, & omnem infirmitatem. † 10,1.

Infirmus eram, & visitastis me. † 25,36.

Nisi paucos infirmos impositis manibus curauit. Mar.6,5.

Quocumque introibat in vicos, vel in villas, aut ciuitates, in plateis ponebant infirmos, & deprecabantur eum, vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent. 56.

Curate infirmos, qui in illa sunt. Luc.10,9.

Et ecce mulier quæ habebat spiritum infirmitatis annis decem & octo: & erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere. † 13,11,12.

Post motionem aquæ, sanus fiebat à quacumque detinebatur infirmitate. Ioan.5,4.

Sequebatur eum multitudo magna, quia videbant signa quæ faciebat super his qui infirmabantur. † 6,2.

Ecce quem amas, infirmatur. † 11,3.

Vt in plateas eiicerent infirmos. Act.5,15.

Omnes qui in insula habebant infirmitates, accedebant, & curabantur. † 28,9.

Quod stultum est Dei, sapientius est hominibus: & quod infirmum est Dei, fortius est hominibus. 1.Cor.1,25.

Infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia. 27.

Peribit infirmus in tua scientia frater, propter quem Christus mortuus est. † 8,11.

Non diiudicans corpus Domini. Ideò inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi. † 11,30.

Quis infirmatur, & ego non infirmor? 2.Corinth.11,29.

Si gloriari oportet, quæ infirmitatis meæ sunt, gloriabor. 36.

Cùm enim infirmor, tunc potens sum. 2.Corinth.12,10.

Christus, qui in vobis non infirmatur, sed potens est in vobis? Nam etsi crucifixus est ex infirmitate: sed viuit ex virtute Dei. † 13,3.

Nam & nos infirmi sumus in illo: sed viuemus cum illo ex virtute Dei in vobis. 4.

Gaudemus enim, quoniam nos infirmi sumus, vos autem potentes estis. 9.

Infirmatus est [Epaphroditus] vsque ad mortem: sed Deus misertus est eius; non solùm autem eius, verùm etiam & mei, ne tristitiam super tristitiam haberem. Philipp.2,27.

Trophimum autem reliqui infirmum Mileti. 2.Tim.4,20.

Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum. Iacob.5,14.

INFLAMMO.

Inflammatum est cor meum. Psal.72,21.

Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in cir-

circuitu inimicos eius. † 96,3. † 104,19. Eccli.20,15.

Stipula,& inflãmabit eos dies veniens. Mal.4,1.

Inflammat [lingua] rotam natiuitatis nostræ, inflammata à gehenna. Iacob.3,6.

INFLIGO.

Qualem inflixit maculam, talem sustinere cogetur. Leuit.24,20.

INFLO.

Adulterij rea, pertransibunt eam aquæ maledictionis, & inflato ventre computrescet femur. Num.5,27.

Disrumpet illos inflatos sine voce. Sap.4,19.

Inflati estis: & non magis luctum habuistis, vt tollatur de medio vestrûm qui hoc opus fecit. 1.Cor.5,2.

Scientia inflat, charitas verò ædificat. † 8,1. † 13,4. Coloss.2,18.

INFLVO.

Habet fiduciam quòd influat Iordanis in os eius. Iob 40,18.

INFOECVNDVS.

Non erit infœcunda, nec sterilis in terra tua. Exod.23,26.

INFORMATIO.

Patientiam, ad informationem eorum, qui credituri sunt illi. 1.Tim.1,16.

INFORMIS.

Altare, *&c.* de saxis informibus & impolitis. Deut.27,6.

INFREMO.

Comminans mihi, infremuit contra me dentibus suis. Iob.16,10.

Infremuit [Iesus] spiritu, & turbauit semetipsum. Ioan.11,33.

INFRENO.

Laude mea infrenabo te, ne intereas. Isa.48,9.

INFRINGO.

Hæc gloriatio non infringetur in me. 2.Corinth.11,10.

INFRVCTVOSVS.

Non sit in recordatione, sed conteratur quasi lignum infructuosum. Iob 24,20.

Nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem redarguite. Ephes.5,11.

Discant autem & nostri bonis operibus præesse ad vsus necessarios, vt non sint infructuosi. Tit.3,14.

Arbores autumnales, infructuosæ, bis mortuæ. Iudæ v.12.

INFRVNITVS.

Animæ irreuerenti & infrunitæ ne tradas me. Eccli.23,6.

Vigilia, cholera, & tortura viro infrunito. † 31,23.

INFVNDO.

Infuderunt se Philisthiim super terram. 1.Regum 23,27.

Inebriat terrã, & infundit eam, & germinare eam facit. Isa.55,10.

INGEMISCO.

Ingemiscentes filij Israel, propter opera vociferati sunt: ascenditque clamor eorum ad Deum ab operibus. Exod.2,23.

Ingemuerunt, dicentes: Væ nobis. 1.Reg.4.8.

Tunc Tobias ingemuit, & cœpit orare cum lacrymis, dicens: Iustus es Domine. Tob.3,1.

Ingemuit vir eius, & audiens suspirauit modicum. Eccli.25,25.

Vbi non est mulier, ingemiscit egens. † 36,27. Isa.24,7.

Audierunt quia ingemisco ego, & non est qui consoletur me. Thren.1,21.

Et tu fili hominis ingemisce in contritione lumborum, & in amaritudinibus ingemisce coram eis. Ezech.21,6.

Ingemisce tacens, mortuorum luctum non facies. † 24,17.

Ingemuit Susanna, & ait: Angustiæ mihi sunt vndique. Dan.13,22. Ioel.1,18.

Cum plagis perimeretur [Eleazarus] ingemuit. 2.Mach.6,30.

Suspiciens in cælum, ingemuit. Mar.7,34. † 8,12.

Omnis creatura ingemiscit, & parturit vsque adhuc. Rom.8,22.

Ingemiscimus grauati, eò quòd nolumus exspoliari, sed superuestiri. 2.Cor.5,4.

Nolite ingemiscere fratres in alterutrum. Iacob.5,9.

INGENITVS.

Ingenitæ nobilitatis canitiem. 2.Mach.6,23.

INGENIVM.

Puer autem eram ingeniosus, & sortitus sum animam bonam. Sap.8,19.

Etiam vestræ charitatis ingenium bonum comprobans. 2.Cor.8,8.

INGENS.

Ciuitates ingentes, & ad cælum vsque muratas. Deut.9,1.

Domus Dei, & ingens locus possessionis eius. Baruch 3,24.

Et os loquens ingentia. Dan.7,8.

INGERO.

Sacratisque ædibus mulieres se vltrò ingerebant. 2.Mach.6,4.

INGLORIVS.

Ducit sacerdotes inglorios, & optimates supplantat. Iob 12,19.

Sicut obstupuerunt super te multi, sic inglorius erit inter viros aspectus eius. Isa.52,14.

INGRATVS.

Ingratitudo arguitur. Audite filij Leui: Num parum vobis est quòd separauit vos Deus Israel ab omni populo & iunxit sibi, vt seruiretis ei in cultu tabernaculi, & staretis coram frequentia po-

populi, & ministraretis ei? Num.16,9.† 20,5. Deut.3,2,6. Iudic.2,1.

Ingratitudo. Non est recordatus Ioas rex misericordiæ, quam fecerat Ioiada pater illius secum, sed interfecit filium eius, Zachariam] Qui cùm moreretur ait: Videat Dominus & requirat. 2.Par.24,22.1.Esd.9,13.

Ingratitudo. Nec contenti sunt gratias non agere beneficiis, & humanitatis in se iura violare. Esther 16,4.

Qui dicebant Deo: Recede à nobis, & quasi nihil posset facere Omnipotens, æstimabant eum: cùm ille impleisset domus eorũ bonis. Iob 22,18. Psal.77,42.

Pauper & sapiens, & liberauit vrbem per sapientiam suam, & nullus deinceps recordatus est hominis illius pauperis. Eccles.9,15.

Ingrati enim spes tamquam hibernalis glacies tabescet, & disperiet tamquam aqua superuacua. Sap.16,29.

Ingratus sensu derelinquet liberantem se. Eccli.29,22. Ierem.2,5.

Non es recordata dierum adolescentiæ tuæ, quando eras nuda, & confusione plena, conculcata in sanguine tuo. Ezech.16,22.

Ipse benignus est super ingratos & malos. Luc.6,35.

Parentibus non obedientes, ingrati, scelesti. 2.Tim.3,2.

INGRAVO.

Ingrauatum est cor Pharaonis. Exod.7,14.

Ingrauauit [Pharao] cor suum. †8,15.

INGREDIOR.

Ingressus est Noë & filij eius, &c. in arcam propter aquas diluuij. Genes.7,7.

Ingredere, benedicte Domini: cur foris stas? †24,31.

Ingressi sunt post eos, & omnis equitatus Pharaonis. Exod.14,23.

Diligebat Dauid: ipse enim ingrediebatur, & egrediebatur ante eos. 1.Reg.18,16.

Ingredere vxor Ieroboam: quare aliam te esse simulas? 3.Reg.14,6.

Ingressum regis exteriùs, conuertit [Achaz] in templum Domini, propter regem Assyriorum. 4.Reg.16,18.

Hæc dicit Dominus de rege Assyriorum: Non ingredietur vrbem hanc, nec mittet in eam sagittam, nec occupabit eam clypeus, nec circumdabit eam munitio. †19,32

Et si ingrediebatur vt videret, vana loquebatur. Psal.40,7.

Viderunt ingressus tuos Deus, ingressus Dei mei. †67,25.

Ingressus illius mandata æterna. Eccli.1,5.

Væ, &c. peccatori terram ingredienti duabus viis. †2,14. Ezech.46,19.

Amictus corporis, & risus dentium, & ingressus hominis enuntiant de illo. †19,27.

De omnibus orationem facio prosperè teingredi. 3.Ioan.v.2.

INGVEN.

Percussit ergo eum Abner auersa hasta in inguine. 2 Reg.2,23.

INHABITO.

Dominus dixit vt habitaret in nebula. 3.Regum 8,12.

Vt inhabitem in domo Domini in longitudinem dierum. Psal.22,6.

Inhabitabo in tabernaculo tuo in sæcula. †60,5.

Qui inhabitare facit vnius moris in domo. †67,7.

Vt inhabitet gloria in terra nostra. †84,10.

Neminem enim diligit Deus, nisi eum, qui cum sapientia inhabitat. Sap.7,28. †9,15.

Qualis rector est ciuitatis, tales & inhabitantes in ea. Eccli.10,2. Ierem.2,6. †50,39. Actorum 17,26. Rom.8,11.

Inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos. 2.Cor.6,16.

Christum: quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Col.2,9. Apocal.11,10.

INHIO.

Hostes eorum inhiabant sanguini. Esth.9,1.

INHONESTVS.

Cum inhonesto de honestate. Eccli.37,13. 2.Mach.9,1.

INHONORO.

Patrem & virum confundit audax, & ab impiis non minorabitur: ab vtrisque autem inhonorabitur. Eccli.22,5.

Ponam sepulchrum tuum, quia inhonoratus es. Nahum 1,14.

Honorifico Patrem meum, & vos inhonorastis me. Ioan.8,49.

Per præuaricationem legis Deum inhonoras. Rom.2,23.

INHORREO.

Cùm spiritus me præsente transiret, inhorruerunt pili carnis meæ. Iob 4,15.

INHOSPITALITAS.

Detestabiliorem inhospitalitatem instituerũt. Sap.19,13.

INIICIO.

Iniice pedem tuum in compedes illius, & in torques illius collum tuum. Eccli.6,25. Lucæ 21,12. Act.4,3.

Non vt laqueum vobis iniiciam. 1.Cor.7,35.

INIMICVS.

Inimicitias ponam inter te & mulierem, & semen tuum, & semen illius. Gen.3,15.

Appellauitque eum, Inimicitias. †26,21.

Si occurreris boui inimici tui, aut asino erranti, reduc ad eum. Exod.23,4.

Ini-

Inimicorum tuoru coram te terga v rt im. 27.
Inimici nostri sunt iudices. Deut 32 31.
Eiiciet à facie tua inimicum, dicetque: Contere. † 33,27.
Negabunt te inimici tui, & tu eorum colla calcabis. 29.
Sic pereant omnes inimici tui Domine. Iudic.5.31.
Factúsque est Saul inimicus Dauid cunctis diebus. 1.Reg.18,29.
Quando eradicauerit Dominus inimicos Dauid. † 20,15.
Ego tradam tibi inimicum tuum. † 24,5.
Fiant sicut Nabal inimici tui, & qui quærunt domino meo malum. † 25,26.
Inimicorum tuorum anima rotabitur, quasi in impetu & circulo fundæ. 29.
Conclusit Deus inimicum tuum hodie in manus tuas. † 26,8.
Interfeci vniuersos inimicos tuos à facie tua. 2.Reg.7,9.
Fiant, inquit, sicut puer, inimici domini mei regis. † 18,32. † 19,23.
Ait Achab ad Eliam: Num inuenisti me inimicum tibi? Qui dixit: Inueni, eò quòd venumdatus sis, vt faceres malum in conspectu Domini. 3.Reg.21,20.
Hostis & inimicus noster pessimus iste est Aman. Esth.7,6.
Cur faciem tuam abscondis, & arbitraris me inimicum tuum? Iob 13,24.
Sit vt impius, inimicus meus. † 27,7.
Inimicorum amor. Si gauisus sum ad ruinam eius qui me oderat, & exultaui quòd inuenisset eum malum. † 31,29.
Persequar inimicos meos, & comprehendam illos. Psal.17,38.
Inimicos meos dedisti mihi dorsum. 41.
Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtique. † 54,13.
Inimicos eorum operuit mare. † 77,53.
Inimici tui peribunt: & dispergentur omnes, qui operantur iniquitatem. † 91,10.
Inimicos eius induam confusione. † 131,18.
Cùm placuerint Domino viæ hominis, inimicos quoque eius conuertet ad pacem. Prou.16,7.
Cùm ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, & in ruina eius ne exultet cor tuum. † 24,17.
Si esurierit inimicus tuus, ciba illum. † 25,21.
Custodiuit illum ab inimicis. Sap.10,12.
Inimicos autem illorum demersit in mare. 19.
Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos. Eccli.6,5.
Ab inimicis tuis separare, & ab amicis tuis attende. 13.
Noli de mortuo inimico tuo gaudere: sciens quoniam omnes morimur, & in gaudium nolumus venire. † 8,8.

In bonis viri, inimici illius in tristitia: & in malitia illius, amicus agnitus est. Non credas inimico tuo in æternum. Eccli.12,9.
Viuens & videns subuersionem inimicorum suorum. † 25,10.
Memento nouissimorum, & desine inimicari. † 28,6.
Tolle aduersarium, & affige inimicũ. † 36,9.
Commemoratus est inimicorum in imbre, benefacere illis qui ostenderunt rectas vias. † 49,11.
Afflixerunt spiritum sancti eius: & conuersus est eis in inimicum. Isa.63,10.
Vt notum fieret nomen tuum inimicis tuis; à facie tua gentes turbarentur. † 64,2.
Vox populi de ciuitate, vox de templo, vox Domini reddentis retributionem inimicis suis. † 66,6.
Adducam inimicos tuos de terra, quam nescis: quia ignis succensus est in furore meo. Ier.15,14.
Inimici mei audierunt malum meum, lætati sunt, quoniam tu fecisti. Thren.1,21.
Quid est Israel quòd in terra inimicorum es? inueterasti in terra aliena, coinquinatus es cum mortuis: deputatus es cum descendentibus in infernum. Baruch 3,11.
Persecutus est enim te inimicus tuus, sed citò videbis perditionem ipsius: & super ceruices ipsius ascendes. † 4,25.
Eò quòd fueris inimicus sempiternus, & concluseris filios Israel in manus gladij in tempore afflictionis eorum. Ezech.35,5.
Nurus aduersus socrum suam: & inimici hominis domestici eius. Mich.7,6.
Ne læteris inimica mea super me, quia cecidi: consurgam, cùm sedero in tenebris, Dominus lux mea est. 8.
Aspiciet inimica mea, & operietur cõfusione, quæ dicit ad me: Vbi est Dominus Deus tuus? 10.
Repulsi sunt inimici eius præ timore eius, & omnes operarij iniquitatis conturbati sunt. 1.Mach 3,6.
Inimici erant ei omnes exercitus patrum eius. † 11,38.
Congregatæ sunt vniuersæ gentes conterere nos inimicitiæ gratia. † 13,6.
Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos: & orate pro persequentibus, & calumniantibus vos. Matth.5.44.
Veni enim separare, &c. filiam aduersus matrem suam, & nurum aduersus socrum suam: & inimici hominis domestici eius. † 10,36.
Vobis dico, qui auditis: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos. Luc.6,27.
Inimicos meos illos, qui noluerunt me regnare super se, adducite huc, & interficite ante me. † 19,27.
Si enim cùm inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filij eius: multò magis recon-

conciliati, salui erimus in vita ipsius. Rom.5,10.

Secundùm Euangelium quidem inimici propter vos. † 11,28.

Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit, potum da illi. Hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius. Noli vinci à malo, sed vince in bono malum. † 12,20.

Reconciliet ambos in vno corpore Deo per crucem, interficiens inimicitias in semetipso. Ephes.2,16.

Multi enim ambulant, quos sæpè dicebam vobis (nunc autem & flens dico) inimicos crucis Christi. Philip.3,18.

Cùm essetis aliquando alienati, & inimici sensu in operibus malis. Col.1,21.

Ne commisceamini cum illo, vt confundatur: & nolite quasi inimicum existimare, sed corripite vt fratrem. 2.Thess.3,15.

INIQVITAS.

Deus tuus, fortis, zelotes, visitans iniquitatem patrū in filios, in tertiam & quartam generationem eorum qui oderunt me. Exod.20,5.

Portabitque Aaron iniquitates eorum, quæ obtulerunt & sanctificauerunt filij Israel. † 28,38.

Portabitis iniquitatem Sanctuarij: & tu & filij tui simul sustinebitis peccata sacerdotij vestri. Numer.18,1.

Si in me, aut in Ionatha filio meo, est iniquitas hæc, da ostensionem. 1.Reg.14,41.

Si autem est iniquitas aliqua in me, tu me interfice, & ad patrem tuum ne introducas me. † 20,8.

In me sit, domine mi, hæc iniquitas. † 25,24.

Aufer iniquitatem famulæ tuæ. 28.

Sicut solent cadere coram filiis iniquitatis, sic corruisti. 2.Reg.3,34.

Si iniquè aliquid gesserit, arguam eum in virga virorum. † 7,14.

In me, domine mi rex, sit iniquitas, & in domum patris mei. † 14,9.

De iniquitate liberabis me. † 22,3.

Precor Domine, vt transferas iniquitatem serui tui, quia stultè egi nimis. † 24,10.

Deus meus confundor, & erubesco leuare faciem meam ad te: quoniam iniquitates nostræ multiplicatæ sunt super caput nostrum, & delicta nostra creuerunt vsque ad cælum. 1.Esd.9,6.

Vidi eos, qui operantur iniquitatem, & seminant dolores, & metunt eos. Iob 4,8.

Si iniquitatem quæ est in manu tua abstuleris à te, & non manserit in tabernaculo tuo iniustitia: tunc leuare poteris faciem tuam absque macula, & eris stabilis, & non timebis. Miseriæ quoque obliuisceris. † 11,14.

Quantas habeo iniquitates? † 13,23.

Inutilis homo, qui bibit quasi aquam iniquitatem? † 15,16.

Reuelabunt cæli iniquitatem eius, & terra consurget aduersus eum. † 20,27.

Infinitas iniquitates tuæ? † 22,5.

Conterebam molas iniqui. † 29,17.

Hoc enim nefas est, & iniquitas maxima. † 31,11.

Caue ne declines ad iniquitatem: hanc enim cœpisti sequi post miseriam. † 36,21.

Vt inueniatur iniquitas eius ad odium. Psalmo 35,3.

Iniquitates meę supergressę sunt caput meum. † 37,5.

Iniquitatem meam annuntiabo: & cogitabo pro peccato meo. 19.

In corde iniquitates operamini: in terra iniustitias manus vestræ concinnant. † 57,3.

Neque iniquitas mea, neque peccatum meum Domine: sine iniquitate cucurri & direxi. † 58,5.

Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet Dominus. † 65,18.

Appone iniquitatem super iniquitatem eorū: & non intrent in iustitiam tuam. † 68,28.

Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum: transierunt in affectum cordis. † 72,7.

Dixi iniquis: Nolite iniquè agere. † 74,5.

Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo. † 89,8.

Omnis iniquitas oppilabit os suum. † 106,42.

Multiplicata est super me iniquitas superborum. † 118,69.

Iniquos odio habui. 113.

Iniquitatem odio habui, & abominatus sum: legem autem tuam dilexi. 163.

Si iniquitates obseruaueris Domine: Domine quis sustinebit? † 129,3.

Vide, si via iniquitatis in me est. † 138,24.

Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringitur. Prou.5,22.

Properauit educere illum de medio iniquitatum. Sap.4,14.

Lassati sumus in via iniquitatis & perditionis. † 5,7.

Attendite ab omni iniquo. Eccli.17,11.

Qui gaudet super iniquitate, denotabitur. † 19,5.

Super iniquos creata sunt hæc omnia, & propter illos factus est cataclysmus. † 40,10.

A synagoga & plebe de iniquitate. † 41,22.

Melior est iniquitas viri, quàm mulier benefaciens, & mulier confundens in opprobrium. † 42,14.

Expectaui vt faceret iudicium, & ecce iniquitas; & iustitiam, & ecce clamor. Isa.5,7.

Præparate filios eius occisioni in iniquitate patrum suorum. † 14,21.

Grauabit eam iniquitas sua, & corruet, & non adiiciet vt resurgat. † 24,20.

Succisi sunt omnes qui vigilabant super iniquitatem. † 29,20.

Erit

Erit vobis iniquitas hæc sicut interruptio cadens. † 30,13.

Nec dicet vicinus: Elangui, populus qui habitat in ea auferetur ab eo iniquitas. † 33,24.

Loquimini ad cor Ierusalem,& aduocate eam: quoniam completa est malitia eius, dimissa est iniquitas illius. † 40,2.

Deleui vt nubem iniquitates tuas,& quasi nebulam peccata tua: reuertere ad me quoniam redemi te. † 44.22.

Ecce in iniquitatibus vestris venditi estis, & in sceleribus vestris dimisi matrem vestram. † 50,1.

Sed iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & Deum vestrum, & peccata vestra absconderunt faciem eius à vobis ne exaudiret. † 59,2.

Multiplicatæ sunt enim iniquitates nostræ coram te, & peccata nostra responderunt nobis: quia scelera nostra nobiscum, & iniquitates nostras cognouimus, peccare & mentiri contra Dominum: & auersi sumus ne iremus post tergum Dei nostri. 12.

Non audietur vltrà iniquitas in terra, vastitas & contritio in terminis tuis. † 60,18.

Cecidimus quasi folium vniuersi,& iniquitates nostræ quasi ventus abstulerunt nos. † 64,6.

Retribuam in sinum eorum iniquitates vestras, & iniquitates patrum vestrorum simul. † 65,7.

Quid inuenerunt patres vestri in me iniquitatis, quia elongauerunt à me? Ierem.2,5.

Verumtamen scito iniquitatem tuam, quia in Dominum Deum tuum præuaricata es:& dispersisti vias tuas alienis. † 3,13.

Vox in viis audita est, ploratus & vlulatus filiorum Israel: quoniam iniquam fecerunt viam suam,obliti sunt Domini Dei sui. 21.

Iniquitates vestræ declinauerunt hæc: & peccata vestra prohibuerunt bonum à vobis. † 5,25.

Vt iniquè agerent,laborauerunt. † 9,5.

Propter multitudinem iniquitatis tuæ reuelata sunt verecundiora tua. † 13,22.

Si iniquitates nostræ responderint nobis: Domine fac propter nomen tuum, quoniam multæ sunt auersiones nostræ,tibi peccauimus, † 14,7.

Non fuit occultata iniquitas eorum ab oculis meis. † 16,17.

Visitabo super regem Babylonis,& super gentem illam,dicit Dominus, iniquitatem eorum,& super terram Chaldæorum. † 25,12.

Sed vnusquisque in iniquitate sua morietur. † 31,30.

Reddis iniquitatem patrum in sinum filiorum eorum. † 32.18.

Iniquitas aduersum me, & caro mea super Babylonem. † 51,35.

Prophetæ tui viderunt tibi falsa & stulta, nec aperiebant iniquitatem tuam, vt te ad pœnitentiam prouocarent. Thren.2,14.

Nos iniquè egimus,& ad iracundiam prouocauimus: idcircò tu inexorabilis es. † 3,42.

Completa est iniquitas tua filia Sion, non addet vltrà vt transmigret te. † 4,22.

Et tu dormies super latus tuum sinistrū, & pones iniquitates domus Israel super eo. Ezech.4,4.

Iniquitas surrexit in via impietatis. † 7,11.

Iniquitas domus Israel & Iuda, magna est nimis valdè, & repleta est terra sanguinibus.† 9,9.

Et dicitis: Quare non portauit filius iniquitatem patris? Videlicet, quia filius iudicium & iustitiam operatus est. † 18,19.

Iniquitatem,iniquitatem,iniquitatem ponam eam. † 21,27.

Perfectus in viis tuis à die conditionis tuæ,donec inuenta est iniquitas in te. † 28,15.

In iniquitate sua capta sit domus Israel, eò quòd dereliquerint me. † 39,23.

Egressa est iniquitas de Babylone à senioribus iudicibus,qui videbantur regere populum. Daniel.13,5.

Cùm sanare vellèm Israel, reuelata est iniquitas Ephraim. Osee 7,1.

Idumæa in desertum perditionis: pro eo quòd iniquè egerint in filios Iuda,& effuderint sanguinem innocentem in terra sua. Ioël.3,19.

Propter interfectionem & propter iniquitatem in fratrem tuum Iacob, operiet te confusio, & peribis in æternum. Abd.v.10.

Iniquitas Libani operiet te, & vastitas animalium deterrebit eos de sanguinibus. Habac.2,17.

Reliquiæ Israel non facient iniquitatem, nec loquentur mendacium. Soph.3,13.

Operiet autem iniquitas vestimentum eius. Malach.2,16.

Et factum est: post obitum Iudæ emerserunt iniqui ex omnibus finibus Israel, & exorti sunt omnes qui operabantur iniquitatem. 1.Machab.9.23.

Viri iniqui interpellantes aduersus eum:& non intendit ad eos rex. † 10,61.

Contendebat,obsistente sibi principe sacerdotum,iniquum aliquid in ciuitate moliri. 2.Machab.3,4.

Et quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Matth.24,12.

Et cum iniquis reputatus est. Mar.15,28.

Qui in modico iniquus est,& in maiori iniquus est. Luc.16,10.

Et cum iniquis deputatus est. † 22,37.

Si quidem esset iniquum aliquid, aut facinus pessimum, ô viri Iudæi, rectè vos sustinerem. Act.18,14.

Repletos omni iniquitate,malitia, fornicatione,auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidio, contentione,dolo,malignitate. Rom.1,29.

Numquid iniquus est Deus, qui infert iram? † 3,5.

An nescitis quia iniqui regnum Dei non possidebunt? 1.Cor.6,9.

Scient ne à minore vsque ad maiorem eorum: quia propitius ero iniquitatibus eorum. & peccatorum eorum iam non memorabor. Heb.8,12.

Lingua ignis est, vniuersitas iniquitatis. Iacob.3,6.

Nouit Dominus pios de tentatione eripere: iniquos verò in diem iudicij reseruare cruciandos. 2 Pet. 2,9.

Omnis iniquitas, peccatum est: & est peccatum ad mortem. 1.Ioan.5,17.

INITIOR, INITIVM.

At illi comederunt & adorauerunt deos earũ. Initiatusque est Israel Beelphegor: & iratus Dominus. Num.25,3.

Saul offerebat holocaustum Domino de initiis prædarum. 1.Reg.15,12.

Quicumque venerit, & initiauerit manum suam in tauro de bobus, & in arietibus septem, fit sacerdos eorum qui non sunt dij. 2.Par.13,9.

Initio tu Domine terram fundasti. Psalmo 101,26.

Initiati sunt Beelphegor: & comederunt sacrificia mortuorum. † 105,28.

Dominus possedit me in initio viarum suarum. Prou.8,22.

Initium viæ bonæ, facere iustitiam. † 16,5.

Initium sapientiæ, timor Domini. Eccli.1,16.

Sacrificium sanctificationis offeres Domino, & initia sanctorum. † 7,35. † 15,14.

Ab initio, & ante sæcula creata sum. † 24,14.

A muliere initium factum est peccati, & per illam omnes morimur. † 25,33.

Initium vitæ hominis, aqua & panis, & vestimentum, & domus protegens turpitudinem. † 29,28. Isa 43,13.

Aedificauerunt excelsa Baal, quæ sunt in valle filij Ennom, vt initiarent filios suos & filias suas Moloch. Ierem.32,35. Ioan.2,11. Heb.3,14.

In sanguine Christi, quam initiauit nobis viam nouam. Heb.10,20.

Genuit nos verbo veritatis, vt simus initium aliquod creaturæ eius. Iacob.1,18. Ioan 1,1.

Ego sum α & ω: initium & finis. Apoc.21,6.

INIVNGO.

Nec ei quippiam necessitatis iniungetur publicæ, sed vacabit absque culpa domui suæ. Deuter.24,5.

INIVRIA.

Ne fortè memor sit iniuriæ, quam passus est. Gen.50,15.

Non quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum. Leuit.19,18.

Videntes autem filij Ammon quòd iniuriam fecissent Dauid, miserunt & conduxerunt mercede Syrum. 2 Reg.10,6.

Iniuria graues. Egredere, egredere vir sanguinum, & vir Belial. 2.Regum 16,7.

Iniuria quomodo mitiganda. Filius meus, qui egressus est de vtero meo, quærit animam meam: quantò magis nunc filius Iemini? dimittite eum, vt maledicat iuxta præceptum Domini. 11.

Neque memineris iniuriarum serui tui. 2.Regum 19,19.

Cur fecisti mihi iniuriam, & non mihi nuntiatum est priori, vt reducerem regem meum? 43.

Iniuria graues. Numquid & occidere me vis, sicut iam occidisti septem viros? Tob.3,10.

Facit iudicium iniuriam patientibus. Psalmo 145,7.

Libera eum, qui iniuriam patitur, de manu superbi: & non acidè feras in anima tua. Eccli.4,9.

Non placeat tibi iniuria iniustorum, sciens quoniam vsque ad inferos non placebit impius. † 9, 17.

Omnis iniuriæ proximi tui ne memineris, & nihil agas in operibus iniuriæ. † 10,6. † 28,1.

A pauperis iniuria auerterit manum suam, vsuram & superabundantiam non acceperit, iudicia mea fecerit. Ezech.18,17.

Ludibrio habitæ ciuitatis iniuriam, adhuc etiam veterum instituta conuulsa. 2.Mach.8,17.

Elatus autem in ira, arbitrabatur se iniuriam illorum qui se fugauerant, posse in Iudæos retorquere. † 9,4. Math 20,13.

Qui autem iniuriam faciebat proximo, repulit eum [Moysen.] Act.7,27.

Lucri que facere iniuriam hanc, & iacturam. † 27,21.

Quare non magis iniuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini? 1.Cor.6,7.

Qui enim iniuriam facit, recipiet id quod iniquè gessit. Col.3,25.

INIVSTVS.

Et auersatur omnem iniustitiam. Deut.25,16. Iob 11,14.

Dixit iniustus vt delinquat in semetipso. Psal.35,2.

Iniusti punientur: & semen impiorum peribit. † 36,28,38.

Iniustitiam cogitauit lingua tua. † 51,4.

Non proponebam ante oculos meos rem iniustam. † 100,3.

Propter iniustitias enim suas humiliati sunt. † 106,17.

Virum iniustum mala capient in interitu. † 139,12.

Ne æmuleris hominem iniustum, nec imiteris vias eius. Prou.3,31. Sap.10,3. Eccli 9,17.

Regnum à gente in gentem transfertur propter iniustitias, & iniurias, & contumelias, & diuersos dolos. Eccli.10,8.

Diues iniustè egit & fremet, pauper autem læsus tacebit. † 13,4.

Væ qui condunt leges iniquas: & scribentes,

tes, iniustitiam scripserunt. Isaiæ 10,1.

Væ qui ædificat domum suam in iniustitia, & cœnacula sua non in iudicio. Ierem.22,13. Hab.1,3.

Super omnem impietatem, & iniustitiam hominum eorum, qui veritatem Dei detinent in iniustitia. Rom.1,18.

Non enim iniustus Deus vt obliuiscatur operis vestri. Heb.6,10. 1.Pet.3,18.

Hæc est enim gratia, si propter Dei conscientiam sustinet quis tristitias, patiens iniustè. 1.Petri 2,19.

INNITOR.

Illo innitente super manum meam, si adorauero in templo Remmon. 4.Reg.5,18.

Et super vnam quidem innitebatur, quasi præ delicijs & nimia teneritudine corpus suum ferre non sustinens. Esth.15,6.

Innitetur super domum suam, & non stabit. Iob 8,15.

Quæ est ista quæ ascendit de deserto, delicijs affluens, innixa super dilectum suum. Cant.8,5.

Abominabilis & inutilis homo? Iob 15, 16.

Inutiles facti sunt. Psal. 52,4. Prou.14,35.

Quod enim infirmum est, inutile inuenitur. Sap.2,11. † 3,11.

Noli citatus esse in lingua tua; & inutilis, & remissus in operibus tuis. Eccli.4,34.

Est vir astutus multorum eruditor, & animæ suæ inutilis est. † 37,21. Isa.14,19.

Væ qui cogitatis inutile, & operamini malum in cubilibus vestris. Mich. 2,1. Matth.25,30. Luc.17,10. Philem.v.11. Heb.7,18.

INVVLNERABILIS.

Iudæos, & ob ipsum inuulnerabiles esse, eò quòd sequerentur leges ab ipso constitutas. 2.Mach.8,36.

IOAB.

Et veniat [sanguis] super caput Ioab, & super omnem domum patris eius. 2. Reg.3,29.

Ioab autem filium Saruiæ super exercitum. † 8,16.

Interfice eum, & sepeli, & amouebis sanguinem innocentem, qui effusus est à Ioab, à me, & à domo patris mei. 3.Reg.2,31.

Eò quòd Ioab inuitus exequeretur regis imperium. 2.Par.21,6.

IOACHAZ.

Regnauit Ioachaz filius Iehu. 4.Reg.13,1.

IOACHIN.

Subleuauit, *&c.* caput Ioachin regis Iuda de carcere. 4.Reg.25,27.

IOAKIM.

Vertitque nomen eius Ioakim. 4.Reg.23,44. Dan.1,2. † 13,29

IOANNA.

Ioanna vxor Chusæ. Luc.8,3.

Ioanna,& Maria Iacobi. † 24,10.

IOANNES.

Venit Ioannes Baptista prædicans in deserto Iudææ. Matth.3,1.

Decollauit Ioannē in carcere. † 14,10. † 16,14

Ioannes est nomen eius. Luc.1,63.

Ioannes quidem signum fecit nullum: omnia autem quæcumque dixit Ioannes de hoc, vera erant. Ioan.10,41.

Ego Ioannes frater vester, & particeps in tribulatione. Apoc.1,9. † 22,8.

IOAS.

Fecitque Ioas rectum coram Domino, cunctis diebus, quibus docuit eum Ioiada sacerdos. 4.Reg.12,2.

IOB.

Nam sicut beato Iob insultabant reges, ita isti parentes, & cognati eius irridebant vitam eius [Tobiæ] dicentes: Vbi est spes tua, pro qua eleēmosynas & sepulturas faciebas? Tob.2,15.

Vir erat in terra Hus, nomine Iob, & erat vir ille simplex, & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo. Iob 1,1.

Dominus autem benedixit nouissimis Iob magis quàm principio eius. † 42,12. Ezech.14,14.

Sufferentiam Iob audistis, & finem Domini vidistis. Iacob.5,11.

IOBAB.

Et Iobab omnes isti filij Iectan. Gen.10,29.

Regnauit pro eo Iobab filius Zaræ de Bosra. † 36,33. Ios.11,1. 1.Par.1,23.

IOCOR.

Iocantem cum Rebecca vxore sua. Gen.26,8.

IOEL.

Verbum Domini, quod factum est ad Ioel. Ioel.1,1. Act.2,16.

IOHANAN

Non audiuit Iohanan filius Caree, & omnes principes bellatorum, & vniuersus populus, vocem Domini. Ierem.43,4.

IOIADA.

Fecitque Ioas rectum coram Domino cunctis diebus, quibus docuit eum Ioiada sacerdos. 4.Reg.12,2. 2.Par.2,4,22.

IONA.

Beatus es Simō Bar-Iona. Mat.16,17. Luc.3,30.

Tu es Simon filius Iona. Ioan.1,42.

IONADAB.

Pro eo quòd obedistis præcepto Ionadab patris vestri, &c. non deficiet vir de stirpe Ionadab, filij Rechab, stans in conspectu meo. Ier.35,18.

IONAS.

Ionam filium Amathi prophetā. 4.Reg.14,25

Surrexit Ionas vt fugeret in Tharsis à facie Domini. Ionæ 1,3.

Tulerunt Ionam, & miserunt in mare: & stetit mare à feruore suo. 15.

Sicut enim fuit Ionas in vētre ceti tribus diebus, & tribus noctibus, sic erit Filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Mat.12,40.

IONATHAS.

Sortem inter me & inter Ionathan filium meum. Et captus est Ionathas. 1.Reg.14,42.

Sagitta Ionathæ numquam rediit retrorsum, & gladius Saul non est reuersus inanis. 2.Regum 1,23. † 21,12. 1.Par.10,2.

Et scidit Ionathas vestimenta sua, & posuit terram in capite suo, & orauit, & reuersus est Ionathas ad eos in prælium, & conuertit eos in fugam, & pugnauerunt. 1.Mach.11,71.

IOPPE.

Et cū omni gloria sua accepit Ioppen in portū, & fecit introitū in insulis maris. Et dilatauit fines gentis suæ, & obtinuit regionem. 1.Machab.14,5

IORAM.

Percussit Ioram inter scapulas. 4.Reg.9,24. Matth.1,8.

IORDANIS.

Des nobis eam in possessionem, aut facias nos transire Iordanem. Num.32,5.

Transierunt Iordanem, donec dilucesceret. 2.Reg.17,22,24.

Et habet fiduciam quòd influat Iordanis in os eius. Iob 40,18.

Iordanis conuersus est retrorsum. Psal.113,3.

Qui multiplicat quasi Iordanis in tempore messis. Eccli.24,36.

Quasi leo ascendet de superbia Iordanis. Ierem.50,44. Matth.4,15.

IOSAPHAT.

Creuit ergo Iosaphat, & magnificatus est vsque in sublime: atque ædificauit in Iuda domos adinstar turrium. 2.Par.17,12.

Fuit ergo Iosaphat diues & inclytus multùm, & affinitate coniunctus est Achab. † 18,1.

Circumdederunt eum dimicantes: at ille clamauit ad Dominum, & auxiliatus est ei, atque auertit eos ab illo. 31. † 19,2.

Reuocauit eos [Iosaphat] ad Dominum Deum patrum suorum. † 19,4.

Stans Iosaphat in medio eorum, dixit: Audite me viri Iuda, & omnes habitatores Ierusalem: Credite in Domino Deo vestro, & securi eritis: credite prophetis eius, & cuncta euenient prospera. † 20,20.

Ad Iosaphat, &c. Qui habuisti fœdus cum Ochozia, percussit Dominus opera tua, contritęque sunt naues. 37.

Congregabo omnes gentes, & deducam eas in vallem Iosaphat: & disceptabo cum eis ibi super populo meo. Ioel.3,2. Matth.1,8.

IOSEDEC.

Iosedec egressus est quando transtulit Dominus Iudam & Ierusalem. 1.Par.6,15.

Sic & Iesum filium Iosedec? qui in diebus suis ædificauerunt domum, & exaltauerunt templum sanctum Domino. Eccli.49,14.

Ad Iesum, filium Iosedec, sacerdotem magnum. Agg 1,1,12.

Facies coronas, & pones in capite Iesu filij Iosedec. Zach.6,11.

IOSEPH.

Vocauit nomen eius Ioseph, dicens: Addat mihi Dominus filium alterum. Gen.30,24.

Nato autem Ioseph, dixit Iacob socero suo: Dimitte me, vt reuertar in patriam. 25.† 40,12.

Ioseph cùm sedecim esset annorum, pascebat gregem. † 37,2.

Ad regis imperium eductum de carcere Ioseph, totonderunt: ac veste mutata obtulerunt ei. † 41, 14.

Ego sum Ioseph: adhuc pater meus viuit? † 45, 3.

Ioseph filius tuus viuit: & ipse dominatur in omni terra Aegypti. 26.

Ioseph ponet manus suas super oculos tuos. † 46,4.

Filius accrescens Ioseph, filius accrescens & decorus aspectu: filiæ discurrerunt super murum. Sed exasperauerunt eum, & iurgati sunt, inuideruntque illi habentes iacula. Sedit in forti arcus eius, & dissoluta sunt vincula brachiorum & manuum illius per manum potentis Iacob: inde pastor egressus est, lapis Israel. † 49,22. † 50, 17,25.

Tulit quoque Moyses ossa Ioseph secum: eò quòd adiurasset filios Israel. Exod.13,19.

Ioseph quoque ait: De benedictione Domini terra eius, de pomis cæli, & rore, atque abysso subiacente. De pomis fructuum solis ac lunæ, de vertice antiquorum montium, de pomis collium æternorum, & de frugibus terræ, & de plenitudine eius. Benedictio illius qui apparuit in rubo, veniat super caput Ioseph, & super verticem Nazaræi inter fratres suos. Quasi primogeniti tauri pulchritudo eius, cornua rhinocerotis cornua illius: in ipsis ventilabit Gentes vsque ad terminos terræ. Hæ sunt multitudines Ephraim: & hæc millia Manasse. Deut.33,13.

Data sunt primogenita eius [Ruben] filiis Ioseph. 1.Par.5,1.

In seruum venumdatus est Ioseph. Humiliauerunt in compedibus pedes eius, ferrum pertransiit animam eius, donec veniret verbum eius. Psalmo 104,17.

Nemo natus est in terra qualis Henoch: nam & ipse receptus est à terra. Neque vt Ioseph, qui natus est homo, princeps fratrũ, firmamentum gentis, rector fratrum, stabilimentum populi, & ossa ipsius visitata sunt, & post mortem prophetauerunt. Eccli.49,16. Ezech.47,13.

Ioseph in tempore angustiæ suæ custodiuit mandatum, & factus est Dominus Aegypti. 1.Mach.2,53. Matth.1,19.

Fide Ioseph, moriens, de profectione filiorum Israel memoratus est, & de ossibus suis mandauit. Heb.11,22. Apoc.7,8.

IOSIAS.

Filius nascetur domui Dauid, Iosias nomine, & immolabit super te sacerdotes excelsorum. 3.Reg.13,2.

Octo annorum erat Iosias cùm regnare cœpisset, triginta & vno anno regnauit. 4.Reg.22,1.

Legitque [Iosias] cunctis audientibus omnia verba libri fœderis, &c. & fœdus percussit coram Domino, vt ambularent post Dominum. † 23,2.

Conuersus Iosias, vidit ibi sepulchra, quæ erant in monte: misitque & tulit ossa de sepulchris, & combussit ea super altare, & polluit illud. 16.

Occidit [Iosias] vniuersos sacerdotes excelsorum, qui erant ibi super altaria. 20.

Sed nec quisquam de cunctis regibus Israel fecit Phase sicut Iosias, Sacerdotibus, & Leuitis, & omni Iudæ, & Israel. 2.Par.35,18.

Noluit Iosias reuerti, sed præparauit contra eum bellum, nec acquieuit sermonibus Nechao ex ore Dei: verùm perrexit vt dimicaret in campo Mageddo. Ibique vulneratus à sagittariis. 22.

Luxerunt eum: Ieremias maximè: cuius omnes cantores & cantatrices, vsque in præsentem diem, lamentationes super Iosiam replicant. 25.

Reliqua autem sermonum Iosiæ, & misericordiarum eius, quæ lege præcepta sunt Domini; opera quoque illius prima & nouissima, scripta sunt in Libro regum. 26.

Memoria Iosiæ in compositionem odoris facta opus pigmentarij. In omni ore quasi mel indulcabitur eius memoria, & vt musica in conuiuio vini. Ipse est directus diuinitùs in pœnitentiam gentis, & tulit abominationes impietatis. Et gubernauit ad Dominum cor ipsius, & in diebus peccatorum corroborauit pietatem. Præter Dauid, & Ezechiam, & Iosiam, omnes peccatum commiserunt. Eccli.49,1.

IOSVE.

Vocauitque Osee filium Nun, Iosue. Numer.13,17.

Et loqueretur Dominus ad Iosue filium Nun, ministrum Moysi. Iosue 1,1.

Misit igitur Iosue, Filius Nun de Setim duos viros exploratores. † 2,1.

Dixitque Dominus ad Iosue: Hodie incipiam exaltare te coram omni Israel. † 3,7.

Alios quoque duodecim lapides posuit Iosue in medio Iordanis alueo. † 4,9. † 5,13. † 10,14.

Percussit ergo Iosue in die illo fœdus, & proposuit

posuit populo præcepta atque iudicia in Sichem. † 24,25.

Mortuus est Iosue filius Nun seruus Domini, centum & decem annorum. 29. Eccli. 46,1,5,10.

IOTA.

Iota vnum, aut vnus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant. Matth. 5,18.

IRA.

Irati sunt valdè, eò quòd fœdam rem operatus esset in Israel. Gen. 34,7.

Ne irascamini in via. † 45,24.

Iratus Dominus in Moysen. Exod 4,14.

Et exiuit à Pharaone iratus nimis. † 11,9.

Misisti iram tuam, quæ deuorauit eos sicut stipulam. † 15,7,14. † 16,20.

Cur, Domine, irascitur furor tuus contra populum tuum? † 32,11.

Quiescat ira tua, & esto placabilis super nequitia populi tui. 12. Num. 14,19.

An oculos nostros vis eruere? Non venimus. Iratusque Moyses valdè, ait ad Dominum: Ne respicias sacrificia eorum. Num. 16,15.

Egressa est ira à Domino & plaga desæuit. 46.

Iratusque Balac contra Balaam compositis manibus, ait. † 24,10.

Iram auertit iustitia. Suspende contra solem eos in patibulis; vt auertatur furor meus ab Israel. † 25,4.

Phinees filius Eleazari filij Aaron sacerdotis auertit iram meam à filiis Israel: quia zelo meo commotus est contra eos, vt non ipse delerem filios Israel in zelo meo. 11.

Ne quando irascatur furor Domini Dei contra te, & auferat te de superficie terræ. Deut. 6,15.

Aduersum Aaron quoque vehementer iratus, voluit eum conterere, & pro illo similiter deprecatus sum. † 9,20.

Ad iracundiam concitatus est: quia prouocauerunt eum filij sui & filiæ. † 32,19.

Propter iram inimicorum distuli. 27.

Contra quos Dominus iratus, tradidit eos in manus Philisthiim & filiorum Ammon. Afflictique sunt & vehementer oppressi per annos decem & octo. Iudic. 10,7.

Iratusque nimis [Samson] ascendit in domum patris sui. † 14,19.

Iratus est furor eius nimis. 1. Reg. 11,6.

Iratus est contra Dauid. † 17,28.

Iratus autem Saul nimis, & displicuit in oculis eius sermo iste. † 18,8.

Iratus iracundia Saul, abiit etiam ipse in Ramatha. † 19,22.

Si autem fuerit iratus, scito quia completa est malitia eius. † 20,7.

Iratus autem Saul aduersum Ionathan, dixit ei: Fili mulieris virum vltrò rapientis. 30.

Surrexit ergo Ionathas à mensa in ira furoris. 34.

Quia non obedisti voci Domini, neque fecisti iram furoris eius in Amalec. Idcircò quod pateris, fecit tibi Dominus hodie. 1. Reg. 28,18.

Irati sunt autem aduersus eum [Dauidem] principes Philisthiim, & dixerunt ei: Reuertatur vir iste & sedeat in loco suo. † 29,4.

Iratus nimis propter verba Isboseth. 2. Regum 3,8.

Iratusque est indignatione Dominus contra Ozam, & percussit eum super temeritate: qui mortuus est ibi iuxta arcam Dei. † 6,7.

Iratus autem indignatione Dauid aduersus hominem illum nimis. † 12,5.

Cur irasceris super hac re? † 19,42.

Iratus tradideris eos inimicis suis. 3. Reg. 8,46.

Iratus est Dominus Salomoni, quòd auersa esset mens eius à Domino. † 11,9.

Iratus Naaman recedebat. 4 Reg. 5,11.

Fecit malum, &c. iratusque est furor Domini contra Israel, & tradidit eos in manu Hazael regis Syriæ, & in manu Benadad filij Hazael, cunctis diebus. † 13,3.

Iratus est vir Dei contra eum. 19.

Iratusque est Dominus vehementer Israeli. † 17,18.

Magna enim ira Domini succensa est contra nos. † 22,13.

Verumtamen non est auersus Dominus ab ira furoris sui magni, quo iratus est furor eius contra Iudam: propter irritationes, quibus prouocauerat eum Manasses. † 23,26.

Irascebatur enim Dominus contra Ierusalem, & contra Iudam, donec proiiceret eos. † 24,20.

Quia humiliati sunt, auersa est ab eis ira Domini, nec deleti sunt penitùs: siquidem & in Iuda inuenta sunt opera bona. 2. Par. 12,12.

Iratusque Asa aduersus Videntem, iussit eum mitti in neruum. † 16,10.

Iram Domini merebaris, sed bona opera inuenta sunt in te. † 19,2.

Et ne veniat ira super vos. 10.

Facta est ira contra Iudam, propter hoc peccatum. † 24,18.

Iratus Dominus contra Amasiam, misit ad illum prophetam. † 25,15.

Ad iracundiam prouocauit Dominũ. † 28.25.

Eleuatum est cor eius [Ezechiæ:] & facta est contra eum ira, & contra Iudam & Ierusalem. † 32,25.

Omne quod ad ritum Dei cæli pertinet, tribuatur diligenter in domo Dei cæli, ne fortè irascatur contra regnum regis, & filiorum eius. 1. Esd. 7,23.

Numquid iratus es nobis vsque ad consummationem, ne dimitteres nobis reliquias ad salutem? † 9,14.

Factum est autem, cùm audisset Sanaballat quòd ædificaremus murum, iratus est valdè, & motus

motus nimis subsannauit Iudæos. 2.Esd.4,2.

Prouocauerunt autem te ad iracundiam, & recesserunt à te. † 9, 26.

Et vos additis iracundiam super Israel, violando sabbatum. † 13,18.

Vxor eius irata respondit: Manifestè vana facta est spes tua, & eleemosynæ tuæ modò apparuerunt. Tob.2,22.

Qui cùm iratus fueris, misericordiam facies. † 3,13.

Irati sunt omnes magnates Holofernis, & cogitabant interficere illum [Achior.] Iudith 5, 26.

Non est iste sermo, qui misericordiam prouocet, sed potiùs qui iram excitet, & furorem accendat. † 8,12.

Neque sicut filius hominis ad iracundiam inflammabitur. 15.

Quoniam iratus est illis Deus, hæc ipsa missa sum nuntiare tibi. † 11,17.

Venire contempsit [Vasthi.] Vnde iratus rex, & nimio furore succensus, interrogauit sapientes. Esth.1,13.

Irati sunt Bagathan & Thares duo eunuchi regis. † 2,21.

Non flecteret sibi genu, nec se adoraret, iratus est valdè. † 3,5.

Indignatus est valdè, & dissimulata ira, reuersus in domum suam. † 5,10.

Rex autem iratus surrexit, & de loco conuiuij intrauit in hortum. † 7,7.

Spiritu iræ eius esse consumptos. Iob 4,9.

Verè stultum interficit iracundia. † 5,2.

Deus, cuius iræ nemo resistere potest, & sub quo curuantur qui portant orbem. † 9,13.

Iratus est contra me furor eius. † 19,11.

Iratus indignatusque est Eliu. † 32,2.

Non te ergo superet ira, vt aliquem opprimas. † 36,18.

Iratus est furor meus in te. † 42,7.

Cùm exarserit in breui ira eius, beati omnes qui confidunt in eo. Psal.2,13.

Irascimini, & nolite peccare. 4,5.

Numquid irascitur per singulos dies? † 7,12.

Ascendit fumus in ira eius, & ignis à facie eius exarsit: carbones succensi sunt ab eo. † 17,9.

Ira in indignatione eius, & vita in voluntate eius. † 29,6.

In iracundia terræ loquentes dolos cogitabant. † 34,20.

Desine ab ira, & derelinque furorem. † 36,8.

Ne in ira tua corripias me. † 37,2.

Iratus es, & misertus es nobis. † 59,3.

Effunde super eos iram tuam: & furor iræ tuæ comprehendat eos. † 68,25.

Iratus est furor tuus super oues pascuæ tuæ? † 73,1.

Ex tunc ira tua. † 75,8.

In iram excitauerunt Excelsum in inaquoso. † 77,17.21,31,38.

Viam fecit semitæ iræ suæ, & non pepercit à morte animabus eorum. 50.

In iram concitauerunt eum in collibus suis. 58.

Vsquequò Domine irasceris in finem. † 78,5.

In ira tua turbabis eos. † 82,16.

Mitigasti omnem iram tuam, auertisti ab ira indignationis tuæ. † 84,4.

In me transierunt iræ tuæ. † 87,17.

Quis nouit potestatem iræ tuæ, & præ timore tuo iram tuam dinumerare? † 89,11.

Irascantur populi, qui sedes super cherubim, moueatur terra. † 98,1.

Non in perpetuum irascetur. † 102,9.

Iratus est furore Dominus in populum suum. † 105,40.

Cùm irasceretur furor eorum in nos. † 123,3.

Fatuus statim indicat iram suam: qui autem dissimulat iniuriam, callidus est. Prou.12,16.

Responsio mollis frangit iram: sermo durus suscitat furorem. † 15,1.

Ira patris, filius stultus. † 17,25.

Spiritum verò ad irascendum facilem quis poterit sustinere? † 18,14.

Sicut fremitus leonis, ita & regis ira: & sicut ros super herbam, ita & hilaritas eius. † 19,12.

Noli esse amicus homini iracundo. † 22,24.

Sic homo iracundus suscitat rixas. † 26,21.

Ira non habet misericordiam, nec erumpens furor: & impetum concitati ferre quis poterit? † 27,4.

Vir iracundus prouocat rixas: & qui ad indignandum facilis est, erit ad peccandum procliuior. † 27,22.

Qui prouocat iras, producit discordias. † 30,33.

Melior est ira risu, quia per tristitiam vultus corrigitur animus delinquentis. Eccles.7,4.

Ne sis velox ad irascendum: quia ira in sinu stulti requiescit. 10.

Acuet autem duram irã in lanceam. Sap.5,21.

Naturas animalium, & iras bestiarum, vim ventorum, & cogitationes hominum. † 7,20.

Per iram homicidij fraterni deperiit. † 10,3.

Hæc profugum iræ fratris iustum deduxit per vias rectas. 10.

Cum ira iudicati impij tormenta paterentur. † 11,10.

Sed non in perpetuũ ira tua permansit. † 16,6.

Impijs autem vsque in nouissimum sine misericordia ira superuenit. † 19,1.

Ab inope ne auertas oculos tuos propter iram. Eccli. 4,5.

Memento iræ, quoniam non tardabit. † 7,18.

Cum iracundo non facies rixam. † 8,19.

Memento iræ in die consummationis. † 18,24.

Quàm bonum est arguere, quàm irasci? † 20,1.

Non est ira super iram mulieris. † 25,22.

In duobus contristatum est cor meum,& in tertio iracundia mihi aduenit. † 26,25.

Ira & furor, vtraque execrabilia sunt, & vir peccator continens erit illorum. † 27,33.

Homo homini reseruat iram, & à Deo quærit medelam? In hominem sibi similem non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur? Ipse cùm caro sit, reseruat iram, & propitiationem petit à Deo? † 28,3.

Homo enim iracundus incendit litem, & vir peccator turbabit amicos, & in medio pacem habentium immittet inimicitiam. 11.

Secundùm substantiam suam exaltabit iram suam. 12.

Zelus & iracundia minuunt dies. † 30,26.

Quomodo cataclysmus aridam inebriauit: sic ira ipsius gentes, quæ non exquisierunt eum, hereditabit. † 39,28.

Consumpti sunt in impetu iracundiæ.† 45,23.

Inducere iracundiam ad liberos tuos,& incitari stultitiam tuam, vt faceres imperium bipartitum. † 47,22.

Qui scriptus es in iudiciis temporum lenire iracundiam Domini. † 48,10.

Iratus est furor Domini in populum suum, & extendit manum suam super eum, & percussit eum. Isa.5,25.

In ira Domini exercituum conturbata est terra, & erit populus quasi esca ignis. † 9,19.

Iratus sum super populum meum, contaminaui hereditatem meam, & dedi eos in manu tua: non posuisti eis misericordias. † 47,6.

Consurge Ierusalem, quæ bibisti de manu Domini calicem iræ eius. † 51,17.

Non enim in sempiternum litigabo,neque vsque ad finem irascar. † 57,16.

Ipsi autem ad iracundiam prouocauerunt, & afflixerunt spiritum sancti eius: & conuersus est eis in inimicum, & ipse debellauit eos. † 63,10.

Ecce tu iratus es,& peccauimus. † 64,5.

Ne irascaris Domine satis, & ne vltrà memineris iniquitatis nostræ. 9.

Numquid irascèris in perpetuum,aut perseuerabis in finem? Ierem.3,5,12.

Quia non est auersa ira furoris Domini à nobis. † 4,8.

Numquid me ad iracundiam prouocant, dicit Dominus? nónne semetipsos in confusionem vultus sui? † 7,19.

Quare ergo mè ad iracundiam concitauerunt in sculptilibus suis. † 8,19.

Neque me ad iracundiam prouocetis in operibus manuum vestrarum, & non affligam vos. † 25,6.

Conticuerunt arua pacis à facie iræ furoris Domini. 37.

Non auertet iram indignationis Dominus,donec faciat & compleat cogitationem cordis sui in nouissimo dierum intelligetis ea. † 30,24.

Irati principes contra Ieremiam, cæsum eum miserunt in carcerem. † 37,14.

Ab ira Domini non habitabitur, sed redigetur tota in solitudinem. † 50,13.

Proiiciens repulisti nos, iratus es contra nos vehementer. Thren.5,22.

Auertatur ira tua à nobis. Baruch 2,13.

Venumdati estis Gentibus non in perditionem: sed propter quod in ira ad iracundiam prouocastis Deum. † 4,6.

Filij patienter sustinete iram, quæ superueniet vobis. 25.

De propinquo effundam iram meam super te, & complebo furorem meum in te. Ezech.7,8.

Effudi super eos indignationem meam, in igne iræ meæ consumpsi eos. † 22,31.

Facient in Edom iuxta iram meam,& furorem meum: & scient vindictam meam. † 25,14.

Auertatur, obsecro,ira tua,& furor tuus,à ciuitate tua Ierusalem,& monte sancto tuo. Danielis 9,16.

Super eos effundam quasi aquam iram meam. Osee 5,10.

Benè irascor ego vsque ad mortem. Ionæ 4,9.

Iram Domini portabo, quoniam peccaui ei. Mich.7,9.

Vlciscens Dominus in hostes suos, & irascens ipse inimicis suis. Nahum 1,2.

Cùm iratus fueris, misericordiæ recordaberis. Habac.3,2.

Numquid in fluminibus iratus es, Domine? 8.

Antequam veniat super vos ira furoris Domini. Soph.2,2.

Iratus est Dominus super patres vestros iracundia. Zach.1,2.

Ira magna ego irascor super gentes opulentas. 15.

Vocabuntur termini impietatis, & populus cui iratus est Dominus vsque in æternum. Mal.1,4.

Facta est ira magna super populum valdè. 1.Mach.1,6.

Perdidit [Iudas] impios ex eis,& auertit iram ab Israel. † 3,8.

Qui derelictus in ira Dei omnipotentis est, iterùm in magni Domini reconciliatione cum summa gloria exaltabitur. 2.Mach.5,20.

In iram conuersi sunt propter sermones ab eo [Eleazaro] dictos,quos illi per arrogantiam prolatos arbitrabantur. † 6,29.

Progenies viperarum, quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira? Matth.3,7.

Omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. † 5,22.

Circumspiciens eos cum ira, contristatus super cæcitate cordis eorum dicit homini: Extende manum tuam. Mar.3,5.

Erit

Erit enim pressura magna super terram, & ira populo huic. Luc.21,23.

Erat autē iratus Tyriis, & Sidoniis. Act.12,20.

Qui verò increduli fuerunt Iudæi, suscitauerunt, & ad iracundiam concitauerunt animas Gentium aduersus fratres. † 14,2.

His auditis, repleti sunt ira, & exclamauerunt, dicentes: Magna Diana Ephesiorum. † 19,28.

Reuelatur enim ira Dei de cælo, super omnem impietatem. Rom.1,18.

Secundùm autem duritiam tuam, & impœnitens cor thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei. † 2,5.

Numquid iniquus Deus, qui infert iram? † 3,5.

Lex enim iram operatur. † 4,15.

Eramus naturâ filij iræ, sicut & ceteri. Eph.2,3.

Irascimini, & nolite peccare: sol non occidat super iracundiam vestram. † 4,26.

Qui eripuit nos ab ira ventura. 1.Thes.1,10.

Peruenit enim ira Dei super illos vsque in finem. † 2,16.

Non posuit nos Deus in iram, sed in acquisitionem salutis. † 5,9.

Ira enim viri iustitiam Dei non operatur. Iacob.1,20.

Thesaurizastis vobis iram in nouissimis diebus. † 5,3.

Agni: quoniam venit dies magnus iræ ipsorum, & quis poterit stare? Apoc 6,17.

Iratæ sunt Gentes, & aduenit ira tua, & tempus mortuorum iudicari, & reddere mercedem seruis tuis Prophetis. † 11,18.

Væ terræ & mari, quia descendit diabolus ad vos, habens iram magnam, sciens quòd modicum tempus habet. † 12,12.

Iratus est draco in mulierem: & abiit facere prælium cum reliquis de semine eius. 17.

Hic bibet de vino iræ Dei. † 14,10.

Quoniam in illos consummata est ira Dei. † 15,1.

Septem phialas aureas, plenas iracundiæ Dei. 7.

De vino iræ fornicationis eius biberunt omnes gentes. † 18,3.

IRIS.

Iris. Vide arcum, & benedic eum, qui fecit illum: valdè speciosus est in splendore suo. Gyrauit cælum in circuitu gloriæ suæ, manus Excelsi aperuerunt illum. Eccli.43,12.

Iris in capite eius, & facies eius erat vt sol. Apoc.10,1.

IRRATIONABILIS.

Hi verò velut irrationabilia pecora, naturaliter in captionem, & in perniciem in his quæ ignorant blasphemantes in corruptione sua peribunt. 2.Pet.2,12.

IRREGVLARITAS.

Irregularitates Leuitarum. Loquere ad Aaron: Homo de semine tuo per familias, qui habuerit maculam, non offeret panes Deo suo, nec accedet ad ministerium eius: si cæcus fuerit, si claudus, si paruo vel grandi vel torto naso, si fracto pede, si manu, si gibbus, si lippus, si albuginem habens in oculo, si iugem scabiem, si impetiginem in corpore, vel herniosus. Leuit.21,17.

IRRELIGIOSVS.

Cum viro irreligioso tracta de sanctitate. Eccli.37,12.

IRREPREHENSIBILIS.

Gubernare domum, & seipsam irreprehensibilem exhibere. Tob.10,13.

Exhibere vos sanctos, & immaculatos, & irreprehensibiles coram ipso. Col.1,22.

Oportet ergo Episcopum irreprehensibilem esse. 1.Tim.3,2. † 5,7. † 6,14.

Verbum sanum, irreprehensibile. Tit. 2,8.

IRRETIO.

Irretiuit eum multis sermonibus, & blanditiis labiorum protraxit illum. Prou.7,21.

Contererētur, & irretiētur, & capientur. Isa. 8,15.

IRREVERENS.

Animæ irreuerenti & infrunitæ ne tradas me. Eccli.23,6.

Mulieris ira, & irreuerentia, & confusio magna. † 25,29.

Ab omni irreuerentia oculorum eius caue, & ne mireris si te neglexerit. † 26,14.

Loquela multùm iurans, horripilationem capiti statuet: & irreuerentia ipsius obturatio aurium. † 27,15.

IRREVOCABILIS.

Eduxi gladium meum de vagina sua irreuocabilem. Ezech.21,5.

IRRIDEO.

Irridetur Gedeon. Forsitan palmę manuum Zebee & Salmana in manu tua sunt, & idcircò postulas, vt demus exercitui tuo panes. Iudic.8,6. 1.Reg.14,11.

Illis irridentibus, & subsannantibus eos. 2.Paral.30,10.

Peccatum eorum coram facie tua non deleatur, quia irriserunt ædificantes. 2.Esd.4,5.

Irridebant vitam eius. Tob.2,16. Iudith 12,11.

Cùm ceteros irriseris, à nullo confutaberis? Iob 11,3.

Irridetur S. Iob. Stulti quoque despiciebant me, & cùm ab eis recessissem, detrahebant mihi. † 19,18.

Qui habitat in cælis, irridebit eos: & Dominus subsannabit eos. Tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos. Psal.2,4.

Neque irrideant me inimici mei. † 24,2.

Dominus autem irridebit eum: quoniam prospicit quòd veniet dies eius. † 36,13. Prouerbiorum 1,5.

Videbunt, & contemnent eum: illos autem Dominus irridebit. Sap.4,18.

Non

Non irrideas hominem in amaritudine animæ: est enim qui humiliat & exaltat, circumspector Deus. Eccli.7,12. 2.Mach.7,27. Mar.5,40. Act.2,13. †17,32.

Dedi te opprobrium Gentibus, & irrisionem vniuersis terris. Ezech.22,4.

Nolite errare, Deus non irridetur. Gal.6,7.

IRRIGO.

Fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradisum. Gen.2,10.

Vidit omnem circa regionē Iordanis, quæ vniuersa irrigabatur antequam subuerteret Dominus Sodomam & Gomorrham, sicut paradisus Domini. †13,10. Num.24,6. Deut.11,10.

Dedit itaque ei Caleb irriguum superius & inferius. Iosu.15,19. Iob 5,10.

Medullis ossa illius irrigantur. Iob 21,24. Eccles.2,6.

Erunt irrigua eius flaccētia. Isa.19,10. †58,11.

Vt irrigaret eam de areolis germinis sui. Ezechiel.17,7. Ioel.3,18.

IRRITO.

Esau irritat parentes. Probans quoque quòd non libenter aspiceret filias Chanaan pater suus: iuit ad Ismaelem, & duxit vxorem. Gen.28,8.

Irritauerunt in vanitatibus suis. Deut 32,21.

Irritauerunt eum super omnibus, quæ fecerant patres eorum. 3.Reg.14,22.

Propter delictum, quo irritauerat Dominum Deum Israel. †15,30.

Vt me irritares in peccatis eorum: ecce, ego demetam posteriora Baasa, & posteriora domus eius. †16,3.

Vt irritarent Dominum Deum Israel in vanitatibus suis. 26.

Addidit Achab in opere suo, irritans Dominum Deum Israel, super omnes reges Israel, qui fuerunt ante eum. 33.

Feceruntque verba pessima irritantes Dominum. 4.Reg.17,11.

Fana excelsorum, *&c.* quæ fecerant reges Israel ad irritandum Dominum. †23,15.

Quo iratus est furor eius cōtra Iudam: propter irritationes, quibus prouocauerat eū Manasses. 26.

Multaque mala operatus est coram Domino, vt irritaret eum. 2.Par.33,6.

Irritauerunt te Domine. Psal.5,11.

Irritat aduersarius nomen tuum in finem? †73,10.

Sicut in irritatione secundùm diem tentationis in deserto. †94,9.

Irritauerunt ascendentes in mare. †105,7.

Irritauerunt Moysen in castris. 16.

Irritauerunt eum in adinuentionibus suis. 32.

Pro malis domus Israel & domus Iuda, quæ fecerunt sibi ad irritandum me, libantes Baalim. Ierem.11,17.

Loquēris verba mea ad eos, si fortè audiant & quiescant: quoniam irritatores sunt. Ezech.2,7. †24,3.

Irritauerunt me, noluerùntque me audire. †20,8,13.

Dederunt ibi irritationem oblationis suæ. 28.

Irritabo cor populorum multorum, cùm induxero contritionem tuam in Gentibus. †32,9. 1.Cor.13,5.

IRRITVS.

Ita tamen vt dies priores irriti fiant, quoniam polluta est sanctificatio eius. Num.6,12.

Irritatio votorum. Contradixerit pater: & vota, & iuramenta eius irrita erunt. Num.30,6.

Obsecrans, vt conatus eius, literis regis irriti fierent. Esth.9,25. †16,17.

Numquid irritum facies iudicium meum? Iob 40,3.

Quæ procedunt de labiis meis non faciam irrita. Psal.88,35.

Irrita faciens signa diuinorum, & ariolos in furorem vertens. Isaiæ 44,25. Mal.2,8. Mar 7,9.

Habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. 1.Timoth.5,12. Heb.10,28.

IRRVGIO.

Auditis Esau sermonibus patris, irrugijt clamore magno. Gen.27,34.

IRRVMPO.

Irrumpentes Iordanem, ante regem transierunt vada. 2.Reg.19,17.

Irruperunt ergo tres fortes castra Philisthinorum, & hauserunt aquam de cisterna Bethleem. †23,16.

Vt irrumperent ad regem Edom: & non potuerunt. 4.Reg.3,26.

IRRVO.

Diuisis sociis, irruit super eos nocte. Gen.14,15.

Irruat super eos formido, & pauor. Exod.15,16.

Irruit Iosue super eos repentè, tota nocte ascendens de Galgalis. Iosu.10,9.

Irrue in nos, quia iuxta ætatem robur est hominis. Iud.8,21.

Irruamus super Philisthæos nocte, & vastemus eos. 1.Reg.14,36.

Conuertere tu, & irrue in sacerdotes. †22,18.

Irruens super eum (quippe qui lassus est & solutis manibus) percutiam eum. 2.Reg.17,2,12.

Super pupillum irruitis, & subuertere nitimini amicum vestrum. Iob 6,27.

Irruerunt in me fortes. Psal.58,4.

Quousque irruitis in hominem? †61,4.

Et irruet populus, vir ad virum, & vnusquisque ad proximum suum. Isa.3,5. Mar.3,10. Luc.5,1.

ISAAC.

Sara vxor tua pariet tibi filium, vocabisque nomen eius Isaac. Gen.17,19. †21,3,4.

Cum centum esset annorum: hac quippe ætate patris natus est Isaac. †21,5.

Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis, Isaac,

Isaac, & vade in terram visionis: atque ibi offeres eum in holocaustum. † 22,2,9,10.

Senuit autem Isaac, & caligauerunt oculi eius. † 27,1.

Dixit Isaac: Vox quidem, vox Iacob est: sed manus, manus sunt Esau. 22. Tob.7,15. Eccli.44,24.

Ibi erit fletus, & stridor dentium: cùm videritis Abraham, & Isaac, & Iacob, & omnes Prophetas in regno Dei, vos autem expelli foras. Lucæ 13,28.

In Isaac vocabitur tibi semen. Roman.9,7. Heb.11,9. Iac.2,21.

ISAI.

Obed: hic est pater Isai. Ruth 4,17.

Vocabis Isai ad victimam. 1.Reg.16,3.

Et quis est filius Isai? † 25,10.

Neque hereditas in filio Isai. 2.Reg.20,1. † 23,1.

ISAIAS.

Sed purgauit eos in manu Isaiæ sancti prophetæ. Eccli.48,23.

Sicut ambulauit seruus meus Isaias nudus & discalceatus, trium annorum signum & portentum erit super Aegyptum, & super Aethiopiam. Isaiæ 20,3.

Aegrotauit Ezechias vsque ad mortem: & introiuit ad eum Isaias. † 38,1.

Iussit Isaias vt tollerent massam de ficis, & cataplasmarent super vulnus. 21. Act.8,30.

ISBOSETH.

Ecce caput Isboseth filij Saul. 2.Reg.4,8,12.

ISCARIOTES.

Iudam Iscariotem, qui fuit proditor. Luc.6,16. Ioan.13,2.

ISMAEL.

Vocabisque nomen eius Ismael, eò quòd audierit Dominus afflictionem tuam. Hic erit ferus homo, manus eius contra omnes, & manus omnium contra eum. Gen.16,11.

Super Ismael quoque exaudiui tè. Ecce, benedicam ei, & augebo & multiplicabo eum valdè: duodecim duces generabit, & faciam illum in gentem magnam. † 17,20,25. † 21,8.

Sepelierunt eum [Abraham] Isaac & Ismael filij sui. † 25,9.

Factique sunt anni vitæ Ismaelis centum triginta septem, deficiensque mortuus est. 17. Psal.82,7.

ISRAEL.

Nequaquam, inquit, Iacob appellabitur nomen tuum, sed Israel: quoniam si contra Deum fortis fuisti, quantò magis contra homines præualebis? Gen.32,28.

Erit Israel tertius Aegyptio & Assyrio, benedictio in medio terræ. Isaiæ 19,24.

Numquid non filij sunt Israel, aut heres non est ei? Ierem.49,1.

Ecce verè Israelita, in quo dolus non est. Ioan.1,47.

Non enim omnes qui ex Israel sunt, ij sunt Israelitæ. Rom.9,6. † 11,1.

ISSACHAR.

Issachar asinus fortis, accubans inter terminos. Gen.49,14. Ezech.48,25. Apoc.7,7.

ITALIA.

Venient in trieribus de Italia, superabunt Assyrios. Num.24,24.

Mittam ex eis qui saluati fuerint, ad Gentes in mare, in Africam, & Lydiam tendentes sagittam; in Italiam & Græciam, ad insulas longè, ad eos qui non audierunt de me. Isaiæ 66,19.

Et prætoriola de insulis Italiæ. Ezech.27,6.

Cēturio cohortis, quæ dicitur Italica. Act.10,1.

Salutant vos de Italia fratres. Heb.13,24.

ITER.

Nocte ostendens vobis iter per ignem, & die per columnam nubis. Deut.1,33. Iudic.7,22.

Itinere vno gradiebantur, pergentes & mugientes. 1.Reg.6,12.

Iter termini, imminentis valli Seboim contra desertum. † 13,18.

Veniebat per iter deuium ex latere montis. 2.Reg.13,34.

Non est reuersus per iter, quo venerat. 3.Regum 13,10.

Cui respondit: Noui: & omnia itinera eius frequenter ambulaui. Tob.5,8.

Benè ambuletis, & Deus sit in itinere vestro. 21. † 10,11.

Et illic custodirent vbi angustum iter esse poterat inter montes. Iudith 4,6. † 10,10.

Illic iter, quo ostendam illi salutare Dei. Psalmo 49,23.

Iter facite ei, qui ascendit super occasū. † 67,5.

Prosperum iter faciet nobis Deus salutarium nostrorum. 20.

Qui relinquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebrosas. Prou.2,13.

Iter impiorum decipiet eos. † 12,26.

Et pro itinere petit ab eo, qui ambulare non potest. Sap.13,19.

Propter ipsum confirmatus est itineris finis, & in sermone eius composita sunt omnia. Eccli.43,28.

Ambulauit pes meus iter rectum, à iuuentute mea inuestigabam eam. Eccli.51,20.

In itineribus conturbati sunt: quadrigæ collisæ sunt in plateis. Nahum 2,4.

Si quo modo tandem aliquando prosperum iter habeam in voluntate Dei veniendi ad vos. Rom.1,10.

Diues in itineribus suis marcescet. Iac.1,11.

ITERO.

Sicut canis qui reuertitur ad vomitum suum, sic imprudens, qui iterat stultitiā suā. Prou.26,11.

Non iteres verbum in oratione tua. Eccli.7,15. † 19,7.

Iterauit orationem suam, volens ostendere virtutem Dei. † 50,23.

Quàm vilis facta es nimis, iterans vias tuas! & ab Aegypto confunderis. Ierem,2,36. Ioan.3,4.

ITVRAEA.

Fratre eius tetrarcha Ituraeæ. Luc.3,1.

IVBAL.

Iubal ipse fuit pater canentium cithara, & organo. Genes.4,21.

IVBEO.

Iubeat Dominus noster, & serui tui qui coram te sunt, quærent hominem scientem psallere cithara. 1.Reg.16,16.

Iu bebo pro te. 2.Reg.14,8.

Nónne ego sum qui iussi vt numeraretur populus? 1.Par.21,17.

Glorificauit illum in conspectu regum, & iussit illi coram populo suo. Eccli.45,3.

Quis est iste, qui dixit vt fieret Domino non iubente? Thren.3,37.

Priusquam pariat iussio quasi puluerem transeuntem diem. Soph.2,2.

IVBILEVS.

Numerabis quoque tibi septem hebdomadas annorum, id est, septies septem, quæ simul faciunt annos quadraginta nouem: & clanges buccina mense septimo, decima die mensis, propitiationis tempore in vniuersa terra vestra. Sanctificabisque annum quinquagesimum, & vocabis remissionem cunctis habitatoribus terræ tuæ. ipse est enim iubileus. Leuit.25,8.

Anno iubilei redient omnes ad possessiones suas. 13.

In ipso enim [iubileo] omnis venditio redibit ad Dominum, & ad possessorem pristinum. 28.

Quia cùm iubilei venerit dies, sanctificatus erit Domino, & possessio consecrata ad ius pertinet sacerdotum. † 27,21.

Atque ita fiet, vt cùm iubileus, id est, quinquagesimus annus remissionis aduenerit, confundatur sortium distributio, & aliorum possessio ad alios transeat. Num.36,4.

Sacerdotes tollant septem buccinas, quarum vsus est in iubileo. Ios.6,4.

IVBILO.

Ducebant arcam testamenti Domini, in iubilo & in clangore buccinæ. 2.Reg.6,15.

Iurauerùntque Domino voce magna in iubilo, & in clangore tubæ. 2.Par.15,14.

Iubilate Deo omnis terra. Psal.65,2. † 99,2.

Beatus populus, qui scit iubilationem. † 88,16.

Iubilate Deo omnis terra. † 97,4.

Lauda filia Sion, iubila Israel: lætare & exulta in omni corde filia Ierusalem. Soph.3,14.

IVCVNDVS.

Induit se vestimẽtis iucũditatis suę Iudith 10,3

Erat autem populus iucundus secundùm faciem sanctorum. † 16,24.

Iucundus homo, qui miseretur & commodat. Psal.111,5.

Iudicia tua iucunda. † 118,39.

Deo nostro sit iucunda, decoraque laudatio. † 146,1.

Iucunditas cordis hæc est vita hominis, & thesaurus sine defectione sanctitatis: & exultatio viri est longæuitas. Eccli.30,23.

Vinum in iucunditatem creatum est, & non in ebrietatem, ab initio. † 31,35.

Det nobis iucunditatem cordis, & fieri pacem in diebus nostris. † 50,25.

Auferam à vobis vocem iucunditatis, & vocem gaudij. Baruch 2,23.

Circumspice Ierusalem ad Orientem, & vide iucunditatem à Deo tibi venientem. † 4,36.

IVDAS.

Iuda, te laudabunt fratres tui: manus tua in ceruicibus inimicorum tuorum. Gen.49,8.

Iudas sit Dux vester. Iudic.20,18.

Etiam Iudam auferam à facie mea. 4.Reg.23, 27,34. † 24,1.

Magisque voluit [Aman] omnem Iudæorum, qui erant in regno Assueri, perdere nationem. Esther 3,6,13.

Iuda rex meus. Psal.107,9.

Et ad Iudam in Ierusalem munitissimam. Ezech.21,20.

Iudæus factus est rex: Bel destruxit, draconem interfecit, & sacerdotes occidit. Dan.14,27.

Iudas cecidit, & ceteri fugerunt. 1.Mach.9,18.

Iudæum se futurum, & omnem locum terræ perambulaturum, & prædicaturum Dei potestatem. 2.Mach.9,17.

Iudas vnus de duodecim venit. Matth 26,47.

Quomodo tu Iudæus cùm sis, bibere à me poscis, quæ sum mulier Samaritana? Ioan.4,9.

Stabat autem & Iudas, qui tradebat eum cum ipsis. † 18,5.

Iudas Galilæus in diebus professionis, & auertit populum post se, & ipse periit. Act.5,37.

Eò quòd præcepisset Claudius discedere omnes Iudæos à Roma. † 18,2.

Non enim qui in manifesto, Iudæus est. Rom.2,28.

Factus sum Iudæis tamquam Iudæus. 1.Corinth.9,20.

Quomodo Gentes cogis Iudaizare? Gal.2,14.

Manifestum est enim quòd ex Iuda ortus sit Dominus noster. Heb.7,14.

IVDEX, IVDICIVM.

Dan iudicabit populum suum. Gen.49,16.

Quis te constituit principem & iudicem super nos? num occidere me tu vis? Exod.2,14. † 7,4.

Et in cunctis diis Aegypti faciam iudicia. † 12,12.

Sedit

Sedit Moyses vt iudicaret populum, qui assistebat Moysi à manè vsque ad vesperam. † 18, 13, 21.

In quibus sit veritas, & qui oderint auaritiam, *&c.* qui iudicent populũ omni tempore. 22.

Hæc sunt iudicia quæ propones eis. † 21, 1.

Nec in iudicio, plurimorum acquiesces sententiæ, vt à vero deuies. † 23, 2.

Rationale quoque iudicij facies opere polymito. † 28, 15.

Facietis iudicia mea, & præcepta mea seruabitis. Leuit. 18, 4.

Aequum iudicium sit inter vos: siue peregrinus, siue ciuis peccauerit. † 24, 22.

Retulitque Moyses causam earum ad iudicium Domini. Num. 27, 4. Deut. 1, 15.

Facit iudicium pupillo & viduæ, amat peregrinum, & dat ei victum atque vestitum, & vos ergo amate peregrinos, quia & ipsi fuistis aduenæ. Deut. 10, 19.

Iudices & magistros constitues in omnibus portis tuis, *&c.* vt iudicent populum iusto iudicio, nec in alteram partem declinent. † 16, 18.

Iudex quæstionum exorientium sacerdos, non lex aut Scriptura sola. Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris inter sanguinem & sanguinem, causam & causam, lepram & lepram: & iudicum intra portas tuas videris verba variari: surge & ascende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus. Veniesque ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem, qui fuerit illo tempore, quæresque ab eis, qui indicabunt tibi iudicij veritatem. † 17, 8. Malach. 2, 7.

Non peruertes iudicium aduenæ & pupilli, nec auferes pignoris loco viduæ vestimentum. † 24, 17.

Maledictus qui peruertit iudicium aduenæ, pupilli, & viduæ. † 27, 19.

Omnes viæ eius iudicia. † 32, 4.

Iudicabit Dominus populum suum, & in seruis suis miserebitur. 36.

Et arripuerit iudicium manus mea: reddam vltionem hostibus meis. 41.

Pactum tuum seruauerunt, iudicia tua ô Iacob, & legem tuam ô Israel. † 33, 10. Ios. 22, 16.

Suscitauitque Dominus iudices, qui liberarent eos de vastantium manibus: sed nec eos audire voluerunt. Iudic. 2, 16.

Erat autem Debbora prophetis vxor Lapidoth, quæ iudicabat populum. † 4, 4.

Et sedetis in iudicio, & ambulatis in via, loquimini. † 5, 10.

Iudicauit [Thola] Israelem viginti & tribus annis. † 10, 2.

Iudicet Dominus arbiter huius diei, inter Israel & inter filios Ammon. † 11, 27.

In diebus vnius iudicis, quando iudices præerant, facta est fames in Terra. Ruth 1, 1.

Dominus iudicabit fines terræ. 1. Reg. 2, 10.

Iudicauit [Heli] Israel quadraginta annis. † 4, 18.

Iudicauitque [Samuel] filios Israel in Masphath. † 7, 6.

Cùm senuisset Samuel, posuit filios suos iudices Israel. † 8, 1.

Acceperuntque munera, & peruerterunt iudicium. 3.

Iudicabit nos rex noster, & egredietur ante nos, & pugnabit bella nostra pro nobis. 20.

State, vt iudicio contendam aduersum vos coram Domino, de omnibus misericordiis Domini. 1. Reg. 12, 7.

Nec iuxta intuitũ hominis ego iudico. † 16, 7.

Iudicet Dominus inter me & te, & vlciscatur me Dominus ex te: manus autem mea non sit in te. † 24, 13, 16. † 10, 3.

Ex die qua constitui iudices super populum. 2. Reg. 7, 11.

Faciebat quoque Dauid iudicium & iustitiam omni populo suo. † 8, 15.

Quis me constituat iudicem super terram, vt ad me veniant omnes qui habent negotium, & iustè iudicem? † 15, 4.

Nuntiabo regi, quia iudicium fecerit ei Dominus de manu inimicorum eius. † 18, 19, 31.

Quis enim poterit iudicare populum istum? 3. Reg. 3, 9.

Audiuit itaque omnis Israel iudicium quod iudicasset rex, & timuerunt regem. 28.

Iudicabis seruos tuos, condemnans impium, & reddens viam suam super caput eius. † 8, 32, 49.

Hoc est iudicium tuum, quod ipse decreuisti. † 20, 40.

Qui locutus est cum eo iudicium. 4. Reg. 25, 6.

Non enim hominis exercetis iudicium, sed Domini: & quodcumque iudicaueritis, in vos redundabit. 2. Par. 19, 6, 7.

Gladius iudicij. 2. Par. 20, 9.

Ergo non iudicabis eos? 12.

Tu autem Esdra, secundùm sapientiam Dei tui, quæ est in manu tua, constitue iudices, & præsides, vt iudicent omni populo, qui est trans Flumen, his videlicet qui nouerunt legem Dei tui, sed & imperitos docete liberè. 1. Esd. 7, 25.

Et omnis qui non fecerit legem Dei tui, & legem regis diligenter, iudicium erit de eo, siue in mortem, siue in exilium, siue in condemnationem substantiæ eius, vel certè in carcerem. 26.

Seruta vendentium contra portam iudicialem, & vsque ad cœnaculum anguli. 2. Esd. 3, 30.

Dedisti eis iudicia recta, & legem veritatis, cærimonias & præcepta bona. † 9, 13.

In iudiciis tuis peccauerunt, quæ faciet homo, & viuet in eis. 29.

Magna iudicia tua, quia non egimus secundùm præcepta tua. Tob. 3, 5.

Iudicet Deus inter nos & te, quoniam fecisti in nos mala, nolens loqui pacificè cum Assyriis. Iudith 7,13.

In die iudicij visitabit illos. † 16,20.

Iustus es Domine. Esth.14,7.

Numquid Deus supplantat iudicium, aut omnipotens subuertit quod iustum est? Iob 8,3.

Qui etiam si habuero quippiam iustum, non respondebo, sed meum iudicem deprecabor. † 9,15.

Si æquitas iudicij, nemo audet pro me testimonium dicere. 19.

Terra data est in manus impij, vultum iudicum eius operit. 24.

Indica mihi cur me ita iudices. † 10,2.

Adducit consiliarios in stultum finem, & iudices in stuporem. † 12,17.

Si fuero iudicatus, scio quòd iustus inueniar. Quis est qui iudicetur mecum? † 13,18.

Et adducere eum tecum in iudicium? † 14,3.

Vtinam sic iudicaretur vir cum Deo, quomodo iudicatur filius hominis cum collega suo. † 16,22.

Intelligite, quia Deus non æquo iudicio afflixerit me. † 19,6.

Scitote esse iudicium. Iob 19,29.

Numquid timens arguet te, & veniet tecum in iudicium. † 22,4.

Quasi per caliginem iudicat. 13.

Ponam coram eo iudicium, & os meum replebo increpationibus. † 23,4.

Perueniat ad victoriam iudicium meum. 7.

Viuit Deus, qui abstulit iudicium meum. † 27, 2.

Si contempsi subire iudicium cum seruo meo. † 31,13.

Quid enim faciam cùm surrexerit ad iudicandum Deus? & cùm quæsierit, quid respondebo illi? 14.

Iudicium eligamus nobis, & inter nos videamus quid sit melius. † 34,4.

Numquid qui non amat iudicium, sanari potest? 17.

Neque enim vltrà in hominis potestate est, vt veniat ad Deum in iudicium. 23,37.

Sed non saluat impios, & iudicium pauperibus tribuit. † 36, 6.

Causa tua quasi impij iudicata est, causam iudiciumque recipies. 17.

Per hæc enim iudicat populos. 31.

Numquid irritum facies iudicium meum? † 40,3.

Dominus iudicat populos. Psal.7,8.

Deus iudex iustus, fortis & patiens. † 7,12.

Fecisti iudicium meum, & causam meá. † 9,5.

Iudicabit orbem terræ in æquitate, iudicabit populos in iustitia. 8.† 95,13.

Cognoscetur Dominus iudicia faciens. 17.

De vultu tuo iudicium meum prodeat.† 16,2.

Iudicia eius in conspectu meo: & iustitias eius non repuli à me. † 17,23.

Iudicia Domini vera, iustificata in semetipsa. † 18,10.

De præparato habitaculo suo respexit super omnes qui iudicant terram. † 32,14.

Iudica Domine nocentes me. † 34,1.

Intende iudicio meo Deus meus & Dominus meus in causam meam. 23.

Iudica me secundùm iustitiam tuam. 24.

Iudicia tua abyssus multa. † 35,7.

Et iudicium tuum tamquam mendię. † 36,6.

Iudica me Deus, & discerne causam meam. † 42,1. † 49,1.

Recta iudicate, filij hominum. † 57,2.

Deus iudicans eos in terra. 12.

Iudicas populos in æquitate. † 66, 5.

Iudicis viduarum. † 67,6.

Deus iudicium tuum regi da: & iustitiam tuam filio regis. Iudicare populum tuum in iudicio, & pauperes tuos in iustitia. † 71,2.

De cælo auditum fecisti iudicium. † 75,9.

Cùm exurgeret in iudicium Deus. 10.

Vsquequò iudicatis iniquitatem, & facies peccatorum sumitis? † 81,2.

Iudicate egeno & pupillo. 3.

Iudica terram. 8.

Iudicium & iustitiã in Iacob tu fecisti.† 98,4.

Honor regis iudicium diligit. 5.

Misericordiam & iudicium cantabo tibi Domine. † 100,1.

Et iudicium omnibus iniuriam patientibus. † 102,6.

Beati qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam in omni tempore. † 105,3.

Iudicabit in nationibus. † 109,6.

Memor fui iudiciorum tuorum à sæculo Domine, & consolatus sum. † 118,52.

Cognoui Domine quia ęquitas iudicia tua. 75.

Quando facies de persequentibus me iudicium? 84.

Confige timore tuo carnes meas: à iudiciis enim tuis timui. 120.

Feci iudicium & iustitiam, non tradas me calumniantibus me. 121.

Iudica iudicium meum, & redime me. 154.

Iudicia tua adiuuabunt me. 175.

Iudicabit Dominus populum suum.† 134,14.

Cognoui quia faciet Dominus iudicium inopis, & vindictam pauperum. † 139,13.

Absorpti sunt iuncti petræ iudices eorum. † 140,6.

Non intres in iudicium cũ seruo tuo. † 142,2.

Facit iudicium iniuriam patientibus.† 145,7.

Iudicia sua non manifestauit eis. † 147,9.

Vt faciant in eis iudicium conscriptum. † 149,9.

Pondus

Pondus & statera iudicia Domini sunt: & opera eius omnes lapides sacculi. Prou. 16, 11.
Iudicia quasi vectes. † 18, 19.
Testis iniquus deridet iudicium. † 19, 28.
Iudicium determinat causas. † 26, 10.
Viri mali non cogitant iudicium: qui autem inquirunt Dominum, animaduertunt omnia. † 28, 5.
Qui cognoscit in iudicio faciem, non benefacit. 21.
Iudicium à Domino egreditur singulorum. † 29, 26.
Ne fortè bibant, & obliuiscantur iudiciorum, & mutent causam filiorum pauperis. † 31, 5.
Aperi os tuum, decerne quod iustum est, & iudica inopem & pauperem. 9.
Vidi sub sole in loco iudicij impietatem. Eccles. 3, 16.
Si videris calumnias egenorum, & violenta iudicia, & subuerti iustitiam in prouincia, non mireris super hoc negotio. † 5, 7.
Non possit contra fortiorem se in iudicio contendere. † 6, 10.
Pro his omnibus adducet te Deus in iudicium. † 11, 9.
Cuncta quæ fiunt, adducet Deus in iudicium, pro omni errato, siue bonum, siue malum illud sit. † 12, 14.
Nec præteriet illum corripiens iudicium. Sap. 1, 8.
Iudicabunt nationes. † 3, 8.
Accipiet pro galea iudicium certum. † 5, 19.
Discite iudices finium terræ. † 6, 2.
Quoniam cùm essetis ministri regni illius, non rectè iudicasstis. 5.
Iudicium durissimum, his qui præsunt, fiet. 6.
Cui cura est de omnibus, vt ostendas quoniam non iniustè iudicas iudicium. † 12, 13.
Cum tranquillitate iudicas. 18.
Vt bonitatem tuam cogitemus iudicantes. 22.
Magna sunt enim iudicia tua Domine, & inenarrabilia verba tua. † 17, 1.
Iudicium patris audite filij, & sic facite vt salui sitis. Eccli. 3, 2.
In iudicando esto pupillis misericors vt pater, & pro viro matri illorum. † 4, 10.
Noli quærere fieri iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates, ne fortè extimescas faciem potentis, & ponas scandalum in æquitate tua. † 7, 6.
Non iudices contra iudicem. † 8, 17.
Iudex sapiens iudicabit populum suum, & principatus sensati stabilis erit. Secundùm iudicem populi, sic & ministri eius. † 10, 1.
Ante languorem adhibe medicinam, & ante iudicium interroga teipsum. † 18, 20.
Est iudicium, quod non probatur esse bonum. † 19, 28.
Xenia & dona excæcant oculos iudicum, & quasi mutus in ore auertit correptiones eorum. † 20, 31.
Quàm speciosum canitiei iudicium, & presbyteris cognoscere consilium? † 25, 6.
Qui timent Dominum, inuenient iudicium iustum, & iustitias quasi lumen accendent. † 32, 20.
Donec iudicet iudicium plebis suæ, & oblectabit iustos misericordia sua. † 35, 25.
Memor esto iudicij mei; sic enim erit & tuum: mihi heri, & tibi hodie. † 38, 23.
Super sellam iudicis non sedebunt, & testamentum iudicij non intelligent, neque palàm facient disciplinam. † 38, 38.
Noli metuere iudicium mortis. Memento quæ ante te fuerunt. † 41, 5.
In verbis sancti stabunt ad iudicium, & non deficient in vigiliis suis. † 43, 11.
Iudices singuli suo nomine, quorum non est corruptum cor: qui non sunt auersi à Domino, vt sit memoria illorum in benedictione. † 46, 13.
Qui audis in Sina iudicium, & in Horeb iudicia defensionis. † 48, 7.
Quærite iudicium. Isa. 1, 17.
Restituam iudices tuos vt fuerunt priùs, & consiliarios tuos sicut antiquitus. 26.
Iudicabit Gentes, & arguet populos. † 1, 4, 19.
Stat ad iudicandum Dominus, & stat ad iudicandos populos. Dominus ad iudicium veniet cum senibus populi sui, & principibus eius. † 3, 13.
Iudicate inter me & vineam meam. † 5, 3.
Expectaui vt faceret iudicium, & ecce iniquitas; & iustitiam, & ecce clamor. 7.
Vt opprimerent in iudicio pauperes. † 10, 2.
Iudicium. Quid facietis in die visitationis, & calamitatis de longè venientis? ad cuius confugietis auxilium? & vbi derelinquetis gloriam vestram, ne incuruemini sub vinculo, & cum interfectis cadatis? 3, 4.
Non secundùm visionem oculorum iudicabit, neque secundùm auditum aurium arguet: sed iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in æquitate pro mansuetis terræ. † 11, 4.
Iudicium. Ecce dies Domini veniet, crudelis & indignationis plenus, & iræ furorisque, ad ponendam terram in solitudinem, & peccatores eius conterendos de ea. † 13, 9.
Iudicans & quærens iudicium, & velociter reddens quod iustum est. † 16, 5.
Cùm feceris iudicia tua in terra, iustitiam discent habitatores orbis. † 26, 9, 21. Mich. 1, 3.
Spiritus iudicij sedenti super iudicium, & fortitudo reuertentibus de bello ad portam. † 28, 6.
Ponam in pondere iudicium, & iustitiam in mensura. 17.
Exaltabitur parcens vobis: quia Deus iudicij Dominus. † 30, 18, 27. † 31, 4.

In iustitia regnabit rex,& principes in iudicio præerunt. † 32,1.

Habitabit in solitudine iudicium,& iustitia in Charmel sedebit. 16.

Dominus enim iudex noster, Dominus legifer noster: ipse saluabit nos. † 33, 22.

Iudices terræ velut inane fecit. † 40,23.

Propè facite iudicium vestrum.† 41,21.

Non erit tristis, neque turbulentus, donec ponat in terra iudicium. † 42, 4.

Eos verò,qui iudicauerunt te,ego iudicabo, & filios tuos ego saluabo. † 49,25.

Custodite iudicium , & facite iustitiam : quia iuxtà est salus mea vt veniat,& iustitia mea vt reueletur. † 56,1.

Elongatum est iudicium à nobis,&non apprehendet nos iustitia: expectauimus lucem, & ecce tenebræ. † 59, 9.

Ego Dominus diligens iudicium, & odio habens rapinam in holocausto. † 61,8.

Loquar iudicia mea cum eis,super omnem malitiam eorum, qui dereliquerunt me , & libauerunt diis alienis. Ierem.1,16.

Adhuc iudicio contendam vobiscum, ait Dominus, & cum filiis vestris disceptabo. † 2,9.

Quid vultis mecum iudicio contendere? omnes dereliquistis me. 29.

Iudicio contendam tecum , eò quòd dixeris: Non peccaui. 35.

Spiritus plenus ex his veniet mihi:& nunc ego loquar iudicia mea cum eis. † 4,12.

An inueniatis virum facientem iudicium, & quærentem fidem:& propitius ero ei. † 5,1.

Si feceritis iudicium inter virum & proximum eius. † 7, 5.

Iudicate manè iudicium, & eruite vi oppressum de manu calumniantis : ne fortè egrediatur vt ignis indignatio mea. † 21,12.

Iudicauit causam pauperis, & egeni in bonum suum:numquid non ideò quia cognouit me, dicit Dominus? † 22,16.

Faciet iudicium & iustitiam in terra. † 23,5.

Peruenit sonitus vsque ad extrema terræ : quia iudicium Domino cum gentibus : iudicatur ipse cum omni carne,impios tradidi gladio. † 25,31.

Iudicium mortis est viro huic : quia prophetauit aduersus ciuitatem istam. † 26,11.

Non est viro huic iudicium mortis:quia in nomine Domini Dei nostri locutus est ad nos. 16.

Ego sũ iudex & testis,dicit Dominus. † 29,23.

Non est qui iudicet iudicium tuum, ad alligandum:curationũ vtilitas non est tibi. † 30,13.

In tempore illo germinare faciam Dauid germen iustitiæ, & faciet iudicium & iustitiam in terra. † 33,15.

Locutus est ad eum iudicia. † 39,5.

Iudicium venit ad terram campestrẽ. † 48,21.

Ecce quibus non erat iudicium vt biberent calicem,bibentes bibent:& tu quasi innocens relinqueris? non eris innocẽs,sed bibẽs bibes. † 49,12.

Iudicio defendet causam eorum. † 50.34.

Peruenit vsque ad cælos iudicium eius, & eleuatum est vsque ad nubes. † 51, 9.

Iudicabo causam tuam, & vlciscar vltionem tuam, & desertum faciam mare eius. 36.

Vt declinaret iudicium viri in conspectu Altissimi. Thren.3,35.

Iudicasti Domine causam animæ meæ, redemptor vitæ meæ. 58.

Vidisti Domine iniquitatem illorum aduersum me:iudica iudicium meum. 59.

Iudicia mea proiecerunt, & in præceptis meis non ambulauerunt. Ezech.5,6.

Cùm fecero in te iudicia in furore, & in indignatione, & in increpationibus iræ. 15.

Terra plena est iudicio sanguinum , & ciuitas plena est iniquitate. † 7,23.

Iudicabo te iudiciis adulterarum , & effundentium sanguinem. † 16,38.† 23,45.

Iudicium verum fecerit inter virum & virum. † 18, 8.

Si iudicas eos,si iudicas fili hominis,abominationes patrum eorum ostende eis. † 20,4.

Adducam vos in desertum populorum, & iudicabor ibi vobiscum facie ad faciem. 35.

Nónne iudicas ciuitatem sanguinum. † 22,2.

Iudicabunt te iudiciis suis. † 23,24.

Scient quia ego Dominus, cùm fecero in ea iudicia, & sanctificatus fuero in ea. † 28,22.

Dabo ignem in Taphnis,& faciam iudicia in Alexandria. † 30, 14.

Iudicia faciam in Aegypto, & scient quia ego Dominus. 19.

Iudico inter pecus & pecus, arietum & hircorum. † 34, 17.

Ponam gloriam meam in Gentibus : & videbunt omnes Gentes iudicium meum. † 39,21.

Iudicium sedit,& libri aperti sunt. Dan.7,10.

Donec venit antiquus dierum,& iudicium dedit sanctis Excelsi. 22.

Iudicium sedebit, vt auferatur potentia, & conteratur. 26.

Constituti sunt de populo duo senes iudices in illo anno. † 13, 5.

Non iudicantes, neque quod verum est cognoscentes, condemnastis filiam Israel? 48.

Nunc venerunt peccata tua , quæ operabaris priùs; iudicans iudicia iniusta. 52.

Iudicate matrem vestram, iudicate : quoniam ipsa non vxor mea. Osee 2,2.

Iudicium Domino cum habitatoribus terræ: non est enim veritas,& non est misericordia, & non est scientia Dei in terra. † 4,1.

Vnusquisq; non iudicet,& non arguatur vir. 4.

Vobis iudicium est,quoniam laqueus facti estis speculationi. † 5, 1.

De-

Dolaui in Prophetis, occidi eos in verbis oris mei: & iudicia tua quasi lux egredientur. † 6,5.

Calefacti sunt quasi clibanus, & deuorauerunt iudices suos, omnes reges eorum ceciderunt. † 7,7.

Germinabit quasi amaritudo iudicium super sulcos agri. † 10,4.

Iudicium ergo Domini cum Iuda, & visitatio super Iacob: iuxta vias eius & adinuentiones eius reddet ei. † 12,2.

Ascendant Gentes in vallem Iosaphat: quia ibi sedebo vt iudicem omnes Gentes in circuitu. Ioel. 3,12.

Disperdam iudicem de medio eius, & omnes principes eius interficiam cum eo. Amos 2,3.

Qui conuertitis in absinthium iudicium, & iustitiam in terra relinquitis. † 5,7. † 6,13.

Constituite in porta iudicium, si fortè misereatur Dominus Deus exercituum reliquiis Ioseph. 15.

Reuelabitur quasi aqua iudicium, & iustitia quasi torrens fortis. 24.

Vocabat iudicium ad ignem Dominus Deus: & deuorauit abyssum multam, & comedit simul partem. † 7,4.

Numquid non vestrum est scire iudicium, qui odio habetis bonum, & diligitis malum. Mich. 3,2.

Abominamini iudicium, & omnia recta peruertitis. 9.

Iudicabit inter populos multos, & corripiet gentes fortes. † 4,3.

Contende iudicio aduersum montes, & audiant colles vocem tuam. † 6,1.

Vtique facere iudicium, & diligere misericordiam, & solicitum ambulare cum Deo tuo. 8.

Donec causam meam iudicet, & faciat iudicium meum. † 7,9.

Factum est iudicium, & contradictio potentior. Habac. 1,3.

Horribilis & terribilis est: ex semetipsa iudicium, & onus eius egredietur. 7.

Domine in iudicium posuisti eum: & fortem, vt corriperes, fundasti eum. 12.

Quærite Dominum omnes mansueti terræ, qui iudicium eius estis operati. Soph. 2,3.

Iudices eius lupi vespere, non relinquebant in manè. † 3,3.

Manè, manè iudicium suum dabit in lucem. 5.

Iudicium meum vt congregem Gentes, & colligam regna: & effundam super eos indignationem meam. 8.

Abstulit Dominus iudicium tuum, auertit inimicos tuos. 15.

Si in viis meis ambulaueris, & custodiam meam custodieris: tu quoque iudicabis domum meam. Zach. 3,7.

Iudicium verum iudicate, & misericordiam, & miserationes facite vnusquisque cum fratre suo. † 7,9.

Omnis qui facit malum, bonus est in conspectu Domini, & tales ei placent: aut certè vbi est Deus iudicij? Malach. 2,17.

Iudicium. Dies veniet succensa quasi caminus: & erunt omnes superbi, & omnes facientes iniquitatem, stipula; & inflammabit eos dies veniens. † 4,1

Iudica illum secundùm malitiam eius. 1. Machab. 7,42.

Si ergo iterùm adierint nos, aduersum te, faciemus illis iudicium, & pugnabimus tecum mari, terraque. † 8,32.

Cœpit Ionathas ibi iudicare populum, & exterminauit impios ex Israel. † 9,73.

Ciuium iura destituens, praua instituta sanciebat. 2. Mach. 4,11.

Nondum enim omnipotentis Dei, & omnia inspicientis, iudicium effugisti. † 7,35.

Iussit agitari currum suum, sine intermissione agens iter, cælesti eum iudicio perurgente, eò quòd ita superbè locutus est se venturum Ierosolymam. † 9,4.

Omnes itaque benedixerunt iustum iudicium Domini, qui occulta fecerat manifesta. † 12,41.

Ne fortè tradat te aduersarius iudici, & iudex tradat te ministro: & in carcerem mittaris. Matth. 5,25.

Nolite iudicare, vt non iudicemini. † 7,1.

Terræ Sodomorum remissiùs erit in die iudicij, quàm tibi. † 11,24.

Ponam spiritum meum super eum, & iudicium gentibus nuntiabit. † 12,18.

Sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. † 19,28.

Comeditis domos viduarum, orationes longas orantes: propter hoc amplius accipietis iudicium. † 23,14. Mar. 12,40.

Reliquistis quæ grauiora sunt legis, iudicium, & misericordiam, & fidem. 23.

Quia decimatis mentham, & rutam, & omne olus, & præteritis iudicium & charitatem Dei. Luc. 11,42.

Homo, quis me constituit iudicem, aut diuisorem super vos. † 12,14.

Quid autem & à vobis ipsis non iudicatis quod iustum est? 57.

Iudex quidam erat in quadam ciuitate, qui Deum non timebat, & hominem non reuerebatur. † 18,2.

Non enim misit Deus Filium suum in mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Ioan. 3,17.

Neque enim Pater iudicat quemquam: sed omne iudicium dedit Filio, vt omnes honorificent Filium. † 5,22.

In

In iudicium non venit, sed transiit à morte in vitam. 24.
Potestatem dedit ei iudicium facere, quia Filius hominis est. 27.
Nolite iudicare secundùm faciem, sed iustum iudicium iudicate. † 7,24.
Numquid lex nostra iudicat hominem, nisi priùs audierit ab ipso, & cognouerit quid faciat? 51.
Vos secundùm carnem iudicatis; ego non iudico quemquam. † 8,15.
In iudicium ego in hunc mundum veni: vt qui non vident videant. † 9,39.
Nunc iudicium est mundi: nunc princeps huius mundi eiicietur foras. † 12,31.
Sermo quem locutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo die. 48.
Quis te constituit principem & iudicem super nos? Act.7,27.
Ipse est, qui constitutus est à Deo iudex viuorum & mortuorum. † 10,42.
Iudices Israel rexerũt circa 350. *annis.* † 13,20.
Iudico, non inquietari eos qui ex Gentibus conuertuntur ad Deum. † 15,19.
Eò quòd statuit diem in quo iudicaturus est orbem in æquitate, in viro, in quo statuit, fidem præbens omnibus. † 17,31.
Ex multis annis te esse iudicem genti huic sciens, bono animo pro me satisfaciam. † 24,10.
Ad tribunal Cæsaris sto, ibi me oportet iudicari. † 25,10.
In quo enim iudicas alterum, teipsum condemnas: eadem enim agis quę iudicas. Rom.2,1.
Qui iudicas eos qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies iudicium Dei? 3.
Alioquin quomodo iudicabit Deus hunc mundum? † 3,6.
Quòd gentes, quæ non sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam: iustitiam autem, quæ ex fide est. Rom.9,30.
Quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius! † 11,33.
Tu quis es, qui iudicas alienum seruum? † 14,4.
Beatus, qui non iudicat semetipsum in eo quod probat. 22.
Mihi autem pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die: sed neque meipsum iudico. 1.Cor.4,3.
Nolite ante tempus iudicare, quoadusque veniat Dominus: qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. 5.
Audet aliquis vestrûm habens negotium aduersus alterum, iudicari apud iniquos, & non apud sanctos? † 6,1.
Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini. † 11,29.
Qui autem conturbat vos, portabit iudicium, quicumque est ille. Gal.5,10.
Persecutionibus vestris & tribulationibus, quas sustinetis, in exemplum iusti iudicij Dei. 2.Thessal.1,5.
Iudicentur omnes, qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati. 2.Thess.2,12.
Delinquit, cùm sit proprio iudicio condemnatus. Tit.3,11.
Impositionis quoque manuum, ac resurrectionis mortuorum, & iudicij æterni. Heb.6,2.
Statutum est hominibus semel mori: post hoc autem iudicium. † 9,27.
Terribilis autem quædam expectatio iudicij, & ignis æmulatio, quæ consumptura est aduersarios. † 10,27,30.
Accessistis, *&c.* iudicem omnium Deum, & spiritus iustorum perfectorum. † 12,23.
Nónne iudicatis apud vosmetipsos, & facti estis iudices cogitationum iniquarum? Iac.2,3.
Iudicium sine misericordia illi, qui non fecit misericordiam. 13.
Tu autem quis es, qui iudicas proximum? † 4,13.
Iudex ante ianuam assistit. † 5,10.
Tempus est vt incipiat iudicium à domo Dei. 1.Pet.4,17.
In auaritia fictis verbis de vobis negotiabuntur: quibus iudicium iam olim non cessat, & perditio eorum non dormitat. 2.Pet.2,3.
Rudentibus inferni detractos [angelos] in tartarum tradidit cruciandos, in iudicium reseruari. 4.
Angeli fortitudine & virtute cùm sint maiores, non portant aduersum se iudicium. 11.
In hoc perfecta est charitas Dei nobiscum, vt fiduciam habeamus in die iudicij: quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo. 1.Ioan.4,17.
In iudicium magni diei, vinculis æternis sub caligine reseruauit [angelos.] Iudæ v.6.
Venit Deus in sanctis millibus suis facere iudicium contra omnes. 15.
Iratæ sunt Gentes, & aduenit ira tua, & tempus mortuorum iudicari, & reddere mercedem seruis tuis Prophetis. Apoc.11,18.
Timete Dominum, & date illi honorem, quia venit hora [iudicij eius. † 14,7.
Iudicia tua manifesta sunt. † 15,4.
Exulta super eam [Babylonem] cælum, & sancti Apostoli, & Prophetę, quoniam iudicauit Deus iudicium vestrum de illa. † 18,20.
Vera & iusta iudicia sunt eius, qui iudicauit de meretrice magna. † 19,2.
Vidi sedes, & sederunt super eas, & iudicium datum est illis. † 20,4.
Alius Liber apertus est, qui est vitæ: & iudicati sunt mortui ex his, quæ scripta erant in libris, secundùm opera ipsorum. 12.

IVDITH.

Erat autem Iudith relicta eius vidua iam annis tribus, & mensibus sex. Iudith 8,4. † 9,1.

Stetitque Iudith ante lectum, orans cum lacrymis, & labiorũ motu in silentio, dicens: Confirma me Deus Israel, & respice in hac hora ad opera manuum mearum. † 13,6.

Ioacim autem summus Pontifex, de Ierusalem venit in Bethuliam cum vniuersis presbyteris suis, vt videret Iudith. Quæ cùm exisset ad illum, benedixerunt eam omnes vna voce, dicentes: Tu gloria Ierusalem, tu lætitia Israel, tu honorificentia populi nostri. † 15,9.

Sed Iudith filia Merari in specie faciei suæ dissoluit eum. † 16,8.

Iudith magna facta est in Bethulia, & præclarior erat vniuersæ terræ Israel. 25.

IVGER.

Plaga, &c. quasi viginti virorum, in media parte iugeri. 1.Reg.14,14. Isaiæ 5,10.

IVGIS.

Omnes dies pauperis, mali: secura mens quasi iuge conuiuium. Prou.15,15. Ezech.46,14.

IVGVLO.

Statimque apprehensum iugulabant in ipso Iordanis transitu. Iudic.12,6.

Iugulauerunt eos in cisterna. 4.Reg.10,14.

Iugulauit seruos, qui occiderant patrem suum: sed filios eorum non interfecit. 2.Par.25,4.

Iugulatũ iacere in platea. Tob.2,3. Esth.6,2.

Iugulauit rex Babylonis filios Sedeciæ in oculis eius. Ierem.52,10.

IVGVM.

Tempusque veniet, cùm excutias iugum eius de ceruicibus tuis. Gen.27,40.

Et ponet iugum ferreum super ceruicem tuam, donec te conterat. Deut.28,48.

Filij Belial, (id est, absque iugo.) Iudic.19,22.

Vaccas fœtas quibus non est impositum iugum, iungite in plaustro, & recludite vitulos earum domi. 1.Reg.6,7.

Pater tuus durissimum iugum imposuit nobis. 3.Reg.12,4.

Pater meus posuit super vos iugum graue, ego autem addam super iugum vestrum. 10.

Dirumpamus vincula eorum, & proijciamus à nobis iugum ipsorum. Psal.2,3.

Sicut boum iugum, quod mouetur, ita & mulier nequam: qui tenet illam quasi qui apprehendit scorpionem. Eccli.26,10.

Iugum graue super filios Adam, à die exitus de ventre matris eorum, vsque in diem sepulturæ in matrem omnium. † 40,1.

Iugum enim oneris eius, & virgam humeri eius, & sceptrum exactoris eius superasti sicut in die Madian. Isaiæ 9,4.

Computrescet iugum à facie olei. † 10,27.

Auferetur ab eis iugum eius, & onus illius ab humero eius tolletur. † 14,25.

Super senem aggrauasti iugum tuum valdè. † 47,6.

A sæculo confregisti iugum meum, rupisti vincula, & dixisti: Non seruiam. Ierem.2,20.

Et ecce magis hi simul confregerunt iugum, ruperunt vincula. Idcircò percussit eos leo de silua, lupus ad vesperam vastauit eos. † 5,6.

Quicumque non curuauerit collum suum sub iugo regis Babylonis: in gladio, & in fame, & in peste visitabo super gentem illam. † 27,8.

Contriui iugum regis Babylonis. † 28,2.

Sic confringam iugum Nabuchodonosor regis Babylonis post duos annos dierum, de collo omnium gentium. 11.

Iugum ferreum posui super collum cunctarum Gentium istarum. 14.

Conteram iugum eius de collo tuo, & vincula eius disrumpam, & non dominabuntur ei ampliùs alieni. † 30,8.

Vigilauit iugum iniquitatum mearum. Thren. 1,14.

Bonum est viro cùm portauerit iugum ab adolescentia sua. † 3,27.

Scient quia ego Dominus, cùm contriuero catenas iugi eorum. Ezech.34,27.

Reuersi sunt vt essent absque iugo: facti sunt quasi arcus dolosus. Osee 7,16.

Ero eis quasi exaltans iugum super maxillas eorum. † 11,4.

Populus meus pendebit ad reditum meum: iugum autem imponetur eis simul quod non auferetur. 7.

Et vt auferrent ab eis iugum Græcorum. 1.Mach.8,18.

Quare grauasti iugum tuum super amicos nostros, & socios Iudæos? 31.

Anno centesimo septuagesimo ablatum est iugum Gentium ab Israel. † 13,41.

Tollite iugum meum super vos. Matth.11,29.

Iuga boum emi quinque, & eo probare illa. Luc.14,19.

Quid tentatis Deum, imponere iugum super ceruices discipulorum, quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus? Act.15,10.

Nolite iugum ducere cum infidelibus. 2.Corinth.6,14.

IVMENTVM.

Producat terra &c. iumenta, & omne reptile terræ. Gen.1,24.

Multum quippe iumentorum numerum possidebant. 1.Par.5,9.

Interroga iumenta, & docebunt te: & volatilia cæli, & indicabunt tibi. Iob 12,7.

Quare reputati sumus vt iumenta, & sorduimus coram vobis? † 18,3.

Homines & iumenta saluabis Domine. Psalmo 35,7.

Ccc Homo,

Homo, cùm in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. † 48,13.

Vt iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum. † 72,23.

Iumenta eorum in morte conclusit. † 77,50.

Iumenta eorum non minorauit. † 106,38.

Qui dat iumentis escam ipsorum. † 146,9.

Nouit iustus iumentorum suorum animas: viscera autem impiorum crudelia. Prou.12,10.

Nihil habet homo iumento amplius. Eccles.3,19. Ioel.1,17. Ionæ 3,7. Luc.10,34. Apoc.18,13.

IVNCVS.

Calamus & iuncus marcescet: nudabitur alueus riui à fonte suo. Isa.19,6.

In cubilibus, in quibus priùs dracones habitabant, orietur viror calami & iunci. † 35,7.

IVNGO.

Nec iunges manum tuam, vt pro impio dicas falsum testimonium. Exod.23,1.

Si quis est Domini, iungatur mihi. † 32,26.

Non quia cunctas Gentes numero vincebatis, vobis iunctus est Dominus, & elegit vos. Deuter.7,7.

Iunxeruntque currum eius. 4.Reg.9,21.

His tribus noctibus Deo iungimur. Tob.8,4.

Humerus meus à iũctura sua cadat. Iob 31,22.

Absorpti sunt iuncti petræ iudices eorum. Psal.140,6. Cant.7,1.

Qui se iungit fornicariis, erit nequam: putredo & vermes hereditabunt illum. Eccli.19,3.

Duæ pennæ singulorum iungebantur. Ezechielis 1,11. Act.9,26. Ephes.4,16.

IVNIPERVS.

Proiecitque se [Elias] & obdormiuit in vmbra iuniperi. 3.Reg.19,5.

Manducabunt herbas, & arborum cortices, & radix iuniperorum erat cibus eorum. Iob 30,4.

IVPITER.

Qui locum inhabitabant, Iouis hospitalis. 2.Mach.6,2.

Vocabant Barnabam, Iouem. Act.14,12.

Sacerdos quoque Iouis, &c. volebat sacrificare. 13.

IVRGIVM.

Ne quæso sit iurgium inter me & te, & inter pastores meos, & pastores tuos, fratres enim sumus. Genes.13,8.

Iurgatus contra Moysen, ait: Da nobis aquam. Exod.17,2.

Iurgatus est in castris cum viro Israëlita. Cumque blasphemasset nomen, & maledixisset ei, adductus est ad Moysen, &c. lapidet eum populus vniuersus. Leuit.24,10,14.

Iurgantes fortiter, & propè vim inferentes. Iudic.8,1.

Aut docere potes, quòd iurgatus sit contra Israel, & pugnauerit contra eum. † 11,25.

Inter superbos semper iurgia sunt. Prou.13,10

Melior est buccella sicca cum gaudio, quàm domus plena victimis cum iurgio. † 17,1.

Semper iurgia quærit malus. 11.

Qui dimittit aquam, caput est iurgiorum. 14. † 18,6.

Eiice derisorem, & exibit cum eo iurgium, cessabuntque causæ & contumeliæ. † 22,10.

Quæ viderunt oculi tui, ne proferas in iurgio citò: ne posteà emendare non possis, cùm dehonestaueris amicum tuum. † 25,8.

Susurrone subtracto, iurgia conquiescent. † 26,20.

Qui se iactat, & dilatat, iurgia concitat. † 28,25.

IVRO.

Iura ergo per Deum, ne noceas mihi, & posteris meis, stirpique meæ. Gen.21,23.

Per memetipsum iuraui, dicit Dominus: quia fecisti hanc rem, & non pepercisti filio tuo vnigenito propter me, benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum, sicut stellas cæli. † 22,16.

Complens iuramentum, quod spopondi Abraham patri tuo. † 26,3.

Iurauit Iacob per timorem patris sui Isaac. † 31,54.

Denuntiauit nobis vir ille sub attestatione iurisiurandi. † 43,3.

Iura ergo, inquit, mihi: quo iurante adorauit Israel Deum, conuersus ad lectuli caput. † 47,31.

Iurauit Moyses quòd habitaret cum eo. Exodi 2,21.

In Terram Chananæi, sicut iurauit tibi & patribus tuis. † 13,11.

Iusiurandum erit in medio, quòd non extenderit manum ad rem proximi sui. † 22,11.

Per nomen externorum deorum non iurabitis. † 23,13.

Audierit vocem iurantis, &c. nisi indicauerit, portabit iniquitatem suam. Leuit.5,1.

Anima quæ iurauerit, &c. agat pœnitentiam pro peccato. 5.

Per nomen illius [Dei] iurabis. Deut.6,13.

Custodiuit iuramentum, quod iurauit patribus vestris. † 7,8.

Iurate mihi per Dominum, vt quomodo ego misericordiam feci vobiscum; ita & vos faciatis cum domo patris mei. Iosu.2,12.

Innoxij erimus à iuramento hoc, quo adiurasti nos, si ingredientibus, nobis Terram, signum fuerit funiculus iste coccineus. 18.

Principes quoq; multitudinis iurauerũt eis, &c. murmurauit itaque omne vulgus contra Principes. † 9,15,18. † 23,7.

Iurate, ait, & spondete mihi, quòd non occidatis me. Iudic.15,12.

Grandi enim iuramento se constrinxerant, cùm

cùm essent in Maspha, interfici eos qui defuissent. † 21,5.

Constricti iuramento, & maledictione. 18.

Iuraui domui Heli, quòd non expietur iniquitas domus eius victimis & muneribus vsque in æternum. 1.Reg.3,14.

Iurauit Dominus facere vos sibi populum. † 12,22.

Iureiurando constrinxit pater tuus populum. † 14,28.

Iurauit: Viuit Dominus, quia non occidetur. † 19,6.

Iurauit [Ionathas] rursum Dauidi. † 20,3,42.

Iura mihi in Domino, ne deleas semen meum post me, neque auferas nomen meum de domo patris mei. † 24, 22.

Iurauit ei Saul in Domino. † 28,10.

Iura mihi per Deum, quòd non occidas me, & non tradas me in manus domini mei. † 30,15.

Nisi quomodo iurauit Dominus Dauid, sic faciam cum eo. 2.Reg.3,9.

Iuro enim tibi per Dominum. † 19,7.

Propter iusiurandum Domini. † 21,7.

Iurauerunt viri Dauid, dicentes: Iam non egredieris nobiscum in bellum, ne extinguas lucernam Israel. 17.

Iurasti mihi ancillæ tuæ, dicens: Salomon filius tuus regnabit post me? 3.Reg.1,13.

Iuret mihi rex Salomon hodie, quòd non interficiet me. 51.

Iurauit itaque rex Salomon. † 2,23.

Quare ergo non custodisti iusiurandum Domini, & præceptum quod præceperam tibi? 43.

Iuramentum quo teneatur adstrictus, &c. iudicabis seruos tuos, condemnans impium. † 8,32.

Iurauitque Godolias ipsis. 4.Reg.25,24.

Cognationes domus operantium byssum in domo iuramenti. 1.Par.4,21.

Iurauerùntque Domino voce magna, in iubilo & in clangore tubæ. 2.Par.15,14.1.Esd.10,5.

Multi enim erant in Iudæa habentes iuramentum eius, quia gener erat Secheniæ. 2. Esdræ 6,18.

Ad pollicendum, & iurandum, vt ambularent in lege Dei. † 10,29.

Iurauit [Nabuchodonosor] per thronum & regnum suum, quòd defenderet se de omnibus regionibus his. Iudith 1,12.

Qui iurat proximo suo, & non decipit. Psalmo 14,4.

Laudabuntur omnes qui iurant in eo. † 62,12.

Iuraui Dauid seruo meo, Vsque in æternum præparabo semen tuum. † 88,4.

Semel iuraui in sancto meo, si Dauid mentiar: semen eius in æternum manebit. 38.

Vt iuraui in ira mea: Si introibunt in requiem meam. † 94,11.

Qui laudabant me, aduersum me iurabant. † 101,9.

Iuramenti sui ad Isaac, dicens: Tibi dabo terram Chanaan. † 104,10.

Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum: Tu es sacerdos in æternum, secundùm ordinem Melchisedech. † 109,4.

Iuraui, & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ. † 118,106.

Sicut iurauit Domino. † 131,2.

Iurauit Dominus veritatem. 11.

Ego os regis obseruo, & præcepta iuramenti Dei. Eccles.8,2.

Vt verè scientes quibus iuramentis crediderunt, animæquiores essent. Sap.18,6.

Verbo illum qui se vexabat, subiecit, iuramenta parentum & testamentum commemorans. 22.

Iurationi non assuescat os tuum, multi enim casus in illa. Eccli.23,9.

Vir multùm iurans implebitur iniquitate, & non discedet à domo illius plaga. 12.

Loquela multùm iurans horripilationem capiti statuet: & irreuerentia ipsius obturatio aurium. † 27,15.

In memetipso iuraui, egredietur de ore meo iustitiæ verbum, & non reuertetur. Isa.45,23.

Qui iuratis in nomine Domini, & Dei Israel recordamini non in veritate, neque in iustitia. † 48,1.

Iurauit Dominus in dextera sua, & in brachio fortitudinis suæ. † 62,8.

Dimittetis nomen vestrum in iuramentum electis meis. † 65,15.

Qui benedictus est super terram, benedicetur in Deo amen: & qui iurat in terra, iurabit in Deo amen. 16.

Iurabis: Viuit Dominus, in veritate, & in iudicio, & in iustitia: & benedicent eum Gentes, ipsúmque laudabunt. Ierem.4,2.

Quòd si etiam, Viuit Dominus, dixerint: & hoc falsò iurabunt. † 5,2.

Super quo propitius tibi esse potero? filij tui dereliquerũt me, & iurant in his qui non sunt dij. 7.

Furari, occidere, adulterari, iurare mendaciter. † 7,9.

Vt scirem iuramentum, quod iuraui patribus vestris. † 11,5.

Et erit: si eruditi didicerint vias populi mei, vt iurent in nomine meo, Viuit Dominus, sicut docuerunt populum meum iurare in Baal: ædificabuntur in medio populi mei. † 12,16.

Eritis in iusiurandum, & in stuporem, & in maledictum, & in opprobrium: & nequaquam vltrà videbitis locum istum. † 42.18.

Iuraui tibi, & ingressus sum pactum tecum. Ezech.16,8.

Faciam tibi, sicut despexisti iuramentum, vt irritum faceres pactum. 59.

Spreuerat enim iuramentum vt solueret fœdus, & ecce dedit manum suam: & cùm hæc omnia fecerit, non effugiet. † 17,18.

Iurasset per viuentem in æternum, quia in tempus, & in tempora, & dimidium temporis. Dan.12,7.

Neq; iuraueritis: Viuit Dominus. Osee 4,15.

Iurauit Dominus Deus in sancto suo: quia ecce dies venient super vos, & leuabunt vos in contis, & reliquias vestras in ollis feruentibus. Amos 4,2.

Qui iurant in delicto Samariæ, & dicunt: Viuit Deus tuus Dan, & viuit via Bersabee. † 8,14.

Suscitans suscitabis arcum tuum, iuramenta tribubus quæ locutus es. Habac.3,9.

Et iurant in Domino, & iurant in Melchom. Sophon.1,5.

Omnis fur, sicut ibi scriptum est, iudicabitur: & omnis iurans, ex hoc similiter iudicabitur. Zach.5,3.

Iuramentum mendax ne diligatis. † 8,17.

Iurauit illis rex & principes, & exierunt de munitione. 1.Mach.6,61.

Rupit citiùs iuramentum, quod iurauit: & mandauit destruere murum in gyro. 62.

Iurauit se nihil facturum ei mali omnibus diebus vitæ suæ. † 9,71.

Ostendebat Gentium fallaciam, & iuramentorum præuaricationem. 2.Mach.15,10.

Non iurare omnino, neque per cælum, quia thronus Dei est. Matth.5,34.

Vnde cum iuramento pollicitus est ei dare quodcumque postulasset ab eo. † 14,7.

Qui ergo iurat in altari, iurat in eo, & in omnibus quæ super illud sunt. † 23,20.

Tunc cœpit detestari, & iurare quia non nouisset hominem. † 26,74.

Quoniam neminem habuit per quem iuraret, maiorem, iurauit per semetipsum. Heb.6,13.

Et omnis controuersiæ eorum finis, ad confirmationem, est iuramentum. 16.

Alij quidem sine iureiurando sacerdotes facti sunt. † 7,20,27.

Nolite iurare neque per cælum neque per terram. Iac.5,12.

Iurauit per viuentem in sæcula sæculorum. Apoc 10,5.

IVS.

Cedentque in partem Aaron & filiorum eius iure perpetuo. Exod.29,28.

Et iuris nostri sit offerre, & holocausta, & victimas. Ios.22,27.

Si vis possidere iure propinquitatis, eme, & posside. Ruth 4,4.

Prædic eis ius regis. 1.Reg.8,9.

Vrbes, &c. quas tulerat de manu Ioachaz patris sui iure prælij. 4.Reg.13,25.

Recordare Domine Deus meus, aduersum eos qui polluunt sacerdotium, iusque sacerdotale & Leuiticum. 2.Esd.13,29.

Scientium leges ac iura maiorum. Esth.1,13.

Humanitatis in se iura violare. † 16,4.

Terra infecta est ab habitatoribus suis: quia transgressi sunt leges, mutauerunt ius. Isa.24,5.

IVS, *alia significatione*.

Ius carnium mittens in ollam, tulit omnia sub quercu, & obtulit ei. Iudic.6,19,20.

Qui habitant in sepulchris, & in delubris idolorum dormiunt: qui comedunt carnem suillam, & ius profanum in vasis eorum. Isaiæ 65,4.

IVSTIFICO.

Numquid homo Dei comparatione iustificabitur, aut factore suo purior erit vir? Iob 4,17. † 9,2.

Si iustificare me voluero, os meum condemnabit me: si innocentem ostendero, prauum me comprobabit. † 9,20.

Numquid iustificari potest homo comparatus Deo, aut apparere mundus natus de muliere? † 25,4.

Iustificationem meam, quam cœpi tenere, non deseram. † 27,6.

Hoc est ergo in quo nō es iustificatus. † 33,12.

Vt iustificeris in sermonibus tuis. Psal.50,6.

Ergo sine causa iustificaui cor meum, & laui inter innocentes manus meas. † 72,13.

Seruus autem tuus exercebatur in iustificationibus tuis. † 118,23.

Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. † 142,2.

Iustifica pusillum, & magnum similiter. Eccli.5,18.

Non te iustifices ante Deum, quoniam agnitor cordis ipse est. † 7,5.

Nónne ecce verbum super datum bonum? sed vtraque cum homine iustificato. † 18,17.

Non impediaris orare semper, & ne verearis vsque ad mortem iustificari. 22.

De lege Altissimi, & testamento, & de iudicio iustificare impium. † 42,2.

In Domino iustificabitur, & laudabitur omne semen Israel. Isaiæ 45,26.

Iuxtà est qui iustificat me, quis contradicet mihi? † 50,8.

In scientia sua iustificabit ipse iustus seruus meus multos, & iniquitates eorum ipse portabit. † 53,11.

Iustificauit animam suam auersatrix Israel, comparatione præuaricatricis Iudæ. Ierem.3,11.

Auferam iustificationem tuam, & dabo te in animas odientium te. Ezech.16,27.

Iustificasti sorores tuas in omnibus abominationibus tuis. 51.

Neque enim in iustificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis. Dan.9,18.

Et

Et abominationibus, ita vt obliuiscerentur legem, & immutarent omnes iustificationes Dei. 1.Mach.1,51.

Iustificata est sapiẽtia à filiis suis. Mat.11,19.

Et publicani iustificauerunt Deum, baptizati baptismo Ioannis. Luc.7,29.

Vos estis, qui iustificatis vos coram hominibus: Deus autem nouit corda vestra. † 16,15.

Descendit hic iustificatus in domum suam ab illo. † 18, 14.

Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Roman.2,13.

Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem, quæ est in Christo Iesu. † 3, 24.

Iustificati ergo ex fide, pacem habeamus ad Deum, per Dominum nostrum Iesum Christum. † 5,1.

Iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundùm carnem ambulamus. † 8,4.

Quos vocauit, hos & iustificauit. 30.

Iustificatio non solùm fidei adscribitur, sed etiam alys virtutibus: vt spei, Rom.8,24. *charitati*, Exod.20,6. Prou.10,12. 1.Cor.13,4. *pœnitentia operibus*, Sap.11,24. Ezech.18,21,22. Matth.3,2,8. Luc.7. *vbi ponitur exemplum Magdalena: Filij prodigi*, Luc.15. *Publicani*, Luc.18.

Non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi. Gal.2,16.

Vt iustificati gratia ipsius, heredes simus secundùm spem vitæ æternæ. Tit.3,7.

Abraham pater noster, nónne ex operibus iustificatus est, offerens Isaac filium suum super altare? Iac.2,21.

Videtis quoniam ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantùm? 24.

Byssinum enim iustificationes sunt sanctorum. Apoc.19,8.

IVSTITIA.

Respondebitque mihi cras iustitia mea. Genes.30,33.

Iustitia seruetur. Nolite facere iniquum aliquid in iudicio, in regula, in pondere, in mensura. Leuit.19,35. Num.25,4.

Propter iustitiam meam introduxit me Dominus vt terram hanc possiderem, cùm propter impietates suas istæ deletæ sint nationes. Deuteron.9,4.

Quem iustum esse perspexerint, illi iustitiæ palmam dabunt: quem impium, condemnabunt impietatis. † 25,1.

Populos vocabunt ad montem: ibi immolabunt victimas iustitiæ. † 33,19.

Dominus autem retribuet vnicuique secundùm iustitiam suam & fidem. 1.Reg.26,23.

Faciebat quoque Dauid iudicium, & iustitiam omni populo suo. 2 Reg.8,15.

Vobis autem non est pars, & iustitia, & memoria in Ierusalem. 2.Esdræ 2,20.

Conuertimini itaque peccatores, & facite iustitiam coram Deo, credentes quòd faciat vobiscum misericordiam suam. Tob.13,8.

Iustitia indutus sum, & vestiui me, sicut vestimento & diademate. Iob 29,14.

Reddet homini iustitiam suam. † 33,26.

Iudica me secundùm iustitiam tuam. Psalmi 34,24.

Iustitia tua sicut montes Dei: iudicia tua abyssus multa. † 35,7.

Iustitia plena est dextera tua. † 47,11.

Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis. † 71,7.

Cùm accepero tempus, ego iustitias iudicabo. † 74,3.

Iustitia ante eum ambulabit, & ponet in via gressus suos. † 84,14.

Iustitia & iudicium præparatio sedis tuæ. † 88,15.

Quoadusque iustitia conuertatur in iudicium. † 93,15.

Iustitia & iudiciũ correctio sedis eius. † 95,2.

Iustitia illius in filios filiorum. † 102, 18.

Beati qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam in omni tempore. † 105,3.

Iustitia eius manet in sæculum sęculi. † 110,3. † 111,3,9. † 118, 142.

Iustitia tua exultabunt. † 144,7.

Qui annuntiat verbum suum Iacob, iustitias & iudicia sua Israel. † 147,8.

Nihil proderunt thesauri impietatis: iustitia verò liberabit à morte. Prou.10,2. † 11,4.

Seminanti iustitiam merces fidelis. † 11,18.

In semita iustitiæ vita. † 12,28.

Iustitia custodit innocentis viam: impietas autem peccatorem supplantat. † 13,6.

Iustitia eleuat gentem: miseros autem facit populos peccatum. † 14,34.

In abundanti iustitia virtus maxima est. † 15,5.

Abominatio est Domino via impij: qui sequitur iustitiam, diligitur ab eo. 9.

Abominabiles regi qui agunt impiè: quoniam iustitia firmatur solium. † 16,12.

Qui sequitur iustitiam, & misericordiam, inueniet vitam, iustitiam & gloriam. † 21,21.

Si videris calumnias egenorum, violenta iudicia, & subuerti iustitiam in prouincia, non mireris super hoc negotio: quia excelso excelsior est alius, & super hos quoque eminentiores sunt alij. Eccles.5,7.

Diligite iustitiã, qui iudicatis terram. Sap.1,1.

Iustitia enim perpetua est & immortalis. 15.

Errauimus à via veritatis, & iustitiæ lumen non luxit nobis. † 5,6.

Induet pro thorace iustitiam. 19.

Virtus enim tua iustitiæ initium est. † 12,16.

Nosse enim te consummata iustitia est. † 2,13.

Iustitiæ legem in concordia disposuerunt. † 18,9.

Pro iustitia agonizare pro anima tua, & vsque ad mortem certa pro iustitia, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos. Eccli.4,33.

Ante obitum tuum operare iustitiam: quoniam non est apud inferos inuenire cibum. † 14,17.

Plurima illius opera sunt in absconsis: sed opera iustitiæ eius quis enunciabit, vel quis sustinebit? † 16,22.

Ante iudicium para iustitiam tibi, & antequam loquaris, disce. † 18,19.

Qui operatur iustitiam, ipse exaltabitur. † 20,30.

Et qui transgreditur à iustitia ad peccatum: Deus parauit eum ad rhomphæam. † 26,27.

Si sequaris iustitiam, apprehendes illam, & indues quasi podêrem honoris, & inhabitabis cum ea, & proteget te in sempiternum, & in die agnitionis inuenies firmamentum. † 27,9.

Cum viro irreligioso tracta de sanctitate, & cum iniusto de iustitia. † 37,12.

Iustitia habitauit in ea, nunc autem homicidæ. Isa.1,21.

Iustitiam iusti aufertis ab eo. † 5,23.

Consummatio abbreuiata inundabit iustitiam. † 10,22.

Erit iustitia cingulum lumborum eius. † 11,5.

Cùm feceris iudicia tua in terra, iustitiam discent habitatores orbis. † 26,9.

Iustitia oriatur simul: ego Dominus creaui eum. † 45,8.

Suscitaui eum ad iustitiam, & omnes vias eius dirigam: ipse ædificabit ciuitatem meam, & captiuitatem meam dimittet. 13.

Ego Dominus loquens iustitiam, annuntians recta. 19.

Audite me duro corde, qui longè estis à iustitia. Propè feci iustitiam meam, non elongabitur, & salus mea non morabitur. Dabo in Sion salutem, & in Israel gloriam meam. † 46,13.

Vtinam attendisses mandata mea: facta fuisset sicut flumen pax tua, & iustitia tua sicut gurgites maris. † 48,18.

In iustitia fundaberis: Recede procul à calumnia, quia non timebis. † 54,14.

Rogant me iudicia iustitiæ: appropinquare Deo volunt. † 58,2.

Erumpet quasi manè lumen tuum, & sanitas tua citiùs orietur: & anteibit faciem tuam iustitia tua, & gloria Domini colliget te. Tunc inuocabis, & Dominus exaudiet. 8.

Non est qui inuocet iustitiam, neque est qui iudicet verè: sed confidunt in nihilo, & loquuntur vanitates. † 59,4.

Saluauit sibi brachium suum, & iustitia eius ipsa confirmauit eum. 16.

Deus germinabit iustitiam, & laudem coram vniuersis Gentibus. † 61,11.

Protulit Dominus iustitias nostras, venite & narremus in Sion opus Domini Dei nostri. Ierem.51,10.

Domino Deo nostro iustitia, nobis autem & patribus nostris confusio faciei. Baruch 2,6.

Iustitias ipsius nescierunt, nec ambulauerunt per vias mandatorum Dei. † 4,13.

Circumdabit te Deus diploide iustitiæ, & imponet mitram capiti honoris æterni. † 5,2.

In peccato suo morietur, & non erunt in memoria iustitiæ eius quas fecit. Ezech.3,20.

Iustitia iusti super eum erit, & impietas impij super ipsum erit. † 18,20.

Iustitiæ eius quas fecerat, non recordabuntur. 24.

Et confisus in iustitia sua fecerit iniquitatem: omnes iustitiæ eius obliuioni tradentur, & in iniquitate sua, quam operatus est, in ipsa morietur. † 33,13.

Tibi Domine iustitia, nobis autem confusio faciei, sicut est hodie viro Iuda. Dan.9,7.

Adducatur iustitia sempiterna, & impleatur visio. 24.

Sponsabo te mihi in sempiternum: & sponsabo te mihi in iustitia, & iudicio, & in misericordia. Osee 2,19.

Dedit illis potestatem vt facerent iustitiam Gentium. 1.Mach.1,14.

Tunc descenderunt multi quærentes iudicium & iustitiam, in desertum: & sederunt ibi ipsi, & filij eorum, & mulieres eorum. † 2,29.

Sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Matth.3,15.

Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam. † 5,6.

Nisi abundauerit iustitia vestra plus quàm Scribarum & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum. 20.

Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus. † 6,1.

Venit enim ad vos Ioannes in via iustitiæ, & non credidistis ei: publicani autem & meretrices crediderunt ei. † 21,32.

Disputante autem illo de iustitia, & castitate, & de iudicio futuro, tremefactus Felix. Actorum 24,25.

Iustitia enim Dei in eo reuelatur ex fide in fidem. Rom.1,17.

Qui cùm iustitiam Dei cognouissent, non intellexerunt quoniam qui talia agunt, digni sunt morte. 32.

Iustitia autem Dei per fidem Iesu Christi, in omnes & super omnes, qui credunt in eum. † 3,22.

Arbitramur enim iustificari hominem per fidem sine operibus legis. 28.

Cui Deus accepto fert iustitiam sine operibus. † 4,6.

Iusti-

Iustificati in sanguine ipsius, salui erimus ab ira per ipsum. † 5,9.

Per vnius iustitiam in omnes homines in iustificationem vitæ. 18.

Iustitiæ Dei non sunt subiecti. † 10,3.

Non est regnum Dei esca & potus: sed iustitia, & pax, & gaudium in Spiritu sancto. † 14,17.

Qui factus est nobis sapientia à Deo, & iustitia, & sanctificatio. 1. Cor. 1,30.

Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso. 2. Cor. 5,21.

Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? † 6,14.

Non abiicio gratiã Dei. Si enim per legem iustitia, ergo gratis Christus mortuus est. Gal. 2,21.

Si enim data esset lex, quæ posset viuificare, verè ex lege esset iustitia. † 3,21.

Inueniar in illo, non habens meam iustitiam, quæ ex lege est: sed illam, quæ ex fide est Christi Iesu. Philip. 3,9.

Sectare verò iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem. 1. Tim. 6,11.

Fide Noe, *&c.* metuens aptauit arcam in salutem domus suæ, per quam damnauit mundum: & iustitiæ quæ per fidem est, heres est institutus. Heb. 11,7.

Qui per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam. 33.

Ira enim viri, iustitiam Dei non operatur. Iacob. 1,20.

Fructus autem iustitiæ, in pace seminatur, facientibus pacem. † 3,18.

Qui æqualem nobiscum sortiti sunt fidem in iustitia Dei nostri. 2. Pet. 1,1.

Qui facit iustitiam, iustus est, sicut & ille iustus est. 1. Ioan. 3,7.

Cum iustitia iudicat & pugnat. Apoc. 19,11.

IVSTVS.

Numquid perdes iustum cum impio? Si fuerint quinquaginta iusti in ciuitate, peribunt simul? Gen. 18,24. † 19,29.

Iustior me est: quia non tradidi eam Sela filio meo. † 38,26.

Moriatur anima mea morte iustorum, & fiant nouissima mea horum similia. Num. 23,10.

Iustè quod iustum est persequèris. Deut. 16,20

Deus fidelis, & absque vlla iniquitate iustus & rectus. † 32,4.

Iustior tu es quàm ego: tu enim tribuisti mihi bona, ego autem reddidi tibi mala. 1. Reg. 24,18.

Iusti estis. 4. Reg. 10,9.

Consternatique principes Israel, & rex dixerunt: Iustus est Dominus. 2. Paral. 12,6.

Deus Israel iustus es tu: quoniam derelicti sumus, qui saluaremur sicut die hac. 1. Esd. 9,15.

Implesti verba tua, quoniam iustus es. 2. Esdræ 9,8.

Et tu iustus es in omnibus, quæ venerunt super nos: quia veritatem fecisti, nos autem impiè egimus. 33.

Tunc Tobias ingemuit, & cœpit orare cum lacrymis, dicens: Iustus es Domine. Tob. 3,1.

Si iustus, non leuabo caput. Iob 10,15.

Quid est homo, vt immaculatus sit, & vt iustus appareat natus de muliere. † 15,14.

Et tenebit iustus viam suam, & mundis manibus addet fortitudinem. † 17,9.

Quid prodest Deo si iustus fueris? aut quid ei confers, si immaculata fuerit via tua? † 22,3.

Præparabit quidem, sed iustus vestietur illis. † 27,17.

Eò quòd iustus sibi videretur. † 32,1.

Quia dixit Iob: Iustus sum, & Deus subuertit iudicium meum. † 34,5.

Vt diceres: Iustior sum Deo? 35,2.

Si iustè egeris, quid donabis ei? 7.

Non auferet à iusto oculos suos. † 36,7.

Iustus autem quid fecit? Psal. 10,3.

Iustorum priuilegia. Psal. 36.

Obseruabit peccator iustum: & stridebit super eum dentibus suis. † 36,12.

Iustus autem miseretur, & tribuet. 21.

Non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem. 25.

Iusti autem hereditabunt terram, & inhabitabunt in sæculum sæculi super eam. 29.

Iusti epulentur, & exultent in conspectu Dei, & delectentur in lætitia. † 67,4.

Iustus vt palma florebit. † 91,13.

Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum. † 118,137.

Vt non extendant iusti ad iniquitatem manus suas. † 124,3.

Verumtamen iusti confitebuntur nomini tuo. † 139,14.

Me expectant iusti, donec retribuas mihi. † 141,8.

Iustus Dominus in omnibus viis suis. † 144,17.

Iustorum autem semita, quasi lux splendens procedit, & crescit vsque ad perfectam diem. Prou. 4,18.

Iustus quasi fundamentum sempiternum. † 10,25.

Iustus in æternum non commouebitur. 30.

Iustus de angustia liberatus est: & tradetur impius pro eo. † 11,8.

Iusti quasi virens folium germinabunt. 28.

Si iustus in terra recipit, quantò magis impius & peccator? 31.

Domus iusti plurima fortitudo: & in fructibus impij conturbatio. † 15,6.

Iustus, qui ambulat in simplicitate sua, beatos post se filios derelinquet. † 20,7.

Pro iusto dabitur impius. † 21,18.

Fons

Fons turbatus pede, & vena corrupta, iustus cadens coram impio. † 25,26.

Fugit impius nemine persequente: iustus autem quasi leo confidens absque terrore erit. † 28,1.

Rex iustus erigit terram, vir auarus destruet eam. † 29,4.

Aperi os tuum, discerne quod iustum est, & iudica inopem & pauperem. † 31,9.

Iustum & impiũ iudicabit Deus. Ecclesf.3,17.

Iustus perit in iustitia sua, & impius multo viuit tempore in malitia sua. † 7,16.

Noli esse iustus multùm: neque plus sapias quàm necesse est, ne obstupescas. 17.

Non est enim homo iustus in terra, qui faciat bonum, & non peccet. 21.

Sunt iusti quibus mala proueniunt, quasi opera egerint impiorum: & sunt impij, qui ita securi sunt, quasi iustorum facta habeant. † 8,14.

Eò quòd vniuersa æquè eueniant iusto & impio, bono & malo. † 9,2.

Circumueniamus ergo iustum. Sap.2,12.

Iustorum autem animæ in manu Dei sunt. † 3,1.

Iustus autem si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit. † 4,7.

Condemnat autem iustus mortuus viuos impios. 16.

Iusti autem in perpetuum viuent. † 5,16.

Qui enim custodierint iusta iustè, iustificabuntur. † 6,11.

Hæc [sapientia] iustum à pereuntibus impiis liberauit fugientem, descendente igne in pentapolim † 10,6.

Cùm ergo sis iustus, iustè omnia disponis. † 12,15.

Oportet iustum esse & humanum. 19.

Obtinebit vias iniustorum: & in flamma sua non comburet iustos. Eccli.28,26.

Dicite iusto quoniam benè, quoniam fructum adinuentionum suarum comedet. Isaiæ 3,10.

Semita iusti recta est. † 26,7.

Quis suscitauit ab Oriente iustum, vocauit eum vt sequeretur se? † 41,2.

Rorate cæli desuper, & nubes pluant iùstum. † 45,8.

Numquid non ego Dominus, & non est vltrà Deus absque me? Deus iustus, & saluans non est præter me. 21.

Propè est iustus meus, egressus est saluator meus, & brachia mea populos iudicabunt.† 51,5.

Iustus perit, & non est qui recogitet in corde suo. † 57,1.

Populus autem tuus omnes iusti, in perpetuum hereditabunt terram, germen plantationis meæ, opus manus meæ ad glorificandum. † 60,21.

Et propter Ierusalem non quiescam, donec egrediatur vt splendor iustus eius, & saluator eius vt lampas accendatur. † 62,1.

Iustus quidem tu es Domine, si disputem tecum: verumtamen iusta loquar ad te: Quare via impiorum prosperatur? Ierem.12,1.

Hoc est nomen quod vocabunt eum, Dominus iustus noster. † 23,6.

Iustus est Dominus, quia os eius ad iracundiam prouocaui. Thren.1,18.

Occidam in te iustum & impium. Ezech.21,3.

Iustus es in omnibus quæ fecisti nobis, & vniuersa opera tua vera. Dan.3,27.

Qui incredulus est, non erit recta anima eius in semetipso: iustus autem in fide sua viuet. Habac.2,4.

Quærite iustum, quærite mansuetum: si quomodo abscondamini in die furoris Domini. Sophon.2,3.

Dominus iustus in medio eius non faciet iniquitatem. † 3,5.

Conuertimini, & videbitis quid sit inter iustum & impium; & inter seruientem Deo, & non seruientem ei. Mal.3,18.

Et quidem satis iustè, quippe qui multis & nouis cruciatibus aliorum torserat viscera, licet ille [Antiochus] nullo modo à sua malitia cessaret. 2.Mach.9,6.

Et cùm nec ipse fœtorem suum ferre posset, ita ait: Iustum est subditum esse Deo, & mortalem non paria Deo sentire. 12.

Non enim veni vocare iustos, sed peccatores. Matth.9,13.

Multi Prophetæ & iusti cupierunt videre quæ videtis, & non viderunt. † 13,17.

Iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. 43.

Erant autem iusti ambo ante Deum. Luc.1,6.

Homo iste iustus, & timoratus, expectans consolationem Israel. † 2,25.

Et nos quidem iustè, nam digna factis recipimus. † 23,41.

Glorificauit Deum dicens: Verè hic homo iustus erat. 47.

Si iustum est in conspectu Dei, vos potiùs audire quàm Deum, iudicate. Act.4,19.

Occiderunt eos, qui prænuntiabant de aduentu Iusti. † 7,52.

Deus patrum nostrorum præordinauit te, vt cognosceres voluntatem eius, & videres iustum, & audires vocem ex ore eius. † 22,14.

Iustus ex fide viuit. Rom.1,17.

Vt sit ipse iustus, & iustificans eum, qui est ex fide Iesu Christi. † 3,26.

Euigilate iusti, & nolite peccare. 1.Cor.15,34.

In lege nemo iustificatur apud Deum, manifestum est: quia iustus ex fide viuit. Gal.2,11.

Si tamen iustum est apud Deum, retribuere tribulationem iis qui vos tribulant. 2.Thessalon.1,6.

Lex

Lex iusto non est posita, sed iniustis, & non subditis. 1.Tim.1,9.

Per quam testimonium consecutus est esse iustus: testimonium perhibente muneribus eius Deo. Heb.11,4.

Addixistis, & occidistis iustum, & non restitit vobis. Iac.5,6.

Multū enim valet deprecatio iusti assidua. 16.

Si iustus vix saluabitur, impius & peccator vbi parebunt 1.Pet.4,18.

Aspectu enim & auditu iustus erat [Lot] 2.Pet.1,8.

Si scitis quoniam iustus est, scitote quoniam & omnis qui facit iustitiam ex ipso natus est. 1.Ioan.2,29.

Omnis qui non est iustus, non est ex Deo, & qui non diligit fratrem suum. † 3,10.

Iustus es Domine, qui es, & qui eras sanctus, qui hæc iudicasti. Apoc.16,5.

Qui iustus est, iustificetur adhuc. † 22,11.

IUSTUS, *proprium.*

Barsabas, qui cognominatus est Iustus, & Mathiam. Act.1,23.

In domum cuiusdam nomine Titi Iusti, colentis Deum. † 18,7.

Et Iesus, qui dicitur Iustus. Col.4,11.

IUVENIS.

Misitque iuuenes de filiis Israel, & obtulerunt holocausta, immolaueruntq; victimas pacificas. Exod.24,5.

Sicut dies iuuentutis tuæ ita & senectus tua. Deut.33,25. Iudic.14,10.

At illi responderunt vt iuuenes, & nutriti cum eo [Roboam] in deliciis. 2.Par.10,10.

Cumque esset [Tobias] iunior omnibus in tribu Nephthali, nihil tamen puerile gessit in opere. Tob.1,4.

Inuenit iuuenem splendidum, stantem præcinctum, & quasi paratum ad ambulandū. † 5,5.

Vnde te habemus bone iuuenis? 6.

Omnis itaque regio omnisque vrbs electam iuuentutem armatam misit post eos. Iudith 15,6.

Non enim cecidit potens eorum à iuuenibus. † 16,8.

Videbant me iuuenes, & abscondebantur, & senes assurgentes stabant. Iob 29,8.

Iunior sum tempore, vos autem antiquiores. † 32,6.

Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris. Psal.24,7.

Iunior fui, etenim senui. † 36,25.

Ad Deum qui lætificat iuuentutem meam. † 42,4.

In medio iuuencularum tympanistriarum. † 67,26.

Iuuenes eorum comedit ignis. † 77,63.

Quorum filij, sicut nouellæ plantationes in iuuentute sua. † 143,12.

Iuuenes & virgines, senes cum iunioribus laudent nomen Domini. † 148,12.

Considero vecordem iuuenem. Prouerbiorum 7,7.

Exultatio iuuenum, fortitudo eorum: & dignitas senum, canities. † 20,29.

Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ. Eccles.12,1.

Condemnat autem iustus mortuus viuos impios, & iuuentus celerius consummata longam vitam iniusti. Sap.4,16.

Concupiscentia spadonis deuirginabit iuuenculam: sic qui facit per vim iudicium iniquum. Eccli.20,3.

Quæ in iuuentute tua non congregasti, quomodo in senectute tua inuenies? † 25,5. † 30,11. † 47,15.

Cum adhuc iunior essem, priusquam oberrarem quæsiui sapientiam palàm in oratione mea. † 51,18.

Habitabit enim iuuenis cum virgine. Isa.62,5.

Effunde super paruulum foris, & super consilium iuuenum simul. Ierem.6,11.

Iuuenes eorum confodiantur gladio in prælio. † 18,21.

Castigasti me & eruditus sum, quasi iuuenculus indomitus. † 31,18.

Electi iuuenes eius descenderunt in occisionem. † 48,15.

Cadent iuuenes eius in plateis eius, & omnes viri prælij conticescent in die illa. † 49,26.

Cadent iuuenes eius in plateis eius. † 50,30.

Senes defecerunt de portis: iuuenes de choro psallentium. Thren.5,14.

Iuuenes viderunt lumen, & habitauerunt super terram, viam autem disciplinæ ignorauerunt. Baruch 3,20.

Iuuenes cupidinis, vniuersos equites. Ezechielis 23,6.

Iuuenes Heliopoleos & Bubasti gladio cadent. † 30,17.

Suscitauit Dominus spiritum sanctum pueri iunioris, cui nomen Daniel. Dan.14,45.

Canet ibi iuxta dies iuuentutis suæ, & iuxta dies ascensionis suæ de terra Aegypti. Osee 2,15.

Iuuenes vestri visiones videbunt. Ioel.2,28.

Suscitaui, &c. de iuuenibus vestris Nazaræos. Amos 2,11.

Apparuerunt duo iuuenes virtute decori, optimi gloria, speciosique amictu: qui circumsteterunt eum [Heliodorum] & ex vtraque parte flagellabant, sine intermissione multis plagis verberantes. 2.Mach.3,26. Mar.16,5. Ioan.21,18. 1.Tim.5,1.

Iuuenes similiter hortare vt sobrij sint. Tit.2,6.

IUVO.

Deus cæli ipse nos iuuat, & nos serui eius sumus. 2.Esd.2,20.

Et vidit Ionathas quia tempus eum iuuat. 1.Mach.12,1.

IVXTA.

Libera Domine,& pone me iuxta te. Iob 17,3

Iuxtà est Dominus iis, qui tribulato sunt corde. Psal.33,19. † 93,15.

Melior est vicinus iuxtà, quàm frater procul. Prou.27,10. Cant.1,7. Eccli.50,13.

LABAN.

FVGE ad Laban fratrem meum. Gen.27,43.
Vidi enim omnia quæ fecit tibi Labã. † 31,12.

Apud Laban peregrinatus sum. † 32,4.

LABIVM, LABRVM.

Faciesque illi [mensæ] labium aureum per circuitum. Exod.25,23. † 37,12.

Facies & labrum æneum cum basi sua ad lauandum. † 30,18. † 40,6.

Porrò Anna loquebatur in corde suo, tantumque labia illius mouebantur, & vox penitùs non audiebatur. 1.Reg.1,13.

Labium illius quasi labium calicis. 2.Par.4,5.

Commutans labium veracium. Iob 12,20.

Audite ergo correptionem meam, & iudicium labiorum meorum attendite. † 13,6.

Derelicta sunt tantummodò labia circa dentes meos. † 19,20.

Aperiam labia mea, & respondebo. † 32,20.

Disperdat Dominus vniuersa labia dolosa, & linguam magniloquam. Psal.11,4.

Non in labiis dolosis. † 16,1.

Domine labia mea aperies. † 50,16.

Labiis exultationis laudabit os meum. † 62,6.

In labiis meis pronuntiaui omnia iudicia oris tui. † 118,13.

Qui autem moderatur labia sua, prudentissimus est. Prou.10,19.

Labia tumentia cum pessimo corde sociata. † 26,23.

Labia insipientis præcipitabunt eum. Eccles.10,12.

Labia eius lilia distillantia myrrham primam. Cant.5,13.

Non iustificabitur caupo à peccatis labiorum. Eccli.26,28.

Ecce tetigit hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua. Isa.6,7.

Labia vestra locuta sunt mendacium,& lingua vestra iniquitatem fatur. † 59,3.

Labia insurgentium mihi, & meditationes eorum aduersum me tota die. Thren.3,62.

Reddemus vitulos labiorum nostrorum. Osee 14,3.

Reddam populis labium electum, vt inuocent omnes in nomine Domini. Soph.3,9.

Labia enim sacerdotis custodient scientiam. Mal.2,7. Matth.15,8. 1.Cor.14,21 Heb.13,15.

LABOR, ERIS.

Vt labatur pes eorum. Deut.32,35.

Lapsus est super pennas venti. 2.Reg.22,11.

LABOR, ORIS.

Maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuę. Gen.3,17.

Laborem, qui accidisset eis in itinere. Exodi 18,8.

Consumetur incassùm labor vester, non proferet terra germen. Leuit.26,20.

Ortum est murmur populi, quasi dolentium pro labore, contra Dominum. Num.11,1.

Dedique vobis Terram, in qua non laborastis, & vrbes quas non ædificastis, vt habitaretis in eis: vineas & olueta, quæ non plantastis. Nunc ergo timete Dominum, & seruite ei perfecto corde, atque verissimo: & auferte deos, quibus seruierunt patres vestri in Mesopotamia, & in Aegypto, ac seruite Domino. Iosue 24,13.

Sustinuisti laborem in omnibus, in quibus laborauit pater meus. 3.Reg.2,26.

Ne auertas à facie tua omnem laborem, qui inuenit nos, reges nostros,& principes nostros, & sacerdotes nostros,& Prophetas nostros, & patres nostros, & omnem populum tuum, à diebus regis Assur vsque in diem hanc. 2.Esd 9,32.

Homo nascitur ad laborem, & auis ad volatum. Iob 5,7.

Vides, quoniam tu laborem & dolorem consideras. Psal.9,14.

Labores populorum possederunt. † 104,44.

Laborabit in æternum, & viuet vsque in finem. † 48,10.

Labor in medio eius, & iniustitia. † 54,11.

Laboraui clamans. † 68,4.

In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur. 72,5.

Dedit ærugini fructus eorum, & labores eorum, locustæ. † 77,46.

Pauper sum ego, & in laboribus à iuuentute mea. † 87,16.

Octoginta anni: & ampliùs eorum, labor & dolor. † 89,10.

Humiliatum est in laboribus cor eorum. † 106,12.

Diripiant alieni labores eius. † 108,11.

Labores manuum tuarum quia manducabis. † 127,2.

Labor labiorum ipsorum operiet eos. † 139,10

Labores tui sint in domo aliena. Prou.5,11.

Quid habet ampliùs homo de vniuerso labore suo, quo laborat sub sole? Eccles.1,3.

Agnoui quòd in his quoque esset labor, & afflictio spiritus. 17.

Renuntiauitque cor meum vltrà laborare sub sole. † 2,20.

Rursum contemplatus sum omnes labores hominum. † 4,4.

Melior est pugillus cum requie, quàm plena vtraque manus cum labore,& afflictione animi. 6.

Labo-

Laborare non cessat, nec satiantur oculi eius diuitijs: nec recogitat, dicens: Cui laboro? 8.
Omnis labor hominis in ore eius. † 6, 7.
Labor stultorum affliget eos, qui nesciunt in vrbem pergere. † 10, 15.
Vacua est spes illorum, & labores sine fructu, & inutilia opera eorum. Sap. 3, 11.
Bonorum enim laborum gloriosus est fructus, & quæ non concidat radix sapientiæ. 15.
Qui abstulerunt labores eorum. † 5, 1.
Et si iustitiam quis diligit; labores huius magnas habent virtutes. † 8, 7.
Honestauit illum in laboribus, & compleuit labores illius. † 10, 10.
In opera enim ipsius exiguum laborabis, & citò edes de generationibus illius. Eccli. 6, 20.
Non oderis laboriosa opera, & rusticationem creatam ab Altissimo. † 7, 16.
Non mihi soli laboraui, sed omnibus exquirentibus veritatem. † 24, 47.
Laborauit diues in congregatione substantiæ, & in requie sua replebitur bonis suis. † 31, 3.
Videte quoniam non mihi soli laboraui, sed omnibus exquirentibus disciplinam. † 33, 18.
Modicum laboraui, & inueni mihi multam requiem. † 51, 35.
Seruire me fecisti in peccatis tuis, præbuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis. Isaiæ 43, 24.
Labor Aegypti, & negotiatio Aethiopiæ, & Sabaim viri sublimes ad te transibunt, & tui erũt: Post te ambulabunt, vincti manicis pergent, & te adorabunt, teque deprecabuntur: Tantùm in te est Deus, & non est absque te Deus. † 45, 14.
In vacuum laboraui, sine causa & vanè fortitudinem meam consumpsi. † 49, 4.
Pro eo quòd laborauit anima eius, videbit & saturabitur. † 53, 11.
In multitudine viæ tuæ laborasti: non dixisti: Quiescam. † 57, 10.
Confusio comedit laborem patrum nostrorum, ab adolescentia nostra. Ierem. 3, 24.
Quare de vulua egressus sum, vt viderem laborem & dolorem, & consumerentur in confusione dies mei? † 20, 18.
Væ misero mihi, quoniam addidit Dominus dolorem dolori meo: laboraui in gemitu meo, & requiem non inueni. † 45, 3.
Labores populorum ad nihilum, & gentium in ignem erunt, & disperibunt. † 51, 58. Ionæ 4, 10.
Quare ostendisti mihi iniquitatem & laborem, videre prædam & iniustitiam contra me? Habac. 1, 3.
Laborabunt enim populi in multo igne, & gentes in vacuum, & deficient. † 2, 13.
Ecce de labore, & exufflastis illud. Mal. 1, 13.
Laborare fecistis Dominum in sermonibus vestris. † 2, 17.
Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Matth. 11, 28.
Videns eos laborantes in remigando (erat enim ventus contrarius eis.) Mar. 6, 48.
Per totam noctem laborantes nihil cepimus: in verbo autem tuo laxabo rete. Luc. 5, 5.
Alij laborauerunt, & vos in labores eorum introistis. Ioan. 4, 38.
Omnia ostendi vobis, quoniam sic laborantes, oportet suscipere infirmos. Act. 20, 35.
Vnusquisque autem propriam mercedem accipiet secundùm suum laborem. 1. Cor. 3, 8.
Abundantiùs illis omnibus laboraui: non ego autem, sed gratia Dei mecum. † 15, 10.
Abundantes in opere Domini semper, scientes quòd labor vester non est inanis in Domino. 58.
Non in immensum gloriantes in alienis laboribus. 2. Cor. 10, 15.
In laboribus plurimis, in carceribus abundantiùs. † 11, 23.
Timeo vos, ne fortè sine causa laborauerim in vobis. Gal. 4, 11.
Quia non in vacuum cucurri, neque in vacuum laboraui. Philip. 2, 16.
Adiuua illas, quæ mecum laborauerunt in Euangelio. † 4, 3.
In quo & laboro, certando secundùm operationem eius, quam operatur in me in virtute. Col. 1, 29.
Habet [Epaphras] multum laborem pro vobis. † 4, 13.
Memores enim estis fratres laboris nostri, & fatigationis, nocte ac die operantes ne quem vestrûm grauaremus. 1. Thes. 2, 9.
Vt noueritis eos qui laborant inter vos, & præsunt vobis in Domino, & monent vos. † 5, 12.
Labora sicut bonus miles Christi Iesu. 2. Timoth. 2, 3.
Secundùm Euangelium meum, in quo laboro vsque ad vincula, quasi malè operans. 9.
Mementote vinctorum, tamquam simul vincti; & laborantium, tamquam & ipsi in corpore morantes. Heb. 13, 3.
Amodò iam dicit Spiritus, vt requiescant à laboribus suis. Apoc. 14, 13.

LABRVSCA.

Torcular extruxit in ea: & expectauit vt faceret vuas, & fecit labruscas. Isaiæ 5, 2. † 17, 11.

LAC.

Pulchriores sunt oculi eius [Iudæ] vino, & dentes eius lacte candidiores. Gen. 49, 12.
In terram, quæ fluit lacte & melle. Exod. 3, 8.
Lac de ouibus. Deut. 32, 14.
Inundationem maris quasi lac sugent. 19.
Quæ aperuit vtrem lactis, & dedit ei [Sisaræ] bibere, & operuit eum. Iudic. 4, 19.
Lactauit filium suum, donec amoueret eum à lacte. 1. Reg. 1, 23.

Interfice à viro vsque ad mulierem, & paruulum atque lactentem. † 15,3.

Cur lactatus vberibus? Iob 3,12.

Nónne sicut lac mulsisti me? † 10,10.

Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem. Psal.8,3.

Coagulatum est sicut lac cor eorum.† 118,70. Prou.1,10.

Sufficiat tibi lac caprarum in cibos tuos. Prouerb. 27,27.

Oculi eius sicut columbæ super riuulos aquarum, quæ lacte sunt lotæ. Cant.5,12.

Lacta filium tuum,& pauentem te faciet: lude cum eo, & contristabit te. Non corrideas illi, ne doleas, & in nouissimo obstupescant dentes tui. Non des illi potestatem in iuuentute, & ne despicias cogitatus illius. Eccli.30,9. † 39,31.

Quem docebit scientiam? & quem intelligere faciet auditum? ablactatos à lacte, auulsos ab vberibus. Isa.28,9.

Venite, emite absque argento, & absque vlla commutatione vinum,& lac. † 55,1.

Suges lac Gentium, & mammilla regum lactaberis. † 60,16. Thren.4,7. Ezech.34,3.

Lactabo eam,& ducam eam in solitudinem,& loquar ad cor eius. Osee 2,14.

Fili mi, miserere mei, quæ te in vtero nouem mensibus portaui,& lac triennio dedi,& alui,& in ætatem istã perduxi. 2. Mach.7,27. Luc.23,29.

Tamquam paruulis in Christo, lac vobis potum dedi. 1.Cor.3,2.

Facti estis quibus lacte opus sit, non solido cibo. Heb.5,12.

Rationabile, sine dolo, lac concupiscite, vt in eo crescatis in salutem. 1.Pet.2,2.

LACERO.

Quare lacero carnes meas dentibus meis? Iob 13,14.

Suscitabuntur lacerantes te, & eris in rapinam eis? Hab.2,7.

LACHIS.

Tumultus quadrigæ stuporis habitanti Lachis: principium peccati est filiæ Sion. Mich.1,13.

LACINIA.

Polluti sunt in sanguine: cumque non possent, tenuerunt lacinias suas. Thren.4,14.

LACRYMA.

Vocatum est nomen loci illius: Locus flentium, siue lacrymarum. Iudic.2,5.

Quæ fundebat apud Samson lacrymas, & querebatur, dicens: Odisti me,& non diligis. † 14,16.

Et planxerunt, donec deficerent in eis lacrymæ. 1.Reg.30,4.

Audiui orationem tuam,& vidi lacrymas tuas. 4.Reg.20,5.

Post lacrymationem & fletum, exultationem infundis. Tob.3,22.

Misit se Raguel, & cum lacrymis osculatus est eum, & plorans super collum eius, dixit: Benedictio sit tibi fili mi, quia boni & optimi viri filius es. † 7,7.

Non dubito quòd Deus preces & lacrymas meas in conspectu suo admiserit. 13.

Anna vxor eius,& Sara ipsorum filia lacrymatæ sunt. 8.

Flebat igitur mater eius irremediabilibus lacrymis, atque dicebat: Heu heu me fili mi, vt quid te misimus peregrinari, lumen oculorum nostrorum, baculum senectutis nostræ, solatium vitæ nostræ, spem posteritatis nostræ? † 10,4.

Quando orabas cum lacrymis. † 12,12.

Ozias infusus lacrymis. Iudith 7,23.

Indulgentiam eius fusis lacrymis postulemus. † 8, 14.

Stetitque Iudith ante lectum, orans cum lacrymis, & labiorum motu in silentio † 13,6.

Auribus percipe lacrymas meas. Psal.38,13.

Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte. † 41,4.

Posuisti lacrymas meas in conspectu tuo. † 55,9.

Cibabis nos pane lacrymarum: & potum dabis nobis in lacrymis in mensura. † 79,6.

In valle lacrymarum in loco, quem posuit. † 83,7.

Eripuit animam meam de morte, oculos meos à lacrymis. † 114,8.

Qui seminant in lacrymis,in exultatione metent. † 125,5.

Vidi calumnias quæ sub sole geruntur,& lacrymas innocentium. Eccles.4,1.

In oculis suis lacrymatur inimicus, & quasi adiuuans suffodiet plantas tuas. Eccli.12,18.

Pungens oculum deducit lacrymas: & qui pungit cor, profert sensum. † 22,24.

Nequius oculo quid creatum est? ideò ab omni facie sua lacrymabitur. † 31,15.

Nónne lacrymæ viduæ ad maxillam descendunt, & exclamatio eius super deducentem eas? † 35,18.

Fili, in mortuum produc lacrymas,& quasi dira passus incipe plorare. † 38,16.

Super hoc plorabo in fletu Iazer vineam Sabama: inebriabo te lacryma mea Hesebon. Isa.16,9.

Præcipitabit mortem in sempiternum,& auferet Dominus Deus lacrymam ab omni facie,& opprobrium popul. sui auferet de vniuersa terra. † 25,8.

Quis dabit capiti meo aquam,& oculis meis fontem lacrymarum? & plorabo die ac nocte interfectos filiæ populi mei. Ierem.9,1.

Deducant oculi nostri lacrymas,& palpebræ nostræ defluant aquis. 18.

Deducant oculi mei lacrymam per noctem &

& diem, & non taceant. † 14,17.

Quiescat vox tua à ploratu, & oculi tui à lacrymis: quia est merces operi tuo, ait Dominus, & reuertentur de terra inimici. † 31,16.

Lacrymæ eius in maxillis eius. Thren.1,2.

Defecerunt præ lacrymis oculi mei. † 2,11.

Deduc quasi torrentem lacrymas per diem & noctem, non des requiem tibi, neque taceat pupilla oculi tui. 18.

In Geth nolite annuntiare, lacrymis ne ploretis. Mich.1,10.

Operiebatis lacrymis altare Domini, fletu, & mugitu, ita vt non respiciam vltrà ad sacrificium, nec accipiam placabile quid de manu vestra. Mal.2,13.

Lacrymas fudit, recordatus defuncti sobrietatem & modestiam. 2.Mach.4,37.

Aquam pedibus meis non dedisti: hæc autem lacrymis rigauit pedes meos. Luc.7,44.

Lacrymatus est Iesus. Ioan.11,35.

Seruiens Domino cum omni humilitate, & lacrymis, & tentationibus. Act.20,19.

Quoniam per triennium nocte ac die non cessaui, cum lacrymis monens vnumquemque vestrûm. 31.

Et angustia cordis scripsi vobis per multas lacrymas. 2.Cor.2,4.

Desiderans te videre, memor lacrymarum tuarum, vt gaudio implear. 2.Tim.1,4.

Reprobatus est: non enim inuenit pœnitentiæ locum, quamquam cum lacrymis inquisisset eam. Heb.12,17. Apoc.7,17.

Absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum, & mors vltrà non erit, neque luctus. Apoc.21,4.

LACTVCA.

Edent carnes nocte illa assas igni, & azymos panes cum lactucis agrestibus. Exod.12,8.

LACVNA.

Omnes qui faciebant lacunas ad capiendos pisces. Isa.19,10.

LACVS.

Eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fæcis. Psal.39,3.

Posuerunt me in lacu inferiori: in tenebrosis & in vmbra mortis. † 87,7.

Non auertas faciem tuam à me: & similis ero descendentibus in lacum. † 142,7.

Itaque ingressus est Ieremias in domum laci, & in ergastulum, & sedit ibi Ieremias diebus multis. Ierem.37,15.

Submiserunt Ieremiam funibus in lacum, in quo non erat aqua, sed lutum: descendit itaque Ieremias in cœnum. † 38,6.

Leua Ieremiam Prophetam de lacu antequam moriatur 10.

Ipsum [lacum] repleuit Ismahel filius Nathaniæ occisis. † 41,3.

Detraxero te cum his, qui descendunt in lacum, &c. vt non habiteris. Ezech.26,10.

Adduxerunt Danielem, & miserunt eum in locum leonum. Dan.6,16.

In lacu erant leones septem, & dabantur eis duo corpora quotidie & duæ oues. † 14,31.

Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu, in quo non est aqua. Zachar.9,11.

Vindemiauit vineam terræ, & misit in lacum iræ Dei magnum: & calcatus est lacus extra ciuitatem, & exiuit sanguis de lacu vsque ad frenos equorum. Apoc.14,20.

LAEDO.

Memores salis, quod in palatio comedimus, & quia læsiones regis videre nefas ducimus. 1.Esdræ 4,14.

Lædetur quasi vinea in primo flore. Iob 15,33.

Qui autem in me peccauerit, lædet animam suam. Prou.8,36.

Qui antè læsi erant, quia non lædebantur, gratias agebant. Sap.18,2.

Sicut enim læsisti aduersarios: sic & nos prouocans magnificasti. 8. Eccli.7,22.† 13,4. Dan.6,23

Capite nos, neminem læsimus, neminem corrupimus, neminem circumuenimus. 2.Cor.7,2.

Nihil me læsistis. Gal.4,12.

Vinum & oleum ne læseris. Apoc.6,6.

Præceptum est illis [locustis] ne læderent fœnum terræ. † 9,4.

LAETOR.

Iam lætus moriar; quia vidi faciem tuam, & superstitem te relinquo. Gen.46,30.

Lætatusque est Iethro super omnibus bonis, quæ fecerat Deus Israeli. Exod.18,9.

Sic lætabitur disperdens vos. Deut.28,63.

Lætamini cum Abimelech, & ille lætetur in vobis. Sin autem peruersè: egrediatur ignis ex eo, & consumat habitatores Sichem. Iud.9,19.

Lætantesque per conuiuia, sumptis iam epulis, præceperunt vt vocaretur Samson, & ante eos luderet. † 16,25.

Nolite annuntiare in Geth, &c. ne fortè lætentur filiæ Philisthiim, ne exultent filiæ incircumcisorum. 2.Reg.1,20.

Lætata sum in salutari tuo, 1.Reg.2,1.† 4,5.

Lætatus est ibi Saul, & cuncti viri Israel nimis. † 11,15.

Lætatusque est omnis populus terræ, & ciuitas conquieuit. 4.Reg.11,20.

Lætatus est autem Ezechias in aduentu eorum. † 20,13.

Lætatusque est populus, cùm vota sponte promitterent. 1.Par.29,9.

Lætatusque est Ezechias, & omnis populus, eò quòd ministerium Domini esset expletum. De repentè quippe hoc fieri placuerat. 2.Par.29,36.

Qui viderunt templum prius cùm fundatum

esset, & hoc templum in oculis eorum, flebant voce magna: & multi vociferantes in lætitia, eleuabant vocem. 1. Esd 3,12

Et fecerunt solemnitatem azymorum septem diebus in lætitia, quoniam lætificauerat eos Dominus, & conuerterat cor regis Assur ad eos, vt adiuuaret manus eorum in opere domus Domini. † 6,22.

Et faceret lætitiam magnam: quia intellexerant verba, quæ docuerat eos. 2. Esd. 8,12.

Immolauerunt in die illa victimas magnas, & lætati sunt: Deus enim lætificauerat eos lætitia magna: sed & vxores eorum & liberi gauisi sunt, & audita est lætitia Ierusalem procul. † 12,42.

Lætificatus est Iuda in Sacerdotibus & Leuitis astantibus. 43.

Ego autem & anima mea in eo lætabimur. Tob. 13,9.

Benedicite Dominum omnes electi eius: agite dies lætitiæ, & confitemini illi. 10.

Lætaberis in filiis tuis. 17.

Tu lætitia Israel. Iudith 15,10.

Egressus est itaque illo die Aman lætus, & alacer. Esth. 5,9.

Omnisque ciuitas exultauit, atque lætata est. † 8,15.

Omniaque loca, in quibus lætari consueuerat, crinium laceratione compleuit. † 14,3.

Et numquam lætata sit ancilla tua, ex quo huc translata sum vsque in præsentem diem, nisi in te Domine Deus Abraham. 18.

Lætabor & exultabo in te. Psal. 9,3.

Lætatum est cor meum. † 15,9.

Lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo. † 20,7.

Lætamini in Domino, & exultate iusti, & gloriamini omnes recti corde. † 31,11.

In eo lætabitur cor nostrum. † 32.21.

Lætetur mons Sion, & exultent filiæ Iudæ. † 47,12.

Redde mihi lætitiam salutaris tui: & spiritu principali confirma me. † 50,14.

Lætabitur iustus cùm viderit vindictã. † 57,11.

Lætifica animam serui tui, quoniam ad te Domine animam meam leuaui. † 85,4.

Lætetur cor meum vt timeat nomen tuum. 11.

Sicut lætantium omnium nostrûm habitatio est in te. † 86,7.

Lætificasti omnes inimicos eius. † 88,43.

Lętati sumus pro diebus quibus nos humiliasti; annis, quibus vidimus mala. † 89,15.

Lætentur cæli, & exultet terra. † 95,11.

Lætamini iusti in Domino, & confitemini memoriæ sanctificationis eius. † 96,12.

Lætetur cor quærentium Dominum. † 104,3.

Ad lætandum in lætitia gentis tuæ. † 105,5.

Lætabor ego super eloquia tua. † 118,162.

Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi: In domum Domini ibimus. † 121,1.

Si non proposuero Ierusalem in principio lætitiæ meæ. † 136.6.

Lætetur Israel in eo qui fecit eum. † 149,2.

Lætantur cùm malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Prou. 2,14.

Expectatio iustorum lætitia: spes autem impiorum peribit. † 10.28.

Et cognoui quòd non esset melius nisi lætari, & facere benè in vita sua. Eccles. 3,12,22.

Laudaui igitur lætitiam. † 8 15.

Lætare ergo iuuenis in adolescentia tua, & in bono sit cor tuum in diebus iuuẽtutis tuæ. † 11,9.

Exultabimus & lætabimur in te. Cant. 1,3.

Et in die lætitiæ cordis eius. Cant. 3,11.

Lætabuntur coram te, sicut qui lætantur in messe, sicut exultant victores capta præda, quando diuidunt spolia. Isaiæ 9,3.

Ne læteris Philisthæa omnis tu, quoniam comminuta est virga percussoris tui. † 14,29.

Auferetur lætitia & exultatio de Carmelo, & in vineis non exultabit neque iubilabit. † 16,10.

Addent mites in Domino lætitiam, & pauperes homines in sancto Israel exultabunt. † 29,19.

Canticum erit vobis sicut nox sanctificatæ solemnitatis, & lætitia cordis sicut qui pergit cum tibia, vt intret in montem Domini ad fortem Israel. † 30,29.

Lætabitur deserta & inuia, & exultabit solitudo. † 35,1.

Lætitia sempiterna super capita eorum: gaudium & lætitiam obtinebunt, & fugiet dolor & gemitus. 10. † 51,11.

Quia in lætitia egrediemini, & in pace deducemini: montes & colles cantabunt coram vobis laudem, & omnia ligna regionis plaudent manu. † 55,12.

Occurristi lætanti, & facienti iustitiam, in viis tuis recordabuntur tui. † 64,5.

Lætamini cum Ierusalem, & exultate in ea omnes, qui diligitis eam. † 66,10.

Lætabor super eis, cùm benè eis fecero. Ierem. 32,41.

Ablata est lætitia & exultatio de Carmelo. † 48,33.

Noli lætari Israel, noli exultare sicut populi, quia fornicatus es à Deo tuo. Osee 9,1.

Lætatus est Ionas super hedera, lętitia magna. Ionæ 4,6.

Ne læteris inimica mea super me, quia cecidi: consurgam, cùm sedero in tenebris, Dominus lux mea est. Mich. 7,8.

Lætificabat [Iudas] Iacob in operibus suis, & in sæculum memoria eius in benedictione. 1. Machab. 3,7.

Apposuit eis [custos carceris] mensam, & lætatus est cum omni domo sua credens Deo. Act. 16,34.

LAEVA.

Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Cant.2,6.† 8, 3.

LAGANA.

Lagana quoque azyma. Exod.29,2.

LAGENA.

Lagenasque vacuas, ac lampades in medio lagenarum. Iudic.7,16.

Dominus exercituum confringet lagunculam in terrore,& excelsi statura succidetur,& sublimes humiliabuntur. Et subuertentur condensa saltus ferro: & Libanus cum excelsis cadet. Isa.10,33.

Comminuetur sicut conteritur lagena figuli contritione perualida. † 30,14.

Omnis lagunculà implebitur vino. Ier.13,12.

Accipe laguncul am figuli testeam à senioribus populi. † 19,1.

Conteres lagunculam in oculis virorum qui ibunt tecum. 10.

Mittam eis ordinatores,& stratores lagunculrum,& sternent eum, & vasa eius exhaurient, & lagunculas eorum collident. † 48,12.

Occurret vobis homo lagenam aquæ baiulans: sequimini eum. Mar.14,13.

LAICVS.

Laici ne se sacris præter officium misceant.

Offerentes coram Domino ignem alienum: quod eis præceptum non erat. Egressusque ignis à Domino, deuorauit eos. Leuit 10,1.

Deponent Leuitæ tabernaculum: cùm castrametandum, erigent: quisquis externorum accesserit, occidetur. Num.1,51

Non habeo laicos panes ad manum. 1.Reg.21,4.

LAMBO.

Qui lingua lambuerint aquas, sicut solent canes lambere, separabis eos seorsum. Iudic.7,5.

In loco hoc, in quo linxerunt canes sanguinem Naboth, lambent quoque sanguinem tuum. 3.Reg.21,19. Iob 39,30.

LAMECH.

Septuplum vltio dabitur de Cain: de Lamech verò septuagies septies. Gen.4,21.

LAMENTOR.

Ieremias maximè, cuius cantores atque cantatrices vsque in præsentem diem lamentationes super Iosiam replicant. 2.Par.35,25.

Communi lamentatione & fletu vniuersi preces suas Domino effuderunt. Iudith 6,14

Virgines eorum non sunt lamentatæ. Psalmo 77,63.

Contemplamini, & vocate lamentatrices, & veniant; & ad eas, quæ sapientes sunt, mittite, & properent: festinent, & assumant super nos lamentum. Ierem. 9,17.

Vox lamentationis audita est de Sion: Quomodo vastati sumus, & confusi vehementer? 19.

Docete filias vestras lamentum, & vnaquæque proximam suam planctum. 20.

Scriptæ erant in eo [libro] lamentationes, & carmen, & væ. Ezech.2,9.

Assumentes super te lamentum, dicent tibi: Quomodo periisti, quæ habitas in mari, vrbs inclyta, quæ fuisti fortis in mari? † 26,17.

Fili hominis assume super Tyrum lamentum. † 27,2.

Assume lamentum super Pharaonem regem Aegypti. † 32,2.

LAMIA.

Ibi cubauit lamia. Isa 34.14. Thren.4,3.

Sed & lamiæ nudauerunt mammam. Thren. 4,3.

LAMINA.

Vectes,&c. quos operies laminis æneis. Exodi 27,6.

Facies & laminam de auro purissimo, in qua sculpes opere cælatoris, Sanctum Domino. 28,36.

Erit autem lamina semper in fronte eius. 38.

Fecerunt & laminam sacræ venerationis de auro purissimo. Exod.39,29

Posuit laminam auream consecratam in sanctificatione. Leuit.8,9.

Affixit laminas clauis aureis. 3.Reg.6,21.

Confregit Ezechias valuas templi Domini, & laminas auri, quas ipse affixerat, & dedit eas regi Assyriorum. 4.Reg.18,16.

LAMPAS.

Lagenasque vacuas, ac lampades in medio lagenarum. Iudic.7,16.

Lampas contempta apud cogitationes diuitum, parata ad tempus statutum. Iob 12,5.

De ore eius lampades procedunt, sicut tæda ignis accensæ. † 41,10.

Lampades eius, lampades ignis, atque flammarum. Cant.8,6.

Vidi, & ecce candelabrum aureum totum, & lampas eius super caput ipsius, & septem lucernæ eius super illud. Zach.4,2.

Accipientes [virgines] lampades suas exierunt obuiam sponso & sponsæ. Matth.25,1.

Erant autem lampades copiosæ in cœnaculo, in quo eramus congregati. Act.20,8.

Septem lampades ardentes ante thronum, qui sunt septem spiritus Dei. Apoc.4,5.

LAMVEL.

Verba Lamuelis regis. Visio, qua erudiuit eum mater sua. Prou.31,1,4.

LANA.

Quæsiuit lanam & linum, & operata est consilio manuum suarum. Prou.31,13.

LANCEA.

Sin autem nolueritis interficere habitatores terræ, qui remanserint, erunt vobis claui in oculis, & lanceæ in lateribus. Num.33,55.

Tenebatque Saul lanceam, & misit eam, putans quòd configere posset Dauid cum pariete: & decli-

declinauit Dauid à facie eius secundò. 1.Regum 18,11. † 20,33.

Lancea autem cassò vulnere perlata est in parietem. † 19,10.

Tulit ergo [Ioab] tres lanceas in manu sua, & infixit eas in corde Absalom: cumque adhuc palpitaret hærens in quercu, cucurrerunt decem iuuenes armigeri Ioab, & percutientes interfecerunt eum. 2.Reg.18,15. Iudith 7,8.

Circumdedit me lanceis suis, conuulnerauit lumbos meos. Iob 16,14. Sap.5,21.

Polite lanceas, induite vos loricis. Ier.46,4.

LANGVEO.

Cunctum languorem, quem posui in Aegypto, non inducam super te. Exod.15,26.

Auferet Dominus à te omnem languorem, & infirmitates Aegypti pessimas, quas nouisti, non inferet tibi, sed cunctis hostibus tuis. Deut.7,15.

Cuba super lectum tuum, & languorem simula. 2.Reg.13,5.

Erat languor fortissimus, ita vt non remaneret in eo halitus. 3.Reg.17,17.

In Ioas quoque ignominiosa exercuere iudicia: & abeuntes dimiserunt eum in languoribus magnis. 2.Par.24,25.

Leuaui vinum, & dedi regi: & eram quasi languidus ante faciem eius. 2.Esd.2,1.

Oculi mei languerunt præ inopia. Psal.87,10.

Breuem languorem præcidit medicus. Eccli.10,12.

Ante languorem humilia te. † 18,21.

Omne caput languidum, & omne cor mœrens. A planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas. Isa.1,5.

Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. † 53,4.

Vidit Ephraim languorem suum, & Iuda vinculum suum. Osee 5,13.

Decidit [Antiochus] in lectum, & incidit in languorem præ tristitia, quia non factum est ei sicut cogitabat. 1.Mach.6,8.

Erat autem quidam languens Lazarus à Bethania. Ioan.11,1.

LANVGO.

Spes impij tamquam lanugo est, quæ à vento tollitur. Sap.5,15.

LAPIDO.

Si mactauerimus ea quæ colunt Aegyptij coram eis, lapidibus nos obruent. Exod 8,26.

Lapidatur sabbato colligens ligna. Obruat eum lapidibus omnis turba extra castra. Num.15,32. Deut.17,5.

Volebat enim eum [Dauidem] populus lapidare. 1.Reg.30,6.

Aduram qui erat super tributa, & lapidauit eum omnis Israel. 3.Reg.12,18.

Benedixit [Naboth] Deũ & regem: & educite eum, & lapidate, sicq; moriatur. 3.Reg.21,10,14.

In lapide luteo lapidatus est piger. Eccli.22,1.

Lapidabunt te lapidibus, & trucidabunt te gladiis suis. Ezech.16,40.

Dicunt, Lapidetur: & aspiciat in Sion oculus noster. Mich.4,11.

Ierusalem, Ierusalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt. Mat.23,37.

Propter quod eorum opus me lapidatis? Ioannis 10,32.

Et eiicientes eum [Stephanum] extra ciuitatem lapidabant. Act.7,57.

Persuasis turbis, lapidantesque Paulum, traxerunt extra ciuitatem, existimantes eum mortuum esse. † 14,18.

Semel lapidatus sum. 2.Cor.11,25.

Lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt. Hebr. 11, 37.

LAPIS.

Tulit [Iacob] de lapidibus qui iacebant, & supponens capiti suo, dormiuit in eodem loco. Gen.28,11.

Tulit lapidem, quem supposuerat capiti suo, & erexit in titulum, fundens oleum desuper. 18. † 31,45.

Inde pastor egressus est lapis Israel. † 49,24

Descenderunt in profundum quasi lapis. Exod.15,5.

Fiant immobiles quasi lapis. 16.

Manus autem Moysi erant graues: sumentes igitur lapidem, posuerunt subter eum. † 17,12.

Qui tetigerit montem, &c. lapidibus opprimetur, aut confodietur iaculis. † 19,13.

Lapides onychinos, & gemmas ad ornandum ephod. † 25,7.

Sumesque duos lapides onychinos, & sculpes in eis nomina filiorum Israel. † 28,9.

In primo versu erit lapis sardius, & topazius, & smaragdus: in secundo carbunculus. 17.

Ipsique lapides duodecim, sculpti erant nominibus duodecim tribus Israel. † 39,14.

Nec titulos erigetis, nec insignem lapidem ponetis in terra vestra, vt adoretis eum. Leuit.26,1.

Cumque clamaret omnis multitudo, & lapidibus vellet eos opprimere, apparuit gloria Domini super tectum fœderis. Num.14,10.

Terram olei ac mellis, &c. cuius lapides ferrum sunt, & de montibus eius æris metalla fodiuntur. Deut.8,9.

Lapidibus obrutus necabitur, quia voluit te abstrahere à Domino Deo tuo. † 13,10.

Eriges ingentes lapides, & calce leuigabis eos, vt possis in eis scribere omnia verba legis huius. † 27,2.

Ad Iordanis medium, & portate inde singuli singulos lapides in humeris vestris iuxta numerum filiorum Israel, vt sit signũ inter vos. Iof.4,5.

Idcircò positi sunt lapides isti in monumentum filiorum Israel vsque in æternum. 7.

Alios

Alios quoque duodecim lapides posuit Iosue in medio Iordanis alueo. 9.

Congregaueruntque super eum [Achan] aceruum magnum lapidum. † 7,26.

Scripsit [Iosue] super lapides Deuteronomium. † 8,32.

Dominus misit super eos lapides magnos de cælo vsque ad Azeca: & mortui sunt multò plures lapidibus grandinis, quàm quos gladio percusserant filij Israel. † 10,11.

Lapidem Boën filij Ruben. † 18,18.

Et tulit lapidem prægrandem, posuitque eum subter quercum, quæ erat in Sanctuario Domini. † 24,26.

Lapis iste erit vobis in testimonium, quòd audierit omnia verba Domini, quæ locutus est vobis: ne fortè posteà negare velitis, & mentiri Domino Deo vestro. 27.

Castrametatus est iuxta Lapidem adiutorij. 1. Reg. 4,1.

Erat autem ibi lapis magnus, & conciderunt ligna plaustri, vaccasque imposuerunt super ea holocaustum Domino. † 6,14.

Vocauit nomen loci illius, Lapis adiutorij. Dixitque: Hucusque auxiliatus est nobis Dominus. † 7,12.

Et elegit sibi [Dauid] quinque limpidissimos lapides de torrente. † 17,40.

Infixus est lapis in fronte eius. 49.

Sedebis iuxta lapidem, cui nomen est Ezel. † 20. 19.

Mittebatque [Semei] lapides contra Dauid. 2. Reg. 16,6. † 20,8.

Præcepitque rex vt tollerent lapides grandes, lapides pretiosos, in fundamentum templi. 3. Regum 5,17.

De lapidibus dolatis atque perfectis ædificata est. † 6,7.

Omnia lapidibus pretiosis. † 7,9.

Et tulerunt lapides de Rama, & ligna eius, quibus ædificauerat Baasa; & extruxit de eis rex Asa Gabaa. † 15,22.

Omnem agrum optimum, mittentes singuli lapides, repleuerunt. 4. Reg. 3,25.

Portæ Ierusalem ex sapphiro & smaragdo ædificabuntur: & ex lapide pretioso omnis circuitus murorum eius. Tob. 13,21.

Sed cum lapidibus regionum pactum tuum. Iob 5,23.

Lapides excauant aquæ, & alluuione paulatim terra consumitur: & hominem ergo similiter perdes. † 14,19.

Vniuersorum finem ipse considerat, lapidem quoque caliginis, & vmbram mortis. † 28,3.

Lapidi sardonycho pretiosissimo, vel sapphiro. 16.

Quis demisit lapidem angularem eius? † 38,6.

Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. Psal. 117,22.

Pondus & statera iudicia Domini sunt: & opera eius omnes lapides sacculi. Prou. 16,11.

Sicut qui mittit lapidem in aceruum Mercurij: ita qui tribuit insipienti honorem. † 26,8.

Qui transfert lapides, affligetur in eis. Eccles. 10,9.

Et parentum magnalia in quatuor ordinibus lapidum erant sculpta. Sap. 18,24.

Mittens lapidem in volatilia, deijciet illa: sic & qui conuitiatur amico, dissoluit amicitiam. Eccli. 22,25.

Qui in altum mittit lapidem, super caput eius cadet: & plaga dolosa, dolosi diuidet vulnera. † 27,28.

In lapidem autem offensionis & in petram scandali, duabus domibus Israel. Isaiæ 8,14.

Cùm posuerit omnes lapides altaris sicut lapides cineris allisos, non stabunt luci & delubra. † 27,9.

Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum, angularem, pretiosum, in fundamento fundatum. † 28,16.

Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in sapphiris, & ponam iaspidem propugnacula tua: & portas tuas in lapides sculptos, & omnes terminos tuos in lapides desiderabiles. † 54,12.

Assumam Nabuchodonosor regem Babylonis seruum meum: & ponam thronum eius super lapides istos, quos abscondi. Ierem. 43,10.

Et non tollent de te lapidem in angulum, & lapidem in fundamenta, sed perditus eris in æternum. † 51,26.

Lapsa est in lacum vita mea, & posuerunt lapidem super me. Thren. 3,53.

Dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnium platearum? † 4,1.

Quasi lapis sapphirus, quasi species similitudinis solij. Ezech. 10,1.

Lapidentur lapidibus populorum, & confodiantur gladiis eorum. † 23,47.

Omnis lapis pretiosus operimentum tuum. † 28,13.

Videbas ita, donec abscissus est lapis de monte sine manibus. Dan. 2,34.

Allatusque est lapis vnus, & positus super os laci: quem obsignauit rex annulo suo. † 6,17.

Lapis de pariete clamabit, & lignũ quod inter iuncturas ædificiorũ est, respondebit. Hab. 2,11.

Ecce lapis, quem dedi coram Iesu: super lapidem vnum septem oculi sunt. Zach. 3,9.

Quis tu mons magne coram Zorobabel? in planum: & educet lapidem primarium. † 4,7.

Videbunt lapidem stanneum in manu Zorobabel. 10.

Lapides sancti eleuabuntur super terram eius. † 9,16.

Ponam Ierusalem lapidem oneris cunctis populis. † 12,3.

Tulerunt lapides contaminationis in locum immundum. 1.Mach.4,43,46.

Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Matth.3,9.

Dic vt lapides isti panes fiant. † 4,3.

Lapidem, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli? † 21,42.

Qui ceciderit super lapidem istum, confringetur: super quem verò ceciderit, conteret eum. 44.

Non relinquetur hic lapis super lapidem qui non destruatur. † 24,2. Marc.13,2.

Quia si hi tacuerint, lapides clamabunt. Lucæ 19,40.

Non relinquent in te lapidem super lapidem: eò quòd non cognoueris tempus visitationis tuæ. 44.

Qui sine peccato est vestrûm, primus in illam lapidem mittat. Ioan.8,7.

Tulerunt ergo lapides vt iacerent in eum. 59.

Tollite lapidem. † 11,39.

Hic est lapis, qui reprobatus est à vobis ædificantibus. Act.4,11.

Pono in Sion lapidem offensionis, & petram scandali. Rom.9,33.

Ipso summo angulari lapide Christo Iesu. Ephes.2,20.

Lapidem viuum, ab hominibus quidem reprobatum, à Deo autem electum, & honorificatum. 1.Pet.2,4.

Ipsi tamquam lapides viui superędificamini. 5.

Similis erant aspectui lapidis iaspidis. Apocal.4,3.

LAPPA.

Lappa in tabernaculis eorum. Osee 9,6.

Lappa & tribulus ascendet super aras eorum: & dicent montibus: Operite nos. † 10,8.

LAQVEAR.

Texit quoque domum laquearibus cedrinis. 3.Reg.6,9.

Laquearia nostra cypressina. Cant.1,17.

Numquid tempus vobis est, vt habitetis in domibus laqueatis, & domus ista deserta? Agg.1,4.

LAQVEVS.

Circumdatus es laqueis, & conturbat te formido subita. Iob 22,10.

In laqueo isto, quem absconderunt, comprehensus est pes eorum. Psal.9,16.

In laqueo suo humiliabit eum, inclinabit se, & cadet cùm dominatus fuerit pauperum. 31.

Pluet super peccatores laqueos. † 10,7.

Educes me de laqueo hoc, quem absconderunt mihi. † 30,5.

Veniat illi laqueus, quem ignorat. † 34,8.

Laqueum parauerunt pedibus meis. † 56,7.

Narrauerunt vt absconderent laqueos, dixerunt: Quis videbit eos? † 63,6.

Induxisti nos in laqueum. 11.

Ipse liberabit me de laqueo venantium, & à verbo aspero. † 90,3.

Posuerunt peccatores laqueum mihi: & de mandatis tuis non erraui. † 118,110.

Laqueus contritus est, & nos liberati sumus. † 123,7.

Absconderunt superbi laqueum mihi. † 139,6. † 141,4.

Custodi me à laqueo, quem statuerunt mihi. † 140,9.

Et qui laqueum alij ponit, peribit in illo. Eccli.27,29.

Qui se expediuerit de fouea, tenebitur laqueo. Isa.24,18.

Inuenti sunt in populo meo impij insidiantes quasi aucupes, laqueos ponentes, & pedicas ad capiendos viros. Ierem.5,26.

Qui conscenderit de fouea, capietur laqueo. † 48,44.

Dies illa: tamquam laqueus enim superueniet in omnes, qui sedent super faciem omnis terræ. Luc.21,35.

Hoc ad vtilitatem vestram dico: non vt laqueum vobis iniiciam. 1.Cor.7,35.

Et resipiscant à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur ad ipsius voluntatem. 2.Tim.2,26.

LARGIOR.

Filiis autem concubinarum largitus est [Abraham] munera. Gen.25,6. Num.20,11.

Si largitus fueris, assumet te: & si non habueris, derelinquet te. Eccli.13,5. 1.Mach.3,30.

LASCIVIO.

Statim eam sequitur [iuuenis] quasi bos ductus ad victimam, & quasi agnus lasciuiens, & ignorans quòd ad vincula stultus trahatur, donec transfigat sagitta iecur eius. Prouerb.7,22. Osee 4,16.

Qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis vestris. Amos 6,4.

Migrabunt in capite transmigrantium: & auferetur factio lasciuientium. 7.

LASSVS.

Lassi quidam substiterunt. 1.Reg.30,9.

Venit itaque rex & vniuersus populus cum eo lassus, & refocillati sunt ibi. 2.Reg.16,14.

Ecce docuisti multos, & manus lassas roborasti. Iob 4,3.

Si desperaueris lassus in die angustiæ: imminuetur fortitudo tua. Prou.24,10.

Lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis, & ambulauimus vias difficiles, viam autem Domini ignorauimus. Sap.5,7. Isa.28,12.

Qui dat lasso virtutem: & his, qui non sunt, fortitudinem & robur multiplicat. Isa.40,29.

Ceruicibus nostris minabamur, lassis non dabatur requies. Thren.5,5.

LATEO.

Ibique latitate tribus diebus. Iof.2,16.

Nónne ecce Dauid latitat apud nos in locis tutissimis siluæ? 1.Reg.23,19.

Videte omnia latibula eius. 23.

In interiore parte speluncæ latebant. † 24,4.

Latitant in agris, dicentes: Cùm egressi fuerint de ciuitate, capiemus eos viuos. 4.Reg.7,12.

Nubes latibulum eius, nec nostra considerat. Iob 22,14.

Posuit tenebras latibulum suum. Psal.17,12.

Oculi tui columbarum, absque eo quod intrinsecus latet. Cant.4,1.

Qui loquitur iniqua, non potest latere, nec præteriet illum corripiens iudicium. Sap.1,8.

Vt in his, quæ peccauerunt, nec latere potuissent. † 10,8.

Et dum putant se latere in obscuris peccatis, tenebroso obliuionis velamento dispersi sunt. Sap.17,3. Isaiæ 16,4.

Neminem voluit scire, & non potuit latere. Mar.7,24. Heb.13,2. 2.Pet.3,5.

LATERES.

Mensuram laterum quam priùs faciebant, imponetis super eos. Exod.5,8.

In superbia, & magnitudine cordis dicentes: Lateres ceciderunt, sed quadris lapidibus ædificabimus. Isaiæ 9,10.

His qui lætantur super muros cocti lateris, loquimini plagas suas. † 16,7.

Sume tibi laterem, & pones eum coram te, & describes in eo ciuitatem Ierusalem. Ezech.4,1.

Intra in lutum, & calca, subigens tene laterem. Nahum 3,14.

LATOMVS.

Octoginta millia latomorum in monte. 3.Regum 5,15.

LATRINAE.

Destruxerunt quoque ædem Baal, & fecerunt pro ea latrinas. 4.Reg.10,27.

LATRO.

Exercebant latrocinia, agentes prædas de prætereuntibus. Iudic.9,25.

Et dedit latrunculos, qui eruperant aduersum nos, in manus nostras. 1.Reg.30,23.

Cæsis latronibus, cum præda magna nimis. 2.Reg.3,22.

Duo autem viri Principes latronum erant filio Saul. † 4,2. † 5,2.

Et vltrà non venerunt latrones Syriæ in terram Israel. † 6,23.

Latrunculi autem de Moab venerunt in terram. 4.Reg.13,20.

Immisitque ei Dominus latrunculos Chaldæorum, & latrunculos Syriæ, & latrunculos Moab, & latrunculos filiorum Ammon: & immisit eos in Iudam, vt disperderent eum. † 24,2.

Hi præbuerunt auxilium Dauid aduersus latrunculos: omnes enim erant viri fortissimi, & facti sunt Principes in exercitu. 1.Par.12,21.

Simul venerunt latrones eius. Iob 19,12.

Adduces enim super eos latronem repentè. Ierem.18,22.

Et quasi fauces virorum latronum, particeps sacerdotum, in via interficientium pergentes de Sichem: quia scelus operati sunt. Osee 6,9.

Tamquam ad latronem existis cum gladiis & fustibus comprehendere me? Matth.26,55. Luc.22,52.

Crucifixi sunt cum eo duo latrones. † 27,38.

Vnus de his, qui pendebant latronibus, blasphemabat eum. Luc.23,39.

LATVM.

Vocauit nomen eius, Latitudo, dicens: Nunc dilatauit nos Dominus, & fecit crescere super terram. Gen.26,22.

Benedictus in latitudine Gad. Deut.33,20.

Sapientiam Salomoni, &c. & latitudinem cordis quasi arenam, quæ est in littore maris. 3.Reg 4,29.

Numquid considerasti latitudinem terræ? Iob 38,18.

Eduxit me in latitudinem: saluum me fecit, quoniam voluit me. Psal.17,20.

Et ambulabam in latitudine: quia mandata tua exquisiui. † 118,45,96.

Lata porta & spatiosa via est, quæ ducit ad perditionem. Matth.7,13.

Vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, & longitudo, & sublimitas, & profundum. Ephes.3,18.

LATVS.

Fundatur exultatione vniuersæ terræ mons Sion, latera Aquilonis. Psal.47,3.

Vnus militum lancea latus eius aperuit. Ioannis 19,34.

LAVDO.

Laudes Israelis. Detestare Israel. Quomodo maledicam, cui non maledixit Deus? &c. moriatur anima mea morte iustorum. Num.23,8.

Ipse est laus tua, & Deus tuus. Deut.10,21.

Laudate gentes populum eius. † 32,43.

Laus Dei. Tua est, Domine, magnificentia, & potentia, & gloria, atque victoria: & tibi laus. 1.Paral 29,10.

Cumque cœpissent laudes canere, vertit Dominus insidias eorũ in semetipsos. 2.Par.20,22.

Laudes Dei obtenta victoria. Ingressique sunt Ierusalem cum psalteriis, & citharis, & tubis in domum Domini. 27.

Cumque offerrentur holocausta, cœperunt laudes canere Domino. † 29,27.

Laudabant eum coram me, & verba mea nuntiabant ei: & Tobias mittebat epistolas vt terreret me. 2.Esd.6,19.

Laudate Dominum Deum nostrum, qui non de-

deseruit sperantes in se. Iudith 13,17.

Laudes Iudith. Benedixit te Dominus in virtute sua, quia per te ad nihilum redegit inimicos nostros. Porrò Ozias princeps populi dixit ad eam: Benedicta es tu filia à Domino Deo excelso præ omnibus mulieribus super terram. 22.

Laus Iudæorum. Iudæos neci destinatos in nulla penitùs culpa reperimus, sed è contrario iustis vtentes legibus, & filios Altissimi, & maximi, semperque viuentis Dei, cuius beneficio & patribus nostris, & nobis regnum est traditum, & vsque hodie custoditur. Esther 16,15.

Quòd laus impiorum breuis sit, & gaudium hypocritæ adinstar puncti. Iob 20,5.

Ab Aquilone aurum venit, & ad Deum formidolosa laudatio. † 37,22.

Cùm me laudarent simul astra matutina, & iubilarent omnes filij Dei. † 38,7.

In medio Ecclesiæ laudabo te. Psal. 21,23.

Apud te laus mea in Ecclesia magna. 26.

Laus tua in fines terræ. † 47,11.

In Deo laudabo sermones meos. † 55,5,11.

Date gloriam laudi eius. † 65,2.

Laudent illum cæli & terra, mare. † 68,35.

Repleatur os meum laude. † 70,8.

Laus cantici Dauid. Titulus Psalmi 90.

Laus cantici. Titulus Psalmi 92.

Laudamini in nomine sancto eius. † 104,3.

Deus laudem meam ne tacueris. † 108,2.

Laudate pueri Dominum. † 112,1.

Laudate Dominum omnes Gentes, laudate eum omnes populi. † 116,1.

Laudate nomen Domini, laudate serui Dominum. † 134,1.

Laudatio ipsi Dauid. Titulus Psalmi 144.

Laudationem Domini loquetur os meum. † 144,21.

Lauda anima mea Dominum, laudabo Dominum in vita mea. † 145,1.

Lauda Ierusalem Dominum. † 147,1.

Laudate eum in excelsis. † 148,1.

Laus eius in Ecclesia sanctorum. † 149,1.

Laudate Dominum in sanctis eius. † 150,1.

In perditione impiorum erit laudatio. Prouerb. 11,10.

Laudet te alienus, & non os tuum. † 27,2.

Et in fornace aurum: sic probatur homo ore laudantis. 21.

Surrexerunt filij eius, & beatissimam prædicauerunt: vir eius, & laudauit eam. † 31,28.

Laudabantur [impij] in ciuitate quasi iustorum operum. Eccles. 8,10.

Effugerunt autem Dei laudem, & benedictionem eius. Sap. 15,19.

Oportet laudare Israel doctrinæ & sapientiæ causa. Prolog. Eccli.

Non laudes virum in specie sua, neque spernas hominem in visu suo. Eccli. 11,2.

Ante mortem ne laudes hominem quemquam: quoniam in filiis suis agnoscitur vir. † 11,30.

Non est speciosa laus in ore peccatoris. † 15,9.

Sapientia laudabit animam suam, & in Deo honorabitur. † 24,1.

Laudem eius enuntiabit Ecclesia. † 39,14.

Laudemus viros gloriosos, & parentes nostros in generatione sua. † 44,1.

Laudes Abrahæ. Magnus pater multitudinis gentium, & non est inuentus similis illi in gloria: qui conseruauit legem Excelsi, & fuit in testamento cum illo. † 44,20.

Laudes Aaronis. Statuit illi testamentum æternum, & dedit illi sacerdotium gentis: & beatificauit illum in gloria, & circumcinxit eum zona gloriæ. † 45,7.

De omni corde suo laudauit [Dauid] Dominum. † 47,10.

Vt laudarent nomen sanctum Domini, & amplificarent manè Dei sanctitatem. 12.

Laudes Simonis. Simon Oniæ filius, sacerdos magnus, qui in vita sua suffulsit domum, & in diebus suis corroborauit templum. † 50,1.

Laudabit vsque ad mortem anima mea Dominum. † 51,8.

Propter nomen meum longè faciam furorem meum: & laude mea infrænabo te, ne intereas. Isa. 48,9.

Sana me Domine, & sanabor: saluum me fac, & saluus ero: quoniam laus mea tu es. Ier. 17,14.

Egredietur de eis laus, voxque ludentium: & multiplicabo eos, & non minuentur. † 30,19.

Venient & laudabunt in monte Sion, & confluent ad bona Domini. † 31,12.

Laudabunt super Babylonem cæli & terra. † 51,48.

Lauda in nocte, in principio vigiliarum. Thren. 2,19.

Laudabunt me in terra captiuitatis suæ. Baruch 2,32.

Quasi ex vno ore laudabant, & glorificabant, & benedicebant Deum in fornace. Dan. 3,51.

Bibebant vinum & laudabant deos suos aureos & argenteos, æreos, ferreos, ligneosque & lapideos. † 5,4.

Helcias autem & vxor eius laudauerunt Deum pro filia sua Susanna, cum Ioakim marito eius, & cognatis omnibus: quia non esset inuenta in ea res turpis. † 13,63.

Lauda filia Sion, iubila Israel, exulta in omni corde filia Ierusalem. Soph. 3,14.

Lauda, & lætare filia Sion: quia ecce ego venio, & habitabo in medio tui. Zach. 2,10.

Laudes Simonis. Siluit terra Iuda omnibus diebus Simonis, & quæsiuit bona genti suæ: & placuit illis potestas eius. 1. Mach. 14,4.

Laudauit Dominus villicum iniquitatis, quia prudenter fecisset. Luc. 16,8.

Cœpe-

Cœperunt omnes turbæ discipulorum gaudentes laudare Deum voce magna, super omnibus, quas viderant, virtutibus. † 19,37.

Et erant semper in templo laudantes & benedicentes Deum. Amen. † 24,53.

Cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo est, Rom. 2,29.

Laudo vos? in hoc non laudo. 1. Cor. 11,22.

Misimus etiam cum illo fratrem, cuius laus est in Euangelio, per omnes Ecclesias. 2. Cor. 8,18.

Laudem dicite Deo nostro omnes serui eius, & qui timetis eum, pusilli & magni. Apoc. 19,5.

LAVO.

Lauerunt pedes suos, deditque pabulum asinis eorum. Gen. 43,24.

Lauabit [Iudas] in vino stolam suam, & in sanguine vuæ pallium suum. † 49,11.

Cumque laueris patrem cum filiis suis aqua, indues Aaron vestimentis suis. Exod. 29,4.

Missa aqua, lauabunt in ea Aaron, & filij eius manus suas ac pedes, quando ingressuri sunt tabernaculum testimonij. † 30,20.

Lotos aqua indues sanctis vestibus, vt ministrent mihi. † 40,13.

Laueruntque Moyses & Aaron, ac filij eius manus suas ac pedes, cùm ingrederentur tectum fœderis. 29.

Lauabit vestimenta sua, & immundus erit vsque ad occasum Solis. Leuit. 11,25.

Lotis vestibus & corpore suo, ingredietur in castra. Num. 19,7.

Lauabuntque manus suas super vitulam. Deut. 21,6.

Laua pedes tuos. 2. Reg. 11,8.

Lotus, vnctusque est [Dauid] cumque mutasset vestem, ingressus est domum Domini: & adorauit, & venit in domum suam. 2. Reg. 12,20.

Lauare septies in Iordane, & recipiet sanitatem caro tua. 4. Reg. 5,10,12,14.

Exiuit vt lauaret pedes suos, & ecce piscis immanis exiuit ad deuorandum eum. Tob. 6,2.

Lauit corpus suum, & vnxit se myro optimo. Iudith 10,3.

Si lotus fuero quasi aquis niuis, & fulserint velut mundissimæ manus meæ: tamen sordibus intinges me. Iob 9,31.

Quando lauabam pedes meos butyro, & petra fundebat mihi riuos olei? † 29,6.

Lauabo per singulos dies lectum meum: lacrymis meis stratum meum rigabo. Psal. 6,7.

Lauabo inter innocentes manus meas, & circumdabo altare tuum Domine. † 25,6.

Ampliùs laua me ab iniquitate mea: & à peccato meo munda me. † 50,4.

Lauabis me, & super niuem dealbabor. 9.

Laui inter innocentes manus meas. † 72,13.

Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro. Cant. 4,2.

Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? † 5,3.

Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Isa. 1,16.

Si laueris te nitro, & multiplicaueris tibi herbam borith, maculata es in iniquitate tua coram me. Ierem. 2,22.

Laua à malitia cor tuum Ierusalem, vt salua fias. † 4,14.

Laui te aqua, & emundaui sanguinem tuum ex te, & vnxi te oleo. Ezech. 16,9.

Ibi lauabant holocaustum. † 40,38.

Voluitque lauari in pomario: æstus quippe erat. Dan. 13,15.

Non lotis autem manibus manducare non coinquinat hominem. Matth. 15,20.

Lauit manus coram populo. † 27,24.

Pharisæi enim, & omnes Iudæi, nisi crebrò lauerint manus, non manducant, tenentes traditionem seniorum. Mar. 7,3.

Vade, laua in natatoria Siloë, (quod interpretatur Missus.) Ioan. 9,7.

Mittit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes discipulorum. † 13,5.

Saluos nos fecit, per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus sancti. Tit. 3,5.

Beati, qui lauant stolas suas in sanguine Agni: vt sit potestas eorum in ligno vitæ. Apoc. 22,14.

LAXO.

Laxati sunt funiculi tui, & non præualebunt. Isa. 33,23.

In verbo autem tuo laxabo rete. Luc. 5,5.

LAZARVS.

Lazarus amicus noster dormit. Ioan. 11,11.

Lazare, veni foras. 43.

LEBES.

Faciesque in vsus eius [altaris] lebetes, ad suscipiendos cineres. Exod. 27,3.

Mittebat eam in lebetem, vel in caldariam, aut in ollam. 1. Reg. 2,14.

Hæc est lebes, nos autem carnes. Ezech. 11,3.

Erunt lebetes in domo Domini quasi phialæ coram altari. Zach. 14,20.

LECTVS.

Ingredientur domum tuam [ranæ] & cubiculum lectuli tui. Exod. 8,3.

Monstratur lectus eius [Og] ferreus, qui est in Rabbath filiorum Ammon, nouem cubitos habens longitudinis, & quatuor latitudinis, ad mensuram cubiti virilis manus. Deut. 3,11.

Da mihi filium tuum, &c. posuit super lectulum suum. 3. Reg. 17,19.

Proiiciens se [Achab] in lectulum suum, auertit faciem suam ad parietem, & non comedit panem. † 21,4.

De lectulo super quem ascendisti, non descendes, sed morte morieris. 4. Reg. 1,4.

Faciamus ergo ei [Eliseo] cœnaculum paruum,

& ponamus ei in eo lectulum, & mensam, & sellam, & candelabrum. † 4,10.

Posueruntque eum [Asa] super lectum suum, plenum aromatibus & vnguentis meretriciis, quæ erant pigmentariorum arte confecta, & combusserunt super eum ambitione nimia. 2. Paral. 6,14.

Lectuli quoque aurei & argentei super pauimentum smaragdino & pario stratum lapide dispositi erant. Esth. 1,6.

Reperit Aman super lectulum corruisse. † 7,8.

Si dixero: Consolabitur me lectulus meus, &c. Terrebis me per somnia, & per visiones horrore concuties. Iob 7,13.

In tenebris straui lectulum meum. † 17,13.

Intexui funibus lectulum meum, straui tapetibus pictis ex Aegypto. Prou. 7,16.

Lectulus noster floridus. Cant. 1,15.

In lectulo meo per noctes quæsiui quem diligit anima mea: quæsiui illũ, & non inueni. † 3,1.

En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel. 7.

Adducent omnes fratres vestros de cunctis Gentibus donum Domino in equis, & in quadrigis, & in lecticis, & in mulis, & in carrucis, ad montem sanctum meum Ierusalem. Isa. 66,20.

Sic eruentur filij Israel, qui habitant in Samaria in plaga lectuli, & in Damasci grabato. Amos 3,12.

Qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis vestris. † 6,4.

Surge, tolle lectum tuum & vade in domum tuam. Matth. 9,6.

Et per tegulas summiserunt eum cum lecto in medium ante Iesum. Luc. 5,19.

LECYTHVS.

Hydria farinæ non deficiet, nec lecythus olei minuetur. 3. Reg. 17,14.

LEGATIO.

Mittoque nunc legationem ad dominum meum, vt inueniam gratiam in conspectu tuo. Gen. 32,5. † 50,17. Num. 22,7. Iosu. 22,14. Iudic. 11,12.

Excepta ea summa, quam legati diuersarum gentium, & negotiatores afferre consueuerant. 2. Par. 9,14.

Attamen in legatione principum Babylonis, &c. dereliquit eum [Ezechiam] Deus vt tentaretur, & nota fierent omnia quæ erant in corde eius. † 32,31.

Tunc miserunt legatos suos, vniuersarum vrbium ac prouinciarum reges ac principes, &c. ad Holofernem, dicentes: Desinat indignatio tua circa nos. Iudith 3,1.

Venient legati ex Aegypto. Psal. 67,32.

Nuntius impij cadet in malum: legatus autem fidelis, sanitas. Prou. 13,17.

Sicut frigus niuis in die messis, ita legatus fidelis ei qui misit eum, animam eius requiescere facit. † 25,13.

Qui mittit in mare legatos, & in vasis papyri super aquas: Ite angeli veloces. Isaiæ 18,2.

Misisti legatos tuos procul, & humiliata es vsque ad inferos. † 57,9.

Et legatus ad Gentes missus est. Ierem. 49,14.

Si autem dederit legatum de hereditate sua vni seruorum suorum, erit illius vsque ad annum remissionis. Ezech. 46,17.

Auditum audiuimus à Domino, & legatum ad gentes misit. Abd. v. 1.

Misit ad eum legatos componere pacem cum ipso, & reddere ei captiuitatem. 1. Mach. 9,70.

Legati qui missi sunt ad populum nostrum, nuntiauerunt nobis de vestra gloria, & honore, ac lætitia. † 14,21.

Legati Romanorum populo Iudæorum salutem. 2. Mach. 11,34.

Adhuc illo longè agente, legationem mittens rogat ea quæ pacis sunt. Luc. 14,32.

Pro Christo ergo legatione fungimur, tamquam Deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo. 2. Cor. 5,20.

Notum facere mysterium Euangelij, pro quo legatione fungor in catena. Eph. 6,20.

LEGIO.

Tulitque centuriones, & Cerethi & Phelethi legiones. 4. Reg. 11,19.

An putas quia non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modò plusquam duodecim legiones Angelorum. Matth. 26,53.

Legio mihi nomen est, quia multi sumus. Mar. 5,9.

LEGO.

Assumensque volumen fœderis, legit audiente populo. Exod. 24,7.

Describet sibi [rex] Deuteronomium, &c. & habebit secum, legetque illud omnibus diebus vitæ suæ, vt discat timere Dominum. Deut. 17,19.

Legitque [Iosias] cunctis audientibus omnia verba Libri fœderis, qui inuentus est in domo Domini. 4. Reg. 23,2.

Legit in eo apertè in platea, quę erat ante portam aquarum, de manè vsque ad mediam diem, in conspectu virorum, & mulierum, & sapientium: & aures omnis populi erant erectæ ad librum. 2. Esd. 8,3.

Legerunt in libro Legis Dei distinctè & apertè ad intelligendum: & intellexerunt cùm legeretur. 8.

Legit autem in Libro legis Dei, per dies singulos à die primo vsque ad diem nouissimum, & fecerunt solemnitatem septem diebus, & in die octauo collectam iuxta ritum. 18.

Legerunt in volumine legis Domini Dei sui, quater in die, & quater confitebantur & adorabant Dominum Deum suum. † 9,3.

Lectum

Lectum est in volumine Moysi audiente populo. † 13,1.

Lege istum: & respondebit: Non possum, signatus est enim. Isa.29,11.

Lege de volumine, in quo scripsisti ex ore meo, verba Domini, audiente populo in domo Domini, in die ieiunij. Ierem.36,6.

Sede, & lege hæc in auribus nostris. Et legit Baruch in auribus eorum. Igitur cùm audissent omnia verba, obstupuerunt vnusquisque ad proximum suum, & dixerunt ad Baruch: Nuntiare debemus regi omnes sermones istos. 15.

Legit audiente rege, & vniuersis principibus qui stabant circa regem. 21.

Cùm veneris in Babylonem, & videris, & legeris omnia verba hæc, dices: Domine tu locutus es contra locum istum, vt disperderes eum. † 51,62.

Legit Baruch verba libri huius ad aures Iechoniæ, &c. Qui audientes plorabant, & orabant in conspectu Domini, &c. misimus ad vos pecunias, de quibus emite holocautomata, & thus, & facite manna, & offerte pro peccato ad aram Domini. Baruch 1,3.

Legite librum istum, quem misimus ad vos, recitari in templo Domini, in die solemni. 14.

Ad hoc etiam ab Esdra lecto illis sancto libro, & dato signo adiutorij Dei, in prima acie ipse dux commisit cum Nicanore. 2.Mach 8,23.

Surrexit [Iesus] legere, & traditus est illi Liber Isaiæ Prophetæ. Luc.4,17.

Sedens super currum suum, legensque Isaiam Prophetam. Act 8,28.

Post lectionem autem legis, & Prophetarum. † 13,15.

Ignorantes & voces Prophetarum, quæ per omne sabbatum leguntur. 27.

Dum venio, attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ. 1.Tim.4,13.

LENIO.

Vt lenirent dolorem patris. Gen.37,35.

Patientia lenietur princeps, & lingua mollis confringet duritiam. Prou.25,15.

Qui scriptus es in iudiciis temporum, lenire iracundiam Domini. Eccli.48,10.

LENIS.

Nosti quòd Esau frater meus homo pilosus sit, & ego lenis. Gen.27,11. † 50,21.

Sed clementia & lenitate gubernate subiectos. Esther 13,2 Iob 4,16.

In fide & lenitate ipsius sanctum fecit illum. Eccli.45,4.

Huiusmodi instruite in spiritu lenitatis. Galat.6,1.

LENTES.

Accepto pane & lentis edulio, comedit & bibit. Gen.25,34.

Tulit autem Samuel lenticulam olei, & effudit super caput eius. 1.Reg.10,1.

Fabam, & lentem, & frixum cicer, & mel, & butyrum. 2. Reg.17,28.

Tolle lenticulam olei hanc in manu tua, & vade in Ramoth Galaad. 4.Reg.9,1.

LEO.

Ecce populus vt leæna consurget, & quasi leo erigetur. Num.23,24.

Accubans dormiuit vt leo, & quasi leæna quam suscitare nullus audebit. † 24,9.

Benedictus in latitudine Gad: quasi leo requieuit. Deut.33,20.

Irruit autem spiritus Domini in Samson, & dilacerauit leonem. Iud c.14,6.

Leonem & vrsum interfeci ego seruus tuus. 1.Reg.17,36.

Aquilis velociores, leonibus fortiores. 2.Regum 1,23.

Ipse percussit duos leones Moab. † 23,20.

Duo leones stabant iuxta manus singulas. 3.Reg.10,19.

Quia noluisti audire vocem Domini, ecce recedes à me, & percutiet te leo. † 20,36.

Non timebant Dominum: & immisit in eos Dominus leones, qui interficiebant eos. 4.Regum 17,25.

Tribue sermonem compositum in ore meo in conspectu leonis. Esth 14,13.

Rugitus leonis, & vox leænæ, & dentes catulorum leonum contriti sunt. Iob 4,10.

Nec pertransiuit per eam leæna. † 28,8.

Numquid capies leænæ prædam? † 38,39.

Susceperunt me sicut leo paratus ad prædam: & sicut catulus leonis habitans in abditis. Psalmo 16,12.

Aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens & rugiens. † 21,14

Salua me ex ore leonis. 22.

Leo fortissimus bestiarum, ad nullius pauebit occursum. Prou.30,30.

Melior est canis viuus leone mortuo. Eccles.9,4.

Coronaberis, &c. de cubilibus leonum. Cant.4,8.

Noli esse sicut leo in domo tua, euertens domesticos tuos, & opprimens subiectos tibi. Eccli.4,35.

Leo venationi insidiatur semper: sic peccata operantibus iniquitates. † 27,11.

Cum leonibus lusit [David] quasi cum agnis, & in vrsis similiter fecit, sicut in agnis ouium, in iuuentute sua? † 47,3.

Clamauit leo: Super speculam Domini ego sum, stans iugiter per diem. Isa.21,8.

Quomodo si rugiat leo, & catulus leonis super prædam suam, & cùm occurrerit ei multitudo pastorum, à voce eorum non formidabit. † 31,4.

Non erit ibi leo, & mala bestia non ascendet per eam. † 35,9.

Super

Super eum [Israelem] rugierunt leones, & dederunt vocem suam. Ierem.2,15.

Ascendit leo de cubili suo, & prædo Gentium se leuauit. † 4,7.

Percussit eos leo de silua, lupus ad vesperam vastauit eos. † 5,6.

Facta est mihi hereditas mea quasi leo in silua: dedit contra me vocem, ideò odiui eam. † 12,8.

Ecce quasi leo ascendet de superbia Iordanis ad pulchritudinem robustam. † 49,19.

Rugient, excutient comas veluti catuli leonum. † 51,38.

Quare mater tua leæna inter leones cubauit? Ezech.19,2.

Leoni Gentium assimilatus es, & draconi qui est in mari. † 32,2.

Qui liberauit Danielem de lacu leonum. Dan.14,38.

Ego quasi leæna Ephraim, & quasi catulus leonis domui Iuda. Osee 5,14.

Ego ero eis quasi leæna, sicut pardus in via Assyriorum. † 13,7.

Numquid dabit catulus leonis vocem de cubili suo, nisi aliquid apprehenderit? Amos 3,4.

Leo rugiet, quis non timebit? 8.

Quasi leo in iumentis siluarum, & quasi catulus leonis in gregibus pecorum. Mich. 5,8.

Vbi est habitaculum leonum, & pascua catulorum leonum. Nahum 2,11.

Similis factus est [Iudas] leoni in operibus suis, & sicut catulus leonis rugiens in venatione. 1.Mach.3,4.

Vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid, aperire librum. Apoc.5,5.

LEPRA.

Mitte manum tuam in sinum tuum. Quam cùm misisset in sinum, protulit leprosam instar niuis. Exod.4,6.

Plaga lepræ est, &c. recludet eum sacerdos septem diebus, & considerabit die septimo. Leuit.13,3,59.

Cùm inuenerit lepram esse mundatam, præcipiet ei, qui purificatur, vt offerat duos passeres viuos pro se, quibus vesci licitum est, & lignum cedrinum. † 14,3.

Vt eiiciant de castris omnem leprosum, & qui semine fluit, pollutusque est super mortuo: tam masculum quàm feminam eiicite de castris, ne contaminent ea cùm habitauerim vobiscum. Num.5,2.

Ecce Maria apparuit candens lepra quasi nix, &c. Exclusa est itaque Maria extra castra septem diebus. † 12,20.

Obserua diligenter ne incurras plagam lepræ. Deut.24,8.

Nec deficiat de domo Ioab fluxum seminis sustinens, & leprosus, & tenens fusum. 2.Regum 3,29.

Erat autem [Naaman] vir fortis & diues, sed leprosus. 4.Reg.5,1.

Et tangeret manu sua locum lepræ. 11.

Sed & lepra Naaman adhærebit tibi, & semini tuo vsque in sempiternum. 27.

Quatuor ergo viri erant leprosi iuxta introitum portæ. † 7,3.

Percussit autem Dominus regem [Azariam] & fuit leprosus vsque in diem mortis suæ, & habitabat in domo libera seorsum. † 15,5.

Viderunt lepram in fronte eius [Oziæ] & festinatò expulerunt eum. Sed & ipse perterritus accelerauit egredi, eò quòd sensisset illicò plagam Domini. 2.Par.26,20.

Et nos putauimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo, & humiliatum. Isa.53,4.

Leprosus veniens adorabat eum, dicens: Domine si vis, potes me mundare. Matth.8,2.

Multi leprosi erant in Israel sub Eliseo Propheta: & nemo eorum mundatus est nisi Naaman Syrus. Luc.4,27.

Occurrerunt ei decem viri leprosi. † 17,12.

LEPVS.

Immundus est, &c. Lepus quoque: nam & ipse ruminat, sed vngulã non diuidit. Leuit.11,6.

Lepusculus plebs inualida, qui collocat in petra cubile suum. Prou.30,26.

LEVIATHAN.

Qui parati sunt suscitare Leuiathan. Iob 3,8.

An extrahere poteris leuiathã hamo? † 40,20.

Visitabit Dominus in gladio suo duro, & grandi & forti super leuiathan serpentem vectem. Isa.27,1.

LEVIGO.

Fac tibi arcam de lignis leuigatis. Gen.6,14. Deut.27,2.

Dedi eum [gladium] ad leuigandum, vt teneatur manu. Ezech.21,11.

LEVIS.

Nec putare debetis, si diuersa iubeamus, ex animi nostri venire leuitate. Esther 16,9.

Leuis est super faciem aquæ. Iob 24,18.

Leuiores pardis equi eius, & velociores lupis vespertinis. Habac.1,8.

Numquid leuitate vsus sum? 2.Cor.1,17.

LEVITA.

Vt dent Leuitis de possessionibus suis vrbes ad habitandum, & suburbana earum per circuitum. Num.35,3.

Leuites, qui in vrbibus vestris commoratur: neque enim habet aliam partem & possessionem inter vos. Deut.12,12. † 14,27.

Præcepit Leuitis, &c. Tollite librum istum, & ponite eum in latere arcæ fœderis. † 31,26. Iosue.14,4.

Leuitis inferioris gradus. Ios.21,34.

Cui-

Ciuitates Leuitarum, &c. fuerunt quadraginta octo. 39.

Leuita sum de Bethleem Iuda. Iud. 17,9.

Leuitæ autem deposuerunt arcam Dei. 1. Regum 6,15.

Illicitum est vt à quocumque portetur arca Dei, nisi à Leuitis, quos elegit Dominus. 1. Paralip. 15,2.

Numeratique sunt Leuitæ à triginta annis & supra: & inuenta sunt triginta octo millia virorum. † 23,3.

Leuitæ verò vt stent manè ad confitendum & canendum Domino, similiterq; e ad vesperã. 30.

Sacerdotes autem & Leuitæ, &c. eò quòd abiecisset eos Ieroboam, & posteri eius, ne sacerdotio Domini fungerentur. 2. Par. 11,14.

In Ierusalem quoque constituit Iosaphat Leuitas, & Sacerdotes, vt iudicium & causam Domini iudicarent habitatoribus eius. 2. Par. 19,8.

Constituerunt Leuitas à viginti annis & supra, vt vrgerent opus Domini. 1. Esd. 3,8.

LEVO.

Leuo manum meam ad Dominum Deum. Gen. 14,22.

Cumq; e leuaret Moyses manus, vincebat Israel. Exodi 17,8. Leuit. 8,27. 1. Reg. 2,14. 2. Regum 2,22.

Leuauit [Ieroboam] manum contra regem. 3. Reg. 11,26. † 20,33. 4 Reg. 2,1.

Ad te Domine leuaui animam meam. Psalmo 24,1. † 62,5. † 118,48.

Leuaui oculos meos in montes. † 120,1.

Leuaui manum meam in eos in solitudine, vt dispergerem illos in nationes. Ezech. 20,23.

LEX, LEGISLATOR.

Lex prima & præceptum datur. De ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas. Gen. 2,17.

Violatur. Tulit de fructu illius, & comedit: dedítque viro suo, qui comedit. † 3,6. Deut. 5,29.

Regibus quinta pars soluitur, & factum est quasi in legem. † 47,26.

Legitimum tibi & filiis tuis vsque in æternum. Exod. 12.24.

Lex Domini semper sit in ore tuo. † 13,9.

Vsquequò non vultis custodire sabbata mea, & legem meam? † 16,28.

Legitimum sempiternum erit Aaron. † 28,43.

Hæc est lex holocausti. Cremabitur in altari tota nocte. Leuit. 6,9, 18.

Custodite leges meas, atque iudicia, quæ faciens homo, viuet in eis. † 18,5.

Ista est lex zelotypiæ. Num. 5,29.

Cœpitque Moyses explanare legem, & dicere: Dominus Deus noster locutus est ad nos in Horeb. Deut. 1,5. † 6,-,9.

Describet sibi [rex] Deuteronomium legis huius in volumine, accipiens exemplar à sacerdotibus Leuiticæ tribus. † 17,19.

Eriges ingentes lapides, & calce leuigabis eos, vt possis in eis scribere omnia verba legis huius. † 27,2.

Maledictus qui non permanet in sermonibus legis huius, nec eos opere perficit: & dicet omnis populus: Amen. 26.

Leges verba legis huius coram omni Israel. † 31,11.

In dextera eius ignea lex. † 33,2.

Legem præcepit nobis Moyses, hereditatem multitudinis Iacob. 4.

Vt custodias, & facias omnem legem, quam præcepit tibi Moyses seruus meus. Ios. 1,7.

Ita dumtaxat, vt custodiatis attentè, & opere compleatis mandatum & legem. † 22,5.

Locutus est autem Moyses ad populum legem regni, & scripsit in libro, & reposuit coram Domino. 1. Reg. 10,25.

Aequa enim erit pars descendentis ad præliũ, & remanentis ad sarcinas, &c. constitutum & præfinitum, & quasi lex in Israel. 1. Reg. 30,25.

Ista est enim lex Adam, Domine Deus. 2. Regum 7,19.

Abiecerunt legitima eius. 4. Reg. 17,15.

Librum legis reperi in domo Domini. † 22,8.

Et audisset rex verba Libri legis Domini, scidit vestimenta sua. 11.

Immunditias, & abominationes, &c. abstulit Iosias: vt statueret verba legis. † 23,24

Lamentationes super Iosiam replicant; & quasi lex obtinuit in Israel: Ecce scriptum fertur in Lamentationibus. 2. Par. 35,25.

Esdras enim parauit cor suum, vt inuestigaret legem Domini, & faceret & doceret in Israel præceptum & iudicium. 1. Esd. 7,10.

Omnis qui non fecerit legem Dei tui, & legem regis diligenter, judicium erit de eo, siue in mortem, siue in exilium, siue in condemnationem substantiæ eius, vel certè in carcerem. 26.

Dixerunt Esdræ Scribæ vt afferret librum legis Moysi, quã præceperat Dominus Israeli, &c. & legit in eo apertè in platea. 2. Esd. 8,1.

Proiecerunt legem tuam post terga sua. † 9,26.

Non fecerunt legem tuam, & non attenderunt mandata tua. 34.

Scientium leges, ac iura maiorum. Esth. 1,13.

Scribatur iuxta legem Persarum atque Medorum, quam præteriri illicitum est. 19.

Ieiunabo, & tunc ingrediar ad regem contra legem faciens, & non vocata, tradensque me morti. † 4 16.

In toto orbe terrarum populum esse dispersum, qui nouis vteretur legibus. † 13,4.

Non enim pro te, sed pro omnibus hæc lex constituta est. † 15,13.

Accede igitur, & tange sceptrum. 14.

Iustis vtentes legibus. † 16,15.

Vt ostenderet tibi secreta sapientiæ, & quòd mul-

multiplex esset lex eius. Iob 11,6.
Suscipe ex ore illius legem, & pone sermones eius in corde tuo. † 22,22.
Quando ponebat pluuiis legem. † 28,26.
Nullus ei similis in legislatoribus. † 36,22.
Constitue Domine legislatorem super eos: vt sciant gentes quoniam homines sunt. Psal.9,21.
Lex Domini immaculata. † 18,8.
Legem pone mihi Domine. † 26,11.
Lex Dei eius in corde ipsius. † 36,31.
Attendite popule meus legem meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei. † 77,1.
In lege eius noluerunt ambulare. 10.
Si autem dereliquerint filij eius legem meam: & in iudiciis meis non ambulauerint. † 88,31.
Legem pone mihi Domine viam iustificationum tuarum. † 118,33.
Nisi quòd lex tua meditatio mea est: tunc fortè periissem in humilitate mea. 92,97,105.
Bonum mihi lex oris tui, super millia auri & argenti. 72.
Lex tua veritas. 142.
Propter legem tuam sustinui te Domine. † 129,5.
Custodi legem atque consilium, & erit vita animæ tuæ. Prou.3,22.
Mandatum lucerna est, & lex lux, & via vitæ increpatio disciplinæ. † 6,23.
Per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. † 8,15.
Quãdo certa lege & gyro vallabat abyssos. 27.
Lex sapientis fons vitæ, vt declinet à ruina mortis. † 13,14.
Qui derelinquunt legem, laudant impium: qui custodiunt, succenduntur contra eum. † 28,4.
Qui declinat aures suas ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. 9.
Sit autem fortitudo nostra lex iustitiæ. Sapient.2,11.
Nec custodistis legem iustitiæ. † 6,5.
Per quos incipiebat incorruptum legis lumen sæculo dari. † 18,4.
In lege Altissimi incredibilis fuit [adultera.] Eccli.23,33.
Legem mandauit Moyses in præceptis iustitiarum. † 24,33.
Qui quærit legem, replebitur ab ea: & qui insidiosè agit, scandalizabitur in ea. † 32,19.
Homo sensatus credit legi Dei, & lex illi fidelis. † 33,3.
Sine mendacio consummabitur verbum legis, & sapientia in ore fidelis complanabitur. † 34,8.
Qui conseruat legem, multiplicat oblationem. † 35,1.
De Sion exibit lex, & verbum Domini de Ierusalem. Isa.2,3.
Abiecerunt enim legem Domini exercituum, & eloquium sancti Israel blasphemauerunt. † 5,24.
Liga testimonium, signa legem in discipulis meis. † 8,16.
Numquid non populus à Deo suo requiret pro viuis à mortuis? ad legem magis, & ad testimonium. 20.
Væ qui condunt leges iniquas: & scribentes, iniustitiam scripserunt: vt opprimerent in iudicio pauperes. † 10,1.
Terra infecta est ab habitatoribus suis: quia transgressi sunt leges. † 24,5.
Dominus enim Iudex noster, Dominus legifer noster, Dominus rex noster, ipse saluabit nos. † 33,22.
Legem eius insulæ expectabunt. † 42,4.
Noluerunt in viis eius ambulare, & non audierunt legem eius. 24.
Lex mea à me exiet, & iudicium meum in lucem populorum requiescet. † 51,4.
Populus meus, lex mea in corde eorum: nolite timere opprobrium hominum, & blasphemias eorum me metuatis. 7.
Sacerdotes non dixerunt: Vbi est Dominus? & tenentes legem nescierunt me. Ierem.2,8.
Leges populorum vanæ sunt: quia lignum de saltu præcidit manus artificis in ascia. † 10,3.
Venite, cogitemus contra Ieremiam cogitationes: non enim peribit lex à sacerdote. † 18,18.
Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam: & ero eis in Deum. † 31,33.
Si defecerint leges istæ coram me, dicit Dominus: tunc & semen Israel deficiet, vt non sit gens coram me cunctis diebus. 36.
Et non ambulauerunt in lege Domini, & in præceptis meis. † 44,10.
Hic liber mandatorum Dei, & lex quæ est in æternum. Omnes qui tenent eam, peruenient ad vitam; qui autem dereliquerunt eam, in mortem. Baruch 4,1.
Ista est lex domus in summitate montis. Ezech.43,12.
Leges meas, & præcepta mea in omnibus solemnitatibus meis custodient, & sabbata mea sanctificabunt. † 44,24.
Lex Medorum atque Persarum est, vt omne decretum, quod constituerit rex, non liceat immutari. Dan.5,15.
Oblita es legis Dei tui, obliuiscar filiorum tuorum & ego. Osee 4,6.
Scribam ei multiplices leges meas, quæ velut alienæ computatæ sunt. † 8,12.
Propter hoc lacerata est lex, & non peruenit vsque ad finem iudicium: quia impius præualet aduersus iustum, propterea egreditur iudicium peruersum. Habac.1,4.
Lex veritatis fuit in ore eius, & iniquitas non est

est inuenta in labiis eius. Malach.2,6.

Labia enim sacerdotis custodient scientiam,& legem requirent ex ore eius. 7.

Mementote legis Moysi serui mei, quam mandaui ei in Horeb ad omnem Israel, præcepta & iudicia. †4,4.

Vt sequerentur Leges gentium terræ,& prohiberent holocausta & sacrificia. 1.Mach.1,46.

Libros legis Dei combusserunt igni, scindentes eos. 59.

Noluerunt infringere legem Dei sanctam, & trucidati sunt. 1.Mach.1,66.

Non est nobis bonum relinquere legem,& iustitias Dei: non audiemus verba regis Antiochi. † 2,22.

Et obtinuerunt legem de manibus gentium,& de manibus regum, & non dederunt cornu peccatori. 48.

Viriliter agite in lege, quia in ipsa gloriosi eritis. 64.

Plagam, quam fecit in terra, vt tolleret legitima, quæ erant à primis diebus. † 3,29.

Propter legitima enim ipsorum, quæ despeximus,irati sunt, & fecerunt omnia hæc. † 6,59.

Adaperiat Dominus cor vestrum in lege sua, & in præceptis suis, & faciat pacem. 2. Machab.1,4.

Dedit illis [Ieremias] legem ne obliuiscerentur præcepta Domini, & vt non exerrarent mentibus videntes simulachra aurea. † 2,2.

Leges etiam adhuc optimè custodirentur,propter Oniæ Pontificis pietatem, & animos odio habentes mala. † 3,1.

In leges enim diuinas impiè agere, impunè non cedit. †4,17.

Vt Iudæi vtantur cibis & legibus suis, sicut & prius. †11,31.

Quippe qui lege, & patria, sanctoque templo priuari vererentur. †13,11.

Nolite putare quoniam veni soluere legem, aut Prophetas. Matth.5,17.

Omnia ergo quæcumque vultis,vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Hæc est enim lex & Prophetæ. †7,12.

Lex & Prophetæ, vsque ad Ioannem: ex eo regnum Dei euangelizatur, & omnis in illud vim facit. Luc.16,16.

Lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Ioan.1,17.

Nónne Moyses dedit vobis legem? & nemo ex vobis facit legem? † 7,19.

Secundùm legem debet mori, quia filium Dei se fecit. †19,7.

Qui accepistis legem in dispositione Angelorum, & non custodistis. Act.7,53.

Contra legem hic persuadet hominibus colere Deum. †18,13.

Vides frater, quot millia sunt in Iudæis, qui crediderunt, & omnes æmulatores sunt legis. † 21,20,24.

Qui aduersus populum, & legem, & locum hunc,omnes vbique docens. 28.

Quicumque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Rom.2,12.

Eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex. 14.

Qui in lege gloriaris, per præuaricationem legis Deum inhonoras? 23.

Scimus autem quoniam quæcumque lex loquitur, iis qui in lege sunt loquitur. † 3,19.

Per quam legem? factorum? Non: sed per legem fidei. 27.

Legem ergo destruimus per fidem? Absit: sed legem statuimus. 31.

Non enim per legem promissio Abrahæ, aut semini eius, vt heres esset mundi: sed per iustitiam fidei. †4,13.

Lex enim iram operatur. 15.

Lex autem subintrauit,vt abundaret delictum. † 5,20.

Lex in homine dominatur quanto tempore viuit? †7,1.

Sine lege enim peccatum mortuum erat. 8.

Lex enim spiritus vitæ in Christo Iesu liberauit me à lege peccati & mortis. † 8,2.

Plenitudo ergo legis est dilectio. † 13,10.

Iis qui sub lege sunt, quasi sub lege essem. 1.Cor.9,21.

Stimulus autem mortis peccatum est: virtus verò peccati lex. †15,56.

Ego enim per legem, legi mortuus sum, vt Deo viuam. Gal.2,19.

Quæ post quadringentos & triginta annos facta est lex, non irritum facit ad euacuandam promissionem. † 3,17.

Quid igitur lex? propter transgressiones posita est. 19.

Priùs autem quàm veniret fides, sub lege custodiebamur conclusi, in eam fidem quæ reuelanda erat. 23.

Factum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant,redimeret. †4,5.

Dicite mihi qui sub lege vultis esse, legem non legistis? 21.

Testificor autem rursum omni homini circumcidenti se,quoniam debitor est vniuersæ legis faciendæ. †5,3.

Omnis enim lex in vno sermone impletur: Diliges proximum tuum sicut teipsum. 14.

Bona est lex, si quis ea legitimè vtatur: sciens hoc quia lex iusto non est posita, sed iniustis. 1.Tim.1,9.

Nihil enim ad perfectũ adduxit lex. Heb.7,19

Lex homines constituit sacerdotes infirmitatem habentes. 28.

Hoc est testamentum quod disponam domui

Israel post dies illos, Dicit Dominus: dando leges meas in mentem eorum, & in corde eorum superscribam eas. † 8,10.

Irritam quis faciens legem Moysi sine vlla miseratione duobus vel tribus testibus moritur. † 10,28.

Qui autem perspexerit in legem perfectam libertatis, & permanserit in ea. Iac. 1,25.

Quicũque autem totã legem seruauerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus. † 2,10.

Sicut per legem libertatis incipiẽtes iudicari. 12

Vnus est legislator, & iudex, qui potest perdere, & liberare. † 4,12.

LIA.

Vespere Liam filiam suam introduxit ad eum. Gen. 29,23.

LIBANVS.

Veni de Libano sponsa mea, veni de Libano, veni: coronaberis de capite Amana. Cant. 4,8.

Libanus non sufficiet ad succendendum, & animalia eius non sufficient ad holocaustum. Isa. 40,16.

LIBATIO.

Libans super eum libamina, & effundens oleum, vocansque nomen loci illius Bethel. Gen. 35,14.

Libamenta offerentur cum eo. Leuit. 23,13.

Tulit itaque Manue hœdum de capris, & libamenta, & posuit super petram, offerens Domino, qui facit mirabilia: ipse autem & vxor eius intuebantur. Iudic. 13,19.

At ille noluit bibere [aquam] sed libauit eam Domino. 2. Reg. 23,16.

Libauit libamina, & fudit sanguinem pacificorum. 4. Reg. 16,13.

Et non biberim vinum libaminum. Esther 14,17.

Quid proderit libatio idolo? nec enim manducabit, nec odorabit. Eccli. 30,19.

Libauit & de sanguine vuæ. † 50,16.

Vt sacrificemus reginæ cæli, & libemus ei libamina. Ierem. 44,17.

Non libabunt Domino vinum, & non placebunt ei. Osee 9,4.

LIBER, *proprium.*

Cùm Liberi sacra celebrarentur, cogebantur hedera coronati Libero circuire. 2. Mach. 6,7.

LIBER, BRI.

Dicitur in libro bellorum Domini: Sicut fecit in Mari rubro, sic faciet in torrentibus Arnon. Num. 21,14.

Non inuenerit gratiam ante oculos eius, propter aliquam fœditatem: scribet libellum repudij, & dabit in manu illius, & dimittet eam de domo sua? Deut. 24,2.

Tollite librum istum, & ponite eum in latere arcæ fœderis Domini: vt sit ibi contra te in testimonium. † 31,26.

Nónne scriptum est hoc in libro iustorum? Ios. 10,13.

Sicut scriptum est in libro iustorũ. 2. Reg. 1,18.

Librum legis reperi in domo Domini: deditque Helcias volumen Saphan, qui & legit illud. 4. Reg. 22,8.

Non audierunt patres nostri verba Libri huius vt facerent omne quòd scriptum est nobis. 13.

Scripta sunt in verbis Iehu, filij Hanani, quæ digessit in libros Regum Israel. 2. Par. 20,34.

Aperuit Esdras librum coram omni populo. 2. Esd. 8,5.

Accitisque scribis & librariis regis. Esth. 8,9.

Epistolæ, id est, libri huius, volumine continentur. † 9,26.

Librum scribat ipse qui iudicat. Vt in humero meo portem illum, & circumdem illum quasi coronam mihi? Iob 31,35.

Deleantur de libro viuentium. Psal. 68,29.

In libro tuo omnes scribentur. † 138,16.

Faciendi plures libros nullus est finis. Eccles. 12,12.

Inueni ibi libros relictos, non paruæ neque contemnendæ doctrinæ. Prologus Eccli.

Hæc omnia liber vitæ, & testamentum Altissimi. Eccli. 24,32.

Sume tibi librum grandem, & scribe in eo stylo hominis: Velociter spol a detrahe, citò prædare. Isa. 8,1.

Erit vobis visio omnium sicut verba libri signati, quem cùm dederint scienti literas, dicent: Lege istum, & respondebit: Non possum, signatus est enim. † 29,11.

Et tabescet omnis militia cælorum, & complicabuntur sicut liber cæli. † 34,4.

Requirite diligenter in libro Domini, & legite: vnum ex eis non defuit. 16.

Misit, &c. libros & munera ad Ezechiam. † 39,1.

Dimisissem eam, & dedissem ei libellum repudij: & non timuit præuaricatrix Iuda soror eius, sed abiit, & fornicata est etiam ipsa. Ierem. 3,8.

Et hæc sunt verba libri, quem misit Ieremias Propheta de Ierusalem ad reliquias seniorum transmigrationis. † 29.1.

Pro eo quòd misisti in nomine tuo libros ad omnem populum. 25.

Et accepi librum possessionis signatum, & stipulationes, & rata, & signa forinsecus. † 32,11.

Tolle volumen libri, & scribes in eo omnia verba quæ locutus sum tibi aduersum Israel. † 36,2.

Legit audiente rege, &c. scidit illud scalpello scribæ, & proiecit in ignem. 23,29.

Inuolutus liber: & expandit illum coram me, qui erat scriptus intus & foris: & scriptæ erant in eo lamentationes, & carmen, & væ. Ezech. 2,9.

Et scriptus est liber monumenti coram eo timen-

mentibus Dominum, & cogitantibus nomen eius. Mal.3,16.

Libros legis Dei combusserunt igni, scindentes eos. 1.Mach.1,59.

Apud quemcumque inueniebantur libri testamenti Domini, & quicumque obseruabat legem Domini, secundùm edictum regis trucidabant eum. 60.

Et expanderunt libros legis, de quibus scrutabantur Gentes similitudinem simulachrorum suorum. † 3,48.

Nos cùm nullo horum indigeremus, habentes solatio sanctos libros. † 12,9.

Et ponere exemplum sermonum eorum in segregatis populi libris, vt sit ad memoriam populo Spartiatarum. † 14,23.

Et vt construens bibliothecam congregauit de regionibus libros & Prophetarum & Dauid. 2.Mach.2,13.

Itemque ab Iasone Cyrenæo quinque libris comprehensa, tentauimus nos vno volumine breuiare. 2.Mach.2,24.

Liber generationis Iesu Christi. Matth 1,1.

Et cùm plicuisset [Iesus] librum, reddidit ministro & sedit. Luc.4,20.

Nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt, libros. Ioan.21,25.

Multi autem ex eis, qui fuerant curiosa sectati, contulerunt libros, & combusserunt coram omnibus: & computatis pretiis illorum, inuenerunt pecuniam denariorum quinquaginta millium. Act.19,19.

Penulam quam reliqui Troade apud Carpum, veniens affer tecum, & libros, maximè autem membranas. 2.Timoth.4,13.

Qui vicerit, sic vestietur vestimentis albis, & non delebo nomen eius de Libro vitæ, & confitebor nomen eius coram Patre meo. Apoc.3,5.

Librum scriptum intus & foris, signatum sigillis septem. † 5,1.

Et cùm aperuisset librum, quatuor animalia, & vigintiquatuor seniores ceciderunt coram Agno. 8.

Et habebat in manu sua libellum apertum. † 10,2.

Accipe librum, & deuora illum: & faciet amaricari ventrem tuum, sed in ore tuo erit dulce tamquam mel. 9.

Et libri aperti sunt: & alius Liber apertus est, qui est vitæ: & iudicati sunt mortui ex his quæ scripta erant in libris, secundùm opera ipsorum. † 20,12.

Et qui non inuentus est in Libro vita scriptus, missus est in stagnum ignis. 15.

LIBER, LIBERTAS.

Non egrediar liber: offeret eum dominus diis. Exod.21,4.

Quem libertate donaueris, nequaquam vacuum abire patieris: sed dabis viaticum de gregibus, & de area. Deut.15,14.

Liberè arguitur rex impius. Quid mihi & tibi est? vade ad prophetas patris tui. 4.Reg.3,13.

Habens [Tobias] libertatem quæcumque facere voluisset. Tob.1,14. Iudith 16,18.

Dimisit [Iudith] abram suam liberam. 28.

Tamquam pullum onagri se liberum natum putat. Iob 11,12. † 39,5.

Factus sum sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber. Psal.87,5.

Dimitte eos, qui confracti sunt, liberos, & omne onus disrumpe. Isaiæ 58,6.

Dimittes eum à te liberum: & non audierunt me patres vestri. Ierem. 34,14.

Vt prædicaretis libertatem, ait Dominus, ad gladium, ad pestem, & ad famem: & dabo vos in commotionem cunctis regnis terræ. 17.

Omnis compositio eius ablata est. Quæ erat libera, facta est ancilla. 1.Mach.2,11.

Reges terræ à quibus accipiunt tributum, &c. ergo liberi sunt filij. Matth.17,25.

Nemini seruiuimus vmquam: quomodo tu dicis: Liberi eritis? Ioan.8,33,36. Act.6 9.

Qui enim in Domino vocatus est seruus, libertus est Domini: similiter qui liber vocatus est, seruus est Christi. 1.Cor.7,24.

Non sum liber? Non sum Apostolus? † 9,1.

Vt quid enim libertas mea iudicatur ab aliena conscientia? † 10,29.

Dominus autem Spiritus est: Vbi autem Spiritus Domini, ibi libertas. 2.Cor.3,17.

Sed qui de ancilla, secundùm carnem natus est: qui autem de libera, per repromissionem. Gal.4,23.

Non sumus ancillæ filij, sed liberæ: qua libertate Christus nos liberauit. 31.

Vos enim in libertatem vocati estis, fratres: tantùm ne libertatem in occasionem detis carnis. † 5,13.

Quasi liberi, & non quasi velamen habentes malitiæ libertatem. 1.Pet.2,16.

Libertatem illis promittentes, cùm ipsi serui sint corruptionis. 2.Pet.2,19.

LIBERALITAS.

Liberalitas ad malum. Tollite inaures aureas, de vxorum, filiorumque, & filiarum vestrarum auribus, & afferte ad me. Fecitque populus quæ iusserat. Exod.32,2.

Liberalitas offerentium pro Sanctuario. Plus offert populus, quàm necessarium est. † 36,5.

Liberalitas Dauidis. Misit dona de præda senioribus Iuda proximis suis, dicens: Accipite benedictionem de præda hostium Domini. 1.Regum 30,26.

Liberalitas cibos auget. Comedent, & supererit. Posuit itaque coram eis: qui comederunt, & superfuit, iuxta verbum Domini. 4.Reg.4,43.

Liberalitas principum familiarum. 2. Esdræ 7,70.

Dedit in thesaurum auri drachmas mille, phialas quinquaginta, tunicas sacerdotales quingentas triginta. 2.Esd.7,70. Luc.21,4.

LIBERI, LIBERORVM.

Da mihi liberos, alioquin moriar. Cui iratus respondit Iacob: Num pro Deo ego sum, qui priuauit te fructu ventris tui? Gen.30,1.

Absque liberis me esse fecistis, Ioseph non est super, Simeon tenetur in vinculis, Beniamin auferetis. † 42,36. Num.3,4.

Filium odiosæ agnoscet primogenitum: dabitque ei de his quæ habuerit cuncta duplicia: iste est enim principium liberorum eius. Deut.21,17. Iosu.6,26. 1.Reg.1,2.

Sicut fecit absque liberis mulieris gladius tuus; sic absque liberis erit inter mulieres mater tua. 1.Reg.15,33.

Vigilantes ad prædam, præparant panem liberis. Iob 24,5.

Si genuerit quispiam centum liberos, &c. & anima illius non vtatur bonis substantiæ suæ, sepulturaque careat: de hoc ego pronuntio quòd melior illo fit abortiuus. Ecclesi.6,3.

Seruo sensato liberi seruient. Eccli.10,28.

Profanasti semen tuum inducere iracundiam ad liberos tuos, & incitari stultitiam tuam. † 47,22. Ierem.18,21. Osee 9,12,14. Luc.20,28.

LIBERO.

Ruben nitebatur liberare eum de manibus eorum. Gen.37,21.

Liberauitque Dominus in die illa Israel de manu Aegyptiorum. Exod.14,30.

In quo liberabo Israel? ecce familia mea infima est in Manasse, & ego minimus in domo patris mei. Iudic.6,15.

Non addam vltrà vt vos liberem. † 10,13.

Et ipse incipiet liberare Israel de manu Philisthinorum. † 13,5.

Liberauit ergo populus Ionathan, vt non moreretur. 1.Reg.14,45.

Rex liberauit nos de manu inimicorum nostrorum. 2.Reg.19,9.

Locutus est autem Dauid Domino verba carminis huius, in die qua liberauit eum Dominus de manu omnium inimicorum. † 22,1,20.

Numquid liberauerunt dij Gentium terram suam de manu regis Assyriorum? Vbi est Deus Emath? 4.Reg.18,34. † 19,12.

Liberauit nos de manu inimici, & insidiatoris in via. 1.Esd.8,31.

Per aliam occasionem liberabuntur Iudæi: & tu & domus patris tui peribitis. Esth.4,14.

Liberate me de manu hostis? Iob 6,23.

Liberauit animam suam ne pergeret in interitum. † 33,28.

Libera me de sanguinibus. Psal.50,16.

Vt liberentur dilecti tui. † 59,7. † 107,7.

Quia liberabit pauperem à potente. † 71,12.

Liberauit me de laqueo venantium, & à verbo aspero. † 90,3.

Libera animam meam. † 114,4.

Erue eos qui ducuntur ad mortem: & qui trahuntur ad interitum liberare ne cesses. Prouerb.24,11.

Vir pauper & sapiens, & liberauit vrbem per sapientiam suam, & nullus deinceps recordatus est hominis illius pauperis. Ecclesi.9,14.

Eruis sustinentes te Domine, & liberas eos de manibus gentium. Eccli.51,12.

Quia ego tecum sum, ait Dominus, vt liberem te. Ierem.1,19.

Liberabo te de manu pessimorum, & redimam te de manu fortium. † 15,21. † 26,24.

Liberabo te in die illa, ait Dominus, & non tradêris in manus virorum, quos tu formidas: sed eruens liberabo te, & gladio non cades: sed erit tibi anima tua in salutem, quia in me habuisti fiduciam. † 39,18.

Recordabuntur mei liberati vestri in Gentibus. Ezech.6,9.

Noë, Daniel, & Iob, &c. Nec filios, nec filias liberabunt: sed ipsi soli liberabuntur, terra autem desolabitur. † 14,16.

Dedit se [Eleazar] vt liberaret populum suum, & acquireret sibi nomen æternum. 1.Machab.6,44.

Si ergo vos filius liberauerit, verè liberi eritis. Ioan.8,36.

Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Rom.7,24.

Et vt liberemur ab importunis & malis hominibus: non enim omnium est fides. 2.Thessal.3,2.

Liberatus sum de ore Leonis. Liberauit me Dominus ab omni opere malo. 2.Tim.4,18.

LIBERVM ARBITRIVM.

Liberum arbitrium cooperatur gratiæ Dei.

Præparate corda vestra Domino, & seruite illi soli. 1.Reg.7,3.

Fecit autem malum, & non præparauit cor suum, vt quæreret Dominum. 2.Par.12,14. Psal.9,17. Act.10,13.

Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. Iac.4,8.

Animas vestras castificantes in obedientia charitatis. 1.Pet.1,22. 1.Ioan.3,3.

Sto ad ostium, & pulso: si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum. Apoc.3,20.

LIBIDO.

Vt humilietis eas, & vestram libidinem compleatis. Iudic.19,24.

Libidinosis præualet diabolus. Tob.6,17.

Cui etiam Dominus contulit splendorem: quoniam

quoniam omnis ista compositio non ex libidine, sed ex virtute pendebat. Iudith 10,4,14.

LIBRA.

Maria ergo accepit libram vnguenti nardi pistici, pretiosi. Ioan.12,3.

Ferens mixturam myrrhæ & aloës, quasi libras centum. † 19,39.

LIBRO.

Librabat fontes aquarum. Prou.8,28.

Quis appendit tribus digitis molem terræ, & librauit in pondere montes? Isaiæ 40,12.

LICENTIA, LICET.

Nosti quòd non expediat regno tuo vt insolescat per licentiam. Esth.3,8.

Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. 1.Cor.6,12.

Videte autem ne fortè hæc licentia vestra offendiculum fiat infirmis. † 8,9.

Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. † 10,22.

LICIVM.

Si septem crines capitis mei cum licio plexueris. Iudic.16,13.

Extraxit clauum cum crinibus & licio. 14.

Hastile autem hastæ eius, erat quasi liciatorium texentium. 1.Reg 17,7.

LICTOR.

Misit ergo Saul lictores vt raperent Dauid: qui cùm vidissent cuneum prophetarum vaticinantium & Samuelem stantem super eos. 1.Regum 19,20. Act.16,35.

LIGNVM.

Lignumq; faciens fructum, & habens vnumquodque sementem. Gen.1,12.

Lignum etiam vitæ in medio paradisi, lignumque scientiæ boni & mali. † 2,9,16.

Tulit quoque ligna holocausti, & imposuit super Isaac filium suum: ipse verò portabat in manibus ignem & gladium. † 22,6.

Ostendit ei lignum: quod cùm misisset in aquas, in dulcedinem versæ sunt. Exod.15,25. † 25,5.

Lignum cedrinum [offerat] vermiculumque & hyssopum. Leuit.14,4.

Lignum quoque cedrinum, & hyssopum, coccumque bis tinctum sacerdos mittet in flammam. Num.19,6.

Exceptis lignorum cæsoribus, & his qui portant aquas, vt transeas in fœdere Domini. Deuteron.29,11.

Ligna cędant, aquasque comportent. Iosu.9,21. 3.Reg.5,6.

Fecit in oraculo duos cherubim de lignis oliuarum. † 6,23.

Attulit de Ophir ligna thyina multa nimis, & gemmas pretiosas. † 10,12.

Vniuersum lignum fructiferum succidetis. 4.Reg.3,19.

Qui hanc mutauerit iussionem, tollatur lignum de domo ipsius, & erigatur, & configatur in eo, & domus eius publicetur. 1.Esd.6,11.

Epistolam ad Asaph custodem saltus regis, vt det mihi ligna, vt tegere possim portas turris domus, & muros ciuitatis. 2.Esd.2,8.

En lignum, quod parauerat Mardochæo, qui locutus est pro rege, stat in domo Aman. Esth.7,9.

Lignum habet spem: si præcisum fuerit, rursum virescit. Iob 14,7.

Non sit in recordatione, sed conteratur lignum infructuosum. † 24,20.

Erit tamquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum. Psal.1,3.

Exultabunt omnia ligna siluarum à facie Domini, quia venit. † 95,13.

Lignum vitæ est [sapientia] his qui apprehenderint eam. Prou.3,18.

Qui scindit ligna, vulnerabitur ab eis. Eccles.10,9.

Si ceciderit lignum ad Austrum, aut ad Aquilonem, in quocumque loco ceciderit, ibi erit. † 11,3.

Sanauit iterum sapientia, per contemptibile lignum iustum gubernans. Sap.10,4.

Lignum rectum secuerit, & huius doctè eradat corticem. † 13,11.

Ligno portante se, fragilius lignum inuocat. † 14,1.

Exiguo ligno credunt homines animas suas. 5.

Benedictum est enim lignum, per quod fit iustitia. 7.

Relinquaris velut lignum aridum in eremo. Eccli.6,3.

Nescierunt qui leuant lignum sculpturæ suæ, & rogant Deum non saluantem. Isaiæ 45,20.

Non dicat eunuchus: Ecce ego lignum aridum. † 56,3.

Secundùm enim dies ligni, erunt dies populi mei, & opera manuũ eorũ inueterabunt. † 65,22.

Filij colligunt ligna, & patres succendunt ignem, & mulieres conspergunt adipem, vt faciant placentas reginæ cæli. Ierem.7,18.

Non cognoui quia cogitauerunt super me consilia, dicentes: Mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viuentiũ. 11,19.

Erit quasi lignum, quod transplantatur super aquas, quod ad humorem mittit radices suas, & non timebit cùm venerit æstus. † 17,8.

Omne lignum aridum: non extinguetur flamma succensionis. Ezech.20,47.

Assumam lignum Ioseph, quod est in manu Ephraim. † 37,19.

Super torrentem orietur in ripis eius ex vtraque parte omne lignum pomiferum: non defluet folium ex eo. † 47,12.

Si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? Luc.23,31.

Vin-

Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in paradiso Dei mei. Apoc. 2,7.

Ex vtraque parte fluminis lignum vitæ, afferens fructus duodecim, per menses singulos reddens fructum suum. † 22,2.

LIGO.

Non ligabis os bouis terentis in area fruges tuas. Deut. 25,4.

Ligaueruntque eum [Samsonem] duobus nouis funibus. Iudic. 15,13.

Vt ligemus Samson venimus, & reddamus ei quæ in nos operatus est. † 15,10.

Ligauerunt Achior ad arborem manibus & pedibus. Iudith 6,9.

Liga eam [legem] in digitis tuis. Prou. 7,3.

Cumque compleueris legere librum istum, ligabis eum ad lapidem, & proiicies illum in medium Euphratem. Ierem. 51,63.

Ligatis pedibus Sidrach, Misach, & Abdenago, mitterent eos in fornacem ignis ardentis. Daniel. 3,20.

Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis. Matth. 16,19.

Ligatis manibus & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores. † 22,13.

Et statim prodiit, qui fuerat mortuus, ligatus pedes & manus institis. Ioan. 11,44.

Et misit eum [Iesum] Annas ligatum ad Caipham Pontificem. † 18,24.

Ligauit eum [satanam] per annos mille. Apoc. 20,2.

LIGO, NIS.

Ad Philisthiim, vt exacueret vnusquisq; vomerem suum, & ligonem, & securim. 1. Reg. 13,20.

Concidite aratra vestra in gladios, & ligones vestros in lanceas. Ioel. 3,10. Mich. 4,3.

LILIVM.

Sphærulas, ac lilia ex ipso procedentia. Exodi 25,32.

Assumpsitque [Iudith] dextrariola, & lilia, & inaures. Iudith 10,3.

Ego flos campi, & lilium conuallium. Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. Cant. 2,1

Et quasi lilia, quæ sunt in transitu aquæ. Eccli. 50,8.

Florebit quasi lilium. Isa. 35,1.

Considerate lilia agri, quomodo crescunt: non laborant. Matth. 6,28.

LIMA.

Faber ferrarius lima operatus est. Isa. 44,12.

Mucro, euagina te ad occidendum, lima te vt interficias, vt fulgeas. Ezech. 21,28.

LIMEN.

Non calcant sacerdotes Dagon, & omnes qui ingrediuntur templum eius, super limen Dagon. 1. Reg. 5,5.

Limen portæ iuxta vestibulũ portæ. Eze. 40,8.

Qui fabricati sunt limen suum iuxta limen meum. † 43,8.

Visitabo super omnem, qui arroganter ingreditur super limen in die illa: qui complent domũ Domini Dei sui iniquitate, & dolo. Soph. 1,9.

LIMPIDVS.

Omnis enim orbis terrarum limpido illuminabatur lumine. Sap. 17,19.

Radam puluerem eius de ea, & dabo eam in limpidissimam petram. Ezech. 26,4.

LIMVS.

Infixus sum in limo profundi. Psal. 68,3.

LINEA.

Linea duodecim cubitorum ambiebat columnam vtramque. 3. Reg. 7,15.

Vis vt ascendat vmbra decẽ lineis? 4. Reg. 20,9.

Quis tetẽdit super eam lineã? Iob 38,5. Isa. 38,8

LINGO.

In loco hoc, in quo linxerunt canes sanguinem Naboth, lambent quoque sanguinem tuum. 3. Reg. 21,19.

Inimici eius terram lingent. Psal. 71,9.

Puluerem pedum tuorum lingent. Isa. 49,23.

Lingent puluerem sicut serpentes. Mich. 7,17. Luc. 16,21.

LINGVA.

Linguarum diuisio. Gen. 11.

A lingua maris vsque ad eumdem Iordanis fluuium. Ios. 15,5.

Qui lingua lambuerint aquas, sicut solent canes lambere, separabis eos seorsum: qui autem curuatis genibus biberint, in altera parte erunt. Iudic. 7,5.

Iuxta linguas & literas suas. Esther 8,9.

A flagello linguæ absconděris: & non timebis calamitatem, cùm venerint. Iob 5,21.

Non inuenietis in lingua mea iniquitatem. † 6,30.

Vocem suam cohibebant duces, & lingua eorum gutturi suo adhærebat. Iob 29,10.

Linguis suis dolosè agebant, iudica illos Deus. Psal. 5,11.

Linguam nostram magnificabimus, labia nostra à nobis sunt, quis noster Dominus est? † 11,5.

Lingua mea adhæsit faucibus meis. † 21,16.

Lingua mea calamus scribæ. † 44,2.

Infirmatæ sunt contra eos linguę eorũ. † 63,9.

Linguam, quam non nouerat, audiuit. † 80,6.

Libera animam meam à labiis iniquis, & à lingua dolosa. † 119,2.

Adhæreat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui. † 136,6.

Acuerunt linguas suas sicut serpentis: venenum aspidum sub labiis eorum. † 139,4.

Vir linguosus non dirigetur in terra. 12.

Lingua autem sapientũ sanitas est. Prou. 12,18

Lingua placabilis lignum vitæ: quæ autem immoderata est, conteret spiritum. † 15,4.

Homi-

Hominis est animam præparare: & Domini est gubernare linguam. † 16,1.

Malus obedit linguæ iniquæ. † 17,4.

Mors & vita in manu linguæ. † 18,21.

Lingua mollis confringet duritiam. † 25,15.

Lingua fallax non amat veritatem † 26,28.

Noli esse citatus in lingua tua, & inutilis, & remissus in operibus tuis. Eccli. 4,34.

Lingua eucharis in bono homine abundabit. † 6,5.

Terribilis est in ciuitate sua homo linguosus: & temerarius in verbo suo odibilis erit. † 9,25.

Non omni verbo credas, est qui labitur lingua, sed non ex animo. † 19,16.

Qui enim edunt panem illius, falsæ linguæ sunt. † 20,18.

Lapsus falsæ linguæ, quasi qui in pauimento cadens. 20.

Notus à longè potens lingua audaci, & sensatus scit labi se ab ipso. † 21,8.

Quis dabit ori meo custodiam, & super labia mea signaculum certum, vt non cadam ab ipsis, & lingua mea perdat me? † 22,33.

Beatus qui habitat cum muliere sensata: & qui lingua sua non est lapsus. † 25,11.

In muliere zelotypa flagellum linguæ, omnibus communicans. † 26,9.

Lingua tertia multos commouit, & dispersit illos de gente in gentem, ciuitates muratas diuitum destruxit, & domos magnatorum effodit. † 28, 16,17.

Flagelli plaga liuorem facit: plaga autem linguæ comminuet ossa. 21.

Beatus qui tectus est à lingua nequam, qui in iracundiam illius non transiuit, & qui non attraxit iugum illius, & in vinculis eius non est ligatus: iugum enim illius, iugum ferreum est: & vinculum illius, vinculum æreum est. Mors illius, mors nequissima, & vtilis potiùs infernus quã illa. 23.

Obtinebit [lingua] vias iniustorum: & in flamma sua non comburet iustos. 26.

Si est lingua curationis, est & mitigationis & misericordiæ. † 36,25.

Liberasti corpus meum à perditione, à laqueo linguæ iniquæ, & à labiis operantium mendacium. † 51,3.

Desolabit Dominus linguam maris Aegypti. Isaiæ 11,15.

Dominus dedit mihi linguam eruditam, vt sciam sustentare eum, qui lassus est, verbo. † 50,4.

Omnem linguam resistentem tibi in iudicio, iudicabis. † 54,17.

Adducam super vos, &c. gentem, cuius ignorabis linguam. Ierem. 5,15.

Extenderunt linguam suam quasi arcũ mendacij & non veritatis. † 9,3.

Sagitta vulnerans lingua eorum, dolum locuta est: in ore suo pacem cum amico suo loquitur, & occultè ponit ei insidias. 8.

Percutiamus eum lingua, & non attendamus ad vniuersos sermones eius. † 18,18.

Qui assumunt linguas suas, & aiunt: Dicit Dominus. † 23,31.

Linguam tuam adhærere faciam palato tuo, & eris mutus, nec quasi vir obiurgans. Ezech. 3,26.

Ascendistis super labium linguæ, & opprobrium populi. † 36,3.

Lingua eorum contabescet in ore eorum. Zachar. 14,12.

Linguam etiam impij Nicanoris præcisam iussit particulatim auibus dari. 2. Mach. 15,33.

Apparuerunt illis dispertitæ linguæ tamquam ignis. Act. 2,3.

Cœperunt loqui variis linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis. 4.

Quomodo nos audiuimus vnusquisque linguam nostram in qua nati sumus? 8.

Audiebant enim illos loquentes linguis, & magnificantes Deum. † 10,46.

Gubernationes, genera linguarum, interpretationes sermonum. 1. Cor. 12,28.

Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens. † 13,1.

Quoniam in aliis linguis, & labiis aliis loquar populo huic. † 14,21.

Linguæ in signum sunt non fidelibus, sed infidelibus. 22.

Si quis autem putat se religiosum esse, non refrænans linguam suam, sed seducens cor suum, huius vana est religio. Iac. 1,26.

Lingua modicum quidem membrum est, & magna exaltat. † 3,5.

Linguam nullus hominum domare potest: inquietum malum, plena veneno mortifero. In ipsa benedicimus Deum & Patrem: & in ipsa maledicimus homines, qui ad similitudinem Dei facti sunt. 8.

Factum est regnum eius tenebrosum, & commanducauerunt linguas suas præ dolore, & blasphemauerunt Deum cæli, præ doloribus & vulneribus suis. Apoc. 16,10.

LINO, LINIO.

Tulit & vnctionis oleum, quo liniuit tabernaculum cum omni supellectili sua. Leuit. 8,10.

Lini super oculos eius ex felle isto piscis. Tobiæ 11,8.

Psalmus Dauid priùs quàm liniretur. Titulus Psalmi 26.

Cor suum dabit vt consummet linitionem, & vigilia sua mundabit fornacem. Eccli. 38,34.

Dic ad eos qui liniunt absque temperatura, quòd casurus sit: erit enim imber inundans. Ezech. 13,11. Amos 7,7. Ioan. 9,6.

LINTEVM.

Brachium Pharaonis regis Aegypti confregi: &

& ecce non est obuolutum vt restitueretur ei sanitas, vt ligaretur pannis, & fasciaretur linteolis. Ezech. 30,21.

Vidit linteamina sola posita. Luc. 24, 12.

Cùm accepisset linteum, præcinxit se. Ioannis 13,4. † 19,40. † 20, 5.

Vas quoddam velut linteum magnum, quatuor initiis submitti de cælo. Act. 10, 11.

LINVM.

Linum ergo & hordeum læsum est. Exod. 9, 31. Leuit. 6, 10.

Sicut solent ad odorem ignis lina consumi. Iudic. 15, 14.

Ab eo qui vtitur hyacintho & portat coronam, vsque ad eum qui operitur lino crudo. Eccli. 40, 4.

Confundentur qui operantur linum, pectentes & texentes subtilia. Isa. 19, 9.

Calamum quassatum non conteret, & linum fumigans non extinguet. † 42, 3.

Vestitus erat lineis, & atramentarium scriptoris ad renes eius. Ezech. 9, 2.

Vestibus lineis induentur, nec ascendet super eos quidquam laneum. † 44, 17. Dan. 10, 5.

Arundinem quassatam non confringet, & linum fumigans non extinguet, donec eiiciat ad victoriam iudicium. Matth. 12, 20.

Vestiti lino mundo & candido, & præcincti circa pectora zonis aureis. Apoc. 15, 6.

LINVS.

Salutant te Eubulus, & Pudens, & Linus, & Claudia. 2. Tim. 4, 21.

LIPPVS.

Sed Lia lippis erat oculis. Gen. 29, 17.

Nec accedet ad ministerium eius, &c. si gibbus, si lippus. Leuit. 21, 20.

LIQVEFACIO.

Pertimuitque cor populi, & instar aquæ liquefactum est. Iosu. 7, 5.

Liquefacta est terra, & omnes qui habitant in ea. Psal. 74, 4. † 147, 18.

Anima mea liquefacta est, vt locutus est. Cantic. 5, 6. Ezech. 24, 11.

LIQVESCO.

Omne liquens quod bibitur de vniuerso vase, immundum erit. Leuit. 11, 34.

Petræ sicut cera liquescent. Iudith 16, 18.

Factum est cor meum tamquam cera liquescens. Psal. 21, 15.

Cæli sicut fumus liquescent. Isa. 51, 6.

LIS, LITIGO.

Homo peruersus suscitat lites, & verbosus separat principes. Prou. 16, 28. † 19, 13.

Non litiges cum homine potente, ne fortè incidas in manus illius. Eccli. 8, 1.

Non contendas cum viro locuplete, ne fortè contra te constituat litem tibi. † 8, 2.

Abstine te à lite, & minues peccata. † 28, 10.

Non enim in sempiternum litigabo, neque vsque ad finem irascar. Isa. 57, 16.

Ad lites & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impiè. † 58, 4.

Seruum autem Domini non oportet litigare. 2. Tim. 2, 24.

Neminem blasphemare, non litigiosos esse, sed modestos. Tit. 3, 2.

Vnde bella & lites in vobis? Nónne hinc? ex concupiscentiis vestris. Iac. 4, 1, 2.

LITHOSTROTOS.

Sedit pro tribunali, in loco, qui dicitur Lithostrotos. Ioan. 19, 13.

LITO.

Propitiationem litare sacrificij super iniustitias, & deprecatio pro peccatis. Eccli. 35, 3.

LITTERAE.

Cariath Sepher, id est, ciuitas litterarum. Iosue 15, 15.

Qui respondebat Sibboleth; eadem littera spicam exprimere non valens. Iudic. 12, 6. 2. Regum 11, 14.

Scripsit itaque [Iezabel] litteras ex nomine Achab, &c. sedere facite Naboth inter primos populi. 3. Reg. 21, 8.

Mittam litteras ad regem Israel. 4. Reg. 5, 5.

Statim vt acceperitis litteras has, qui habetis filios domini vestri. † 10, 2.

Cùm accepisset Ezechias litteras de manu nuntiorum, & legisset eas, ascendit in domum Domini, & expandit eas coram Domino, & orauit in conspectu eius. † 19, 14.

Rex Babyloniorum, litteras & munera ad Ezechiam; audierat enim quòd ægrotasset. † 20, 12.

Dixit autem Hiram per litteras. 2. Par. 2, 11.

Allatæ sunt autem ei [Ioram] litteræ ab Elia Propheta. † 21, 12.

Et litteræ signatæ ipsius annulo, missæ sunt per cursores regis ad vniuersas prouincias. Esther 3, 12. † 12, 4.

Vnde eas litteras, quas sub nomine nostro ille [Aman] direxerat, sciatis esse irritas. † 16, 4.

Quoniam non cognoui litteraturam, introibo in potentias Domini. Psal. 70, 16.

Dabitur liber nescienti litteras, diceturque ei: Lege: Et respondebit: Nescio litteras. Isa. 29, 12.

Vbi est litteratus? vbi legis verba ponderans? vbi doctor paruulorum? † 33, 18.

Vt doceret eos litteras, & linguam Chaldæorum. Dan. 1, 4. 1. Mach. 15, 16.

Accipe litteras tuas, & scribe octoginta. Lucæ 16, 7.

Litteris Græcis, & Latinis, & Hebraicis. † 23, 38.

Quomodo hic litteras scit, cùm non didicerit. Ioan. 7, 15. Act. 4, 13.

Insanis Paule: multæ te litteræ ad insaniam conuertunt. Act. 26, 24. † 28, 21.

Te, qui per litteram & circumcisionem præuari-

uaricator legis es? Rom. 2, 28.

Littera enim occidit, spiritus autem viuificat. 2. Cor. 3, 6.

Videte qualibus litteris scripsi vobis mea manu. Gal. 6, 11.

Et quia ab infantia sacras litteras nosti, quæ te possunt instruere ad salutem per fidem, quæ est in Christo Iesu. 2. Tim. 3, 15.

LITTVS.

Zabulon in littore maris habitabit, & in statione nauium. Gen. 49, 13. Exod. 14. 31. Ios. 9, 1.

Sicut arena, quæ est in littore maris. Dan. 3, 36. Matth. 13, 2. Ioan. 21, 4.

Et positis genibus in littore, orauimus. Actorum 21, 5.

LIVOR.

Occidi virum in vulnus meum, & adolescentulum in liuorem meum. Gen. 4, 23.

Liuorem pro liuore. Exod. 21, 25.

Liuor vulneris absterget mala: & plagæ in secretioribus ventris. Prou. 20, 30.

Homini liuido ad quid aurum? Eccli. 14, 3.

Tracta, &c. cum viro liuido de gratiis agendis. † 37, 12.

Disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus. Isa. 53, 5.

Vt peccatis mortui, iustitiæ viuamus: cuius liuore sanati estis. 1. Pet. 2, 24.

LOCO.

Repleti priùs pro panibus se locauerunt. 1. Reg. 2, 5.

Vineã suam locabit aliis agricolis. Mat. 21, 41.

LOCVLVS.

Conditus aromatibus [Ioseph] repositus est in loculo in Aegypto. Gen. 50, 25.

Accessit, & tetigit loculum. Luc. 7, 14.

Quia loculos habebat Iudas. Ioan. 13, 29.

LOCVPLES.

Locupletatus est homo. Gen. 23, 13.

Filios Madian, & prædauit omnem locupletationem eorum. Iudith 2, 16. Psal. 64, 10.

Quid sapientia locupletius? Sap. 8, 5. Eccli. 8, 2. † 11, 18.

Domus quæ nimis locuples est, annullabitur superbia: sic substantia superbi eradicabitur. Eccli. 21, 5.

Qui quærit locupletari, auertit oculũ suũ. † 27, 1

LOCVS.

Congregentur aquæ, quæ sub cælo sunt, in locum vnum. Gen. 1, 9.

Non parces loco illi propter quinquaginta iustos? † 18, 24.

Verè Dominus est in loco isto, & ego nesciebam. Pauensque, Quàm terribilis est, inquit, locus iste? † 28, 16.

Ne appropies, inquit, huc: solue calceamentum de pedibus tuis: locus enim in quo stas, terra sancta est. Exod. 3, 5.

Nemo vidit fratrem suum, nec mouit se de loco in quo erat. † 10, 23.

Locus est apud me, & stabis supra petram. † 33, 21.

In loco sancto vescetur his carnibus. Leuit. 7, 6.

Comedetis autem in loco sancto. † 11, 13. Num. 1, 53.

Cumque duxisset eum in locum sublimem super verticem montis Phasga, ædificauit Balaam septem aras. Num. 23, 14.

Omnis locus, quem calcauerit pes vester, vester erit. Deut. 11, 24.

Subuertite omnia loca, in quibus coluerunt gentes quas possessuri estis, deos suos super montes excelsos, & colles. † 12, 2.

Sed ad locum quem elegerit Dominus Deus vester de cunctis tribubus vestris, vt ponat nomen suum ibi, & habitet in eo, venietis: & offeretis in loco illo holocausta, & victimas vestras, decimas & primitias manuum vestrarum, & vota atque donaria. 5.

In loco quem elegerit Dominus Deus vester, vt sit nomen eius in eo. 11.

Longior fuerit via & locus quem elegerit Dominus, &c. vendes omnia, &c. & comedes coram Domino Deo tuo. † 14, 24.

Locus enim in quo stas, sanctus est. Ios. 5, 15.

Ingredienturque singuli per locum contra quem steterint. † 6, 5.

Dedit eis locum in capite eorum qui fuerant inuitati. Erant enim quasi triginta viri. 1. Regum 9, 22.

Vacuusque apparuit locus Dauid. † 20, 25.

Ascenderunt ad tutiora loca. † 24, 23.

Detur mihi locus in vna vrbium regionis huius. † 27, 5.

Ponam locum populo meo Israel. 2. Regum 7, 10.

In quocumque loco fueris, Domine mi rex, siue in morte, siue in vita, ibi erit seruus tuus. † 15, 21.

Locus in quo habitamus coram te, angustus est nobis. 4. Reg. 6, 1.

Et contriuit [Iosias] statuas, & succidit lucos: repleuitque loca eorum ossibus mortuorum. † 23, 14.

Aedificauit [Dauid] locum arcæ Dei. 1. Par. 15, 1.

Dedit ergo Dauid Ornan pro loco, siclos auri iustissimi ponderis, sexcentos. † 21, 25.

Neque cognoscet eum ampliùs locus eius. Iob 7, 10. † 20, 9.

Iste locus eius qui ignorat Deum. † 18, 21.

Quæres locum eius [peccatoris] & non inuenies. Psal. 36, 10, 36.

Deus in loco sancto suo. † 67, 7.

Esto mihi in Deum protectorem, & in locum munitum. † 70, 3.

Factus est in pace locus eius: & habitatio eius in Sion. † 75, 3.

Non cognoscet amplius locum suum. † 102, 16. † 106, 34.

Donec inueniam locum Domino. † 131, 5.

In loco magnorum ne steteris. Prou. 25, 6.

Omnia pergunt ad vnum locum. Eccles. 3. 20. † 6, 6.

Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris. † 10, 4.

Et ad certum locum insilient. Sap. 5, 22.

Confide autem Deo, & mane in loco tuo. Eccli. 11, 22.

Dabo eis in domo mea, & in muris meis locum. Isa. 56, 5.

Locus solij mei, & locus vestigiorum pedum meorum. Ezech. 43. 7.

Vadens reuertar ad locum meum, donec deficiatis, & quæratis faciem meam. Osee 5, 15.

Non inuenietur eis locus. Zach. 10, 10.

Qui sequebantur vt notarent sibi locum, & non potuerunt inuenire. 1. Mach. 2, 6.

Et cùm Salomon petiit vt locus sanctificaretur magno Deo, manifestabat hæc. 8.

Qui habet in cælis habitationem, visitator & adiutor est loci illius. † 3, 39.

Non propter locum, gentem, sed propter gentem, locum Deus elegit. Ideoque & ipse locus particeps factus est populi malorum. † 5, 19.

Videte locum vbi positus erat Dominus. Matthæi 28, 6.

Quia non erat eis locus in diuersorio. Luc. 2, 7.

Da huic locum: & tunc incipias cum rubore nouissimum locum tenere. † 14, 9.

Vado parare vobis locum. Ioan. 14, 2.

Et cùm orassent, motus est locus in quo erant congregati. Act. 4, 31.

In omni loco ipsorum & nostro. 1. Cor. 1, 2.

Draco pugnabat & angeli eius: & non valuerunt, neque locus inuentus est eorum amplius in cælo. Apoc. 12, 8.

LOCVSTA.

Inducam cras locustam in fines tuos. Exodi 10, 4.

Locustam proiecit ventus in Mare rubrum. 19.

Comedere debetis, &c. ac locusta, singula iuxta genus suum. Leuit. 11, 22. Num. 13, 34.

Modicum congregabis: quia locustæ deuorabunt omnia. Deut. 28, 38.

Iacebant in valle, vt locustarum multitudo: cameli quoque innumerabiles erant, sicut arena quæ iacet in littore maris. Iudic 7, 12.

Aerugo, aut locusta, vel rubigo, &c. tu exaudies. 3. Reg. 8, 37.

Excussus sum sicut locustæ. Psal. 108, 23.

Regem locusta non habet, & egreditur vniuersa per turmas suas. Prou 30, 27.

Impinguabitur locusta. Eccles. 12, 5. Sap. 16, 9.

Habitatores eius sunt quasi locustæ. Isa. 40, 22.

Residuum erucæ comedit locusta. Ioel. 1, 4.

Paruuli tui quasi locustæ locustarum, quæ considunt in sepibus in die frigoris. Nah. 3, 17. Matth. 3, 4.

De fumo putei exierunt locustæ in terram. Apoc. 9, 3.

Similitudines locustarum, similes equis paratis in prælium. 7.

LONGANIMIS.

Clemens & misericors, longanimis & multæ miserationis. 2. Esd. 9, 17. Rom. 2, 4. 2. Cor. 6, 6.

Longanimis & multum misericors. Psalmo 102, 8.

Fructus autem Spiritus est, &c. bonitas, longanimitas. Gal. 5, 22.

Longanimiter ferens [Abraham] adeptus est repromissionem. Heb. 6, 15.

Domini nostri longanimitatem, salutem arbitremini. 2. Pet. 3, 15.

LONGE.

Manum tuam longè fac à me. Iob 13, 21.

Longè à salute mea verba delictorum meorum. Psal. 21, 2. † 87, 9.

Longè à peccatoribus salus. † 118, 155. Prou. 5, 8. † 31, 14. Eccles. 3, 5.

Audite qui longè estis, quæ fecerim. Isa. 33, 13.

Qui longè estis à iustitia. Propè feci iustitiam meam. † 46, 13. † 60, 9. Luc. 7, 6. Ioan. 21, 8.

Qui aliquando eratis longè, facti estis propè, in sanguine Christi. Ephes. 2, 13.

LONGVS.

Sed habet longiora retrò crura, per quæ salit super terram, comedere debetis, vt est bruchus. Leuit 11, 21. 3. Reg. 3, 14.

Longior terra mensura eius. Iob 11, 9.

Longitudine dierum replebo eum, & ostendam illi salutare meum. Psal 90, 16.

Præcepta mea cor tuum custodiat: longitudinem enim dierum, & annos vitæ & pacem apponent tibi. Prou. 3, 2.

LOQVOR.

Locutus est nobis dominus terræ durè, & putauit nos exploratores. Gen. 42, 30.

Loquere ad eum, & pone verba mea in ore eius: & ego ero in ore tuo, & in ore illius. Exodi 4, 15.

Loquetur pro te ad populum: tu autem eris ei in his quæ ad Deum pertinent. 16 † 6, 6.

Moyses loquebatur, & Deus respondebat ei. † 19, 19.

Non loquatur nobis Dominus, ne fortè moriamur. † 20, 19.

Vos vidistis quòd de cælo locutus sim vobis. Non facietis deos argenteos. 22.

Loquar ad te supra propitiatorium. † 25, 22.

Loquebatur autem Dominus ad Moysen facie ad faciem. † 33, 11.

Locu-

Locutus est Dominus ad eos per manū Moysi. Leuit. 10, 11.

Vt consuleret oraculum, audiebat vocem loquentis ad se de propitiatorio, quod erat super arcam testimonij, inter duos cherubim, vnde & loquebatur ei. Num. 7, 89.

Loquimini ad petram coram eis, & illa dabit aquas. † 20, 8.

Aperuitque Dominus os asinæ, & locuta est: Quid feci tibi, aut cur percutis me, ecce iam tertiò? † 22, 28.

Num aliud possum loqui, nisi quod iusserit Dominus? † 23, 12. † 24, 13.

Facie ad faciem locutus est nobis in monte, de medio ignis. Deut. 5, 4.

Quæ locuti sunt tibi: benè omnia sunt locuti. 28.

Consolatus es me, & locutus es ad cor ancillæ tuæ. Ruth 2, 13.

Porrò Anna loquebatur in corde suo, tantumque labia illius mouebantur, & vox penitùs non audiebatur. 1. Reg. 1, 13.

Nolite multiplicare loqui sublimia gloriantes. † 2, 3, 30.

Loquere Domine, quia audit seruus tuus. † 3, 9. † 8, 10.

Locutus est cum Saule in solario. † 9, 25.

Loquimini de me coram Domino, & coram Christo eius. † 12, 3.

Loquimini ad Dauid clàm me. † 18, 22.

Loquar de te ad patrem meum. † 19, 3.

Et ipse [Nabal] est filius Belial, ita vt nemo possit ei loqui. † 25, 17.

Loquatur, obsecro, ancilla tua in auribus tuis, & audi verba famulæ tuæ. 24. † 27, 11.

Numquid loquens locutus sum ad vnam de tribubus Israel, &c. Quare non ædificastis mihi domum? 2. Reg. 7, 7.

Non est locutus Absalom ad Amnon nec malum nec bonum: oderat enim Absalom Amnon. † 13, 22.

Locuta est eis sapienter. † 20, 22.

Ne loquaris ita, rex. 3. Reg. 22, 8.

Quodcumque dixerit mihi Dominus, hoc loquar. 14.

Si reuersus fueris in pace, non est locutus in me Dominus. 28.

Loquaris nobis seruis tuis Syriacè: siquidem intelligimus hanc linguam: & non loquaris nobis Iudaicè, audiente populo, qui est super murum. 4. Reg. 18, 26.

Locutus est ei benignè. † 25, 28.

Sed & alia multa locuti sunt serui eius contra Dominum Deum, & contra Ezechiam seruum eius. 2. Par. 32, 16.

Locutusque est contra Deum Ierusalem, sicut aduersum deos populorum terræ opera manuum hominum. 19.

Filij eorum ex media parte loquebantur Azoticè, & nesciebant loqui Iudaicè, & loquebantur iuxta linguam populi & populi. 2. Esd. 13, 24.

Nemo loquebatur ei verbum. Iob 2, 13.

Si cœperimus loqui tibi, forsitan molestè accipies. † 4, 2.

Loquar in tribulatione spiritus mei. † 7, 11.

Vsquequò loquêris talia, & spiritus multiplex sermones oris tui. † 8, 2.

Loquar in amaritudine animæ meæ. † 10, 1.

Numquid qui multa loquitur, non & audiet, aut vir verbosus iustificabitur? † 11, 2.

Loquere terræ, & respondebit tibi. † 12, 8.

Aut certè loquar, & tu responde mihi. † 13, 22.

Et loqueris quod tibi non expedit. † 15, 3.

Si locutus fuero, non quiescet dolor meus: & si tacuero, non recedet à me. † 16, 7.

Eliu expectauit Iob loquentem, eò quòd seniores essent qui loquebantur. † 32, 4.

Semel loquitur Deus, & secundò idipsum non repetit. † 33, 14.

Qui leuiter locutus sum, respondere quid possum? † 39, 34.

Numquid multiplicabit ad te preces, aut loquetur tibi mollia? † 40, 22.

Non estis locuti coram me rectum sicut seruus meus Iob. † 42, 7.

Non sunt loquelæ neque sermones, quorum non audiantur voces eorum. Psal. 18, 4.

Aduersum me loquebantur qui sedebant in porta. † 68, 13.

Nolite loqui aduersus Deum iniquitatem. † 74, 6.

Malè locuti sunt de Deo, dixerunt: Numquid parare poterit Deus mensam in deserto? † 77, 19.

Audiam quid loquatur in me Dominus. † 84, 9.

Qui loquitur iniqua, non direxit in conspectu oculorum meorum. † 100, 7.

Quis loquetur potentias Domini? † 105, 2.

Loquebar de testimoniis tuis in conspectu regum, & non confundebar. † 118, 46.

In auribus insipientium ne loquaris: quia despicient doctrinam eloquij tui. Prou. 23, 9.

Mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbum in tempore suo. † 25, 11.

Sicut vrbs patens & absque murorum ambitu: ita vir qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum. 28.

Vidisti hominem velocem ad loquendum? stultitia magis speranda est quàm illius correptio. † 29, 20.

Tempus tacendi, & tempus loquendi. Eccles. 3, 7.

Ne temerè quid loquaris, neque cor tuum sit velox ad proferendum sermonem coram Deo. † 5, 1.

En dilectus meus loquitur mihi: Surge, propera, amica mea. Cant. 2, 10.

Qui loquitur iniqua, nõ potest latere. Sap. 1, 8.

Humilis deceptus est, insuper & arguitur: locutus est sensatè, & non est datus ei locus. Eccli. 13, 27.

Qui odit loquacitatem, extinguit malitiam. † 19, 5.

Cum stulto ne multum loquaris, & cum insensato ne abieris. † 22, 14.

Indisciplinatæ loquelæ non assuescat os tuum: est enim in illa verbum peccati. † 23, 17.

Loquere maior natu: decet enim te primum verbum diligenti scientia, & non impedias musicam. † 32, 4.

Loquimini verbum, & non fiet. Isa. 8, 10.

In loquela enim labij, & lingua altera loquetur ad populum istum. † 28, 11.

Nolite aspicere nobis ea quæ recta sunt: Loquimini nobis placentia, videte nobis errores. † 30, 10.

Loquimini ad cor Ierusalem, & aduocate eam. † 40, 2.

Non à principio in abscondito locutus sum. † 48, 16.

A, a, a, Domine Deus: Ecce nescio loqui, quia puer ego sum. Ierem. 1, 6.

Vniuersa quæcumque mandauero tibi, loquêris. 7.

Accinge lumbos tuos, & surge, & loquere ad eos omnia, quæ ego præcipio tibi. 17.

Prophetæ fuerunt in ventum locuti, & responsum non fuit in eis. † 5, 13.

Nemo quod bonum est loquitur. † 8, 6.

Repentè loquar aduersum gentem, & aduersum regnum, vt eradicem, & destruam, & disperdam illud. † 18, 7.

Ex ore suo loquebatur quasi legens ad me omnes sermones istos, & ego scribebam in volumine atramento. † 36, 18. Baruch 4, 6.

Locutus sum ad transmigrationem omnia verba Domini. Ezech. 11, 25.

Quia ego Dominus loquar, & quodcumque locutus fuero verbum, fiet, & non prolongabitur ampliùs. † 12, 25.

Et quomodo poterit seruus Domini mei loqui cum Domino meo? Dan. 10, 17.

Ecce ego lactabo eam, ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius. Osee 2, 14.

Dominus Deus locutus est, quis non prophetabit? Amos 3, 8.

Quid locuti sumus contra te? Dixistis: Vanus est, qui seruit Deo. Mal. 3, 14.

Et eiecto dæmonio, locutus est mutus, & miratæ sunt turbæ. Matth. 9, 33.

Nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. † 10, 19.

Loquela tua manifestum te facit. † 26, 73.

Loquebatur eis verbum, prout poterant audire. Mar. 4, 33.

Solutum est vinculum linguæ eius, & loquebatur rectè. † 7, 35.

Nemo est enim qui faciat virtutem in nomine meo, & possit citò malè loqui de me. † 9, 38.

Eris tacens, & non poteris loqui vsque in diem quo hæc fiant. Luc. 1, 20.

Et increpans non sinebat ea loqui, quia sciebant ipsum esse Christum. † 4, 41.

Cùm cognouissent turbæ, secutæ sunt illum: & excepit eos, & loquebatur illis de regno Dei, & eos qui cura indigebant, sanabat. † 9, 11.

Quod scimus, loquimur. Ioan. 3, 11.

Numquam sic locutus est homo, sicut hic homo. † 7, 46.

Ego quod vidi apud Patrem meum, loquor: & vos quæ vidistis apud patrem vestrum, facitis. † 8, 38.

Quare loquelam meam non cognoscitis? 43.

Scimus quia Moysi locutus est Deus. † 9, 29.

Ego ex meipso non sum locutus: sed qui misit me Pater, ipse mihi mandatum dedit quid dicam, & quid loquar. † 12, 49.

Si malè locutus sum, testimonium perhibe de malo. † 18, 23.

Mihi non loqueris? † 19, 10.

Audiuimus eos loquentes nostris linguis magnalia Dei. Act. 2, 11.

Non enim possumus quæ vidimus & audiuimus non loqui. † 4, 20.

Repleti sunt omnes Spiritu sancto, & loquebantur verbum Dei cum fiducia. 31.

Loquimini in templo plebi omnia verba vitæ huius. † 5, 21.

Et illi quidem testificati, & locuti verbum Dei redibant Ierosolymam. † 8, 25.

Nemini loquentes verbum, nisi solis Iudæis. † 11, 19.

Sedentes loquebamur mulieribus, quæ conuenerant. † 16, 13.

Loquere, & ne taceas: propter quòd ego sum tecum. † 18, 10.

Ex vobis ipsis exurgent viri loquentes peruersa, vt abducant discipulos post se. † 20, 30.

Si licet mihi loqui aliquid ad te? † 21, 37.

Permitte mihi loqui ad populum. 39.

Permittitur tibi loqui pro temetipso. † 26, 1.

Neque adueniens aliquis fratrum nuntiauit, aut locutus est quid de te malum. † 28, 21.

Non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. 1. Cor. 3, 1.

Qui enim loquitur lingua, non hominibus loquitur, sed Deo. † 14, 2.

Turpe est enim mulieri loqui in Ecclesia. 35.

Quod loquor, non loquor secundùm Deum. 2. Cor. 11, 17.

Prohibentes nos Gentibus loqui vt saluæ fiant. 1. Thess. 2, 16.

Non intelligentes neque quæ loquuntur, neque

neque de quibus affirmant. 1.Tim.1,7.

Multifariàm, multisque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis: nouissimè, diebus istis locutus est nobis in Filio. Heb.1,2.

Fide plurimam hostiam Abel, quàm Cain obtulit Deo, &c. Et per illam defunctus adhuc loquitur. † 11,4.

Videte ne recusetis loquentem. Si enim illi non effugerunt, recusantes eum qui super terram loquebatur: multò magis nos, qui de cælis loquentem nobis auertimus. † 12,25.

Si quis loquitur, quasi sermones Dei. 1.Petri 4,11.

Et de omnibus duris, quæ locuti sunt contra Deum peccatores impij. Iudæ v.15.

LORICA.

Lorica squamata induebantur. 1.Reg.17,5. Eccli.43,22.

Indutus est iustitia vt lorica, & galea salutis in capite eius. Isa.59,17. Ezech.38,4. 1.Mach.3,3. Ephes.6,14.

Habebant loricas sicut loricas ferreas. Apocal. 9, 9.

Loricas igneas, & hyacinthinas, & sulphureas. 17.

LORVM.

Numquid alligabis rhinocerota ad arandum loro tuo? Iob 39, 10. Eccli.22,19.

Iugum & lorum curuant collũ durum, & seruum inclinant operationes assiduæ. Eccli.33,27. Act.22,25.

LOT.

Elegitque sibi Lot regionem circa Iordanem, & recessit ab Oriente. Gen.13,11.

Reduxitque [Abraham] omnem substantiam, & Lot fratrem suum. 16.

Sedente Lot in foribus ciuitatis, &c. Obsecro, domini, declinate in domum pueri vestri, & manete ibi, &c. Compulit illos oppidò, vt diuerterent ad eum. † 19,2. Psal.82,9.

Et non pepercit peregrinationi Lot. Eccli.16,9

Similiter sicut factum est in diebus Lot; edebant & bibebant. Luc. 17,28.

Memores estote vxoris Lot. 32.

Iustum Lot oppressum à nefandorum iniuria, ac luxuriosa conuersatione eripuit: aspectu enim & auditu iustus erat: habitans apud eos, qui de die in diem animam iustam iniquis operibus cruciabant. 2.Pet.2,7.

LVBRICVS.

Fiat via illorum tenebræ & lubricum. Psalmo 34,6.

Os lubricum operatur ruinas. Prou.26,28.

Præualuerunt aduersum te viri pacifici tui, demerserunt in cœno & in lubrico pedes tuos, & recesserunt à te. Ierem.38,22.

Lubricauerunt vestigia nostra in itinere platearum nostrarum. Thren.4,18.

LVCAS.

Salutat vos Lucas medicus charissimus & Demas. Col.4,14. 2.Tim.4,11. Philem.v.24.

LVCERNA.

Facies & lucernas septem, & pones eas super candelabrum, vt luceant ex aduerso. Exod.25,37

Oleum de arboribus oliuarum purissimum, piloque contusum: vt ardeat lucerna semper. † 27,20. † 37,23. Leuit.24,2.

Lucerna Dei antequã extingueretur. 1.Reg.3,3

Ne extinguas lucernam Israel. 2. Reg.21,17.

Quia tu lucerna mea Domine. † 22,29.

Vt remaneat lucerna Dauid seruo meo cunctis diebus coram me in Ierusalem. 3.Reg.11, 36. † 15,4. 4.Reg.8,19. 2.Par.21,7.

Lucerna, quæ super eum [impium] est, extinguetur. Iob 18,6. † 21,17.

Quando splendebat lucerna eius super caput meum, & ad lumen eius ambulabam in tenebris. † 29, 3.

Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis. Psal.118,105.

Paraui lucernam Christo meo. † 131,17.

Lucerna impiorum peccatum. Prou.21,4. † 31,19.

Lucerna splendens super candelabrum sanctum, & species faciei super ætatem stabilem. Eccli.26,22.

Lucernas accendunt illis, & quidem multas, ex quibus nullam videre possunt. Baruch 6,18.

Scrutabor Ierusalem in lucernis. Soph.1,12.

Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, vt luceat. Matth.5,15.

Lucerna corporis tui est oculus tuus. † 6,22.

Nónne accendit lucernam, & euerrit domum, & quærit diligenter? Luc.15,8.

Ille erat lucerna ardens, & lucens. Ioan.5,35. 2.Pet.1,19.

Lux lucernæ non lucebit in te ampliùs. Apocal.18,23.

LVCIFER.

Cùm te consumptum putaueris, orieris vt lucifer. Iob 11,17.

Numquid producis luciferum in tempore suo? † 38,32.

Ex vtero ante luciferum genui te. Psal.109,3.

Quomodo cecidisti de cælo lucifer, qui manè oriebaris? corruisti in terram, qui vulnerabas gentes? qui dicebas in corde tuo: In cælum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis. Ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo. Verumtamen ad infernum detrahêris, in profundum laci. Isa.14,12. Ezech.28,17.

LVCRVM.

Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Matth. 18,15. Luc.9,25. 1.Cor.9,19.

Quæ

Quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum propter Christum detrimenta. Philip.3,7.

Neque turpis lucri gratia. 1 Pet.5,2.

LVCVS.

Lucosque succidite, & sculptilia comburite. Deut.7,5.

Non plantabis lucum, & omnem arborem iuxta altare Domini. † 16,21.

Plantauit [Achab] lucum. 3.Reg.16,33.

Siquidem & lucus permansit in Samaria. 4.Reg.13,6.

Feceruntque sibi statuas & lucos in omni colle sublimi, & subter omne lignum nemorosum. † 17,10.

Ipse [Ezechias] dissipauit excelsa, contriuit statuas, & succidit lucos. † 18,4.

Efferri fecit [Iosias] lucum de domo Domini foras Ierusalem in conualle Cedron, & combussit eum ibi, & redegit in puluerem, & proiecit super sepulchra vulgi. † 23, 6. Iudith 3, 12. Isaiæ 27,9.

Euellam lucos tuos de medio tui: & conteram ciuitates tuas. Mich.5,13.

LVDIBRIVM.

Qui autem ludibriis & increpationibus non sunt correcti, dignum Dei iudicium experti sunt. Sap.12,27. 2.Mach.8,17.

Alij verò ludibria & verbera experti. Heb. 11,36.

LVDO.

Cumque vidisset Sara filium Agar Aegyptiæ ludentem cum Isaac filio suo, dixit ad Abraham: Eiice ancillam hanc, & filium eius. Gen.21,9.

Sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere. Exod.32,6.

Ludebat [Samson] ante eos, feceruntque eum stare inter duas columnas. Iudic.16,25.

Surgant pueri, & ludant coram nobis. 2.Regum 2, 14.

Ludam, & vilior fiam plus quàm factus sum. † 6,22.

Dauid, & vniuersus Israel ludebant coram Deo omni virtute in canticis, & in citharis. 1.Paralip.13,8.

Numquam cum ludentibus miscui me: neque cum his, qui in leuitate ambulant, participem me præbui. Tob.3,17.

Infantes eorum exultant lusibus. Iob 21,11.

Omnes bestiæ agri ludent ibi. † 40,15.

Ludens in orbe terrarum. Prou.8,31.

Cùm fuerit deprehensus, dicit: Ludens feci. Prou.26,19.

Sed æstimauerunt lusum esse vitam nostram. Sap.15,12.

Ludentium animalium cursus inuisus, aut mugientium valida bestiarum vox. † 17,18.

Lacta filium, & pauentem te faciet: lude cum eo, & contristabit te. Eccli.30,9. † 32,15. † 47,3.

Super quem lusistis? super quem dilatastis os, & eiecistis linguam? numquid non vos filij scelesti, semen mendax? Isaiæ 57, 4.

Non sedi cum concilio ludentium, & gloriatus sum à facie manus tuæ. Ierem.15,17. † 30,19. Baruch 3,17.

Plateæ ciuitatis complebuntur infantibus, & puellis ludentibus. Zach.8,5.

LVGEO.

Venient dies luctus patris mei, & occidam Iacob fratrem meum. Gen.27,41.

Scissisque vestibus, indutus est [Iacob] cilicio, lugens filium suum multo tempore. † 37,34. † 50,3.

Audiensque populus sermonem hunc pessimum, luxit, & nullus ex more indutus est cultu suo. Exod.33,4.

Quomodo potui comedere eam, aut placere Domino in cærimoniis, mente lugubri? Leuit.10,19.

Luxit populus nimis. Num.14,39.

Non comedi ex eis in luctu meo, nec separaui ea in qualibet immunditia. Deut.26,14.

Luxitque populus, eò quòd Dominus percussisset plebem plaga magna. 1.Reg.6,19.

Verumtamen lugebat Samuel Saulem. 1.Regum 15,35.

Vsquequò tu luges Saul, cùm ego proiecerim eum ne regnet super Israel. † 16,1. 2.Regum 1, 12, 19.

Luxit ergo Dauid filium suum cunctis diebus. 2.Reg.13,37.

Sis quasi mulier iam plurimo tempore lugens mortuum, & ingredieris ad regem, & loqueris ad eum sermones huiuscemodi. † 14,3.

Versa est victoria in luctum. 2.Reg 19,1.

Luxit igitur Ephraim pater eorum multis diebus, & venerunt fratres eius vt consolarentur eum. 1.Par.7,22.

Et vniuersus Iuda & Ierusalem luxerunt eum: Ieremias maximè, cuius omnes cantores atque cantatrices lamentationes super Iosiam replicãt: & quasi lex obtinuit in Israel: Ecce scriptum fertur in Lamentationibus. 2.Par.35,25.

Panem non comedit [Esdras] & aquam non bibit: lugebat enim transgressionem eorum qui venerant de captiuitate. 1.Esd.10,6.

Sedi, & fleui, & luxi diebus multis: ieiunabam, & orabam ante faciem Dei cæli. 2.Esd.1,4.

Luxitque illam [Iudith] omnis populus diebus septem. Iudith 16,29. Esth.4,1. † 8,15.

Et Aman festinauit ire in domum suam, lugens, & operto capite. Esth.6,12.

Luctus atque tristitia in hilaritatem gaudiumque conuersa sunt. † 3,22.

Conuerte luctum nostrum in gaudium, vt viuentes

uentes laudemus nomen tuum Domine. † 13,17.

Caro eius dum viuet, dolebit, & anima illius super semetipso lugebit. Iob 14,22.

Versa est in luctum cithara mea, & organum meum in vocem flentium. † 30,31.

Quasi lugens & contristatus sic humiliabar. Psal. 34, 14.

Risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat. Prou. 14,13.

Melius est ire ad domum luctus quàm ad domum conuiuij: in illa enim finis cunctorum admonetur hominum. Eccles. 7,3.

Acerbo enim luctu dolens pater, citò sibi rapti filij fecit imaginem: & illum, qui tunc quasi homo mortuus fuerat, nunc tamquam deum colere cœpit. Sap. 14, 15.

Adhuc enim inter manus habentes luctum, & deplorantes ad monumenta mortuorum, aliam sibi assumpserunt cogitationē insc ientiæ. † 19,3.

Non desis plorantibus in consolatione, & cum lugentibus ambula. Eccli. 7,38.

Musica in luctu importuna narratio. † 22,6.

Luctus mortui septem dies; fatui autem & impij, omnes dies vitæ illorum. 13.

Propter delaturam autem amarè fer luctum illius vno die, & consolare propter tristitiam, & fac luctum secundùm meritum eius vno die, vel duobus propter detractionem. † 38,17.

Luctus hominum in corpore ipsorum, nomen autem impiorum delebitur. † 41,14.

Consolatus est lugentes in Sion. † 48, 27.

Mœrebunt atque lugebunt portæ eius, & desolata in terra sedebit. Isaiæ 3,26.

Mœrebunt piscatores, & lugebunt omnes mittentes in flumen hamum. † 19,8.

Luxit & defluxit terra, & infirmata est, defluxit orbis, infirmata est altitudo populi terræ, & terra infecta est ab habitatoribus suis. † 24,4.

Luxit, & elanguit terra: confusus est Libanus, & obsorduit, & factus est Saron sicut desertum. † 33,9.

Complebuntur dies luctus tui. † 60, 20.

Vt consolarer omnes lugentes, vt ponerem lugentibus Sion, & darem eis coronam pro cinere. † 61,3.

Lugebit terra, & mœrebunt cæli desuper. Ierem. 4, 28.

Filia populi mei accingere cilicio, & conspergere cinere, luctum vnigeniti fac tibi, planctum amarum. † 6,26.

Vsquequò lugebit terra, & herba omnis regionis siccabitur, propter malitiam habitantium in ea. † 12,4.

Luxit Iudæa, & portæ eius corruerunt. † 14,2.

Et non frangent inter eos lugenti panem ad consolandum super mortuo: & non dabunt eis potum calicis ad consolandum super patre suo & matre. † 16, 7.

Conuertam luctum eorum in gaudium, & cōsolabor eos, & lætificabo à dolore suo. † 31,13.

Viæ Sion lugēt, eò quòd non sint qui veniant ad solemnitatem. Thren. 1,4.

Luxitque antemurale, & murus pariter dissipatus est. † 2,8.

Adduxit enim mihi Deus luctum magnum. Baruch 4,9.

Emisi enim vos cum luctu, & ploratu: reducet autem vos mihi Dominus cum gaudio, & iucunditate in æternum. 23.

Exue te Ierusalem stola luctus, & vexationis tuæ. † 5,1.

Ingemisce tacens: mortuorum luctum non facies. Ezech. 24,17.

Assument super te carmen lugubre, & plangent te: Quæ est vt Tyrus, quæ obmutuit in medio maris? † 27,32.

Cane lugubre super multitudinem Aegypti, & detrahe eam ipsam. † 32,18.

Lugebam trium hebdomadarum diebus: panem desiderabilem non comedi. Dan. 10, 2.

Venit ergo rex die septimo, vt lugeret Danielem. † 14, 39.

Sanguis sanguinem tetigit: propter hoc lugebit terra. Osee 4,3.

Luxit humus, quoniam deuastatum est triticum. Ioel. 1,10.

Luxerunt speciosa pastorum, & exiccatus est vertex Carmeli. Amos 1,2.

Et conuertam festiuitates vestras in luctum, & omnia cantica vestra in planctum. † 8,10.

Faciam planctum velut draconum, & luctum quasi struthionum. Mich. 1,8.

Mortui sunt ipsi, & vxores eorum, &c. & cognouit Mathathias, & amici eius, & luctum habuerunt super eos valdè. 1. Mach. 2,39.

Conuersæ sunt nuptiæ in luctum, & vox musicorum ipsorum in lamentum. † 9,41.

Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur. Matth. 5,5.

Nuntiauit his qui cum eo fuerant lugentibus, & flentibus. Mar. 16,10.

Et non magis luctum habuistis, vt tollatur de medio vestrûm qui hoc opus fecit. 1. Corinth. 5,2.

Et lugeam multos ex iis, qui antè peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam super immunditia, & fornicatione, & impudicitia, quam gesserunt. 2. Corinth. 12,21.

Miseri estote, & lugete, & plorate: risus vester in luctum conuertatur, & gaudium in mœrorem. Iac. 4,9.

Sedeo regina, vidua non sum, & luctum non videbo. Apoc. 18,7.

LVITH.

Per ascensum enim Luith plorans ascendet. Ierem. 48,5.

LVMBVS.

Accinxerunt saccis lumbos suos, & posuerunt funiculos in capitibus suis. 3. Reg. 20, 32.

Accinge lumbos tuos, & tolle baculum meum in manu tua. 4. Reg. 4, 29.

Conuulnerauit lumbos meos. Iob 16, 14.

Fortitudo eius in lumbis eius. † 40, 11.

Lumbi mei impleti sunt illusionibus. Psalmo 37, 8.

Accinxit fortitudine lumbos suos. Prou. 31, 17.

Repleti sunt lumbi mei dolore, angustia possedit me. Isaiæ 21, 3.

Accinge lumbos tuos, & surge. Ierem. 1, 17.

Posside tibi lumbare lineum. † 13, 1.

Tolle lumbare quod possedisti, quod est circa lumbos tuos, & surgens vade ad Euphraten, & absconde ibi illud in foramine petræ. 4.

Computruerat lumbare, ita vt nulli vsui aptum esset. 7.

Quare ergo vidi omnis viri manum super lumbum suum, quasi parturientis: & conuersæ sunt vniuersæ facies in auruginem. † 30, 6.

A lumbis eius vsque deorsum, vidi quasi speciem ignis. Ezech. 1, 27.

Contemplare viam, conforta lumbos, robora virtutem valdè. Nahum 2, 1.

Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris. Luc. 12, 35.

State ergo succincti lumbos vestros in veritate, & induti loricam iustitiæ. Ephes. 6, 14. Heb. 7, 10.

Succincti lumbos mentis vestræ, sobrij perfectè sperate in eam, quæ offertur vobis gratiam. 1. Pet. 1, 13.

LVNA.

Solem, & lunam, & stellas vndecim, adorare me. Gen. 37, 9. Deut. 17, 3. Ios. 10, 12.

Deleuit [Iosias] aruspices, &c. qui adolebant incensum Baal, & Soli, & Lunæ, & duodecim signis. 4. Reg. 23, 5.

Ecce luna etiam non splendet. Iob 25, 5.

Si vidi solem cùm fulgeret, & lunam incedentem clarè. † 31, 26.

Permanebit cum sole & ante lunam. Psalmo 71, 5.

Donec auferatur luna. † 71, 7.

Sicut luna perfecta in æternum. † 88, 38.

Fecit lunam in tempora. † 103, 19.

Per diem sol non vret te, neque luna per noctem. † 120, 6.

Laudate eum sol, & luna. † 148, 3.

In die plenæ lunæ reuersurus est in domum suam. Prou. 7, 20.

Pulchra vt luna, electa vt sol. Cant. 6, 9.

Et luna in omni tempore suo, ostensio temporis & signum æui. Eccli. 43, 6.

Quasi luna plena in diebus suis. † 50, 6.

Erubescet luna, & confundetur sol. Isa. 24, 23.

Non occidet vltrà sol tuus, & luna tua non minuetur: quia erit tibi Dominus in lucem sempiternam, & Deus tuus in gloriam tuam † 60, 20. Ioel. 2, 10. Hab 3, 11.

Miserere filio meo, quia lunaticus est & malè patitur. Matth. 17, 14. Mar. 13, 24. Act. 2, 20. Apoc. 12, 1.

LVO.

Luet qui fecit omnia, nec tamen consumetur. Iob 20, 18.

LVPANAR.

In lupanar, & perfodit ambos simul. Numerorum 25, 8.

Aedificasti tibi lupanar, & fecisti tibi prostibulum in cunctis plateis. Ezech. 16, 24.

Ausus est sub arce gymnasium constituere: & optimos quosque epheborum in lupanaribus ponere. 2. Mach. 4, 12.

LVPVS.

Beniamin lupus rapax, manè comedet prædam, & vesperè diuidet spolia. Gen. 49, 27.

Si communicabit lupus agno aliquando: sic peccator iusto. Eccli. 13, 21.

Habitabit lupus cum agno. Isa. 11, 6.

Lupus & agnus pascentur simul, leo & bos comedent paleas. † 65, 25. Ier. 5, 6.

Velociores lupis vespertinis. Hab. 1, 8.

In vestimentis ouium, intrinsecùs autem sunt lupi rapaces. Matth. 7, 15.

Ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Lucæ 10, 3. Ioan. 10, 12.

Intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos. Act. 20, 29.

LVSCVS.

Luscos eos fecerit, dimittet eos liberos. Exodi 21, 26.

Bonum est tibi luscum introire in regnum Dei, quàm duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. Mar. 9, 46.

LVSTRO.

Aspergatur aqua lustrationis. Num. 8, 7. † 19, 20.

Nec inueniatur in te qui lustret filium suum aut filiam, ducens per ignem. Deut. 18, 10.

Lustrauit [Achaz] filios suos in igne. 2. Paral. 28, 3. Iob 37, 12.

Lustrans vniuersa in circuitu pergit spiritus, & in circulos suos reuertitur. Eccles. 1, 6.

LVTER.

Grossitudo autem luteris trium vnciarum erat. 3. Reg. 7, 26. 4. Reg. 16, 17.

LVTVM.

Ad amaritudinem perducebant vitam eorum operibus duris luti & lateris, omniq́ue famulatu. Exod. 1, 14. 2. Reg. 22, 43.

Memento quæso quòd sicut lutum feceris me. Iob 10, 9.

Memoria vestra comparabitur cineri, & redigentur in lutum ceruices vestræ. † 13, 12.

Com-

Comparatus sum luto, & assimilatus sum fauillæ & cineri. † 30,19.

De eodem luto ego quoque formatus sum. † 33,6.

Vt lutum platearum delebo eos. Psal.17,43.

Eripe me de luto, vt non infigar. † 68,15.

De eodem luto fingit quę munda sunt in vsum vasa. Sap.15,7.

In brachio suo formabit lutum, & ante pedes suos curuabit virtutem suam. Eccli.38,33.

Quasi si lutum contra figulum cogitet. Isa.29,16.

Pater noster es tu: nos verò lutum, & fictor noster tu, & opera manuum tuarum omnes nos. † 64,8.

Sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu mea, domus Israel. Ierem.18,6.

Submiserunt Ieremiam funibus in lacum, in quo non erat aqua sed lutum, descendit itaque Ieremias in cœnum. † 38,6. Dan.2,41.

Extrue munitiones tuas: intra in lutum & calca, subigens tene laterem. Nahum 3,14.

Væ ei qui multiplicat non sua: vsquequò & aggrauat contra se densum lutum? Habac.2,6.

Erunt quasi fortes conculcantes lutum viarum in prælio. Zach.10,5.

Expuit in terram, & fecit lutum ex sputo, & liniuit lutum super oculos eius. Ioan.9,6. Rom.9,21.2.Pet.2,22.

LVX, LVMEN.

Fiat lux. Et facta est lux. Et vidit Deus lucem quòd esset bona, & diuisit lucem à tenebris. Appellauitque lucem diem, & tenebras noctem. Gen.1,4.

Fiant luminaria in firmamento cæli, & diuidant diem ac noctem, & sint in signa & tempora, & dies & annos: vt luceant in firmamento cæli. 14.

Vbicumque autem habitabant filij Israel, lux erat. Exod.10,23.

Sicut lux auroræ, oriente sole manè absque nubibus rutilat, & sicut pluuiis germinat herba de terra. 2.Reg.23,4.

Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen cæli non video? Tob.5,12.

Heu, heu me fili mi, vt quid te misimus peregrinari, lumen oculorum nostrorum, baculum senectutis nostræ. Tob.10,4. † 11,14.

Luce splendida fulgebis. † 13,13.

Accendentes luminaria congyrauerunt circa eam [Iudith] vniuersi. Iudith 13,16.

Iudæis autem noua lux oriri visa est, gaudium, honor, & tripudium. Esth.8,16.

Paruus fons qui creuit in fluuium, & in lucem solemque conuersus est. † 10,6.

Lux & sol ortus est, & humiles exaltati sunt, & deuorauerunt inclytos. † 11,11.

Non illustretur lumine. Iob 3,4.

Expectet lucem, & non videat, nec ortum surgentis auroræ. 9.

Quare misero data est lux? 20.

Nónne lux impij extinguetur? † 18,5.

Et super quem non surget lumen illius? † 25,3.

Quando splendebat lucerna eius super caput meum, & ad lumen eius ambulabam in tenebris. † 29,3.

In manibus abscondit lucem, & præcipit ei vt rursus adueniat. † 36,32.

Lumen illius super terminos terræ. † 37,3.

Auferetur ab impiis lux sua, & brachium excelsum confringetur. † 38,15.

In qua via lux habitet, & tenebrarum quis locus sit. 19.

In lumine tuo videbimus lumen. Psal.35,10.

Educet quasi lumen iustitiam tuam. † 36,6.

Lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum. † 37,11.

Emitte lucem tuam, & veritatem tuam. † 42,3.

Vsque in æternũ non videbit lumen. † 48,20.

In lumine vultus tui ambulabunt. † 88,16.

Lux orta est iusto, & rectis corde lætitia. † 96,11.

Amictus lumine sicut vestimento. † 103,2.

Exortum est in tenebris lumen rectis. † 111,4.

Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis. † 118,105.

Qui fecit luminaria magna. † 135,7.

Laudate eum omnes stellæ & lumen. † 148,3.

Iustorum autem semita quasi lux splendens procedit. Prou.4,18.

Mandatum lucerna est, & lex lux, & via vitæ increpatio disciplinæ. Prou.6,23.

Lux iustorum lætificat: lucerna autem impiorum extinguetur. Prou.13,9.

Dulce lumen, & delectabile est oculis videre solem. Eccles.11,7.

Ergo errauimus à via veritatis, iustitiæ lumen non luxit nobis. Sap.5,6.

Luci comparata [sapientia] inuenitur prior. † 7,29.

In luce stellarum per noctem. † 10,17.

Limpido illuminabatur lumine. † 17,19.

Sanctis autem tuis maxima erat lux. † 18,1.

Super mortuum plora, defecit enim lux eius. Eccli.22,10.

Ego feci in cælis vt oriretur lumen indeficiens. † 24,6.

Ostende nobis lucem miserationum tuarum. † 36,1.

Lux Dei, vestigium eius est. † 50,31.

Domus Iacob venite, & ambulemus in lumine Domini. Isa.2,5.

Et bonum malum: ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras. † 5,20.

Quòd, si non dixerint iuxta verbum hoc, non erit eis matutina lux. † 8,20.

Populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam. † 9,2.

Erit lumen Israel in igne, & sanctus eius in flamma. † 10,17.

Quia ros lucis ros tuus. † 26,19.

Erit lux lunæ sicut lux solis, & lux solis erit septempliciter sicut lux septem dierum. † 30,26.

Formans lucem, & creans tenebras, faciens pacem, & creans malum. † 45,7.

Dedi te in lucem Gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ. † 49,6.

Tunc erumpet quasi manè lumen tuum, & sanitas tua citiùs orietur. † 58,8.

Ambulabunt Gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui. † 60,3.

Erit tibi Dominus in lucem sempiternam, & complebuntur dies luctus tui. 20. Ierem.4,23.

Expectabitis lucem, & ponet eam in vmbram mortis, & in caliginem. Ier.13,16.

Qui emittit lumen, & vadit & vocauit illud, & obedit illi in tremore. Baruch 3,33.

Omnia luminaria cæli mœrere faciã super te, & dabo tenebras super terram tuam. Ezech.32,8. Amos 5,20. Hab.3,4.

Non erit lux, sed frigus & gelu. Zach.14,6.

Cum facularum luminibus & laudibus ingressus est. 2.Mach.4,22. Matth.4,16.

Vos estis lux mundi. Matth.5,14.

Si ergo lumen quod in te est, tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ erunt. † 6,23.

Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israel. Luc.2,32.

Filij huius sæculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt. † 16,8.

In ipso vita erat, & vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet. Ioan.1,5.

Lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem. † 3,19. † 5,35.

Ego sum lux mundi. † 8,12.

Adhuc modicũ lumen in vobis est. † 12,35,36.

Subitò circumfulsit eum lux de cælo. Act.9,3.

Supra splendorem solis circũfulsisse me lumen, & eos qui mecũ simul erant. † 26,13. Rom.13,12.

Deus, qui dixit de tenebris lucem splendescere, qui illuxit in cordibus nostris. 2.Cor.4,6.

Aut quæ societas luci ad tenebras? 2.Cor.6,14.

Eratis enim aliquando tenebræ; nunc autem lux in Domino. Vt filij lucis ambulate. Eph.5,8.

Omne enim quod manifestatur, lumen est. 13.

Inter quos lucetis sicut luminaria in mundo, verbum vitæ continentes. Philip.2,15.

Omnes enim vos filij lucis estis, & filij diei: non sumus noctis, neque tenebrarũ. 1.Thess.5,5.

Qui solus habet immortalitatem, & lucem inhabitat inaccessibilem. 1.Tim.6,16.

Lucernæ lucenti in caliginoso loco. 2.Pet.1,19

Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt vllæ. 1 Ioan.1,5.

Quia tenebræ transierunt, & lumen iam lucet. † 2,8.

Et diei non luceret pars tertia, & noctis similiter. Apoc.8,12.

Lux lucernæ nõ lucebit in te ampliùs. † 18,23.

Non egebunt lumine lucernæ, neque lumine solis, quoniam Dominus Deus illuminabit illos. † 22,5.

LVXVRIA.

Filius noster iste proteruus, &c. Comessationibus vacat, & luxuriæ atque cõuiuiis. Deut.21,20. † 28,54.

Luxuria mortem affert multis hominum millibus. Iudic.20,21.

• *Luxuria filiorum Heli.* Dormiebant cum mulieribus, quæ obseruabant ad ostium tabernaculi. 1.Reg.2,22.

Luxuriæ impotentia. Deperiret eam valdè, ita vt propter amorem eius ægrotaret: quia cùm esset virgo, difficile ei videbatur, vt quippiam inhonestè ageret cum ea. 2.Reg.13,2.

Domine tu scis, quia non luxuriæ causa accipio sororem meam coniugem, sed sola posteritatis dilectione, in qua benedicatur nomen tuum. Tob.8,9. Iudith 12,11.

Luxuriæ mala. Ignis est vsque ad perditionem deuorans, & omnia eradicãs genimina. Iob 31,12.

Luxuriosi mores. Considero vecordem iuuenem, qui transit per plateam iuxta angulum, & prope viam domus illius, graditur in obscuro, aduesperascente die, in noctis tenebris, & caligine. Et ecce occurrit illi mulier ornatu meretricio, præparata ad capiendas animas: garrula & vaga, quietis impatiens, &c. Deosculatur iuuenem, & procaci vultu blanditur, &c. statim eam sequitur quasi bos ductus ad victimam, & quasi agnus lasciuiens, & ignorans quòd ad vincula stultus trahatur, donec transfigat sagitta iecur eius. Prouerb.7,7.

Luxuriosa res vinũ, & tumultuosa ebrietas. † 20,1.

Nullum pratum sit quod non pertranseat luxuria nostra. Sap.2,8.

Super filiam luxuriosam confirma custodiam: ne quando faciat te in opprobrium venire inimicis, à detractione in ciuitate, & obiectione plebis, & confundat te in multitudine populi. Eccli.42,11. Baruch 6,43. Ierem.5,7.

Luxuria. Verecundiora patris discoperuerunt in te, immunditiam menstruatæ humiliauerunt in te. Et vnusquisque in vxorem proximi sui operatus est abominationem. Ezech.20,10.

Luxuriæ insania. At iniqui illi iusserunt vt discooperiretur [Susanna] (erat enim cooperta) vt vel sic satiarentur decore eius. Dan.13,32.

Nam templum luxuria & comessationibus Gentium erat plenum. 2.Mach.6,4.

Ibi dissipauit substantiam suam viuendo luxuriosè. Luc.15,13.

Nolite

Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Ephes.5,18. 1.Tim.5,11.

Epulati estis super terram, & in luxuriis enutristis corda vestra, in die occisionis. Iac.5,5.

His qui ambulauerunt in luxuriis, desideriis, vinolentiis. 1.Pet.4,3.

Multi sequentur eorum luxurias, per quos via veritatis blasphemabitur. 2.Pet.2,2.

Superba enim vanitatis loquentes, pelliciunt in desideriis carnis luxuriæ eos, qui paululum effugiunt, qui in errore conuersantur. 18.

Hęc est enim charitas Dei, vt mandata eius custodiamus: & mandata eius grauia non sunt. †5,3.

Non tamquam mandatum nouum scribens tibi, sed quod habuimus ab initio, vt diligamus alterutrum. 2.Ioan.v.5.

Hic patientia Sanctorum est, qui custodiunt mandata Dei & fidem Iesu. Apoc.14,12.

MANDIBVLA.

In maxilla asini, in mandibula pulli asinarum deleui eos, & percussi mille viros. Iudic.15,16.

MANDO, DIS.

Tolles igitur tecum ex omnibus escis quæ mandi possunt, & comportabis apud te. Gen.6,21.

Mandebant herbas, & arborum cortices. Iob 30,4.

MANDRAGORA.

Mandragoras filij mei tuler s? Gen.30,15.

Mandragoræ dederunt odorem. Cant.7,13.

MANDVCO.

Sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere. Exod.32,7. 1.Reg 14,24.

Vt non manducarent de Sanctis sanctorũ, donec staret Sacerdos doctus, & eruditus. 2. Esd.7,67

Non potero manducare ex his, quæ mihi præcipis tribui, ne veniat super me offensio. Iudith 12,2.

Manducauerunt, & adorauerunt omnes pingues terræ. Psal.21,30.

Numquid manducabo carnes taurorum. †49,13 †126,2. Sap.4,5.

Ne cùm manducas multum, odio habearis. Eccli.31,19. Isa.7,22.

Venit enim Ioannes neque manducans, neque bibens, & dicunt: Dæmonium habet. Mat.11,19.

Date illis vos manducare. †14,16.

Manducauerunt omnes & saturati sunt. 20.

Et dixit dari illi manducare. Mar.5,34.

Erant enim qui veniebant, & redibant multi: & nec spatium manducandi habebant. †6,31.

Manducauerunt omnes, & saturati sunt. †6,42.

Nihil manducauit in diebus illis. Luc.4,2.

Manducauimus coram te, & bibimus, & in plateis nostris docuisti. †13,26.

Beatus qui manducabit panem in regno Dei. †14,15.

Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Ioan.6,54.

Erat ibi [Saulus] tribus diebus, non videns, & non manducauit neque bibit. Act.9,9.

Numquam manducaui omne commune & immundum. †10,14.

Is qui manducat, non manducantem non spernat. Rom.14,3.

Omne quod in macello venit, manducate, nihil interrogantes propter conscientiam. 1.Corinth.10,25.

Siue ergo manducatis, siue bibitis, siue aliud quid facitis: omnia in gloriam Dei facite. †10,31.

Accipite & manducate: hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. †11,24.

Manducemus & bibamus, cras enim moriemur. †15,32.

Neque gratis panem manducauimus ab aliquo, sed in labore, & in fatigatione, nocte & die operantes. 2.Thess.3,8,12. Iac.5,3.

Fornicari, & manducare de idolothytis. Apocal.2,20.

Desolatam facient illam, & nudam, & carnes eius manducabunt, & ipsam igni concremabunt. †17,16.

Dicens omnibus auibus, &c. vt manducetis carnes regum, & carnes tribunorum, & carnes fortium. †19,18.

MANE.

MANE, THECEL, PHARES. MANE: numerauit Deus regnum tuum, & compleuit illud. THECEL: appensus es in statera, & inuentus es minus habens. PHARES: diuisum est regnum tuum, & datum est Medis & Persis, &c. eadem nocte interfectus est Baltassar rex Chaldæus. Dan.5,25.

MANE, *aduerb.*

Manè videbitis gloriam Domini. Exod.16,7.

Nullus relinquat ex eo vsque manè. 19.

Vnum agnum manè, & alterũ vespere. †29,39.

Neque residebit manè de victima solemnitatis Phase. †34,25.

Manè dices: Quis mihi det vesperum? & vespere: Quis mihi det manè? propter cordis tui formidinem, qua terreberis, & propter ea, quæ tuis videbis oculis. Deut.28,67.

Procedebat verò Philisthæus manè, & vespere, & stabat quadraginta diebus. 1.Reg.17,16. Iob 24,14.

Manè, quando sacrificium offerri solet, & ecce aquæ veniebant per viam Edom. 4.Reg.3,20.

Manè exaudies vocem meam. Manè astabo tibi, & videbo. Psal.5,4.

Repleti sumus manè misericordia tua. †89,14. Prou.10,17.

Manè semina semen tuum, & vespere ne cesset manus tua. Eccles.11,6.

Manè surgamus ad vineas. Cant.7,12.

Manè diluculo pertransibit in die & in nocte. Isa.28,19.

Sicut manè transiit, pertransiit rex Israel. Osee 11,1.

Manè manè iudicium suum dabit in lucem. Soph.3,5.

MANEO, MANSIO.

Mansiunculas in arca facies. Gen.6,14.

Profecta omnis multitudo Israel de deserto Sin per mansiones suas. Exod.17,1. † 40,37. Num.33,1.

Mane apud me, & esto mihi parens ac sacerdos. Iudic.17,10.

Mane mecum, ne timeas. 1.Reg.22,23.

Manete in Iericho, donec crescat barba vestra. 2.Reg.10,5.

Mansi apud Gabelum fratrem nostrũ. Tob.5,8

In petris manet [aquila] & in praeruptis silicibus commoratur. Iob 39,28.

Mansit verò Ieremias in vestibulo carceris, vsque ad diem quo capta est Ierusalem. Ier.38,28.

Mansit autem Maria cum illa quasi mensibus tribus. Luc.1,56.

Coëgerunt illum, dicentes: Mane nobiscum, Domine, quoniam aduesperascit. † 24,29.

Viderunt vbi maneret, & apud eum manserunt die illo. Ioan.1,39.

Seruus autem non manet in domo in aeternum: filius autem manet in domo in aeternum. † 8,35.

In domo patris mei mãsiones multę sunt. † 14,2

Apud vos manebit, & in vobis erit. 17.

Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. 23.

Manete in me, & ego in vobis. † 15,4.

Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum. 5.

Sic eum volo manere, donec veniam, quid ad te? tu me sequere. † 21,22.

Ascenderunt vbi manebant Petrus & Ioannes, Iacobus, & Andreas. Act.1,13.

Nisi hi in naui manserint, vos salui fieri non potestis. † 27,31.

Inuentis fratribus rogati sumus manere apud eos dies septem: & sic venimus Romam. † 28,14.

Mansit autem [Paulus] biennio toto in suo conducto, & suscipiebat omnes qui ingrediebantur ad eum. 30.

Apud vos autem forsitan manebo, vel etiam hiemabo: vt vos me deducatis quocumque iero. 1.Cor.16,6.

Veni Ierosolymam videre Petrum, & mansi apud eum diebus quindecim. Gal.1,18.

Manebo, & permanebo omnibus vobis, ad profectum vestrum, & gaudium fidei. Philip.1,25.

Quod autem, Adhuc semel, dicit, declarat mobilium translationem tamquam factorum, vt maneant ea quae sunt immobilia Heb.12,27.

Qui dicit se in ipso manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. 1.Ioan.2,6.

Qui autem facit voluntatem Dei, manet in aeternum. 17.

Manete in eo, vt cùm apparuerit, habeatis fiduciam, & non confundamur ab eo in aduentu eius. 28.

Omnis qui in eo manet, non peccat. † 3,6.

Qui seruat mandata eius, in illo manet, & ipse in eo. 24.

MANHV.

Dixerunt ad inuicem: Manhu? Exod.16,15.

MANICA.

Ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis. Psal.149,8.

Post te ambulabunt, vincti manicis pergent, & te adorabunt. Isa.45,14.

MANICO.

Omnis populus manicabat ad eum in templo audire eum. Luc.21,38.

MANIFESTVS.

Deus manifestè veniet, Deus noster, & non silebit. Psal.49,3. 2.Mach.1,33.

Vehementer comminabatur eis ne manifestarent illum. Mar.3,12. Rom.1,19.

Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi. 2.Cor.5,10. Tit.1,3. 1.Pet.1,20.

MANIPVLVS.

Putabam nos ligare manipulos in agro, & quasi consurgere manipulum meũ, & stare. Gen.37,7.

Feretis manipulos spicarum, primitias messis vestrae, ad sacerdotem: qui eleuabit fasciculum. Leuit.23,11.

Oblitus manipulum reliqueris, non reuertêris vt tollas illum: sed aduenam & pupillum & viduam auferre patieris Deut.24,19. Iudith 8,3.

Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos. Psal.125,6.

MANNA.

Septimo sabbatum est Domini, idcircò non inuenietur [manna.] Exod.16,25.

Anima nostra arida est, nihil aliud respiciunt oculi nostri nisi man. Num.11,6,9.

Defecitque manna postquam comederunt de frugibus Terrae. Iosu.5,12.

Spiritum tuum bonum dedisti qui doceret eos: & manna tuum non prohibuisti ab ore eorum. 2.Esd.9,20.

Pluit illis manna ad manducandum, & panem caeli dedit eis. Psal.77,24.

Manna. Angelorum esca nutriuisti populum tuum, & paratum panem de caelo praestitisti eis sine labore. Sap.16,20.

Facite manna, & offerte pro peccato ad aram Domini Dei nostri. Baruch 1,10.

Patres nostri manducauerunt manna in deserto. Ioan.6,31.

Patres vestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt. 49.

In qua [arca] vrna aurea habens manna, & virga Aaron, quae fronduerat. Heb.9,4.

Vincenti dabo manna absconditũ. Apoc.2,17.

MANO.

MANO.

Tradet humum lacte & melle manantem. Num.14,8.

MANSVETVS.

Et mansuetudo tua multiplicauit me. 2.Regum 22,36.

Nec superbi ab initio placuerunt tibi: sed humilium & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio. Iudith 9,16.

Conuertitque Deus spiritum regis in mansuetudinem. † 15,11.

Diriget mansuetos in iudicio. Psal.24,9.

Audiant mansueti, & lætentur. † 33,3.

Mansueti autem hereditabunt terram. † 36,11. † 44,7. † 75,10.

Memento Domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. † 131,1.

Suscipiens mansuetos Dominus: humilians autem peccatores vsque ad terram. † 146,6.

Mansuetis dabit gratiam. Prou.3,34.

Mansuetabatur ignis. Sap.16,18.

Fili, in mansuetudine opera tua perfice, & super hominum gloriam dirigêris. Eccli.3,19.

Esto mansuetus ad audiendum verbum, vt intelligas. † 5,13.

Fac nobiscum iuxta mansuetudinem tuam. Dan.3,42.

Quærite Dominum omnes mansueti terræ, qui iudicium eius estis operati. Soph.2,3.

Obsecro vos per mansuetudinem & modestiam Christi. 2.Cor.10,1.

Mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. Gal.5,23.

Sectare verò iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem. 1.Tim.6,11.

Seruum autem Domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes. 2.Tim.2,24. Iac.1,21. † 3,13.

MANVBIAE.

Et de manubiis Adarezer. 2.Reg.8,12.

Super thesauros sanctorum, quæ sanctificauit Dauid rex, &c. de bellis, & manubiis præliorum, quæ consecrauerant ad instaurationem & supellectilem templi Domini. 1.Par.26,27. Ezechielis 29,19. † 38,13.

MANVBRIVM.

Ferrumque lapsum de manubrio amicum eius percusserit. Deut.19,5.

MANVE.

Nesciebat Manue quòd Angelus Domini esset. Iudic.13,16,21. † 16,31.

MANVS.

* Ismael, &c. Hic erit ferus homo, manus eius contra omnes, & manus omnium contra eum. Gen.16,12.

Sinistram autem super caput Manasse, qui maior natu erat, commutans manus. † 48,15.

Retrahe, ait, manum tuam in sinum tuum. Retraxit, & protulit iterùm, & erat similis carni reliquæ. Exodi 4,7.

Per manum enim fortem dimittet eos, & in manu robusta eiiciet illos de terra sua. † 6,1. † 13,3.

Cumque leuaret Moyses manus, vincebat Israel: sin autem paululùm remisisset, superabat Amalec. † 17,11.

Cunctorum consecrabis manus, sanctificabisque illos, vt sacerdotio fungantur mihi. † 28,41. Leuit.16,32.

Ponetque manus suas super caput hostiæ. Leuit.1,4.

Numquid manus Domini inualida est? Numer.11,23. † 27,19.

Manus nostra excelsa, & non Dominus, fecit hæc omnia. Deut.32,27.

Non est qui de manu mea possit eruere. 39.

Iosue verò filius Nun repletus est Spiritu sapientiæ, quia Moyses posuit super eum manus suas. † 34,9,12.

Iosue verò non contraxit manum, quam in sublime porrexerat, tenens clypeum donec interficerentur omnes habitatores Hai. Ios.8,26.

Impleuitque vnius filiorum suorum manum, & factus est ei sacerdos. Iudic.17,5,12.

Egressa est manus Domini contra me. Ruth 1,13.

Fiebat manus Domini per singulas ciuitates interfectionis magnæ nimis. 1.Reg.5,9.

Erit manus Domini super vos. † 12,15.

Conuertit [Ionathas] manum suam ad os suum. † 14,27.

Nam manus eorum cum Dauid est: scientes quòd fugisset, & non indicauerunt mihi. † 22,17.

Manus tuæ ligatæ non sunt. 2.Reg.3,34.

Præcidentesque manus & pedes eorum, suspenderunt eos super piscinam in Hebron. † 4,12.

Extendit Oza manum ad arcam Dei, & tenuit eam. † 6,6.

Impositisque manibus super caput suum, ibat [Thamar] ingrediens & clamans. † 13,19.

Numquid manus Ioab tecum est in omnibus istis? † 14,19.

Leuauit [Seba] manum suam contra regem Dauid: tradite illum solum. † 20,21.

Ipse [Eleazar] stetit & percussit Philisthæos donec deficeret manus eius, & obrigesceret cum gladio. † 23,10.

Meliùs est vt incidam in manus Domini (multæ enim misericordiæ eius sunt) quàm in manus hominum. † 24,14.

Sufficit: nunc contine manum tuam. 16.

Duæ manus hinc atque inde tenentes sedile. 3.Reg.10,19.

Exaruit manus eius [Ieroboam] quam extenderat contra eum. † 13,4.

Manus Domini facta est super Eliam, accinctisque

& ſque lumbis currebat ante Achab. †18,46.
Et manus ſuas ſuper manus eius. 4.Reg.4,34.
Super cuius manum rex incumbebat. †7,2.
Da manum tuam: qui dedit ei manum ſuam. †10,15.
Superpoſuit Eliſæus manus ſuas manibus regis. †13,16.
Cum manu valida, Ieruſalem. †18,17.
Comminutus ingredietur manum eius, & perforabit eam. 21.
Impoſuerunt ceruicibus eius [Athaliæ] manus. 2.Par.23,15.
Impleſtis manus veſtras Domino, accedite & offerte victimas. †29,31.
Iuxta manum Dei ſui bonam ſuper ſe. 1.Eſdræ 7,9.
Vna manu ſua faciebat opus, & altera tenebat gladium. 2.Eſd.4,17.
Volunt conſumere, quę nec manibus deberent contingere. Iudith 11,12.
Manus tuæ fecerunt me. Iob 10,8.
In cuius manu anima omnis viuentis, & ſpiritus vniuerſæ carnis hominis. †12,10.
Manum tuam longè fac à me. †13,21.
Tetendit enim aduerſus Deum manum ſuam. †15,25.
Manus illius reddent ei dolorem ſuũ. †20,10.
Qui docet manus meas ad prælũ. Pſal.17,35.
Manus ſuas lauabit in ſanguine peccatoris. †57,11.
In manu eius ſunt omnes fines terræ. †94,4.
Et ſciant quia manus tua hæc. †108,27.
Manus tuæ fecerunt me, & plaſmauerunt me. †118,73.
Manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. †138,10.
Expandi manus meas ad te. †142,6.
Egeſtatem operata eſt manus remiſſa: manus autem fortium diuitias parat. Prou.10,4.
Manus in manu non erit innocens malus. †11,21.
Manus fortium dominabitur. †12,24.
Manum ſuam miſit ad fortia. †31,19.
Manus meæ ſtillauerunt myrrham, & digiti mei pleni myrrha probatiſſima. Cant.5,5.
Manus illius tornatiles aureæ, plenæ hyacinthis. †5,14.
In manu enim illius, & nos, & ſermones noſtri, & omnis ſapientia. Sap.7,16.
Et ſermocinante me plura, manus ori ſuo imponent. †8,12.
Sit manus tua ſuper os tuum, ne capiaris in verbo indiſciplinato, & confundaris. Eccli.5,14.
In manu Dei poteſtas terræ. †10,4.
Vbi manus multæ ſunt, claude. †42,7.
Compleuit Moyſes manus eius [Aaronis] & vnxit illum oleo ſancto. †45,18.
In his omnibus non eſt auerſus furor eius, ſed adhuc manus eius extenta. Iſaiæ 5,25.
Omnes manus diſſoluentur, & omne cor hominis contabeſcet. †13,7.
Hoc conſilium, quod cogitaui ſuper omnem terram, & hæc eſt manus extenta ſuper vniuerſas gentes. †14,26.
Ecce in manibus meis deſcripſi te: muri tui coram oculis meis ſemper. †49,16.
Manus tuæ erunt ſuper caput tuum: quoniam obtriuit Dominus confidentiam tuam, & nihil habebis proſperum in ea. Ierem.2,37.
Omnem Iudam dabo in manum regis Babylonis, & traducet eos in Babylonem, & percutiet eos gladio. †20,4.
Ego autem ecce in manibus veſtris ſum: facite mihi quod bonum eſt & rectum in oculis veſtris. †26,14.
In die, qua apprehendi manum eorum vt educerem eos de terra Aegypti: pactum quod irritum fecerunt. †31,32.
Audiuit rex Babylonis famam eorum, & diſſolutæ ſunt manus eius. †50,43.
Manus hominis ſub pennis eorum in quatuor partibus. Ezech.1,8.
Apparuit in Cherubim ſimilitudo manus hominis ſubtus pennas eorum. †10,8.
Manus mea ſuper prophetas, qui vident vana, & diuinant mendacium. †13,9.
Percute manu ad manum, & duplicetur gladius. †21,14.
Percutiam arcum tuum in manu ſiniſtra tua, & ſagittas tuas de manu dextera tua deiiciam. †39,3.
Manus tetigit me, & erexit me ſuper genua mea. Dan.10,10.
Poſuerunt manus ſuas ſuper caput eius [Suſannæ.] †13,34.
In luce matutina faciunt illud, quoniam contra Deum eſt manus eorum. Mich.2,1.
Ponent manum ſuper os, aures eorum ſurdæ erunt. †7,16.
Factum eſt verbum Domini in manu Aggæi. Agg.1,1.
Conſeretur manus eius ſuper manum proximi ſui. Zach.14,13.
Vniuerſæ autem protendentes manus in cælum deprecabantur. 2.Mach.3,20.
Etſi in præſenti tempore ſuppliciis hominum eripiar, ſed manum Omnipotentis nec viuus, nec defunctus effugiam. †6,26.
Manum autem dementis contra templum ſuſpendi. †15,33.
Ecce homo manum habens aridam. Matth.12,10. Marc.3,1.
Complexans eos [paruulos] & imponens manus ſuper illos, benedicebat eos. Mar.10,16.
At ille ſingulis manus imponens, curabat eos. Luc.4,40.

Vi-

Videte manus meas, & pedes, quia ego ipse sum. † 24,39.

Pax vobis: & cùm hoc dixisset, ostendit eis manus, & latus. Ioan.20,20.

Et orantes imposuerunt eis manus. Act.6,6.

Imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum sanctum. † 8,17.

Ieiunantes & orantes, imponentesque eis manus, dimiserunt illos. † 13,3.

Cùm imposuisset illis manus Paulus, venit Spiritus sanctus super eos. † 19,6.

Videte qualibus literis scripsi vobis mea manu. Gal.6,11.

Volo ergo viros orare in omni loco, leuantes puras manus sine ira & disceptatione. 1.Tim.2,8.

Cum impositione manuū presbyterij. † 4,14.

Manus citò nemini imposueris, neque communicaueris peccatis alienis. † 5,22.

Horrendum est incidere in manus Dei viuentis. Heb.10,31.

Remissas manus, & soluta genua erigite. † 12,12.

MANVFACTVS.

Non colo idola manufacta. Dan.14,4.

Sed non Excelsus in manufactis habitat. Actorum 7,48. † 17,24. 2.Cor.5,1.

Non enim in manufacta Sancta Iesus introiuit, exemplaria verorum: sed in ipsum cælum. Heb 9,24.

MAOZIM.

Deum autem Maozim in loco suo venerabitur. Dan.11,38.

Et faciet vt muniat Maozim cum deo alieno. 39.

MARA.

Nec poterat bibere aquas de Mara, eò quòd essent amaræ. Exod.15,23.

Vocate me Mara (id est, amaram) quia amaritudine valdè repleuit me Omnipotēs. Ruth 1,20.

MARAN.

Sit anathema, Maran Atha. 1.Cor.16,23.

MARCEO.

Vsquequò marcetis ignauia? Iof.18,3.

In memetipso marcescit anima mea, & possident me dies afflictionis. Iob 30,16. † 33,19.

Coronemus nos rosis, antequam marcescant. Sap.2,8. Eccli.11,12.

Clara est, & quæ numquam marcescit sapientia. † 6,13. Isa.19,6.

Propaginem fortium marcescere facies. Isa.25,5.

Ita & diues in itineribus suis marcescet. Iacob.1,11.

MARCVS.

Marcum assume, & adduc tecum: est enim mihi vtilis in ministerium. 2.Tim.4,11.

Salutat vos Ecclesia quæ est in Babylone coëlecta, & Marcus filius meus. 1.Pet.5,13.

MARDOCHAEVS.

Solus Mardochæus non flectebat genua, neque adorabat eum [Aman.] Esther 3,2.

Nihil me habere puto, quamdiu videro Mardochæum Iudæum sedentem ante fores regias. † 5,13.

Sumpta stola & equo, fac, vt locutus es, Mardochæo Iudæo. † 6,10.

Suspensus est itaque Aman in patibulo quod parauerat Mardochæo. † 7,10,15.

Mardochæus ingressus est ante faciem regis. † 8,1.

Annulum, quem ab Aman recipi iusserat, & tradidit Mardochæo. 2.

Mardochæus Iudaici generis secundus à rege Assuero fuerit: & magnus apud Iudæos, & acceptabilis plebi fratrum suorum, quærens bona populo suo. † 10,3.

Dixitque Mardochæus: A Deo facta sunt ista. Recordatus sum somnij, quod videram, hæc eadem significantis: nec eorum quidquam irritum fuit. Paruus fons, qui creuit in fluuium, & in lucem solemque conuersus est, &c. duo autem dracones: ego sum, & Aman. 4,7.

Mardochæus autem deprecatus est Dominum, &c. (libenter enim pro salute Israel etiam vestigia pedum eius [Aman] deosculari paratus essem.) † 13,13.

Habere autem celebritatem tertiadecima die mensis Adar, quod dicitur voce Syriaca, pridie Mardochæi diei. 2.Mach.15,37.

MARE.

Congregationesque aquarum appellauit Maria. Gen.1,10.

Ingressi sunt filij Israel per medium sicci maris. Exod.14,22.

Extende manum tuam super mare, vt reuertantur aquæ ad Aegyptios super currus & equites eorum. 26.

Habet terminos contra Orientem mare salsissimum. Num.34,3.

Mare & Meridiem possidebit [Nephthali.] Deut 33,23.

Vsque ad mare nouissimum. † 34,2.

In mare solitudinis (quod nunc vocatur mortuum) descenderunt. Iof.3,16.

Mare deserti, quod est mare salsissimū. † 12,3.

A summitate maris salsissimi, & à lingua eius, quæ respicit Meridiem. † 15,2.

Fecit quoque mare fusile decem cubitorum. 3.Reg.7,23.

Mare autem posuit ad dexteram partem templi. 39.

Mare deposuit de bobus æreis. 4.Regum 16,17.

Aeris plurimum, de quo fecit Salomon mare æneum. 1.Par.18,8.

Fugientibus his Deus cæli mare aperuit, ita vt

hinc inde aquæ quasi murus solidarentur. Iudith 5,12.

Numquid mare ego sum, aut cetus? Iob 7,12.

In fortitudine illius repentè maria congregata sunt. † 26,12.

Mare loquitur: Non est mecum. † 28,14.

Quis conclusit ostiis mare? † 38,8.

Ipse super maria fundauit eum. Psal. 23,2.

Qui conturbas profundum maris, sonum fluctuum eius. † 64,8.

Qui conuertit mare in aridam, in flumine pertransibunt pede. † 65,6.

Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me. † 68,3.

Interrupit mare, & perduxit eos: & statuit aquas quasi in vtre. † 77,13.

Ponam in mari manum eius, & in fluminibus dexteram eius. † 88,26.

Hoc mare magnum, & spatiosum manibus. † 103,25.

Mare vidit, & fugit. † 113,3.

Qui diuisit mare rubrũ in diuisiones. † 135,13

Quando circumdabat mari terminum suum. Prou. 8,29.

Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat. Eccles. 1,7.

Et in mari rubro via sine impedimento, & campus germinans de profundo nimio. Sap. 19,7.

Qui nauigant mare, enarrent pericula eius. Eccli. 43,26.

Illic [in mari] præclara opera, & mirabilia; varia bestiarum genera, & omnium pecorum, & creatura belluarum. 27.

Transite maria, vlulate qui habitatis in insula. Isa. 23,6.

Qui descenditis in mare, & plenitudo eius; insulæ & habitatores earum. † 42,10.

Conturbo mare, & intumescunt fluctus eius. † 51,15. Ierem. 5,22.

Impij autem quasi mare feruens, quod quiescere non potest. † 57,20.

Qui turbat mare, & sonant fluctus eius. Ierem. 31,35.

Tollite me, & mittite in mare: & cessabit mare à vobis. Ionæ 1,12.

Mare ibat, & intumescebat super eos. 13.

Increpans mare, & exiccans illud. Nahum 1,4

Medium earum ad mare nouissimum. Zachar. 14,8.

Dixit mari: Tace, obmutesce. Et cessauit ventus. Mar. 4,39. Iudæ v. 13.

In conspectu sedis tamquam mare vitreum simile crystallo. Apoc. 4,6.

Vidi tamquã mare vitreũ mistum igne. † 15,2.

MARGARITA.

Neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ne fortè conculcent eas pedibus suis, & conuersi dirumpant vos. Matth. 7,6.

Inuenta autem vna pretiosa margarita abiit, & vendidit omnia quę habuit, & emit eam. † 13,46.

Duodecim portæ, duodecim margaritæ sunt, per singulas. Apoc. 21,21.

MARIA.

Maria Virgo prænuntiata. Inimicitias ponam inter te, & mulierem, & semen tuum, & semen illius: ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius. Gen. 3,15.

ORIETVR STELLA ex Iacob, & consurget virgo de Israel. Num. 24,17.

In sole posuit tabernaculum suum. Psal. 18,6. † 44,10.

Creauit Dominus nouum super terram: FEMINA CIRCVMDABIT VIRVM. Ierem. 31,22. Ezech. 44,2.

Sumpsit ergo Maria prophetissa soror Aaron tympanum in manu sua: egressæque sunt omnes mulieres post eam. Exod. 15,20. Num. 12,1.

Nónne mater eius dicitur Maria, & fratres eius Iacobus. Matth. 13,55. Mar. 6,3. Luc. 1,27.

Maria autem conseruabat omnia verba hæc conferens in corde suo. Luc. 2,19,51.

Maria Magdalene venit manè, cùm adhuc tenebræ essent, ad monumentum. Ioan. 20,1. Act. 1,14.

MARITVS.

Sacerdotes, *&c.* scortum & vile prostibulum non ducent vxorem, nec eam quæ repudiata est à marito: quia consecrati sunt Deo suo. Leuit. 21,7. Num. 5,30. Iudic. 13,9. Ruth 1,3.

Monentes eam honorare soceros, diligere maritum, regere familiam. Tob. 10,13.

Cunctæ vxores tam maiorum, quàm minorum, deferant maritis suis honorem. Esth. 1,20. 1. Mach. 1,28.

MARMOR.

Qui nouit operari in auro & argento, ære, & ferro, & marmore, & lignis. 2. Par. 2,14.

Strauit quoque pauimentum templi pretiosissimo marmore, decore multo. † 3,6. Esth. 1,6.

Crura illius columnæ marmoreæ, quæ fundatæ sunt super bases aureas. Cant. 5,15. Apoc. 18,12.

MARSVPIVM.

Sortem mitte nobiscum, marsupium vnum sit omnium nostrûm. Prou. 1,14.

MARTHA.

Martha, Martha, solicita es, & turbaris erga plurima. Porrò vnum est necessarium. Luc. 10,41. Ioan. 11,21.

Fecerunt autem ei cœnam ibi: & Martha ministrabat. Ioan. 12,2.

MAS.

Cunctos mares ex omnibus viris domus suæ: & circumcidit carnem præputij eorum. Gen. 17,23.

Non fecerunt iuxta præceptum regis Aegypti, sed conseruabant mares. Exod. 1,17. Leuit. 3,1.

Mares tantùm edent ex eo. Num. 18,10.

Contra

Contra Madianitas atque vicissent, omnes mares occiderunt. † 31,7.

Exceptis maribus ab annis tribus & suprà, 2.Paral. 31,16.

MASCVLVS.

Masculum & feminam creauit eos. Gen.1,27.

Si masculus fuerit, interficite eum: si femina, reseruate. Exod.1,16.

Omne quod aperit vuluam generis masculini, meum est. † 34,19.

Masculus de genere sacerdotali vescetur de carnibus eius. Leuit.6,29.

Masculo non commiscearis coitu femineo, quia abominatio est. † 18, 22.

Si fuerit masculus, à vigesimo anno vsque ad sexagesimum annum, dabit quinquaginta siclos. † 27,3. Eccli.36,23.

Antequam parturiret, peperit: antequam veniret partus eius, peperit masculum. Isaiæ 66,7. Ierem.20,15. Ezech.16,17. Mal.1,14.

Masculum & feminam fecit eos? Matth.19,4. Luc.2,23.

Exarserunt in desideriis suis in inuicem, masculi in masculos turpitudinem operantes. Rom. 1,27. Gal.3,28. Apoc.12,5.

MASPHA.

Profectus est Dauid inde in Maspha, quæ est Moab. 1.Reg.22,3.

Venerunt in Maspha contra Ierusalem: quia locus orationis erat in Maspha antè in Israel. 1.Mach.3,46.

MASSA.

Massam ferri facilius est ferre, quàm hominem imprudentem, & fatuum, & impium. Eccli 22,18.

Misit massam plumbeam in os eius. Zach.5,8.

An non habet potestatem figulus luti, ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam? Rom.9,21.

Quòd si delibatio sancta est, & massa. † 11,16.

Modicum fermentum totam massam corrumpit. 1.Cor.5,6.

MATER.

Donec surgeret Debbora, surgeret mater in Israel. Iudic.5,7.

Absque liberis erit inter mulieres mater tua. 1.Reg.15,33.

Diligis filium Isai, in confusionem tuam, & in confusionem ignominiosæ matris tuæ. † 20,30.

Sicut mater vnicum amat filium suum, ita ego te diligebam. 2.Reg.1,26.

Tu quæris euertere ciuitatem, & euertere matrem in Israel? † 20,19.

* Insuper & Maacham matrem suam amouit [Asa] ne esset princeps in sacris Priapi, & in luco eius, quem consecrauerat. 3.Reg.15,13. 2.Paralip.15,16

Sed & ipse [Ochozias] ingressus est per vias domus Achab: mater enim eius [Athalia] impulit eum vt impiè ageret. 2.Par.22,3.

Matrisfamilias officium. Monentes eam honorare soceros, diligere maritum, regere familiam, gubernare domum, & se ipsam irreprehensibilem exhibere. Tob.10,13. 1.Tim.5,14.

Qui habitare facit sterilem in domo, matrem filiorum lætantem. Psal.112,9.

Ne dimittas legem matris tuæ. Prou.6,20. † 15,20.

Introducam illum in domum matris meæ. Cant.3,4. Sap.7,1.

Ego mater pulchræ dilectionis. Eccli.24,24. Isaiæ 50,1. † 66,13.

Induxi eis super matrem adolescentis vastatorem meridie. Ierem.15,8.

Cùm exhalarent animas suas in sinu matrum suarum. Thren.2,12.

Sicut mater, ita & filia eius. Ezech.16,44.

Quare mater tua leæna inter leones cubauit? † 19,2. Osee 10,14.

Accipe puerum, & matrem eius, & vade in terram Israel. Matth.2,20.

Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? † 12,49. Mar.3,33.

Vnde hoc mihi vt veniat mater Domini mei ad me? Luc.1,43.

Stabant autem iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius Maria Cleophæ. Ioan.19,25.

Dicit discipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua. 27.

Illa autem quæ sursum est Ierusalem libera est, quæ est mater nostra. Gal.4,26. 1.Tim.1,9. † 14.

MATERIA.

Manus tua, quæ creauit orbem terrarum ex materia inuisa. Sap.11,18. † 15,13.

MATERTERA.

Turpitudinem materteræ & amitæ tuæ non discooperies. Leuit.20,19.

MATHAN.

Mathan quoque sacerdotem Baal occiderunt coram altari. 4.Reg.11,18. Matth.1,15.

MATHATHIAS.

Surrexit Mathathias, &c. sacerdos ex filiis Ioarib ab Ierusalem, & consedit in monte Modin: & habebat filios quinque. 1.Mach.2,1.

Et dixit Mathathias: Væ mihi, vt quid natus sum videre contritionem populi mei, & contritionem ciuitatis sanctæ. 7.

Sacrificare idolis, &c. & vidit Mathathias, & doluit, & contremuerunt renes eius, & accensus est furor eius secundùm iudicium legis, & insiliens trucidauit eum super aram. 27.

Et exclamauit Mathathias voce magna in ciuitate dicens: Omnis, qui zelum habet legis statuens testamentum, exeat post me. Et fugit ipse, & filij eius in montes, & reliquerunt quæcumque habe-

habebant in ciuitate. Tunc descenderunt multi quærentes iudicium. 28.

Circuiuit Mathathias,& amici eius, & destruxerunt aras: & circumciderunt pueros incircumcisos. 45.

Et appropinquauerunt dies Mathathiæ moriendi,& dixit filiis suis: Nunc confortata est superbia,& castigatio, & tempus euersionis, & ira indignationis. Nunc ergo, ô filij, æmulatores estote legis, & date animas vestras pro testamento patrum vestrorum, & mementote operum patrum, quæ fecerunt in generationibus suis: & accipietis gloriam magnam, & nomen æternum. Abraham nónne in tentatione inuentus est fidelis, *&c.* & benedixit eos, & appositus est ad patres suos. 49. Luc.3,25.

MATHIAS.

Dederunt sortes eis, & cecidit sors super Mathiam. Act.1,26.

MATRIMONIVM.

Matrimonium cum quibus non ineundum. Septem Gentes, *&c.* non inibis cum eis fœdus, nec misereberis earum, neque sociabis cum eis coniugia. Filiam tuam non dabis filio eius, nec filiam eius accipies filio tuo: quia seducet filium tuum, ne sequatur me, & vt magis seruiat diis alienis. Deut 7, 2.

Neque matrimonia iungeremus cum populis abominationum istarum. 1.Esd.9,14.

Cecidi ex eis viros,& decaluaui eos, & adiuraui in Deo, vt non darent filias suas filiis eorum. 2 Esd 13,25

Matrimonium vt ineundum Virum autem cum timore tuo, non cum libidine mea consensi suscipere. Tob 3,18.

Tu autem cùm acceperis eam, ingressus cubiculum, per tres dies continens esto ab ea, & nihil aliud,nisi orationibus vacabis cum ea. Ipsa autem nocte, incenso iecore piscis, fugabitur dæmonium. Secunda verò nocte, in copulatione sanctorum Patriarcharum admitteris. Tertia autem nocte benedictionem consequêris, vt filij ex vobis procreentur incolumes. Transacta autem tertia nocte, accipies virginem cum timore Domini,amore filiorum magis quàm libidine ductus, vt in semine Abrahę benedictionem in filiis consequaris. † 6,20. † 8,9.

Per tria mouetur terra, *&c.* per odiosam mulierem, cùm in matrimonio fuerit assumpta. Prou.30,23.

Statuens hereditatem ex alieno matrimonio. Eccli.23,32.

Iis autem, qui matrimonio iuncti sunt, præcipio non ego, sed Dominus, vxorem à viro non discedere: quòd si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari. 1.Cor.7,10.

Qui matrimonio iungit virginem suam, benè facit: & qui nó iũgit, meliùs facit. 38. 1.Thes.4,4.

MATTHAEVS.

Vidit hominem sedentem in telonio, Matthæum nomine, & ait illi: Sequere me. Matth. 9,9. † 10,3. Act.1,13.

MATVRVS.

Et post flores vuas maturescere. Gen.40,10. 4.Reg.19,26.

Præueni in maturitate, & clamaui. Psal. 118,147.

Quasi temporaneum ante maturitatem autumni. Isaiæ 28 4. Ioel.1,13.

Vindemia botros vineæ terræ: quoniam maturæ sunt vuæ eius. Apoc 14,18.

MATVTINVS.

Præter holocaustum matutinum, quod semper offertis. Num.28,23 Iob 38,7.

Ad vesperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. Psal 29,6.

Dominabuntur eorum iusti in matutino. † 48,15.

In matutinis meditabor in te. † 62,7.

In matutino interficiebam omnes peccatores terræ. † 100,8.

Quasi stella matutina in medio nebulæ. Eccli.50,6. Isaiæ 8,20.

In tempore vespere,& ecce turbatio: in matutino,& non subsistet. Isaiæ 17,14.

Misericordia vestra quasi nubes matutina. Osee 6,4. † 13,3.

Dedit vobis doctorem iustitiæ, & descendere faciet ad vos imbrem matutinum & serotinum. Ioel.2,23.

Væ qui cogitatis inutile,& operamini malum in cubilibus vestris: in luce matutina faciunt illud. Mich.2,1.

Dabo illi stellam matutinam. Apoc.2,28.

Ego sum radix & genus Dauid, stella splendida & matutina. † 22,16.

MAVSOLEVM.

Mortuusque est [Iosias] & sepultus in mausoleo patrum suorum. 2.Par.35,24.

MAXILLA.

Lechi, id est, maxilla, vbi eorum effusus est exercitus. Iudic.15,9.

Inuentamque maxillam, id est, mandibulam asini, quæ iacebat, arripiens, interfecit in ea mille viros. 15.

Percussit Michæam in maxillam. 3. Regum 22,24.

Exprobrantes percusserunt maxillam meam, satiati sunt pœnis meis. Iob 16,11. Psal.31,9. Eccli.35,18.

Dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobriis. Thren.3,30.

In virga percutient maxillam iudicis Israel. Mich.5,1.

Si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram. Matth.5,39.

ME-

MECVM.

Verè quia non est Deus mecum, inuenerunt me hæc mala. Deut.31,17. Prou 8,18.

Qui non est mecum, contra me est: & qui non congregat mecum, spargit. Matth.12,30. Lucæ 11,23.

MEDAD.

Eldad & Medad prophetant in castris. Numer.11,27.

MEDELA, MEDICVS.

Præcepitque [Ioseph] seruis suis medicis, vt aromatibus condirent patrē: quibus iussa explentibus transierunt quadraginta dies. Gen.50,2.

Et nec in infirmitate sua quæsiuit [Asa] Dominum, sed magis in medicorum arte confisus est. 2.Par.16,12.

Sunt enim hæc necessaria ad medicamenta vtiliter. Tob.6,5.

Aut medici suscitabunt. Psal.87,11.

Non est in illis medicamentum exterminij. Sap.1,14.

Odibilia tibi opera faciebant, per medicamina & sacrificia iniusta. † 12,4

Languor prolixior grauat medicum. Breuem languorem præcidit medicus. Eccli.10,11.

Ante languorem adhibe medicinam, & ante iudicium interroga teipsum, & in conspectu Dei inuenies propitiationem. † 18,20. † 18,3.

Honora medicum propter necessitatem: etenim illum creauit Altissimus. † 38,1.

A Deo est enim omnis medela, & à rege accipiet donationem. 2.

Altissimus de terra medicamenta, & vir prudens non abhorrebit illa. 4.

Da locum medico: etenim illum Dominus creauit, & non discedat à te, quia opera eius sunt necessaria. 12.

Medicina omnium in festinatione nebulæ. † 43,24. Isa.1,6.

Non sum medicus, & in domo mea non est panis neque vestimentum. Isa.3,7.

Vt mederer contritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertionem. † 61,1.

Expectauimus pacem, & non erat bonum tempus medelæ, & ecce formido. Ier.8,15.

Numquid resina non est in Galaad? aut medicus non est ibi? quare igitur non est obducta cicatrix filiæ populi mei? 22.

Tolle resinam virgo filia Aegypti: frustrà multiplicas medicamina, sanitas non erit tibi. † 46,11.

Magna est enim velut mare contritio tua: quis medebitur tui? Thren.2,13.

Erunt fructus eius in cibum, & folia eius ad medicinam. Ezech.47,12.

Non est opus valentibus medicus, sed malè habentibus. Matth.9,12.

Fuerat multa perpessa à compluribus medicis, & erogauerat omnia sua, nec quidquam profecerat. Mar.5,26.

Medice cura teipsum. Luc.4,23.

Salutat vos Lucas medicus charissimus, & Demas. Col.4,14.

MEDIATOR.

Dominus, qui hæc audit, ipse mediator ac testis est, quòd nostra promissa faciemus. Iudic.11,10. 1.Reg.8,22.

Mediator autem vnius non est: Deus autem vnus est. Gal.3,20.

Mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus. 1.Tim.2,6.

Meliùs sortitus est ministerium, quantò & melioris testamenti mediator est, quod in melioribus promissionibus sancitum est. Heb.8,6.

Et ideò noui testamenti mediator est. † 9,15.

MEDIETAS.

Et probassem vix medietatem sapientiæ tuæ mihi fuisse narratam: vicisti famam virtutibus tuis. 2.Par.9,6.

Initium, & consummationem, & medietatem temporum. Sap.7,18. Isa.44,19.

Medietas eius redacta est in fauillam. Ezechielis 15,4.

MEDITOR.

Egressus fuerat [Isaac] ad meditandum in agro, inclinata iam die. Gen.24,63.

Meditaberis in eis [verbis] sedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens atque consurgens. Et ligabis ea quasi signum in manu tua, eruntque & mouebuntur inter oculos tuos, scribesque ea in limine & ostiis domus tuæ. Deut.6,7.

Docete filios vestros vt illa meditentur: quando sederis in domo tua, & ambulaueris in via, & accubueris atque surrexeris. † 11,19.

Meditaberis in eo [volumine] diebus ac noctibus. Iof.1,8.

In lege eius meditabitur die ac nocte. Psal.1,2.

Meditatio cordis mei in conspectu tuo semper. † 18,15.

Lingua mea meditabitur iustitiam tuam, tota die laudem tuam. † 34,27. † 70,24.

Iniquitatem meditatus est in cubili suo: astitit omni viæ non bonæ, malitiam autem non odiuit. † 35,5.

In meditatione mea exardescit ignis. † 38,4.

Os meum loquetur sapientiam: & meditatio cordis mei prudentiam. † 48,4.

In matutinis meditabor in te. † 62,7.

Meditatus sum nocte cum corde meo. † 76,7.

Meditabor in omnibus operibus tuis. 13.

Meditabor in mandatis tuis, quæ dilexi. † 118,47.

Nisi quòd lex tua meditatio mea est, tunc fortè periissem in humilitatem meam. 92.

Lex tua meditatio mea est. 174.

Meditatus ſum in omnibus operibus tuis, in factis manuum tuarum meditabar. † 142,5.

Faciendi plures libros nullus eſt finis: frequenſque meditatio carnis afflictio eſt. Eccleſ. 12,12.

Meditatus eſt in ſpiritu ſuo duro per diem æſtus. Iſa. 27,8.

Cor tuum meditabitur timorem. † 33,18. † 38,14.

Hæc meditare, in his eſto: vt profectus tuus manifeſtus ſit omnibus. 1. Tim. 4,15.

MEDIVS.

Filij autem Iſrael perrexerunt per medium ſicci maris. Exod. 14,29. † 15,22.

Sequeſter & medius fui inter vos & Dominum. Deut. 5,5.

Dominus Deus tuus in medio tui eſt, Deus magnus & terribilis. † 7,21. Ioſ. 8,22.

In medio populi mei habito. 4. Reg. 4,13.

Et tecum Deus in medio noſtri: vt ſicut placuerit tibi, ita cum tuis omnibus conuerſeris nobiſcum. Iudith 16,18.

In media nocte turbabuntur. Iob 34,20.

Deus in medio eius non commouebitur. Pſal. 45,6.

Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi. † 118,62.

Media charitate conſtrauit. Cant. 3,18.

In medio Iſrael ego ſum: & ego Dominus Deus veſter, & non eſt amplius. Ioel. 2,27.

Rex Iſrael Dominus in medio tui, non timebis malum vltrà. Soph. 16,17.

Medius autem veſtrûm ſtetit, quem vos neſcitis. Ioan. 1,26. † 8,9. Act. 1,15. 1. Cor. 5,2.

Exite de medio eorum. 2. Cor. 6,17. Epheſ. 2.14. Philip. 2,15.

Qui tenet nunc, teneat, donec de medio fiat. 2. Theſſ. 2,7. Apoc. 5,6. † 22,2.

MEDVLLA.

Dabo vobis omnia bona Aegypti, vt comedatis medullam terræ. Gen. 45,18. Num. 18,12. Deut. 22,14.

Medullis oſſa illius irrigantur. Iob 21,24.

In monte hoc conuiuium pinguium, conuiuium vindemiæ, pinguium medullatorum, vindemiæ defæcatæ. Iſa. 25,6. † 34,6.

Sumam ego de medulla cedri ſublimis, & ponam: de vertice ramorum eius tenerum diſtringam, & plantabo ſuper montem excelſum & eminentem. Ezech. 17,22. Heb. 4,12.

MEDVS.

Horruerunt Perſæ conſtantiam eius [Iudith] & Medi audaciam eius. Iudith 16,12. Eſth. 1,3.

Aſcende Elam, obſide Mede. Iſa. 21,2.

Suſcitauit Dominus ſpiritum regum Medorum: & contra Babylonem mens eius eſt. Ierem. 51,11. Dan. 5,28.

Verus eſt ſermo, iuxta decretum Medorum atque Perſarum, quod præuaricari non licet. Dan. 6,12. 1. Mach. 1,1. Act. 2,9.

MEL.

Deferte viro munera, modicum reſinæ, & mellis. Gen. 43,11.

Vt ſugeret mel de petra. Deut. 32,13.

Nec quidquam fermenti ac mellis adolebitur in ſacrificio Domini. Leuit. 2,11.

Examen apum in ore leonis erat, ac fauus mellis. Iudic. 14,8.

Guſtans guſtaui in ſummitate virgæ, quæ erat in manu mea paululum mellis, & ecce ego morior. 1. Reg. 14,43. † 17,28.

Non videat riuulos fluminis, torrentes mellis, & butyri. Iob 20,17.

Iudicia Domini, &c. dulciora ſuper mel & fauum. Pſal. 18,11.

Comede, fili mi, mel, quia bonum eſt: & fauum dulciſſimum gutturi tuo. Prou. 24,13.

Mel inueniſti, comede quod ſufficit, ne fortè ſatiatus euomas illud. † 25,16,27.

Mel & lac ſub lingua tua. Cant. 4,11. Eccli. 24,27.

In omni ore quaſi mel indulcabitur eius [Ioſiæ] memoria. Eccli. 49,2. Mat. 3,4. Apoc. 10,9.

MELCHISEDECH.

Melchiſedech rex Salem proferens panem & vinum. Gen. 14,18.

Tu es ſacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech. Pſal. 109,4. Heb. 5,10.

Hic enim Melchiſedech rex Salem, ſacerdos Dei ſummi. Heb. 7,1.

MELCHOM.

Ibit Melchom in captiuitatem ipſe, & principes eius ſimul. Amos 1,15.

MELITA.

Cognouimus quia Melita inſula vocabatur. Act. 28,1.

MELLO.

Domum ſuam, & Mello, & murum Ieruſalem. 3. Reg. 9,15.

Et hæc cauſa rebellionis aduerſus eum, quia Salomon ædificauit Mello, & coæquauit voraginem ciuitatis Dauid. † 11,27.

MELODIA.

Prophetiæ præerat, ad præcinendam melodiam. 1. Par. 15,22.

Tibiæ & pſalterium ſuauem faciunt melodiam: & ſuper vtraque lingua ſuauis. Eccli. 40,21.

MELOTHI.

Effregit autem [Holofernes] ciuitatem opinatiſſimam Melothi. Iudith 2,13.

MEMBRVM.

Membra mea quaſi in nihilum redacta ſunt. Iob 17,7. † 41,14. Ezech. 17,3. 2. Mach. 7,7.

Expedit enim tibi vt pereat vnum membrorum tuorum, quàm totum corpus tuum mittatur in gehennam. Mat. 5,29.

Exhibete vos Deo tamquam ex mortuis viuentes:

tes: & membra vestra arma iustitiæ Deo. Roman 6,13.

Sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem; ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. 19.

Omnia autem membra non eumdem actum habent. † 12,4.

Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis? Absit. 1.Cor.6,15.

An nescitis quoniam membra vestra, templum sunt Spiritus sancti qui in vobis est, quem habetis à Deo, & non estis vestri? Empti enim estis pretio magno. Glorificate & portate Deum in corpore vestro. 19.

Membra corporis cùm sint multa, vnum tamen corpus sunt: ita & Christus. † 12,12.

Quæ videntur membra corporis infirmiora esse, necessariora sunt. 22.

Sumus inuicem membra. Ephes.4,25.

Quia membra sumus corporis eius de carne eius & de ossibus eius. † 5,30. Iac.4,1.

MEMINI, MEMORIA.

Memento mei, cùm tibi benè fuerit, & facias mecum misericordiam: vt suggeras Pharaoni vt educat me de isto carcere: quia furtim sublatus sum de terra Hebræorum, & hic innocens in lacum missus sum. Gen.40,14.

Hoc nomen mihi est in æternum, & hoc memoriale meum in generatione & generationem. Exod.3,15.† 16,32.

Delebo enim memoriam Amalec de sub cælo. † 17,14.

Memento vt diem sabbati sanctifices. † 20,8.

In omni loco, in quo memoria fuerit nominis mei. 24.

Memoriale filiis Israel. † 28,12,19. Num. 11,5.† 15,29. Deut.4,9.

Memento quòd & ipse seruieris in Aegypto. Deut.5,15.

Memoriter teneant, & ore decantent † 31,19.

Memento dierum antiquorum, cogita generationes singulas. † 32,7.

Cessare faciam ex hominibus memoriam eorum. 26.

Memini enim quando ego & tu sedentes in curru sequebamur Achab. 4.Reg.9,25.

Memento quæso quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod placitum est coram te, fecerim. 4.Reg.20,3.

Memento verbi quod mandasti Moysi. 2.Esdræ 1,8.

Vobis autem non est pars, & iustitia, & memoria in Ierusalem. 20.

Nolite timere à facie eorum. Domini magni & terribilis mementote, & pugnate pro fratribus vestris. † 4,14.

Memento mei Deus in bonum, secundùm omnia, quæ feci populo huic. 2 Esd.15,19.

Memento mei Deus pro hoc, & ne deleas miserationes meas, quas feci in domo Dei mei, & in cæremoniis eius. † 13,14.

Et pro hoc ergo memento mei Deus, & parce mihi secundùm multitudinem miserationum tuarum. 22.

Memento mei Deus in bonum. Amen. 31.

Quoniam [Tobias] memor fuit Domini in toto corde suo, dedit illi Deus gratiam in conspectu Salmanasar regis. Tob.1,13.

Memor esto mei, & ne vindictam sumas de peccatis meis, neque reminiscaris delicta mea, vel parentum meorum. † 3,3.

Erit enim hoc memoriale nominis tui. Iudith 9,15.

Memento Domine testamenti tui. 18.

Sed & Mardochæus rei memoriam literis tradidit. Esther 12,4.

Memorare dierum humilitatis tuæ. † 15,2.

Tamen scio quia vniuersorum memineris. Iob 10,13.

Memoria vestra comparabitur cineri, & redigentur in lutum ceruices vestræ. † 13,12.

Memoria eius pereat de terra. † 18,17.

Memor ero tui de terra Iordanis. Psal.41,7.

Memores erunt nominis tui Domine. † 44,18.

Si memor fui tui super stratum meum. † 62,7.

Memor fui Dei, & delectatus sum. † 76,4.

Memor fui operum Domini. 12.

Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum. † 78,8.

Memor ero Rahab & Babylonis scientium me. † 86,4. † 87,6.

Memorare quæ mea substantia. † 88,48.

Confitemini memoriæ sanctificationis eius. † 96,12.

Memoriale tuum in generationem & generationem. † 101,13.

Memores sunt mandatorum ipsius, ad faciendum ea. † 102,18.

Mementote mirabiliũ eius, quæ fecit. † 104,5.

Memor fuit in sæculum testamenti sui, verbi quod mandauit in mille generationes. 8.

Memor fuit verbi sancti sui, quod habuit ad Abraham puerum suum. 42.

Non fuerunt memores multitudinis misericordiæ tuæ. † 105,7.

Memor fuit testamenti sui. 45.

In memoriam redeat iniquitas patrum eius in conspectu Domini. † 108,14.

Dispereat de terra memoria eorum. 15.

Memoriam fecit mirabilium suorum. † 110,4.

In memoria æterna erit iustus, ab auditione mala non timebit. † 111,7.

Dominus memor fuit nostri. † 113,20.

Memor esto verbi tui seruo tuo. † 118,49.

Memento Domine Dauid. † 131,1.

Memoriale tuum in generationem & generationem. † 134,13.
Memor esto Domine filiorum Edom, in die Ierusalem. † 136,7.
Memor fui dierum antiquorum. † 142,5.
Memoriam abundantis suauitatis tuæ eructabunt. † 144,7.
Memoria iusti cum laudibus: & nomen impiorum putrescet. Prou.10,7.
Non est priorum memoria. Eccles.1,11.
Non enim erit memoria sapientis similiter vt stulti in perpetuum. † 2,16.
Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, antequam veniat tempus afflictionis, & appropinquent anni de quibus dicas: Non mihi placent. † 12,1.
Nomen nostrum obliuionem accipiet per tempus, & nemo memoriam habebit operum nostrorum. Sap.2,4.
O quàm pulchra est casta generatio cum claritate? immortalis est enim memoria illius, quoniam apud Deum nota est, & apud homines. † 4,1.
Memoria illorum peribit. 19.
Habebo per hanc immortalitatem, & memoriam æternam his qui post me futuri sunt, relinquam. † 8,13.
Insipientiæ suæ reliquerunt hominibus memoriam. † 10,8.
Cessare fecit memoriam eorum à terra. Memoriam superborum perdidit Deus, & reliquit memoriam humilium sensu. Eccli.10,20.
Memoria mea in generationes sæculorum. † 24,28.
Et sunt quorum non est memoria: perierunt quasi non fuerint: & nati sunt, quasi non nati, & filij ipsorum cum ipsis. † 44,9.
Dilectus Deo & hominibus Moyses, cuius memoria in benedictione est. † 45,1.
Sculptis, in memoriam secundùm numerum tribuum Israel. 13.
Memoria Iosiæ in compositionem odoris facta opus pigmentarij. † 49,1.
Excidisti in excelso memoriale diligenter, in petra tabernaculum tibi. Isaiæ 22,16.
Nomen tuum, & memoriale tuum in desiderio animæ. † 26,8.
Ne meminentis priorum, & antiqua ne intueamini. † 43,18.
Reduc me in memoriam, & iustificemur simul: narra si quid habes vt iustificeris. † 43,26.
Post ostium, & retro postem posuisti memoriale tuum. † 57,8.
Memoria memor ero, & tabescet in me anima mea. Thren.3,20.
Noli meminisse iniquitatum patrum nostrorum, sed memento manus tuæ, & nominis tui in tempore isto. Baruch 3,5.
Erit enim memoria vestra ab eo qui duxit vos. † 4,27.
Vt non sit vltrà memoria filiorum Ammon in Gentibus. Ezech.25,10.
Dominus Deus exercituum, Dominus memoriale eius. Osee 12,5.
Conuertentur sedentes in vmbra eius: viuent tritico, & germinabunt quasi vinea: memoriale eius sicut vinum Libani. † 14,8.
Coronæ erunt Helem, & Tobiæ, & Idaiæ, & Hem, filio Sophoniæ, memoriale in templo Domini. Zach 6,14.
Lætificabat Iacob in operibus suis & in sæculum memoria eius in benedictione. 1.Mach.3,7.
Miserunt in Ierusalem, vt esset apud eos ibi memoriale pacis & societatis. † 8,22.
Memoriam mortis suæ ad exemplum virtutis & fortitudinis derelinquens [Eleazarus.] 2.Machab.6,31. Luc.1,72.
Memores estote vxoris Lot. Luc.17,32.
Quòd sine intermissione memoriam vestri facio semper in orationibus meis. Rom.1,9.
Laudo autem vos, fratres, quòd per omnia mei memores estis. 1.Cor.11,2.
Memores estote vinculorum meorũ. Col.4,14
Memoriam tui faciens in orationibus meis. Philem.v.4.
Dabo autem operam & frequenter habere vos post obitum meum, vt horum memoriam faciatis. 2.Pet.1,15.
Memores sitis eorum, quæ prædixi, verborum, à sanctis Prophetis. † 3,2. Heb.8,12. † 11,2.
Babylon magna venit in memoriam ante Deum, dare illi calicem vini indignationis iræ eius. Apoc.16,19.

MEMPHIS.

Emarcuerunt principes Mẽpheos. Isa.19,13.
Memphis in solitudinem erit, & deseretur. Ierem.46,19.
Et in Memphis angustiæ quotidianæ. Ezech.30,16. Osee 9,6.

MENDICVS.

Omnino indigens & mendicus non erit inter vos, vt benedicat tibi Dominus. Deut.15,4.
Mendicus sum & pauper: Dominus sollicitus est mei. Psal.39,18.
Mutantes transferantur filij eius, & mendicent, & eijciantur de habitationibus suis. † 108,10.
Propter frigus piger arare noluit: mendicabit ergo æstate, & non dabitur illi. Prou.20,4.
Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi. † 30,8.
Fodere non valeo, mendicare erubesco. Lucæ 16,3.
Erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius vlceribus plenus. 20. Ioan.6,8.

ME-

MENELAVS.

Nec terræ dari Menelaum, &c. ipse in cineris morte damnatus est. 2.Mach.13,7.

MENS.

Quomodo potui comedere eam [victimam] aut placere Domino in ceremoniis mente lugubri? Leuit.10,19.

In mente nobis veniunt cucumeres,& pepones, porrique,& cepe,& allia. Num.11,5.† 32,7.

Quis det talem eos habere mentem vt timeant me,& custodiant vniuersa mandata mea in omni tempore? Deut 5,29. Iosf.22,23.

Eadem mente,vnoque consilio. Iudic.10,11.

Igitur iratus est Dominus Salomoni, quòd auersa esset meus eius à Domino. 3.Reg.11,9. 1.Par.28,9,18.

Omnibus autem diebus vitæ tuæ in mente habeto Deum. Tob.4,6.

Decollatum Holofernem audisset,fugit mens, & consilium ab eis. Iudith 15,1. Esth.13,18. Iob 13,13.

Cogitationes meæ variæ succedunt sibi, & mens in diuersa rapitur. Iob 20,2. Psal.30,23.

Ibi Beniamin adolescentulus, in mentis excessu. Psal.67,28.

Secura mens quasi iuge conuiuium. Prouerb.15,15.† 19,8.

Mens mea contemplata est multa sapienter, & didici. Ecclef.1,16.

Et quomodo mente tractaui, sic eueniet. Isa.14,24. Ierem.51,11. 2.Mach.2,2.

Cecidit super eum [Petrum] mentis excessus. Act.10,10. Rom.7,23.

Siue enim mente excedimus, Deo; siue sobrij sumus, vobis. 2.Cor.5,13. Heb.8,10. 2.Petri 3,1. Apoc.3,3.

MENSA.

Facies & mensam de lignis setim, &c. inaurabis eam auro purissimo, faciesque illi labium aureum per circuitum. Exod.25,23.† 37,10.

Mensamque extra velum, & contra mensam candelabrum. † 26,34.

Tu comedes panem in mensa mea semper. 2.Reg.9,7.

Qui veniebant ad nos de gentibus, quæ in circuitu nostro sunt,in mensa mea erãt.2.Esd.5,17.

Præponens mensis singulos de principibus suis. Esth.1,8.

Requies autem mensæ tuæ erit plena pinguedine. Iob 36,16.

Parasti in conspectu meo mensam, aduersus eos qui tribulant me. Psal.22,5.

Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in retributionem, & in scandalum. † 88,23.

Immolauit [sapientia] victimas suas,miscuit vinum, & proposuit mensam suam. Prou.9,2. Eccli.29,33.

Supra mensam magnam sedisti? non aperias super illam faucem tuam prior. Eccli.31,12.

Vir respiciens in mensam alienam,non est vita eius in cogitatione victus. Alit enim animam suam cibis alienis. † 40,30.

Pone mensam, contemplare in specula comedentes & bibentes: surgite principes, arripite clypeum. Isa.21,5.

Omnes enim mensæ repletæ sunt vomitu sordiumque, ita vt non esset vltrà locus. † 28,8.

Et vos, qui dereliquistis Dominum, qui obliti estis montem sanctum meum,qui ponitis Fortunæ mensam,& libatis super eam. † 65,11.

Duæ mensæ hinc, & duæ mensæ inde: vt immoletur super eas holocaustum,& pro peccato,& pro delicto. Ezech.40,39. Dan.1,8. † 14,12.

Mensa Domini despecta est. Malach. 1,7. Mar.7,28.

Ecce manus tradentis me mecum est in mensa. Luc 22,21. Ioan.2,15.

Apposuit eis mensam,& lætatus est cum omni domo sua credens Deo. Act.16,34.

Non potestis mensæ Domini participes esse,& mensæ dæmoniorum. 1.Cor.10,21. Heb.9,2.

MENSIS.

Mensis iste, vobis principium mensium: primus erit in mensibus anni. Exod.12,2.

Hodie egredimini, mense nouarum frugum. † 13,4.† 23,15.

Mense enim verni temporis egressus es de Aegypto. † 34, 18.

Mense primo, prima die mensis, eriges tabernaculum testimonij. † 40,2.

Mense primo anni secundi, prima die mensis collocatum est tabernaculum. † 40,15.

Mense septimo decima die mensis, affligetis animas vestras. Leuit.16,29.

Mense primo, quartadecima die mensis ad vesperum, Phase Domini est: & quintadecima die mensis huius, solemnitas azymorum Domini est. † 23,5. Num.28,11.

Mensis etiam septimi prima dies venerabilis & sancta erit vobis. Num.29,1.

Obserua mensem nouarum frugum, & verni primum temporis, vt facias Phase Domino Deo tuo: quoniam in isto mense eduxit te Dominus Deus tuus de Aegypto nocte. Deut 16,1.

Dimitte me vt duobus mensibus circumeam montes, & plangam virginitatem meam cum sodalibus meis. Iudic 11,37.

Et exiuit mensis duodecimus, qui vocatur Adar. Esth.3,7.

Sic & ego habui menses vacuos. Iob 7,3.

Decem mensium tempore coagulatus sum in sanguine. Sap.7,2.

Mensis secundùm nomen eius est, crescens mirabiliter in consummatione. Eccli.43,8.

Et erit mensis ex mense,& sabbatum ex sabbato. Isa.66,23.

In primo mense, vna mensis, sumes vitulum de armento immaculatum. Ezech. 45,18.

Hic mensis sextus est illi, quæ vocatur sterilis. Luc. 1,36.

MENSTRVVS, VM.

Immunda erit septem diebus, iuxta dies separationis menstruæ. Leuit. 12,2.

Ad mulierem, quæ patitur menstrua, non accedes, nec reuelabis fœditatem eius. † 18,19.

Detestor illud quasi pannum menstruatæ. Esth. 14,16. Isa. 64,6.

In menstruis eius inuenient eam. Ier 2,24.

Immunditiam menstruatæ humiliauerunt in te. Ezech. 22,10.

Iuxta immunditiam menstruatæ facta est via eorum coram me. † 36,17.

Erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Ierusalem, in ablutionem peccatoris & menstruatæ. Zach. 13,1.

MENTHA.

Pharisæi hypocritæ, qui decimatis mentham & anethum. Matth. 23,23. Luc. 11,42.

MENTIOR.

Cur mentitus es eam sororem tuam esse? Gen. 26,9.

Non suscipies vocem mendacij: nec iunges manum tuam, vt pro impio dicas falsum testimonium. Exod. 23,1.

Mendacium fugies. 7.

Per tres vices mentitus es mihi. Iudic. 16,15.

Mentiris: filius quippe meus viuit. 3. Reg. 3,22

Ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. † 22,22.

Noli, quæso, domine mi, vir Dei, noli mentiri ancillæ tuæ. 4. Reg. 4,16.

Viriq; Mendacij, & Securus, & Incendens, qui principes fuerunt in Moab. 1. Par. 4,22.

Mendaciorum cuniculis conentur subuertere. Esth. 16,5.

Videte an mentiar. Iob 6,28.

Prius vos ostendens fabricatores mendacij, & cultores peruersorum dogmatum. † 13,4.

Quis me potest arguere esse mentitũ? † 24,25.

Nec lingua mea meditabitur mendacium. † 27,3.

Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Psal. 5,7.

Mentita est iniquitas sibi. † 26,12.

Mentientur tibi inimici tui. † 65,3.

Inimici Domini mentiti sunt ei. † 80,16.

Omnis homo mendax. † 115,2.

Sex sunt, quæ odit Dominus, & septimum detestatur anima eius: Oculos sublimes, linguam mendacem, manus effundentes innoxium sanguinem, cor machinans cogitationes pessimas, pedes veloces ad currendum in malum, proferentem mendacia testem fallacem, & eum qui seminat inter fratres discordias. Prou. 6,16.

Qui nititur mendaciis, hic pascit ventum. † 10,4.

Qui autem mentitur, testis est fraudulentus. † 12,17.

Abominatio est Domino labia mendacia. 22.

Verbum mendax iustus detestabitur. † 13,5.

Profert mendacia versipellis. † 14,25.

Suauis est homini panis mendacij, & postea implebitur os eius calculo. † 20,17.

Princeps, qui libenter audit verba mendacij, omnes ministros habet impios. † 29,12.

Os autem quod mentitur, occidit animam. Sap. 1,11.

Mendaces ostendit qui maculauerunt illum. † 10,14.

Noli arare mendacium aduersus fratrem tuum, neque in amicum similiter facias. Eccli. 7,13.

Potior fur quàm assiduitas viri mendacis: perditionem autem ambo hereditabunt. † 20,27.

Pauperem superbum, diuitem mendacem, senem fatuum & insensatum. † 25,4.

Ab immundo quid mundabitur? & à mendace quid verum dicetur. † 34,4.

Et à præsidente, & à potente de mendacio. † 41,21.

Longæuus & honorabilis ipse est caput: & propheta docens mendaciũ, ipse est cauda. Isa. 9,15.

Posuimus mendacium spem nostram, & mendacio protecti sumus. † 28,15.

Subuertet grando spem mendacij. 17.

Quia mentita es, & mei non es recordata, neque cogitasti in corde tuo. † 57,11.

Ecce nos venimus ad te: tu enim es Dominus Deus noster: verè mendaces erant colles, & multitudo montium. Ierem. 3,23.

Confiditis vobis in sermonibus mendacij, qui non proderunt vobis. † 7,8.

Apprehenderunt mendacium, & noluerunt reuerti. † 8,5.

Mendacium operatus est stylus mendax scribarum. 8.

Docuerunt enim linguam suam loqui mendacium. † 9,5.

Ad te Gentes venient ab extremis terræ, & dicent: Verè mendacium possederunt patres nostri, vanitatem, quæ eis non profuit. † 16,19.

Vaticinantium mendacium & prophetantium seductiones cordis sui. † 23,26.

Omnes viri superbi, dicentes ad Ieremiam: Mendacium tu loqueris, non misit te Dominus. † 43,2.

Ad mensam vnam mendacium loquentur, & non proficient. Dan. 11,27.

Dixit autem Daniel: Rectè mentitus es in caput tuum. † 13,55.

Ephraim pascit ventum & sequitur æstum: tota die mendacium, & vastitatem multiplicat, & fœdus cum Assyriis iniit. Osee 12,1.

Domus

Domus mendacij in deceptionem regibus Israel. Mich.1,14.

Vtinam non essem vir habens spiritum, & mendacium potiùs loquerer. † 2,11.

Habitantes in ea loquebantur mendacium, & lingua eorum fraudulenta in ore eorum. † 6,12.

Mentietur opus oliuæ. Habac.3,17.

Cùm loquitur [diabolus] mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax est, & pater eius. Ioan.8,44.

Si dixero quia non scio eum, ero similis vobis mendax. 55.

Anania, cur tentauit satanas cor tuum, mentiri te Spiritui sancto, & fraudare de pretio agri? Act.5,3.

Non es mentitus hominibus, sed Deo. 4.

Est autem Deus verax, omnis autem homo mendax. Rom.3,4.

Si autem veritas Dei in meo mendacio abundat. 7.

Quæ autem scribo vobis, ecce coram Deo, quia non mentior. Gal.1,20.

Deponentes mendacium, loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo. Ephes.4,25.

Nolite mentiri inuicem. Col.3,9.

Attendentes spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum, in hypocrisi loquentium mendacium. 1.Tim.4,2.

In spem vitæ æternæ, quam promisit qui non mentitur, Deus. Tit.1,2.

Cretenses semper mendaces, malę bestiæ, ventres pigri. 12.

Impossibile est mentiri Deum. Heb.6,18.

Si dixerimus quia non peccauimus, mendacem facimus eum, & verbum eius non est in nobis. 1.Ioan.1,10.

Qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit, mendax est. † 2,4.

Quis est mendax, nisi is qui negat quoniam Iesus est Christus? 22. Apoc.3,9.

In ore eorum non est inuentum mendacium. Apoc.14,5.

MENTVM.

Apprehēdebam mentū eorum [vrsi & leonis] & suffocabā, interficiebamque eos. 1.Reg.17,35

Tenuit [Ioab] manu dextera mentum Amasæ, quasi osculans eum, &c. effudit intestina eius in terram. 2.Reg.20,9.

MERCATOR.

Non erit mercator vltrà in domo Domini. Zach.14,21. 1.Mach.3,41.

Mercatores tui erant principes terræ, quia in veneficiis tuis errauerunt omnes gentes. Apocal.18,23.

MERCATVS.

Syrus negotiator tuus propter multitudinem operum tuorum, gemmam, & purpuram, & scutulata, & byssum, & sericum, & chodchod proposuerunt in mercatu tuo. Ezech.27,16.

Venditores Saba, & Reema, ipsi negotiatores tui: cum vniuersis primis aromatibus, & lapide pretioso. 22.

MERX.

Quando transibit mensis & venumdabimus merces, & sabbatum, & aperiemus frumentum: vt imminuamus mensuram, & augeamus siclum, & supponamus stateras dolosas? Amos 8,5.

Ioseph autem mercatus sindonem, & deponens eum inuoluit sindone. Mar.15,46.

Faciemus ibi quidem annum, & mercabimur, & lucrum faciemus: qui ignoratis quid erit in crastino? Quæ est enim vita vestra? vapor est ad modicum parens. Iac.4,13.

Negotiatores terræ flebunt, & lugebunt super illam [Babylonem] quoniam merces eorum nemo emet ampliùs, merces auri, & argenti, & lapidis pretiosi, & margaritæ, & byssi. Apoc.18,11.

MERCES.

Protector tuus sum, & merces tua magna nimis. Gen.15,1. † 22,16.

Sed & pater vester circumuenit me, & mutauit mercedem meam decem vicibus. † 31,7.

Aduena & mercenarius non edent ex eo [Phase.] Exod.12,45.

Non morabitur opus mercenarij tui apud te vsque manè. Leuit.19,13.

An quia mercedem aduentui tuo reddere nequeo? Num.22,37. † 24,11,14.

Non offeres mercedem prostibuli, nec pretium canis in domo Domini Dei tui, quidquid illud est quod voueris: quia abominatio est vtrumque apud Dominum. Deut.23,18.

Mercedem operarij eodem die redde, ne clamet contra te ad Dominum, & reputetur tibi in peccatum. † 24,15. Tob.4,15. † 5,14.

Merces Caleb constantis. Terra, quam calcauit pes tuus erit possessio tua, & filiorum tuorum in æternum, quia secutus es Dominum. Ios.14,9.

Me mercede conduxit vt sim ei sacerdos. Iudic.18,4.

Plenam mercedem recipias à Domino. Ruth 2,12.

Occidi eum in Siceleg, cui oportebat mercedem dare pro nuntio. 2.Reg.4,10.

Mercedem seruorum tuorum dabo tibi. 3.Regum 5,6.

Mercede conduxit aduersum nos rex Israel reges Hethæorum, & Aegyptiorum, & venerunt super nos. 4.Reg.7,6.

Confortamini, & non dissoluantur manus vestræ: erit enim merces operi vestro. 2.Par.15,7.

Mercede quoque conduxit de Israel centum millia robustorum, centū talentis argenti. † 25,6.

Quam mercedem dabimus ei? aut quid dignum poterit esse beneficiis eius? Tob.12,12.

Nihil omnino mercedis accepit. Esth.6,3.

Sicut

Sicut dies mercenarij dies eius. Iob 7,1.
Sicut mercenarij dies eius. † 14,6. Psal. 40,2.
Mortui verò nihil nouerunt amplius, nec habent vltrà mercedem. Ecclef. 9,5.
Iusti autem in perpetuum viuent, & apud Dominum est merces eorum. Sap. 5,16.
Reddidit iustis mercedem laborum suorum. † 10,17.
Orate semper, & ne verearis vsque ad mortem iustificari: quoniam merces Dei manet in æternum. Eccli. 18,22.
Qui effundit sanguinem, & qui fraudem facit mercenario, fratres sunt. † 34,27.
Da mercedem sustinentibus te. † 36,18.
Dedit mihi Dominus linguam mercedem meam, & in ipsa laudabo eum. † 51,30.
Operamini opus vestrum ante tempus, & dabit vobis mercedem vestram. 38.
Adhuc in vno anno, quasi in anno mercenarij, & auferetur omnis gloria Cedar. Isaiæ 21,16.
Ecce merces eius cum eo, & opus illius coram illo. † 40,10.
Ecce saluator tuus venit: ecce merces eius cum eo, & opus eius coram illo. † 62,11.
Cesset vox tua à ploratu, & oculi tui à lacrymis: quia est merces operi tuo, ait Dominus, & reuertentur de terra inimici, & est spes nouissimis tuis. Ierem. 31,16.
Mercenarij quoque eius, qui versabantur in medio eius. † 46,21.
Omnibus meretricibus dantur mercedes: tu autem dedisti mercedes cunctis amatoribus tuis. Ezech. 16,33.
Omne caput decaluatum, & omnis humerus depilatus est: & merces non est reddita ei, neque exercitui eius, de Tyro, pro seruitute, qua seruiuit mihi aduersus eam. † 29,18.
Corrumpam vineam eius & ficum eius, de quibus dixit: Mercedes hæ meæ sunt, quas dederunt mihi amatores mei. Osee 2,12.
Cùm mercede conduxerint nationes, nunc congregabo eos: & quiescent paulisper ab onere regis. † 8,10.
Omnia sculptilia eius concidentur, & omnes mercedes eius comburentur igne. Mich. 1,7.
Qui mercedes congregauit, misit eas in sacculum pertusum. Agg. 1,6.
Merces hominum non erat, nec merces iumentorum erat. Zach. 8,10.
Si bonum est in oculis vestris, afferte mercedem meam; & si non, quiescite. Et appenderunt mercedem meam triginta argenteos. Et dixit Dominus ad me: Proiice illud ad statuarium, decôrum pretium, quo appretiatus sum ab eis. † 11,12.
Persecuti vos fuerint, &c. gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis. Matth. 5,12. † 6,1.
Mutuum date nihil inde sperantes: & erit merces vestra multa, & eritis filij Altissimi. Lucæ 6,35.
Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo? Surgam, & ibo ad patrem meum. † 15,17.
Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eű de ouibus. Ioan. 10,13.
Mercedem quam oportuit erroris sui in semetipsis recipientes. Rom. 1,27.
Ei autem, qui operatur, merces non imputatur secundùm gratiam, sed secundùm debitű. † 4,4.
Vnusquisque autem propriam mercedem accipiet secundùm suum laborem. 1. Corinth. 3,8. Heb. 2,2.
Ecce merces operariorum, qui messuerunt regiones vestras, quæ fraudata est à vobis, clamat: & clamor eorum in aures Domini sabaoth introiuit. Iac. 5,4.
In corruptione sua peribunt, percipientes mercedem iniustitiæ. 2. Pet. 2,13.
Væ illis, quia in via Cain abierunt, & errore Balaam mercede effusi sunt, & in contradictione Core perierunt. Iudæ v. 11. Apoc. 11,18.
Ecce venio citò, & merces mea mecum est, reddere vnicuique secundum opera sua. Apoc. 22,12

MERCVRIVS.

Sicut qui mittit lapidem in aceruum Mercurij: ita qui tribuit insipienti honorem. Prou. 26,8.
Vocabant Barnabam Iouem, Paulum verò Mercuriű: quoniã ipse erat dux verbi Act. 14,11.

MEREOR, MERITVM.

Maior est iniquitas mea quàm vt veniam merear. Gen. 4,13.
Meritò hæc patimur, quia peccauimus in fratre nostrum, videntes angustiam animæ illius. † 42,21. Deut. 7,10. Iudic. 20,10. 2. Par. 19,2.
Intelligeres quòd multò minora exigaris ab eo, quàm meretur iniquitas tua. Iob 11,6. † 21,4.
Omnis misericordia faciet locum vnicuique secundùm meritum operum suorum, & secundùm intellectum peregrinationis ipsius. Eccli. 16,15. † 38,18. Heb. 10,29.

MERETRIX.

Suspicatus est esse meretricem: operuerat enim vultum suum, ne agnosceretur. Gen. 38,15.
Non erit meretrix de filiabus Israel, nec scortator de filiis Israel. Deut. 23,17.
Iephte Galaadites vir fortissimus atque pugnator, filius mulieris meretricis, &c. eiecerunt Iephte. Iudic. 11,1.
Vidit ibi [Samson] mulierem meretricem, ingressusque est ad eam. † 16,1.
Venerunt duæ mulieres meretrices ad regem, &c. Diuidite, inquit, infantem viuum in duas partes. 3. Reg. 3,16. 2 Par. 16,14.
Ne attendas fallaciæ mulieris: fauus enim distillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius: nouissima autem illius amara quasi absynthium,

thium, & acuta quasi gladius biceps. Prou.5,3.

Occurrit illi mulier ornatu meretricio, præparata ad capiendas animas: garrula & vaga, quietis impatiens. † 7,9.

Fouea enim profunda est meretrix, & puteus angustus, aliena. † 23,27,33.

Quomodo facta est meretrix, ciuitas fidelis plena iudicij? Isa.1,21.

Sume citharam, circui ciuitatem meretrix obliuioni tradita: benè cane. † 23,16.

Sub omni ligno frondoso tu prosternebaris meretrix. Ier.2,20.

Dant autem & ex ipso prostitutis, & meretrices ornant: & iterùm cùm receperint illud à meretricibus, ornant deos suos. Baruch 6,10.

Meretrix fastidio augens pretiū. Ezech.16,32.

Ipsi cum meretricibus conuersabantur, & cum effeminatis sacrificabant. Osee 4,14.

Omnia idola eius ponam in perditionem: quia de mercedibus meretricis congregata sunt, & vsque ad mercedem meretricis reuertentur. Mich.1,7.

Propter multitudinem fornicationum meretricis speciosæ, & gratæ, & habentis maleficia. Nahum 3,4.

Nam templum luxuriæ & comessationibus Gentium erat plenum, & scortantium cum meretricibus; sacratisque ædibus mulieres se vltrò ingerebant, intrò ferentes ea, quæ non licebat. 2.Mach.6,4.

Publicani & meretrices præcedent vos in regnum Dei. Matth.21,31.

An nescitis quia qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur? 1.Cor.6,16.

Veni, & ostendam tibi damnationem meretricis magnæ, quæ sedet super aquas multas, cum qua fornicati sunt reges terræ. Apoc.17,2.

Virtus Deo nostro est: quia vera & iusta iudicia sunt eius, qui iudicauit de meretrice magna. † 19,2.

MERGO.

Et cùm cœpisset mergi [Petrus] clamauit, dicens: Domine, saluum me fac. Matth.14,30. Luc.5,7. 1.Tim.6,7.

MERGVLVS.

Comedere non debetis, &c. bubonem, & mergulum, & ibin, & cygnum. Leuit.11,17.

MERIDIES.

Cùm audissent vocem Domini Dei deambulantis in paradiso ad auram post meridiem. Gen.3,8. † 12,9.

Cumque esset iam meridies, illudebat illis Elias, dicens: Clamate voce maiore. 3. Regum 18,27.

Quasi in nocte sic palpabunt in meridie. Iob 5,14. † 11,17.

Inter aceruos eorum meridiati sunt, qui calcatis torcularibus sitiunt. † 24,11. Psal.36,6.

Vespe è, & manè, & meridie narrabo. Psalmo 54,18. † 90,6.

Oritur sol, & occidit, &c. gyrat per Meridiem, & flectitur ad Aquilonem. Eccles.1,6.

Vbi pascas, vbi cubes in meridie. Cant.1,6.

Tegimen ardoris, & vmbraculum meridiani. Eccli.34,19.

Pone quasi noctem vmbram tuam in meridie. Isa.16,3.

Et animam afflictam repleueris, orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt sicut meridies. † 58,10.

Impegimus meridie quasi in tenebris, in caliginosis quasi mortui. † 59,10.

Induxi eis super matrem adolescentis vastatorem meridie. Ierem.15,8. Dan.8,9.

Occidet sol in meridie, & tenebrescere faciam terram in die luminis. Amos 8,9. Abd.v.9.

Separabitur medium montis ad Aquilonem, & medium eius ad Meridiem. Zach.14,4.

MEROB.

Filia mea maior Merob, ipsam dabo tibi vxorem: tantùmmodò esto vir fortis. 1.Reg.18,17,19.

MERODACH.

Capta est Babylon, confusus est Bel, victus est Merodach. Ier.50,2.

MERVM.

Sanguinem vuæ biberet meracissimum. Deut.32,14.

Et post nimiam potationem incaluisset mero. Esth.1,10.

Calix in manu Domini vini meri plenus misto. Psal.74,9.

Vinea meri cantabit ei. Isa.27,2.

Bibet de vino iræ Dei, quod mistum est mero in calice iræ ipsius. Apoc.14,10.

MESOPOTAMIA.

Hic primùm in Mesopotamia habitauit, quoniam noluerunt sequi deos patrum suorum. Iudith 5,7.

Ipsi Dauid in doctrinam, cùm succendit Mesopotamiam Syriæ. Tit. Psalmi 59. Act.7,2.

MESSIAS.

Inuenimus Messiam (quod est interpretatum Christus) & adduxit eum ad Iesum. Ioan.1,41.

Scio quia Messias venit (qui dicitur Christus.) † 4,25.

METALLVM.

Argenti ærisque metalla obtulerunt Domino. Exod.35,24.

Et de montibus eius æris metalla fodiuntur. Deut.8,9.

Quanta fecerunt in regione Hispaniæ, & quòd in potestatem redegerunt metalla argenti & auri, quæ illic sunt. 1.Mach.8,3.

METIOR.

Mensi sunt ad mensuram gomor: nec qui plus collegerat, habuit amplius: nec qui minus parauе-

tauerat, reperit minus. Exod. 16, 18.
Mensus est autem [Dauid] duos funiculos, vnum ad occidendum, & vnum ad viuificandum. 2. Reg. 8, 2.
Expandit se, [Elias] atque mensus est super puerum tribus vicibus, & clamauit ad Dominum. 3. Reg. 17, 21.
Dabant eam [pecuniam] iuxta numerum atque mensuram, in manu eorum qui præerant cæmentariis. 4 Reg. 12, 11.
Ad mensuram dabatur populis aqua quotidie. Iudith 7, 11.
In mensura contra mensuram, cùm abiecta fuerit, iudicabis eam. Isa. 27, 8.
Extendetur super eam mensura, vt redigatur ad nihilum, & perpendiculum in desolationem. † 34, 11.
Quis mensus est pugillo aquas, & cælos palma ponderauit. † 40, 12.
Si mensurari potuerint cæli sursum, & inuestigari fundamenta terræ deorsum: & ego abiiciam vniuersum semen Israel, propter omnia quę fecerunt. Ier. 31, 37.
Funiculus lineus in manu eius, & calamus mensuræ in manu eius. Ezech. 40, 3.
Mensus est latitudinem ędificij calamo vno. 5.
Vt imminuamus mensuram, & augeamus siclum, & supponamus stateras dolosas. Amos 8, 5.
Stetit, & mensus est terram. Habac. 3, 6.
Vt metiar Ierusalem, & videam quanta sit latitudo eius. Zach. 2, 2.
In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. Matth. 7, 2. Marc. 4, 24.
Ipsi in nobis nosmetipsos metientes, & comparantes nosmetipsos nobis. 2. Cor. 10, 12.
Mensuram pertingendi vsque ad vos. 13.
Metire templum Dei, & altare, & adorantes in eo. Apoc. 11, 1.
Habebat mensuram arundineam auream, vt metiretur ciuitatem. † 21, 15.

METO.

Sollemnitatem hebdomadarum facies tibi in primitiis frugum messis tuæ triticeę. Exod. 34, 22.
Cùm messueris segetes terræ tuæ, non tondebis vsque ad solum superficiem terræ: nec remanentes spicas colliges. Leuit. 19, 9. Iudic. 6, 4.
Cùm dies triticeæ messis instarent, venit Samson inuisere volens vxorem suam, & attulit ei hœdum de capris. Iudic. 15, 1, 2.
Iuueni qui messoribus præerat. Ruth 2, 5.
Porrò Bethsamitæ metebant triticum in valle, & eleuantes oculos suos, viderunt arcam, & gauisi sunt cùm vidissent. 1. Reg. 6, 13.
Numquid non messis tritici est hodie? inuocabo Dominum, & dabit voces & pluuias. † 12, 17.
In diebus messis primis. 2. Reg. 21, 9.
Egressus isset ad patrem suum, ad messores, ait patri suo: Caput meum doleo. 4. Reg. 4, 19.
Qui operantur iniquitatem, & seminant dolores, & metunt eos. Iob 4, 8.
Cuius messem famelicus comedet, & ipsum rapiet armatus. † 5, 5.
Sursum autem atteratur messis eius. † 18, 16.
Qui seminant in lacrymis, in exultatione metent. Psal. 125, 5. † 128, 7.
Si autem impiger fueris, veniet vt fons messis tua. Prou. 6, 11.
Qui congregat in messe, filius sapiens est: qui autem stertit æstate, filius confusionis. † 10, 5. † 11, 8.
Messui myrrham meam cum aromatibus meis. Cant 5, 1.
Non semines mala in sulcis iniustitiæ, & non metes ea in septuplum. Eccli. 7, 3.
Erit sicut congregans in messe quod restiterit, & brachium eius spicas leget. Isa. 17, 5.
Sicut nubes roris in die messis. Ante messem enim totus effloruit, & immatura perfectio germinabit. † 18, 5.
In siccitate messes illius conterentur. † 27, 11. † 37, 30.
Plenitudinem animæ messis custodientem nobis. Ier. 5, 24.
Transiit messis, finita est æstas, & nos saluati non sumus. † 8, 20. † 12, 13.
Collegerunt vinum, & messem multam nimis. † 40, 12.
Super messem tuam, & vindemiam tuam prædo irruit. † 48, 32.
Filia Babylonis quasi area, tempus trituræ eius: adhuc modicum, & veniet tempus messionis eius. † 51, 33.
Sed & Iuda pone messem tibi, cùm conuertero captiuitatem populi mei. Osee 6, 11.
Quia ventum seminabunt, & turbinem metent: culmus stans non est in eo, germen non faciet farinam. † 8, 7.
Seminate vobis in iustitia, & metite in ore misericordiæ. † 10, 12.
Mittite falces, quoniam maturauit messis, venite & descendite, quia plenum est torcular. Ioel. 3, 13.
Comprehendit arator messorem, & calcator vuæ mittentem semen. Amos 9, 13.
Tu seminabis, & non metes. Mich. 6, 15.
Respicite volatilia cæli, quoniam non serunt, neque metunt. Matth. 6, 26.
Messis quidem multa, operarij autem pauci. † 9, 37.
Messis verò consummatio sæculi est. Messores autem Angeli sunt. † 13, 39.
Scio quia homo durus es, metis vbi non seminasti. † 25, 24. Luc. 19, 21.
Videte regiones, quia albæ sunt iam ad messem. Ioan. 4, 35.
Et qui metit, mercedem accipit, & congregat

gat fructum in vitam æternam. 36. 1. Cor. 9, 11.

Qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam. Gal. 6, 8.

Mitte falcē tuam & mete, quia venit hora vt metatur, quoniā aruit messis terræ. Apoc. 14, 15.

METRETA.

Seruis tuis dabo, *&c.* vini viginti millia metretas. 2. Par. 2, 10. † 4, 5.

Lapideæ hydriæ, *&c.* capientes singulæ metretas binas, vel ternas. Ioan. 2, 6.

METVO.

Descendat ad singulare certamen, *&c.* stupebant, & metuebant nimis. 1. Reg. 17, 11.

Tantusque metus prouinciis illis incubuit, *&c.* exirent obuiàm venienti, excipientes cum [Holofernem] cum coronis & lampadibus. Iudith 3, 9.

Neque enim possum metuens respondere. Iob 9, 35.

De propitiato peccato noli esse sine metu. Eccli. 5, 5.

Et qui metuunt Dominum, inuenient illum. † 6, 16.

Homo sapiens in omnibus metuet, & in diebus delictorum attendet ab inertia. † 18, 27. † 22, 23.

A tribus timuit cor meum, & in quarto facies mea metuit. † 26, 5. † 41, 5.

Et non dixerunt in corde suo: Metuamus Dominum Deum nostrum, qui dat nobis pluuiam temporaneam, & serotinam in tempore suo. Ierem. 5, 24. Mar. 6, 20.

Metus erat magnus in vniuersis. Act. 2, 43. Heb. 11, 7.

MEVM.

Mea sunt enim omnia. Exod. 13, 2.

Meum est omne primogenitum, ex quo percussi primogenitos in Terra Aegypti. Nu. 3, 13. † 8, 17.

Qui meus est, tuus est: populus tuus, populus meus, & equi mei, equi tui. 4. Reg. 3, 7.

Omnia quæ sub cælo sunt, mea sunt. Iob 41, 2.

Meæ sunt omnes feræ siluarum. Psal. 49, 10.

Meus est orbis terræ & plenitudo eius. 12.

Meus est Galaad, & meus est Manasses. † 59, 9. † 107, 9.

Meum est argentum, & meum est aurum. Agg. 2, 9. Ioan. 5, 30. † 12, 32.

MICA.

Nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Matth. 15, 27.

Cupiens saturari de micis, quæ cadebant de mensa diuitis. Luc. 16, 21.

MICHAEAS.

Percussit Michææ maxillam. 2. Par. 18, 23, 25.

Mittite hunc [Michæam] in carcerem, & date ei panis modicum, & aquæ pauxillum. 26. Ierem. 26, 18.

MICHAEL.

Michael vnus de principibus primis venit in adiutorium meum. Dan. 10, 13.

Nemo adiutor meus in omnibus his, nisi Michael princeps vester. 21.

In tempore autem illo consurget Michael princeps magnus, qui stat pro filiis populi tui. † 12, 1.

Cùm Michael Archangelus cum diabolo disputans altercaretur de Moysi corpore, non est ausus iudicium inferre blasphemiæ, sed dixit: Imperet tibi Dominus. Iudæ v. 9.

Factum est prælium magnum in cælo: Michael & angeli eius præliabantur cum dracone. Apoc. 12, 7.

MICHOL.

Egressa Michol filia Saul in occursum Dauid, ait: Quàm gloriosus fuit hodie rex Israel, discooperiens se ante ancillas seruorum suorum, & nudatus est, quasi si nudetur vnus de scurris. Dixitq; Dauid ad Michol: Ante Dominum, qui elegit me potiùs quàm patrem tuum, & quàm omnem domum eius, & præcepit mihi vt essem dux super populum Domini in Israel, & ludam, & vilior fiam plus quàm factus sum: & ero humilis in oculis meis: & cum ancillis, de quibus locuta es, gloriosior apparebo. Igitur Michol filiæ Saul non est natus filius vsque in diem mortis suæ. 2. Reg. 6, 20.

MICO.

Cœperunt audiri tonitrua, ac micare fulgura. Exod. 19, 16.

Numquid coniungere valebis micantes stellas Pleïadas? Iob 38, 31. Nahum 3, 3.

MIGMA.

Migma comedent, sicut in area ventilatum est. Isaiæ 30, 24.

MIGRO.

Viros potentes gyrans, migrare fecit, & vagati sunt in gentibus alienis. Eccli. 29, 25.

Migrauit Iudas propter afflictionem, & multitudinem seruitutis. Thren. 1, 3.

Migrare vt faciam trans Damascum. Amos 5, 26. † 6, 7.

MILES.

Nomen principis militiæ eius, Abner. 1. Regum 14, 50, 52.

Instaura numerum militum, qui ceciderunt de tuis. 3 Reg. 20, 25.

Adorauerunt vniuersam militiam cæli, seruieruntque Baal. 4. Reg. 17, 16. † 21, 3.

Qui adolebant incensum Baal, & soli, & lunæ, & duodecim signis, & omni militiæ cæli. † 23, 5.

Militum mille millia & ducenta millia. 2. Paralip. 13, 3. † 17, 14.

Militia est vita hominis super terram. Iob 7, 1.

Numquid est numerus militum eius? † 25, 3.

Dominus exercituum præcepit militiæ belli,

venientibus de terra procul, à summitate cæli. Isa.13,4.
Visitabit Dominus super militiam cæli in excelso; & super reges terræ, qui sunt super terram. † 24,21.
Tabescet omnis militia cælorum, & complicabuntur sicut liber, cæli. † 34,4.
Manus meę tetenderunt cælos, & omni militiæ eorum mandaui. † 45,12.
Nolite parcere iuuenibus eius, interficite omnem militiam eius. Ier.51,3.
Et miles captiuus abductus est, & ancillæ eius minabantur gementes. Nahum 2,7.
Eos qui adorant super tecta militiam cæli. Soph.1,5.
Circumdabo domum meam ex his qui militant mihi, euntes & reuertentes. Zach.9,8. 1.Mach.3,17. 2.Mach.8,9.
Interrogabant autem eum & milites, dicentes: Quid faciemus & nos? & ait illis: Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, & estote contenti stipendiis vestris. Luc.3,14.
Illudebant autem ei & milites, accedentes, & acetum offerentes. † 23,36.
Conuertit autem Deus, & tradidit eos seruire militiæ cæli. Act.7,42.
Parate milites ducentos, vt eant vsque Cæsaream, & equites septuaginta, & lancearios ducentos. † 23,23.
Quis militat suis stipendiis vmquam? 1.Corinth.9,7.
Secundùm præcedentes in te prophetias, vt milites in illis bonam militiam. 1.Tim.1,18.
Nemo militans Deo implicat se negotiis sæcularibus, vt ei placeat, cui se probauit. 2.Timoth.2,4.

MILETVM.

A Mileto autem Paulus mittens Ephesum. Act.2,17. 2.Tim.4,20.

MILIVM.

Ponet triticum per ordinem, & hordeum, & milium. Isa.28,25. Ezech.4,9.

MILLE.

Cecideruntque in illa die quasi triginta tria millia hominum. Exod.32,28. Num.25,9.
Eò quòd vidissent arcam Domini: & percussit de populo septuaginta viros, & quinquaginta millia plebis. 1.Reg.6,19.
Ad præliandum contra Israel triginta millia curruum, & sex millia equitum. † 13,5.
Percussit Saul mille, & Dauid decem millia. † 18,7.
Miserunt mille talenta argenti, vt conducerent sibi de Mesopotamia. 1.Par.19,6.
Si voluerit contendere cum eo, non poterit ei respondere vnum pro mille. Iob 9,3.
Si fuerit pro eo Angelus loquens vnus de millibus. † 33,24.
Non timebo millia populi circumdantis me. Psal.3,7.
Millia lætantium: Dominus in eis in Sina in sancto. † 67,18.
Mille anni ante oculos tuos tamquam dies hesterna quæ præteriit. † 89,4.
Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis. † 90,7.
Verbi, quod mandauit in mille generationes. † 104,8.
Etiamsi duobus millibus annis vixerit, & non fuerit perfruitus bonis. Eccles.6,6.
Vt inuenirem rationem, &c. Virum de mille vnum reperi, mulierem ex omnibus non inueni. † 7,29.
Mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium. Cant.4,4.
Dilectus meus candidus, & rubicundus, electus ex millibus. † 5,10.
Mille tui pacifici, & ducenti his qui custodiunt fructus eius. † 8,12.
Mille homines à facie terroris vnius: & à facie terroris quinque fugietis. Isa.30,17.
Qui facis misericordiam in millibus, & reddis iniquitatem patrum in sinum filiorum. Ier.32,18. Dan.3,40.
Baltassar rex fecit grande conuiuium optimatibus suis mille. Dan.5,1.
Millia millium ministrabant ei, & decies millies centena millia assistebant ei: iudicium sedit, & libri aperti sunt. † 7,10. Amos 5,3 Ionæ 4,11.
Erant autem qui manducauerunt, quatuor millia hominum. Matth.15,38.
Neque fornicemur, sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, & ceciderunt vna die viginti tria millia. 1.Cor.10,8.
Venit Dominus in sanctis millibus suis. Iudæ v.14. Apoc.5,11.
Numerus equestris exercitus vicies millies dena millia. Apoc.9,16.
Qui est diabolus & satanas, & ligauit eum per annos mille. † 20,2.
Regnabunt cum illo mille annis. 6.

MILVVS.

Illuc congregati sunt milui. Isa.34,15.
Miluus in cælo cognouit tempus suum, turtur, & hirundo, & ciconia custodierunt tempus aduentus sui: populus autem meus non cognouit iudicium Domini. Ier.8,7. Zach.5,9.

MINGENS.

Mingentem ad parietem. 1.Reg.25,22.
Percutiam de Ieroboam mingentem ad parietem, & clausum, & nouissimum in Israel. 3.Reg.14,10.
Non dereliquit ex ea mingentem ad parietem. † 16,11. † 21,21.

MINISTER.

A trigesimo anno vsque ad quinquagesimum annum,

annum, omnium qui ingrediuntur vt stent, & ministrent in tabernaculo. Num.4,3.

Puer autem erat minister in conspectu Domini ante faciem Heli sacerdotis. 1.Regum 2, 11,18. † 3,1.

Vt domus tua & domus patris tui ministraret in conspectu meo vsque in sempiternum. 30.

Sedulè in omnibus ministrasti nobis: quid vis vt faciam tibi? numquid habes negotium, & vis vt loquar regi, siue principi militiæ? 4.Reg.4,13.

Asaph & fratres eius, vt ministrarent in conspectu arcæ iugiter, per singulos dies & vices suas. 1.Par.16,37.

Separatusque est Aaron, vt ministraret in sancto sanctorum. † 23,13.

In omne ministerium Dei & regis. † 26,32. 2.Par.35,14.

Vt adducerent nobis ministros domus Dei nostri. 1.Esd.8,17.

Constitui ordines Sacerdotum & Leuitarum vnumquemque in ministerio suo. 2.Esd.13,30.

Ambulans in via immaculata hic mihi ministrabat. Psal.100,6.

Ministri eius, qui facitis voluntatem eius. † 102,21.

Ministros tuos ignem vrentem. † 103,4.

Acceptus est regi minister intelligens: iracundiam eius inutilis sustinebit. Prou.14,35.

Cùm essetis ministri regni illius, non rectè iudicastis. Sap.6,5.

In omni virtute tua dilige eum qui te fecit, & ministros eius ne derelinquas. Eccli.7,32.

In medio magnatorum ministrabat [sapiens] & in conspectu Præsidis apparebit. † 39,4.

Expellam te de statione tua, & de ministerio tuo deponam te. Isa.22,19.

Aedificabunt filij peregrinorum muros tuos, & reges eorum ministrabunt tibi. † 60,10.

Vos autem Sacerdotes Domini vocabimini: Ministri Dei nostri. † 61,5.

Dimisit eam febris, & surrexit, & ministrabat eis. Matth.8,15.

Sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare. † 20,28.

Nam & Filius hominis non venit, vt ministraretur ei, sed vt ministraret, & daret animam suam redemptionem pro multis. Mar.10,45.

Ministrabant ei de facultatibus suis. Luc.8,3.

Martha autem satagebat circa frequens ministerium. † 10,40.

Præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. † 12,37.

Para quod cœnem, & præcinge te, & ministra mihi donec manducem & bibam, post hæc tu manducabis & bibes? † 17,8. † 22,26.

Qui mihi ministrat, me sequatur, & vbi sum ego, illic & minister meus erit. Ioan.12,26.

Murmur Græcorum aduersus Hebræos, eò quòd despicerentur in ministerio quotidiano viduæ eorum. Act.6,1.

Proposuerunt singuli in ministerium mittere habitantibus in Iudæa. † 11,29.

Ad ea quæ mihi opus erant, & his qui mecum sunt, ministrauerunt manus istæ. † 20,34.

Ad hoc enim apparui tibi, vt constituam te ministrum, & testem eorum quæ vidisti, & eorum quibus apparebo tibi. † 26,16.

Ministerium meũ honorificabo. Rom.11,13.

Dei enim minister est tibi in bonum. † 13,4.

Propter gratiam, quæ data est mihi à Deo, vt sim minister Christi Iesu in Gentibus. † 15,16.

Proficiscar in Ierusalem ministrare sanctis. 25.

Commendo autem vobis Phœben sororem nostram, quæ est in ministerio Ecclesiæ. † 16,1.

Quid igitur est Apollo? quid verò Paulus? ministri eius, cui credidistis. 1.Cor.3,5.

Sic nos existimet homo vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. † 4,1.

Sunt primitiæ Achaiæ, & in ministerium sanctorum ordinauerunt seipsos. † 16,15.

Qui & idoneos nos fecit ministros noui Testamenti. 2.Cor.3,6.

Si ministratio damnationis gloria est: multò magis abundat ministerium iustitiæ in gloria. 9.

Exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus. † 6,4

Ministri Christi sunt (vt minùs sapiens dico) plus ego. † 11,23.

Cuius factus sum minister, secundùm donum gratiæ Dei, quæ data est mihi. Ephes.3,7.

Vestrum autem Apostolum, & ministrum necessitatis meæ mittere ad vos. Philip.2,25.

Cuius factus sum ego minister secundùm dispensationem Dei, quæ data est mihi in vos. Col.1,25.

Vide ministerium, quod accepisti in Domino, vt illud impleas. † 4,17.

Qui enim benè ministrauerint, gradum bonum sibi acquirent, & multam fiduciam in fide. 1.Tim.3,13.

Quanta Ephesi ministrauit mihi, tu meliùs nosti. 2.Tim.1,18.

Nónne omnes sunt administratorij spiritus, in ministerium missi propter eos qui hereditatem capient salutis? Heb.1,14.

Non enim iniustus Deus, vt obliuiscatur operis vestri, & dilectionis, quam ostendistis in nomine ipsius, qui ministrastis sanctis. † 6,10.

Sanctorum minister, & tabernaculi veri, quod fixit Dominus, & non homo. † 8,2.

Melius sortitus est ministerium, quantò & melioris testamenti mediator est. 6.

Si quis ministrat, tamquam ex virtute, quam administrat Deus. 1.Pet.4,11.

Noui opera tua, & fidem, & charitatem tuam, & ministerium. Apoc.2,19.

MINO.

Tulit vniuersos greges & armenta, & minauit ante faciem suam. 1.Reg.30,20.

Minabant plaustrum nouum. 2.Reg.6,3.

Mina, & propera, ne mihi moram facias in eundo, & hoc age quod præcipio tibi. 4.Reg.4, 24. Isaiæ 11,6.

Me minauit, & adduxit in tenebras, & non in lucem. Thren.3,2. † 5,5.

Minauit eos à tribunali. Act.18,16. Iac.3,4.

MINOR.

Esau frater tuus minatur vt occidat te. Gen. 27,42. Iudic.14,15.

Minabatur Sacerdotibus. Statimque orta est lepra in fronte eius. 2.Par.26,19. 2.Esd.13,21.

Respice in minas eorum. Act.4,29.

Saulus autem adhuc spirans minarum, & cædis in discipulos Domini. † 9,1.

Et vos domini eadem facite illis, remittentes minas: scientes quia illorum, & vester Dominus est in cælis, & personarum acceptio non est apud eum. Ephes.6,9.

MINVO.

Cœperunt [aquæ] minui post centum quinquaginta dies. Gen.8,3.

Diues non addet ad medium sicli, & pauper nihil minuet. Exod.30,15. Deut.12,32. 3.Regum 17,14.

Minuisti eum paulò minùs ab Angelis. Psalmo 8,6.

Substantia festinata minuetur. Prou.13,11.

Non est minuere, neque adiicere, nec est inuenire magnalia Dei. Eccli.18,5.

Zelus & iracundia minuunt dies. † 30,26.

Non minuas primitias manuum tuarum. † 35,10.

Illum oportet crescere, me autem minui. Ioannis 3,30.

MINVS.

Appensus es in statera, & inuentus es minus habens. Dan.5,27.

Respexistis ad amplius, & ecce factum est minus. Agg.1,9.

Cui autem minus dimittitur, minùs diligit. Luc.7,47. 2.Cor.12,5.

MINVTVM.

Apparuit in solitudine minutum, & quasi pilo tusum, in similitudinem pruinæ. Exod.16,14. Mar.12,42.

MIPHIBOSETH.

Miphiboseth comedet super mensam meam, quasi vnus de filiis regis. 2.Reg.9,11.

Quare non venisti mecum Miphiboseth? † 19,25. † 21,7.

MIRABILE, MIROR.

Percutiam Aegyptum in cunctis mirabilibus meis. Exod.3,20.

Nec miranda indignatio in populum, cùm mihi quoque iratus Dominus propter vos dixerit: Nec tu ingredieris illuc. Deut.1,37.

Vbi sunt mirabilia eius, quæ narrauerunt patres nostri? Iudic.6,13.

Cur quæris nomen meum, quod est mirabile. † 13,18.

Non sunt recordati mirabilium tuorum, quæ feceras eis. 2.Esd.9,17.

Narrate omnia mirabilia eius. Tob.12,20.

Valdè enim mirabilis es domine, & facies tua plena est gratiarum. Esth.15,17.

Qui facit magna, & incomprehensibilia, & mirabilia quorum non est numerus. Iob 9,10.

Sta & considera mirabilia Dei. † 37,14.

Mirabilis Deus in sanctis suis. Psal.67,36.

Memor ero ab initio mirabiliũ tuorũ. † 76,12.

Et obliti sunt benefactorum eius, & mirabilium eius quæ ostendit eis. † 77,11.

Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis Dominus. † 92,4.

Confiteantur Domino misericordiæ eius, & mirabilia eius filiis hominum. † 106,15.

Memoriam fecit mirabilium suorum. † 110,4.

Et est mirabile in oculis nostris. † 117,23.

Exercebor in mirabilibus tuis. † 118,27.

Mirabilia testimonia tua. 129.

Qui facit mirabilia magna solus. † 135,4.

Mirabilis facta est scientia tua ex me. † 138,6.

Mirabilia tua narrabunt. † 144,5.

Et facies Principum mirabuntur me. Sap.8,11.

Videntes tua mirabilia & monstra. † 19,8.

Mirabilia opera Altissimi solius, & gloriosa & absconsa. Eccli.11,4.

A sæculo vsque in sæculum respicit, & nihil est mirabile in conspectu eius. † 39,25.

Fecisti mirabilia, cogitationes antiquas, fideles, amen. Isaiæ 25,1.

Cùm feceris mirabilia, non sustinebimus: descendisti, & à facie tua montes defluxerũt. † 64,3.

Stupor & mirabilia facta sunt in terra: prophetæ prophetabant mendacium, & sacerdotes applaudebant manibus suis. Ierem.5,30.

Placuit ergo mihi prædicare signa eius, quia magna sunt: & mirabilia eius, quia fortia. Dan.3,99.

Secundùm dies egressionis tuæ de Terra Aegypti, ostendam ei mirabilia. Mich.7,15.

Repleti sunt timore dicentes: Quia vidimus mirabilia hodie. Luc.5,26.

Mirati in responso eius, tacuerunt. † 20,26.

Mirabantur quia cum muliere loquebatur. Ioan.4,27.

Vnum opus feci, & omnes miramini. † 7,21.

Miratus sum cùm vidissem illam, admiratione magna. Apoc.17,6.

MIRACVLVM.

Vt sciatis quanto miraculo diuidat Deus Aegyptios & Israel. Exod.11,7.

Et

Et factum est grande miraculum, vt Core pereunte filij illius non perirent. Num.26,10.

Factum est miraculum in castris per agros. 1.Reg.14,15.

Miraculum meum non te terreat, & eloquentia mea non sit tibi grauis. Iob 33,7.

Dilecta mea posita est mihi in miraculum. Isaiæ 21,4.

Addam vt admirationem faciam populo huic miraculo grandi & stupendo. † 29,14.

Seduxerunt populum meum in mendacio suo, & in miraculis suis. Ierem.23,32.

Erunt in iusiurandum, & in miraculum, & in maledictionem, & in opprobrium. † 44,12.

MIRIFICO.

Mirificauit Dominus sanctum suum. Psal.4,4. † 15,3. † 16,7.

MISACH.

Sidrach, Misach, & Abdenago. Dan.2,49.

MISAEL.

Benedicite Anania, Azaria, Misael Domino. Dan.3,88.

MISCEO.

Potum meũ cum fletu miscebã. Psal.101,10.

Miscuit vinum, & proposuit mensam suam. Prou.9,2.

Pone escas, & vinum misce. Dan.14,10. Apoc. 14,10. Ioan.19,39.

MISER.

In meam hoc fecistis miseriam, vt indicaretis ei & alium habere vos fratrem. Gen.43,6.

Exaudi me miseram deprecantem, & de tua misericordia præsumentem. Iudith 9,17.

Saturatus afflictione, & miseria. Iob 10,15.

Miseriæ quoque obliuisceris. † 11,16.

Ad meas miserias deuoluti sunt. † 30,14.

Caue ne declines ad iniquitatem: hanc enim cœpisti sequi post miseriam. † 36,21.

Propter miseriam inopum, & gemitum pauperum, nunc exurgam. Psal.11,6.

Miser factus sum, & curuatus sum. † 37,7.

In miseriis non subsistent. † 139,11.

Irruet super te calamitas, quam non poteris expiare, veniet super te repentè miseria, quam nescies. Isaiæ 47,11. Ierem.22,3.

Væ misero mihi, quoniam addidit Dominus dolorem dolori meo: laboraui in gemitu meo, & requiem non inueni. † 45,3.

Qui nollent transire ad instituta Gentium, interficerent: erat ergo videre miseriam. 2.Machab.6,9.

Miserias & clades Iudæorum, prosperitates rerum suarum æstimantes. † 14,14.

Miseri estote, & lugete, & plorate: risus vester in luctum conuertatur, & gaudium in mœrorem. Iac.4,9.

Agite nunc diuites, plorate vlulantes in miseriis vestris, quæ aduenient vobis. † 5,1.

Dicis, quòd diues sum, & locupletatus, & nullius egeo: & nescis quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus. Apoc.3,17.

MISERICORDIA, MISEREOR.

Misertus est illius: & dedit illi gratiam in conspectu Principis carceris. Gen.39,21.

Faciens misericordiam in millia, his qui diligunt me, & custodiunt præcepta mea. Exodi 20,6. † 34,7. Deut.5,9.

Miserebor cui voluero. † 33,19.

Deus misericors, Dominus Deus tuus est: non dimittet te, nec omnino delebit, neque obliuiscetur pacti, in quo iurauit patribus tuis. Deut.4,31.

Eritque nostri misericors, si custodierimus, & fecerimus omnia præcepta eius coram Domino Deo nostro. † 6,25.

In seruis suis miserebitur. † 32,36.

Faciemus in te misericordiam, & veritatem. Iosu.2,14.

Misereminí eorum, &c. & à vestra parte peccatum est. Iudic.21,22.

Faciat vobiscum Dominus misericordiam, sicut fecistis cum mortuis & mecum. Ruth 1,8.

Sit benedictus, qui misertus est tui. † 1,19.

Vt iudicio contendam aduersum vos coram Domino de omnibus misericordiis Domini. 1.Reg.12,7.

Tu enim fecisti misericordiam cum omnibus filiis Israel, cùm ascenderent de Aegypto. † 15,6.

Fac ergo misericordiam in seruum tuum: quia fœdus Domini me famulum tuum tecum inire fecisti. † 20,8.

Et si vixero, facies mihi misericordiam Domini. 14.

Qui fecistis misericordiam hanc cum domino vestro. 2.Reg.2,5.

Qui fecerim misericordiam super domum Saul. † 3,8.

Misericordiam autem meam non auferam ab eo. † 7,15.

Vt faciam cum eo misericordiam propter Ionathan. † 9,1,7.

Faciam misericordiam cum Hanon filio Naas, sicut fecit pater eius mecum misericordiam. † 10,2.

Melius est vt incidam in manus Domini, multæ enim misericordiæ eius sunt. † 24,14.

Cumque extendisset manum suam Angelus Domini super Ierusalem, vt disperderet eam, misertus est Dominus super afflictione, & ait Angelo percutienti populum: Sufficit, nunc contine manum tuam. 16. 1.Par.21,15.

Custodisti ei misericordiam tuam grandem. 3.Reg.3,6.

Dabis misericordiam coram eis, qui eos captiuos habuerint, vt misereantur eis. † 8,50.

Miserearis animæ meæ. 4.Reg.1,14.

Misertus est Dominus eorum, & reuersus est

ad eos propter pactum suum, quod habebat cum Abraham. † 13,23.

Misericordiæ opera erga captiuos. 2.Par.28,15.

Reliqua autem sermonum Ezechiæ, & misericordiarum eius. † 32,32. † 35,26.

Non est misertus adolescentis, & virginis, & senis, nec decrepiti quidem, sed omnes tradidit in manibus eius. † 36,17.

In me inclinauit misericordiam suam coram rege, & consiliatoribus eius, & vniuersis principibus regis potentibus. 1.Esd.7,28.

Inclinauit super nos misericordiam coram rege Persarum, vt daret nobis vitam, & sublimaret domum Dei nostri. † 9,9.

Qui custodis pactum & misericordiam cum his qui te diligunt, & custodiunt mandata tua. 2.Esd.1,5.

Da ei misericordiam ante virum hunc. Ego enim eram pincerna regis. 11.

Tu autem in misericordiis tuis multis non dimisisti eos in deserto. † 9,19.

In misericordiis autem tuis plurimis non fecisti eos in consumptionem, nec dereliquisti eos: quoniam Deus miserationũ, & clemens es tu. 31.

Memento mei Deus meus pro hoc, & ne deleas miserationes meas quas feci in domo Dei mei, & in cærimoniis eius. † 13,14.

Misericordiæ opera exercet Tobias. Esurientes alebat, nudisque vestimenta præbebat, & mortuis atque occisis sepulturam solicitus exhibebat. Tob 1.20.

Miserere nobis Domine, miserere nobis, & consenescamus ambo pariter sani. † 8,10.

Eleëmosyna à morte liberat, & ipsa est quæ purgat peccata, & facit inuenire misericordiam & vitam æternam. † 12,9.

Castigauit nos propter iniquitates nostras: & ipse saluabit nos propter misericordiam suam. † 13,5.

Orantes vt Deus Israel misericordiam suam ostenderet super populum suum. Iudith 7,4.

Non est iste sermo qui misericordiam prouocet, sed potiùs qui iram excitet, & furorem accendat. † 8,12.

Posuistis vos tempus miserationis Domini. 13.

Vt secundùm voluntatem suam sic faciat nobiscum misericordiam suam. 17.

Exaudi me miseram deprecantem, & de tua misericordia præsumentem. † 9,17.

Noluerunt vltrò tradere seipsos, vt inuenirent misericordiam in conspectu vestro. † 10,12.

In me ancilla sua adimpleuit misericordiam suam, quam promisit domui Israel. † 13,18.

Habuitque [Esther] gratiam, & misericordiam coram eo super omnes mulieres. Esth.2,17.

Recordatus est Dominus populi sui, ac misertus est hereditatis suæ. † 10,12.

Miserere populi tui, quia volunt nos inimici nostri perdere. † 13,15.

Qui tollit ab amico suo misericordiam, timorem Domini derelinquit. Iob 6,14.

Miseremini mei, miseremini mei, saltem vos amici mei. † 19,21.

Misericordiæ opera exercet S.Iob. Eò quòd liberassem pauperem vociferantem, & pupillum, cui non esset adiutor. Benedictio perituri super me veniebat, & cor viduæ consolatus sum, *&c.* oculus fui cæco, & pes claudo. Pater eram pauperum. Iob 29,12.

Ab infantia mea creuit mecum miseratio. † 31,18.

Siue in terra sua, siue in quocumque loco misericordiæ suæ eas iusserit inueniri. † 37,13.

Mirifica misericordias tuas. Psal.16,7.

Faciens misericordiam christo suo Dauid. † 17,51.

Misericordia tua subsequetur me omnibus diebus vitæ meæ. † 22,6.

Misericordia tua ante oculos meos est. † 25,3.

Misertus est mei: Dominus factus est adiutor meus. † 29,11.

Misericordia Domini plena est terra. † 32,5.

Fiat misericordia tua Domine super nos, quemadmodum sperauimus in te. 22.

Misericordia & veritas tua semper susceperunt me. † 39,12.

Miserere mei Deus secundùm magnam misericordiam tuam. Et secundùm multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitatem meam. † 50,3.

Magnificata est vsque ad cælos misericordia tua. † 56,11.

Deus meus misericordia mea. † 58,18.

Quia potestas Dei est, & tibi Domine misericordia. † 61,12.

Deus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos. † 66,2.

Exaudi me Domine, quoniam benigna est misericordia tua: secundùm multitudinem miserationum tuarum respice in me. † 68,17.

Aut continebit in ira sua misericordias suas? † 76,10.

Misericordia & veritas obuiauerunt sibi, iustitia & pax osculatæ sunt. † 84,11.

Misericordia tua magna est super me, & eruisti animam meam ex inferno inferiori. † 85,13.

Misericordias Domini in æternum cantabo. † 88,2.

In æternum misericordia ædificabitur in cælis. 3.

Misericordia & veritas præcedent faciem tuam. 15.

In æternum seruabo illi misericordiam meam. 29.

Misericordiam autem meam non dispergam ab eo, neque nocebo in veritate mea. 34.

Vbi

Vbi sunt misericordiæ tuæ antiquæ, Domine? 50.

Misericordiam & iudicium cantabo tibi Domine. † 100,1.

Tu exurgens misereberis Sion. † 101,14.

Faciens misericordias Dominus. † 102,6.

Et dedit eos in misericordias. † 105,46.

Quis sapiens & custodiet hæc? & intelliget misericordias Domini? † 106,43.

Nec sit qui misereatur pupillis eius. † 108,12.

Pro eo quòd non est recordatus facere misericordiam. 16.

Misericors Dominus & iustus. † 114,5.

Confirmata est super nòs misericordia eius. † 116,2.

Quoniam in sæculum misericordia eius. † 117,1.

Veniat super me misericordia tua. † 118,41.

Misericordia tua Domine plena est terra. 64.

Veniant mihi miserationes tuæ & viuam. 77.

Misericordiæ tuæ multæ Domine. 156.

Miserere nostri Domine, miserere nostri, quia multum repleti sumus despectione. † 122,3.

Apud Dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio. † 129,7.

In æternum misericordia eius. † 135,1.

Auditam fac mihi manè misericordiam tuam. † 142,8.

In misericordia tua disperdes omnes inimicos meos. 12.

Miserator, & misericors Dominus. † 144,8.

Miserationes eius super omnia opera eius. 9.

Misericordia & veritas te non deserant. Prou. 3,3.

Iusti autem misericordes sunt & miserantur. † 13.13.

Misericordia & veritas præparant bona. † 14,22.

Homo indigens misericors est. † 19,22.

Misericordia & veritas custodiunt regem, & roboratur clementia thronus eius. † 20,28.

Facere misericordiam & iudicium magis placet Domino quàm victimæ. † 21,3.

Qui pronus est ad misericordiam benedicetur. † 22,9.

Exiguo enim conceditur misericordia: potentes autem potenter tormenta patientur, Sap. 6,7.

Sed misereris omnium, quia omnia potes. † 11,24.

Et cùm de nobis iudicatur, speremus misericordiam tuam. † 12,22.

Impijs autem vsque in nouissimum sine misericordia ira superuenit. † 19,1.

Vosmetipsos in dilectione Dei seruate, expectãtes misericordiam Domini nostri Iesu Christi in vitam æternam. 21.

Illos verò saluate, de igne rapientes. Aliis autem miseremini in timore. 23.

MISSA.

Missa sacrificium olim prædictum. Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me. Psal.22,5. † 109,4.

Et à tempore cùm ablatum fuerit iuge sacrificium. Dan.12,11.

In omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda: quia magnum est nomen meum in Gentibus. Mal.1,11.

Significatum per varias figuras. Melchisedech rex Salem,proferens panem & vinum, erat enim sacerdos Dei altissimi, benedixit ei. Gen.14,18. † 22,13.

Robur autem datum est ei contra iuge sacrificium propter peccata. Dan.8,12.

Appellaturq; iuge sacrificium. Pollucnt sanctuarium fortitudinis, & auferent iuge sacrificium. Dan.11,31. † 12,11.

Nec interibit offerens sacrificium. De sacerdotibus & de Leuitis non interibit vir à facie mea, qui offerat holocautomata, & incendat sacrificium. Ierem.33,18,21.

A Christo institutum. Accepto pane gratias egit, & fregit, & dedit eis, dicens: Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur: Hoc facite in meam commemorationem. Luc.22,19.

Ab eius Discipulis vsitatum. Λειτουργούντων δ' αὐτῶν. Act 13,2.

Eius mentionem facit Paulus. Calix benedictionis, cui benedicimus, nónne communicatio sanguinis Christi est? & panis, quem frangimus, nónne participatio corporis Domini est? 1.Corinth.10,16. † 11,23.

MITIGO.

Nec ista tamen facientes ferocitatem pectoris eius [Holofernis] mitigare potuerunt. Iudith 3,11.

Mitigasti omnem iram tuam. Psal.84,4.

Tu dominaris potestati maris: motum autem fluctuum eius tu mitigas. † 88,10.

De lege tua docueris eum: Vt mitiges ei à diebus malis. † 93,13.

Vir iracundus prouocat rixas: qui patiens est, mitigat suscitatas. Prou.15,18. † 26,10.

Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos. Eccli.6,5. † 38,7.

MITIS.

Erat enim Moyses vir mitissimus super omnes homines qui morabantur in terra. Num.12,3.

Docebit mites vias suas. Psal.24, 9. † 85,5. Prouerb.16,19.

Sedes ducum superborum destruxit Deus, & sedere fecit mites pro eis. Eccli.10,17.

Addent mites in Domino lætitiam, & pauperes homines in sancto Israel exultabunt. Isaiæ 29,19. † 32,7. 2.Mach.10,4.

Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terram. Matth.5,4.

Tollite iugum meum super vos, & discite à me quia mitis sum & humilis corde. † 11,29.

MITRA.

Impones eis mitras: eruntque sacerdotes mihi religione perpetua. Exod.29,9.

Mitras cum coronulis suis ex bysso. † 39,26.

Imposuit [Iudith] mitram super caput suum. Iudith 10,3.

Colligauit cincinnos suos mitra. † 16,10.

Circumdabit te Deus diploïde iustitiæ, & imponet mitram capiti honoris æterni. Baruch 5,2.

MITTO.

Et Dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est. Gen.49,10.

Mittam te ad Pharaonem, vt educat populum meum filios Israel. Exod.3,10,12.

Obsecro, inquit, Domine, mitte quem missurus es. † 4,13,15.

Domine, cur afflixisti populum tuum? quare misisti me? † 5,23.

Non indicas mihi quem missurus sis mecum. Exod.33,12.
In hoc scietis quòd Dominus miserit me vt facerem vniuersa quæ cernitis, & non ex proprio ea corde protulerim, &c. vt aperiens terra os suum deglutiat eos. Num.16,28.
Scito quòd miserim te. Iudic.6,14,15.
Mittam virum ad te de Terra Beniamin, & vnges eum ducem. 1.Reg.9,16.
Misit te Dominus in viam, & ait: Vade, & interfice peccatores Amalec. † 15,18.
Mittam te ad Isai Bethleemitem: prouidi enim in filiis eius mihi regem. † 16, 1.
Mitte, & adduc eum: nec enim discumbemus priùs quàm huc ille veniat. 11.† 25,6.
Caput Saul &c. miserunt in terram Philisthinorum per circuitum, vt annuntiaretur in templo idolorum, & in populis. † 31,9.
Misit ergo Dominus Nathan ad Dauid. 2. Regum 12,1.
Dominus misit me vsq; in Bethel. 4.Reg.2,2.
Scito quòd miserim ad te Naaman seruum meum, vt cures eum à lepra sua. † 5,6.
Cœpit Dominus mittere in Iudam Rasin regem Syriæ, & Phacee filium Romeliæ. † 15,37.
Vt mittas me in Iudæam ad ciuitatem sepulchri patris mei, & ædificabo eam. 2.Esd.2,5.
Intellexi quòd Deus non misisset eum. †6,12.
Mittite partes his qui non præparauerunt sibi. † 8,10.
Misit me Dominus, vt curarem te. Tob.12,14.
Misit me Dominus hæc ipsa nuntiare tibi. Iudith 11,13.
Mittant sibi mutuò partes epularum & ciborum. Esther 9,19.
Misit de summo, & accepit me. Psal.17,17. † 56,4.
Misit Moysen seruum suum. † 104,26.
Quem mittam, & quis ibit nobis, & dixi: Ecce ego, mitte me. Isaiæ 6,8.
Dominus Deus misit me, & spiritus eius. † 48,16.
Ponam in eis signum, & mittam ex eis qui saluati fuerint ad Gentes in mare, in Africam, & Lydiam tendentes sagittam; in Italiam & Græciam, ad insulas longè, ad eos qui non audierunt de me, & non viderunt gloriam meam. Et annuntiabunt gloriam meam Gentibus, & adducent omnes fratres vestros de cunctis Gentibus donum Domino, in equis & in quadrigis. † 66,19.
Noli dicere: Puer sum: quoniam ad omnia quæ mittam te ibis, & vniuersa quæcumque mandauero tibi, loquêris. Ierem.1,7.
Misi ad vos omnes seruos meos prophetas per diem consurgens diluculo, & mittens. Et non audierunt me. † 7,26.
Non cognoui quia cogitauerunt super me consilia, dicentes: Mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viuentiū † 11,19.
Falsò prophetæ vaticinantur in nomine meo: non misi eos, & non præcepi eis. † 14,14.
Ecce ego mittam piscatores multos. † 16,16.
Non mittebam prophetas, & ipsi currebant: nō loquebar ad eos, & ipsi prophetabant. † 23,21.
Cùm ego non misissem eos, nec mandassem eis, qui nihil profuerunt populo huic. 32.
Dominus misit me vt prophetarem ad domum istam, & ad ciuitatem hanc omnia verba quæ audistis. 26,12.
Non misi eos, ait Dominus: & ipsi prophetant in nomine meo mendaciter, vt eiciant vos & pereatis. † 27,15.
Non misit te Dominus, & tu confidere fecisti populum istum in mendacio. † 28,15.
Misi ad eos per seruos meos prophetas, de nocte consurgens. † 29,19.
Pro eo quòd prophetauit vobis Semeias, & ego non misi eum, & fecit vos confidere in mendacio. 31.
Hæc dicit Dominus Deus Israel, ad quem misistis me vt prosternerem preces vestras in conspectu eius. † 42,9.
Viri superbi dicentes ad Ieremiam: Mendacium tu loqueris, non misit te Dominus. † 43,2.
Mitto te ad filios Israel ad Gentes apostatrices, quæ recesserunt à me. Ezech 2,3.
Et si ad illos mittereris, ipsi audirent te: domus autem Israel nolunt audire te. † 3,6.
Cùm Dominus non miserit eos, & perseuerauerunt confirmare sermonem. † 13,6.
Tollite me, & mittite in mare, & cessabit mare à vobis. Ionæ 1,12.
Isti sunt quos misit Dominus vt perambulent terram. Zach.1,10.
Cognoscetis quia Dominus exercituum misit me. † 2,9. † 4,9.
Mitto vos sicut oues in medio luporum. Matthæi 10,16.
Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel. † 15,24.
Mitto ad vos prophetas, & sapientes, & scribas, & ex illis occidetis. † 23,34.
Missus est Angelus Gabriel à Deo. Luc.1,26.
Misit illos binos ante faciem suam. † 10,1.
Mittam ad illos Prophetas, & Apostolos, & ex illis occident. † 11,49.
Misit Petrum & Ioannem dicens: Euntes parate nobis pascha. † 22,8.
Quem enim misit Deus, verba Dei loquitur. Ioan.3,34.
Qui me misit mecum est, & non reliquit me solum. † 8,29.
Qui accipit si quē misero, me accipit. † 13,20.
Sicut tu me misisti in mundum, & ego misi eos in mundum. † 17,18.
Miserunt ad eos Petrum, & Ioannē. Act 8,14.
Domi-

Dominus misit me Iesus, qui apparuit tibi in via qua veniebas, vt videas & implearis Spiritu sancto. † 9,17.

Descende, & vade cum eis nihil dubitans: quia ego misi illos. † 10,20.

Miserunt Barnabam vsque ad Antiochiam. † 11,22.

Nunc scio verè quia misit Dominus Angelum suum, & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iudæorum. † 12,11.

Ipsi quidem missi à Spiritu sancto abierunt Seleuciam. † 13,4.

Eripiens te de populo, & gentibus, in quas nunc ego mitto te. † 26,17.

Quomodo verò prædicabunt nisi mittantur? Rom. 10,15.

Qui sunt septem spiritus Dei, missi in omnem terram. Apoc. 5,6.

Ego Iesus misi Angelum meum. † 22,16.

MNA, MINA.

Trecentæ minæ auri vnam peltam vestiebant. 3. Reg. 10,17.

Impensas operis, auri solidos sexaginta millia, & mille, argenti mnas quinque millia, & vestes sacerdotales centum. 1. Esd. 2,69.

Viginti sicli & vigintiquinque sicli, & quindecim sicli, mnam faciunt. Ezech. 45,12. 1. Machab. 14,24.

Mna tua decem mnas acquisiuit. Luc. 19,16.

MOAB.

Vocauit nomen eius Moab. Gen. 19,37.

Ammonites & Moabites etiam post decimam generationem non intrabunt Ecclesiam Domini in æternum: quia noluerunt vobis occurrere cum pane, &c. & quia conduxerunt contra te Balaam. Deut. 23,3.

Percussit [Dauid] Moab, & mensus est eos funiculo, coæquans terræ. 2. Reg. 8,2.

Moab olla spei meæ. Psal. 59,10. † 107,10.

Super hoc venter meus ad Moab quasi cithara sonabit. Isa. 16,11. Ier. 15,42.

Aperiam humerum Moab de ciuitatibus. Ezech. 25,9.

Super tribus sceleribus Moab. Amos 2,1. Soph. 2,8.

MOBILIS.

Omnibus enim mobilibus mobilior est sapientia. Sap. 7,24.

Quòd autem, Adhuc semel, dicit: Declarat mobilium translationem tamquam factorum, vt maneant ea quæ sunt immobilia. Heb. 12,27.

MODEROR.

In multiloquio non deerit peccatum: qui autem moderatur labia sua, prudentissimus est. Prou. 10,19.

Aequa vita hominibus, vinum in sobrietate: si bibas illud moderatè, eris sobrius. Eccli. 31,32,36. † 32,8.

MODESTIA.

Finis modestiæ timor Domini, diuitiæ & gloria & vita. Prou. 22,4. 2. Cor. 10,1. Gal. 5,23.

Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Philip. 3,5. Iac. 3,17.

Qui absconditus est cordis homo, in incorruptibilitate quieti, & modesti spiritus, qui est in conspectu Dei locuples. 1. Pet. 3,4.

MODICVM.

Melius est modicum iusto, super diuitias peccatorum multas. Psal. 36,16.

Qui spernit modica, paulatim decidet. Eccli. 19,1.

Manda remanda, manda remanda, expecta reexpecta, expecta reexpecta, modicum ibi, modicum ibi. Isa. 28,10.

Adhuc vnum modicum est, & ego commouebo cælum & terram, & mare, & aridam. Agg. 2,7.

Modicum & iam non videbitis me, & iterum modicum & videbitis me. Ioan. 16,17. Heb. 10,37.

Vt requiescerent adhuc tempus modicum, donec compleantur conserui eorum. Apoc. 6,11.

MODIN.

Sepultus est [Mathathias] à filiis suis in sepulchris patrum suorum in Modin, & planxerunt eum omnis Israel. 1. Mach. 2,70.

MODIVS.

Nec erit in domo tua modius maior & minor. Deut. 25,14.

Inuenit hordei quasi ephi mensuram, id est, tres modios. Ruth 2,17.

In tempore hoc cras modius similæ vno statere erit. 4. Reg. 7,1. Isa. 5,10.

Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio. Matth. 5,15.

MODVLOR.

Cantate Domino in cymbalis, modulamini illi psalmum nouum. Iudith 16,2.

MOECHOR.

Non mœchaberis. Exod. 20,13.

Si mœchatus quis fuerit cum vxore alterius, & adulterium perpetrauerit cum coniuge proximi sui, morte moriantur, & mœchus, & adultera. Leuit. 20,10.

Nuptiarum inconstantia, inordinatio mœchiæ. Sap. 14,26.

Saturaui eos, & mœchati sunt, & in domo meretricis luxuriabantur. Ier. 5,7.

Pro eo quòd fecerint stultitiam in Israel, & mœchati sunt in vxores amicorum suorum. † 29,23.

Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Matth. 5,28. Iac. 2,11.

Qui mœchantur cum ea in tribulatione maxima erunt, nisi pœnitentiam ab operibus suis egerint. Apoc. 2,22.

MOENIA.

Misit ancillas suas vt vocarent ad arcem, & ad mœnia ciuitatis. Prou.9,3. Thren.2,5.

MOEREO.

Ex multitudine doloris & mœroris mei, locuta sum vsque in præsens. 1.Reg.1,16.

Scidi pallium meum & tunicam, & euelli capillos capitis mei & barbæ, & sedi mœrens. 1.Esd.9,3.

Rex in æternum viue: quare non mœreat vultus meus, quia ciuitas domus sepulchrorum patris mei deserta est? 2.Esd.2,3.

Qui ponit humiles in sublime, & mœrentes erigit sospitate. Iob 5,11.

Mœrens incedebam. † 30,28.

Filius sapiens lætificat patrem: filius verò stultus mœstitia est matris suæ. Prou.10,1.

Mœror in corde viri humiliabit illum: & sermone bono lætificabitur. † 12,25.

Cor gaudens exhilarat faciem: in mœrore animi deiicitur spiritus. † 15,13.

Date siceram mœrentibus, & vinum his qui amaro sunt animo: bibant & obliuiscantur egestatis suæ. † 31,6. Isa.61,3.

Posuit me desolatam, tota die mœrore confectam. Thren.1,13.

Cecidit corona capitis nostri: væ nobis, quia peccauimus. Propterea mœstum factum est cor nostrum, ideò contenebrati sunt oculi nostri. † 5,17.

Mansi ibi septem diebus mœrens in medio eorum. Ezech 3,15.

Rex lugebit, & princeps induetur mœrore. † 7,27. † 13,22.

Omnia luminaria cæli mœrere faciam super te. † 32,8.

Quare mœrore contraheris? numquid rex non est tibi, aut consiliarius tuus periit, quia comprehendit te dolor sicut parturientem? Mich. 4,9.

Circumfusa enim erat mœstitia quædam viro, & horror corporis, per quem manifestus aspicientibus dolor cordis eius efficiebatur. 2.Mach.3,17.

MOLA.

Morietur omne primogenitum, &c. vsque ad primogenitum ancillæ, quæ est ad molam. Exod.11,5.

Non accipies loco pignoris inferiorem & superiorem molam: quia animam suam opposuit tibi. Deut.24,6.

Mulier fragmen molæ desuper iaciens, illisit capiti Abimelech, & confregit cerebrum eius. Iudic.9,53.

Aperuit itaque Dominus molarem dentem in maxilla asini, & egressæ sunt ex eo aquæ. † 15,19.

Eruerunt oculos eius [Samsonis] & duxerunt Gazam vinctum catenis, & clausum in carcere molere fecerunt. † 16,21.

Conterebam molas iniqui. Iob 29,17.

Molas leonum confringet Dominus. Psalmo 57,7. Prou.30,14.

Otiosæ erunt molentes in minuto numero. Eccles 12,3.

Tolle molam, & mole farinam. Isa.47,2.

Vocem molæ, & lumen lucernæ. Ier.25,10. Ioel 1,6.

Expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Matth.18,6.

Duæ molentes in mola: vna assumetur, & vna relinquetur. † 24,41.

Vox molæ non audietur in te amplius. Apocal.18,22.

MOLES.

Quæ autem [aquæ] desuper veniunt, in vna mole consistent. Ios.3,13. Iob 23,6.

Necdum montes graui mole constiterant. Prou.8,25.

Quis appendit tribus digitis molem terræ? Isa.40,12.

MOLESTIA.

Per singulos dies, & mulier molesta erat adolescenti, & ille recusabat stuprum. Gen.39,10. Exod.23,9.

Tandem die septimo, cùm ei esset molesta, exposuit. Iudic.14,17.

Cumque molesta esset ei, & per multos dies iugiter adhæreret, spatium ad quietem non tribuens, defecit anima eius, & ad mortem vsque lassata est. † 16,16.

Mandaui pueris meis, vt nemo molestus tibi sit. Ruth 2,9.

Numquam eis molesti fuimus. 1.Reg.25,7. Iob 4,2. † 16,3.

Cùm mihi molesti essent, induebar cilicio. Psal.34,13.

In ira molesti erant mihi. † 54,4.

De ea re quæ te non molestat, ne certeris: & in iudicio peccatorum ne consistas. Eccli.11,9.

Numquid parum vobis est, molestos esse hominibus, quia molesti estis & Deo meo? Isa.7,13.

Popule meus quid feci tibi, aut quid molestus fui? responde mihi. Mich.6,3.

Noli mihi molestus esse, iam ostium clausum est. Luc.11,7.

Quia molesta est mihi hæc vidua, vindicabo illam, ne in nouissimo venies suggillet me. † 18,5.

Nemo mihi molestus sit. Gal.6,17.

MOLIOR.

Ne moliaris amico tuo malum, cùm ille in te habeat fiduciam. Prou.3,29. 2.Mach.3,4.

MOLLIO.

Deus molliuit cor meum. Iob 23,16. † 40,22.

Molliti sunt sermones eius super oleum. Psal.54,22.

Vt eruaris à muliere aliena, & ab extranea, quæ mollit sermones suos. Prou.2,16.

Respon-

Responsio mollis frangit iram: sermo durus suscitat furorem. † 15,1.

Patientia lenietur princeps, & lingua mollis confringet duritiam. † 25,15. Sap.2,3. † 15,7.

Vltrà non vocaberis mollis & tenera. Isa.47,1.

Qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt. Matth.11,8.

Neque fornicarij, neque idolis seruientes, neque adulteri, neque molles. 1.Cor.6,10.

MOLOCH.

De semine tuo non dabis vt consecretur idolo Moloch. Leuit.18,21.

Si quis dederit de semine suo idolo Moloch, morte moriatur, populus terræ lapidabit eum. † 20,2,5.

Colebat Salomon Astarthen deam Sidoniorum, & Moloch idolum Ammonitarum. 3.Regum 11,5.

Contaminauit quoque Topheth, &c. vt nemo consecraret filium suum, aut filiam, per ignem, Moloch. 4.Reg.13,10.

Portastis tabernaculum Moloch vestro. Amos 5,26. Act.7,43.

MOMENTVM.

Quasi parum & ad momentum facta est deprecatio nostra apud Dominum Deum nostrum. 1.Esd.9,8.

Tamquam momentum stateræ, sic est ante te orbis terrarum, & tamquam gutta roris antelucani, quæ descendit in terram. Sap.11,23.

Ecce Gentes quasi stilla situlæ, & quasi momentum stateræ reputatæ sunt: ecce insulæ quasi puluis exiguus. Isaiæ 40,15.

In momento indignationis abscondi faciem meam parumper à te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui. † 54,8. Thren.4,6. Dan.14,41. Luc.4,5.

Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate. Act.1,7. 1.Corinth.15,52. 1.Thes.5,1.

Id enim, quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis. 2.Cor.4,17.

In momento, in ictu oculi, in nouissima tuba. 1.Cor.15,52.

MONEO.

Filius noster iste proteruus & cōtumax est, monita nostra audire contemnit, comessationibus vacat, & luxuriæ atque conuiuiis: lapidibus eum obruet populus ciuitatis. Deut.21,20.

Monita salutis dabat eis. Tob.1,15.

Monentes eam honorare soceros, diligere maritum, regere familiam, gubernare domum, & seipsam irreprehensibilem exhibere. † 10,13.

Aures tuæ audient verbum post tergum monentis: Hæc est via, ambulate in ea. Isaiæ 30,21.

Per triennium nocte & die non cessaui, cum lacrymis monens vnumquemque vestrûm. Act.20,31. 1.Thes.5,12.

MONETA.

Quadringentos siclos argenti probatæ monetæ publicæ. Gen 23,16.

MONILE.

Mille septingenti sicli auri, absque ornamentis, & monilibus, & veste purpurea. Iudic.8,26.

Collum tuum sicut monilia. Cant.1,9. † 7,1.

Torques, & monilia, & armillas, & mitras, & discriminalia. Isaiæ 3,19.

Quasi sponsum decoratum corona, & quasi sponsam ornatam monilibus suis. † 61, 10. Ierem.4,30.

Ornamentum monilium suorum in superbiam posuerunt. Ezech.7,20.

Visitabo super eam dies Baalim, quibus accendebat incensum, & ornabatur inaure sua, & monili suo, & ibat post amatores suos, & mei obliuiscebatur. Osee 2,13.

MONIMENTVM, MONVMENTVM.

Confirmatus est ager, & antrum, quod erat in eo, Abrahæ in possessionem monumenti. Genes.23,19.

Erexitque Iacob titulum super sepulchrum eius: Hic est titulus monumenti Rachel, vsque in præsentem diem. † 35,20.

Habebitis autem hunc diem in monimentum: & celebrabitis eam solemnem Domino in generationibus vestris cultu sempiterno. Exod.12,14.

Et quasi monimentum ante oculos tuos. † 13,9. † 17,7.

Scribe hoc ob monimentum in libro, & trade auribus Iosue. † 17,14,15.

Monimentum eorum coram Domino, & propitietur animabus eorum. † 30,16.

Vt sit panis in monimentum oblationis Domini. Leuit.24,7.

Vt cernant ea pro signo & monimento filij Israel. Num 16,38.

Idcircò positi sunt lapides isti in monimentum filiorum Israel vsque in æternum. Ios.4,7.

Non habeo filium, & hoc erit monimentum nominis mei. 2.Reg.18,18.

Inter manus habentes luctum, & deplorantes ad monumenta mortuorum. Sap.19,3.

Scriptus est liber monumenti coram eo timentibus Dominum, & cogitantibus nomen eius. Mal.3,16.

Accepto corpore, Ioseph inuoluit illud in sindone munda. Et posuit illud in monumento suo nouo, quod exciderat in petra. Matth.27,60.

Qui domicilium habebat in monumentis, & neque catenis iam quisquam poterat eum ligare. Mar.5,3.

Vna sabbatorum veniunt ad monumentum orto iam sole. † 16,2.

Væ vobis, quia estis vt monumenta quæ non appa-

apparent,& homines ambulantes supra,nesciunt. † 11,44.

Væ vobis, qui ædificatis monumenta Prophetarum: patres autem vestri occiderunt illos. 47.

Posuit eum in monumento exciso, in quo nõdum quisquam positus fuerat. † 23,53. Ioan. 5,28. † 11,17.

Et in horto monumentum nouum, in quo nondum quisquam positus erat. Ioan.19,41.

Corpora eorum non sinent poni in monumentis. Apoc.11,9.

MONS.

Descenditque Dominus super montem Sinai, in ipso montis vertice. Exod 19,20.

Stabisque mecum super verticem montis. Nullus ascendat tecum. † 34,2.

Montem Hermon, quem Sidonij Sarion vocant,& Amorrhæi Sanir. Deut.3,9.

Videbo Terram hanc optimam trans Iordanem,& montem istum egregiũ,& Libanum. 25.

Accessistis ad radices montis,qui ardebat vsque ad cælum:erantque in eo tenebræ,& nubes,& caligo. † 4,11,48.† 5,23.

Montium fundamenta comburet. † 32,22.

Ascende in montem istum Abarim,id est, transituum,*&c.* & morere in monte. 49.

Apparuit de monte Pharan,& cum eo sanctorum millia. † 33,2.

Populos vocabunt ad montem:ibi immolabunt victimas iustitiæ. 19.

Ad montana conscendite, ne fortè occurrant vobis reuertentes: ibique latitate tribus diebus. Iosu.2,16.† 11,16.† 13,19.

Da ergo mihi montem istum,quem pollicitus est Dominus te quoque audiente,in quo Enacim sunt,& vrbes magnæ,atque munitæ. † 14,12.

Non poterimus ad montana conscendere,cùm ferreis curribus vtantur Chananæi. † 17,16.

Transibis ad montem, & succides tibi, atque purgabis ad habitandum spatia. 18.

Fuitque Dominus cum Iuda,& montana possedit: nec potuit delere habitatores vallis, quia falcatis curribus abundabant. Iudic.1,19.

Vade, duc exercitum in montem Thabor. † 4,6,14.

Stetit in vertice montis Garizim: eleuataque voce clamauit, & dixit: Audite me viri Sichem: ita audiat vos Deus. † 9,7.

Ambas portæ fores, *&c.* portauit ad verticem montis. † 16,3.

Philisthiim stabant super montem ex parte hac, & Israel stabat supra montem ex altera parte. 1 Reg.17,3. † 23,14.

Et stetisset in vertice montis de longè, & esset grande interuallum inter eos,clamauit. † 26,13.

Montes Gelboë, nec ros nec pluuia veniant super vos. 2.Reg.1,21.

Cumque ascenderet Dauid summitatem montis, in quo adoraturus erat Dominum. † 15,32.

Semei autem, per iugum montis ex latere, contra illum gradiebatur,maledicens,& mittens lapides aduersus eum, terramque spargens. † 16,13.

Crucifixerunt eos in monte coram Domino. † 21,9.

Ambulauit [Elias] in fortitudine cibi illius, quadraginta diebus & quadraginta noctibus,vsque ad montem Dei Horeb. 3.Reg.19,8.

Sta in monte coram Domino. 11.

Dij montium sunt dij eorum. † 20,23.

Quia dixerunt Syri: Deus montium est Dominus, & non est Deus vallium: dabo omnem multitudinem hanc grandem in manu tua. 28.

Sedentique in vertice montis, ait: Homo Dei, rex præcepit,vt descendas. 4 Reg.1,9.

Venit ad virum Dei in montem Carmeli. † 4,25.

Mons plenus equorum & curruum igneorum in circuitu Elisæi. † 6,17.

Ad dexteram partem Montis offensionis,quæ ædificauerat Salomon. † 23,13.

Cœpit Salomon ædificare domum Domini in Ierusalem in monte Moria, qui demostratus fuerat Dauid. 2.Par 3,1.

Ad montem quoque Sinai descendisti,& locutus es cum eis de cælo. 2.Esd.9,13.

Anna autem sedebat secus viam quotidie in supercilio montis, vnde respicere poterat de longinquo. Tob.11,5.

Venit ad magnos montes Ange. Iudith 2,12.

Præoccupauerũt omnes vertices montiũ.†4,3.

Filij Israel non in lancea, nec in sagitta confidunt; sed montes defendunt illos. † 7,8.

Montes à fundamentis mouebuntur cum aquis: petræ sicut cera liquescent ante faciem tuam. † 16,18.

Qui transtulit montes,& nescierunt hi, quos subuertit in furore suo? Iob 9,5.

Mons cadens defluit, & saxum transfertur de loco suo. † 14,18.

Transferentur montes in cor maris. Psal.45,3.

Præparans montes in virtute tua. † 64,7.

Mons coagulatus,mons pinguis:vt quid suspicamini montes coagulatos? mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo: etenim Dominus habitabit in finem. † 67,17.

Mons Sion,in quo habitasti in eo. † 73,2.

Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis. † 75,1.

Induxit eos in montem sanctificationis suæ. † 77,54.

Priusquam montes fierent,aut formaretur terra. † 89,2.

Altitudines montium ipsius sunt. † 94,4.

Montes sicut cera fluxerunt à facie Domini. † 96,5.

Ado.

Adorate in monte sancto eius. † 98,9.
Ascendunt montes, & descendunt campi, in locum quem fundasti eis. † 103,8.
Rigans montes de superioribus suis. 13.
Montes exultauerunt vt arietes. † 113,4.
Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi. † 120,1.
Montes in circuitu eius, & Dominus in circuitu populi sui. † 124,2.
Tange montes, & fumigabunt. † 143,5.
Montes, & omnes colles, ligna fructifera. † 148,9.
Necdum montes graui mole constiterant. Prou.8,24.
Vox dilecti mei: ecce iste venit saliens in montibus. Cant.2,8.
Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro. † 4,2.
Vadam ad montem myrrhę, & ad collem thuris. 6.
In conspectu eius commouebuntur montes, & in voluntate eius aspirabit Notus. Eccli.43,17.
Et erit in nouissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, & eleuabitur super colles. Isa.2,2. Mich.4,1.
Venite, & ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias suas. 3.
Montes, qui in sarculo sarrientur, non veniet illuc terror spinarum. † 7,25.
Super montem caliginosum leuate signum. † 13,2.
In monte hoc conuiuium pinguium. † 25,6.
Requiescet manus Domini in monte isto: & triturabitur Moab sub eo, sicuti teruntur paleæ in plaustro. 10.
Sicut enim in monte diuisionum stabit Dominus. † 28,21.
Omnis vallis exaltabitur, & omnis mons & collis humiliabitur. † 40,4.
Super montem excelsum ascende tu, qui euangelizas Sion. 9.
Resonate montes laudationem. † 44,23.
Ponam omnes montes meos in viam, & semitæ meæ exaltabuntur. † 49,11.
Iubilate montes laudem, quia consolatus est Dominus populum suum. 13.
Montes enim commouebuntur, & colles contremiscent: misericordia autem mea non recedet à te, & fœdus pacis meæ non mouebitur. † 54,10.
Super montem excelsum & sublimem posuisti cubile tuum, & illuc ascendisti, vt immolares hostias. † 57,7.
Vtinam dirumperes cælos, & descenderes: à facie tua montes defluerent. Sicut exustio ignis tabescerent, aquæ arderent igni. † 64,1.
Donum Domino, in equis & in quadrigis, & in lecticis, & in mulis, & in carrucis, ad montem sanctum meum Ierusalem. † 66,20.
Vidi montes, & ecce mouebantur: & omnes colles conturbati sunt. Ier.4,24.
Super montes assumam fletum, ac lamentum, & super speciosa deserti, planctum. † 9,10.
Antequam offendant pedes vestri ad montes caliginosos. † 13,16.
Benedicat tibi Dominus pulchritudo iustitiæ, mons sanctus. † 31,23.
Ecce ego ad te mons pestifer, ait Dominus, qui corrumpis vniuersam terram. † 51,25.
Propter montem Sion quia desperiit, vulpes ambulauerunt in eo. Thren.5,18.
Pone faciem tuam ad montes Israel, & prophetabis ad eos. Ezech.6,2.
In monte sublimi Israel plantabo illud, & erumpet in germen. † 17,23.
In monte sancto meo, in monte excelso Israel, ait Dominus Deus, ibi seruiet mihi omnis domus Israel. † 20,40.
Ecce ego ad te mons Seir, & extendam manum meam super te. † 35,3,7.
Montes Israel, audite verbum Domini. † 36,1.
In visionibus Dei adduxit me in terram Israel, & dimisit me super montem excelsum nimis: super quem erat quasi ædificium ciuitatis vergentis ad Austrum. † 40,2.
Ista est lex domus in summitate montis. † 43,12.
Lapis autem, qui contriuerat statuam, factus est mons magnus, & impleuit vniuersam terram. Dan.2,35.
Super montem inclytum & sanctum. † 11,45.
Scietis quia ego Dominus Deus vester habitans in Sion monte sancto meo. Ioel. 3,17.
In die illa: stillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lacte. 18.
Formans montes, & creans ventum, & annuntians homini eloquium suum. Amos 4,13.
Stillabunt montes dulcedinem, & omnes colles culti erunt. † 9,13.
In monte Sion erit saluatio, & erit sanctus, & possidebit domus Iacob eos qui se possederant. Abd.v.17.
Ad extrema montium descendi. Ionæ 2,7.
Consumentur montes subtus eum, & valles scindentur, sicut cera à facie ignis. Mich.1,4.
Ad mare de mari, & ad montem de monte. † 7,12.
Montes commoti sunt ab eo. Nahum 1,5.
Aspexit, & dissoluit Gentes: & contriti sunt montes sæculi. Habac.3,6.
Quis tu mons magne coram Zorobabel? in planum: & educet lapidem primariũ. Zach.4,7.
Quatuor quadrigæ egredientes de medio duorum montium: & montes, montes ærei. † 6,1.
Habitabo in medio Ierusalem: & vocabitur Ierusalem Ciuitas veritatis, & Mons Domini exercituum mons sanctificatus. † 8,3.

Stabunt pedes eius in die illa super montem Oliuarum, qui est cōtra Ierusalem ad Orientem: & scindetur mons Oliuarum ex media parte sui ad Orientem, & ad Occidentem. † 14.4.

Muniuit montem templi, qui erat secus arcem. 1. Machab. 13, 53.

Videns autem Iesus turbas, ascendit in montem, & cùm sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius. Matth. 5, 1.

Et ducit illos in montem excelsum seorsum. † 17, 1.

Vndecim autem discipuli abierunt in Galilæam, in montem vbi constituerat illis Iesus. † 28, 16.

Quicumque dixerit huic monti: Tollere, & mittere in mare, & non hæsitauerit in corde suo, sed crediderit quia quodcumque dixerit, fiat, fiet ei. Mar. 11, 23.

Exurgens autem Maria in diebus illis abiit in montana cum festinatione. Luc. 1, 39.

Omnis mons & collis humiliabitur. † 3, 5.

Tunc incipient dicere montibus: Cadite super nos; & collibus: Operite nos. † 23, 30.

Iesus autem perrexit in montem Oliueti, & diluculò iterùm venit in templum. Ioan. 8, 1.

Non enim accessistis ad tractabilem montem & accessibilem ignem. Heb. 12, 18.

Omnis mons & insulæ de locis suis motæ sunt. Apoc. 6, 14.

Et omnis insula fugit, & montes non sunt inuenti. † 16, 20.

Septem capita, septem montes sunt, super quos mulier sedet, & reges septem sunt. † 17, 9.

Sustulit me in spiritu in montem magnum & altum, & ostendit mihi ciuitatem sanctam Ierusalem descendentem de cælo à Deo. † 21, 10.

MONSTRO.

Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram quam monstrabo tibi. Gen. 12, 1. † 22, 2.

Inspice, & fac secundùm exemplar quod tibi in monte monstratum est. Exod. 25, 40. Esther 8, 4.

Nihil est quod non monstrauerim in eis in thesauris meis. 4. Reg 20, 14.

Viam sapientiæ monstrabo tibi, ducam te per semitas æquitatis. Prou. 4, 11.

MONSTRVM.

Ibi vidimus monstra quædam filiorum Enac de genere giganteo: quibus comparati, quasi locustæ videbamur. Num. 13, 34.

Signa & monstra scit, antequā fiant. Sap. 8, 8.

Monstrorum exagitabantur timore. † 17, 14.

In verbis suis monstra placauit. Eccli. 45, 2.

Fecit illis monstra, & consumpsit illos in flamma ignis. 24.

Rogabant in bonum monstra conuerti. 2. Machab. 5, 4.

MORDEO.

Mordens vngulas equi. Gen. 49, 17.

Deuorabunt eos aues morsu amarissimo. Deuteron. 32, 24.

Qui attonitis oculis cogitat praua, mordens labia sua, perficit malum. Prou. 16, 30.

Ingreditur [vinum] blandè, sed in nouissimo mordebit vt coluber. † 23, 32.

Qui dissipat sepem, mordebit eum coluber. Eccles. 10, 8.

Si mordeat serpens in silentio, nihil eo minus habet qui occultè detrahit. 11. Sap. 16, 5.

Illos enim locustarum & muscarum occiderunt morsus, & non est inuenta sanitas animæ illorum. Sap. 16, 9.

Ero mors tua ô mors, morsus tuus ero inferne. Osee 13, 14.

Si celauerint se ab oculis meis in profundo maris, ibi mandabo serpenti, & mordebit eos. Amos 9, 3.

Super prophetas, qui seducunt populum meū: qui mordent dentibus suis. Mich. 3, 5.

Numquid non repentè consurgent, qui mordeant te: & suscitabuntur lacerantes te, & eris in rapinam eis. Habac. 2, 7.

Quòd si inuicem mordetis, & comeditis: videte ne ab inuicem consumamini. Gal. 5, 15.

MORIA.

Aedificare domum Domini in Ierusalem in monte Moria, qui demonstratus fuerat Dauid patri eius. 2. Par. 3, 1.

MOROR.

Cogentibus exire Aegyptiis, & nullam facere sinentibus moram. Exod 12, 39.

Quod moram faceret descendendi de monte Moyses. † 32, 1.

Morati sunt in Naioth. 1. Reg. 19, 18.

Morabatur Dauid in deserto in locis firmissimis. † 23, 14.

Moratus est extra placitum. 2. Reg. 20, 5. 4. Reg. 4, 24.

Dies nostri quasi vmbra super terram, & nulla est mora. 1. Par. 29, 15.

Putas quare moratur filius meus, aut quare detentus est ibi? Tob. 10, 1.

Ros morabitur in messione mea. Iob 29, 19. Psal 60, 6, 9.

Stultus illudet peccatum, & inter iustos morabitur gratia. Prou. 14, 9.

Vir, cum quo est Deus, & qui Deo secum morante confortatus, ait: Stultissimus sum virorum. † 30, 1.

Siquid vouisti Deo, ne morēris reddere. Eccle. 5, 3.

Beatus vir, qui in sapientia morabitur. Eccli. 14, 22.

In omnibus requiem quæsiui, & in hereditate Domini morabor. † 24, 11.

Pro-

Propè feci iustitiam meam, & non elongabitur, & salus mea non morabitur. Isaiæ 46,13.

Laua à malitia cor tuum Ierusalem, vt salua fias: vsquequò morabuntur in te cogitationes noxiæ? Ierem.4,14.

Ne moreris, propter temetipsũ Deus. Dan.9,19

Si moram fecerit, expecta illum. Habac 2,3.

Si autem dixerit malus seruus ille in corde suo: Moram facit Dominus meus venire. Matth. 24,48.

Moram facit Dominus meus venire, & cœperit percutere seruos. Luc.12,45. Heb.13,3.

MORS.

Omne tempus quod vixit Adam, anni nongenti triginta, & mortuus est. Gen.5,5.

Fuerunt autem dies vitæ Abrahæ, centum septuaginta quinque anni. Et deficiens mortuus est. † 25,7.

Anni vitæ Ismaelis centum triginta septem, deficiensq́ue mortuus est. 17.

Qui tetigerit hominis huius vxorem morte morietur. † 26,11.

Mortua est Debora nutrix Rebeccæ, & sepulta est ad radices Bethel subter quercum: vocatumq́; est nomen loci illius: Quercus fletus. † 35,8.

Mortua ergo Rachel, & sepulta est in via quæ ducit Ephratam. 19.

Completi sunt dies Isaac centum octoginta annorum. Consumptusq́; ætate mortuus est. 28.

Cur ergo moriemur te vidente? & nos & terra nostra tui erimus. † 47,19.

En ego morior, & erit Deus vobiscum, reducetq́ue vos ad terram patrum vestrorum. † 48,21.

Mors Iacob. Finitisq́ue mandatis quibus filios instruebat, collegit pedes suos super lectulum, & obiit. † 49,32.

Mortuus est [Ioseph] expletis centum decem vitæ suæ annis. † 50,25.

Mortui sunt omnes qui quærebant animam tuam. Exod.4,19.

Rogate Deum vestrum vt auferat à me mortem istam. † 10,17.

Dixitq́ue Pharao ad Moysen, *&c.* quocumque die apparueris mihi, morieris. 28.

Media nocte egrediar in Aegyptum: & morietur omne primogenitum. † 11,4.

Neque erat domus in qua non iaceret mortuus. † 12,30.

Ideircò tulisti nos vt moreremur in solitudine. † 14,11.

Viderunt Aegyptios mortuos super litus maris, & manum magnam quam exercuerat Dominus contra eos. 31.

Vtinam mortui essemus per manum Domini in terra Aegypti, quando sedebamus super ollas carnium. † 16,3.

Super mortuo non incidetis carnem vestram. Leuit.19,28.

Vestimenta non scindet [Pontifex:] & ad omnem mortuum non ingredietur omnino, super patre quoque suo & matre non contaminabitur. † 21,11.

Omni tempore consecrationis suæ super mortuum non ingredietur, nec super patris quidem & matris, & fratris sororisq́ue funere contaminabitur, quia consecratio Dei super caput eius est. Num.6,6.

Ne fiat hæc quasi mortua, & vt abortiuum, ecce iam medium carnis eius deuoratum est à lepra. † 12,12.

Si consueta hominum morte interierint, *&c.* descenderintq́ue viuentes in infernum, scietis quòd blasphemauerint Deum. † 16, 28.

Mortuaq́ue est ibi Maria, & sepulta in eodem loco. Num.20,1.

Mors Aaron. Pergat, inquit, Aaron ad populos suos: non enim intrabit Terram quam dedi filiis Israel, eò quòd incredulus fuerit ori meo ad aquas contradictionis. Num.20,24.

Illo mortuo in montis supercilio, descendit cum Eleazaro. 29. Eccli.45,7.

Moriatur anima mea morte iustorum, & fiant nouissima mea horum similia. † 23,10. † 25,8.

Mortis præparatio vitiorum est debellatio. Vlciscere priùs filios Israel de Madianitis, & sic colligêris ad populum tuum. † 31,2.

Balaam quoque filium Beor interfecerunt gladio. 8.

In vrbem ad quam confugerat, manebitq́ue ibi, donec sacerdos magnus, qui oleo sancto vnctus est, moriatur. † 35,25.

Morior in hac humo, non transibo Iordanem: vos transibitis, & possidebitis terram egregiam. Deut.4,22.

Cur ergo moriemur, & deuorabit nos ignis hic maximus? Si enim audierimus vltrà vocem Domini Dei nostri, moriemur. † 5,25.

Aut quærat à mortuis veritatem. † 18,11.

Ait Dominus ad Moysen: Ecce propè sunt dies mortis tuæ: voca Iosue, & state in tabernaculo testimonij, vt præcipiam ei. † 31,14.

Noui enim quòd post mortem meam iniquè agetis, & declinabitis citò de via quam præcepi vobis: & occurrent vobis mala in extremo tempore. 29.

Morere in monte. † 32,49.

Hæc est benedictio, qua benedixit Moyses, homo Dei, filiis Israel ante mortem suam. † 33,1.

Mortuusq́ue est ibi Moyses seruus Domini, in terra Moab, iubente Domino: & sepeliuit eum in valle Terræ Moab contra Phogor. † 34,6.

Et moriatur sacerdos magnus, qui fuerit in illo tempore: tunc reuertetur homicida. Ios.19,6.

Mortuus est Iosue filius Nun seruus Domini, centum & decem annorum. † 24,29.

Produc filium tuum huc vt moriatur: quia de-

destruxit aram Baal, & succidit nemus. Iudic.6,30.

Postquam autem mortuus est Gedeon, auersi sunt filij Israel, & fornicati sunt cum Baalim, percusseruntque cum Baal fœdus, vt esset eis in Deum: nec recordati sunt Domini Dei sui.† 8,33.

Ait: Moriatur anima mea cum Philisthiim. † 16,29.

Morte moriemur, quia vidimus Deũ. † 13,22.

Cecidit domus super omnes principes, & ceteram multitudinem, quæ ibi erat: multoque plures interfecit moriens, quàm antè viuus occiderat. 30.

Mortem causat luxuria sexaginta quinque millibus hominum, præter vrbes & vicos extra Gabaa & viros Iabes. † 20,21.

Hæc mihi faciat Dominus, & hæc addat, si non sola mors me & te separauerit. Ruth 1,17.

Quæ te terra morientem susceperit, in ea moriar, ibique locum accipiam sepulturæ. 18.

Eamdem gratiam, quam præbuerat viuis, seruauit & mortuis. † 2,20.

Pars magna domus tuæ morietur, cùm ad virilem ætatem venerit. 33.

Cecidit [Heli] de sella retrorsum iuxta ostium, & fractis ceruicibus mortuus est. † 4,18.

In ipso autem momento mortis eius, &c. vocauit puerum Ichabod, dicens: Translata est gloria de Israel, quia capta est arca Dei. 20. † 5,6.

Fiebat enim pauor mortis in singulis vrbibus & grauissima valdè manus Dei; viri quoque qui mortui non fuerant, percutiebantur in secretiori parte natium. † 5,12.

Ora pro seruis tuis ad Dominum Deum tuum, vt non moriamur. † 12,19.

Absque retractatione morietur. † 13,39.

Morte morieris Ionatha. 44.

Ergóne Ionathas morietur, qui fecit salutem hanc magnam in Israel? hoc nefas est. Viuit Dominus, si ceciderit capillus de capite eius in terram, quia cum Deo operatus est hodie. 45.

Sicciné separat amara mors? † 15,32.

Vno tantum (vt ita dicam) gradu ego morsque diuidimur. † 20,3,31. † 22,16.

Mortuus est autem Samuel, & congregatus est vniuersus Israel, & planxerunt eum. † 25,1.

Percussit Dominus Nabal & mortuus est. 38.

Quòd cùm audisset Dauid mortuum Nabal, ait: Benedictus Dominus, qui iudicauit causam opprobrij mei de manu Nabal. 39.

Filij mortis estis vos, qui non custodistis Dominum vestrum christum Domini.† 26,16.† 28,19.

Mortuus est ergo Saul, & tres filij eius, & armiger illius, & vniuersi viri eius in die illa pariter. † 31,6.

Percussit illum & mortuus est. 2.Reg.1,15.

Considera Israel pro his qui mortui sunt. 18.

Saul & Ionathas amabiles, & decori in vita sua, in morte quoque non sunt diuisi. 23.

Percussit ergo eum [Asaelem] Abner auersa hasta in inguine, & transfodit, & mortuus est. † 2,23. † 3,23.

Nequaquam vt mori solent ignaui, mortuus est Abner. † 3,33. † 10,1.

Si dixerimus, Mortuus est puer, se affliget? † 12,18.

Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram, quæ non reuertuntur: nec vult Deus perire animam, sed retractat cogitans ne prorsus pereat qui abiectus est. † 14,14. † 18,14.

Fili mi Absalom, Absalom fili mi: quis mihi tribuat vt ego moriar pro te? † 18,33.

Si Absalom viueret, & omnes nos occubuissemus, tunc placeret tibi. † 19,6.

Et ait rex Semei: Non morieris, iurauitque ei. 23.

Moriar in ciuitate mea, & sepeliar iuxta sepulchrum patris mei & matris meæ. 37.

Effudit intestina eius [Amasæ] in terram, nec secundũ vulnus apposuit, & mortuus est.† 20,10.

Appropinquauerunt autem dies Dauid vt moreretur, præcepitque Salomoni filio suo, &c. Obserua custodias Domini Dei tui, vt ambules in viis eius. 3.Reg.2,1.

Misitque rex Salomon per manum Banaiæ filij Ioiadæ, qui interfecit eum [Adoniam] & mortuus est. 25.

Equidem vir mortis es. 26.

Non egrediar, sed hic moriar, &c. interfice eum [Ioab] & sepeli. 30.

Percussit eum [Semei] & mortuus est. 46.

Qui mortui fuerunt de Ieroboam in ciuitate comedent eos canes. † 14,11.

In ipso introitu pedum tuorum in vrbem, morietur puer. 12.

Videns autem Zambri, quòd expugnanda esset ciuitas, ingressus est palatiũ, & succendit se cum domo regia, & mortuus est. † 16,18.† 17,19.

Et sederet [Elias] subter vnam iuniperum, petiuit animæ suæ vt moreretur. † 19,4.

Quia dimisisti virum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima eius, & populus tuus pro populo eius. † 20,42. 4.Reg.1,4.

Sanaui aquas has, & non erit vltrà in eis mors neque sterilitas. 4.Reg.2,21.

Ascende calue, &c. duo vrsi de saltu, & lacerauerunt ex eis quadraginta duos pueros. 24.

Puer mortuus iacebat in lectulo eius. † 4,32.

Mors in olla, vir Dei, &c. Afferte, inquit, farinam. 40.

Quid hic esse volumus donec moriamur? † 7,3.

Quem [ducem] conculcauit populus in introitu portæ, & mortuus est. 17.

Cumque ille narraret regi quomodo mortuum suscitasset, apparuit mulier, cuius viuificauerat filium. † 8,5.

Tulit stragulum, & infudit aquam, & expandit super

ſuper faciem eius [Benadad] quo mortuo, regnauit Hazaël pro eo. † 8,15. † 9, 24,27.

Præcipitauerunt eam [Iezabelem] aſperſuſque eſt ſanguine paries, & equorum vngulæ conculcauerunt eam. 33. † 10,25.

Impegerunt eam [Athaliam] per viā introitus equorū iuxta palatiū, & interfecta eſt ibi. † 11,16.

Mortuus eſt ergo Eliſeus, & ſepelierunt eum. † 13,20.

Non morientur patres pro filiis. † 14,6.

Vidit omnia corpora mortuorum, & recedens abiit. † 19,35.

Morieris enim tu, & non viues. † 20,1.

Et contriuit ſtatuas, & ſuccidit lucos: repleuitque loca eorum oſſibus mortuorum. † 23,14.

Abiit Ioſias rex in occurſum eius: & occiſus eſt in Mageddo, cùm vidiſſet eum. Et portauerunt eum ſerui ſui mortuum de Mageddo. 29.

Mortuus eſt ergo Saul propter iniquitates ſuas, eò quòd præuaricatus ſit mandatum Domini, quod præceperat, & non cuſtodierit illud: ſed inſuper etiam pythoniſſam conſuluerit, nec ſperauerit in Domino: propter quod interfecit eum, & tranſtulit regnum eius ad Dauid. 1. Par. 10,13.

Nec valuit vltrà reſiſtere Ieroboam in diebus Abia: quem percuſſit Dominus, & mortuus eſt. 2. Par. 13,20.

Si quis autem inquit [Aſa] non quæſierit Dominum Deum Iſrael, moriatur, à minimo vſque ad maximum. † 15,13.

Mortuus eſt [Achab] occidente ſole. † 18,34. † 23,20.

Qui [Zacharias] cùm moreretur, ait: Videat Dominus, & requirat. † 24,22. Tob. 1,24.

Vix effugiſti mortis imperium, & iterùm ſepelis mortuos? Tob. 2,8.

Præcipe in pace recipi ſpiritum meū: expedit enim mihi mori magis quàm viuere. † 3,6,15.

Eleëmoſyna à morte liberat. † 12,9.

In hora autem mortis ſuæ vocauit ad ſe Tobiam filium ſuum, & ſeptem iuuenes filios eius nepotes ſuos. † 14,5. Iudith 7,17.

Simus opprobrium omni carni, cùm viderimus vxores noſtras, & infantes noſtros mori ante oculos noſtros. Iudith 7,16.

Et vir eius fuit Manaſſes, qui mortuus eſt in diebus meſſis hordeaceæ. † 8,2. Eſth. 2,23.

Contra legem faciens, non vocata, tradenſque me morti & periculo. † 4,16. † 13,18.

Loquere regi pro nobis, & libera nos de morte. † 15,3.

Quare non in vulua mortuus ſum, egreſſus ex vtero non ſtatim perij? Iob 3,11.

Qui expectant mortem, & non venit. 20.

Morientur, & non in ſapientia. † 4,21.

Vbi vmbra mortis & nullus ordo. † 10,22.

Et producit in lucem vmbram mortis. † 12,22.

Homo verò cùm mortuus fuerit, & nudatus atque conſumptus, vbi quæſo eſt? † 14,10.

Primogenita mors. † 18,13.

Iſte moritur robuſtus, & ſanus, diues & felix. † 21,13.

In congerie mortuorum vigilabit. 32.

In nidulo meo moriar. † 29,18.

Scio quia morti trades me, vbi conſtituta eſt domus omni viuenti. † 30,23. † 32,22.

Subitò morientur, & in media nocte turbabuntur populi. † 34,20.

Morietur in tempeſtate anima eorum, & vita eorum inter effeminatos. † 36,14.

Numquid apertæ ſunt tibi portæ mortis, & oſtia tenebroſa vidiſti? † 38,17.

Et mortuus eſt [Iob] ſenex & plenus dierum. † 42,16.

Non eſt in morte qui memor ſit tui. Pſal. 6,6.

Mors peccatorum peſſima. † 33,22.

Quando morietur, & peribit nomen eius? † 40,6.

Sicut oues in inferno poſiti ſunt, mors depaſcet eos. † 48,15.

Formido mortis cecidit ſuper me. † 54,5.

Veniat mors ſuper illos. 16.

Eripuiſti animam meam de morte. † 55,14.

Domini Domini exitus mortis. † 67,21.

Sicut homines moriemini. † 81,7.

Numquid mortuis facies mirabilia, aut medici ſuſcitabunt. † 87,11.

Quis eſt homo, qui viuet, & non videbit mortem, eruet animā ſuam de manu inferi? † 88,49.

Comederunt ſacrificia mortuorum. † 105,28.

Appropinquauerunt vſque ad portas mortis. † 106,18.

Non mortui laudabunt te, Domine. † 113,25.

Pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius. † 115,7.

Non moriar, ſed viuam, & narrabo opera Domini. † 117,17.

Morti non tradidit me. 18.

Collocauit me in obſcuris ſicut mortuos ſæculi. † 142,3.

Pedes eius deſcendunt in mortem, & ad inferos greſſus illius penetrant. Prou. 5,4.

Morietur, quia non habuit diſciplinam, & in multitudine ſtultitiæ ſuæ decipietur. 23.

Omnes qui me oderunt diligunt mortem. † 8,36.

Mortuo homine impio, nulla erit ſpes. † 11,6.

Sperat autem iuſtus in morte ſua. † 14, 32.

Mors & vita in manu linguæ. † 18,21.

Erue eos qui ducuntur ad mortē. Prou. 64,11.

Moritur doctus ſimiliter vt indoctus. Eccleſ. 2,16.

Laudaui magis mortuos, quàm viuentes. † 4,2.

Melius eſt nomen bonum, quàm vnguenta pretioſa; & dies mortis die natiuitatis. † 7,2.

Inueni amariorem morte mulierem. 26.

Mortui verò nihil nouerunt amplius, nec habent vltra mercedem, quia obliuioni tradita est memoria eorum. † 9,5.
Fortis est vt mors dilectio. Cant. 8,6.
Nolite zelare mortem in errore viæ vestræ. Sap. 1,12.
Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum, &c. Impij autem manibus & verbis accersierunt illum. 13.
Morte turpissima condemnemus eũ. † 2,20.
Inuidia autem diaboli mors introiuit in orbem terrarum. 24.
Iustorum autem animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis. † 3,1.
Iustus autem si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit. † 4,7.
Sum quidem & ego mortalis homo. † 7,1.
Cùm enim sit mortalis, mortuum fingit manibus iniquis. † 15,17.
Similiter ergo omnes vno nomine mortis, mortuos habebant innumerabiles. † 18,12.
Repleuit omnia morte. 16.
Alius alibi proiectus semiuiuus, propter quam moriebatur, causam demonstrabat mortis. 18.
Cecidissent super alterutrum mortui, interstitit & amputauit impetum, & diuisit illam, quæ ad viuos ducebat, viam. 23.
Populus quidem tuus mirabiliter transiret, illi autem nouam mortem inuenirent. † 19,5.
Gratia dati in conspectu omnis viuentis, & mortuo non prohibeas gratiam. Eccli. 7,37.
Noli de mortuo inimico tuo gaudere: sciens quoniam omnes morimur, & in gaudium nolumus venire. † 8,8.
Communionem mortis scito: quoniam in medio laqueorum ingredieris. † 9,20.
Cùm enim morietur homo, hereditabit serpentes, & bestias, & vermes. † 10,13.
Memor esto quoniã mors non tardat. † 14,12.
Supra mortuum plora, defecit enim lux eius: & supra fatuũ plora, deficit enim sensus. † 22,10.
A muliere initium factum est peccati, & per illam omnes morimur. † 25,33.
Mors illius, mors nequissima, & vtilis potiùs infernus quàm illa. Perseuerantia illius non permanebit. † 28,25.
Melior est mors quàm vita amara: & requies æterna quàm languor perseuerans. † 30,17.
Quid defraudat vitam? mors. † 31,34.
Contra malum bonum est, & contra mortem, vita. † 33,15.
Fili, in mortuum produc lacrymas, & quasi dira passus incipe plorare: & secundùm iudicium contege corpus illius, & non despicias sepulturam illius. † 38,16.
In requie mortui requiescere fac memoriam eius, & consolare eum in exitu spiritus sui. 24.
O mors quàm amara est memoria tua homini pacem habenti in substantiis suis; viro quieto, & cuius viæ directæ sunt in omnibus, & adhuc valenti accipere cibum? † 41,1.
O mors, bonum est iudicium tuum homini indigenti, & qui minoratur viribus, defecto ætate, & cui de omnibus cura est, & incredibili, qui perdit patientiam? Noli metuere iudicium mortis. 3.
Qui sustulisti mortuum ab inferis de sorte mortis in verbo Domini Dei. † 48,5.
In vita sua fecit monstra, & in morte mirabilia operatus est. 15.
Pro morte defluente deprecatus sum. † 51,13.
Numquid non populus à Deo suo requiret, pro viuis à mortuis? Isaiæ 8,19.
Comedamus, & bibamus: cras enim moriemur. † 22,13.
Ibi morieris, & ibi erit currus gloriæ tuæ. 18.
Præcipitabit mortem in sempiternum, & auferet Dominus Deus lacrymam. † 25,8.
Morientes non viuant, gigantes non resurgant: propterea visitasti & contriuisti eos, & perdidisti omnem memoriam eorum. † 26,14.
Percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum. † 28,15.
Non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te. † 38,18.
Per terram sitis & imaginẽ mortis. Ierem. 2,6.
Erit morticinum populi huius in cibum volucribus cæli & bestiis terræ. † 7,33.
Eligent magis mortem quàm vitam, omnes qui residui fuerint de cognatione hac pessima in vniuersis locis quæ derelicta sunt. † 8,3.
Quia ascendit mors per fenestras nostras, ingressa est domos nostras, disperdere paruulos deforis, iuuenes de plateis. † 9,21.
Non prophetabis in nomine Domini, & non morieris in manibus nostris. † 11,21.
Qui ad mortem, ad mortem. † 15,2 † 43,11.
Mortibus ægrotationum morientur: non plangentur, & non sepelientur. † 16,4.
Morientur grandes, & parui in terra ista: non sepelientur neque plangentur. 6.
Nolite flere mortuum neque lugeatis super eum fletu. † 22,10.
Apprehenderunt enim sacerdotes & prophetę omnis populus dicens: Morte moriatur. Quare prophetauit? † 26,9.
Non est viro huic iudicium mortis: quia in nomine Domini Dei nostri locutus est ad nos. 16.
Numquid morte condemnauit eum Ezechias rex Iuda, & omnis Iuda? numquid non timuerunt Dominum, & deprecati sunt faciem Domini? 19.
Quare moriemini, tu, & populus tuus gladio, & fame, & peste? † 27,13.
Hoc anno morieris: aduersum enim Dominum locutus es. † 28,16. † 29,21.
Et omnem vallem cadauerum, & cineris, & vni-

vniuersam regionem mortis vsque ad torrentem Cedron. † 31,40.

Non morieris in gladio, sed in pace morieris, & secundùm combustiones patrum tuorum regum priorum qui fuerunt ante te, sic comburent te, & væ Domine, plangent te. † 34,5.

Audi nunc orationem mortuorum Israel. Baruch 3,4.

Mortuo proiecto in tenebris similes sunt dij eorum. † 6,70.

Si dicente me ad impium: Morte morieris, non annuntiaueris ei, neque locutus fueris vt auertatur à via sua impia & viuat; ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. Ezech. 3,18.

Numquid viuet? non viuet: cùm vniuersa hæc detestanda fecerit morte morietur, sanguis eius in ipso erit. † 18,13.

Numquid voluntatis meæ est mors impij? † 18,23.

Quare moriemini domus Israel? 31.

Mortua est vxor mea vespere. † 24,18.

Morieris in interitu occisorum in corde maris. † 28,8.

Nolo mortem impij, sed vt conuertatur impius à via sua, & viuat. † 33,11.

Ad mortuum hominem non ingredientur, ne polluantur, nisi ad patrem & matrem, & filium, & filiam, & fratrem, & sororem, quæ alterum virum non habuerit: in quibus contaminabuntur. † 44,27.

Eruit nos de inferno, & saluos nos fecit de manu mortis. Dan. 3,88.

Si enim hoc egero, mors mihi est: si autem non egero, non effugiam manus vestras. † 13,22.

Condemnauerunt eam ad mortem. 41.

Ecce morior, cùm nihil horum fecerim, quæ isti malitiosè composuerunt aduersum me. 43.

Morietur Daniel, quia blasphemauit in Bel. † 14,8.

De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos: ero mors tua ô mors, morsus tuus ero inferne: consolatio abscondita est ab oculis meis. Osee 13,14.

Morietur in sonitu Moab, in clangore tubæ. Amos 2,2.

Misi in vos mortem in via Aegypti, percussi in gladio iuuenes vestros. † 4 10.

Humus tua funiculo metietur, & tu in terra polluta morieris, & Israel captiuus migrabit de terra sua. † 7,27.

Tolle quæso animam meam: quia melior est mihi mors quàm vita. Ionæ 4,3,8.

Et ipse quasi mors, & nō adimpletur. Hab. 2,5.

Ante faciem eius ibit mors. † 3,5.

Non pascam vos: quod moritur, moriatur: & quod succiditur, succidatur: & reliqui deuorent vnusquisque carnem proximi sui. Zach. 11,9.

Decidit [Alexander] in lectum, & cognouit quia moreretur. 1. Mach. 1,6.

Et elegerunt magis mori quàm cibis coinquinari immundis, & noluerunt infringere legem Dei sanctam. 65.

Moriamur omnes in simplicitate nostra, & testes erunt super nos cælum & terra, quòd iniustè perditis nos. † 2,37.

Melius est nos mori in bello, quàm videre mala gentis nostræ, & sanctorum. † 3,59.

Mortuus est illic Antiochus rex. † 6,16.

Si appropiauit tempus nostrum, moriamur in virtute propter fratres nostros, & non inferamus crimen gloriæ nostræ. † 9,10.

Mortuus est Alcimus in tempore illo cum tormento magno. 56.

Rex Ptolomæus mortuus est in die tertia. † 11, 18.

At ille gloriosissimam mortem magis quàm odibilem vitam complectens, voluntariè præibat ad supplicium. 2. Mach. 6,19.

Parati sumus mori magis quàm patrias Dei leges præuaricari. † 7,2.

Inuicem se hortabantur mori fortiter. 5.

Potius est ab hominibus morti datos, spem expectare à Deo, iterùm ab ipso resuscitandos: tibi enim resurrectio ad vitam non erit. 14.

Suscipe mortem, vt in illa miseratione cum fratribus tuis te recipiam. 29. † 10,50.

Gladio se petiit [Razias] eligens nobiliter mori potiùs, quàm subditus fieri peccatoribus. † 14,43.

Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Matth. 8,22.

Infirmos curate, mortuos suscitate. † 10,8.

Tradet autem frater fratrem in mortem. 22.

Etiamsi oportuerit me mori tecum, non te negabo. † 26,35.

Exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui. † 28,4.

Filia tua mortua est, quòd vltrà vexas magistrum? Mar 5,35. Luc. 8,49.

Resedit qui erat mortuus & cœpit loqui. Luc. 7,15.

Sine vt mortui sepeliant mortuos suos. † 9,60.

Hic filius meus mortuus erat, & reuixit; perierat & inuentus est. † 15,24.

Factum est autem vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ. † 16,22.

Si quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agent. 30.

Neque enim vltrà mori poterunt: æquales enim Angelis sunt, & filij sunt Dei, cùm sint filij resurrectionis. † 20,36.

Domine, tecum paratus sum, & in carcerem, & in mortem ire. † 22,33.

Nihil dignum morte actum est ei. † 23, 15.

Sicut enim Pater suscitat mortuos & viuificat:

ſic & Filius, quos vult, viuificat. Ioan.5,21.
Mortui audient vocem Filij Dei, & qui audierint, viuent. 25.
Si enim non credideritis quia ego ſum, moriemini in peccato veſtro. † 8,24.
Si quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non videbit in æternum. 51.
Lazarus mortuus eſt: & gaudeo propter vos. † 11,15.
Eamus & nos, & moriamur cum eo. 16.
Expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. 50.
Secundùm legem debet mori, quia filium Dei ſe fecit. † 19,7.
Hoc autem dixit ſignificans qua morte eſſet clarificaturus Deum. † 21,19.
Et non dixit ei Ieſus: Non moritur; ſed, ſic eum volo manere. † 21,23.
Audiens autem Ananias hæc verba, cecidit, & expirauit. Act.5,5,10.
Quid hæc facitis? & mortales ſumus, ſimiles vobis homines. † 14,14.
Ego enim non ſolùm alligari, ſed & mori in Ieruſalem paratus ſum, propter nomen Domini Ieſu. † 21,13.
Comperi nihil dignum morte eum admiſiſſe. † 25.25.
Quid incredibile iudicatur apud vos, ſi Deus mortuos ſuſcitat? † 26,8.
Nihil morte, aut vinculis dignum quid fecit homo iſte. 31.
Quoniam qui talia agunt, digni ſunt morte: & non ſolùm qui ea faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus. Rom.1,32.
Vix enim pro iuſto quis moritur: nam pro bono forſitan quis audeat mori. † 5,7.
Et per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertranſiit. 12.
Qui enim mortuus eſt, iuſtificatus eſt à peccato. † 6,7.
Nam finis illorum mors eſt. 21.
Chriſtum à mortuis reuocare? † 10,7.
Siue enim viuimus, Domino viuimus, ſiue morimur, Domini ſumus. † 14,8.
Et calicem bibetis; mortem Domini annuntiabitis, donec veniat. 1.Cor.11,26.
Si mortui non reſurgunt, neque Chriſtus reſurrexit. † 15,16.
Nouiſſima autem inimica deſtruetur mors. 26.
Quotidie morior per veſtram gloriam, fratres, quam habeo in Chriſto Ieſu. 31.
Abſorpta eſt mors in victoria. 54.
Vbi eſt mors victoria tua, vbi eſt mors ſtimulus tuus? 55.
Semper enim nos, qui viuimus, in mortem tradimur propter Ieſum. 2.Cor.4,11.
Mors in nobis operatur, vita autem in vobis. 12.
Si vnus pro omnibus mortuus eſt, ergo omnes mortui ſunt. † 5,14.
Pro omnibus mortuus eſt Chriſtus: vt & qui viuunt, iam non ſibi viuant, ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt, & reſurrexit. 15.
Quaſi morientes, & ecce viuimus. † 6,9.
In mortibus frequenter. † 11,23.
Cùm eſſetis mortui delictis, & peccatis veſtris, in quibus aliquando ambulaſtis. Epheſ.2,1.
Mihi enim viuere Chriſtus eſt, & mori lucrum. Philip.1,21.
Humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſq; ad mortem, mortem autem crucis. † 2,8.
Et ſocietatem paſſionum illius: configuratus morti eius. Phil.3,10.
Cùm mortui eſſetis in delictis & præputio carnis veſtræ, conuiuificauit cum illo. Col.2,13.
Mortui eſtis cum Chriſto ab elementis huius mundi. 20.
Mortui eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. † 3,3.
Si enim credimus quòd Ieſus mortuus eſt & reſurrexit: ita & Deus eos qui dormierunt per Ieſum, adducet cum eo. 1.Theſ.4,13.
Mortui qui in Chriſto ſunt reſurgẽt primi. 15.
Qui deſtruxit quidem mortem, illuminauit autem vitam & incorruptionem per Euangelium. 2.Timoth.1,10.
Vt gratia Dei pro omnibus guſtaret mortem. Heb.2,9.
Vt per mortem deſtrueret eum, qui habebat mortis imperium, id eſt, diabolum. 14.
Et ideo noui Teſtamenti mediator eſt, vt morte intercedente in redemptionem earum præuaricationum. † 9,15.
Quemadmodum ſtatutum eſt hominibus ſemel mori, poſt hoc autem iudicium. 27.
Arbitrans quia & à mortuis ſuſcitare potens eſt Deus. † 11,19.
Deglutiens mortem, vt vitæ æternæ heredes efficeremur. 1.Pet.3,22.
Mortuis euangelizatum eſt. † 4,6.
Qui non diligit, manet in morte. 1.Ioan.3,14
Eſt peccatum ad mortem, non pro illo dico vt roget quis. † 5,16.
Fui mortuus, & ecce ſum viuens in ſæcula ſæculorum. Apoc.1,18.
Qui vicerit, non lædetur à morte ſecunda. † 2,11.
Nomẽ habes quòd viuas, & mortuus es. † 3,1.
Equus pallidus, & qui ſedebat ſuper eum, nomen illi Mors, & infernus ſequebatur eum. † 6,8.
Mortua eſt tertia pars creaturæ eorum, quæ habebant animas in mari. † 8,9.
In diebus illis quærent homines mortem, & non inuenient eam: & deſiderabunt mori, & fugiet mors ab eis. † 9,6.
Beati mortui, qui in Domino moriũtur. † 14,13
In

In vna die venient plagæ eius, mors, & luctus, & fames. † 18,8.

Beatus, & sanctus, qui habet partem in resurrectione prima, in his secunda mors non habet potestatem. † 29,6.

Vidi mortuos, magnos & pusillos stantes in conspectu throni. 12.

Dedit mare mortuos qui in eo erant: & mors & infernus dederunt mortuos suos, qui in ipsis erant, & iudicatum est de singulis secundùm opera ipsorum. 13.

Absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum, & mors vltrà non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltrà, quia prima abierunt. † 21,4.

Pars illorum erit in stagno ardenti igne, & sulphure: quod est mors secunda. 8.

MORTICINVM.

Morticinum & captum à bestia non comedent. Leuit. 22,8. Deut. 14,21.

Posuerunt morticina seruorum tuorum escas volatilibus cæli. Psal. 78,2.

Facta sunt morticina eorum quasi stercus in medio platearum. Isa. 5,25.

Cadet morticinum hominis quasi stercus super faciem regionis. Ier. 9,22. † 34,20.

Morticinum & laceratum à bestiis non comedi ab infantia mea. Ezech. 4,14.

MORTIFICATIO.

Mortificandi hostes animæ. Sin autem nolueritis interficere habitatores Terræ, qui remanserint, erunt vobis quasi claui in oculis, & lanceæ in lateribus, & aduersabuntur vobis in Terra habitationis vestræ: & quidquid illis cogitaueram facere, vobis faciam. Num. 33,55. Deut. 21,11.

Dominus mortificat, & viuificat, deducit ad inferos, & reducit. 1. Reg. 2,6.

Mortifica vitia vt liber sis. Nónne postquam percussus est, tunc dimisit eos, & abierunt. † 6,6.

Mortificatio idololatrarum. Incidebant se iuxta ritum suum cultris & lanceolis, donec perfunderentur sanguine. 3. Reg. 18,28.

Mortificatur Aman superbus. Impositum equo præcedebat, *&c.* & Aman festinauit ire in domum suam, lugens & operto capite. Esth. 6, 12.

Considerat peccator iustum, & quærit mortificare eum. Psal 36,32.

Propter te mortificamur tota die. † 43,22.

Compunctum corde mortificare. † 108,17.

Qui autem negligit viam suam, mortificabitur. Prou. 19,16.

Mortificati estis legi per corpus Christi, vt sitis alterius, qui ex mortuis resurrexit, vt fructificemus Deo. Rom. 7,4.

Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. † 8,13.

Semper mortificationem Iesu in corpore nostro circumferentes, vt & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris. 2. Cor. 4, 10.

Mortificate ergo membra vestra, quæ sunt super terram. Col. 3,5.

Vt nos offerret Deo, mortificatus quidem carne, viuificatus autem spiritu. 1. Pet. 3,18.

MORVS.

Moros eorum in pruina. Psal. 77,47.

Elephantis ostenderunt sanguinem vuæ & mori, ad acuendos eos in prælium. 1. Mach. 6,34.

Diceretis huic arbori moro: Eradicare, & transplantare in mare, & obediet vobis. Luc. 17,6.

MOS.

Celebrabis hunc morem sacrorum mense isto. Septem diebus vesceris azymis: & in die septimo erit solemnitas Domini. Exod. 13,5.

Mores vulgi. Vociferans omnis turba, fleuit nocte illa, & murmurati sunt contra Moysen & Aaron cuncti filij Israel, dicentes: Vtinam mortui essemus in Aegypto, & in hac vasta solitudine vtinam pereamus, & non inducat nos Dominus in Terram istam, ne cadamus gladio. Num. 14,3.

Exinde mos increbuit in Israel, & consuetudo seruata est: vt post anni circulum conueniant in vnum filiæ Israel, & plangant filiam Iephte Galaaditæ diebus quatuor. Iudic. 11,39.

Hic autem erat mos antiquitus in Israel. Ruth 4,7.

Incendatur primùm iuxta morem hodie adeps. 1. Reg. 2,16.

Ego ex more sedere soleo iuxta regem ad vescendum. † 20,5.

Adolebant incensum super aras in morem Gentium. 4. Reg. 17,11,34.

Intrauit [Asa] ex more ad corroborandum fœdus. 2. Par. 15,12.

Qui inhabitare facit vnius moris in domo. Psal. 67,7.

Et discere quemadmodum oporteat instituere mores, qui secundùm legem Domini proposuerit vitam agere. Prolog. Eccli.

Mores diuitis. Diues iniustè egit & fremet: pauper autem læsus tacebit. Eccli. 13,5,25.

Mores hominum mendacium sine honore: & confusio illorum cum ipsis sine intermissione. † 20,28. † 33,15,31. 2. Mach. 5,22.

Per quadraginta annorum tempus, mores eorum sustinuit in deserto. Act. 13,18.

Hi homines conturbant ciuitatem nostram, cùm sint Iudæi: & annuntiant morem, quem non licet nobis suscipere, neque facere, cùm simus Romani. † 16,21.

Nihil aduersus plebem faciens, aut morem paternum, vinctus ab Ierosolymis traditus sum in manus Romanorum. † 28,17.

Corrumpunt mores bonos colloquia mala. 1. Cor. 15,33. Heb. 5,13.

MOVEO.

Cete grandia, & omnem animam viuentem

tem atque motabilem. Gen. 1, 21.

Consolarer & ego vos sermonibus, & mouerem caput meum super vos. Iob 16, 5.

Mouerunt super eum caput. † 42, 11.

Non mouebor in æternum. Psal. 29, 7. † 61, 3.

Si dicebam: Motus est pes meus: misericordia tua Domine adiuuabat me. † 93, 18.

Moueatur mare & plenitudo eius. † 97, 7.

A facie Domini mota est terra. † 113, 7.

Per tria mouetur terra. Prou. 30, 21.

Cælum turbabo: & mouebitur terra de loco suo. Isa. 13, 13. † 37, 22.

Mouebo omnes Gentes: ET VENIET DESIDERATVS cunctis Gentibus. Agg. 2, 8.

Mouebo cælum pariter & terram. 22.

Motus magnus factus est in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus, ipse verò dormiebat. Matth. 8, 24. † 23 4. Ioan. 5, 4.

Omnis mons, & insulæ de locis suis motæ sunt. Apoc. 6, 14.

MOYSES.

Adoptauit in locum filij, vocauitque nomen eius Moyses, dicens: Quia de aquis tuli eum. Exod. 2, 10.

Fuitque Moyses vir magnus valdè in Terra Aegypti, coram seruis Pharaonis, & omni populo. † 11, 4.

Erat enim Moyses vir mitissimus super omnes homines qui morabantur in terra. Num. 12, 3.

Moyses centum & viginti annorũ erat quando mortuus est: non caligauit oculus eius, nec dentes illius moti sunt. Deut. [illegible], 7.

Moysi quoque hominis Dei filij annumerati sunt in tribu Leui. Filij Moysi: Gersom, & Eliezer. 1. Par. 23, 14.

Moyses & Aaron in sacerdotibus eius. Psalmo 98, 6.

Dilectus Deo & hominibus Moyses, cuius memoria in benedictione est. Eccli. 45, 1.

Si steterit Moyses & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum. Ierem. 15, 1. Dan. 9, 11.

Si Moysem & Prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent. Luc. 16, 31.

Scimus quia Moysi locutus est Deus. Ioan. 9, 29

Fide Moyses grandis factus, negauit se esse filium filiæ Pharaonis. Heb. 11, 24.

Cum diabolo disputans, altercaretur de Moysi corpore. Iudæ v. 9. Apoc. 15, 3.

MVCRO.

Num vsque ad internecionem tuus mucro deſæuiet. 2. Reg. 2, 26.

O mucro Domini vsquequò nõ quiesces? ingredere in vaginam tuã, refrigerare & sile. Ier. 47, 6.

Mucro, mucro, euagina te ad occidendum, lima te vt interficias, & fulgeas. Ezech. 21, 28.

MVGIO.

Itinere vno gradiebantur, pergentes & mugientes. 1. Regum 6, 12. Iob 6, 5.

Mugientium valida bestiarum vox. Sap. 17, 18. Ier. 50, 11. Ioel. 1, 18.

Operiebatis lacrymis altare Domini, fletu & mugitu, ita vt non respiciam vltrà ad sacrificium. Mal. 2, 13.

MVLCTA.

Mulcta. Verberabunt illum, condemnantes insuper centum siclis argenti, quos dabit patri puellæ. Deut. 22, 19.

Indixit itaque rex Assyriorum Ezechiæ regi Iudæ trecenta talenta argenti, & triginta talenta auri. 4. Reg. 18, 14, 15.

Imposuit mulctam terræ, centum talentis argenti & talento auri. † 23, 33. 2. Par. 36, 3.

Mulctato pestilente sapientior erit paruulus: & si sectetur sapientem, sumet scientiã. Prou. 21, 11.

MVLGEO.

Nónne sicut lac mulsisti me, & sicut caseum me coagulasti? Iob 10, 10.

Vt mulgeatis, & deliciis affluatis ab omnimoda gloria eius. Isa. 66, 11.

MVLIER.

Mulier, quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi. Gen. 3, 12.

Mulier & liberi eius erunt domini sui. Exod. 21, 4.

Mulier, si suscepto semine pepererit masculum, immunda erit septem diebus. Leuit. 12, 2.

Percuties, &c. absque mulieribus & infantibus, iumentis. Deut. 20, 10.

Mulierem pulchram, & adamaueris eam, voluerisque habere vxorem, introduces eam in domum tuam: quæ radet cæsariem, & circumcidet vngues, & deponet vestem in qua capta est: sedensque in domo tua, flebit patrem & matrem suam vno mense. Deut. 21, 12.

Benedicta inter mulieres Iahel. Iudic. 5, 24. † 14, 17.

Scit enim omnis populus qui habitat intra portas vobis meæ, mulierẽ te esse virtutis. Ruth 3, 11

Faciat Dominus hanc mulierem quæ ingreditur domum tuam, sicut Rachel & Liam. † 4, 11.

Ego sum illa mulier, quæ steti coram te hic orans Dominum. 1. Reg. 1, 26.

Egressæ sunt mulieres de vniuersis vrbibus Israel, cantantes chorosque ducentes. † 18, 6.

Filii mulieris vltrò virum rapientis. † 20, 30.

Si de mulieribus agitur, continuimus nos ab heri & nudiustertius. † 21, 5.

Abigail, eratque mulier illa prudentissima & speciosa. † 25, 3.

Misit Thecuam, & tulit inde mulierem sapientem: dixitque ad eam: Lugere te simula. 2. Regum 14, 2, 20.

Exclamauit mulier sapiẽs de ciuitate. † 20, 16.

Erat autem ibi mulier magna, quæ tenuit eum vt comederet panem. 4. Reg. 4, 8.

Con-

Concepit mulier, & peperit filium, in tempore, & in hora eadem, qua dixerat Eliseus. 15.

Ora pro nobis, quoniam mulier sancta es, & timens Deum. Iudith 8,29.

Dedisti mulieres illorum in prædam, & filias illorum in captiuitatem. † 9,3.

Non est talis mulier super terram in aspectu, in pulchritudine, & in sensu verborum. † 11,19.

Vna mulier Hebræa fecit confusionem in domo regis Nabuchodonosor. † 14,16.

Quasi vna de stultis mulieribus locuta es. Iob 2,10.

Si deceptum est cor meum super muliere, & si ad ostium amici mei insidiatus sum. † 31,9. † 42,15.

Vt eruaris à muliere aliena, & ab extranea, quę mollit sermones suos. Prou. 2,16.

Lætare cum muliere adolescentiæ tuæ † 5,18.

Vt custodiat te à muliere extranea. † 7,5.

Occurrit illi mulier ornatu meretricio. 10.

Mulier stulta & clamosa, plenaque illecebris, & nihil omnino sciens; sedit in foribus domus suæ super sellam in excelso vrbis loco, vt vocaret transeuntes per viam, & pergentes itinere suo: Quis est paruulus, declinet ad me. Et vecordi locuta est: Aquæ furtiuæ dulciores sunt, & panis absconditus suauior. Et ignorauit quòd sint ibi gigantes, & in profundis inferni conuiuæ eius. † 9,13.

Mulier gratiosa inueniet gloriam. † 11,16.

Circulus aureus in naribus suis, mulier pulchra & fatua. 22.

Mulier diligens corona est viro suo. † 12,4.

Qui inuenit mulierem bonam, inuenit bonum. † 18,22.

Tecta iugiter perstillantia, litigiosa mulier. † 19,13.

Melius est sedere in angulo domatis, quàm cum muliere litigiosa. † 25,24.

Tecta perstillantia in die frigoris, & litigiosa mulier comparantur. † 27,15.

Talis est & via mulieris adulteræ. † 30,20.

Per odiosam mulierem, cum in matrimonio fuerit assumpta. 23.

Ne dederis mulieribus substantiam tuam. † 31,3.

Mulierem fortem quis inueniet. 10.

Mulier timens Dominum, ipsa laudabitur. 30.

Inueni amariorem morte mulierem, quæ laqueus venatorum est, & sagena cor eius, vincula sunt manus illius. Qui placet Deo, effugiet illam: qui autem peccator est, capietur ab illa. Eccles. 7,27.

Virum de mille vnum reperi, mulierem ex omnibus non inueni. 29.

Mulieres eorum insensatæ sunt, & nequissimi filij eorum. Sap. 3,12.

Noli discedere à muliere sensata & bona, quam sortitus es in timore Domini: gratia enim verecundiæ illius super aurum. Eccli. 7,21,28.

Non zeles mulierem sinus tui, ne ostendat super te malitiam doctrinæ nequam. † 9,1.

Non respicias mulierem multiuolam. 3.

Auerte faciem tuam à muliere compta. 8.

Propter speciem mulieris multi perierunt: & ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit. 9.

Omnis mulier quæ est fornicaria, quasi stercus in via conculcabitur. 10.

Cum aliena muliere ne sedeas omnino, nec accumbas cum ea super cubitum. 12.

Non est creata hominibus superbia: neque iracundia nationi mulierum. † 10,22.

Vinum & mulieres apostatare faciunt sapientes. † 19,2.

Mulier omnis relinquens virum suum, &c. primò enim in lege Altissimi incredibilis fuit: secundò, in virum suum deliquit: tertiò in adulterio fornicata est. † 23,32.

Beatus qui habitat cũ muliere sensata. † 25,11.

Omnis malitia, nequitia mulieris. 17.

Non est ira super iram mulieris. 23.

Commorari leoni, & draconi placebit, quàm habitare cum muliere nequam. 24.

Nequitia mulieris immutat faciem illius, & obcæcat vultum suum tamquam vrsus, & quasi saccum ostendit. In medio proximorum ingemuit vir eius, & audiens suspirauit modicum. 25.

Breuis omnis malitia super malitiam mulieris, sors peccatorum cadat super illam. 26.

Sicut ascensus arenosus in pedibus veterani, sic mulier linguata homini quieto. 27.

Ne respicias in mulieris speciem, & non concupiscas mulierem in specie. 28.

Mulieris ira, & irreuerẽtia confusio magna. 29

Mulier si primatum habeat, contraria est viro suo. 30.

Cor humile & facies tristis & plaga cordis mulier nequam. 31.

Manus debiles & genua dissoluta, mulier quæ non beatificat virum suum. 32.

A muliere initium factum est peccati, & per illam omnes morimur. 33.

Non des aquæ tuæ exitum nec modicum: nec mulieri nequam veniam prodeundi. 34.

Gratia super gratiam mulier sancta & pudorata. † 26,19.

Mulieris bonæ beatus vir: numerus enim annorum illius duplex. 1.

Mulier fortis oblectat virum suum, & annos vitæ illius in pace implebit. 2.

Pars bona mulier bona, in parte timentium Deum dabitur viro pro factis bonis. 3.

Dolor cordis & luctus mulier zelotypa. 8.

In muliere zelotypa flagellum linguæ omnibus communicans. 9.

Sicut iugum boum, quod mouetur, ita & mulier

lier nequam: qui tenet illam, quasi qui apprehendit scorpionem. 10.

Mulier ebriosa, ira magna: & contumelia & turpitudo illius non tegetur. 11.

Fornicatio mulieris in extollentia oculorum, & in palpebris illius agnoscetur. 12.

Gratia mulieris sedulæ delectabit virum suum, & ossa illius impinguabit. Disciplina illius datum Dei est. 16.

Mulier sensata & tacita, non est immutatio eruditæ animæ. 18.

Sicut sol oriens mundo in altissimis Dei, sic mulieris bonæ species in ornamentum domus eius. 21.

Columnæ aureæ super bases argenteas, & pedes firmi super plantas stabilis mulieris. 23.

Fundamenta æterna supra petram solidam, & mandata Dei in corde mulieris sanctæ. 24.

Lingua tertia mulieres viratas eiecit, & priuauit illas laboribus suis. † 28,19.

Species mulieris exhilarat faciem viri sui. † 36,24.

Qui possidet mulierem bonam, inchoat possessionem: adiutorium secundùm illum est, & columna vt requies. 26.

Vbi non est sepes, diripietur possessio: & vbi non est mulier, ingemiscit egens. 27.

Cum viro irreligioso tracta de sanctitate, & cum iniusto de iustitia, & cum muliere, de ea quæ æmulatur. † 37,12.

Filij, & ædificatio ciuitatis confirmabit nomen, & super hæc mulier immaculata computabitur. † 40,19.

A respectu mulieris fornicariæ. † 41,25.

Super mulierem nequam bonum est lignum. † 42, 6.

Omni homini noli intendere in specie: & in medio mulierum noli commorari. 12.

Melior est enim iniquitas viri, quàm mulier benefaciens, & mulier confundens in opprobrium. 14.

Inclinasti femora tua mulieribus: potestatem habuisti in corpore tuo, dedisti maculam in gloria tua, & profanasti semen tuum. † 47,21.

Mulieres dominatæ sunt eis. Isaiæ 3,12.

Mulierum superbia. Pro eo quòd eleuatæ sunt filiæ Sion, & ambulauerunt extento collo, & nutibus oculorum ibant, & plaudebant, ambulabant pedibus suis, & composito gradu incedebant: decaluabit Dominus verticem filiarum Sion. 16.

Apprehendent septem mulieres virum vnum. † 4, 1.

Erit Aegyptus quasi mulieres, & stupebunt, & timebunt à facie commotionis manus Domini. † 19,16.

Mulieres venientes, & docentes eam: non est enim populus sapiens. † 27,11.

Mulieres opulentæ surgite, & audite vocem meam. † 32,9.

Vt mulierem derelictam, & mœrentem spiritu vocauit te Dominus. † 54,6.

Dabo mulieres eorum exteris, agros eorum heredibus. Ierem. 8,10.

Mulieres quæ remanserunt in domo regis Iuda, educentur ad principes regis Babylonis, & ipsæ dicent: Seduxerunt te. † 38,22.

Mulieres, quarũ stabat multitudo grandis, &c. Sermonem, quem locutus es ad nos in nomine Domini, non audiemus ex te. † 44,15.

Manus mulierum misericordium coxerunt filios suos: facti sunt cibus earum. Thren. 4,10.

Mulieres in Sion humiliauerunt, & virgines in ciuitatibus Iuda. † 5,11.

Mulieres autem circumdatæ funibus in viis sedent succendentes ossa oliuarum. Baruch 6,42.

Quasi mulier adultera, quæ super virum suum inducit alienos. Ezech. 16,32.

Duæ mulieres filiæ matris vnius fuerunt, & fornicatæ sunt in Aegypto. † 23,2.

Mulieres populi mei eiecistis de domo deliciarum suarum. Mich. 2,9.

Mulier vna sedens in medio amphoræ. Et dixit: Hæc est impietas. Zach. 5,7.

Ecce duæ mulieres egredientes, & spiritus in alis earum. 9.

Planget terra, &c. familiæ domus Dauid seorsum, & mulieres eorum seorsum. † 12,12.

Et vastabuntur domus, & mulieres violabuntur. † 14,2.

Scortantium cum meretricibus, sacratisque ædibus mulieres se vltrò ingerebant. 2. Mach. 6,4.

Mulier Chananæa à finibus illis egressa clamauit, dicens ei: Miserere mei Domine fili Dauid. Matth. 15,22.

Mulieres multæ à longè, quæ secutæ erant Iesum à Galilæa. † 27,55.

Mulier Gentilis, Syrophœnissa genere. Marci 7, 26.

Hic si esset propheta, sciret vtique quæ & qualis est mulier, quæ tangit eum: quia peccatrix est. Luc. 7, 39.

Sequebatur autem eum multa turba populi, & mulierum, quæ plangebant, & lamentabantur eum. † 23,27.

Mirabantur quia cum muliere loquebatur. Ioan. 4,27.

Hæc mulier modò deprehensa est in adulterio. † 8, 4.

Mulier cùm parit tristitiam habet, quia venit hora eius. † 16,21.

Mulier, ecce filius tuus. † 19,26.

Mulier, quid ploras? † 20, 12.

Multitudo magna, & mulieres nobiles non paucæ. Act. 17,4.

Mulier nomine Damaris. 34.

Bonum est homini mulierem non tangere. 1. Corinth. 7,1.

Mulier

Mulier sui corporis potestatem non habet. 4.

Mulier alligata est legi quanto tempore vir eius viuit. 39.

Numquid non habemus potestatem mulierem sororem circumducendi? † 9,5.

Mulier orans aut prophetans non velato capite, deturpat caput suum. † 11,5.

Mulier autem gloria viri est. 7.

Sicut mulier de viro, ita & vir per mulierem: omnia autem ex Deo. 12.

Mulieres in Ecclesiis taceant. † 14,34.

Mulieres viris suis subditæ sint, sicut Domino. Ephes. 5,22. Col. 3,18.

Mulieres in habitu ornato cum verecundia & sobrietate ornantes se. 1. Tim. 2,9.

Mulier in silentio discat cum omni subiectione. 10.

Adam non est seductus, mulier autem seducta in præuaricatione fuit, saluabitur autem per filiorum generationem, si permanserit in fide & dilectione, & sanctificatione cum sobrietate. 15.

Mulieres similiter pudicas, non detrahentes, sobrias, fideles in omnibus. † 3,11.

Captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis. 2. Tim. 3,6.

Mulieres subditæ sint viris suis: vt & si qui non credunt verbo, per mulierum conuersationem sine verbo lucrifiant. 1. Pet. 3,1.

Signum magnum apparuit in cælo: Mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius. Apocalypsis 12,1.

Datæ sunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ, vt volaret in desertum. 14.

Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati: virgines enim sunt. † 14,4.

Vidi mulierem sedentem super bestiam coccineam, plenam nominibus blasphemiæ. † 17,3.

MVLIEBRIA.

Prouectæque ætatis, & desierant Saræ fieri muliebria. Gen. 18,11.

Accipiant mundum muliebrem, & cetera ad vsus necessaria. Esth. 2,3.

Peruenisti ad mundum muliebrem. Ezech. 16,7. † 23,40.

Quasi infirmiori vasculo muliebri impartientes honorem. 1. Pet. 3,7.

MVLSVM.

Comedite pinguia, & bibite mulsum. 2. Esd. 8,10.

MVLTICOLOR.

Vestita es bysso, & polymito, & multicoloribus. Ezech. 16,13.

MVLTIFARIAM.

Ipsi negotiatores tui multifariàm inuolucris hyacinthi, & polymitorum. Ezech. 27,24.

Multifariàm, multisque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis: nouissimè diebus istis locutus est nobis in Filio. Heb. 1,1.

MVLTIFORMIS.

Multiformis sapientia Dei. Ephes. 6,10.

Sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei. 1. Pet. 4,10.

MVLTIGENVS.

Multigena autem impiorum multitudo non erit vtilis. Sap. 4,3.

MVLTILOQVIVM.

In multiloquio non deerit peccatum: qui autem moderatur labia sua prudentissimus est. Prou. 10,9.

Orantes autem nolite multum loqui, sicut ethnici, putant enim quòd in multiloquio suo exaudiantur. Matth. 6,7.

MVLTIPLICO.

Multiplicabo semen tuum, sicut stellas cæli. Gen. 26,4.

Multiplicatio magna filiorum Israel. Num. 26,63,64. 3. Reg. 17,15.

Multiplicasti filios eorum sicut stellas cæli. 2. Esd. 9,23.

Descenderunt in Aegyptum, illicque per quadringentos annos sic multiplicati sunt, vt dinumerari eorum non posset exercitus. Iudith 5,9.

Qui multiplicat gentes & perdit eas, & subuersas in integrum restituit. Iob 12,23.

Multiplicata sunt super numerum. Psal. 39,6.

Multiplicata genimina eius. † 64,11.

Multiplicabis in anima mea virtutem. † 137,3

Dinumerabo eos, & super arenam multiplicabuntur. † 138,18.

Substantia festinata minuetur: quæ autem paullatim colligitur manu, multiplicabitur. Prou. 13,11. Eccli. 1,7.

Qui conseruat legem, multiplicat oblationem. Eccli. 35,1.

Multiplicasti gentem, non magnificasti lætitiam. Isa. 9,3.

Multiplicamini ibi, & nolite esse pauci numero. Ier. 29,6.

Egredietur de eis laus, voxque ludentium: & multiplicabo eos & non minuentur. † 30,19.

Multiplicatam quasi germen agri dedi te, & multiplicata es, & grandis effecta, & ingressa es, & peruenisti ad mundũ muliebrem. Ezech. 16,7.

Multiplicabo eos sicut gregem hominum, vt gregem sanctum. † 36,37.

Et argentũ multiplicaui ei. Osee 2,8. Amos 4,4

Væ ei, qui multiplicat non sua: vsquequò & aggrauat contra se densum lutum? Habac. 2,6.

Multiplicabit semen vestrum, & augebit incrementa frugum iustitiæ vestræ. 2. Cor. 9,10.

MVLTITVDO, MVLTVS.

Vsquequò multitudo hæc pessima murmurat contra me? Num. 14,27.

Stantibus Moyse & Aaron, & concitassent aduersum eos omnem multitudinem ad ostium tabernaculi. † 16,19.

Multitudo Israëlis. Quis dinumerare possit puluerem Iacob? & nosse numerum stirpis Israel? † 23, 10.

Hæ sunt multitudines Ephraim: & hæc millia Manasse. Deut. 33, 17.

Multus tecum est populus, nec tradetur Madian in manus eius. Iudic. 7, 2.

Multitudo prostrata, & huc illucque diffugiens. 1. Reg 14, 16.

Certè vidisti omnem multitudinem hanc nimiam? ecce ego tradam eam in manu tua hodie. 3 Reg. 20, 13.

Multitudo vasorũ innumerabilis. 2. Par. 4, 18.

Non enim in multitudine est virtus tua. Iudith 9, 16.

Cuius multitudo obturauit torrentes, & equi eorum cooperuerunt valles. † 16, 5.

Si expaui ad multitudinem nimiam, & despectio propinquorum terruit me. † 31, 34.

Contemnit [onager] multitudinem ciuitatis. Iob 39, 7.

In multitudine populi dignitas regis: & in paucitate plebis ignominia principis. Prou. 14, 28.

Non enim concupiscit multitudinem filiorum infidelium & inutilium. Eccli. 15, 22. † 24, 4.

Multitudini populorum multorum: vt multitudo maris sonantis. Isa. 17, 12.

Veniunt ad nos in multitudine contumaci, & superbia, vt disperdant nos. 1. Mach. 3, 20.

Conuenit multitudo, & mente confusa est, quoniam audiebat vnusquisque lingua sua illos loquentes. Act. 1, 6.

Tamquam sidera cæli in multitudinem. Heb. 11, 12.

MVLTIVOLVS.

Ne respicias mulierem multiuolam; ne fortè incidas in laqueos illius. Eccli. 9, 3.

MVLVS, A.

Ascenderunt singuli mulas suas, & fugerunt. 2. Reg. 13, 29.

Cumque ingressus fuisset mulus subter condensam quercum & magnam, adhæsit caput eius [Absalon] quercui. † 18, 9.

Imponite Salomonem filium meum super mulam meam: & ducite eum in Gihon, & vngat eum ibi Sadoc sacerdos. 3. Reg. 1, 33. Tob. 6, 17.

Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. Psal. 31, 9. Isa. 66, 20.

Equos & equites, & mulos adduxerunt ad forum tuum. Ezech. 27, 14.

Et sic erit ruina equi, & muli, & asini. Zachar. 14, 15.

MVNDO.

Mundabisque altare cùm immolaueris expiationis hostiam. Exod. 29, 36.

Primitias autem, quas vouerint, &c. qui mundus est in domo tua, vescetur eis. Num. 18, 11.

Mundus lustrabit immundum tertio & septimo die. † 19, 19.

Quòd fortè euenisset ei, vt non esset mundus, nec purificatus. 1. Reg. 20, 26.

Si mundi sunt pueri, maximè à mulieribus? † 21, 4.

Mundus ego sum, & regnum meum, apud Dominum, vsque in sempiternum, à sanguine Abner. 2. Reg. 3, 28.

Audite me Leuitæ, & sanctificamini, mundate domum Domini. 2. Par. 29, 5.

Cùm esset [Iosias] puer, mundauit Iudam & Ierusalem ab excelsis & lucis, simulacrisque & sculptilibus. † 34, 3.

Mundati sunt Sacerdotes & Leuitæ, & mundauerunt populum, & portas, & murum. 2. Esdræ 12, 30.

Et emundauerunt gazophylacia, & retuli ibi vasa domus Dei. † 13, 9.

Dixi quoque Leuitis vt mundarentur, & venirent ad custodiendas portas, & sanctificandam diem Sabbati. 22.

Mundaui eos ab omnibus alienigenis, & constitui Ordines Sacerdotum & Leuitarum vnumquemque in ministerio suo. 30.

Munda manebat in tabernaculo suo. Iudith 12, 9.

Si mundus & rectus incesseris, statim euigilabit ad te, & pacatum reddet habitaculum iustitiæ tuæ. Iob 8, 6.

Cur ab iniquitate mea mundum me esse non pateris? † 10, 14.

Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine. † 14, 4.

Numquid iustificari potest homo comparatus Deo, aut apparere mundus natus de muliere. † 25, 4.

Mundus ego sum, & absque delicto. † 33, 9.

Quis potest dicere: Mundum est cor meum, purus sum à peccato? Prou. 20, 9.

Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam labiorum suorum habebit amicũ regem. † 22, 11.

Generatio quæ sibi munda videtur, & tamen non est lota à sordibus suis. † 30, 12.

Attingit autem vbique propter suam munditiam. Sap. 7, 24.

Ab immundo quid mundabitur? & à mendace quid verum dicetur. Eccli. 34, 4.

Lauamini, mundi estote. Isa. 1, 16.

Recedite, recedite, exite inde, pollutum nolite tangere; exite de medio eius: mundamini, qui fertis vasa Domini. † 52, 11.

Multiplicabuntur interfecti à Domino, qui sanctificabantur, & mundos se putabant. † 66, 17.

Væ tibi Ierusalem, non mundaberis post me: vsquequò adhuc? Ier. 13, 27.

Non sunt mundati vsque ad diem hanc. † 44, 10.

In

In quo mundabo cor tuum, ait Dominus Deus, cùm facias omnia hæc opera mulieris meretricis, & procacis? Ezech. 16,30.

Immunditia tua execrabilis: quia mundare te volui, & non es mundata à sordibus tuis. † 24,13.

Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. † 36,25.

Sepelient eos domus Israel, vt mundent terram septem mensibus. † 39,12.

Mundus ego sum à sanguine huius. Daniel. 13,46.

Mundabo sanguinem eorum, quem non mundaueram, & Dominus commorabitur in Sion. Ioel. 3,21.

Mundi sunt oculi tui ne videant malum, & respicere ad iniquitatem non poteris. Habac. 1,13.

Contriti sunt inimici nostri: ascendamus nunc mundare sancta & renouare. 1. Mach. 4,36.

Mundauit [Simon] ædes in quibus fuerant simulachra, & tunc intrauit in eam cum hymnis benedicens Dominum. † 13,47.

Beati mundo corde quoniam ipsi Deum videbunt. Matth. 5,8.

Extendens Iesus manum, tetigit eum, dicens: Volo: Mundare. Et confestim mundata est lepra eius. † 8,3.

Mundatis quod deforis est calicis & paropsidis: intus autem pleni estis rapina & immunditia. † 23,25.

Nunc vos Pharisæi, quod deforis est calicis & catini mundatis: quod autem intus est vestrum, plenum est rapina & iniquitate. Luc. 11,39.

Verumtamen quod superest, date eleëmosynam: & ecce omnia munda sunt vobis. 41.

Nónne decem mundati sunt? & nouem vbi sunt? Non est inuentus qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena. † 17,28.

Et vos mundi estis, sed nõ omnes. Ioan. 13,10.

Iam vos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis. † 15,3.

Contestor vos hodierna die, quia mundus sum à sanguine omnium. Act. 20,26.

Omnia quidem sunt munda: sed malum est homini qui per offendiculum manducat. Rom. 14,20.

Has ergo habentes promissiones charissimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei. 2 Cor. 7,1.

Mundans lauacro aquæ in verbo vitæ. Ephes. 5,26.

Omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil est mundum. Tit. 1,15.

Omnia pænè in sanguine secundùm legem mundatur. Heb. 9,22. Apoc. 21,18.

MVNDVS, *subst.*

Mundi abrenuntiatio. Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quam monstrabo tibi. Gen. 12,1.

Mundum relinquere asfficite. Cum que esset manè, cogebant eum [Lot] Angeli, *&c* dissimulante illo apprehenderunt manum eius. † 19,16. † 31,23. Exod. 13,3. Iof. 6,26.

Vocauit eum [Ioseph] lingua Aegyptiaca, Saluatorem mundi. † 41,45.

Accipiant mundum muliebrem, & cetera ad vsus necessaria. Esth. 2,3.

Ipse enim fines mundi intuetur. Iob 28,24.

Mundum tradidit disputationi eorum. Eccles. 3,11. Eccli. 43,10.

Peruenisti ad mundum muliebrem. Ezech. 16,7.

Quibus te lauisti & circumlinisti stibio oculos tuos, & ornata es mundo muliebri. † 23,42.

Quid enim prodest homini si mundum vniuersum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur? Matth. 16,26.

In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. Ioan. 1,10.

Vos de mundo hoc estis, ego non sum de hoc mundo. † 8,23.

Videtis quia nihil proficimus? ecce mundus totus post eum abiit. † 12,19.

Adhuc modicum, & mundus me iam non videt. † 14,19.

Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit. † 15,18.

Quia verò de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. 19.

Plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit, vos verò contristabimini. † 16,20.

Et iam non sum in mundo, & hi in mundo sunt, & ego ad te venio. † 17,11.

Non sunt de mundo, sicut & ego non sum de mundo. 14.

Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi. 2. Cor. 5,19.

Christi, per quem mihi mundus mihi crucifixus est, & ego mundo. Gal. 6,14.

Et originali mundo non pepercit. 2. Pet. 2,5.

Per quæ ille tunc mundus aqua inundatus periit. † 3,6.

Mundus transit, & concupiscentia eius. 1. Ioan. 2,17.

Mundus non nouit nos, quia non nouit eum. † 3,1.

Ipsi de mundo sunt, ideò de mundo loquuntur, & mundus eos audit. † 4,5.

Scimus quoniam ex Deo sumus: & mundus totus in maligno positus est. † 5,19. Apoc. 11,15.

Agni, qui occisus est ab origine mundi. Apoc. 13,8.

MVNICEPS.

A Tarso Ciliciæ, non ignotæ ciuitatis municeps. Act. 21,39.

MVNIO.

Vrbes magnæ & ad cælum vsque munitæ. Deut 1,28. Ios.11,13. † 19,29.

Muniuit, & ciuitates curruum, & ciuitates equitum. 3. Reg. 9,19.

Accenditque omnia castella eorum, & obtinuit omnem munitionem. Iudith 2,12. Psal. 59,11.

Munitiones extructæ sunt aduersum ciuitatem vt capiatur. Ierem. 32,24.

Faciet vt muniat Maozim cum deo alieno. Dan. 11,39.

Omnes munitiones tuæ sicut ficus cum grossis suis. Nahum 3,12.

Super omnem munitionem ridebit, & comportabit aggerem, & capiet eam. Habac. 1,10.

Figam gradum super munitionem. † 2,1.

Aedificauit Tyrus munitionem suã. Zach. 9,3.

Muniuit eum ad custodiendam Bethsuram. 1. Mach. 4,61. † 14,33. Mat. 27,60. 2. Cor. 10,4.

MVNVS.

Munera Esau fratri suo, capras ducentas, hircos viginti, oues ducentas, & arietes viginti, camelos fœtas cum pullis suis triginta, vaccas quadraginta, & tauros viginti, asinas viginti & pullos earum decem. Gen. 32,14,18. † 33,10.

Sumite de optimis terræ fructibus in vasis vestris, & deferte viro munera, modicum resinæ, & mellis, & storacis, stactes, & terebinthi, & amygdalarum. † 43,11.

Parabant munera, donec ingrederetur Ioseph meridie. 25.

Obtulerunt ei munera tenentes in manibus suis, & adorauerunt proni in terram. 26.

Nec accipies munera, quæ etiam excæcant prudentes, & subuertũt verba iustorũ. Exod. 23,8.

Non accipies personam, nec munera: quia munera excæcant oculos sapientum, & mutant verba iustorum. Deut. 16,19.

Maledictus qui accipit munera, vt percutiat animam sanguinis innocentis, & dicet omnis populus: Amen. † 27,25. Iudic. 3,15.

Acceperuntque munera, & peruerterunt iudicium. 1 Reg. 8,3.

Despexerunt eum, & non attulerunt ei munera: ille verò dissimulabat se audire. † 10,27.

Si de manu cuiusquam munus accepi, & contemnam illud hodie, restituamque vobis. † 12,3. † 17,18. 2. Reg. 6,19.

Munera. In manu eius erant vasa aurea, & vasa argentea, & vasa ærea, quæ & ipsa sanctificauit rex Dauid Domino cum argento & auro. 2. Regum 8,10.

Aut munera nobis data sunt? † 19,42. 3. Regum 3,21.

Munera, vasa argentea & aurea, vestes, & arma bellica, aromata quoque & equos & mulos, per annos singulos. 3. Reg. 10,25. † 13,8.

Misi tibi munera, & peto vt venias, & irritum facias fœdus, quod habes cum Baasa rege Israel, & recedat à me. † 15,19. 4. Reg. 5,16,23.

Iuit igitur Hazael in occursum eius, habens secum munera & omnia bona Damasci, onera quadraginta camelorum. † 8,9. † 12,18. † 13,4.

Cùm collegisset [Achaz] argentum & aurum quod inueniri potuit in domo Domini, & in thesauris regis, misit regi Assyriorum munera. † 16,8.

Literas, & munera ad Ezechiam. † 20,12.

Sed & Philisthæi Iosaphat munera deferebant, & vectigal argenti. 2. Par. 17,11.

Munera auri & argenti & pensitationes, cum ciuitatibus munitissimis in Iuda. † 21,3.

Appendebantque Ammonitæ munera Oziæ. † 26,8.

Dedit regi Assyriorum munera, & tamen nihil ei profuit. † 28,21.

Multi etiam deferebant hostias, & sacrificia Domino in Ierusalem, & munera Ezechiæ regi Iuda. † 32,23. Tob. 1,16.

Munera deferentes, adorabunt in te Dominum, & terram tuam in sanctificationem habebunt. Tob. 13,14.

Vt in aula palatij moraretur, datis ei pro delatione muneribus. Esther 12,5.

Et ignis deuorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt. Iob 15,34.

Munera super innocentem non accepit. Psalmo 14,5.

Dextera eorum repleta est muneribus. † 25,10

Filiæ Tyri in muneribus. † 44,13.

Tibi offerent reges munera. † 67,30.

Reges Tharsis & insulæ munera offerent. † 71,10.

Vouete & reddite Domino Deo vestro omnes qui in circuitu eius affertis munera. † 75,12.

Conturbat domum suam qui sectatur auaritiam: qui autem odit munera, viuet. Prou. 15,27.

Munera de sinu impius accipit, vt peruertat semitas iudicij. † 17,23.

Munus absconditum extinguit iras & donum in sinu indignationem maximam. † 21,14.

Victoriam & honorem acquiret qui dat munera; animam autem aufert accipientiũ † 22,9.

Ne dicas: In multitudine munerum meorum respiciet Deus, & offerente me Deo altissimo, munera mea suscipiet. Eccli. 7,11.

Noli offerre munera praua, non enim suscipiet illa. † 35,14.

Munus, & iniquitas delebitur, & fides in sæculum stabit. † 40,12.

Omnes diligunt munera, sequuntur retributiones. Isaiæ 1,23.

Qui iustificatis impium pro muneribus, & iustitiam iusti aufertis ab eo. † 5,23.

In tempore illo deferetur munus Domino exercituum à populo diuulso, & dilacerato; à populo terri-

terribili, post quem non fuit alius; à gente expectante, expectante & conculcata, cuius diripuerunt flumina terram eius, ad locum nominis Domini exercituum, montem Sion. † 18,7.

Qui proiicit auaritiam ex calumnia, excutit manus suas ab omni munere. † 33,15.

Sicut mortuis munera eorum illis apponentur. Baruch 6,26.

Pollui eos in muneribus suis. Ezech. 20,26.

Munera acceperunt apud te ad effundendum sanguinem. † † 22,12.

Tunc rex Danielem in sublime extulit, & munera multa & magna dedit ei. Dan. 2,48.

Munera tua sint tibi, & dona domus tuæ alteri da. † 5,17.

Et ipse in Assur delatus est, munus regi vltori: confusio Ephraim capiet. Osee 10,6.

Cognoui multa scelera vestra, & fortia peccata vestra: hostes accipientes munus, & pauperes deprimentes in porta. Amos 5,12.

Principes eius in muneribus iudicabant, & sacerdotes eius in mercede docebant, & prophetæ eius in pecunia diuinabant. Mich. 3,11.

Vltra flumina Aethiopiæ, inde supplices mei, filij dispersorum meorum deferent munus mihi. Sophon. 3,10.

Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum, & munus non suscipiam de manu vestra. Mal. 1,10.

Intulistis de rapinis claudum & languidum, & intulistis munus: numquid suscipiam illud de manu vestra? 13.

Apertis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurum, thus & myrrham. Matth. 2,11.

Vade, ostende te sacerdoti, & offer munus. † 8,4

Munus quodcumque est ex me, tibi proderit. † 15,5.

Per quam testimonium consecutus est esse iustus, testimonium perhibente muneribus eius Deo. Heb. 11,4.

Munera mittent inuicem, quoniam hi duo prophetæ cruciauerunt eos. Apoc. 11,10.

MVRENVLA.

Murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento. Cant. 1,10. Isaiæ 3,20.

MVREX.

A purpura quoque & murice, quæ supra illos tineant. Baruch 6,71.

MVRMVRO.

Murmurauit populus contra Moysen, dicens: Quid bibemus? Exod. 15,24. † 16,3,7.

Murmurauit contra Moysen, dicens: Cur fecisti nos exire de Aegypto? † 17,3.

Intereà ortum est murmur populi, quasi dolentium præ labore, contra Dominum. Num. 11, 1,20. † 12,1.

Inter hæc Caleb compescens murmur populi, qui oriebatur contra Moysen, ait: Ascendamus, & possideamus Terram, quoniam poterimus obtinere eam. Alij verò qui fuerant cum eo, dicebant: Nequaquam ad hunc populum valemus ascendere, quia fortior nobis est. Detraxeruntque Terræ, quam inspexerant. Num. 13,31. † 14,1.

Vsquequò multitudo hæc pessima murmurat contra me? † 14,27.

Et murmurastis contra me, non intrabitis Terram super quam leuaui manum meam. 30.

Murmurauit autem omnis multitudo filiorum Israel sequenti die contra Moysen & Aaron, dicens: Vos interfecistis populum Domini. † 16,41.

Cohibebo à me querimonias filiorum Israel, quibus contra vos murmurant. † 17,5.

Vt satiati cesset murmuratio eorum. † 20,6. † 21,6.

Murmurauit itaque omne vulgus contra Principes. Ios. 9,18.

Et impatientiam suam & improperium murmurationis suæ contra Dominum protulerunt, exterminati sunt. Iudith 8,24.

Si verò non fuerint saturati, & murmurabunt. Psal. 58,16.

Murmurauerũt in tabernaculis suis. † 105,25.

Tumultus murmurationum non abscondetur. Sap. 1,10.

Vir prudens & disciplinatus non murmurabit correctus, & inscius nõ honorabitur. Eccli. 10,28.

Nequissimo in pane murmurabit ciuitas. † 31,29.

Stare contra hostem, & prohibere gentem à peccatis, & perfringere murmur malitiæ. † 46,9.

Quid murmurauit homo viuens, vir pro peccatis suis? Thren. 3,39.

Murmurabant aduersus patremfamilias. Matthæi 20,11.

Murmurabant, dicentes quòd ad hominem peccatorem diuertisset. Luc. 19,7.

Murmurabant ergo Iudæi de illo, quia dixisset: Ego sum panis viuus. Ioan. 6,41.

Murmur multum erat in turba de eo. † 7,12.

Crescente numero discipulorum factum est murmur Græcorum aduersus Hebræos. Act. 6,1.

Neque murmuraueritis, sicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. 1. Cor. 10,10.

Omnia autem facite sine murmurationibus, & hæsitationibus. Philip. 2,14. 1. Pet. 4,9.

Hi sunt murmuratores querulosi, secundùm desideria sua ambulantes, & os eorum loquitur superba. Iudæ v. 16.

MVRVS.

Erat enim aqua quasi murus à dextra eorum & à læua. Exod. 14,22.

Destruantur muri tui firmi atque sublimes. Deut. 28,52.

Muri illicò corruerunt, & ascendit vnusquisque

quiſque per locum qui contra ſe erat. Ioſ.6,20.

Pro muro erant nobis tam in nocte quàm in die. 1.Reg.20,16.

Murum Ieruſalem per circuitum. 3.Reg.3,1.

Cecidit murus ſuper viginti ſeptem millia hominum, qui remanſerant. † 20,30.

Ita vt muri tantùm fictiles remanerent. 4.Reg.3,25.

Interrupit murum Ieruſalem. † 14,13.

Muros Ieruſalem in circuitu deſtruxit omnis exercitus Chaldæorum. † 25,10.

Si murus eſt, ædificemus ſuper eum propugnacula. Cant.8,9.

In afflictione magna ſunt, & in opprobrio: murus Ieruſalem diſſipatus eſt & portæ eius combuſtæ ſunt igni. 2.Eſd.1,3. † 2,13.

Completus eſt autem murus vigeſimoquinto die menſis Elul, quinquaginta duobus diebus. † 6,15.

In Deo meo tranſgrediar murum. Pſal.17,30.

Nehemias in memoria multi temporis, qui erexit nobis muros euerſos. Eccli.49,15.

Et munimenta ſublimium murorum tuorum concident, & humiliabuntur, & detrahentur in terram vſque ad puluerem. Iſa.25,12.

Ponetur in ea murus & antemurale. † 26,1.

Aedificabunt filij peregrinorum muros tuos, & reges eorum miniſtrabunt tibi. † 60,10.

Aſcendite muros eius, & diſſipate, conſummationem autem nolite facere. Ier 5,10.

Dabo te populo huic in murum æreum fortem, & bellabunt aduerſum te, & non præualebunt. † 15,20.

Domum quoque regis, & domum vulgi ſuccenderunt Chaldæi igni, & murum Ieruſalem ſubuerterunt. † 39,8.

Cor meum ad viros muri fictilis dabit ſonitum tibiarum. † 48,36.

Murus Babylonis ille latiſſimus ſuffoſſione ſuffodietur, & portæ eius excelſæ igni comburentur. † 51,18.

Totum murum Ieruſalem per circuitum deſtruxit. † 52,14.

Cogitauit Dominus diſſipare murum filiæ Sion. Thren 2,8.

Nõ aſcendiſtis ex aduerſo, neque oppoſuiſtis murum pro domo Iſrael, vt ſtaretis in prælio in die Domini. Ezech.13,5.

Ecce murus forinſecus in circuitu domus vndique. † 40,5.

Dominus ſtans ſuper murum litum, & in manu eius trulla cæmentarij. Amos 7,7,8.

Cuius diuitiæ, mare: aquæ, muri eius. Nahum 3,8.

Ero ei, ait Dominus, murus ignis in circuitu, & in gloria ero in medio eius. Zach.2,5.

Habebat murum magnum & altum, habentem portas duodecim. Apoc.21,12.

Erat ſtructura muri eius ex lapide iaſpide, ipſa verò ciuitas, aurum mundum ſimile vitro mundo. 18.

MVS.

Inter polluta reputabuntur, &c. muſtela & mus. Leuit.11,29.

Nati ſunt mures. 1.Reg.5,6.

Et quinque mures aureos: quia plaga vna fuit omnibus vobis. † 6,5.

Egreſſi mures de cauernis ſuis auſi ſunt prouocare nos ad prælium. Iudith 14,12.

Qui comedebant carnem ſuillam, & abominationem & murem, ſimul cõſumentur. Iſa.66,17.

MVSCIPVLA.

Creaturæ Dei in odium factæ ſunt, & in tentationem animabus hominum, & in muſcipulam pedibus inſipientium. Sap.14,11.

MVSACH.

Muſach quoque ſabbati, quod ædificauerat in templo, &c. conuertit in templum Domini. 4.Reg.16,18.

MVSCA.

Venit muſca grauiſſima in domos Pharaonis, & ſeruorum eius, & in omnem Terram Aegypti: corruptaque eſt terra ab huiuſcemodi muſcis. Exod.8,24.

Muſcæ morientes perdunt ſuauitatem vnguenti. Eccleſ.10,1.

Illos enim locuſtarum & muſcarum occiderunt morſus. Sap.16,9. † 19,10.

Sibilabit Dominus muſcæ, quæ eſt in extremo fluminum Aegypti. Iſa.7,18.

MVSICA.

Quatientes cymbala, & omnia muſicorum organa, ad canendum Deo. 1.Par.16,42.

Muſica in luctu importuna narratio: flagella & doctrina in omni tempore ſapientia. Eccli.22,6.

Non impedias muſicam. † 32,5.

Gemma carbunculi in ornamento auri, & comparatio muſicorum in conuiuio vini. 7.

Vinum & muſica lætificant cor; & ſuper vtraque dilectio ſapientiæ. Eccli.40,20.

In peritia ſua requirentes modos muſicos. † 44,5.

In omni ore quaſi mel indulcabitur eius memoria, & vt muſica in conuiuio vini. † 49,2.

Symphoniæ, & vniuerſi generis muſicorum, cadentes adorate ſtatuam. Dan.3,5,10.

Vox citharœdorum, & muſicorum, & tibia canentium, & tuba, non inuenietur in te ampliùs. Apoc.18,22.

Muſſitaſtis contra nos? Exod.16,7. 2.Regum 12,19.

De humo eloquium tuum muſſitabit. Iſa.29,4,24.

MVSTELA.

Inter polluta reputabuntur, &c. muſtela & mus. Leuit.11,29.

MV-

MVSTVM.

Venter meus quasi mustum absque spiraculo, quod lagunculas nouas disrumpit. Iob 32,19.

Dabo tibi poculum ex vino condito, & mustum malorum granatorum meorum. Cant.8,2. Isa.49,26. Mich.6,15. Act.2,13.

MVTIO.

Non mutiet canis ab homine vsque ad pecus. Exod.11,7.

Nullusque contra filios Israel mutire ausus est. Ios.10,21.

MVTO.

Mutauit mercedem meam decem vicibus: & tamen non dimisit eum Deus, vt noceret mihi. Gen.31,7.

Mutauerit, & ipsum quod mutatum est, & illud pro quo mutatum est, consecratum erit Domino. Leuit.27,10.

Non est Deus quasi homo, vt mentiatur: nec vt filius hominis, vt mutetur. Num.23,19.

Comedit, vultusque illius non sunt amplius in diuersa mutati. 1.Reg.1,18.

Mutaberis in virum alium. † 10,6. 3.Regum 1,25.

Mutauit aspersione pulueris os, & oculos suos. 3.Reg.20,38.

Fui semper mutans loca tabernaculi. 1.Paral.17,5.

Hæc mutatio dexteræ Excelsi. Psal.76, 11.

Mutabis eos, & mutabuntur. † 101,27.

Mutauerunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fœnum. † 105,20.

Translatus est, raptus est ne malitia mutaret intellectum eius. Sap.4,11.

Nequam est natio eorum, & naturalis malitia ipsorum, & quoniam non poterat mutari cogitatio illorum in perpetuum. † 12,10.

Si mutauit gens deos suos, & certè ipsi non sunt dij: populus verò meus mutauit gloriam suam in idolum. Ierem.2,11.

Si mutare possit æthiops pellem suam, aut pardus varietates suos: & vos poteritis benefacere, cùm didiceritis malum. † 13,23.

Abstuli à te iniquitatem tuam, & indui te mutatoriis. Zach.3,4.

Ego enim Dominus, & non mutor: & vos filij Iacob non estis consumpti. Mal.3,6.

Mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis. Rom.1,23.

Vellem autem esse apud vos modò, & mutare vocem meam, quoniam confundor in vobis. Gal.4,20.

MVTVOR.

Mutuo postulauerit, & debilitatum aut mortuum fuerit domino non præsente. Exod.22,14.

Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi, qui habitat tecum, non vrgebis eum quasi exactor, nec vsuris opprimes. 25.

Fœnerabis gentibus multis, & ipse à nullo accipies mutuum. Deut.15,6.

Pete mutuo ab omnibus vicinis tuis vasa vacua non pauca. 4.Reg.4,3.

Et hoc ipsum mutuo acceperam. † 6,5.

Mutuo sumamus pecunias in tributa regis. 2.Esd.5,4.

Mutuabitur peccator, & non soluet. Psalmo 36,21.

Qui accipit mutuum, seruus est fœnerantis. Prou.22,7.

Homo enim fecit illos, & qui spiritum mutuatus est, is finxit illos. Sap.15,16.

Qui petit à te, da ei, & volenti mutuari à te, ne auertaris. Matth.5,42.

Si mutuum dederitis his, à quibus speratis recipere, quæ gratia est vobis? Luc.6,34.1.Tim.5,4. 1.Pet.4,8.

MVTVS.

Sicut mutus non aperiens os suum. Psal.37,14.

Aperi os tuum muto, & causis omnium filiorum qui pertranseunt. Prou.31,8.

Aperta erit lingua mutorum. Isa.35,6.

Linguam tuam adhærere faciam palato tuo, & eris mutus. Ezech.3,26.

Ille quidem [Heliodorus] per diuinam virtutem iacebat mutus, atque omni spe & salute priuatus. 2.Mach.3,29.

Obtulerunt ei hominem mutum, dæmonium habentem. Matth.9,32.

Ita vt turbæ mirarentur videntes mutos loquentes, claudos ambulantes. † 15,31.

Surdos fecit audire, & mutos loqui. Mar.7,37.

Erat eiiciens dęmonium, & illud erat mutum. Luc.11,14.

MYRICA.

Erit enim quasi myricæ in deserto, & non videbit cùm venerit bonum. Ier.17,6.† 48,6.

MYRRHA.

Sume tibi aromata, primæ myrrhæ & electæ. Exod.30,23. Esth.2,12.

Myrrha, & gutta, & casia à vestimentis tuis. Psal.44,9.

Aspersi cubile meum myrrha, & aloë, & cinnamomo. Prou.7,17.

Vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris. Cant.4,6.

Messui myrrham meam cum aromatibus meis. † 5,1.

Manus meæ stillauerunt myrrham, & digiti mei pleni myrrha probatissima. 5.

Quasi myrrha electa dedi suauitatem odoris. Eccli.24,20.

Dabant ei bibere myrrhatum vinum, & non accepit. Mar.15,23.

Ferens mixturam myrrhæ & aloës quasi libras centum. Ioan.19,39.

MYRTVS.

Frondes myrti & frõdes palmarũ. 2. Esd. 8, 15.

Dabo in solitudinem cedrum, & spinam, & myrtum, & lignum oliuæ. Isaiæ 41, 19.

Pro vrtica crescet myrtus. † 55, 13.

Et ipse stabat inter myrteta. Zach. 1, 8. † 10, 11.

MYRVM.

Lauit corpus suum, & vnxit se myro optimo. Iudith 10, 3.

MYSTERIVM.

Habuit cum eis mysterium consilij sui. Iudith 2, 2.

Maledicti est concordatio: denudare autem amici mysteria, desperatio est animæ infelicis. Eccli. 2 , 24. Isaiæ 3, 3.

Tunc Danieli mysterium per visionem nocte reuelatum est. Dan. 2, 19.

Est Deus in cælo reuelans mysteria. 28.

Enuntiauit autem mysteria hostibus Rhodocus. 2. Mach. 13, 21.

Vobis datum est nosse mysteria regni cælorum: illis autem non est datum. Matth. 13, 11.

Nolo enim vos ignorare fratres, mysterium hoc. Rom. 11, 25.

Secundum reuelationem mysterij temporibus æternis taciti. † 16, 26.

Loquimur sapientiam Dei in mysterio, quæ absconditа est. 1. Cor. 2, 7.

Spiritu autem loquitur mysteria. † 14, 2.

Ecce mysterium vobis dico: Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. 51.

Notum facere mysterium Euangelij, pro quo legatione fungor in catena. Ephes. 6, 19.

Mysterium quod absconditum fuit à sæculis. Col. 1, 26.

Aperiat nobis ostium sermonis ad loquendum mysterium Christi, propter quod etiam vinctus sum. † 4, 3

Mysterium iam operatur iniquitatis, tantùm vt qui tenet nunc, teneat. 2. Thes. 2, 7.

Habentes mysterium fidei in conscientia pura. 1. Timoth. 3, 9.

Consummabitur mysterium Dei, sicut euangelizauit per seruos suos prophetas. Apoc. 10, 7.

In fronte eius nomen scriptum: Mysterium: Babylon magna, mater fornicationum. † 17, 5.

NAAMAN.

NAAMAN princeps militiæ regis Syriæ, erat vir magnus apud dominum suũ. 4 Reg. 5, 1

Iratus Naaman recedebat, dicens: Putabam quòd egrederetur ad me, & stans inuocaret nomen Domini. 12.

Secutus est Giezi post tergum Naaman: quem cùm vidisset ille currentem ad se, desiliit de curru in occursum eius, &c. coëgit illum, ligauitque duo talenta argenti in duobus saccis, & duplicia vestimenta. 21. Luc. 4, 27.

NABAL.

Nabal, &c. vir eius durus, & pessimus, & malitiosus: erat autem de genere Caleb. 1. Reg. 25, 3.

Erat ei conuiuium in domo eius, quasi conuiuium regis, & cor Nabal iucundum: erat enim ebrius nimis. 36.

Emortuum est cor eius intrinsecus, & factus est quasi lapis. Cumq; pertransissent decem dies, percussit Dominus Nabal, & mortuus est. 37.

Malitiam Nabal reddidit Dominus in caput eius. 39.

NABAT.

Ieroboam filij Nabat, & in peccatis eius, quibus peccare fecerat Israel. 3. Reg. 16, 26.

Nabat, qui peccare fecit Israel, & dedit viam peccandi Ephraim. Eccli. 47, 29.

NABLVM.

Cantores in organis musicorum, nablis videlicet, & lyris, & cymbalis, vt resonaret in excelsis sonitus lætitiæ. 1. Par. 15, 16. 1. Mach. 13, 51.

NABO.

Væ super Nabo, quoniam vastata est, & confusa. Ierem. 48, 1, 22.

NABOTH.

Respondit Naboth: Propitius sit mihi Dominus, ne dem hereditatem patrum meorum tibi. 3 Reg. 21, 3.

Benedixit Naboth Deum, & regem: quam ob rem eduxerunt eum extra ciuitatem, & lapidibus interfecerunt. 13. 4. Reg. 9, 26.

NABVCHODONOSOR.

Vt sciat omnis gens, quoniam Nabuchodonosor deus terræ est, & præter ipsum alius non est. Iudith 5, 29.

Et Nabuchodonosor regem Babylonis seruum meum. Ierem. 25, 9. Dan. 4, 31.

NABVTHÆI.

Occurrerunt eis Nabuthæi, & susceperunt eos pacificè. 1. Mach. 5, 25.

Rogauit Nabuthæos amicos suos vt commodarent illis apparatum suum. † 9, 35.

NABVZARDAN.

Superfluos vulgi qui remanserant transtulit Nabuzardan magister militum in Babylonem. Ierem. 39, 9. † 52, 30.

NACHOR.

Filia Bathuelis sum, filij Nachor. Gen. 24, 47. Ios. 24, 2. Luc. 3, 34.

NADAB.

Arreptisque Nadab & Abiu filij Aaron thuribulis, posuerunt ignem, &c. mortui sunt coram Domino. Leuit. 10, 1. 1. Par. 24, 1.

NAIM.

Ibat Iesus in ciuitatem, quæ vocatur Naim. Luc. 7, 11.

NANEA.

Cecidit [Antiochus] in templo Naneæ, consilio deceptus sacerdotum Naneæ. 2. Mach. 1, 13.

NAR-

NARCISSVS.

Salutate eos qui sunt ex Narcissi domo, qui sunt in Domino. Rom.16,11.

NARDVS.

Dum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum. Cant.1,11.

Cypri cum nardo, nardus & crocus. † 4,14. Ioan.12,3.

NARIS.

Donec exeat per nares vestras, & vertatur in nauseam, eò quòd repuleritis Dominũ, qui in medio vestri est, & fleueritis coram eo. Num.11,20.

Superbia tua ascendit in aures meas: ponam itaque circulum in naribus tuis. 4.Reg.19,28. Iob 27,3.

De naribus eius procedit fumus. Iob 41,11. Psal.123,6.

Circulus aureus in naribus suis, mulier pulchra & fatua. Prou.11,22.

Fumus flatus est in naribus nostris: & sermo scintilla ad commouendum cor nostrum. Sap.2,2. † 15,15.

Quiescite ergo ab homine, cuius spiritus in naribus eius est. Isa.2,22. † 37,29.

Ecce applicant ramum ad nares suas. Ezechielis 8,17.

NARRO.

Narrauit Moyses Aaron omnia verba Domini. Exod.4,28.

Narrabisque filio tuo in die illo, dicens: Hoc est quod fecit mihi Dominus. † 13,8

Narrauit Moyses cognato suo cuncta quæ fecerat Dominus Pharaoni & Aegyptiis propter Israel. † 18,8.

Narrabis ea filiis tuis, & meditaberis in eis sedens in domo tua. Deut.5,7.

Narra mihi omnia magnalia quæ fecit Eliseus. 4.Reg.8,4.

Narrauit parentibus suis omnia beneficia Dei, quæ fecisset circa eum per hominem, qui eum duxerat. Tob.11,19.

Narrabo omnia mirabilia tua. Psal.9,2.

Narrabo, omnes qui timetis Deum, quanta fecit animæ meæ. † 65,16.

Si dicebam: Narrabo sic, ecce nationem filiorum tuorum reprobaui. † 72,15.

Narrabimus mirabilia tua. † 74,3.

Narrantes laudes Domini, & virtutes eius, & mirabilia eius. † 77,3.

Dominus narrabit in scripturis populorum, & principum. † 86,6.

Narrate omnia mirabilia eius. † 104,2.

Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non vt lex tua. † 118,85.

Ne despicias narrationem presbyterorum sapientum. Eccli.8,9.

Amico & inimico noli narrare sensum tuum: & si est tibi dictum, noli denudare. † 19,8.

Narratio fatui quasi sarcina in via. † 21,9.

Labia imprudentium stulta narrabunt: verba autem prudentium statera ponderabuntur. 28.

Narratio peccantium odiosa, & risus illorum in delictis peccati. † 27,14.

Narrationem virorum nominatorum conseruabit [sapiens] & in versutias parabolarum simul introibit. † 39,2.

Reduc me in memoriam, & iudicemur simul: narra si quid habes, vt iustificeris. Isa.43,26.

Quibus non est narratum de eo, viderunt: & qui non audierunt, contemplati sunt. † 52,15.

Filiis vestris narrate, & filij vestri filiis suis, & filij eorum generationi alteræ. Ioel.1,3.

Multi conati sunt ordinare narrationem, quæ in nobis completæ sunt rerum. Luc.1,1.

Redi in domum tuam, & narra quanta tibi fecit Deus. † 8,39.

Narrauit quomodo Dominus eduxisset illum de carcere. Act.12,17.

Audiebant Barnabam & Paulum, narrantes, quanta Deus fecisset signa & prodigia in Gentibus per eos. † 15,12. † 21,19.

NASCOR, NATALIS, NATIO.

Nati sunt in genibus Ioseph. Gen.50,22.

Dies tertius natalitius Pharaonis erat: qui faciens grande conuiuium pueris suis recordatus est inter epulas magistri pincernarum. † 40,20.

Sex nomina in lapide vno, & sex reliqua in altero, iuxta ordinem natiuitatis eorum. Exodi 28,10.

Nec est alia natio tam grandis, quæ habeat deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris. Deut.4,7.

Congratulantes ei & dicentes: Natus est filius Noëmi. Ruth 4,17.

Nationes ex longinquo ad te venient, & adorabunt in te Dominum. Tob.13,14.

Pereat dies in qua natus sum. Iob 3,2.

Numquid primus homo tu natus es? † 15,7.

Sciebas tunc quòd nasciturus esses, & numerum dierum tuorum noueras? † 38,21.

Confitebor tibi in nationibus Domine. Psalmo 17,50. † 107,4.

Fecerunt fructum natiuitatis. † 106,37.

Fiant nati eius in interitum. † 108,13.

Natus est stultus in ignominiam suam. Prouerb.17,21.

Tempus nascendi, & tempus moriendi. Eccles.3,2.

Feliciorem vtroque iudicaui qui necdum natus est. † 4,3.

Ex nihilo nati sumus. Sap.2,2.

Nationis enim iniquæ diræ sunt consummationes. † 3,19.

Sic & nos nati continuò desiuimus esse. † 5,13.

Et ego natus accepi communem aërem. † 7,3.

Hæc & in contensu nequitiæ, cùm se natione-

nes ontulissent, sciuit iustum. † 10,5.

N quam est natio eorum, & naturalis malitia ipsorum, & quoniam non poterat mutari cogitatio illorum in perpetuum. † 12,10.

Natiuitatis immutatio. † 14,26.

Nec enim ad sepeliendum viui sufficiebant: quoniam vno momento quæ erat præclarior natio illorum extermin. ta est. † 18, 2

Per quem omnis natio transiuit, quę tegebatur tua manu. † 19 8.

Et gemitus matris tuæ ne obliuiscaris: memento quoniam nisi per illos natus non fuisses. Eccli. 7,29.

Infatuatus, improperium patiaris, & maluisses non nasci, & diem natiuitatis tuæ maledicas. † 23,19.

Qui de illis nati sunt, reliquerunt nomen narrandi laudes eorum. † 44,8.

Nemo natus est in terra qualis Henoch, nam & ipse receptus est à terra. † 49,16.

PARVVLVS enim NATVS est nobis, & filius datus est nobis. Isa. 9,6.

Maledicta dies in qua natus sum. Ier. 20,14.

In terra natiuitatis tuæ iudicabo te. Ezech. 21,30.

Et dixit Mathathias: Væ mihi, vt quid natus sum videre contritionem populi mei, & contritionem ciuitatis sanctæ? 1. Mach. 2,7.

Ducebantur autem cum amara necessitate in die natalis regis ad sacrificia. 2. Mach. 6,7.

Qui formauit hominis natiuitatem. † 7,23.

Iacob autem genuit Ioseph virum Mariæ, de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus. Matth. 1,16.

Cùm ergo natus esset Iesus in Bethleem Iuda in diebus Herodis. † 2,1.

Die autem natalis Herodis saltauit filia Herodiadis in medio, & placuit Herodi. † 14,6.

Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille. † 26,24.

Natus est vobis hodie Saluator, qui est Christus Dominus, in ciuitate Dauid. Luc. 2,11.

Neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Ioan. 1,13.

Quomodo potest homo nasci cùm sit senex? † 3,4.

Nos ex fornicatione non sumus nati: vnum patrem habemus Deum. † 8,41.

Non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum. † 16,21.

Vade, quoniam ego in nationes longè mittam te. Act. 22,21.

Cùm enim nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent, aut mali. Rom. 9,11.

Sine reprehensione in medio nationis prauæ & peruersæ, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo, verbum vitæ continentes. Philip. 2,15.

Natales & mores Pauli. Philip. 3,5.

Omnis qui natus est ex Deo peccatum non facit, quoniam semen ipsius in eo manet: & non potest peccare, quoniam ex Deo natus est. 1. Ioan. 3,9. † 5,2.

NASVS.

Nasus tuus sicut turris Libani. Cant 7,4.

Nasum tuum & aures tuas præcident, & quæ remanserint gladio côncident. Ezech. 23,25.

NATATORIA.

Vade, laua in natatoria Siloë (quod interpretatur Missus.) Ioan. 9, .

NATES.

Percussit in secretiori parte natium Azotum, & fines eius. 1. Reg. 5,6. 2. Reg. 10,4.

Discoopertis natibus ad ignominiam Aegypti. Isa. 20,4.

NATHAN.

Misit ergo Dominus Nathan ad Dauid, &c. Vriam Hethæū percussisti gladio. 2. Reg. 12,1,9.

Vnxeruntque eum [Salomonem] Sadoc sacerdos & Nathan propheta regem in Gihon. 3. Reg. 1,45.

Scripta sunt in verbis Nathan Prophetæ. 2. Par. 9,29.

In finem, Psalmus Dauid, Cùm venit ad eum Nathan Propheta, quando intrauit ad Bethsabee. Titulus Psalmi 50.

Surrexit Nathan propheta in diebus Dauid Eccli. 47,1.

NATHANAEL.

Vidit Iesus Nathanael venientem ad se, & dicit de eo: Ecce verè Israelita, in quo dolus non est. Ioan. 1,47. † 21,2.

NATHINAEI.

Fratres eius Nathinæos, in loco Chasphiæ, vt adducerent nobis ministros domus Dei nostri. 1. Esd. 8,17.

Nathinæi autem habitabant in Ophel. 2. Esdræ 3,26.

NATO.

Natauitque ferrum. 4. Reg. 6,6.

Quæcumque erant natantia, in terram transibant. Sap. 17,18.

Extendet manus suas sub eo, sicut extendit natans ad natandum: & humiliabit gloriam eius. Isa. 25,11. Act. 27,43.

NATVRA.

Tantùm obsecro, ne scelus hoc contra naturam operemini in virum. Iudic. 29,24.

Naturas animalium, & iras bestiarū. Sap. 7,20.

Naturalis malitia ipsorum. Sap. 12,10.

Feminæ eorum immutauerunt naturalem vsum, in eum vsum qui est contra naturam. Rom. 1,26.

Gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt, faciunt. † 2,14.

Contra naturam insertus es in bonam oliuam. † 11,24.

Nec

Nec ipsa natura docet vos, quòd vir quidem si comam nutriat, ignominia est illi. 1.Cor.11,14.

Nos natura Iudæi, non ex Gentibus peccatores Gal.2,15.

Eramus natura filij iræ, sicut & ceteri. Ephes.2,3.

Vt per hæc efficiamini diuinæ consortes naturæ. 2.Pet.1,4.

NAVE.

Fortis in bello Iesus Naue, successor Moysi in prophetis, qui fuit magnus secundùm nomen suum. Eccli.46,1.

NAVFRAGIVM.

Ter naufragium feci. 2.Cor.11,25.

Habens fidem, & bonam conscientiam, quam quidam repellentes, circa fidem naufragauerunt. 1.Tim.1,19.

NAVIGO, NAVIS.

Rex verò Iosaphat fecerat classes in mari, quæ nauigarent in Ophir, propter aurum: & ire non potuerunt quia confractæ sunt. 3.Reg.22,49.

Pertransierunt quasi naues poma portantes. Iob 9,26.

Illic naues pertransibunt. Psal.103,26.

Qui descendunt mare in nauibus, facientes operationem in aquis multis. † 106,23.

Viam nauis in medio mari. Prou.30,19.

Facta est quasi nauis institoris de longè portans panem suum. † 31,14.

Tamquam nauis, quæ pertransit fluctuantem aquam. Sap.5,10.

Qui nauigant mare enarrent pericula eius: & audientes auribus nostris admirabimur. Eccli.43,26.

Onus Tyri: Vlulate naues maris. Isa.23,1.

Inuenit nauem euntem in Tharsis: & dedit naulum eius. Ionæ 1,3.

Datæ sunt in fabricam nauium triremium. 2.Mach.4,20.

Nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus. Matth.14,24.

Dixit discipulis suis, vt nauicula sibi deseruiret, propter turbam, ne comprimerent eum. Mar.3,9.

Erat nauis in medio mari, & ipse solus in terra. † 6,47.

Cùm iam non esset tuta nauigatio, eò quòd & ieiunium iam præterisset, consolabatur eos Paulus Act.27,9.

Donauit tibi Deus omnes qui nauigant tecum. 24.

Naues cùm magnæ sint, & à ventis validis minentur, circumferuntur à modico gubernaculo. Iac.3,4.

NAVLVM.

Inuenit nauem euntem in Tharsis: & dedit naulum eius. Ionæ 1,3.

NAVSEA.

Donec exeat per nares vestras, & vertatur in nauseam. Num.11,20.

Deest panis, non sunt aquæ: anima nostra iam nauseat super cibo isto leuissimo. † 21,5.

NAVTA.

Viros nauticos & gnaros maris, cum seruis Salomonis. 3.Reg.9,27.

Senes Giblij, & prudentes eius habuerunt nautas ad ministerium variæ supellectilis tuæ. Ezech.27,9. Apoc.18,17.

NAZARAEVS.

Fiant in capite Ioseph, in vertice Nazaræi inter fratres suos. Gen.49,26. Deut.33,16.

Post hæc potest bibere Nazaræus vinum. Num.6,20.

Erit enim Nazaræus Dei ab infantia sua. Iudic.13,5.

Candidiores Nazaræi eius niue. Thren.4,7.

Propinabitis Nazaræis vinum: & prophetis mandabitis, dicentes: Ne prophetetis Amos 2,12

Suscitauerunt Nazaræos, qui impleuerant dies. 1.Mach.3,49.

Nazaræus vocabitur. Matth.2,23.

NAZARENVS.

Et hic erat cum Iesu Nazareno. Matth.26,71.

Quid nobis & tibi, Iesu Nazarene? venisti perdere nos? Scio te quis sis, Sanctus Dei. Luc.4,34.

Erat autem scriptum: Iesus Nazarenus, Rex Iudæorum. Ioan.19,19. Act.3,6.

Ego sum Iesus Nazarenus, quem tu persequeris Act.22,8.

Auctorem seditionis sectæ Nazarenorum. † 24,5.

NAZARETH.

Populi autem dicebant: Hic est Iesus Propheta à Nazareth Galilææ. Matth.21,11.

Reuersi sunt in Galilæam ciuitatem suam Nazareth. Luc.2,39.

Et venit Nazareth, vbi erat nutritus. † 4,16.

Inuenimus Iesum filium Ioseph à Nazareth. Et dixit ei Nathanael: A Nazareth potest aliquid boni esse? Ioan.1,44.

NEAPOLIS.

Samothraciam, & sequenti die Neapolim; & inde Philippos. Act.16,11.

NEBO.

Ascende in montem illum Abarim, id est, transituum, in montem Nebo, qui est in Terra Moab contra Iericho: & vide Terram Chanaan. Deut.32,49.

NEBVLA.

Ingressusque Moyses medium nebulæ, ascendit in montem. Exod.24,18.

Vt positis super ignem aromatibus, nebula eorum & vapor operiat oraculum. Leuit.16,13.

Nebula impleuit domũ Domini.3.Reg.8,10.

Qui tenet vultum solij sui, & expandit super illud nebulam suam. Iob 26,9. † 38,34.

Nebulam sicut cinerem spargit. Psal.147,5.

Sicut

Sicut nebula dissoluetur, quæ fugata est à radiis solis. Sap.2,3.

Ego feci in cælis vt oriretur lumen indeficiens, & sicut nebula texi omnem terram. Eccli.24,6.

Aperti sunt thesauri, & euolauerunt nebulæ sicut aues. † 43,15.

Medicina omnium in festinatione nebulæ.24.

Dat multitudinem aquarum in cælo, & eleuat nebulas ab extremitatibus terræ. Ier.10,13. Ezech.8,11.

Faciens matutinam nebulam, & gradiens super excelsa terræ. Amos 4,13.

Et tu turris gregis nebulosæ filiæ Sion vsque ad te veniet: & veniet potestas prima, regnū filiæ Ierusalem. Mich.4,8. Nahum 1,3.2.Petri 2,17.

NECDVM.

Generatione autem quarta reuertentur huc: necdum enim completæ sunt iniquitates Amorrhæorum. Gen.15,16.

NECESSARIVS.

Necessaria mensæ regis Salomonis cum ingenti cura præbebant in tempore suo. 3.Reg.4,27. 1.Par.22,5. Esth.2,3.

Non est auxilium mihi in me, & necessarij quoque mei recesserunt à me. Iob 6,13.

Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi: tribue tantùm victui meo necessaria: ne fortè satiatus illiciar ad negandum. Prou.30,8.

Propter ea, quæ illis ostensa & missa sunt, etiam à necessaria concupiscentia auerterentur. Sap.16,3.

Non enim necessarij sunt illi homines impij. Eccli.15,12.† 20,3.

Initium necessariæ rei vitæ hominum, aqua, ignis, & ferrum, lac, sal, & panis. † 39,31.

Porrò vnum est necessarium. Luc.10,42. † 14,28. Act.15,28.

Non potest autem oculus dicere manui: Opera tua non indigeo; aut iterùm caput pedibus: Non estis mihi necessarij. Sed multò magis quæ videntur membra corporis infirmiora esse, necessariora sunt. 1.Cor.12,21. Tit.3,14. Iac.2,16.

NECESSITAS.

In necessitate vos protegant. Videte quòd ego sim solus. Deut.32,38.

Venistis ad me necessitate compulsi? Iudic.11,7.

Necessitate compulsus obtuli holocaustum. 1.Reg.13,12.

Præmium enim bonum tibi thesaurizas in die necessitatis. Tob.4,10.

Tu scis necessitatem meam. Esth.14,16.

De necessitatibus meis erue me. Psal.24,17.

Saluasti de necessitatibus animā meam.† 30,8

De necessitatibus eorum eripuit eos. † 106, 6,12. Eccles.7,1.

Ducebat enim illos ad hunc finem digna necessitas. Sap.19,4.

Est autem amicus socius mensæ, & non permanebit in die necessitatis. Eccli.6,10 † 29,2.

Necessitatibus sanctorum communicantes. Rom.12,13.

Necessitate subditi estote. † 13,5.

Non habens necessitatem, potestatem autem habens suæ voluntatis. 1.Cor.7,37.

Vt ne velut ex necessitate bonum tuum esset, sed voluntarium. Philem v.14.

NECESSITVDO.

Necessitudine domus meæ hospitio mihi factus est frater. Philem.v.14. Eccli.29,34.

NECHAO.

Postquam instaurauerat Iosias templum, ascendit Nechao rex Aegypti ad pugnandum. 2.Paral.35,20. Ier 46,2.

Aduersus exercitum Pharaonis Nechao regis Aegypti, qui erat iuxta fluuium Euphratem in Charcamis, quem percussit Nabuchodonosor rex Babylonis. Ier.46,2.

NECO.

Apud quemcumque inueneris deos tuos, necetur coram fratribus nostris. Gen.31,32.† 34,26. Sap.12,5.

Gentem tuam non necabis vltrà. Ezech.36,14.

NEFANDVS.

Loci firmitate confisi, supra modum maledicebant, & sermones nefandos iactabant. 2.Machab.10,34.

Iustum Lot oppressum à nefandorum iniuria, ac luxuriosa conuersatione eripuit. 2.Petr.2,7.

NEFAS, NEFARIVS.

Qui nequaquam operi nefario acquiescens. Gen.39,8.

Illaque conspexerit fratris ignominiam: nefariam rem operati sunt: occidentur in conspectu populi sui. Leuit.20,17.

Numquam tantum nefas, & tam grande piaculum factum est in Israel. Iudic.20,6.

Cur tantum nefas in vobis repertum est? 12.

Hoc nefas est. 1.Reg.14,45.

Nefarij homines vno die ad inferos descendentes, reddant imperio nostro pacem, quam turbauerant. Esth.13,6. Ezech,23,44.

NEGLIGO.

Et per negligentiam transgressi fuerint mandatum Domini. Num.5,6.

Nolite negligere, nolite cessare, eamus & possideamus eam, nullus erit labor. Iudic.18,9.

Negligimus tollere eam de manu regis Syriæ? 3.Reg.22,3.

Eleuatum cor eius [Oziæ] in interitum suum, & neglexit Dominum. 2.Par.26,16.

Qui timet Deum, nihil negligit. Eccles.7,19.

Qui neglexerunt iustum, & à Domino recesserunt. Sap.3,10.

De negligentia tua purga te cum paucis. Eccli.7,34.

Diffi-

Difficilè exuitur negotians à negligentia. † 26,28.

NEGO.

Negabunt te inimici tui,& tu eorum colla calcabis. Deut.33,29.

Neque enim negare tibi quidquam potest. 3.Reg.2,17. Iob 8,18.

Et osculatus sum manum meam ore meo,quæ est iniquitas maxima, & negatio contra Deum altissimum. Iob 31,28.

Populus meus est,filij non negãtes. Isa.63,7.

Negauerunt Dominum,& dixerunt. Non est ipse,neque veniet super nos malum. Ier.5,12.

Nec enim fas est regem vobis quidquam negare. † 38,5.

Non erit eius populus,qui eum negaturus est. Dan.9,26.

Circumdedit me in negatione Ephraim, & in dolo domus Israel. Osee 11,12.

Qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo, qui in cælis est. Matth.10,33.

Negauit coram omnibus,dicens: Nescio quid dicis. † 26,70.

Qui autem negauerit me coram hominibus, negabitur coram Angelis Dei. Luc.12,9.

Negauit eum,dicens: Mulier,non noui illum. † 22,57.

Non cantabit gallus, donec ter me neges. Ioan.13,38.

Si negauerimus, & ille negabit nos. 2.Timoth.2,12.

Si non credimus, ille fidelis permanet, negare seipsum non potest. 13.

Hic est Antichristus, qui negat Patrem, & Filium. 1.Ioan.2,23.

NEGOTIVM.

Omnem virum qui habebat negotium, vt veniret ad regis iudicium, vocabat Absalom ad se. 2.Reg.15,2.

Numquid habes negotium,& vis vt loquar regi,siue principi militiæ? 4 Reg.4,13.

Concident eum amici, diuident illum negotiatores? Iob 40,25.

A negotio perambulante in tenebris. Psalmo 90,6.

Gustauit,& vidit quia bona est negotiatio eius. Prou.31,18.

Omni negotio tempus est. Eccles.8,6.

Difficilè exuitur negotians à negligentia. Eccli.26,28.

Cum negotiatore de traiectione. † 37,12.

Negotiatores Sidonis transfretantes mare repleuerunt te. Isa.23,2.

Quis cogitauit hoc super Tyrum quondam coronatam, cuius negotiatores,principes, institores eius inclyti terræ? 8.

His qui habitauerint coram Domino, erit negotiatio eius, vt manducent in saturitatem, & vestiantur vsque ad vetustatem. 18.

Negotiatores tui ab adolescentia tua, vnusquisque in via sua errauerunt. † 47,15.

Negotiatores Merrhę & Theman.Baruch 3,23.

Vastabunt opes tuas, diripient negotiationes tuas,& destruent muros tuos. Ezech.26,12.

Syrus negotiator tuus, propter multitudinem operum tuorum,gemmam & purpuram.† 27,16

Plures fecisti negotiationes tuas quàm stellæ sint cæli,bruchus expansus est, & auolauit. Nahum 3,16. Matth.13,45.

Abierunt, alius in villam suam, alius verò ad negotiationem suam. Matth.22,5.

Negotiamini dum venio. Luc.19,13.

Ne quis supergrediatur, neque circumueniat in negotio fratrem suum. 1.Thess.4,6,11.

Nemo militans Deo implicat se negotiis sæcularibus, vt ei placeat, cui se probauit. 2.Timoth.2,4.

Negotiatores terræ flebunt, & lugebunt super illam [Babylonem] quoniam merces eorum nemo emet amplius. Apoc.18,11.

NEHEMIAS.

Nehemias in memoria multi temporis, qui erexit nobis muros euersos, & stare fecit portas & seras,qui erexit domos nostras. Eccli 49,15. 2.Mach.1,18. † 2,13.

NEMROD.

Nemrod:ipse cœpit esse potens in terra,& erat robustus venator coram Domino. Gen.10,9.

Pascent terram Assur in gladio, & terram Nemrod in lanceis eius. Mich 5,6.

NEMVS.

Abraham plantauit nemus in Bersabee,& inuocauit ibi nomen Domini Dei æterni.Gen.21,33.

Nemus,quod circa aram est, succide: & ædificabis altare Domino Deo tuo in summitate petræ huius. Iudic.6,25.

Nemoris, quod regio cultu & manu consitum erat. Esth.1,5. Ezech.15,2. † 20,28.

NEO.

Mulieres doctæ,quæ neuerant, dederunt hyacinthum. Exod.35,25.

Considerate lilia agri,quomodo crescunt: non laborant,neque nent. Matth.6,28.

NEOMENIA.

Habens [Iudith] super lumbos suos cilicium, ieiunabat omnibus diebus vitæ suæ,præter sabbata, & neomenias, & festa domus Israel. Iudith 8,6.

Buccinate in neomenia tuba. Psal.80,4.

Neomeniam, & sabbatum, & festiuitates alias non feram: iniqui sunt cœtus vestri. Isa 1,13. Osee 2,11.1. Mach.10,34.

NEOPHYTVS.

Non neophytum: ne in superbiam elatus in iudicium incidat diaboli. 1.Tim.3,6.

NEPHTHALI.

Nephthali abundátia perfruetur. Deut. 33,23. Tob. 1,1. Isaiæ 9,1. Matth 4,13.

NEPOS.

Habuit quadraginta filios, & triginta ex eis nepotes. Iudic. 12,14.

Vidit filios nepotum suorum. Tob. 14,1.

Propinquorum turba, & nepotum in conspectu eorum. Iob 21, 8.

Nepotes eius non saturabuntur pane. † 27,14.

Nepotes impiorum non multiplicabunt ramos, & radices immundæ super cacumen petræ sonant. Eccli. 40,15.

Hereditas sancta nepotes eorum. † 44,12.

Nec delebit opera sua, neque perdet à stirpe nepotes electi sui. † 47,24.

Semen benedictorum Domini est, & nepotes eorum cum eis. Isaiæ 65, 23.

NEQVAM.

Her primogenitus Iudæ nequam in conspectu Domini, & ab eo occisus est. Gen. 38,7.

Noui superbiam tuam, & nequitiam cordis tui. 1. Reg. 17,28.

Fecit autem Amri malum in conspectu Domini, & operatus est nequiter super omnes qui fuerunt ante eum. 3. Reg. 16,25.

Consumetur nequitia peccatorum, & diriges iustum. Psal. 7, 10.

Nequitiam adinuentionum eorum. † 27,4.

Nequitiæ in habitaculis eorum, in medio eorum. † 54,16.

Septem nequitiæ sunt in corde illius. Prouerb. 26,25. Sap 4,6.

Hæc & in consensu nequitiæ cùm se nationes contulissent, sciuit iustum. Sap. 10,5.

Cùm sit enim timida nequitia, dat testimonium condemnationis. † 17,10.

Et in malitia æruginat nequitia illius. Eccli. 12,11.

Qui sibi nequam est, cui alij bonus erit? & non iucundabitur in bonis suis. † 14,5.

Non est sapientia nequitiæ disciplina. † 19,19.

Nequissimi nequissima vita super mortem fatui. † 22,12.

Omnem nequitiam, & non nequitiam mulieris. † 25,19.

Non est dicere: Hoc illo nequius est: omnia enim in tempore suo comprobabuntur. † 39,40.

Quæsiuit omnes nequitias, vsque dum perueniret ad illos defensio, & ab omnibus peccatis liberauit eos. † 47,31.

NERVVS.

Tetigit neruum femoris eius, & statim emarcuit, &c. ipse verò claudicabat pede. Quam ob causam non comedunt neruum filij Israel, qui emarcuit in femore Iacob, vsque in præsentem diem: eò quòd tetigerit neruum femoris eius, & obstupuerit. Gen. 32,25,32. Iudic. 16,7.

Iratusque Asa aduersus Videntem, iussit eum mitti in neruum. 2. Par. 16,10.

Ossibus & neruis compegisti me. Iob 10,11.

Posuisti in neruo pedem meum. † 13,27. † 33,11.

Nerui testiculorum eius perplexi sunt. † 40,12. Isaiæ 48,4.

Et percussit Phassur Ieremiam prophetam, & misit eum in neruum. Ierem. 20,2.

NER.

Abner filius Ner regebat domum Saul. 2. Regum 3,6.

Ner autem genuit Cis. 1. Par. 9,39.

NEREVS.

Salutate, &c. Iuliam, Nereum, & sororem eius. Rom. 16,15.

NERIAS.

Sed Baruch filius Neriæ incitat te aduersum nos, vt tradat nos in manus Chaldæorum. Ierem. 43, 3.

NESCIO.

Quicumque animam percusserit nescius. Iosue 20,3.

Nesciens quòd recessisset ab eo Dominus. Iudic. 16,20.

Filij Heli, filij Belial, nescientes Dominum, neque officium sacerdotum ad populum. 1. Regum 2,12.

Nesciat hoc Ionathas, ne fortè tristetur. † 20,3.

Panes meos, &c. Et dabo viris quos nescio vnde sint. † 25,11.

Ille me nescit, & ego eum ignoro. Tob. 5,2.

Ad nihilum redactus sum, & nesciui. Psalmo 72,22.

Nescierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant. † 81,5. Cant. 6,11. Osee 2,8.

Nescio vos. Matth. 25,12.

Nescio vos vnde sitis, discedite à me omnes operarij iniquitatis. Luc. 13.27.

Mirabile est quia vos nescitis vnde sit, & aperuit meos oculos? scimus autem quia peccatores Deus non audit. Ioan 9,31. 2. Cor. 12,2.

Fide qui vocatur Abraham, obediuit in locum exire, &c. & exiit nesciens quò iret. Heb. 11,8.

NESROCH.

Cùm adoraret [Sennacherib] in templo Nesroch deum suum, &c. filij eius percusserunt eum gladio. Isaiæ 37,38.

NEX.

Quomodo enim potero sustinere necem, & interfectionem populi mei. Esther 8,6. Act. 7,59.

NICODEMVS.

Nicodemus nomine, princeps Iudæorum, hic venit ad Iesum nocte. Ioan. 3,1.

Dixit Nicodemus ad eos, ille qui venit ad eum nocte, qui vnus erat ex ipsis: Numquid lex nostra iudicat hominem nisi prius audierit ab ipso? † 7,51. † 19,39.

NI-

NICOLAVS.

Elegerunt, &c. Parmenam, & Nicolaum aduenam. Act.6,5.

Odisti facta Nicolaitarum, quæ & ego odi. Apoc.2,6,15.

NEXVS.

Ex quo totum corpus, per nexus & coniunctiones subministratum & constructum. Col.2,19.

NICANOR.

Caput Nicanoris, & manum cum humero abscissam Ierosolymam perferri, &c. linguam etiam impij Nicanoris præcisam iussit particulatim auibus dari: manum autem dementis contra templum suspendi. 2.Mach.15,30.

Elegerunt Stephanũ, &c. & Nicanorē. Act.6,5.

NICOPOLIS.

Festina ad me venire Nicopolim. Tit.3,12.

NIDVS.

Robustum quidem est habitaculum tuum: sed si in petra posueris nidum tuum. Num.24,21.

Nidum auis inueneris, & matrem pullis, vel ouis desuper incubantem: non tenebis eam cum filiis. Deut.22,6.

Ex nido hirundinum dormienti illi calida stercora inciderent super oculos eius, fieretque cæcus. Tob.2,11.

Dicebamque: In nidulo meo moriar, & sicut palma multiplicabo dies. Iob 29,18.

Numquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila, & in arduis ponet nidum suum? † 39,27.

Passer inuenit sibi domum, & turtur nidum. Psal.83,4. † 103,17.

Sicut auis transmigrans de nido suo, sic vir qui derelinquit locum suum. Prou.27,8.

Qui credit ei qui non habet nidum, & deflectens vbicumque obscurauerit, quasi succinctus latro exiliens de ciuitate in ciuitatē. Eccli.36,28.

Inuenit quasi nidum manus mea fortitudinem populorum. Isa.10,14.

Et erit: Sicut auis fugiens, & pulli de nido auolantes, sic erunt filiæ Moab. † 16,2.

Relinquite ciuitates, & habitate in petra, habitatores Moab: & estote sicut columba nidificans in summo ore foraminis. Ier.48,28.

Erit in cedrum magnam: & habitabunt sub ea omnes volucres, & vniuersum volatile sub vmbra frondium eius nidificabit. Ezech.17,23.

Cumque extendisset vmbram suam, in ramis eius fecerunt nidos omnia volatilia cæli. † 31,6.

Si exaltatus fueris vt aquila, & si inter sidera posueris nidum tuum, inde detraham te. Abd.v.4. Hab.2,9. Matth.8,20.

Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum auis nidum suum sub pennis, & noluisti? Luc.13,34.

NIGER.

Et capillum nigrum, recludet eum septem diebus. Leuit.13,31.

Nigra sum, sed formosa. Cant.1,4.

Nigræ fiant facies eorum à fumo, qui in domo fit. Baruch 6,20.

Et in Taphnis nigrescet dies, cùm contrivero ibi sceptra Aegypti, & defecerit in ea superbia potentiæ eius. Ezech.30,18. Nahum 2,10.

In quadriga prima equi rufi, & in quadriga secunda equi nigri, & in quadriga tertia equi albi, & in quadriga quarta equi varij, & fortes Zach.6,2. Matth.5,36. Apoc.6,5.

NIHIL.

Et cùm hæc omnia habeam, nihil me habere puto, quamdiu videro Mardochæum Iudęum sedentē ante fores regias. Esth 5,13. Iob 7,6. † 13,9.

In nihilum redacti sunt omnes artus mei. Iob 16,8. † 22,17.

Qui extendit Aquilonem super vacuum, & appendit terram super nihilum. † 26,7.

Redactus sum in nihilum. † 30,15.

Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus. Psal.14,4.

Pro nihilo saluos facies illos. † 55,8.

Ad nihilum deuenient tamquam aqua decurrens. † 57,8.

Ad nihilum deduces omnes gentes. † 58,9.

Ad nihilum redactus sum, & nesciui. † 72,22.

Ad nihilum redegit valdè Israel. † 77,59. Cantic.8,7.

Quia ex nihilo nati sumus, & post hoc erimus quasi non fuerimus. Sap.2,2.

Nam & si quis erit consummatus inter filios hominum, si ab illo abfuerit sapientia tua, in nihilum computabitur. † 9,6.

Omnes habitatores terræ apud eum in nihilum reputati sunt. Dan.4,32.

Qui lætamini in nihilo: qui dicitis: Numquid non in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua? Amos 6,14. 1.Cor.11,11. Heb.2,8.

NILVS.

In aquis multis semen Nili, messis fluminis fruges eius. Isa.23,3.

NIMBVS.

Cùm videritis nubem orientem ab Occasu, statim dicitis: Nimbus venit: & ita fit. Luc.12,54.

NIMIS.

Confitebor Domino nimis in ore meo. Psal.108,30.

Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus. † 138,17.

Nimis odito execrationem. Eccli.17,23.

NINIVE.

De terra illa egressus est Assur, & ædificauit Niniuen, & plateas ciuitatis. Gen.10,11.

Propè erit interitus Niniue. Tob.14,6.

Niniue erat ciuitas magna itinere trium dierum. Ionæ 3,3.

Ego non parcã Niniue ciuitati magnæ? † 4,11.

Niniue quasi piscina aquarum aquæ eius: ipsi

ipsi verò fugerunt. Nahum 2,8.

Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista,& condemnabunt eam. Matth.12,41.

NISAN.

Mense primo (cuius vocabulum est Nisan) anno duodecimo regni Assueri, missa est sors in vrnam. Esth.3,7.† 11,2.

NITEO.

Qui ascenditis super nitentes asinos, & sedetis in iudicio. Iudic.5,10. Esth.15,8.

Fauus enim distillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius. Prou.5,3.

Candidiores Nazaræi eius niue, nitidiores lacte. Thren.4,7.

NITRVM.

Acetum in nitro, qui cantat carmina cordi pessimo. Prou. 25,20.

Si laueris te nitro, & multiplicaueris tibi herbam borith, maculata es in iniquitate tua coram me. Ier.2,22.

NIX.

Qui timent pruinam, irruet super eos nix. Iob 6,16.

Ad nimium calorem transeat ab aquis niuium. † 24,19.

Qui præcipit niui vt descendat in terram, & hiemis pluuiis. † 37,6.

Nũquid ingressus es thesauros niuis? † 38,22.

Lauabis me,& super niuem dealbabor. Psalmo 50,9.

Niue dealbabuntur in Selmon. † 67,15.

Qui dat niuem sicut lanam. † 147,5.

Nix autem & glacies sustinebant vim ignis. Sap.16,22.

Imperio suo accelerauit niuem. Eccli.43,14.

Si fuerint peccata vestra vt coccinum,quasi nix dealbabuntur. Isa.1,18. † 55,10.

Numquid deficiet de petra agri nix Libani, aut euelli possunt aquæ erumpentes frigidæ & defluentes. Ier.18,14. Matth.17,10. Apoc.1,14.

NOBE.

Irruit in sacerdotes, & trucidauit in die illa octoginta quinque viros vestitos ephod lineo. Nobe autem ciuitatem sacerdotum percussit in ore gladij, viros & mulieres, & paruulos, & lactentes. 1.Reg.22,18.

NOBILIS.

Vir Dei est in ciuitate hac, vir nobilis: omne quod loquitur, sine ambiguitate venit,nunc ergo eamus illuc. 1.Reg.9,6.

Nominatus in tribus, & inter tres nobilior, eratque eorum princeps. 2.Reg.23,19.

Siue nobiles fuerint filij eius, siue ignobiles, non intelliget. Iob 14,21.

Nobiles eorum in manicis ferreis. † 149,8.

Nobilis in portis vir eius. Prou.31,23.

Beata terra,cuius rex nobilis est,& cuius principes vescuntur in tempore suo, ad reficiendum, & non ad luxuriam. Eccles.10,17.

Nobiles eius non erunt ibi: regem potiùs inuocabunt, & omnes principes eius erunt in nihilum. Isa.34,12. 2.Mach.2,21.

Venit Ioseph ab Arimathea nobilis decurio, qui & ipse erat expectans regnũ Dei. Mar.15,43.

Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam. Luc.19,12.

Multitudo magna, & mulieres nobiles non paucæ. Act.17,4,12.

Hi autem erant nobiliores eorum qui sunt Thessalonicæ. † 17,11.

Salutate Andronicum & Iuniam,cognatos, & concaptiuos meos, qui sunt nobiles in Apostolis,qui & ante me fuerunt in Christo. Rom.16,7.

Non multi nobiles: sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus. 1.Cor.1,27.

Vos nobiles,nos autem ignobiles. † 4,10.

NOBISCVM.

Dominus nobiscum est, nolite metuere. Num.14,9.

Sit Dominus Deus noster nobiscum, sicut fuit cum patribus nostris, non derelinquens nos, neque proiiciens. 3.Reg.8,57.

Cum illo enim est brachium carneum, nobiscum Dominus Deus noster,qui auxiliator est noster, pugnatque pro nobis. 2.Par.32,8.

Aperite portas quoniam nobiscum est Deus, qui fecit virtutem in Israel. Iudith 13,13.

Dominus virtutum nobiscum: susceptor noster Deus Iacob. Psal 45,12.

Loquimini verbum:& non fiet: quia nobiscum Deus. Isa.8,10,2. Matth.1,23. 2.Ioan.v.2.

NOCEO.

Numquam nocui viro, qui voluit seruire Nabuchodonosor regi. Iudith 11,1.

Dominus autem omnipotens nocuit eum, & tradidit eum in manus feminæ. † 16,7.

Voluit [Aman] nocere Mardocheo. Esth.12,6.

Homini qui similis tui est, nocebit impietas tua. Iob 35,8.

Nocentes, vt edant carnes meas. Psal.26,2.

Non reliquit hominem nocere eis. † 104,14. Prou.26,19.

Relinque proximo tuo nocenti te: & tunc deprecanti tibi peccata soluentur. Eccli.28,2.

Non nocebunt, & non occident in vniuerso monte sancto meo. Isa.11,9.† 65,25.

Nocentes peribunt qui te vexauerunt, & qui gratulati sunt in tua ruina punientur. Bar.4,31.

Propter quod ego sum tecum: & nemo apponetur tibi vt noceat te. Act.18,10.

Si enim nocui,aut dignum morte aliquid feci, non recuso mori: si verò nihil est eorũ,quæ hi accusant me, nemo potest me illis donare. † 25,11. 1.Tim.6,9.

Si autem aliquid nocuit tibi aut debet,hoc mihi imputa. Philem.v.18.

Quis

Quis est qui vobis noceat, si boni æmulatores fueritis. 1. Pet. 3, 13.

Nolite nocere terræ, & mari, neque arboribus, quoadusque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum. Apoc. 7, 3.

Potestas earum nocere hominibus mensibus quinque. Apoc. 9, 10.

Si quis voluerit eos nocere, ignis exiet de ore eorum, & deuorabit inimicos eorum. † 11, 5.

Qui nocet, noceat adhuc. † 22, 11.

NOCTVA.

Comedere non debetis, &c. noctuam & larum. Leuit. 11, 16.

Supra corpus eorum, & supra caput eorum volant noctuæ, & hirundines, & aues etiam similiter & cattæ. Baruch 6, 21.

NOE.

Vocauitque nomen eius Noë, dicens: Iste consolabitur nos ab operibus & laboribus manuum nostrarum, in terra cui maledixit Dominus. Gen. 5, 29.

Noë vir iustus atque perfectus fuit in generationibus suis, cum Deo ambulauit. † 6, 9. † 7, 7.

Locutus est autem Deus ad Noë, dicens: Egredere de arca. † 8, 15.

Bibensque [Noë] vinum, inebriatus est, & nudatus in tabernaculo suo. † 9, 21.

Ait [Noë:] Maledictus Chanaan, seruus seruorum erit fratribus suis. 25.

Vixit autem Noë post diluuium trecentis quinquaginta annis. Et impleti sunt omnes dies eius nongentorum quinquaginta annorum: & mortuus est. 29.

Noë inuentus est perfectus, iustus, & in tempore iracundiæ factus est reconciliatio. Ideò dimissum est reliquum terræ, cùm factum est diluuium. Eccli. 44, 17.

Sicut in diebus Noë istud mihi est, cui iuraui ne inducerem aquas Noë vltrà supra terram. Isa. 54, 9.

Si fuerint tres viri isti in medio eius, Noë, Daniel, & Iob: ipsi iustitia sua liberabunt animas suas. Ezech. 14, 14.

Sicut autem in diebus Noë, ita erit & aduentus filij hominis. Matth. 24, 37. Heb. 11, 7.

Octauum Noë iustitiæ præconem custodiuit. 2. Pet. 2, 5.

NOEMI.

Ne vocetis me Noëmi (id est, pulchram) sed vocate me Mara (id est, amaram) quia amaritudine valdè repleuit me Omnipotens. Ruth 1, 20.

Natus est filius Noëmi: vocauerunt nomen eius Obed. hic est pater Isai, patris Dauid. † 4, 17.

NOHESTAN.

Confregitque [Ezechias] serpentem æneum, &c. vocauitque nomen eius Nohestan. 4. Reg. 18, 4.

NOLO.

Noluit autem populus audire vocem Samuelis, sed dixerunt: Nequaquam, rex enim erit super eos. 1. Reg. 8, 19. † 31, 4.

Noluit intelligere vt benè ageret. Psal. 35, 4.

Si autem quod nolo, illud facio: iam non ego operor illud, sed quod habitat in me, peccatum. Rom. 7, 20.

NOMEN.

Omne enim quod vocauit Adam animæ viuentis, ipsum est nomen eius. Gen. 2, 19.

Seth natus est filius, quem vocauit Enos: iste cœpit inuocare nomen Domini. † 4, 26.

Nomen eius Noë, dicens; Iste consolabitur nos ab operibus & laboribus manuum nostrarum in terra, cui maledixit Dominus. † 5, 29.

Celebremus nomen nostrum antequam diuidamur in vniuersas terras. † 11, 4.

Vocabisque nomen eius Ismaël, eò quòd audierit Dominus afflictionem tuam. † 16, 11.

Nec vltrà vocabitur nomen tuum Abram: sed appellaberis Abraham: quia patrem multarum gentium constitui te. † 17, 5.

Non vocabis Sarai, sed Saram. Et benedicam ei, & ex illa dabo tibi filium. 16.

Nomen putei, ex eo quod acciderat, vocauit Calumniam. † 26, 20. † 29, 32.

Vocauit nomen eius Ioseph, dicens: Addat mihi Dominus filium alterum. † 30, 24.

Nequaquam, inquit, Iacob appellabitur nomen tuum, sed Israel. † 32, 28.

Cur quæris nomen meum? 29.

Vocauit nomen filij sui Benoni, id est, filius doloris mei: pater verò appellauit eum Beniamin, id est, filius dextræ. † 35, 18. † 38, 30.

Vertitque nomen eius, & vocauit eum lingua Aegyptiaca, Saluatorem mundi. † 41, 45.

Nomina filiorum Israel, qui ingressi sunt in Aegyptum. † 46, 8.

Inuocetur super eos nomen meum, nomina quoque patrum meorum Abraham, & Isaac, & crescant in multitudinem. † 48, 16.

Vocauitque nomen eius Moyses, dicens: Quia de aqua tuli eum. Exod. 2, 10.

Gersam, dicens: Aduena fui in terra aliena. Alterum verò peperit, quem vocauit Eliezer, dicens: Deus enim patris mei adiutor meus eripuit me de manu Pharaonis. † 2, 22.

Si dixerint mihi: Quod est nomen eius? quid dicam eis? † 3, 13.

Nomen meũ ADONAI non indicaui eis. † 6, 3.

Posui te vt ostendã in te fortitudinem meam, & narretur nomen meum in omni terra. † 9, 16.

Vocauit nomen loci illius, Tentatio, propter iurgium filiorum Israel. † 17, 7.

Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum. † 20, 7.

Est nomen meum in illo. † 23, 21.

Sculpes in eis nomina filiorum Israel. † 28,9.
Portabitque Aaron nomina eorum coram Domino. 12.
Duodecim nominibus cælabuntur. 21.
Portabitque Aaron nomina filiorum Israel in rationali iudicij super pectus suum. 29.
Vocaui ex nomine Beseleel. † 31,1.
Noui te ex nomine, & inuenisti gratiam coram me † 33,12.
Lapides duodecim sculpti erant nominibus duodecim tribuum Israel. † 39,14.
Eruntque vobiscum principes tribuum ac domorum in cognationibus suis, quorum ista sunt nomina: De Ruben, Elisur. Num. 1,5.
Hæc nomina filiorum Aaron sacerdotũ. † 3,3.
Inuocabuntque nomen meum super filios Israel, & ego benedicam eis. † 6,27.
Vocauitque nomen loci illius, Incensio: eò quòd incensus fuisset contra eos ignis Domini. † 11,3.
Hæc sunt nomina, &c. vocauitque Osee filium Nun, Iosue. † 13,17.
Vniuscuiusque nomen superscribes virgæ suę, nomen autem Aaron erit in tribu Leui. † 17,2.
Et vocauit nomen loci illius Horma, id est, anathema. † 21,3.
Cur tollitur nomen illius de familia sua, quia non habuit filium? † 27,3.
Nabo, & Baalmeon, versis nominibus, Sabama quoque. † 32,38.
Vt audito nomine tuo paueant, & in morem parturientium contremiscant, & dolore teneantur. Deut. 2,25.
Non vsurpabis nomen Domini Dei tui frustrà: quia non erit impunitus qui super re vana nomen eius assumpserit. † 5,11.
Disperdes nomina eorum de sub cælo. † 7,24. † 12,3.
Primogenitum ex ea filium nomine illius appellabit, vt non deleatur nomen eius ex Israel. † 25,6.
Vocabitur nomen illius in Israel, Domus discalceati. 10.
Delebis nomen eius [Amalec] sub cælo. Caue ne obliuiscaris. 19.
Videbuntque omnes terrarum populi quòd nomen Domini inuocatum sit super te, & timebunt te. † 28,10.
Et timueris nomen eius gloriosũ & terribile. 58.
Nomen Domini inuocabo. † 32,3.
Vocatumque est nomen loci illius Galgala. Iosue 5,9. † 6,27.
Delebunt nomen nostrum de terra: & quid facies magno nomini tuo? † 7,9.
Vocatumque est nomen loci illius, Vallis Achor. 26
Altare Domino, vocauitque illud: Domini pax. Iudic. 6,24,32.
Et quo nomine vocaretur, noluit mihi dicere. † 13,6.
Quod est tibi nomen, vt, si sermo tuus fuerit expletus, honoremus te? 17.
Cur quæris nomen meum, quod est mirabile? 18.
Et vocauit nomen eius Sampson. 24.
Vocauit nomen loci illius Ramathlechi, quod interpretatur, eleuatio maxillæ. † 15,17.
Appellatum est nomen loci illius, Fons inuocantis de maxilla. 19.
Vt suscites nomen propinqui tui. Ruth 4,5,10.
Habeat celebre nomen in Bethleẽ. † 4,11,14.
Vocauerunt nomen eius Obed. 17.
Nomen eius Elcana. 1. Reg. 1,1.
Vocauitque nomen eius Samuel: eò quòd à Domino postulasset eum. 20.
Vocauit puerum, Ichabob, dicens: Translata est gloria de Israel, quia capta est arca Dei. 1. Regum 4,21.
Et vocauit nomen loci illius, Lapis adiutorij. Dixitque: Hucusque auxiliatus est nobis Dominus. 1. Reg. 7,12.
Non derelinquet Dominus populum suum, propter nomen suum magnum: quia iurauit Dominus facere vos sibi populum. † 12,22.
Nomen vni Boses, & nomẽ alteri Sene. † 14,4.
Nomen primogenitæ Merob, & nomen minoris Michol. 49.
Nomina trium filiorum eius, qui perrexerunt ad bellum. † 17,13.
Ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum. 45.
Et celebre factum est nomen eius [Dauidis] nimis. † 18,30.
Neque auferas nomen meum de domo patris mei. † 24,22.
Nomen autem viri illius erat Nabal: & nomen vxoris eius Abigail. † 25,3.
Secundùm nomen suum stultus est, & stultitia est cum eo. 25.
Hæc nomina eorum qui nati sunt ei in Ierusalem, Samma, & Sobab. 2. Reg. 5,14.
Arcam Dei, super quam inuocatum nomen Domini exercituum, sedentis in cherubim super eam. † 6,2.
Vocatũ est nomen loci illius, Percussio Ozę. 8.
Fecique tibi nomen grande, iuxta nomen magnorum qui sunt in terra. † 7,9.
Poneret sibi nomen. 23.
Magnificetur nomen tuum vsque in sempiternum. 26.
Fecit quoque sibi Dauid nomen, cùm reuerteretur capta Syria in Valle Salinarum, cæsis decem & octo millibus. † 8,13.
Misitque in manu Nathan prophetæ, & vocauit nomen eius, Amabilis Domino, eò quòd diligeret eum Dominus. † 12,25.

Vt non superfit viro meo nomen, & reliquiæ super terram. † 14,7.

Hoc erit monimentum nominis mei. Vocauitque titulum nomine suo, & appellatur Manus Absalom. † 18,18.

Hæc nomina fortium Dauid. † 23,8.

Contra trecentos, quos interfecit, nominatus in tribus, & inter tres nobilior, eratque eorum princeps. 19.

Et erat [Salomon] nominatus in vniuersis gentibus per circuitum. 3.Reg.4,31.

Erit nomen meum ibi. † 8,29.

Cùm venerit de terra longinqua propter nomen tuum, (audietur enim nomen tuũ magnum, & manus tua fortis, & brachium tuum extentum vbique.) 41.

Vt discant vniuersi populi terrarum nomen tuum timere. 43.

Et probent quia nomen tuum inuocatum est super domum hanc quam ædificaui. 44.

Sanctificaui domum hanc, quam ædificasti, vt ponerem nomen meum ibi in sempiternũ. † 9,3.

Ciuitate quam elegi, vt esset nomen meum ibi. † 11,36.

Altare, hæc dicit Dominus: Ecce filius nascetur domui Dauid, Iosias nomine, & immolabit super te sacerdotes excelsorum. † 13,2. 4. Regum 23,17.

In Ierusalem ciuitate, quam elegit Dominus, vt poneret nomen suum ibi, ex omnibus tribubus Israel. † 14,21.

Vocauitq; nomen eius Nohestan. 4. Reg. 18,4.

In Ierusalem ponam nomen meum. † 21,4.

Et domum, de qua dixi: Erit nomen meum ibi. † 23,27.

Vertitque nomen eius Ioakim. 34.

Imposuitque nomen ei Sedeciam. † 24,17.

Mater eius vocauit nomen illius Iabes, dicens: Quia peperi eum in dolore. 1.Par.4,9.

Vocauit nomen eius Beria, eò quòd in malis domus eius ortus esset. † 7,23.

Vbi inuocatum est nomen eius. † 13,6.

Diuulgatumque est nomen Dauid in vniuersis regionibus. † 14,17.

Permaneatque & magnificetur nomen tuum vsque in sempiternum. † 17,24.

Benediceret nomini eius in perpetuum. † 23,13.

Elegi Ierusalem vt sit nomen meum in ea. 2.Par 6,6.

Vt confirmaret nomen suum ibi. † 12,13.

Diuulgatum est nomen eius [Oziæ] vsque ad introitum Aegypti propter crebras victorias. † 26,8,15.

Fecisti tibi nomen, sicut & in hac die. 2. Esd. 9,10.

Genuitque ex ea filium, nomen suum imponens ei. Tob.1,9.

Sit nomen vnum Deus Israel benedictum in sæcula. † 3,23.

Nomen enim magnum inuocabunt in te. † 13,15.

Dabit gloriam nomini suo. Iudith 7,24.

Nesciunt quia tu ipse es Deus noster, qui conteris bella ab initio, & Dominus nomen est tibi. † 9,10,15.

Sit nomen tuum in numero sanctorum & iustorum. † 10,8.

Nomen tuum nominabitur in vniuersa terra. † 11,21.

Quia hodie nomen tuum ita magnificauit, vt non recedat laus tua de ore hominum, qui memores fuerint virtutis Domini. † 13,25.

Dominus conterens bella, Dominus nomen est illi. † 16,3.

Sit nomen Domini benedictum. Iob 1,21.

Memoria illius pereat de terra, & non celebretur nomen eius in plateis. † 18,17.

Vocauit nomen vnius [filiæ] Diem, & nomen secundæ Cassiam, & nomen tertiæ Cornustibij. † 42,14.

Quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra? Psal.8,10.

Nomen eorum delesti in æternum. † 9,6.

Nec memor ero nominum eorum per labia mea. † 15,4.

Narrabo nomen tuum fratribus meis. † 21,23.

Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo. † 24,11.

Beatus vir, cuius est nomen Domini spes eius. † 39,5.

Quando morietur, & peribit nomen eius? † 40,6.

In nomine tuo confitebimur in sæculum. † 43,9.

Vocauerunt nomina sua in terris suis. † 48,12.

In nomine tuo saluum me fac. † 53,3.

Honorabile nomen eorum coram illo. † 71,14.

In Israel magnum nomen eius. † 75,2.

Nomen tibi Dominus: tu solus Altissimus. † 82,19.

In nomine tuo exultabunt tota die. † 88,17.

In nomine meo exaltabitur cornu eius. 25.

Confiteantur nomini tuo magno, quoniam terribile & sanctum est. † 98,3.

Laudamini in nomine sancto eius. † 104,3.

Et saluauit eos propter nomen suum. † 105,8.

In generatione vna deleatur nomen eius. † 108,13.

Sanctum & terribile nomen eius. † 110,10.

Sit nomen Domini benedictum. † 112,2.

Nomini tuo da gloriam. † 113,9.

Tribulationem & dolorem inueni: & nomen Domini inuocaui. † 114,3.

Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo. † 115,4.

In

In nomine Domini quia vultus sum in eos. † 117,10.

Memor fui nocte nominis tui. † 118,55.

Laudate nomen Domini. † 134,1.

Nomen tuum in æternum. 13.

Magnificasti super omne, nomen sanctum tuum. † 137,2.

Propter nomen tuum Domine viuificabis me in æquitate tua. † 142,11.

Benedicam nomini tuo in sæculum. † 144,1.

Benedicat omnis caro nomini sancto eius in sæculum. 21.

Qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina vocat. † 146,4.

Exaltatum est nomen eius solius. † 148,13.

Laudent nomen eius in choro. † 149,3.

Nomen impiorum putrescet. Prou.10,7.

Turris fortissima nomen Domini: ad ipsum currit iustus, & exaltabitur. † 18,10,

Melius est nomen bonum, quàm diuitiæ multæ. † 22,1.

Quod nomen filij eius, si nosti? † 30,4.

Obliuione delebitur nomen eius. Eccl. 6,4.

Qui futurus est, iam vocatũ est nomen eius. 10

Oleum effusum nomen tuum. Cant 1,2.

Nomen nostrum obliuionem accipiet per tempus, & nemo memoriam habebit operum nostrorum. Sap.2,4.

Incommunicabile nomen lapidibus & lignis imposuerunt. † 14,21.

Nomine æterno hereditabit illum. Eccli.15,6.

Nomen sanctificationis collaudent, & gloriari in mirabilibus illius. † 17,8.

Nominatio verò Dei non sit assidua in ore tuo, & nominibus sanctorum non admiscearis: quoniam non eris immunis ab eis. † 23,10.

Sapiens in populo hereditabit honorem, & nomen illius erit viuens in æternum. † 37,29.

Non recedet memoria eius [sapientis] & nomen eius requiretur à generatione in generationem. † 39,13.

Date nomini eius magnificentiam. 20.

Filij, & ædificatio ciuitatis confirmabit nomen. † 40,19.

Curam habe de bono nomine: hoc enim magis permanebit tibi quàm mille thesauri pretiosi & magni. † 41,15.

Corpora eorum in pace sepulta sunt, & nomen eorum viuit in generationem. † 44,14.

Ossa eorum pullulent de loco suo, & nomen eorum permaneat in æternum, permanens ad filios illorum sanctorum virorum gloria. † 46,15.

Ad insulas longè diuulgatum est nomen tuum, & dilectus es in pace tua. † 47,17.

Nos vita viuimus tantùm, post mortem autem non erit tale nomen nostrum. † 48,12.

Tantummodò inuocetur nomen tuum super nos. Isa.4,1.

Ecce virgo concipiet & pariet filium & vocabitur nomen eius Emmanuel. † 7,14.

Voca nomen eius, Accelera spolia detrahere: Festina prædari. † 8,3.

Vocabitur nomen eius, Admirabilis, consiliarius, Deus, fortis, pater futuri sæculi, princeps pacis. † 9,6.

Notas facite in populis adinuentiones eius, mementote quoniam excelsum est nomen eius. † 12,4.

Perdam Babylonis nomen, & reliquias, & germen, & progeniem. † 14,22.

Glorificate Dominum: in insulis maris nomen Domini Dei Israel. † 24,15.

Nomen tuum, & memoriale tuum in desiderio animæ. † 26,8.

Ecce nomen Domini venit de longinquo, ardens furor eius. † 30,27.

Omnes ex nomine vocat. † 40,26.

Omnẽ qui inuocat nomen meum, in gloriam meam creaui eum: formaui eum & feci eum. † 43,7.

Vt scias quia ego Dominus, qui voco nomen tuum, Deus Israel. † 45,3.

Qui vocamini nomine Israel, & de aquis Iuda existis. † 48,1.

Propter nomen meum longè faciam furorem meum. 9.

Non fuisset attritũ nomen eius à facie mea. 19.

De ventre matris meæ recordatus est nominis mei. † 49,1.

Iugiter tota die nomen meum blasphematur. † 52,5.

Eunuchis: Qui custodierint sabbata mea, &c. nomen melius à filiis & filiabus: nomen sempiternum quod non peribit. † 56,5.

Hæc dicit Excelsus, & sublimis habitans æternitatem: & sanctum nomen eius in excelso, & in sancto habitans, & cum contrito & humili spiritu. † 57,15.

Timebunt qui ab Occidente, nomen Domini; & qui ab ortu solis, gloriam eius: cùm venerit quasi fluuius violentus, quem spiritus Domini cogit: & venerit Sion redemptor. † 59,19.

Vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominauit. † 62,2.

Scidit aquas ante eos, vt faceret sibi nomen sempiternum? † 63,12.

Facti sumus quasi in principio cùm non dominareris nostri, neque inuocaretur nomen tuum super nos. 19.

Vt notum fieret nomen tuum inimicis tuis: à facie tua gentes turbarentur. † 64,2.

Non est qui inuocet nomen tuum, qui consurgat, & teneat te: abscondisti faciem tuam à nobis, & allisisti nos in manu iniquitatis nostræ. 7.

Dimittetis nomen vestrum in iuramentum electis meis, & interficiet te Dominus Deus, & seruos

seruos suos vocabit nomine alio. † 65,15.
Dixerunt fratres vestri odientes vos, & abijcientes propter nomen meum. † 66,5.
Sic stabit semen vestrum, & nomen vestrũ. 22.
Ite ad locum meum in Silo, vbi habitauit nomen meum à principio. Ierem. 7,12.
Non est similis tui Domine: magnus es tu, & magnum nomen tuum in fortitudine. † 10,6.
Eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius non memoretur ampliùs. † 11,19.
Vt essent mihi in populum, & in nomen, & in laudem, & in gloriam, & non audierunt. † 13,11.
Tu autem in nobis es, Domine, & nomen tuum inuocatum est super nos, ne derelinquas nos. † 14,9.
Ne des nos in opprobrium propter nomen tuum. 21.
Inuocatum est nomẽ tuum super me. † 15,16.
Scient quia nomen mihi Dominus. † 16,21.
Non Phassur vocauit Dominus nomen tuum, sed pauorem vndique. † 20,3.
Hoc est nomen, quod vocabunt eum, Dominus iustus noster. † 23,6.
Qui volunt facere vt obliuiscatur populus meus nominis mei propter somnia eorum. 27.
In ciuitate in qua inuocatum est nomen meum ego incipiam affligere, & vos quasi innocentes & immunes eritis? non eritis immunes. † 25,29.
Erit mihi in nomen, & in gaudium, & in laudem, & in exultationem cunctis gentibus terræ. † 33,9.
Reuersi estis, & commaculastis nomen meum, & reduxistis vnusquisque seruum suum. † 34,16.
Nequaquam vltrà vocabitur nomen meum ex ore omnis viri Iudæi. † 44,26.
Vocate nomen Pharaonis regis Aegypti, tumultum adduxit tempus. Ierem. 46,17.
Inuocaui nomen tuum Domine de lacu nouissimo. Thren. 3,55.
Nominabitur enim tibi nomen tuum à Deo in sempiternum. Baruch 5,4.
Egressum est nomen tuum in Gentibus propter speciem tuam. Ezech. 16,14.
Feci propter nomen meum, vt non violaretur coram Gentibus. † 20,9,14.
Polluerunt nomen sanctum meum, cùm diceretur de eis: Populus Domini iste est. † 36,20.
Nomen sanctum meum notum faciam in medio populi mei Israel. † 39,7.
Nomen autem ciuitatis Amona, & mundabunt terram. 16.
Non polluent vltrà domus Israel nomen sanctum meum. † 43,7.
Nomen ciuitatis ex illa die, Dominus ibidem. † 48,35.
Nomina: Danieli, Baltassar. Dan. 1,7.
Ne quæsumus tradas nos in perpetuum propter nomen tuum. † 3,34.
Daniel, cui nomen Baltassar, secundùm nomen Dei mei. † 4,5.
Voca nomen eius Iezrahel. Osee 1,4.
Auferam nomina Baalim de ore eius: & non recordabitur vltrà nominis eorum. † 2,17.
Tace, & non recorderis nominis Domini. Amos 6,11.
Vt possideant reliquias Idumææ, & omnes nationes, eò quòd inuocatum sit nomen meum super eos. † 9,12.
Disperdam de loco hoc reliquias Baal, & nomina æadituorum cum sacerdotibus. Sophon. 1,4.
Ponam eos in laudem & in nomen, in omni terra confusionis eorum. † 3,19.
Ipse vocabit nomen meum, & ego exaudiam eum. Zach. 13,9.
Ad vos, ô sacerdotes, qui despicitis nomen meum. Mal. 1,6.
Ab ortu enim solis vsque ad occasum, magnum est nomen meum in Gentibus. 11.
Rex magnus ego, dicit Dominus exercituum, & nomen meum horribile in Gentibus. 14.
Accipietis gloriam magnam, & nomen æternum. 1. Mach. 2,51.
Nominatus est vsque ad nouissimum terræ, & congregauit pereuntes. † 3,9.
Faciam mihi nomen, & glorificabor in regno, & debellabo Iudam. 14.
Et peruenit ad regem nomen eius, & de prælijs Iudæ narrabant omnes gentes. 26.
Faciamus & ipsi nobis nomen, & eamus pugnare aduersus gentes. † 5,57.
Dedit se [Eleazar] vt liberaret populum suum, & acquireret sibi nomen æternum. † 6,44.
Nominatum est nomen gloriæ eius [Simonis] vsque ad extremum terræ. † 14,10.
Duodecim autem Apostolorum nomina sunt hæc. Primus, Simon. Matth. 10,2.
Imposuit Simoni nomen, Petrus. Mar. 3,16.
Gaudete autem quòd nomina vestra scripta sunt in cælis. Luc. 10,20.
Hæc omnia facient vobis propter nomen meum, quia nesciunt eum qui misit me. Ioannis 15,21.
In illo die in nomine meo petetis. † 16,26.
Manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo. † 17,6.
In nomine Iesu Christi Nazareni surge, & ambula. Act. 3,6.
In qua virtute, aut in quo nomine fecistis hoc vos? † 4,7.
Nec enim aliud nomen sub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. 12.
Et ego quidem existimaueram me aduersus nomen Iesu Nazareni debere multa contraria agere. † 26,9.
Et omne nomen quod nominatur non solùm in hoc sæculo, sed etiam in futuro. Ephes. 1,21.

Exaltauit illum, & dedit illi nomen quod est super omne nomen: vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum. Philip.2,10.

Quorum nomina sunt in Libro vitæ. † 4,3.

Vt clarificetur nomen Domini nostri Iesu Christi in vobis, & vos in illo. 2.Thes.1,12.

Discedat ab iniquitate omnis qui nominat nomen Domini. 2.Tim.2,19.

Tantò melior Angelis effectus, quantò differentius præ illis nomen hereditauit. Heb.1,4.

In nomine enim eius profecti sunt, nihil accipientes à Gentibus. 3.Ioan.v.7.

Tenes nomen meum, & non negasti fidem meam. Apoc.2,13.

Et in calculo nomen nouum scriptum, quod nemo scit, nisi qui accipit. 17.

Non delebo nomen eius de Libro vitæ, & confitebor nomen eius coram Patre meo, & coram angelis eius. † 3,5.

Et scribam super eum nomen Dei mei, & nomen ciuitatis Dei mei nouæ Ierusalem, quæ descendit de cælo. 12.

Blasphemare nomen eius, & tabernaculum eius, & eos qui in cælo habitant. † 13,6.

Adorauerunt eam omnes qui inhabitant terram: quorum non sunt scripta nomina in Libro vitæ Agni, qui occisus est ab origine mundi. 8.

Habentes nomen eius, & nomen Patris eius scriptum in frontibus suis. † 14,1.

In fronte eius nomen scriptum: Mysterium: Babylon magna, mater fornicationum, & abominationum terræ. † 17,5.

Quorum non sunt scripta nomina in Libro vitæ à constitutione mundi. 8.

Habens nomen scriptum, quod nemo nouit, nisi ipse. † 19,12.

In portis Angelos duodecim, & nomina duodecim tribuum filiorum Israel. † 21,12.

Duodecim nomina duodecim Apostolorum Agni. † 21, 14.

Videbunt faciem eius, & nomen eius in frontibus eorum. † 22,4.

NONAGINTA.

Heli autem erat nonaginta & octo annorum, & oculi eius caligauerant. 1.Reg.4,15.

Trecentis & nonaginta diebus comedes illud. Ezech.4,9.

Dies mille ducenti nonaginta. Dan.12,11.

Centum oues, &c. nónne dimittit nonaginta nouem in deserto, & vadit ad illam quæ perierat? Luc.15,4.

NORMA.

Lapidibus pretiosis, qui ad normam quamdam atque mensuram tam intrinsecus quàm extrinsecus serrati erant. 3.Reg.7,9.

Artifex lignarius extendit normam: formauit illud in runcina. Isaiæ 44,13.

Et exibit vltrà norma mensuræ in conspectu eius super collem Gareb, & circuibit Goatha. Ierem.31,39.

NOSCO.

Nec quidquam aliud nouerat nisi panem quo vescebatur. Gen.39,6.

Noui te ex nomine, & inuenisti gratiam coram me. Exod.33,12,17.

Tentaret, & nota fierent quæ in tuo animo versabantur, vtrùm custodires mandata illius, an non. Deut.8,2.

Surrexerunt alij qui non nouerant Dominum, & opera quæ fecerat cum Israel. Iudic.2,10.

Nosse me dignareris peregrinam mulierem. Ruth 2,10.

Noui superbiam tuam, & nequitiam cordis tui. 1.Reg.17,28.

Et notum tibi fecero, hæc faciat Dominus Ionathæ, & hæc addat. † 20,12.

Ionathas & Dauid rem nouerant. 39.

Tu nosti solus cor omnium hominum. 3.Regum 8, 39.

Numquid nosti, quia hodie Dominus tollet dominum tuum à te? 4.Reg.2,3.

Ipse nouit & decipientem, & ipsum qui decipitur. Iob 12,16.

Fratres meos longè fecit à me, & noti mei quasi alieni recesserunt à me. † 19,13.

Quid enim nouit Deus? & quasi per caliginem iudicat. † 22,13.

Qui autem nouerunt eum, ignorant dies illius. † 24,1.

Nouit Dominus dies immaculatorum. Psalmo 36,18.

Notum fac mihi Domine finem meũ. † 38,5.

Notus in Iudæa Deus. † 75,2.

Notam fecisti in populis virtutem tuã. † 76,15.

Nota facere ea filiis suis. † 77,6.

Longè fecisti notos meos à me: posuerunt me abominationem sibi. † 85,9.

Notum fecit Dominus salutare suum. † 97,2.

Qui quod nouit loquitur, index iustitiæ est. Prou.12,17.

Mortui verò nihil nouerunt amplius. Ecclesi. 9,5.

Nosse enim te, consummata iustitia est: & scire iustitiam & virtutem tuam, radix est immortalitatis. Sap.15,3.

Negantes enim te nosse impij, per fortitudinem brachij tui flagellati sunt. † 16,16.

Post hoc dormiuit [Samuel] & notum fecit regi, & ostendit illi finem vitæ suæ. Eccli.46,23.

Quorum sunt in tenebris opera, & dicunt: Quis videt nos, & quis nouit nos? Isaiæ 29,15.

Numquid est Deus absque me, & formator quem ego non nouerim? † 44,8.

Priusquam te formarem in vtero, noui te. Ierem.1,5.

Nosti

Nosti me, vidisti me, & probasti cor meum tecum. † 12,3.

Magnificabor, & sanctificabor, & notus ero in oculis multarum gentium, & scient quia ego Dominus. Ezech. 38,23.

Deus æterne qui absconditorum es cognitor, qui nosti omnia antequam fiant. Dan. 13,42.

Numquam noui vos: discedite à me, qui operamini iniquitatem. Matth. 7,23.

Nemo nouit Filium nisi Pater. † 11,27.

Stabant autem omnes noti eius à longè, & mulieres, quæ secutæ eum erant à Galilæa, hæc videntes. Luc 23,49.

Iesus autem non credebat se eis, eò quòd ipse nosset omnes. Ioan. 2,24.

Omnia quæcumque audiui à Patre meo, nota feci vobis. † 5,15.

Notum feci eis nomen tuum, & notum faciam. † 17,26.

Iesum noui, & Paulum scio, vos autem qui estis? Act. 19,15.

Quod notum est Dei manifestum est in illis. Rom. 1,19.

Itaque nos ex hoc neminem nouimus secundùm carnem. 2. Cor. 5,16.

Confitentur se nosse Deum, factis autem negant: cùm sint abominati, & incredibiles, & ad omne opus bonum reprobi. Tit. 1,16.

Qui nouit Deum, audit nos: qui non est ex Deo, non audit nos. 1. Ioan. 4. Iudæ v. 10. Apoc. 19,12.

NOTO.

Vt notarent sibi locum, & non potuerunt inuenire. Vt autem cognouit Ieremias, culpans illos, dixit: Quòd ignotus erit locus donec congreget Deus congregationem populi. 2. Mach. 2,6. Rom. 1,28. 2. Cor. 2,14.

Non obedit verbo vestro per epistolam, hunc notate, & ne commisceamini cum illo. 2. Thessal. 3,14.

NOTVS.

In voluntate eius aspirabit Notus. Eccli. 43,17. Ezech. 42,12.

NOVACVLA.

Nouacula non transibit per caput eius. Numer. 6,5.

Paries filium, cuius non tanget caput nouacula: erit enim Nazaræus Dei ab infantia sua, & ex matris vtero, & ipse incipiet liberare Israel de manu Philistinorum. Iudic. 13,5.

Nouacula non ascendet super caput eius. 1. Reg. 1,11.

Sicut nouacula acuta fecisti dolum. Psalmo 51,4.

Radet Dominus in nouacula cõducta. Isa. 7,20

NOVALE.

Multi cibi in noualibus patrum. Prou. 13,23.

Nouate vobis nouale, & nolite serere super spinas. Ier. 4,3. Osee 10,12.

NOVEM.

Nouẽ insuspicabilia cordis magnificaui, & decimum dicam in lingua hominibus. Eccli. 25,9.

Nónne decem mundati sunt? & nouem vbi sunt. Luc. 17,17.

NOVERCA.

Qui dormierit cum nouerca sua, & reuelauerit ignominiam patris sui, morte moriantur ambo. Leuit. 20,11.

NOVVS.

Surrexit intereà rex nouus super Aegyptum, qui ignorabat Ioseph. Exod. 1,6.

Hodie egredimini mense nouarum frugum. † 13,4. † 23,17.

Nouitiorum tentationes. † 14,4,10,12.

Moriatur anima mea morte iustorum, & fiant nouissima mea horum similia. Num. 23,10.

Nouissimo tempore reuertêris ad Dominum Deum tuum, & audies vocem eius. Deut. 4,30.

Obserua mensem nouarum frugum. † 16,1.

Noui recentesque venerunt, quos non coluerunt patres eorum. † 32,17.

Considerabo nouissima eorum. 20.

Noua bella elegit Dominus, & portas hostium ipse subuertit. Iudic. 5,8.

Cur venitis nouissimi ad reducendum regem? 2. Reg. 19,12.

Fecerunt autem sibi de nouissimis sacerdotes excelsorum, & ponebant eos in fanis sublimibus. 4. Reg. 17,32.

Nouissimus centum militibus præerat, & maximus mille. 1. Par. 12,14.

Hymnum nouum cantemus Deo nostro. Iudith 16,15.

In die eius stupebunt nouissimi, & primos inuadet horror. Iob 18,20.

Donec intrem in sanctuarium Dei, & intelligam in nouissimis eorum. Psal. 72,17.

Nouissimorum timor. Numquid in æternum proiiciet Deus? aut non apponet vt complacitior sit adhuc? Aut in finem misericordiam suam abscindet? † 76,7.

Filij tui sicut nouellæ oliuarum. Psal. 127,3.

Tu cognouisti omnia nouissima, & antiqua. † 138,5.

Nouissima autem illius amara quasi absynthium. Prou. 5,4.

Nihil sub sole nouum. Ecclesf. 1,10.

In portis nostris omnia poma: noua & vetera, dilecte mi, seruaui tibi. Cant. 7,13.

Præfert nouissima iustorum. Sap. 2,16.

Sciemus quæ erunt nouissima illius. 17.

Nouissimè autem viderunt nouam creaturam auium. † 19,11.

Nouitij exercitia. Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia, & timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Deprime cor tuum, & sustine: inclina aurem tuam, & suscipe verba intellectus:

lectus: & ne festines in tempore obductionis. Sustine sustentationes Dei: coniungere Deo, & sustine, vt crescat in nouissimo vita tua. Omne, quod tibi applicitum fuerit, accipe: & in dolore sustine, & in humilitate tua patientiam habe: quoniam igne probatur aurum & argentum, homines verò receptibiles in camino humiliationis. Crede Deo, & recuperabit te: & dirige viam tuam, & spera in illum. Serua timorem illius, & in illo veterasce. Eccli.2,1.

In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. † 7,40.

Memento nouissimorum, & desine inimicari. † 28,6.

Sciemus nouissima eorum, & quæ ventura sunt, indicate nobis. Isa.41,22.

Quæ prima fuerunt, ecce venerunt: noua quoque ego annuntio: antequam oriantur, audita vobis faciam. † 42,9.

Ne memineritis priorum, & antiqua ne intueamini: ecce ego facio noua, & nunc orientur, vtique cognoscetis ea. † 43,19.

Annuntians ab exordio nouissimum, & ab initio quæ necdum facta sunt. † 46,10.

Neque recordata es nouissimi tui. † 47,7.

Et desiderauimus eum: despectum & nouissimum virorum. † 53,3.

Consumptum est animal, & volucre, quoniam dixerunt: Non videbit nouissima nostra. Ier.12,4.

In nouissimis diebus intelligetis consilium eius. † 22,20.

Est spes nouissimis tuis, ait Dominus, & reuertentur ad terminos suos. † 31,17.

Creauit Dominus nouum super terram: FEMINA CIRCVMDABIT VIRVM. † 31,22.

Feriam domui Israel & domui Iuda fœdus nouum. 31.

Ecce nouissima erit in Gentibus, deserta, inuia, & arens. † 50,12.

Dabo eis cor vnum, & spiritum nouum tribuam in visceribus eorum. Ezech.11,19.

Et collocauero te in terra nouissima sicut solitudines veteres. † 26,20.

Fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Matth.12,45.

Multi autem erunt primi nouissimi, & nouissimi primi. † 19,30.

Et ecce sunt nouissimi qui erunt primi, & sunt primi qui erunt nouissimi. Luc.13,30.

Noua enim quædam infers auribus nostris. Act.17,20.

Athenienses autem, & aduenæ hospites, ad nihil aliud vacabant nisi aut dicere, aut audire aliquid noui. 21.

Vt quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Rom.6,4.

Ita vt seruiamus in nouitate spiritus, & non in vetustate literæ. † 7,6. 1.Cor.15,8.

Neque præputium, sed noua creatura. Galat.6,15. Col.3,10.

O Timothee depositum custodi, deuitans profanas vocum nouitates, & oppositiones falsi nominis scientiæ. 1.Tim.6,20.

Dicendo autem nouum, veterauit prius. Quod autem antiquatur & senescit, prope interitum est. Heb.8,13.

Quam initiauit nobis viam nouam, & viuentem per velamen, id est, carnem suam. † 10,20.

Nouos verò cælos & nouam terram secundùm promissa ipsius expectamus, in quibus iustitia habitat. 2.Pet.3,13.

Non mandatum nouũ scribo vobis. 1.Ioan.2,7.

Nouissima hora est. 18.

Opera tua nouissima plura prioribus. Apocal.2,19.

Ecce noua facio omnia. † 21,5.

NOX.

Appellauitque lucem Diem, & tenebras Noctem. Gen.1,5,16. † 22,3.

Media nocte ingrediar in Aegyptum: & morietur omne primogenitum. Exod.11,4.

Noctis medio percussit Dominus omne primogenitum. † 12,29.

Nox ista est obseruabilis Domini, quando eduxit eos de Terra Aegypti. 42.

Erat nubes tenebrosa, & illuminans noctem. † 14,20.

Nocte consurgens, ascendit in montem Sinai. † 34,4.

Obserua mensem nouarum frugum, & verni primi temporis, vt facias Phase Domino Deo tuo: quoniam in isto mense eduxit te Dominus Deus tuus de Aegypto nocte. Deut.16,1.

Igitur Iosue de nocte consurgens mouit castra. Iosu.3,1.

Incipientibus vigiliis noctis mediæ, & custodibus suscitatis, cœperunt buccinis clangere, & complodere inter se lagenas. Iudic.7,19.

Ne moreris nocte hac in campestribus. 2.Regum 17,16.

De nocte consurgens, & quotidie commonens. 2.Par.36,15. Tob.6,21. Iudith 12,7.

Noctem illam duxit rex insomnem, iussitque sibi afferri historias & annales priorum temporum. Esth.6,1.

Pereat dies in qua natus sum, & nox, in qua dictum est: Conceptus est homo. Iob 3,2.

Noctem illam tenebrosus turbo possideat. 6.

Sic & ego habui menses vacuos, & noctes laboriosas enumeraui mihi. † 7,3.

Noctem verterunt in diem. † 17,12.

Ne protrahas noctem. † 36,20.

Nox nocti indicat scientiam. Psal.18,3.

Et nocte canticum eius. † 41,9.

Posuisti tenebras, & facta est nox. † 103,20.

Media

Media nocte surgebam ad confitendum tibi. † 118,62.

In noctibus extollite manus vestras in sancta, & benedicite Dominum. † 133,2.

Nox illuminatio mea in deliciis meis. Quia tenebræ non obscurabuntur à te, & nox sicut dies illuminabitur. † 138,11,12.

Et de nocte surrexit, deditque prædam domesticis suis. Prou.31,15. Eccles.1,23.

In lectulo meo per noctes quæsiui quem diligit anima mea. Cant.3,1. † 5,2.

Nec siderum limpidæ flammæ illuminare poterant illam noctem horrendam. Sap.17,5.

Illi autem qui impotentem verè noctem. 13.

Solis autē illis superposita erat grauis nox. 20.

Illa enim nox antè cognita est à partibus nostris. † 18,6.

Et nox in suo cursu medium iter haberet, omnipotens sermo tuus de cælo à regalibus sedibus, durus debellator in mediam exterminij terram prosiliuit. † 28,15.

Consurge, lauda in nocte, in principio vigiliarum. Thren.2,19.

Nox vobis pro visione erit, & tenebræ vobis pro diuinatione. Mich.3,6.

Media autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obuiàm ei. Matth.25,6.

Erat autem diebus docens in templo: noctibus verò exiens, morabatur in monte, qui vocatur Oliueti. Luc.21,37.

Venit nox, quando nemo potest operari. Ioan.9,4.

Si autem ambulauerit in nocte, offendit, quia lux non est in eo. † 11,10.

Media autem nocte Paulus & Silas orantes, laudabant Deum. Act.16,25.

Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Rom.13,12. 1.Thess.5,7.

Nox vltrà non erit, & non egebunt lumine lucernæ, neque lumine solis. Apoc.22,5.

NOXA.

Aut dimitte eis hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro tuo quem scripsisti. Exod.32,32. Num.35,27.

Vsque ad reges hæc noxa perueniet. 1.Esd. 4,13.

NOXIVS.

Et stulti ea, quæ sibi sunt noxia, cupient? Prouerb.1,22. † 26,18. Ier.4,14.

Iudicans iudicia iniusta, innocentes opprimens, & dimittens noxios. Dan.13,53.

NVBES.

Dominus autem præcedebat eos ad ostendendam viam, per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis: vt dux esset itineris vtroque tempore. Exod.13,21.

Erat nubes tenebrosa & illuminans noctem, ita vt ad se inuicem toto noctis tempore accedere non valerent. † 14,20.

Nubes densissima operire montem. † 19,16.

Cumque ascendisset Moyses, operuit nubes montem. † 24,16.

Postquam omnia perfecta sunt, operuit nubes tabernaculum testimonij, & gloria Domini impleuit illud. † 40,32.

Nube operiente omnia, & maiestate Domini coruscante, quia cuncta nubes operuerat. 34.

Si quando nubes tabernaculum deserebat, proficiscebantur filij Israel per turmas suas: si pendebat desuper, manebant in eodem loco. Nubes quippe Domini incubabat per diem tabernaculo, & ignis in nocte. 36.

Cumque ablata fuisset nubes, quæ tabernaculum protegebat, tunc proficiscebantur filij Israel: & in loco vbi stetisset nubes, ibi castrametabantur. Num.9,17.

Magnificentia eius discurrunt nubes. Deut. 32,26.

In septima autem vice, ecce nubecula parua quasi vestigium hominis ascendebat de mari. 3.Reg.18,44.

Impleretur domus Dei nube. 2.Par.5,13.

Nubes latibulum eius. Iob 22,14.

Qui de nubibus fluunt, quæ prætexunt cuncta desuper. † 36,28.

Frumentum desiderat nubes, & nubes spargunt lumen suum. † 37,11.

Deduxit eos in nube diei, & tota nocte in illuminatione ignis. Psal.77,14.

Mandauit nubibus desuper, & ianuas cæli aperuit. 23.

Nubes & caligo in circuitu eius. † 96,2.

Qui ponis nubem ascensum tuum, qui ambulas super pennas ventorum. † 103,3.

Educens nubes ab extremo terræ. † 134,7.

Qui operit cælum nubibus. † 146,8.

Nubes, & ventus, & pluuiæ non sequentes, vir gloriosus, & promissa non complens. Prou.25,14.

Si repletæ fuerint nubes, imbrem super terram effundent. Eccles.11,3.

Et reuertantur nubes post pluuiam. † 12,2.

Nubes castra eorum obumbrabat. Sap.19,7.

Thronus meus in columna nubis. Eccli.24,7.

In magnitudine sua posuit nubes, & contracti sunt lapides grandinis. † 43,16.

Nubem per diem, & fumum, & splendorem ignis flammantis in nocte. Isa.4,5.

Sicut nubes roris in die messis. † 18,4.

Dominus ascendet super nubem leuem, & ingredietur Aegyptum. † 19,1.

Qui sunt isti, qui vt nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas? † 60,8.

Ecce quasi nubes ascendet, & quasi tempestas currus eius. Ier.4,13.

Nubes magna & ignis inuoluens. Ezech.1,4.

Nubes impleuit atrium interius. † 10,3.

Ipsam nubes operiet, filiæ autem eius in captiuitatem ducentur. † 30,18.

Erunt quasi nubes matutina, & sicut ros matutinus præteriens. Osee 13,3.

Nubes lucida obumbrauit eos. Matth. 17,5.

Facta est nubes, & obumbrauit eos: & timuerunt, intrantibus illis in nubem. Luc. 9,34.

Videntibus illis eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum. Act. 1,9.

Patres nostri omnes sub nube fuerunt. 1. Corinth. 10,1.

Nubes sine aqua, quæ à ventis circumferuntur. Iudæ v. 12.

Ecce nubem candidam: & super nubem sedentem similem Filio hominis, habentem in capite suo coronam auream. Apoc. 14,14.

NVDO.

Erat autem vterque nudus, Adam scilicet & vxor eius: & non erubescebant. Genes. 2,25. † 3,7,10.

Bibensque [Noë] vinum inebriatus est, & nudatus in tabernaculo suo. † 9,21.

Nudatus (spoliauerat enim eum Aaron propter ignominiam sordis, & inter hostes nudum constituerat.) Exod. 32,25.

Capita vestra nolite nudare. Leuit. 10,6.

De captiuitate nudati inimicorum capitis. Deut. 32,42.

Cecidit [Saul] nudus tota die illa, & nocte. 1. Reg. 19,24.

Nudatus est quasi si nudetur vnus de scurris. 2. Reg. 6,20.

Nudis pedibus incedens, & operto capite. † 15,30.

Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Iob 1,21.

Nudos spoliasti vestibus. † 22,6.

Nudos dimittunt homines, indumenta tollentes, quibus non est operimentum in frigore. † 24,7.

Et fecit sic, vadens nudus & discalceatus. Isa. 20,2.

Cùm videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris. † 58,7.

Prohibe pedem tuum à nuditate, & guttur tuum à siti. Ier. 2,25.

Et ego nudaui femora tua contra faciem tuam. † 13,26. Matth. 25,36. Iac. 2,15.

Non appareat confusio nuditatis tuæ. Apocal. 3,18.

Beatus qui vigilat, & custodit vestimenta sua ne nudus ambulet, & videant turpitudinem eius. † 16,15.

NVGAE.

Tamquam nugaces æstimati sumus ab illo. Sap. 2,16.

Fascinatio enim nugacitatis obscurat bona. † 4,12.

Nugas, qui à lege recesserant, congregabo, quæ ex te erant, vt non vltrà habeas super eis opprobrium. Soph. 3,18.

NVMENIVS.

Elegimus itaque Numenium, *&c.* & misimus ad Romanos renouare cum eis amicitiam. 1. Mach. 12,16.

NVMERO.

Numerus exeuntium ex Aegypto. Sexcenta ferè millia peditum virorum, absque paruulis. Exod. 12,37. Num. 1,46.

Numerus pugnatorum. Sexcenta tria millia quingenti quinquaginta. Leuitæ autem non sunt numerati. Num. 2,32. † 25,51.

Numerus Leuitarum. Viginti tria millia generis masculini ab vno mense & supra. † 26,62.

Numera Israel, & Iudam. 2. Reg. 24,1,8.

Dedit ergo Ioab numerum descriptionis populi regi, & inuenta sunt de Israel octingenta millia virorum fortium, qui educerent gladium: & de Iuda quingenta millia pugnatorum. 9.

Numerati sunt in diebus Ioathan regis Iuda, & in diebus Ieroboam. 1. Par. 5,17.

Ad numerum enim, & inferebantur vasa & efferebantur. † 9,28.

Iste numerus robustorum Dauid. † 11,10.

Numerus Israel mille millia, & centum millia virorum educentium gladium: de Iuda autem quadringenta septuaginta millia bellatorum. † 21,5.

Noluit autem Dauid numerare eos à viginti annis inferiùs. † 27,23.

Numerus eorum qui fuerant recensiti non est relatus in fastos regis Dauid. 24.

Numerus eorum: Phialæ aureæ triginta, *&c.* omnia vasa aurea & argentea, quinque millia quadringenta. 1. Esd. 1,17.

Numerus redeuntium è captiuitate Babylonica. Omnis multitudo quasi vnus, quadraginta duo millia trecenti sexaginta, exceptis seruis & ancillis, qui erant septem millia trecenti triginta septem. † 2,65.

Numerus habitantium in Ierusalem. Principes 15. Leuitæ 284. Ianitores 172. Reliqui 2588. 2. Esd. 11.

Numerat pater meus dies, & si tardauero vna die plus, contristatur anima eius. Tob. 9,4.

Numerus mensium eius apud te est. Iob 14,5.

Numquid est numerus militum eius? † 25,3.

Qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina vocat. † 146,4. Cantic. 6,7. Isa. 10,22.

Erit numerus Israel quasi arena maris, quæ sine mensura est. Osee 1,10.

Si fuerit numerus filiorum Israel tamquam arena maris, reliquiæ saluæ fient. Rom. 9,27.

Erat numerus eorum millia millium. Apocal. 5,11.

Qui

Qui habet intellectum, computet numerum bestiæ. Numerus enim hominis est: & numerus eius sexcenti sexaginta sex. † 13,18.

NVMISMA.

Permitto tibi facere proprij numismatis in regione tua. 1.Mach.15,6. Matth.22,19.

NVMMVS.

Offerat nummum argenteum & tortam panis. 1.Reg.2,36. Matth.25,27. Ioan.2,14.

NVNDINAE.

Carthaginenses negotiatores tui à multitudine cunctarum diuitiarum, argento, ferro, stanno, plumboque, repleuerunt nundinas tuas. Ezech.27,12.

Institores tui in frumento primo, balsamum, & mel, & oleum, & resinam proposuerunt in nundinis tuis. 17.

Græcia, & Mosol, in nundinis tuis proposuerunt ferrum fabrefactum: stacte & calamus in negotiatione tua. 19.

Et in nundinis & in solemnitatibus erit sacrificium ephi per vitulum, & ephi per arietem. † 46,11.

NVNTIO.

Misit autem & nuntios ante se ad Esau fratrem suum in terram Seir. Gen.32,3.

Nuntiabo Pharaoni, dicamque ei: Fratres mei & domus patris mei, qui erant in Terra Chanaan, venerunt ad me. † 46,31.

Nuntiatumque est regi Aegyptiorum quòd fugisset populus. Exod.14,5.

Misit ergo nuntios ad Balaam ariolum, &c. Veni igitur, & maledic populo huic. Num.22,5.

Nuntij terruerunt cor nostrum, dicentes: Maxima multitudo est, & nobis statura procerior. Deut.1,28.

Et omnia quæ habebat, fecit Iosue viuere, &c. eò quòd absconderit nuntios. Ios.6,25.

Misit [Iephte] nuntios ad regem filiorum Ammon. Iudic.11,12.

Miseruntque nuntios ad habitatores Cariathiarim. 1.Reg.6,21.

Concede nobis septem dies, vt mittamus nuntios ad vniuersos terminos Israel. † 11,3.

Nuntios ad Isai, dicens: Mitte ad me Dauid filium tuum, qui est in pascuis. † 16,19.

Quodcumque videro, nuntiabo tibi. † 19,3.

Misit & alios nuntios: prophetauerunt autem & illi: Et rursum misit Saul tertios nuntios: qui & ipsi prophetauerunt. 21.

Nuntiatum est Dauid, statimque descendit ad petram. † 23,25.

Nuntius venit ad Saul. 27.

Nuntiauerunt ei omnia verba quæ dixerat. † 25,12.

Egressus itaque Ioab à Dauid, misit nuntios post Abner, & reduxit eum à cisterna Sira, ignorante Dauid. 2.Reg.3,26.

Nuntios ad Dauid, & ligna cedrina. † 5,11.

Missis itaque Dauid nuntiis tulit eam. † 11,3.

Nuntiauit Dauid omnia verba prælij. 18.

Nuntiate Dauid, dicentes: Ne moreris hac nocte in campestribus. † 17,16.

Vt referrent ad regem Dauid nuntium. 17.

Non eris nuntius in hac die, sed nuntiabis in alia. † 18,20.

Non eris boni nuntij baiulus. 22.

Missus sum ad te durus nuntius. 3.Reg.14,6.

Nuntium misit in omnem Iudam, dicens: Nemo sit excusatus. † 15,22.

Misitque Iezabel nuntium ad Eliam. † 19,2.

Mittensque nuntios ad Achab regem Israel in ciuitatem, ait: Hæc dicit Benadad: Argentum tuum, & aurum tuum meum est: & vxores tuæ, & filij tui optimi, mei sunt. † 20,3.

Et ægrotauit: misitque nuntios, dicens ad eos: Ite, consulite Beelzebub. 4.Reg 1,2.

Apparuit nuntius, qui veniebat ad eum. † 6,33.

Hæc enim dies boni nuntij est. † 7,9.

Venit nuntius ad eos, & non reuertitur. † 9,18

Venit autem nuntius, & indicauit ei, dicens: Attulerunt capita filiorum regis. † 10,8.

Misit Ezechias rex Iuda nuntios ad regem Assyriorum in Lachis, dicens: Peccaui, recede à me, & omne quod imposueris mihi, feram. † 18,14.

Immittam ei spiritum, audiet nuntium & reuertetur in terram suam. † 19,7.

Decreuerunt vt mitterent nuntios ad vniuersum Israel, de Bersabee vsque Dan, vt venirent, & facerent Phase Domino. 2.Par.30,5.

Sustine me obsecro, donec hęc ipsa annuntiem patri meo. Tob.5,9.

Nuntiauit bonum nuntium, & benedixerunt Dominum. † 8,16.

Præcucurrit canis, qui simul fuerat in via: & quasi nuntius adueniens blandimento suæ caudæ gaudebat. † 11,9.

Ad hos omnes misit nuntios Nabuchodonosor rex Assyriorum: qui omnes vno animo contradixerunt, & remiserunt eos vacuos, & sine honore abiecerunt. Iudith 1,10.

Nuntius venit ad Iob, &c. cumque adhuc ille loqueretur. Iob 1,14,18.

Nuntius impij cadet in malum. Prou.13,17.

Aqua frigida animæ sitienti, & nuntius bonus de terra longinqua. † 25,25.

Qui mittit verba per nuntium stultum. † 26,6.

Transierunt omnia illa tamquam vmbra, & tamquam nuntius percurrens. Sap.5,9.

Nuntiauerunt domui Dauid dicentes: Requieuit Syria super Ephraim. Isaiæ 7,2.

Et quid respondebit nuntiis gentis? † 14,32.

Nuntij tui vsq; ad Hanes peruenerunt. † 30,4.

Misit nuntios in Aegyptum vt darent sibi equos. Ezech.17,15.

Egre-

Egredientur nuntij à facie mea in trieribus. † 30,9.

Dixit Aggæus nuntius Domini de nuntiis Domini, populo, dicens: Ego vobiscum sum, dicit Dominus. Agg.1,13.

Misit nuntios ante conspectum suum, & euntes intrauerunt in ciuitatem Samaritanorum vt pararent illi: & non receperunt eum. Luc.9,52.

Nuntiate Iacobo & fratribus hæc. Act.12,17. Heb.2,12.

NVPTIAE.

Qui vocatis multis amicorum turbis ad conuiuium, fecit nuptias. Gen.29,22.

Prouidebit puellæ nuptias, & vestimenta, & pretium pudicitiæ non negabit. Exod 21,10.

Nubant quibus volunt, tantùm vt suæ tribus hominibus, ne commisceatur possessio filiorum Israel de tribu in tribum. Num.36,6.

Roges eum venire ad nuptias meas. Tob.9,3.

Cum timore Domini nuptiarum conuiuium exercebant. 12.

Iussit conuiuium præparari permagnificum cunctis principibus & seruis suis, pro coniunctione & nuptiis Esther. Esther 2,18.

Neque vitam neque nuptias mundas iam custodiunt. Sap.14,24.

Nuptiarum inconstantia, inordinatio mœchiæ. 26.

Faciunt nuptias magnas, & ducunt sponsam ex Madaba. 1.Mach.9,37.

Fecit nuptias eius Ptolemaidæ, sicut reges in magna gloria. † 10,58.

Simile factum est regnum cælorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Matth.22,2,11.

In resurrectione enim neque nubent, neque nubentur: sed erunt sicut angeli Dei in cælo. 30.

Nubentes, & nuptui tradentes, vsque ad eum diem quo intrauit Noë in arcam. † 24,38.

Cùm inuitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco. Luc.14,8.

Filij huius sæculi nubunt, & traduntur ad nuptias. † 20,34.

Et die tertia nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ. Ioan.2,1.

Quòd si non se continent, nubant: melius est enim nubere, quàm vri. 1.Cor.7,9.

Prohibentes nubere. 1.Timoth.4,3.

Cùm enim luxuriatæ fuerint in Christo, nubere volunt; habentes damnationem quia primam fidem irritam fecerunt. † 5,12.

Volo ergo iuniores nubere, filios procreare, matresfamilias esse. 14.

Venerunt nuptiæ Agni, & vxor eius præparauit se. Et datum est illi, vt cooperiat se byssino splendenti & candido. Byssinum enim, iustificationes sunt sanctorum. Apoc.19,8.

NVRVS.

Nesciebat quòd nurus sua esset. Gen.38,16.

Vt in patriam pergeret cum vtraque nuru sua. Ruth 1,6.

Nurus autem eius, vxor Phinees. 1.Reg.4,19.

Nurus eius peperit ei Phares. 1.Par.2,4. Ezechiel.22,11. Matth.10,35. Luc.12,53.

NVTO, NVTVS.

Ad eius nutum frumenta populis vendebantur. Gen.42,6. 2.Reg.17,14.

Nutaret, & non daret petenti vllum responsum. Tob.7,11.

Columnæ cæli contremiscunt, & pauent ad nutum eius. Iob 26,11.

Nutantes transferantur filij eius, & mendicent. Psal.108,10.

Non concupiscat pulchritudinem eius cor tuum, nec capiaris nutibus illius. Prou.6,25.

Commouebuntur custodes domus, & nutabunt viri fortissimi. Ecclesi.12,3.

Filiæ Sion, & ambulauerunt extento collo, & nutibus oculorum ibant & plaudebant. Isa.3,16.

In omnipotente Domino, qui potest & venientes aduersum nos, & vniuersum mundum vno nutu delere, confidimus. 2.Mach.8,18.

NVTRIO, NVTRIX.

Accipe puerum istum, & nutri mihi: ego dabo tibi mercedem tuam. Exod.2,9.

Susceptumque Noëmi puerum posuit in sinu suo, & nutricis ac gerulæ fungebatur officio. Ruth 4,16.

Tollens itaque eum nutrix sua, fugit. 2.Regum 4,4. 3.Reg.18,19.

Maiores natu, & nutritij ad Iehu. 4.Regum 10,5.

Septuaginta viri apud optimates ciuitatis nutriebantur. 6.

Furata est eum, &c. & nutricem eius, de triclinio. † 11,2.

Nutritius filiæ fratris sui Edissæ, quæ altero nomine vocabatur Esther. Esther 2,7.

Memorare [inquit] dierum humilitatis tuæ, quomodo nutrita sis in manu mea. † 15,2.

In inuolumentis nutritus sum, & curis magnis. Sap.7,4.

In omnia transfigurata, omnium nutrici gratiæ tuæ deseruiebat. † 16,25.

Nutriet homo vaccam boum, & duas oues: & præ vbertate lactis comedet butyrum. Isaiæ 7,21.

Erunt reges nutritij tui, & reginæ nutrices tuæ: vultu in terram demisso adorabunt te, & puluerem pedum tuorum lingent. † 49,23.

Obliti enim estis Deum, qui nutriuit vos, & contristastis nutricem vestram Ierusalem. Baruch 4, 8.

Nutriui enim illos cum iucunditate: dimisi autem illos cum fletu & luctu. 11.

Et ego quasi nutricius Ephraim, portabam eos in brachiis meis: & nescierunt quòd curarem eos. Osee 11,3.

Et

Et vt nutriret Antiochum filium suum donec rediret. 1.Mach.3,33.

Venit Nazareth, vbi erat nutritus. Luc.4,16.

Nutritus autem in ista ciuitate, secus pedes Gamaliel. Act.22,3.

Facti sumus paruuli in medio vestrûm, tamquam si nutrix foueat filios suos. 1.Thess.2,7.

NVX.

Tres scyphi instar nucis. Exod.37,19.

Descendi in hortum nucum, vt viderem poma conuallium. Cant.6,10.

NYCTICORAX.

Immundas [aues] ne comedatis, *&c.* mergulum, porphyrionē, & nycticoracem. Deut.14,17.

Factus sum sicut nycticorax in domicilio. Psal.101,7.

NYMPHA.

Salutate, *&c.* & Nympham, & quæ in domo eius est, Ecclesiam. Coloss.4,15.

O.

O Domine libera animam meam. Psal.114,5.

O Domine quia ego seruus tuus. † 115,7.

O Domine saluum me fac. † 117,25.

Ego sum α & ω, principium & finis. Apoc.1,8.

OBAVDIO.

Si non obaudierit, curua illum compedibus. Eccli.33,30. Baruch 2,5. † 6,39.

OBCAECO.

Nequitia mulieris immutat faciem eius: & obcæcat vultum suum tamquam vrsus. Eccli.25,24.

Sol, *&c.* refulgens radiis suis obcæcat oculos. † 43,4.

OBDORMIO.

Obdormiuit in vmbra iuniperi. 3.Reg.19,5.

Exurge, quare obdormis Domine? Psal.43,23. Isa.43,17. Luc.8,23. Act 7,59.

OBDVCO.

Ne festines in tempore obductionis. Eccli.2,2. † 5,1. Ier.8,22.

OBDVLCATVS.

Fontes amari obdulcati sunt eis ad bibendum. Iudith 5,15.

OBDVRO.

Ad paupertatem venerit: non obdurabis cor tuum. Deut.15,7.

Nolite obdurare corda vestra. Psal.94,8.

Adhortamini vosmetipsos per singulos dies, donec Hodie cognominatur, vt non obduretur quis ex vobis fallacia peccati. Heb.3,13.

OBED.

Vocauerunt nomen eius Obed. Ruth 4,17. Matth 1,5.

OBEDEDOM.

Abiit ergo Dauid, & adduxit arcam Dei de domo Obededom in ciuitatem Dauid cum gaudio. 2.Reg.6,12.

OBEDIENTIA.

Obedientia commendatur. De ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas. Gen.2,17.

Obedientia impugnatur. Cur præcepit vobis Deus, vt non comederetis de omni ligno paradisi? † 3,2.

Obedientia Abrahæ, fortis. Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis, Isaac, & vade in terram visionis: atque offeres eum ibi in holocaustum. † 22,10.

BENEDICENTVR in semine tuo omnes gentes terræ, eò quòd obedierit Abraham voci meæ, & custodierit præcepta, & mandata mea, & ceremonias legesque seruauerit. † 26,4. † 37,14.

Ad oris tui imperium cunctus populus obediet: vno tantùm regni solio te præcedam. † 41,40.

Obedieris mandatis eius, custodierisque omnia præcepta illius, cunctum languorem, quem posui in Aegypto, non inducam super te. Exod.15,26.

Assumensque volumen fœderis, legit audiente populo: qui dixerunt: Omnia quæ locutus est Dominus, faciemus, & erimus obedientes. † 24,7. Num.9,20.

Obediui voci Domini mei. Deut.26,14.

Obedierunt ei filij Israel. † 34,9.

Sicut obediuimus in cunctis Moysi, ita obediemus & tibi. Ios.1,17.

Obediente Deo voci hominis, & pugnante pro Israel. † 10,14.

Obedientia Iosue. Non præteriit de vniuersis mandatis, nec vnum quidem verbum, quod iusserat Dominus Moysi. † 11,15.

Fecistis omnia quæ præcepit vobis Moyses famulus Domini: mihi quoque in omnibus obedistis. † 22,2. Ruth 2,2.

Obedientia Samuelis surgentis tertiò, & currentis ad Heli 1.Reg 3,4,17. † 14,24.

MELIOR est enim obedientia quàm victimæ: & auscultare magis quàm offerre adipem arietum. Quoniam quasi peccatum ariolandi est, repugnare; & quasi scelus idololatriæ, nolle acquiescere. Pro eo ergo quòd abiecisti sermonem Domini, abiecit te Dominus ne sis rex. † 15,22.

Quia non obedisti voci Domini, neque fecisti iram furoris eius in Amalec. Idcircò quod pateris, fecit tibi Dominus hodie. † 28,18.

Obediuit ancilla tua voci tuæ. 21.

Si hodie obedieris populo huic, & seruieris, & petitioni eorum cesseris, locutusque fueris ad eos verba lenia, erunt tibi serui cunctis diebus. 3.Regum 12,7.

Obedientia militum paratorum ad prælium. 24.

Obedientia in malo ad complacendum regi impio. 3.Reg.21,10

Si mei estis, & obeditis mihi, tollite capita filiorum domini vestri, & venite ad me hac eadem hora cras in Iezrahel. 4.Reg.10,6.

Qui noluerunt obedire Domino. † 17,14. 1.Esd.6,13. † 10,12.

Obedientia Esther. Quidquid enim ille [Mardo-

dochæus] præcipiebat. obseruabat Esther: & ita cuncta faciebat, vt eo tempore solita erat, quo eam paruulam nutriebat. Esth.2,20.

Vocate citò Aman, vt Esther obediat voluntati. † 5,5.

Obedire cogitur superbus Aman, & honorare inimicum. † 6,10,11.

Omnes qui fideliter Persis obediunt, dignam pro fide recipere mercedem. † 16,23.

Mens iusti meditabitur obedientiam. Prouerb.15,28.

Vir obediens loquetur victoriam. † 21, 28. † 25,12.

Multò enim melior est obedientia, quàm stultorum victimæ, qui nesciunt quid faciunt mali. Eccles.4,17.

Et pecuniæ obediunt omnia. † 10,19.

Filij sapientiæ, ecclesia iustorum: & natio illorum, obedientia & dilectio. Eccli.3,1.

Qui obedit patri, refrigerabit matrem. 7. † 4,11.

Non obedierunt voci tuæ, & in lege tua non ambulauerunt. Ier.32,23.

Numquid non recipietis disciplinam vt obediatis verbis meis? † 35,13.

Domui autem Rechabitarum dixit Ieremias: Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: Pro eo quòd obedistis præcepto Ionadab, &c. non deficiet vir de stirpe Ionadab filij Rechab stans in conspectu meo cunctis diebus. 18. † 42,5. † 43,2.

Ingressi sunt terram Aegypti, quia non obedierunt voci Domini. † 43,7.

Qui emittit lumen, & vadit, & vocauit illud, & obedit illi in tremore. Baruch 3,33.

Sol quidem, & luna, ac sidera, cùm sint splendida, & emissa ad vtilitates, obaudiunt. † 6,59.

Ego & filij mei & fratres mei obediemus legi patrum nostrorum, propitius sit nobis Deus. 1.Mach.2,20.

Omnes [Romani] obediunt vni, & non est inuidia nec zelus inter eos. 8,16.

Quem sustinetis? non obedio præcepto regis, sed præcepto legis, quæ data est nobis per Moysen. 2.Mach.7,30.

Qualis est hic, quia venti & mare obediunt ei? Matth.8,27.

Obedire oportet Deo magis quàm hominibus. Act.5,29.

Multa etiam turba sacerdotum obediebat fidei. † 6,7.

Per quem accepimus gratiam & Apostolatum, ad obediendum fidei in omnibus Gentibus. Rom.1,5.

Sicut enim per obedientiam vnius hominis peccatores constituti sunt multi: ita & per vnius obeditionem, iusti constituentur multi. † 5,19.

Serui estis eius, cui obeditis, siue peccati ad mortem, siue obeditionis ad iustitiam. † 6,16.

Gratias autem Deo quòd fuistis serui peccati, obedistis autem ex corde in eam formam doctrinæ in qua traditi estis. 17.

Sed non omnes obediunt Euangelio. † 10,16.

Vestra enim obedientia in omnem locum diuulgata est. † 16,19.

Ideò enim & scripsi, vt cognoscam experimentum vestrum an in omnibus obedientes sitis. 2.Cor.2,9.

Reminiscentis omnium vestrûm obedientiam. † 7,15.

O insensati Galatæ, quis vos fascinauit non obedire veritati? Gal.3,1.

Filij, obedite parentibus vestris in Domino, hoc enim iustum est. Ephes.6,1.

Humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Philip.2,8.

Serui, obedite per omnia dominis carnalibus. Col.3,22.

Qui non obediunt Euangelio Domini nostri Iesu Christi. 2 Thess.1,8.

Quòd si quis non obedit verbo nostro per epistolam, hunc notate. 2.Thess.3,14.

Erunt homines seipsos amantes, cupidi, elati, blasphemi, superbi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti. 2.Tim.3,2.

Confidens in obedientia tua scripsi tibi: sciens quoniam & super id, quod dico, facies. Philem.v.21.

Didicit ex iis quæ passus est, obedientiam. Heb.5,8.

Fide qui vocatur Abraham obediuit in locum exire, quem accepturus erat in hereditatem. † 11, 8.

Obedite præpositis vestris & subiacete eis. Ipsi enim peruigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri. † 13,17.

Quasi filij obedientiæ, non configurati prioribus ignorantiæ vestræ desideriis. 1.Pet.1,14.

Sicut Sara obediebat Abrahæ, Dominum eum vocans. 1.Pet.3,6.

OBEO, OBITVS.

Facile est coram Deo in die obitus retribuere vnicuique secundùm vias suas. Eccli.11,28.

Dabo autem operam & frequenter habere vos post obitum meum, vt horum memoriam faciatis. 2.Pet.1,15.

OBERRO.

Si autem oberrauerit, derelinquet eum. Eccli.4,22. † 9,7.

Cùm adhuc iunior essem, priusquam oberrarem, quæsiui sapientiam palàm in oratione mea. † 51,18.

OBESVS.

Septem boues de amne conscendere, pulchras nimis, & obesis carnibus. Gen.41,18.

OB-

OBIICIO.

Quæsieritque occasiones, quibus dimittat eam, obiiciens ei nomen pessimum. Deut.22,14. Eccli.42,11. Mar.14,60.

Multas & graues causas obiicientes, quas non poterant probare, Paulo rationem reddente. Act.25,7.

OBIVRGO.

Obiurgaui optimates Iuda. 2 Esd.13,17.

Obiurgatio & iniuriæ annullabunt substantiam. Eccli.21,5.

Eris mutus, nec quasi vir obiurgans. Ezechiel.3,26. 2.Cor.2,6.

OBLECTO.

Quin omni voluptate frueretur, & oblectaret se in his, quę prępárauerá. Eccles.2,10. Eccli.2,9.

Ne iucunderis in filiis impiis, si multiplicentur; nec oblecteris super ipsos, si non est timor Dei in illis. Eccli.16,1. † 18,32.

Non est census super censum salutis corporis: & non est oblectamentum super cordis gaudium. † 30,16.

Sodalis amico coniucundatur in oblectationibus, & in tempore tribulationis aduersarius erit. † 37,4. 2.Mach.2,26.

OBLIGO.

At Israel voto se Domino obligans. Nu.21,2. † 30,4. 2.Esd.10,28.

Ab eorum progenie, quæ his cærimoniis obligata est. Esther 9,18.

Ipsi obligati sunt, & ceciderunt. Psal.19,9. † 124,5.

Qui detrahit alicui rei, ipse se in futurum obligat. Prou.13,13.

In felle enim amaritudinis, & obligatione iniquitatis video te esse. Act.8,23.

OBLIQVVS.

Fecitque in templo fenestras obliquas. 3.Regum 6,4.

Et fenestras obliquas in thalamis. Ezech 40,16. † 41,16.

OBLIVISCOR.

Succedentibus prosperis, præpositus pincernarum oblitus est interpretis sui. Gen.40,23.

Quos sequentur septem anni alij tantæ sterilitatis, vt obliuioni tradatur cuncta retró abundantia. † 41,30.

Vocauitque nomen primogeniti, Manasses, dicens: Obliuisci me fecit Deus omnium laborum meorum, & domus patris mei. 51.

Obsecro vt obliuiscaris sceleris fratrum tuorum, & peccati atque malitiæ quam exercuerunt in te. † 50,17.

Ne obliuiscaris verborum, quæ viderunt oculi tui, & ne excidant de corde tuo cunctis diebus vitæ tuæ. Deut.4,9.

Caue ne quando obliuiscaris pacti Domini Dei tui, quod pepigit tecum, & facias tibi sculptam similitudinem eorum, quæ fieri Dominus prohibuit: quia Dominus Deus tuus ignis consumens est, Deus æmulator. 23,24.

Caue nequando obliuiscaris Domini Dei tui, & negligas mandata eius atque iudicia. † 8,11.

Quod nulla delebit obliuio. † 31,21.

Obliti sunt Dei sui, seruientes Baalim & Astaroth. Iudic.3,7.

Obliti sunt Domini Dei sui, & tradidit eos in manu Sisaræ. 1.Reg.12,9.

Obtulit in anathema obliuionis. Iudith 16,23.

Isti sunt dies quos nulla vmquam delebit obliuio. Esther 9,28.

Sic viæ omnium, qui obliuiscuntur Deum. Iob 8,13.

Qui me nouerant, obliti sunt mei. † 19,14.

Obliuiscatur eius misericordia. † 24,20.

Oblitus est Deus: auertit faciem suam ne videat in finem. Psal.9,32.

Obliuisceris me in finem, vsquequó auertis faciem tuam à me? † 12,1.

Obliuioni datus sum tamquam mortuus à corde. † 30,13.

Quare oblitus es mei? † 41,10.

Nec obliti sumus te, & iniquè non egimus in testamento tuo. † 43,18.

Si obliti sumus nomen Dei nostri. 21.

Obliuisceris inopiæ nostræ, & tribulationis nostræ. 24.

Obliuiscere populum tuum, & domum patris tui. † 44,11.

Qui obliuiscimini Deum. † 49,22.

Nequando obliuiscantur populi mei. † 58,12.

Animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem. † 73,19.

Aut obliuiscetur misereri Deus? † 76,10.

Non obliuiscantur operum Dei, & mandata eius exquirant. † 77,7.

Obliti sunt benefactorum eius, & mirabilium eius, quæ ostendit eis. 11.

Iustitia tua in terra obliuionis? † 87,13.

Aruit cor meum, quia oblitus sum comedere panem meum. † 101,5.

Noli obliuisci omnes retributiones eius. † 102,2.

Obliti sunt operum eius. † 105,13.

Obliti sunt Deum qui saluauit eos. 21.

Non obliuiscar sermones tuos. † 118,16.

Mandata tua non sum oblitus. 176.

Si oblitus fuero tui Ierusalem, obliuioni detur dextera mea. † 136,5.

Relinquit ducem pubertatis suæ, & pacti Dei sui oblita est. Prou.2,18. † 3,1. † 4,5.

Et vinum his qui amaro sunt animo: bibant, & obliuiscantur egestatis suæ, & doloris sui non recordentur ampliùs. † 31,6 Eccles.9,5.

In toto corde tuo honora patrem tuũ, & gemitus matris tuæ ne obliuiscaris. Eccli.7,29. † 23,18

Gratiam fideiussoris ne obliuiscaris: dedit enim pro te animam suam. † 29,20. † 37,6.

Oblita es Dei saluatoris tui, & fortis adiutoris tui non es recordata. Isa. 17,10.

In obliuione eris, ô Tyre, septuaginta annis, sicut dies regis vnius. † 23,15.

Numquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui? & si illa oblita fuerit, ego tamē non obliuiscar tui. † 49,15.

Oblitus es Domini factoris tui, qui tetendit cælos, & fundauit terram. † 51,13.

Obliti estis montem sanctum meum, qui ponitis Fortunæ mensam, & libatis super eam. † 65,11.

Obliuioni traditæ sunt angustiæ priores, & quia absconditæ sunt ab oculis meis. 16.

Numquid obliuiscetur virgo ornamenti sui, aut sponsa fasciæ pectoralis suæ? populus verò meus oblitus est mei diebus innumeris. Ier. 2,32.

Quoniam iniquam fecerunt viam suam, obliti sunt Domini Dei sui. † 3,21.

Hæc sors tua, parsque mensuræ tuæ à me, dicit Dominus, quia oblita es mei, & confisa es in mendacio. † 13,25.

Oblitus est mei populus meus, frustrà libantes, & impingentes in viis suis. † 18,15.

Qui volūt facere vt obliuiscatur populus meus nominis mei propter somnia eorum. † 23,27.

Numquid obliti estis mala patrum vestrorum, & mala regum Iuda. † 44,9.

Quare in perpetuum obliuiscêris nostri, derelinques nos in longitudine dierum? Thren. 5,20.

Obliti enim estis Deum, qui nutriuit vos, & contristastis nutricem vestram Ierusalem. Baruch 4,8.

Quia oblita es mei, & proiecisti me post corpus tuum, tu quoque porta scelus tuum. Ezechielis 23,35.

Voca nomen eius Absque misericordia: quia non addam vltrà misereri domui Israel, sed obliuione obliuiscar eorum. Osee 1,6.

Oblita es legis Dei tui, obliuiscar filiorum tuorum & ego. † 4,6.

Oblitus est Israel factoris sui, & ædificauit delubra. † 8,14.

Nónne quinque passeres veneunt dipondio, & vnus ex illis non est in obliuione coram Deo? Luc. 12,6.

Quæ quidem retrò sunt obliuiscens, ad ea verò quæ sunt priora extendens meipsum, ad destinatum persequor, ad brauium supernæ vocationis. Philip. 3,13. Heb. 12,5. Iac. 1,24.

OBLOQVENS.

A voce exprobrantis & obloquentis. Psalmo 43,17.

OBMVTESCO.

Obmutui, & humiliatus sum, & silui à bonis. Psal. 38,3.

Quasi agnus coram tondente se obmutescet. Isa. 53,7.

Quæ est vt Tyrus, quæ obmutuit in medio maris? Ezech. 27,32. Matth. 22,12.

Obmutesce, & exi de homine. Mar. 1,25.

Vt benefacientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam. 1. Pet. 2,15.

OBNOXIVS.

Contradixerit pater? & vota, & iuramenta eius irrita erunt, nec obnoxia tenebitur sponsioni. Num. 30,6. 2. Reg. 19,28. 1. Mach. 10,43. Act. 19,40.

Liberaret eos, qui timore mortis per totam vitam obnoxij erant seruituti. Heb. 2,15.

OBOLVS.

Siclus viginti obolos habet. Leuit. 27,25.

OBRIGEO.

Obriguerunt omnes habitatores Chanaan. Exod. 15,15.

Stetit & percussit Philisthæos, donec deficeret manus eius, & obrigesceret cum gladio. 2. Regum 23,10.

OBRIZVM.

Non dabitur aurum obrizum pro ea. Iob 28,15. † 31,24.

OBRVO.

Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam. Cant. 8,7.

OBSCVRO.

Obscurent eum tenebræ. Iob 3,5.

Obscurentur oculi eorum ne videant. Psalmo 68,24.

Collocauit me in obscuris sicut mortuos sæculi. † 142,3. Prou. 7,9. Sap. 1,12.

Obscuratum est insipiens cor eorū. Rom. 1,21.

Obscuratus est sol & aër, de fumo putei. Apoc. 9,2.

OBSECRO.

Obsecro mi domine, viuit anima tua domine, ego sum illa mulier quæ steti hic coram te. 1. Reg. 1,26.

Misi ad te, obsecrans vt venires ad me, & mitterem te ad regem. 2. Reg. 14,31.

Auribus percipe obsecrationem meam. Psalmo 142,1.

Cum obsecrationibus loquetur pauper: & diues effabitur rigidè. Prou. 18,23.

Cum multa exhortatione obsecrantes nos gratiam & communicationem ministerij, quod fit in sanctos. 2. Cor. 8,4.

Obsecro igitur primùm omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus. 1. Tim. 2,1.

OBSEQVIVM.

Quæ erat in obsequio vxoris Naaman. 4. Regum 5,2.

Adorauerunt regem, qui delinitus obsequiis eorum acquieuit eis. 2. Par. 24,17. Eccli. 4,16.

Vt

Vt viderent omnes filij Israel, quia bonum est obsequi sancto Deo. Eccli. 46,12. Ioan. 16,2. Rom. 12,1.

OBSERVO.

Nox ista est obseruabilis Domini, quando eduxit eos de Terra Aegypti. Exod. 12,42.

Obserua te, quæso, manè. 1. Reg. 19,2.

Custodiant obseruationes tabernaculi fœderis. 1 Par. 23,32.

Custodierunt obseruationem Dei sui, & obseruationem expiationis, & cantores, & ianitores iuxta præceptum Dauid. 2. Esd. 12,44.

Si audierint, & obseruauerint, complebunt dies suos in bono, & annos suos in gloria. Iob 36,11.

Obseruasti omnes semitas meas. † 13,27.

Obseruabo me ab iniquitate mea. Psal. 17,24.

Obseruabit peccator iustum, & stridebit super eum dentibus suis. † 36,12.

Si iniquitates obseruaueris Domine: Domine quis sustinebit? † 129,3.

Qui vigilat ad fores meas quotidie, & obseruat ad postes ostij mei. Prou. 8,24.

Ego os regis obseruo, & præcepta iuramenti Dei. Eccles. 8,2. † 11,4.

Sapientia autē hos, qui se obseruant, à doloribus liberauit. Sap. 10,9. Ezech. 33,5. 2. Mach. 6,1.

Non venit regnum Dei cum obseruatione: neque dicent: Ecce hic. Luc. 17,20.

Dies obseruatis, & tempora, & menses, & annos. Gal. 4,10. Philip. 3,17.

OBSES.

Et obsides, & reuersus est in Samariam. 4. Reg. 14,14.

Et filios obsidum reduxit in Samariam. 2. Paral. 25,24.

Et accepit filios regionis obsides, & posuit eos in arce in Ierusalem in custodiam. 1. Mach. 9,53. † 13,16.

OBSIDIO.

Obsideberis intra portas tuas. Deut. 28,52. Ios. 10,5.

Et obsideret Dauid & viros eius. 1. Reg. 23,8.

Obside ciuitatem, & cape eam, ne cum à me vastata fuerit vrbs, nomini meo adscribatur victoria. 3. Reg. 12,28. † 20,15.

Obsidebant Gebbethon. 3. Reg. 15,27.

Obsessus Zambri se succendit. Ingressus est palatium, & succendit se cum domo regia: & mortuus est in peccatis suis. † 16,18.

Obsidetur Samaria à triginta duobus regibus. † 20,15. 4. Reg. 6,14.

Cumque obsiderent Achaz, non valuerunt superare eum. 4 Reg. 16,5.

Obsedit eū, & vinctū misit in carcerem. † 17,4

Clausa est ciuitas [Ierusalem] atque vallata, &c. & interrupta est ciuitas. † 25,1. 1. Par. 20,1.

In quo habentes fiduciam sedetis obsessi in Ierusalem? 2. Par. 32,10. Psal. 21,13.

Perfecta est obsidio. Eccles. 9,14.

Ascende Elam, obside Mede. Isa. 21,2.

Vnusquisque carnem amici sui comedet in obsidione & in angustia. Ier. 19,9.

Tunc exercitus regis Babylonis obsidebat Ierusalem. † 32,2. † 37,4.

Ordinabis aduersus eam obsidionem, & ædificabis munitiones. Ezech. 4,2.

Et ad obsidionem Ierusalem conuertes faciem tuam, & brachium tuum erit extentum. 7.

Nunc vastaberis filia latronis: obsidionem posuerunt super nos. Mich. 5,1.

Ascendit qui dispergat coram te, qui custodiat obsidionem. Nahum 2,1.

Aquam propter obsidionem hauri tibi, extrue munitiones tuas. † 3,13.

Iuda erit in obsidione contra Ierusalem. Zach. 12,2.

OBSIGNO.

Epistolæ, quæ regis nomine mittebantur, annulo ipsius obsignatæ sunt. Esth. 8,10.

Lapis, &c. quem obsignauit rex annulo suo, & annulo optimatum suorum. Dan. 6,17.

OBSISTO.

Et orationem, & non obsistas mihi: quia non exaudiam te. Ier. 7,16.

OBSORDEO.

Confusus est Libanus, & obsorduit, & factus est Saron sicut desertum. Isa. 33,9.

OBSTETRIX.

Dixitque ei obstetrix: Noli timere, quia & hunc habebis filium. Gen. 35,17.

Obstetrix ligauit coccinum, dicens: Iste egredietur prior. † 38,28.

Quando obstetricabitis Hebræas, & partus tempus aduenerit: si masculus fuerit interficite eum. Exod. 1,15.

Ipsæ enim obstetricandi habent scientiam, & priusquam veniamus ad eas pariunt. 19.

Et quia timuerunt obstetrices Deum, ædificauit eis domos. 21.

Obstetricante manu eius, eductus est coluber tortuosus. Iob 26,13.

OBSTINATVS.

Quòd obstinato animo Ruth decreuisset secum pergere, aduersari noluit. Ruth 1,18.

OBSTRINGO.

Irritas fecerit pollicitationes, verba in quibus obstrinxerat animam suam: propitius erit ei Dominus. Num. 30,9.

OBSTRVO.

Puteos, quos foderant serui patris illius Abraham illo tempore obstruxerunt. Gen. 26,15.

Obstructum est os loquentium iniqua. Psal. 62,12. Rom. 3,19.

OBSTVPEO.

Eò quòd tetigerit manum femoris eius, & obstupuerit. Gen. 32,32.

Obstupuit: & conturbata est terra, & accidit quasi miraculum à Deo. 1.Reg.14,15.

Obstupuit Achimelech, eò quòd venisset Dauid. † 21,1.

Quod ille audiens illicò obstupuit, vultum regis ac reginæ ferre non sustinens. Esther 7,6. Iob 21,5.

Neque plus sapias quàm necesse est, ne obstupescas. Ecclesi.7,17. Eccli.30,10.

Obstupescite, & admiramini, fluctuate & vacillate: inebriamini, & non à vino: mouemini, & non ab ebrietate. Isaiæ 29,9.

Sicut obstupuerunt super te multi, sic inglorius erit inter viros aspectus eius. † 52,14.

Obstupescite cæli super hoc, & portæ eius desolamini vehementer, dicit Dominus. Duo enim mala fecit populus meus: Me dereliquerũt fontẽ aquæ viuę, & foderunt sibi cisternas. Ierem.2,12.

Peribit cor regis, & cor principum: & obstupescent sacerdotes, & prophetæ consternabuntur. † 4,9.

Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt? Ezech.18,2.† 31,10.

Admiramini, & obstupescite. Hab.1,5.† 2,12. Mar.5,42.

OBSVRDESCO.

Consurgent ad vocem volucris, & obsurdescent omnes filiæ carminis. Ecclesi.12,4.

OBTEGO.

Quomodo obtexit caligine in furore suo Dominus filiam Sion. Thren.2,1.

OBTEMPERO.

Non solùm homines seruiunt illi per te, sed & bestiæ agri obtemperant illi. Iudith 11,5.

Fallax obtẽperat labiis mẽdacibus. Prou.17,4.

Et consummatus, factus est omnibus obtemperantibus sibi, causa salutis æternæ. Heb.5,9. † 11,9.

OBTENDO.

Quid loquemur, aut iustè poterimus obtendere? Gen.44,16.

OBTENTVS.

Deuorant domos viduarum sub obtentu prolixæ orationis. Mar.12,40. Act.27,30.

OBTENEBRO.

Obtenebrentur stellæ caligine eius. Iob 3,9.

Lux obtenebrescet in tabernaculo illius.† 18,6. Isaiæ 5,30.

Obtenebratus est sol in ortu suo, & luna non splendebit in lumine suo. Isaiæ 13,10. Ioel 2,10. Mich. 3,6.

OBTERO.

Obtriuit Dominus confidentiam tuam, & nihil habebis prosperum in ea. Ierem.2,37.

OBTESTOR.

Nolite intrare in Aegyptum: scientes scietis quia obtestatus sum vos hodie, quia decepistis animas vestras. Ierem.42,19.

OBTINEO.

Robustos Moab obtinuit tremor. Exod.15,15.

Possidebas terram, & potentissimus obtinebas eam. Iob 22,8. Isaiæ 35,10. Dan.7,18.

OBTVNDO.

Sed obtusi sunt sensus eorum. 2.Cor.3,14.

OBTVRO.

Dixit homo, cuius obturatus est oculus: dixit auditor sermonum Dei. Num.24,3.

Sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas: quæ non exaudiet vocem incantantium. Psalmo 57,6.

Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, & ipse clamabit, & non exaudietur. Prouerb 21,13.

Loquela multum iurans, horripilationem capiti statuet: & irreuerentia ipsius obturatio aurium. Eccli.27,15.

Qui obturat aures suas ne audiat sanguinem, & claudit oculos suos ne videat malum. Iste in excelsis habitabit. Isaiæ 33,15. Heb.11,33.

OBVIO.

Ascendit obuiàm patri suo ad eumdem locum: vidensque eum, irruit super collum eius. Genes. 46, 29.

Samuel veniebat: & egressus est Saul obuiàm ei vt salutaret eum. 1.Reg.13,10.

Qui egressi sunt obuiàm Dauid, & populo, qui erat cum eo. † 30,21.

Honorati simul cum populis, exirent obuiàm venienti, excipientes eum cum coronis, & lampadibus, ducentes choros in tympanis. Iudith 3,9.

Contempserunt nos, & non exierunt obuiàm nobis, vt susciperent nos cum pace? † 5,4.

Misericordia & veritas obuiauerunt sibi: iustitia & pax osculatæ sunt. Psal.84,11.

Diues & pauper obuiauerunt sibi: vtriusque operator est Dominus. Prou.22,2.

Pauper & creditor obuiauerunt sibi: vtriusque illuminator est Dominus. † 29,13.

Homines sensati obuiabunt illi [sapientiæ] homines stulti non videbunt eam. Eccli.15,7.

Res obuians ab ardore venienti humilem efficiet eum. † 43,24. Heb.7,1,10.

Tota ciuitas exiuit obuiàm Iesu, & viso eo rogabant vt transiret à finibus eorum. Matth.8,34.

Propterea & obuiàm venit ei turba, quia audierunt eum fecisse hoc signum. Ioan.12,18.

OBVMBRO.

Scapulis suis obumbrabit tibi: & sub pennis eius sperabis. Psal.90,4.

Obumbrasti super caput meum in die belli. † 139, 8.

Nubes castra eorum obumbrabat. Sap.19,17.

Obumbrauerunt autem & siluæ & omne lignum suauitatis, Israel. Baruch 5,8. Matth.17,5.

Virtus Altissimi obumbrabit tibi. Luc.1,35. Act.5,15. Heb.9,5. Iac.1,17.

OBVOLVO.

Caligine illud [mare] quasi pannis infantiæ obuoluerem? Iob 38,9.

Sic qui comitatur cum viro iniquo, & obuolutus est in peccatis eius. Eccli. 12,13.

Et obuolutus cum his qui interfecti sunt gladio. 7. Isa. 14,19.

Ezechias, scidit vestimenta sua, & obuolutus est sacco. † 37,2. Ezech. 30,21.

OCCASIO.

Occasio declinanda. Non habitent in terra tua, ne fortè te peccare faciant in me, si seruieris diis eorum. Exod. 23,33.

Fuge occasionem mali. Nec inferes quippiam ex idolo in domum tuam, ne fias anathema, sicut & illud est. Deut. 7,26.

Parentes autem eius nesciebant quòd res à Domino fieret, & quæreret occasionem contra Philisthiim. Iudic. 14,4. 1. Reg. 14,25. † 24,5. Eccli. 12,13. † 13,1.

Videte quòd occasiones quærat aduersum me. 4. Reg. 5,7.

Si enim nunc silueris, per aliam occasionem liberabuntur Iudæi, & tu & domus patris tui peribitis. Esth 4,14.

Da sapienti occasionem, & addetur ei sapientia. Prou. 9,9.

Occasiones quærit qui vult recedere ab amico. † 18,1. Eccli. 26,11.

Quod autem facio & faciam, vt amputem occasionem, vt in quo gloriantur, inueniantur sicut & nos. 2 Cor. 11,12.

Nullam occasionem dare aduersario maledicti gratia. 1. Tim. 5,14.

OCCASVS.

Iter facite ei qui ascendit super occasum. Psal. 67,5.

Sol cognouit occasum suum. † 103,19. Mal. 1,11. Apoc. 21,13.

OCCIDO.

Omnis igitur qui inuenerit me, occidet me. Gen. 4,14.

Occidi virum in vulnus meum, & adolescentulum in liuorem meum. Septuplum vltio dabitur de Cain. 23.

Her, primogenitus Iudæ, nequam in conspectu Domini: & ab eo occisus est. † 38,7.

In furore suo occiderunt virum. † 49,6. Exodi 2,12. Act. 7,25.

Quærebat occidere Moysen: qui fugiens de conspectu eius, moratus est in terra Madian. Exod. 2,15.

Cur eduxistis nos in desertum istud, vt occideretis omnem multitudinem fame? † 16,3.

Non occides. † 20,13.

Occidat vnusquisque fratrem, & amicum, & proximum suum. † 32,27.

Si occiderit bouem aut ouem, &c. Et non obtulerit ad ostium tabernaculi oblationem Domino, sanguinis reus erit. Leuit. 17,3.

Qui percusserit & occiderit hominem, morte moriatur. † 24,16. Num. 14,37.

Qui percussi sunt, quatuordecim millia hominum & septingenti, absque his qui perierant in seditione Core. Num. 16,49.

Occidat vnusquisque proximos suos, qui initiati sunt Beelphegor. † 25,5.

Occisi sint vigintiquatuor millia hominum. 9.

In quibus cùm fuerit profugus, cognatus occisi non poterit eum occidere. † 35,12.

Non occidentur patres pro filiis, nec filij pro patribus. Deut. 24,86.

Ego occidam, & ego viuere faciam: percutiam, & ego sanabo. † 32,39. Iosu. 6,21. Iudic. 3,21.

Occidit [Abimelech] fratres suos filios Ierobaal septuaginta viros, super lapidem vnum. Iudic. 9,5,53.

Non audierunt vocem patris sui, quia voluit Dominus occidere eos. 1. Reg. 2,25.

Percussit de populo septuaginta viros, & quinquaginta millia plebis, luxitque populus. † 6,19.

Non occidetur quisquam in die hac, quia hodie fecit Dominus salutem in Israel. † 11,13. † 14,20. † 15,33.

Vt occiderent Dauid. † 19,1.

Trucidauit in die illa octoginta quinque viros vestitos Ephod lineo. † 22,18.

Cogitaui vt occiderem te, sed pepercit tibi oculus meus. 1. Reg. 24,11. † 31,2,4.

Occidi illum: sciebam enim quòd viuere non poterat post ruinam. 2. Reg. 1,10.

Quare non timuisti mittere manum tuam, vt occideres christum Domini? 14. † 2,31. † 4,6.

Mensus est autem duos funiculos, vnum ad occidendum, & vnum ad viuificandum. † 6,2.

Occidit Dauid de Syris septingentos currus, & quadraginta millia equitum. † 10,18.

Propter Saul, & domum eius sanguinum, quia occidit Gabaonitas. † 21,1.

Blasphemauit Israel: percussit autem eum Ionathan. † 21,21. † 23,18.

Occidit eum, hoc est, Iehu filium Hanani, prophetam. 3. Reg. 16,7. † 18,40. † 19,2.

Occidisti insuper, & possedisti. † 21,19.

Numquid Deus ego sum, vt occidere possim & viuificare? 4. Reg. 5,7. † 6,31.

Occiderunt septuaginta viros. † 10,7. † 11,1.

Non occidatur in templo Domini. † 11,15.

Mathan quoque sacerdotem Baal occiderunt coram altari. 18.

Venit Angelus Domini, & percussit in castris Assyriorum centum octoginta quinque millia. † 19,35. † 21,24.

Occidit [Iosias] vniuersos sacerdotes excelsorum, qui erant ibi super altaria: & combussit ossa humana super ea. † 23,20.

Cum-

Cumque se confirmasset [Ioram] occidit omnes fratres suos gladio,& quosdam de principibus Israel. 2.Par.21,4.

Serui sui,in vltionem sanguinis filij Ioiadæ sacerdotis,& occiderunt eum in lectulo suo,& mortuus est: sepelieruntque eum in ciuitate Dauid, sed non in sepulchris regum. † 24,25.

Occiditque Phacee, filius Romeliæ, de Iuda centum viginti millia in die vno, omnes viros bellatores: eò quòd reliquissent Dominum Deum patrum suorum. † 28,6.

Cumque coniurassent aduersus eum [Amon] serui sui: interfecerunt eum in domo suo. † 33, 24,25.

Et iratus [Sennacherib] multos occideret ex filiis Israel, Tobias sepeliebat corpora eorum. Tob.1,21.

Iussit eum occidi, & tulit omnem substantiam eius. 22.

Tradita fuerat septem viris, & dæmonium nomine Asmodæus occiderat eos mox, vt ingressi fuissent ad eam. † 3,8.

Audiret improperium ab vna ex ancillis suis,&c. Numquid & occidere me vis, sicut iam occidisti septem viros? 10.

Omne quæ resistentes sibi occidit in ore gladij. Iudith 2,16.

Occiditur Holofernes. Percussit [Iudith] bis ceruicem eius,& abscidit caput eius. † 13,10.

Volueruntque insurgere in regem, & occidere eum. Esth 2,21. † 6,11.

Percusserunt Iudęi inimicos suos plaga magna, & occiderunt eos. † 9,5,16.

Si flagellat,occidat semel,& non de pœnis innocentum rideat. Iob 9,23.

Etiam si occiderit me,in ipso sperabo.† 13,15.

Caput aspidum suget, & occidet eum lingua viperæ. † 20,16.

Ne occidas eos. Psal.58,12.

Occidit pingues eorum, & electos Israel impediuit. † 77,31.

Occidit pisces eorum. † 105,29.

Si occideris Deus peccatores, viri sanguinum declinate à me. † 138,19.

Tempus occidendi, & tempus sanandi. Eccles. 3,3.

Os autem quod mentitur,occidit animam. Sap. 1,11.

Alius alium per inuidiam occidit. † 14,24.

Deducis ad portas mortis,& reducis:homo autem occidit quidem per malitiam, & cùm exierit spiritus,non reuertetur. † 16,14.

Longè abesto ab homine potestatem habente occidendi. Eccli.9,18.

Numquid non occidit [Dauid] gigantem? † 47,4.

Omnis qui inuentus fuerit,occidetur:& omnis qui superuenerit,cadet in gladio. Isa.13,15.

Aut sicut occidit interfectos eius, sic occisus est? † 17,7.

Furari,occidere,adulterari. Ier.7,9.

Si egressus fuero ad agros, ecce occisi gladio:& si introiero in ciuitatem, ecce attenuati fame. † 14,18.

Scitote quòd si occideritis me, sanguinem innocentem tradetis contra vosmetipsos, & contra ciuitatem hanc. † 26,15.

Rogamus vt occidatur homo iste: de industria enim dissoluit manus virorum bellantium, qui remanserunt in ciuitate. † 38,4.

Viuit Dominus,qui fecit nobis hanc animam, si occidero te. 16.

Occidit rex Babylonis filios Sedeciæ in Reblatha,in oculis eius; & omnes nobiles Iuda occidit rex Babylonis. Oculos quoque Sedeciæ eruit: & vinxit eum. † 39,6.

Quomodo fecit Babylon vt caderent occisi in Israel: sic de Babylone cadent occisi in vniuersa terra. † 51,49.

Si occiditur in sanctuario Domini sacerdos, & propheta? Thren.2,20.

Et percussisti nos,occidisti,nec pepercisti.† 3,43

Propè est dies occisionis, & non gloriæ montium. Ezech.7,7.

Plurimos occidistis in vrbe hac, & implestis vias eius interfectis. † 11,6.

Occidam in te iustum & impium. † 21,3.

Duplicetur gladius, ac triplicetur gladius interfectorum: hic est gladius occisionis magnæ, qui obstupescere eos facit. 14. Dan.5,10.

Post hebdomades sexaginta duas occidetur Christus. Dan 9,26.

Occidit ergo illos rex, & tradidit Bel in potestatem Danielis: qui subuertit eum, & templum eius. † 14,21.

Dolaui in prophetis,occidi eos in verbis oris mei. Osee 6,5.

Virum,quem rex Antiochus miserat,qui cogebat immolare, occidit in ipso tempore, & aram destruxit,& zelatus est legem. 1.Mach.2,25.

Exiuit obuiàm illi:& percussit & occidit illum, & ceciderunt vulnerati multi. † 3,11.

Nolite mihi ostendere faciem eorum. Et occidit eos exercitus. † 7,4.

Occiderunt in illa die centum millia hominum. † 11,48.

Occidit Ionathan & filios eius. † 13,23.

Erant autem toto triduo octoginta millia interfecti,quadraginta millia vincti,non minùs autem venundati. 2.Mach.5,14.

Occisi in bello qui ceperant donaria idolorum. † 12,40.

Occidit omnes pueros,qui erant in Bethleem. Matth.2,16.

Nolite timere eos,qui occidũt corpus.† 10,28.

Apprehensum eum eiecerunt eum extra vineam,

neam, & occiderunt. † 21, 39.

Dico autem vobis amicis meis: Ne terreamini ab his qui occidunt corpus. Lucæ 12,4.

Timete eum, qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam. 5.

Occiderunt eos qui prænuntiabant de aduentu Iusti, cuius vos nunc proditores & homicidæ fuistis. Act.7,52.

Occide, & manduca. † 10,13.

Occidit autem Iacobum fratrem Ioannis gladio. † 12, 2.

Quærentibus autem eum occidere, nuntiatum est tribuno cohortis. † 21,31.

Qui & Dominum occiderunt Iesum, & Prophetas, & nos persecuti sunt. 1.Thes.2,15.

Concupiscitis, & non habetis: occiditis, & zelatis, & non potestis adipisci. Iac.4,2.

Addixistis, & occidistis iustum, & non restitit vobis. † 5,6.

Antipas testis meus fidelis, qui occisus est apud vos, vbi satanas habitat. Apoc.2,13.

Agnum stantem tamquam occisum. † 5,6.

Soluti sunt quatuor Angeli, qui parati erãt in horam, & diem, & mensem, & annum, vt occiderent tertiam partem hominum. † 9,15.

Et vidi vnum de capitibus suis quasi occisum in mortem. † 13,3.

Agni, qui occisus est ab origine mundi. 8.

Qui in gladio occiderit, oportet eum gladio occidi. 10.

Ceteri occisi sunt in gladio sedentis super equum. † 19,21.

OCCIDENS.

Si ad Orientem iero, non apparet: si ad Occidentem, non intelligam eum. Iob 23,12.

Timebunt qui ab Occidente, nomen Domini, & qui ab ortu solis, gloriam eius: cùm venerit quasi fluuius violentus. Isa.59,19. Ezech.48,34.

OCCLVDO.

Egressus ad eos Lot, post tergum occludens ostium. Gen.19,6.

Occlusum est os eius [Alcimi] & dissolutus est paralysi. 1.Mach.9,55.

OCCVLTO.

Eamus & seruiamus diis alienis, &c. neque parcat ei oculus tuus, vt miserearis & occultes eũ, sed statim interficies. Deut.13,6.

Rapiebat corpora occisorum, & occultabat in domo sua, & mediis noctibus sepeliebat ea. Tob.2,9.

In finem pro occultis filij, Psalmus Dauid. Tit. Psalmi 9.

Ab occultis meis munda me Domine, & ab alienis parce seruo tuo. Psal.18,13.

Non est occultatum os meum à te, quod fecisti in occulto. † 138,15. Cant 6,6.

Si occultabitur vir in absconditis, & ego non videbo eum, dicit Dominus? Ierem.23,24.

Nihil enim est opertum, quod non reuelabitur; & occultum quod non scietur. Matth.10,26. Luc.8,17. Act.16,37.

Ascendit ad diem festum, non manifestè, sed quasi in occulto. Ioan.7,10.

In occulto locutus sum nihil. † 18,20.

In die, cùm iudicabit Deus occulta hominum, secundùm Euangelium meum. Rom.2,16.

Quæ enim in occulto fiunt ab ipsis, turpe est & dicere. Ephes.5,12.

OCCVMBO.

Etiam seruus tuus Vrias Hethæus occubuit. 2.Reg.11,21.

Si Absalom viueret, & omnes nos occubuissemus, tunc placeret tibi. † 19,6.

OCCVPO.

Ne fortè veniens occupet nos. 2.Reg.15,14.

In oblatione holocaustorum & adipum vsque ad noctẽ sacerdotes fuerũt occupati. 2.Par.35,14

Hanc occupationem pessimam dedit Deus filiis hominum. Eccles.1,13.

Occupatio magna creata est omnibus hominibus. Eccli.40,1. Luc.13,7. Phil.4,10.

OCCVRRO.

Occurrit obuiàm ei: complexusque eum, & in oscula ruens, duxit in domum suam. Gen.29,13

Properat in occursum tuum cum quad. ingentis viris. † 32,6.

Ad Ioseph, vt nuntiaret ei, & occurreret in Gessen. † 46,28.

Ad Aaron: Vade in occursum Moysi in desertum. Exod 4,27.

Stabis in occursum eius iuxta ripam fluminis. † 7,15.

Fugientibusque Aegyptiis occurrerunt aquæ, & inuoluit eos Dominus. † 14,27.

Egressus in occursum cognati sui, adorauit & osculatus est eum: salutaueruntq; se mutuò verbis pàcificis. † 18,7.

Cumque eduxisset eos Moyses in occursum Dei de loco castrorum, steterunt ad radices montis. † 19,17.

Egressus est in occursum eius in oppido Moabitarum. Num.22,36.

Occurrit ei [Iephte] vnigenita filia sua, cum tympanis & choris: non enim habebat alios liberos. Iudic.11,34.

Perrexit [Saul] in occursum Philisthinorum. 1.Reg.23,28.

Descendebant in occursum eius: quibus & illa occurrit. 1.Reg.25,20.

Egressa Michol filia Saul in occursum Dauid. 2.Reg.6, 10.

Misit in occursum eorum: erant enim viri confusi turpiter valdè. † 10,5.

Omnis Iuda venit vsque in Galgalam, vt occurreret regi † 19,15.24.

Eruntque comedentes in mensa tua, occurre-

runt enim mihi quando fugiebam à facie Absalom fratris tui. 3.Reg.2,7.

Venitque Achab in occursum Eliæ. † 18,16.

Descende in occursum Achab regis Israel, qui est in Samaria: ecce ad vineam Naboth descendit, vt possideat eam. † 21,18.

Ascende in occursum nuntiorum regis Samariæ. 4.Reg.1,3.

Desiliit [Naaman] de curru in occursum eius. † 5,21.

Iuit igitur Hazael in occursum eius [Elisei] habens secum munera, & omnia bona Damasci, onera quadraginta camelorum. † 8,9.

Mitte in occursum eorum, & dicat vadens: Recténe sunt omnia? † 9,17.

Abiit Iosias rex in occursum eius, & occisus est in Mageddo. † 23,29.

Et data manu puero, occurrit obuiàm filio suo. Tob.11,10.

Occursus eius vsque ad summum eius. Psal.18,7.

Exurge in occursum meum. † 58,6.

Leo fortissimus bestiarum, ad nullius pauebit occursum. Prou.30,30.

Ex visu cognoscitur vir, & ab occursu faciei cognoscitur sensatus. Eccli.19,26.

Egredere in occursum Achaz, tu & qui derelictus est Iasub filius tuus. Isa.7,3. † 21,14. † 64,5.

Postquam autem hæc fecero tibi, præparare in occursum Dei tui Israel. Amos 4,12.

Inde cùm audissent fratres, occurrerunt nobis vsque ad Appij forū, ac tres Tabernas. Act.28,15

OCHOZIAS.

Ceciditque Ochozias per cancellos cœnaculi sui, &c. Consulite Beelzebub Deum Accaron, vtrùm viuere queam de infirmitate mea hac. 4.Reg.1,2.

Fugiens ait ad Ochoziā: Insidiæ Ochozia, &c. & percusserunt eum. † 9,23,27.

OCREAE.

Ocreas æreas habebat in cruribus. 1.Reg.17,6.

Die octauo circumcidetur infantulus. Leuit.12,3.

Die octauo assumet duos agnos immaculátos. † 14,10.

Dies quoque octauus erit celeberrimus atque sanctissimus. † 23,36.

Octaua autem die offeret duos turtures, vel duos pullos columbæ. Num.6,10.

Ipse est mensis octauus; perfecta est domus in omni opere suo. 3,Reg.6,38,

Et in die octaua dimisit populos: qui benedicentes regi profecti sunt in tabernacula sua lætantes & alacri corde. † 8,66.

In citharis pro octaua canebant epinicion. 1.Par.15,22.

In finem in carminibus, Psalmus Dauid, pro octaua. Titulus Psalm.6. & 11.

Octo gradus erant, quibus ascendebatur ad eam. Ezech.40,31,

In die octaua, & vltrà, facient sacerdotes super altare holocausta vestra. † 43,27.

Octauum Noë iustitiæ præconem custodiuit. 2.Pet.2,5.

OCTOGINTA.

Erat autem Moyses octoginta annorum, & Aaron octoginta trium, quando locuti sunt ad Pharaonem. Exod.7,7.

Octoginta millia latomorum in monte. 3.Reg.5,15.

Si autem in potentatibus, octoginta anni: & ampliùs eorum, labor & dolor. Psal.89,10.

Et in octoginta elephantis confidebat. 2.Machab.11,4.

Et hæc [Anna] vidua vsque ad annos octoginta quatuor. Luc.2,37.

Accipe literas tuas, & scribe octoginta. † 16,7.

OCVLVS.

Aperientur oculi vestri: & eritis sicut dij, scientes bonum & malum. Vidit igitur mulier quòd bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile; & tulit de fructu illius, & comedit: deditque viro suo, qui comedit. Et aperti sunt oculi amborum. Gen.3,6. † 6,2. † 12,14. † 34,2.

Iniecit domina sua oculos suos in Ioseph, & ait: Dormi mecum. Qui nequaquam acquiescens operi nefario. † 39,7.

Oculi vestri, & oculi fratris mei Beniamin vident quòd os meum loquatur ad vos. † 45,12.

Pulchriores sunt oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores. † 49,12.

An & oculos nostros vis eruere? non venimus. Num.16,14.

Qui cadit, & sic aperiuntur oculi eius. † 24,4.

Oculum pro oculo, dentem pro dente. Deuter.19,21.

Oculus Iacob in terra firmamenti, & vini, cælique caligabunt rore. † 33,28.

Non caligauit oculus eius. † 34,7.

Statim eruerunt oculos eius, & duxerunt Gazam vinctum catenis, & clausum in carcere molere fecerunt. Iudic.16,21.

Sed vt deficiant oculi tui, & tabescat anima tua. 1.Reg.2,33.

Oculi eius caligauerant, nec poterat videre. † 3,2. † 4,15.

In hoc feriam vobiscum fœdus, vt eruam omnium vestrûm oculos dextros, ponamque vos opprobrium in vniuerso Israel. † 11,2.

Non offendas oculos satraparum Philisthiim. † 29,7.

In te oculi respiciunt totius Israël, vt indices eis quis sedere debeat in solio tuo. 3.Reg.1,20.

Vt sint oculi tui aperti super domum hanc nocte ac die. † 8,29.

Ape-

Aperuit Dominus oculos pueri, & vidit, & ecce mons plenus equorum & curruum igneorum in circuitu Elisei. 4. Reg. 6, 17.

Depinxit oculos suos stibio, & ornauit caput suum. † 9, 31.

Aperi Domine oculos tuos, & vide. † 19, 16.

Eleuasti in excelsum oculos tuos? 22. † 27, 7.

Oculi enim Domini contemplantur vniuersam terram. 2. Par. 16, 9.

Oculus autem Dei eorum factus est super senes Iudæorum, & non potuerunt inhibere eos. 1. Esd. 5, 5.

Capiatur laqueo oculorum suorum in me. Iudith 9, 13.

Statim captus est in suis oculis Holofernes. † 10, 17.

Gratis ac nitentibus oculis. Esth. 15, 8.

Ardentibus oculis furorē pectoris indicasset. 10

Oculi tui in me, & non subsistam. Iob 7, 8.

Numquid oculi carnei tibi sunt? † 10, 4.

Hostis meus terribilibus oculis me intuitus est. † 16, 10.

Ad Deum stillat oculus meus. 21.

Oculi mei conspecturi sunt, & non alius. † 19, 27.

Oculus fui cæco, & pes claudo. † 29, 15.

Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine. † 31, 1.

Oculi enim eius super vias hominum. † 34. 21.

De longè oculi eius [aquilæ] prospiciunt. † 39, 29.

Oculi eius in pauperem respiciunt. Psal. 10, 4.

Oculos suos statuerunt declinare in terram. † 16, 11.

Oculos superborum humiliabis. † 17, 28.

Oculi mei semper ad Dominum. † 24, 15.

Oculi Domini super metuentes eum. † 32, 18.

Oculi Domini super iustos. † 33, 16.

Defecerunt oculi mei. † 68, 4.

Oculi mei languerunt præ inopia. † 87, 10.

Qui finxit oculum, non considerat? † 93, 9.

Oculi mei ad fideles terræ, vt sedeant mecum. † 100, 6.

Oculos habent, & non videbunt. † 113, 13.

Oculi mei defecerunt in salutare tuum. † 118, 123.

Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cælis. Ecce sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum, sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ; ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum donec misereatur nostri. † 122, 1, 2.

Ad te Domine, Domine oculi mei, in te speraui, non auferas animam meam. † 140, 8.

Oculi omnium in te sperant. † 144, 15.

Frustrà autem iacitur rete ante oculos pennatorum. Prou. 1, 17.

Oculi tui recta videant, & palpebræ tuæ præcedant gressus tuos. † 4, 25.

Detestatur anima eius: Oculos sublimes, linguam mendacem. † 6, 17.

Qui annuit oculo, dabit dolorem. † 10, 10.

In omni loco oculi Domini contemplantur bonos & malos. † 15, 3.

In facie prudentis lucet sapientia: oculi stultorum in finibus terræ. † 17, 24.

Oculi hominum insatiabiles. † 27, 20.

Generatio cuius excelsi sunt oculi, & palpebræ eius in alta surrectæ. † 30, 13.

Oculum, qui subsannat patrem, & qui despicit partum matris suæ, effodiant eum corui de torrentibus, & comedant eum filij aquilæ. 17.

Non saturatur oculus visu, nec auris auditu impletur. Eccles. 1, 8.

Omnia, quæ desiderauerunt oculi mei, non negaui eis. † 2, 10.

Sapientis oculi in capite eius: stultus in tenebris ambulat. 14.

Oculi tui columbarum. Cant. 1, 14. † 4, 1.

Vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum. † 4, 9.

Oculi eius sicut columbæ super riuulos aquarum. † 5, 12.

Auerte oculos tuos à me, quia ipsi me auolare fecerunt. † 6, 4.

Nequam est oculus liuidi, & auertens faciem suam, & despiciens animam suam. Eccli. 14, 8.

Oculi Domini ad timentes eum, & ipse agnoscit omnem operam hominis. † 15, 20.

Posuit oculum suum super corda illorum, ostendere illis magnalia operum suorum. † 17, 7.

Pungens oculum, deducit lacrymas: & qui pungit cor, profert sensum. † 22, 24.

Oculi Domini multò plus lucidiores sunt super solem, circumspicientes omnes vias hominum, & profundum abyssi, & hominum corda intuentes in absconditas partes. † 23, 28.

Fornicatio mulieris in extollentia oculorum, & in palpebris illius agnoscetur. † 26, 12.

Memento quoniam malus est oculus nequam. † 31, 14.

Oculi Dei in diligentes se. † 34, 15.

Oculi Domini super timentes eum, protector potentiæ. 19.

Oculi sublimes hominis humiliati sunt, & incuruabitur altitudo virorum. Isaiæ 2, 11.

Oculi sublimium deprimentur. † 5, 15.

Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude: ne fortè videat oculis suis, & auribus suis audiat. † 6, 10.

Qui obturat aures suas, ne audiat sanguinem, & claudit oculos suos, ne videat malum. † 33, 15.

Attenuati sunt oculi mei suspicientes in excelsum. † 38, 14.

Leuate in cælum oculos vestros, & videte sub terra deorsum. † 51, 6.

Oculo ad oculum videbunt, cùm conuerterit Dominus Sion. † 52, 8.

Oculus non vidit, Deus absque te, quæ præparasti expectantibus te. † 64, 4.

Audi popule stulte, qui non habes cor: qui habentes oculos, non videtis; & aures, & non auditis. Ierem. 5, 21.

Oculi mei super omnes vias eorum: non sunt absconditæ à facie mea. † 16, 17.

Oculi aperti sunt super omnes vias filiorum Adam. † 32, 19.

Oculos quoque Sedeciæ eruit, & vinxit eum compedibus, vt duceretur in Babylonem. † 39, 7.

Diuisiones aquarum deduxit oculus meus in contritione filiæ populi mei. Thren. 3, 48.

Oculus meus deprædatus est animam meã 51.

Totum corpus oculis plenum. Ezech. 1, 18.

Plena erant oculis in circuitu quatuor rotarum. † 10, 12.

Oculos habent ad videndum, & non vident. † 12, 2.

Ponam oculos meos super eos in malum. Amos 9, 4.

Ecce oculi Domini Dei super regnum peccans, & conteram illud à facie terræ. 8.

Lapis, quem dedi coram Iesu: super lapidem vnum septem oculi sunt. Zach. 3, 9.

Domini est oculus hominis, & omnium tribuum Israel. † 9, 1.

Oculus dexter eius tenebrescens obscurabitur. † 11, 17.

Super domum Iuda aperiam oculos meos. † 12, 4.

Oculi eius contabescent in foraminibus suis. † 14, 12.

Quòd si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum & proiice ab te. Matth. 5, 29.

Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. † 6, 22.

Vestri autem beati oculi quia vident, & aures vestræ quia audiunt. † 13, 16.

Bonum est tibi cum vno oculo in vitam intrare, quàm duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. † 18, 9.

An oculus tuus nequam est quia ego bonus sum? † 20, 15.

Misertus autem eorum Iesus tetigit oculos eorum, & confestim viderunt, & secuti sunt eos. 34.

Oculus malus, blasphemia, superbia, stultitia. Mar. 7, 22.

Oculos habentes non videtis? & aures habentes non auditis? † 8, 18.

Et publicanus à longè stans, nolebat nec oculos ad cælum leuare. † 18, 13.

Oculi autem eorum tenebantur ne eum agnoscerent. † 24, 16.

Quomodo aperti sunt tibi oculi? Ioan. 9, 10.

Hæc locutus est Iesus: & subleuatis oculis in cælum. † 17, 1.

Surrexit autem Saulus de terra, apertisq; oculis nihil videbat. Act. 9, 8.

Oculos suos compresserunt, ne fortè videant oculis, & corde intelligant, & conuertantur & sanem eos. † 28, 27.

Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus iis qui diligunt illum. 1. Cor. 2, 9.

Quoniam non sum oculus, non sum de corpore: num ideò non est de corpore? † 12, 16.

Quia, si fieri posset, oculos vestros eruissetis & dedissetis mihi. Gal. 4, 15.

Videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt. Apoc. 1, 7.

Collyrio inunge oculos tuos vt videas. † 3, 18.

Quatuor animalia plena oculis antè & retrò. † 4, 6.

Oculi autem eius sicut flamma ignis, & in capite eius diademata multa. † 19, 12.

ODI, ODIVM.

Oderat ergo semper Esau Iacob pro benedictione. Gen. 27, 41.

Oderant eum, nec poterant ei quidquam pacificè loqui. † 37, 4.

Oderantque filios Israel Aegyptij, & affligebant illudentes eis. Exod. 1, 13.

Non oderis fratrem tuum in corde tuo: sed publicè argue eum. Leuit. 19, 17. Num. 3, 8.

Si per odium quis hominem impulerit, vel iecerit quippiam in eum per insidias: aut cùm esset inimicus, manu percusserit, & ille mortuus fuerit: percussor homicidij reus erit. Numer. 35, 20.

Reddens odientibus se statim, ita vt disperdat eos, & vltrà non differat, protinus eis restituens quod merentur. Deut. 7, 10.

Quia nullum contra eum, qui occisus est, odiũ prius habuisse monstratur. † 19, 6.

Si quis autem odio habens proximum suum, insidiatus fuerit vitæ eius, surgensque percusserit illum, &c. arripient eum de loco effugij. 11.

Sed filium odiosæ agnoscet primogenitum. † 21, 17.

Iis qui oderunt me retribuam. † 32, 41.

Et qui oderunt eum non consurgant. † 33, 11.

Nónne vos estis, qui odistis me, & eiecistis de domo patris mei, & nunc venistis ad me necessitate compulsi. Iudic. 11, 7.

Odisti me, & non diligis. † 14, 16.

Putaui quòd odisses eam, & ideò tradidi illam alteri viro. † 15, 2.

Cæcos & claudos odientes animam Dauid. 2. Reg. 5, 8.

Ita vt maius esset odium quo oderat eam, amore quo antè dilexerat. † 13, 15. 27.

Oderat enim Absalon Amnon. 22.

Od[i]

Odi eum, quia non prophetat mihi bonum, sed malum. 3.Reg.22,8.

Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri facias. Tob.4,16.

Transfer cor illius in odium hostis nostri. Esth.14,13.

Si gauisus sum ad ruinam eius qui me oderat. Iob 31,29.

Odisti omnes qui operantur iniquitatem. Psal.5,7.

Qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam. † 10,5.

Dextera tua inueniat omnes qui te oderunt. † 20,9.

Odio iniquo oderunt me. † 24,19.

Odiui ecclesiam malignantium, & cum impiis non sedebo. † 25,5.

Oderunt me gratis, & annuunt oculis. † 34,19.

Oderunt me iniquè. † 37,20.

Odientes nos confudisti. † 43,8.

Odisti disciplinam, & proiecisti sermones meos retrorsum. † 49,17.

Multiplicati sunt super capillos capitis mei, qui oderunt me gratis. † 68,5.

Odientes eum in fugam conuertam. † 88,24.

Qui diligitis Dominum, odite malũ. † 96,10.

Conuertit cor eorum vt odirent populum eius. † 104,24.

Iniquos odio habui, & legem tuam dilexi. † 118,113.

Omnem viam iniquam odio habui. 128.

Cum his qui oderunt pacem eram pacificus, cùm loquebar illis impugnabant me gratis. † 119,7.

Nónne qui oderunt te Domine oderam, & super inimicos tuos tabescebam? † 138,21.

Sex sunt quæ odit Dominus, & septimum detestatur anima eius: Oculos sublimes, linguam mendacem, manus effundentes innoxium sanguinem, cor machinans cogitationes pessimas, pedes veloces ad currendum in malum, proferentem mendacia testem fallacem, & eum qui seminat inter fratres discordias. Prou.6,16.

Omnes qui me oderunt, diligunt mortem. † 8, 36.

Noli arguere derisorem, ne oderit te. † 9,8.

Odium suscitat rixas, & vniuersa delicta operit charitas. † 10,12.

Abscondunt odium labia mendacia. 18.

Tempus dilectionis, & tempus odij. Eccles. 3, 8.

Amor quoque, & odium, & inuidiæ simul perierunt. † 9,6.

Diligis enim omnia quæ sunt: & nihil odisti eorum quæ fecisti: nec enim odiens aliquid constituisti, aut fecisti. Sap.11,25.

Odibilia opera tibi faciebant, per medicamina & sacrificia iniusta. † 12,4.

Similiter autem odio sunt Deo impius & impietas eius. † 14,9.

Quoniam creaturæ Dei in odium factæ sunt, & in tentationem animabus hominum. 11.

Altissimus odio habet peccatores, & impiis reddet vindictam. Eccli 12,7.

Quasi defendens peccatum, odiet te, & sic aderit tibi semper. † 19,9.

Et est odibilis qui procax est ad loquendum. † 20,5.

Tres species odiuit anima mea, & aggrauor valdè animæ illorum. † 25,3.

Et omnem obductum & non obductum odientium. 19.

Multa odiui, & non coæquaui ei, & Dominus odiet illum. † 27,27.

Duas gentes odit anima mea: tertia autem non est gens quam oderim: qui sedent in monte Seir, & Philisthim, & stultus populus qui habitat in Sichimis. † 50,28.

Audite verbum Domini, qui tremitis ad verbum eius: dixerunt fratres vestri odientes vos, & abiicientes propter nomen meum: glorificetur Dominus, & videbimus in lætitia vestra: ipsi autem confundentur. Isa.66,5.

Facta est mihi hereditas mea quasi leo in silua: dedit contra me vocem, ideò odiui eam. Ier.12,8.

Auferam iustificationem tuam: & dabo te in animas odientium te filiarum Palæstinarum, Ezech.16,27.

Agent tecum in odio, & tollent omnes labores tuos, & dimittent te nudam. † 23,19.

Et dilexi Iacob, Esau autem odio habui? & posui montes eius in solitudinem. Mal.1,3.

Omnibus odiosus, vt refuga legum & execrabilis, vt patriæ & ciuium hostis, in Aegyptum extrusus est. 2.Mach.5,8. Matth.6,24.

Eritis odio omnibus propter nomen meum. † 10,22.

Scandalizabuntur multi, & inuicem tradent, & odio habebunt inuicem. † 24,10.

Ciues autem eius oderant eum, & miserunt legationem post illum, dicentes: Nolumus hunc regnare super nos. Luc.19,14.

Eritis odio omnibus propter nomen meum. † 21,17.

Non potest mundus odisse vos: me autem odit, quia ego testimonium perhibeo de illo quòd opera eius mala sunt. Ioan.7,7.

Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. † 12,25.

Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit. † 15,18.

Qui me odit: & Patrem meum odit. 23.

Sed vt impleatur sermo qui in lege eorum scriptus est: Quia odio habuerunt me gratis. 25.

Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Roman.9,13.

Et voluptatibus variis, in malitia & inuidia agentes, odibiles, odientes inuicem. Tit.3,3.

Qui dicit se in luce esse, & fratrem suum odit, in tenebris est vsque adhuc. 1.Ioan.2,9.

Nolite mirari, fratres, si odit vos mundus. † 3,13.

Si quis dixerit quoniam diligo Deum, & fratrem suum oderit, mendax est. † 4,20.

Odientes & eam, quæ carnalis est, maculatam tunicam. Iudæ v.23.

Odisti facta Nicolaitarum, quæ & ego odi. Apoc.2,6.

ODOLLAM.

Abiit ergo Dauid inde, & fugit in speluncam Odollam. 1.Reg.22,1.

Vsque ad Odollam veniet gloria Israel. Mich.1,15.

Venit in ciuitatem Odollam. 2.Mach.12,38.

ODOR.

Obtulit holocausta super altare. Odoratusque est Dominus odorem suauitatis. Gen.8,20.

Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni cui benedixit Dominus. † 27,27.

Fœtere fecistis odorem nostrum coram Pharaone. Exod.5,21.

Thymiamata boni odoris. † 25,6.

Nec recipiam vltrà odorem suauissimum. Leuit.26,31.

Sicut solent ad odorem ignis lina consumi, ita vincula quibus ligatus erat, dissipata sunt & soluta. Iudic.15,14.

Ad odorem aquæ germinabit. Iob 14,9. Psalmo 113,6. Prou.27,9.

Odor vnguentorum tuorum super omnia aromata. Cant.4,10.

Odor oris tui sicut malorum. † 7,8.

Sicut cinnamomum, & balsamum aromatizans odorem dedi. Eccli.24,20.

Quasi Libanus odorem suauitatis habete. † 39,18. † 49,1.

Erit pro suaui odore fœtor, & pro zona funiculus. Isaiæ 3,24.

In odorem suauitatis suscipiam vos, cùm eduxero vos de populis. Ezech.20,41.

Odor ignis non transisset per eos. Dan.3,94. Oseæ 14,7. 2.Mach.9,9.

Domus impleta est ex odore vnguenti. Ioannis 12,3.

Si totum auditus, vbi odoratus? 1.Cor.12,17.

Odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco. 2.Cor.2,14.

Christi bonus odor sumus Deo, in iis qui salui fiunt, & in iis qui pereunt: aliis quidem odor mortis in mortem, aliis autem odor vitæ in vitam. 16. Ephes.5,2. Apoc.5,8.

OFFENDO.

Offendiculum ex latere vestro, & sudes in oculis vestris. Iosue 23,13.

Offenderunt filij Israel verbis non rectis Dominum. 4.Reg.17,9.

Ad dexteram partem Montis offensionis, quæ ædificauerat Salomon rex Israel Astaroth idolo Sidoniorum, & Chamos offensioni Moab, & Melchom abominationi filiorum Ammon. † 23,13

Quoniam sciunt se offendisse Deum suum filij Israel, tremor tuus super ipsos est. Iudith 11,9.

Non potero manducare ex his, quæ mihi præcipis tribui, ne veniat super me offensio. † 12,2.

Ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Psal.90,12.

Quadraginta annis offensus fui generationi huic. † 94,10. Prou.4,12. † 15,19.

Qui festinus est pedibus, offendet. Prou.19,2. Eccli.17,22.

Noli nimius esse, ne forte offendas. Eccli. 31,20.

In via ruinæ non eas, & non offendas in lapides. † 32,25.

Si reuerteris, Israel, ait Dominus, ad me conuertere: si abstuleris offendicula tua à facie mea, non commoueberis. Ierem.4,1.

Posuerunt offendicula sua in domo, in qua inuocatum est nomen meum. † 7,30.

Vnusquisque offensiones oculorum suorum abiiciat, & in idolis Aegypti nolite pollui. Ezechiel.20,7.

Erit qui offenderit ex eis in die illa quasi Dauid. Zach.12,8.

Si quis ambulauerit in die, non offendit. Ioannis 11,9. Rom.9,33.

Bonum est non manducare carnem, & non bibere vinum, neque in quo frater tuus offenditur, aut scandalizatur, aut infirmatur. Rom.14,21.

Sine offensione estote Iudæis & Gentibus, & Ecclesiæ Dei. 1.Cor.10,32.

Nemini dantes vllam offensionem, vt non vituperetur ministerium nostrum. 2.Cor.6,3.

Quicumque autem totam legem seruauerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus. Iac.2,10.

In multis enim offendimus omnes. † 3,2.

OFFERO, OBLATIO.

Abel quoque obtulit de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum. Gen.4,4.

Offeret eum Dominus diis. Exod.21,6.

Oblatio est Domini: odor suauissimus victimæ Domini. 18.

Sacrificium est Domino, oblatione perpetua in generationes vestras. † 29,42.

Obtulerunt holocaustum & hostias pacificas, & sedit populus manducare. † 32,7.

Plus offert populus quàm necessarium est. † 36,4.

Nec vir nec mulier quidquam offerat in opere sanctuarij. 6.

Hæc

Hæc est oblatio Aaron, & filiorum eius. Leuit.6,20.

Qui offert victimam pacificorum Domino, offerat simul & sacrificium. † 7,29.

Obtulit eos Moyses, vt sacrificio fungerentur. 35. † 8,6.

Offerat duos passeres viuos pro se, & lignum cedrinum. † 14,4.

Et non obtulerit ad ostium tabernaculi oblationem Domino, sanguinis reus erit. † 17,4.

Quia sacrificium zelotypiæ est, & oblatio inuestigans adulterium. Num.5,15.

Tunc radetur Nazaræus ante ostium tabernaculi fœderis cæsarie consecrationis suæ. † 6,18.

Obtulerunt principes Israel, & capita familiarum. † 7,3,11578.

Offeret Aaron Leuitas munus in conspectu Domini à filiis Israel, vt seruiant in ministerio eius. † 8,11.

Oblationes & decimas iure perpetuo accipit Aaron à populo pro officio sacerdotali. Num.18,8.

Ne polluatis oblationes filiorum Israel, & moriamini. 32.

Oblationem meam, & panes, & incensum odoris suauissimi offerte per tempora sua. † 28,2. † 29,13.

Offerimus in donariis Domini singuli, &c. Vt depreceris pro nobis Dominum, &c. omne aurum in diuersis speciebus, pondo sedecim millia septingentos quinquaginta siclos, à tribunis & centurionibus. † 31,52.

Offerentes filios & filias, & comburentes igni. Deut.12,31.

Qui sponte obtulistis de Israel animas vestras ad periculum, benedicite Domino. Iudic.5,2.

Qui propria voluntate obtulistis vos discrimini, benedicite Domino. 18.

Obtulerunt animas suas morti. 19.

Tulit itaque Manue hœdum de capris, & libamenta, & posuit super petram, offerens Domino, qui facit mirabilia. Iudic.13,19.1.Reg.1,24.

Offerat nummum argenteum & tortam panis. 1.Reg.2,36.

Offeres oblationem, & immoles victimas pacificas. † 10,8. † 13,10.

Non offeram Domino Deo meo holocausta gratuita. 2.Reg.24,24.

Et quæ ipse obtulerat. 4.Reg.12,18.

Si quis sponte offert, impleat manum suam hodie, & offerat quod voluerit Domino. 1.Paral.29,5.

Obtulit in eo mille hostias. 2.Par.1,6.

Ex quo cœperunt offerri primitiæ in domo Domini, comedimus, & saturati sumus, & remanserunt plurima. † 31,8.

Sponte obtulerunt in domum Dei. 1.Esd.2,68.

Offerant oblationes Deo cæli, & orent pro vita regis, & filiorum eius. † 6,10.

Obtulerunt in dedicationem domus Dei, vitulos centum, arietes ducentos, agnos quadringentos, hircos caprarum pro peccato totius Israel duodecim. 17.

Et feras argentum & aurum, quod rex & consiliatores eius sponte obtulerunt Deo Israel, cuius in Ierusalem tabernaculum est. † 7,15.

Argentum & aurum quod sponte oblatum est Domino Deo patrum nostrorum: vigilate & custodite. † 8,28.

Sortes ergo misimus super oblationem lignorum. 2.Esd.10,34.

In oblationem lignorum in temporibus constitutis, & in primitiuis. † 13,31.

Obtuli orationem tuam Domino. Tob.12,12.

Et quasi principi offeram eum. Iob 31, 37.

Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ, oblationes, & holocausta. Psal.50,21.

Hostiæ impiorum abominabiles, quia offeruntur ex scelere. Prou.21,27.

Immolantis ex iniquo oblatio est maculata. Eccli.34,21.

Oblatio iusti impinguat altare, & odor suauitatis est in conspectu Altissimi. † 35,8.

Oblatio autem Domini in manibus ipsorum, coram omni synagoga Israel, & consummatione fungens in ara, amplificare oblationem excelsi Regis. † 50,15.

Non obtulisti mihi arietem holocausti tui, & victimis tuis non glorificasti me. Isa.43,23.

Oblatus est, quia ipse voluit, & non aperuit os suum. † 53,7.

Omne pecus Cedar congregabitur tibi, arietes Nabaoth ministrabunt tibi: offerentur super placabili altari meo, & domum maiestatis meæ glorificabo. † 60,7.

Qui offert oblationem, quasi qui sanguinem suillum offerat. † 66,3.

Emite holocautomata, & thus, & facite manna, & offerte pro peccato ad aram Domini. Baruch 1,10.

Offerunt illud ad Bel, postulantes ab eo loqui. † 6,40.

Hi sunt ritus altaris, &c. vt offerant mihi vitulum de armento pro peccato. Ezech.43,18,22.

Quid dignum offeram Domino? curuabo genu Deo excelso? Mich.6,6.

Omnia quæ obtulerunt ibi, contaminata erunt. Agg.2,15.

Offertis super altare meum panem pollutum. Mal.1,7,8.

Statuo tibi omnes oblationes, quas remiserunt tibi ante me omnes reges. 1.Mach.15,5.

Annuntians expletionem dierum purificationis, donec offerretur pro vnoquoque eorum oblatio. Act.21,26.

Et obsequij mei oblatio accepta fiat in Ierusalem sanctis. Rom.15,31.

Tra-

Tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis. Ephes. 5,2.

Propterea debet quemadmodum pro populo, ita etiam & pro semetipso offerre pro peccatis. Heb. 5,3.

Hoc enim fecit semel, seipsum offerendo. † 7,27.

Quantò magis sanguis Christi, qui per Spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis? † 9,14.

Neque vt sæpè offerat semetipsum. 25.

Sic & Christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata; secundo sine peccato apparebit expectantibus se in salutem. 28.

Vna enim oblatione consummauit in sempiternum sanctificatos. † 10,14.

Fide obtulit Abraham Isaac, cùm tentaretur, & vnigenitum offerebat, qui susceperat repromissiones. † 11,17.

Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper Deo. † 13,15.

Vt nos offerret Deo, mortificatus quidem carne, viuificatus autem spiritu. 1. Pet. 3,18.

OFFICIVM.

Cumq; surrexisset ab officio funeris. Gen. 23,3.

Ego enim redditus sum officio meo. † 41,13.

Vestietur ea Aaron in officio ministerij. Exodi 28,35.

Vestes sanctas in ministerio Aaron sacerdoti, & filiis eius, vt fungantur officio suo in sacris. † 31,10.

Officium Leuitarum. Ipsi portabunt tabernaculum, *&c.* quisquis externorum accesserit, occidetur. Num. 1,50. † 3,6. † 16,35.

Officia quibus danda. Tuli de tribubus vestris viros sapientes & nobiles, & constitui eos principes, tribunos, & centuriones. Deut. 1,15.

Ne fortè moriatur in bello, & alius homo eius fungatur officio. † 20,6.

Filij Heli, filij Belial, nescientes Dominum, neque officium sacerdotum ad populum. 1. Regum 2,12. † 7,16. † 13,12.

Portabant ea qui præeundi habebant officium. 3. Reg. 14,28. 1. Par. 15,13. 2. Par. 19,6.

Non est tui officij Ozia vt adoleas incensum Domino, sed Sacerdotum, *&c.* statimque orta est lepra in fronte eius. 2. Par. 26,18. Iudith 8,21

In tantum vesaniæ proruperunt, vt eos, qui credita sibi officia diligenter obseruant, & ita cuncta agunt, vt omnium laude digni sint, mendaciorum cuniculis conentur subuertere. Esther. 16,5 Ezech. 34,4. Zach. 11,16.

Factum est vt impleti sunt dies officij eius, abiit in domum suam. Luc. 1,23. Heb. 9,6.

OG.

Tradidit ergo Dominus Deus noster in manibus nostris etiam Og regem Basan, & vniuersum populum eius. Deut. 3,3. Psal. 134,11.

OLEASTER.

Quòd si aliqui ex ramis fracti sunt, tu autem cùm oleaster esses, insertus es in illis, & socius radicis & pinguedinis oliuæ factus es, noli gloriari aduersus ramos. Rom. 11,17.

OLEO.

Vt quid mihi thus de Saba offertis, & calamum suaue olentem de terra longinqua? Ierem. 6,20.

OLEVM.

Tulit lapidem, quem supposuerat capiti suo, & erexit in titulum, fundens oleum desuper. Genes. 28,18.

Tollant mihi primitias ab omni homine, *&c.* oleum ad luminaria concinnanda: aromata in vnguentum. Exod. 25,6.

Præcipe filiis Israel vt afferant tibi oleum de arboribus oliuarum purissimum, piloque contusum? † 27,20.

Oleum vnctionis fundes super caput eius. † 29,7.

Oleo vnctionis asperges Aaron & vestes eius. 21.

Olei de oliuetis mensuram hin, faciesque vnctionis oleum sanctum. † 30,24. † 37,29.

Oleum de oliuis purissimum ac lucidum, ad concinnandas lucernas iugiter. Leuit. 24,2. Numer. 4,16.

Oleumque de saxo durissimo. Deut. 32,13.

Tingat in oleo pedem suum. † 33,24.

Tulit autem Samuel lenticulam olei, & effudit super caput eius [Saulis.] 1. Reg. 10,1.

Tulit ergo Samuel cornu olei, & vnxit eum [Dauidem] in medio fratrum eius. 16.

Sumpsitque Sadoch cornu olei de tabernaculo, & vnxit Salomonem. 3. Reg. 1,39.

Stetitque oleum. 4. Reg. 4,6.

Tenensque lenticulam olei fundes super caput eius. † 9,3.

Vt sex mensibus oleo vngerentur myrrhino. Esther 2,12.

Impinguasti in oleo caput meum. Psal. 22,5.

Oleo sancto meo vnxi eum. † 88,21.

Vt exhilaret faciem in oleo, & panis cor hominis confirmet. † 103,15.

Sicut oleum in ossibus eius. † 108,18.

Caro mea immutata est propter oleum. 24.

Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. † 140,5.

Omni tempore sint vestimenta tua candida, & oleum de capite tuo non deficiat. Eccles. 9,8.

Compleuit Moyses manus eius, & vnxit illum oleo sancto. Eccli. 45,18.

Darem eis coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu, pallium laudis pro spiritu mœroris. Isaiæ 61,3.

Laui te aqua, & emundaui sanguinem tuum ex

ex te: & vnxi te oleo. Ezech. 16, 9.

Fœdus cum Assyriis iniit, & oleum in Aegyptum ferebat. Oseæ 12, 1.

Isti sunt duo filij olei, qui assistunt dominatori vniuersæ terræ. Zach. 4, 14.

Date nobis de oleo vestro: quia lampades nostræ extinguuntur. Matth. 25, 8.

Oleo caput meum non vnxisti: hæc autem vnguento vnxit pedes meos. Luc. 7, 46.

Alligauit vulnera eius, infundens oleum & vinum. † 10, 34.

OLFACTORIOLUM.

Olfactoriola, & inaures, & annulos, & gemmas in fronte pendentes. Isa. 3, 19.

OLIVA.

Oliuas habebis in omnibus terminis tuis, & non vngêris oleo; quia defluent & peribunt. Deut. 28, 40.

Dixeruntque oliuæ: Impera nobis. quæ respondit eis: Numquid possum deserere pinguedinem meam, qua & dij vtuntur & homines, & venire vt inter ligna promouear? Iudic. 9, 8.

Fecit ostiola de lignis oliuarum. 3. Reg. 6, 31.

Terram oliuarum, & olei, ac mellis. 4. Regum 18, 32.

Quasi oliua proijciens florem suum. Iob 15, 33

Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei. Psal. 51, 10.

Filij tui sicut nouellæ oliuarum. † 127, 3.

Quasi oliua speciosa in campis. Eccli. 24, 19.

Quasi oliua pullulans, & cypressus in altitudinem se extollens. † 50, 11.

Quomodo si paucæ oliuę, quæ remanserunt, excutiantur ex olea. Isa. 24, 13. † 41, 19.

Oliuam vberem, pulchram, fructiferam, speciosam vocauit Dominus nomen tuum. Ierem. 11, 16.

Mulieres autem circumdatæ funibus in viis sedent, succendentes ossa oliuarum. Baruch 6, 42.

Septem infusoria lucernis, quæ erant super caput eius. Et duæ oliuæ super illud. Zach. 4, 2.

Scindetur Mons oliuarum ex media parte. † 14, 4.

Cùm sederet in Monte oliuarum. Mar. 13, 3.

Contra naturam insertus es in bonam oliuam. Rom. 11, 24.

Hi sunt duæ oliuæ & duo candelabra in conspectu Domini terræ stantes. Apoc. 11, 4.

OLIVETUM.

Oliueta vestra, & ficeta vestra comedit eruca: & non redistis ad me. Amos 4, 9. Habac. 3, 17.

Erat autem diebus docens in templo: noctibus verò exiens, morabatur in monte, qui vocatur Oliueti. Luc. 21, 37. Ioan. 8, 1. Act. 1, 12.

OLLA.

Quando sedebamus super ollas carnium, & comedebamus panem in saturitate. Exod. 16, 3. Num. 11, 4.

Pone ollam grandem, & coque pulmentum filiis prophetarum. 4 Reg. 4, 38.

De naribus eius procedit fumus, sicut ollæ succensæ atque feruentis. Iob 41, 11.

Moab olla spei meæ. Psal. 59, 10.

Ollam succensam ego video, & faciem eius à facie Aquilonis. Ier. 1, 13.

Pone ollam, pone inquam, & mitte in eam aquam. Ezech. 24, 3.

Væ ciuitas sanguinum, ollæ, cuius rubigo in ea est. 6.

Omnes vultus redigentur in ollam. Ioel. 2, 6.

OLUS.

Quemadmodum olera herbarum citò decident. Psal. 36, 2.

Melius est vocari ad olera cum charitate, quàm ad vitulum saginatum cum odio. Prou. 15, 17.

Decimatis mentham, & rutam, & omne olus. Luc. 11, 42.

Qui autem infirmus est, olus manducet. Rom. 14, 2.

OLYMPIAS.

Salutate, &c. & Olympiadem. Rom. 16, 15.

OLYMPIUS.

Contaminare etiam quod in Ierosolymis erat templum, & cognominare Iouis Olympij. 2. Mach. 6, 2.

OMEN.

Quod acceperunt viri pro omine. 3. Regum 20, 33.

OMITTO.

Reliquistis quæ grauiora sunt legis, iudicium, & misericordiam, & fidem. Hæc oportuit facere, & illa non omittere. Matth. 23, 23.

OMNIPOTENS.

Ego Deus omnipotens: ambula coram me, & esto perfectus. Gen. 17, 1.

Dominus quasi vir pugnator, Omnipotens nomen eius. Exod. 15, 3.

Ideò dispersit vos inter gentes, quæ ignorant eum, vt vos enarretis mirabilia eius, & faciatis scire eos, quia non est alius Deus omnipotens præter eum. Tob. 13, 4.

Quis est Omnipotens, vt seruiamus ei? & quid nobis prodest si orauerimus illum? Iob 21, 15.

Spiritus Dei fecit me, & spiraculum Omnipotentis viuificauit me. † 33, 4. Sap. 18, 15.

Vnus est altissimus Creator omnipotens, & Rex potens. Eccli. 1, 8.

Congregare illos in prælium ad diem magnum omnipotentis Dei. Apoc. 16, 14.

OMNIS.

Omnia simul in te vno habentes, te non debuimus dimittere à nobis. Tob. 10, 5.

Omnes declinauerunt. Psal. 52, 4.

Omnibus omnia factus sum, vt omnes face-

facerem saluos. 1. Cor. 9, 22.

Omnia & in omnibus, Christus. Col. 3, 11.

Decebat enim eum propter quem omnia, & per quem omnia. Heb. 2, 10.

ONAGER.

Tamquam pullum onagri, se liberum natum putat. Iob 11, 12.

Alij quasi onagri in deserto. † 24, 5.

Quis dimisit onagrum liberum, & vincula eius quis soluit? † 39, 5.

Potabunt omnes bestiæ agri, expectabunt onagri in siti sua. Psal. 103, 11.

Onager assuetus in solitudine, in desiderio animæ suæ attraxit ventum amoris sui: nullus auertet eam. Ier. 2, 24.

Onager solitarius sibi: Ephraim munera dederunt amatoribus. Oseæ 8, 9.

ONAN.

Filij Iuda: Her, Onan, & Sela. 1. Par. 2, 3.

ONESIMVS.

Obsecro te pro meo filio, quem genui in vinculis Onesimo. Philem. v. 10.

ONESIPHORVS.

Det misericordiam Dominus Onesiphori domui: quia sæpè me refrigerauit, & catenam meam non erubuit: sed cùm Romam venisset, sollicitè me quæsiuit, & inuenit. 2. Tim. 1, 16. † 4, 19.

ONIAS.

Simon Oniæ filius, sacerdos magnus, qui in vita sua suffulsit domum, & in diebus suis corroborauit templum. Eccli. 50, 1.

Hoc est rescriptum epistolarum, quod miserat Oniæ: Arius, rex Spartiatarum. 1. Mach. 12, 19.

Leges etiam adhuc optimè custodirentur, propter Oniæ Pontificis pietatem. 2. Mach. 3, 1.

Virgines, quæ conclusæ erant, procurrebant ad Oniam. 19.

Oniæ sacerdoti gratias age: nam propter eum Dominus tibi vitam donauit. 33.

Conquerentes de iniqua cæde Oniæ. † 4, 36.

Oniam, &c. & qui à puero in virtutibus exercitatus sit, manus protendentem, orare pro omni populo Iudæorum. † 15, 12.

ONOCENTAVRVS.

Occurrent dæmonia onocentauris. Isa. 34, 14.

ONOCROTALVS.

Possidebunt illam onocrotalus, & ericius: ibis & coruus habitabunt in ea. Isa. 34, 11.

ONVS.

Præposuit itaque eis magistros operum, vt affligerent eos oneribus. Exod. 1, 11. † 5, 4.

Leuiusq; sit tibi, partito in alios onere. † 18, 22.

Filiis autem Caath non dedit plaustra & boues: quia in Sanctuario seruiunt, & onera propriis portant humeris. Num. 7, 9.

Quare seruus tuus sit oneri domino meo regi? 2. Reg. 19, 35.

Fueruntque Salomoni septuaginta millia eorum, qui onera portabant. 3. Reg. 5, 15.

Concede mihi seruo tuo, vt tollam onus duorum burdonum de terra. 4. Reg. 5, 17.

Quòd Dominus onus hoc leuauerit super eum. † 9, 25.

Consolatores onerosi vos estis. Iob 16, 2.

Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meũ: & sicut onus graue grauatæ sunt super me. Psalmo 37, 5. Isa. 9, 4.

Auferetur onus eius de humero tuo, & iugum eius de collo tuo, & computrescet iugum à facie olei. Isa. 10, 27.

Onus Babylonis. † 13, 1.

Onus iumentorum Austri. † 30, 6. Ier. 17, 22.

Vos estis onus. proiiciã quippe vos. Ier. 23, 33

Onus erit vnicuique sermo suus: & peruertistis verba Dei viuentis. 36.

Super ducem onus istud, qui est in Ierusalem, & super omnem domum Israel. Ezech 12, 10.

Quiescent paulisper ab onere regis, & principum. Oseæ 8, 10. Nahum 1, 1. Habac. 1, 7.

Onus verbi Domini in terra Hadrach. Zachar. 9, 1.

Onus verbi Domini super Israel. † 12, 1.

Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue. Matth. 11, 30.

Alligant enim onera grauia, & importabilia, & imponunt in humeros hominum: digito autem suo nolunt ea mouere. † 23, 3. Act. 15, 28.

Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Gal. 6, 2.

Vnusquisque enim onus suum portabit. 5.

Cùm possemus vobis oneri esse, vt Christi Apostoli. 1. Thess. 2, 7. 2. Tim. 3, 6.

ONYX.

Sume tibi aromata, stacten, & onycha, galbanum boni odoris, & thus lucidissimum. Exodi 30, 34.

In deliciis paradisi Dei fuisti: omnis lapis pretiosus operimentum tuum: sardius, topazius, & iaspis, chrysolithus, & onyx. Ezech. 28, 13.

ONYCHINVS.

Ibi inuenitur bdellium, & lapis onychinus. Gen. 2, 12.

Vt tollant mihi primitias, &c. lapides onychinos, & gemmas ad ornandum ephod, ac rationale. Exod. 25, 7.

Sumesque duos lapides onychinos, & sculpes in eis nomina filiorum Israel. † 28, 9.

OOLIAB.

Impleui eum spiritu Dei; sapientia & intelligentia, &c. dedique ei socium Ooliab. Exo. 31, 6.

OOLLA.

Samaria Oolla, & Ierusalem Ooliba. Ezech. 23, 4.

OPACVS.

In monte solitudinis Ziph, in monte opaco. 1. Reg. 23, 14.

OPE-

OPERIO.

Reuersæque sunt aquæ, & operuerunt currus & equites cuncti exercitus. Exod.14,27.

Operimentum aliud tecto de pellibus arietum rubricatis. † 26.14 † 36,14.19.

Operiebat rursus faciem suam, si quando loqueretur ad eos. † 34.35.

Vas quod non habuerit operculum, nec ligaturam desuper, immundum erit. Num.19,15.

Operiemus eam sicut cadere solet ros super terram. 2.Reg.17,12.

Rex operuit caput suum, & clamabat voce magna: Fili mi Absalom, Absalom fili mi. † 19,4.

Elias, operuit vultum suum pallio, & egressus stetit in ostio speluncæ. 3.Reg.19,13.

Ne operias iniquitatem eorum, & peccatum eorum coram facie tua non deleatur, quia irriserunt ædificantes. 2.Esd.4,5.

Aman festinauit ire in domum suam, lugens, & operto capite. Esth.6,12. † 7,8.

Nudus est infernus coram illo, & nullum est operimentum perditioni. Iob 26,6.

Operuisti omnia peccata eorum. Psal.84,3.

Sicut opertorium mutabis eos. † 101,27.

Dicent montibus: Operite nos; & collibus: Cadite super nos. Oseæ 10,8.

Operuistis vos, & non estis calefacti. Agg.1,6.

Quòd si etiam opertum est Euangelium nostrum, in iis qui pereunt, est opertum. 2.Cor.4,3.

OPEROR, OPVS.

Posuit eum in paradiso voluptatis, vt operaretur & custodiret illum. Gen.2,15.

Nihil operis facietis in eis, exceptis his quæ ad vescendum pertinent. Exod.12,16.† 31,14.

Opus quod facere debeant. † 18,20.

Operas eius & impensas in Medicos restituat. † 21,19.

Non facies opera eorum, sed destrues eos, & confringes statuas eorum. † 23,24.

Cortinas, *&c.* variatas opere plumario facies. † 26,1.

Opus Domini terribile, quod facturus sum. † 34,10.

Opera ipsa non faciunt. Num.8,26.

Dies quoque septimus celeberrimus & sanctus erit vobis: omne opus seruile non facietis in eo. Num.28,25.

Opera Dei ignorantes à cultu eius desciscunt. Iosu.24,31. Iudic.2,6.

Cum Deo operatus est hodie. 1.Reg.14,45.

Opera eius bona sunt tibi valdè. † 19,4.

Operare igitur terrã tu & filij tui. 2.Reg.9,10.

Viri fortissimi, magnorum operum. † 23,20.

Elegitque rex Salomon operarios de omni Israel, & erat indictio triginta millia virorum, *&c.* decem millia per menses singulos vicissim. 3.Regum 5,13.

Opus basium interrasile erat. † 7,28.

Thronum de ebore grandem *&c.* non est factum tale opus in vniuersis regnis. † 10,20.

Qui nouit operari in auro, & argento, ære, & ferro. 2.Par.2,14.

Iram quidem Domini merebaris, sed bona opera inuenta sunt in te † 19,2,3.

Operatusque est [Ezechias] bonum, & rectum, & verum, coram Domino. † 31,20.

In omnibus operibus suis fecit [Ezechias] prosperè quæ voluit. † 31,30.

Opera quoque illius [Iosue] prima & nouissima scripta sunt in Libro regum. † 35,27.

Vt instarent super eos qui faciebant opus in templo Dei. 1.Esd.3,9.

Post omnia quæ venerunt super nos in operibus nostris pessimis, & in delicto nostro magno, quia tu Deus noster liberasti nos de iniquitate nostra. † 9,13.

Et prouocatum est cor populi huius ad operandum. 2.Esd.4,6.

Opus grande ego facio, & non possum descendere: ne fortè negligatur. † 6,3.

Facientes opera templi. † 11,12.

Sacramentum regis abscondere bonum est: opera autem Dei reuelare, & confiteri honorificum est. Tob.12,7.

Regemque sæculorum exaltate in operibus vestris. † 13,6.

Ierusalem ciuitas Dei, castigauit te Dominus in operibus manuum tuarum. 11.

Verebar omnia opera mea, sciens quòd non parceres delinquenti. Iob 9,28.

Operi manuum tuarum porriges dexteram. † 14,15.

Opus enim hominis reddet ei, & iuxta vias singulorum restituet eis. † 34,11.

Opus enim manuum eius sunt vniuersi. 19.

Indicabit eis opera eorum, & scelera eorum quia violenti fuerunt. † 36,9.

Qui in manu omnium hominum signat, vt nouerint singuli opera sua. † 37,7.

Opera Dei mira. Vbi eras quando ponebam fundamenta terræ, *&c.* quis conclusit ostiis mare? † 38,4,19,33.

Opus quod operatus es in diebus eorum. Psalmo 43,2.

Quàm terribilia sunt opera tua? † 65,3.

Venite, & videte opera Dei; terribilis in consiliis super filios hominum. 5.

Operatus est salutem in medio terræ. † 73,12.

In operibus manuum tuarum exultabo. Quàm magnificata sunt opera tua Domine? † 91,5.

Benedicite Domino omnia opera eius, in omni loco dominationis eius. † 102,22.

Exibit homo ad opus suum, & ad operationem suam vsque ad vesperam. † 103,23.

Ipsi viderunt opera Domini, & mirabilia eius in profundo. † 106,24.

Magna opera Domini. † 110,1.

Virtutem operum ſuorum annuntiabit populo ſuo. 6.

Non enim qui operantur iniquitatem, in viis eius ambulauerunt. † 118,3.

Opera manuum tuarum ne deſpicias † 137,8.

Mirabilia opera tua, & anima mea cognoſcit nimis. † 138,14.

Confiteantur tibi Domine omnia opera tua. † 144,10.

Opus iuſti ad vitam. Prou. 10,16.

Impius facit opus inſtabile. † 11,18.

Iuxta opera manuum ſuarum retribuetur ei. † 12,14.

Anima autē operantiū impinguabitur. † 13,4.

Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt Dominus: impium quoque ad diem malum. † 16,4.

Qui mollis & diſſolutus eſt in opere ſuo, frater eſt ſua opera diſſipantis. † 18,9.

Laudent eam in portis opera eius. † 31,31.

Magnificaui opera mea: ædificaui mihi domos. Eccleſ. 2,4.

Didici quòd omnia opera quæ fecit Deus perſeuerent in perpetuum. † 3,14.

Dulcis eſt ſomnus operanti, ſiue parum ſiue multum comedat. † 5,11.

Conſidera opera Dei, quòd nemo poſſit corrigere quem ille deſpexerit. † 7,14.

Ne feſtines recedere à facie eius, neque permaneas in opere malo. † 8,3.

Dedi cor meum in cunctis operibus quæ fiunt ſub ſole. 9.

Sunt iuſti quibus mala proueniunt, quaſi opera egerint impiorum. 14.

Quòd omnium operum Dei nullam poſſit homo inuenire rationem. 17.

Sunt iuſti atque ſapientes, & opera eorum in manu Dei: & tamen neſcit homo vtrùm amore an odio dignus ſit: ſed omnia in futurum ſeruantur incerta. † 9,1.

Quodcumque facere poteſt manus tua inſtanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia erunt apud inferos, quò tu properas. 10.

Et qua ratione compingantur oſſa in ventre prægnantis: ſic neſcis opera Dei, qui fabricator eſt omnium. † 11,5.

Qui interrogabit opera veſtra, & cogitationes ſcrutabitur. Sap. 6,4.

Odibilia opera tibi faciebant per medicamina, & ſacrificia iniuſta. † 12,4.

Neque operibus attendentes agnouerunt quis eſſet artifex † 13,1.

Aut ſi virtutem & opera eorum mirati ſunt, intelligant ab illis, quoniam qui hæc fecit fortior eſt illis. 4.

Noli citatus eſſe lingua tua, & inutilis, & remiſſus in operibus tuis. Eccli. 4,34.

Non oderis laborioſa opera, & ruſticationem creatam ab Altiſſimo. † 7,16.

Melior eſt qui operatur, & abundat in omnibus, quàm qui gloriatur & eget pane. † 10,30.

Mirabilia opera Altiſſimi ſolius, & glorioſa, & abſconſa, & inuiſa opera illius. † 11,4.

In fine hominis denudatio operum illius. 29.

Omne opus corruptibile in fine deficiet, & qui illud operatur, ibit cum illo. † 14,20.

Plurima illius opera ſunt in abſconſis: ſed opera iuſtitiæ eius quis enuntiabit? † 16,22.

Dico in æquitate ſpiritus virtutes, quas poſuit Deus in opera ſua ab initio. 25.

Poſuit oculum ſuum ſuper corda illorum, oſtendere illis magnalia operum ſuorum, vt nomen ſanctificationis collaudent. † 17,7.

Et omnia opera illorum velut ſol in conſpectu Dei. 16.

Quis ſufficit enarrare opera illius? † 18,2.

Operarius ebrioſus non locupletabitur. † 19,1.

Intuere in omnia opera Altiſſimi. † 33,15.

In omnibus operibus tuis præcellens eſto. Ne dederis maculam in gloria tua. 23.

Seruum inclinant operationes aſſiduæ. 27.

Donec reddat hominibus ſecundū actus ſuos, & ſecundùm opera Adæ, & ſecundùm præſumptionem illius. † 35,24.

Cum operario agrario de omni opere. † 37,13.

Opifices non immiſceant ſe rebus Eccleſiaſticis. Eccli. 38,26,37.

Opera omnis carnis coram illo, & non eſt quidquam abſconditum ab oculis eius. † 39,24.

Omnia opera Domini bona, & omne opus hora ſua ſubminiſtrabit. 39.

Vita ſibi ſufficientis operarij condulcabitur, & in ea inuenies theſaurum. † 40,18.

Memor ero igitur operum Domini, & quæ vidi annuntiabo. † 42,15.

Quàm deſiderabilia omnia opera eius, & tamquam ſcintilla, quæ eſt conſiderare? 23.

Operum Dei conſideratio, in cælo, luna, ſtellis, iride, niue, mari. † 43.

Deus autem non derelinquet miſericordiam ſuam, & non corrumpet nec delebit opera ſua, neque perdet à ſtirpe nepotes electi ſui. † 47,24.

Operamini opus veſtrum ante tempus, & dabit vobis mercedem veſtram in tempore ſuo. † 51,38.

Erit fortitudo veſtra, vt fauilla ſtuppæ, & opus veſtrum quaſi ſcintilla: & ſuccendetur vtrumque ſimul, & non erit qui extinguat. Iſa. 1,31.

Lyra, & tympanū, & tibia, & vinum in conuiuiis veſtris, & opus Domini non reſpicitis. † 5,12.

Feſtinet, & citò veniat opus eius, vt videamus: & appropiet, & veniat conſilium ſancti Iſrael. 19.

Secundùm magnitudinem operis, & viſitatio eorum: ad torrentem ſalicum ducent eos. † 15,7.

Non

Non erit Aegypto opus, quod faciat caput & caudam, incuruantem & refrenantem. † 19,15.

Domine dabis pacem nobis: omnia enim opera nostra operatus es nobis. † 26,12.

Vt faciat opus suum, alienum opus eius: vt operetur opus suum, peregrinum est opus eius ab eo. † 28,21.

Quorum sunt in tenebris opera, & dicunt: Quis videt nos, & quis nouit nos? Peruersa est hæc vestra cogitatio, quasi si lutum contra figulum cogitet, & dicat opus factori suo: Non fecisti me; & figmentum dicat fictori suo: Non intelligis. † 29,16.

Ecce merces eius cum eo, & opus illius coram illo. † 40,10.

Operabor, & quis auertet illud? † 43,13.

Numquid dicet lutum figulo suo: Quid facis, & opus tuum absque manibus est? † 45,9.

Ventura interrogate me, super filios meos, & super opus manuum mearum mandate mihi. 11.

Iudicium meum cum Domino: & opus meum cum Deo meo. † 49,4.

Ego annuntiabo iustitiam tuam, & opera tua non proderunt tibi. † 57,12.

Telæ eorum non erunt in vestimentum, neque operientur operibus suis: opera eorum opera inutilia, & opus iniquitatis in manibus eorum. † 59,6.

Dabo opus eorum in veritate, & fœdus perpetuum feriam eis. † 61,8.

Secundùm enim dies ligni erunt dies populi mei, & opera manuum eorum inueterabunt. † 65,22.

Opera eorum & cogitationes eorum venio vt congregem. † 66,18.

Opus artificis & manus ærarij. Ierem. 10,9.

Sed & vos peius operati estis quàm patres vestri: ecce enim vnusquisque ambulat post prauitatem cordis sui mali, vt me non audiat. † 16,12.

Et ad calumniam, & ad cursum mali operis. † 22,16.

Reddam eis secundùm opera eorum. † 25,14.

Operis boni merces. † 38,8,13. † 39,18.

Maledictus qui facit opus Domini fraudulenter. † 48,10.

Reddite ei secundùm opus suum, iuxta omnia quæ fecit. † 50,29.

Vana sunt opera, & risu digna. † 51,18.

Operari diis alienis, facientes mala ante oculos Domini Dei nostri. Baruch 1,22.

Opera facite regi Babylonis. † 2,21.

Nec est inuentio operum illorum? exterminati sunt, & ad inferos descenderunt. † 3,19.

Daniel autem postulauit à rege, & constituit super opera prouinciæ Babylonis Sidrach, Misach, & Abdenago. Dan 2,49.

Melius est mihi absque opere incidere in manus vestras, quàm peccare in conspectu Domini. † 13,23.

Iurauit Dominus in superbiam Iacob: Si oblitus fuero vsque ad finem omnia opera eorum. Amos 8, 7.

Quod est opus tuum, quæ terra tua, & quò vadis, vel ex quo populo es tu? Ionæ 1,8.

Vidit Deus opera eorum, quia conuersi sunt à via sua mala. † 3,10.

Opus factum est in diebus vestris, quod nemo credet cùm narrabitur. Hab. 1,5.

Opus tuum, in medio annorum viuifica illud. † 3,2.

Faciebant opus in domo Domini exercituum Dei sui. Agg. 1,14.

Percussi vos vento vrente, & aurugine, & grandine, omnia opera manuum vestrarum: & non fuit in vobis qui reuerteretur ad me. † 2,18.

Mementote operum patrum, quæ fecerunt in generationibus suis. 1. Mach. 2,51.

Præcepit Alcimus destrui muros domus sanctæ interioris, & destrui opera Prophetarum: & cœpit destruere. † 9,54.

Sic luceat lux vestra coram hominibus: vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est. Matth. 5,16.

Rogate ergo Dominum messis, vt mittat operarios in messem suam. † 9,38.

Dignus est enim operarius cibo suo. † 10,10.

Reddet vnicuique secundùm opera eius. † 16, 27.

Voca operarios, & redde illis mercedem. † 20,8.

Operare in vinea mea. Ille autem respondens, ait: Nolo. Posteà autem, pœnitentia motus, abiit. † 21,29.

Secundùm opera verò eorum nolite facere: dicunt enim, & non faciunt. † 23,3.

Dignus est enim operarius mercede sua. Lucæ 10,7.

Sex dies sunt in quibus oportet operari. † 13,14

Dilexerunt homines tenebras magis quàm lucem: erant enim eorum mala opera. Ioan. 3,19.

Pater meus vsque modò operatur, & ego operor. † 5,17.

Maiora his demonstrabit ei opera, vt vos miremini. 20.

Ipsa opera, quæ ego facio, testimonium perhibent de me. 36.

Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam. † 6,27.

Hoc est opus Dei vt credatis in eum, quem misit ille. 29.

Vade in Iudæam, vt & discipuli tui videant opera tua quæ facis. † 7,3.

Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. † 8,39.

Neque hic peccauit, neque parentes eius, sed

Magna opera Domini. † 110,1.
Virtutem operum suorum annuntiabit populo suo. 6.
Non enim qui operantur iniquitatem, in viis eius ambulauerunt. † 118,3.
Opera manuum tuarum ne despicias † 137,8.
Mirabilia opera tua, & anima mea cognoscit nimis. † 138,14.
Confiteantur tibi Domine omnia opera tua. † 144,10.
Opus iusti ad vitam. Prou. 10,16.
Impius facit opus instabile. † 11,18.
Iuxta opera manuum suarum retribuetur ei. † 12,14.
Anima autẽ operantiũ impinguabitur. † 13,4.
Vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus: impium quoque ad diem malum. † 16,4.
Qui mollis & dissolutus est in opere suo, frater est sua opera dissipantis. † 18,9.
Laudent eam in portis opera eius. † 31,31.
Magnificaui opera mea: ædificaui mihi domos. Eccles. 2,4.
Didici quòd omnia opera quæ fecit Deus perseuerent in perpetuum. † 3,14.
Dulcis est somnus operanti, siue parum siue multum comedat. † 5,11.
Considera opera Dei, quòd nemo possit corrigere quem ille despexerit. † 7,14.
Ne festines recedere à facie eius, neque permaneas in opere malo. † 8,3.
Dedi cor meum in cunctis operibus quæ fiunt sub sole. 9.
Sunt iusti quibus mala proueniunt, quasi opera egerint impiorum. 14.
Quòd omnium operum Dei nullam possit homo inuenire rationem. 17.
Sunt iusti atque sapientes, & opera eorum in manu Dei: & tamen nescit homo vtrùm amore an odio dignus sit: sed omnia in futurum seruantur incerta. † 9,1.
Quodcumque facere potest manus tua instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quò tu properas. 10.
Et qua ratione compingantur ossa in ventre prægnantis: sic nescis opera Dei, qui fabricator est omnium. † 11,5.
Qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur. Sap. 6,4.
Odibilia opera tibi faciebant per medicamina, & sacrificia iniusta. † 12,4.
Neque operibus attendentes agnouerunt quis esset artifex † 13,1.
Aut si virtutem & opera eorum mirati sunt, intelligant ab illis, quoniam qui hæc fecit fortior est illis. 4.
Noli citatus esse lingua tua, & inutilis, & remissus in operibus tuis. Eccli. 4,34.
Non oderis laboriosa opera, & rusticationem creatam ab Altissimo. † 7,16.
Melior est qui operatur, & abundat in omnibus, quàm qui gloriatur & eget pane. † 10,30.
Mirabilia opera Altissimi solius, & gloriosa, & absconsa, & inuisa opera illius. † 11,4.
In fine hominis denudatio operum illius. 29.
Omne opus corruptibile in fine deficiet, & qui illud operatur, ibit cum illo. † 14,20.
Plurima illius opera sunt in absconsis: sed opera iustitiæ eius quis enuntiabit? † 16,22.
Dico in æquitate spiritus virtutes, quas posuit Deus in opera sua ab initio. 25.
Posuit oculum suum super corda illorum, ostendere illis magnalia operum suorum, vt nomen sanctificationis collaudent. † 17,7.
Et omnia opera illorum velut sol in conspectu Dei. 16.
Quis sufficit enarrare opera illius? † 18,2.
Operarius ebriosus non locupletabitur. † 19,1.
Intuere in omnia opera Altissimi. † 33,15.
In omnibus operibus tuis præcellens esto. Ne dederis maculam in gloria tua. 23.
Seruum inclinant operationes assiduæ. 27.
Donec reddat hominibus secundũ actus suos, & secundùm opera Adæ, & secundùm præsumptionem illius. † 35,24.
Cum operario agrario de omni opere. † 37,13.
Opifices non immisceant se rebus Ecclesiasticis. Eccli. 38,26,37.
Opera omnis carnis coram illo, & non est quidquam absconditum ab oculis eius. † 39,24.
Omnia opera Domini bona, & omne opus hora sua subministrabit. 39.
Vita sibi sufficientis operarij condulcabitur, & in ea inuenies thesaurum. † 40,18.
Memor ero igitur operum Domini, & quæ vidi annuntiabo. † 42,15.
Quàm desiderabilia omnia opera eius, & tamquam scintilla, quæ est considerare? 23.
Operum Dei consideratio, in cælo, luna, stellis, iride, niue, mari. † 43.
Deus autem non derelinquet misericordiam suam, & non corrumpet nec delebit opera sua, neque perdet à stirpe nepotes electi sui. † 47,24.
Operamini opus vestrum ante tempus, & dabit vobis mercedem vestram in tempore suo. † 51,38.
Erit fortitudo vestra, vt fauilla stuppæ, & opus vestrum quasi scintilla: & succendetur vtrumque simul, & non erit qui extinguat. Isa. 1,31.
Lyra, & tympanũ, & tibia, & vinum in conuiuiis vestris, & opus Domini non respicitis. † 5,12.
Festinet, & citò veniat opus eius, vt videamus: & appropiet, & veniat consilium sancti Israel. 19.
Secundùm magnitudinem operis, & visitatio eorum: ad torrentem salicum ducent eos. † 15,7.

Non

Non erit Aegypto opus, quod faciat caput & caudam, incuruantem & refrenantem. † 19,15.

Domine dabis pacem nobis: omnia enim opera nostra operatus es nobis. † 26,12.

Vt faciat opus suum, alienum opus eius: vt operetur opus suum, peregrinum est opus eius ab eo. † 28,21.

Quorum sunt in tenebris opera, & dicunt: Quis videt nos, & quis nouit nos? Peruersa est hæc vestra cogitatio, quasi si lutum contra figulum cogitet, & dicat opus factori suo: Non fecisti me; & figmentum dicat fictori suo: Non intelligis. † 29,16.

Ecce merces eius cum eo, & opus illius coram illo. † 40,10.

Operabor, & quis auertet illud? † 43,13.

Numquid dicet lutum figulo suo: Quid facis, & opus tuum absque manibus est? † 45,9.

Ventura interrogate me, super filios meos, & super opus manuum mearum mandate mihi. 11.

Iudicium meum cum Domino: & opus meum cum Deo meo. † 49,4.

Ego annuntiabo iustitiam tuam, & opera tua non proderunt tibi. † 57,12.

Telæ eorum non erunt in vestimentum, neque operientur operibus suis: opera eorum opera inutilia, & opus iniquitatis in manibus eorum. † 59,6.

Dabo opus eorum in veritate, & fœdus perpetuum feriam eis. † 61,8.

Secundùm enim dies ligni erunt dies populi mei, & opera manuum eorum inueterabunt. † 65,22.

Opera eorum & cogitationes eorum venio vt congregem. † 66,18.

Opus artificis & manus ærarij. Ierem. 10,9.

Sed & vos peius operati estis quàm patres vestri: ecce enim vnusquisque ambulat post prauitatem cordis sui mali, vt me non audiat. † 16,12.

Et ad calumniam, & ad cursum mali operis. † 22,16.

Reddam eis secundùm opera eorum. † 25,14.

Operis boni merces. † 38,8,13. † 39,18.

Maledictus qui facit opus Domini fraudulenter. † 48,10.

Reddite ei secundùm opus suum, iuxta omnia quæ fecit. † 50,29.

Vana sunt opera, & risu digna. † 51,18.

Operari diis alienis, facientes mala ante oculos Domini Dei nostri. Baruch 1,22.

Opera facite regi Babylonis. † 2,21.

Nec est inuentio operum illorum? exterminati sunt, & ad inferos descenderunt. † 3,19.

Daniel autem postulauit à rege, & constituit super opera prouinciæ Babylonis Sidrach, Misach, & Abdenago. Dan 2,49.

Melius est mihi absque opere incidere in manus vestras, quàm peccare in conspectu Domini. † 13,23.

Iurauit Dominus in superbiam Iacob: Si oblitus fuero vsque ad finem omnia opera eorum. Amos 8, 7.

Quod est opus tuum, quæ terra tua, & quò vadis, vel ex quo populo es tu? Ionæ 1,8.

Vidit Deus opera eorum, quia conuersi sunt à via sua mala. † 3,10.

Opus factum est in diebus vestris, quod nemo credet cùm narrabitur. Hab. 1,5.

Opus tuum, in medio annorum viuifica illud. † 3,2.

Faciebant opus in domo Domini exercituum Dei sui. Agg. 1,14.

Percussi vos vento vrente, & aurugine, & grandine, omnia opera manuum vestrarum: & non fuit in vobis qui reuerteretur ad me. † 2,18.

Mementote operum patrum, quæ fecerunt in generationibus suis. 1. Mach. 2,51.

Præcepit Alcimus destrui muros domus sanctæ interioris, & destrui opera Prophetarum: & cœpit destruere. † 9,54.

Sic luceat lux vestra coram hominibus: vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est. Matth. 5,16.

Rogate ergo Dominum messis, vt mittat operarios in messem suam. † 9,38.

Dignus est enim operarius cibo suo. † 10,10.

Reddet vnicuique secundùm opera eius. † 16,27.

Voca operarios, & redde illis mercedem. † 20,8.

Operare in vinea mea. Ille autem respondens, ait: Nolo. Posteà autem, pœnitentia motus, abiit. † 21,29.

Secundùm opera verò eorum nolite facere: dicunt enim, & non faciunt. † 23,3.

Dignus est enim operarius mercede sua. Lucæ 10,7.

Sex dies sunt in quibus oportet operari. † 13,14

Dilexerunt homines tenebras magis quàm lucem: erant enim eorum mala opera. Ioan. 3,19.

Pater meus vsque modò operatur, & ego operor. † 5,17.

Maiora his demonstrabit ei opera, vt vos miremini. 20.

Ipsa opera, quæ ego facio, testimonium perhibent de me. 36.

Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam. † 6,27.

Hoc est opus Dei vt credatis in eum, quem misit ille. 29.

Vade in Iudæam, vt & discipuli tui videant opera tua quæ facis. † 7,3.

Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. † 8,39.

Neque hic peccauit, neque parentes eius, sed

vt manifestentur opera Dei in illo. † 9,3.

Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est. 4.

Opera quæ ego facio in nomine Patris mei, hæc testimonium perhibent de me. † 10,25.

Multa bona opera ostendi vobis ex Patre meo, propter quod eorum opus me lapidatis? 32.

Si mihi nō vultis credere, operibus credite. 38.

Qui credit in me, opera quæ ego facio, faciet, & maiora horum faciet. † 14,12.

Alioquin propter opera ipsa credite. 12.

Si opera non fecissem in eis quę nemo alius fecit, peccatum non haberent. † 15,24.

Hæc [Tabitha] erat plena operibus bonis, & eleemosynis quas faciebat. Act.9,36.

Quia opus operor ego in diebus vestris, opus quod non credetis si quis enarrauerit vobis. † 13,41.

Iis quidem qui secundùm patientiam boni operis, gloriam, & honorem & incorruptionem quærunt, vitam æternam. Rom.2,7.

Ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo. † 3,20.

Arbitramur enim iustificari hominem per fidem sine operibus legis. 28.

Ei autem qui operatur, merces imputatur non secundùm gratiam, sed secundùm debitū. † 4,4.

Iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. † 7,17.

Abiiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis. † 13,12.

Vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit. 1.Cor.3,13.

Si cuius opus arserit detrimentum patietur: ipse autē saluus erit, sic tamen quasi per ignem. 15.

Laboramus operantes manibus nostris. † 4,12.

Et diuisiones operationum sunt, idem verò Deus, qui operatur omnia in omnibus. † 12,6.

Non potest autem oculus dicere manui: Opera tua non indigeo. 21.

Sufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum. 2.Cor.9,8.

Ex operibus legis spiritum accepistis, an ex auditu fidei? Gal.3,2.

Qui ergo tribuit vobis Spiritum, & operatur virtutes in vobis: ex operibus legis, an ex auditu fidei? 5.

Opus autem suum probet vnusquisque, & sic in semetipso tantùm gloriam habebit, & non in altero. † 6,4.

Qui operatur omnia secundùm consilium voluntatis suæ. Ephes. 1,11.

Dei enim donum est, non ex operibus, vt ne quis glorietur. † 2,9.

Qui furabatur, iam non furetur: magis autem laboret, operando manibus, vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti. † 4,28.

Nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem redarguite. † 5,11.

Qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet vsque in diem Christi Iesu. Philip.1,6.

Deus enim est, qui operatur in vobis & velle & perficere pro bona voluntate. † 2,13.

Propter opus Christi vsque ad mortem accessit, tradens animam suam, vt impleret id, quod ex vobis deerat erga meum obsequium. 30.

Vt quieti sitis, & vt vestrum negotium agatis, & operemini manibus vestris. 1.Thess.4,11.

Si quis non vult operari, nec manducet. 2.Thess.3,10.

In operibus bonis testimonium habens. 1.Timoth.5,9.

Dignus est operarius mercede sua. 18.

Vocauit vocatione sua sancta, non secundùm opera nostra, sed secundùm propositum suum. 2.Tim.1,9.

Sollicitè cura teipsum probabilem exhibere Deo, operarium inconfusibilem, rectè tractantem verbum veritatis. † 2,15.

Opus fac Euangelistæ, ministerium tuum imple. Sobrius esto. † 4,5.

Ad omne opus bonum paratos esse. Tit.3,1.

Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos. Tit.3,5.

Vt curent bonis operibus præesse, qui credunt Deo. 8.

Non enim iniustus est Deus, vt obliuiscatur operis vestri, & dilectionis quam ostendistis in nomine ipsius, qui ministrastis sanctis. Heb.6,10.

Consideremus inuicem in prouocationem charitatis & bonorum operum. † 10,24.

Quid proderit fratres mei si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat? numquid poterit fides saluare eum. Iac.2,14.

Ostende mihi fidem tuam sine operibus, & ego ostendam tibi ex operibus fidem meam. 18.

Videtis quoniam ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantùm? 24.

Ex bonis operibus vos considerantes glorificent Deum. 1.Pet.2,12.

Magis satagite vt per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis. 2.Petri 1,10.

In hoc apparuit filius Dei, vt dissoluat opera diaboli. 1.Ioan 3,8.

Opera eius maligna erant, fratris autem iusta, 12.

Videte vosmetipsos, ne perdatis quæ operati estis: sed vt mercedem plenam accipiatis. 2.Ioan.v.8.

Scio opera tua, & laborem, & patientiam tuam, & quia non potes sustinere malos. Apoc.2,2.

Memor esto itaque vnde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac. 5.

Noui opera tua, & fidem, & charitatem tuam, & ministerium, & patientiam tuam, & opera tua no-

nouissima plura prioribus. 19.

Dabo vnicuique vestrûm secundùm opera sua. 23.

Non enim inuenio opera tua plena coram Deo meo. † 3,2.

Amodò iam dicit Spiritus vt requiescant à laboribus suis: opera enim eorum sequuntur illos. † 14,13.

Magna & mirabilia sunt opera tua Domine Deus omnipotens. † 15,3.

OPES.

Omnes opes Aegypti vestræ erunt. Gen. 45,20. Iudic. 18,7.

Homo potens, & magnarum opum, nomine Booz. Ruth 2,1.

Cum magnis opibus, & camelis qui portabant aromata, & auri plurimum, gemmasque pretiosas. 2. Par. 9,1.

Ego ille quondam opulentus, repentè contritus sum. Iob 16,13.

Alius verò moritur in amaritudine animæ absque vllis opibus. † 21,25.

Melior est acquisitio eius [sapientiæ] negotiatione argenti, & auri primi & purissimi fructus eius: pretiosior est cunctis opibus. Prou. 3,14.

Mecum sunt diuitiæ, & gloria, opes superbæ, & iustitia. † 8,18.

Ne erigas oculos tuos ad opes, quas non potes habere. † 23,5.

Supergressus sum opibus omnes, qui ante me fuerunt in Ierusalem. Eccles. 2,9.

Vbi multæ sunt opes, multi & qui comedunt eas. † 5,10.

Non zeles gloriam & opes peccatoris: non enim scis quæ futura sit illius subuersio. Eccli. 9,16.

Non obliuiscaris amici tui in animo tuo, & non immemor sis illius in opibus tuis. † 37,6. Isa. 32,18.

Animas deuorauerunt, opes & pretium acceperunt. Ezech. 22,25.

Vastabunt opes tuas, diripient negotiationes tuas: & destruent muros tuos, & domos tuas præclaras subuertent. † 26,12.

In multitudine diuersarum opum, in vino pingui, in lanis coloris optimi. † 27,18.

Contrita es à mari, in profundis aquarum opes tuæ. 34.

Quartus ditabitur opibus nimiis super omnes. Dan. 11.2,13,28.

Væ qui opulenti estis in Sion. Amos 6,1. 1. Mach. 4,23.

Ira magna ego irascor super gentes opulentas. Zach. 1,15. † 7,7.

OPHIR.

Classis Hiram, quæ portabat aurum de Ophir, attulit de Ophir ligna thyina multa nimis, & gemmas pretiosas. 3. Reg. 10,11.

Tria millia talenta auri de auro Ophir: & septem millia talentorum argenti probatissimi, ad deaurandos parietes templi. 1. Par. 29,4. 2. Paral. 9,10.

OPHNI.

Duo filij tui mortui sunt, Ophni & Phinees. 1. Reg. 4,17.

OPINIO.

Abiit opinio eius in totam Syriam. Mat. 4,24.

Cùm audieritis autem bella, & opiniones bellorum, ne timueritis. Mar. 13,7.

OPITVLOR.

Dij eorum, in quibus habebant fiduciam, &c. surgant & opitulentur vobis. Deut. 32,38.

Gratias curationum, opitulationes, gubernationes. 1. Cor. 12,28.

OPORTET.

Decimatis mentham, &c. præteritis iudicium & charitatem Dei: hæc autem oportuit facere, & illa non omittere. Luc. 11,42.

Nónne hæc oportuit pati Christum? † 24,26.

OPPANDO.

Extra velum quod oppansum est testimonio. Exod. 27,21. † 35,12.

OPPIDVM.

Egressus est Hiram de Tyro, vt videret oppida quæ dederat ei Salomon, & non placuerunt ei. 3. Reg. 9,12.

OPPILO.

Omnis iniquitas oppilabit os suū. Psal. 106,42. 1. Mach. 2,36.

OPPONO.

Et superiorem molam: quia animam suam opposuit tibi. Deut. 24,6.

Domos nostras opponamus, & accipiamus frumentum in fame. 2. Esd. 5,3.

Nec excelsi gigantes opposuerunt se illi, sed Iudith. Iudith 16,8.

Opposuisti nubem tibi ne transeat oratio. Thren. 3,44.

Non ascendistis ex aduerso, neque opposuistis murum pro domo Israel, vt staretis in prælio in die Domini. Ezech. 13,5.

Virum, qui interponeret sepem, & staret oppositus contra me pro terra, ne dissiparem eam: & non inueni. Et effudi super eos indignationem meam. † 22,30.

Deuitans profanas vocum nouitates, & oppositiones falsi nominis scientiæ. 1. Tim. 6,20.

OPPORTVNVS.

Adiutor in opportunitatibus. Psal. 9,10. † 10,1.

Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno. † 32,6. † 144,15.

Lætatur homo in sententia oris sui: & sermo opportunus est optimus. Prou. 15,23.

Omni negotio tempus est, & opportunitas, & multa hominis afflictio. Eccles. 8,6.

Recitari Domino, in die solemni, & in die opportuno. Baruch 1,14. 2. Mach. 4,32.

Cùm

Cùm dies opportunus accidisset, Herodes natalis sui cœnam fecit principibus. Mar.6,21. Luc.22,6.

Prædica verbum, insta opportunè, importunè: argue, obsecra. 2.Timoth.4,2.

Et gratiam inueniamus in auxilio opportuno. Heb.4,16.

Terra, &c. generans herbam opportunam illis, à quibus colitur; accipit benedictionem à Deo. †6,7.

OPPRIMO.

Rapuit, & dormiuit cum illa, vi opprimens virginem. Gen.34,2.

Populus filiorum Israel multus, & fortior nobis est. Venite, sapienter opprimamus eum, ne fortè multiplicetur. Exod.1,10.

Quantoque opprimebant eos, tantò magis multiplicabantur, & crescebant. 12.

Sis semper calumniam sustinens & oppressus cunctis diebus. Deut.28,33.

Opprimantur operibus & expleant ea, vt non acquiescant verbis mendacibus. †5,8.

Fecerunt autem filij Israel malum in conspectu Domini: qui tradidit illos in manu Madian septem annis, & oppressi sunt valdè ab eis. Iudic.6,2.

Si oppressi aliquem. 1.Reg.1,13.

Conuenerunt ad eum [Dauidem] omnes, qui erant in angustia constituti, & oppressi ære alieno. †22,2. 2.Reg.13,12.

Virum, qui attriuit nos, & oppressit iniquè, ita delere debemus, vt ne vnus quidem residuus sit de stirpe eius in cunctis finibus Israel. 2.Regum 21,5.

Mortuus est autem filius mulieris huius nocte, dormiens quippe oppressit eum. 3.Reg.3,19. 2.Par.4,10.

Etiam reginam vult opprimere, me præsente, in domo mea. Esther 7,8.

Concussit quatuor angulos domus, quæ corruens oppressit liberos tuos, & mortui sunt. Iob 1,19.

Effundit despectionem super principes, eos, qui oppressi fuerant, releuans. †12,21. †22,8.

Oppresserunt pariter mansuetos terræ. †24,4.

Non te ergo superet ira, vt aliquem opprimas. †36,18.

Qui autem inuestigator malorum est, opprimetur ab eis. Prou.11,27. †25,27.

Dux indigens prudentia, multos opprimet per calumniam. †28,16.

Opprimamus pauperem iustum, & non parcamus viduæ. Sap.2,10.

Noli esse sicut leo in domo tua, euertens domesticos tuos, & opprimẽs subiectos tibi. Eccli.4,36.

Multi potentes oppressi sunt validè, & gloriosi traditi sunt in manus alterorum. †11,6. †40,9.

Subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam. Isaiæ 1,17.

Iniustitiam scripserunt: vt opprimerent in iudicio pauperes, & vim facerent causæ humilium populi mei. †10,1. †24,12.

Iudicate manè iudicium, & eruite vi oppressum de manu calumniantis. Ierem.21,12. †22,3 Thren.1,4. Ezech.22,12,29. Dan.13,53.

Qui calumniantur mercedem mercenarij, viduas, & pupillos, & opprimunt peregrinum, nec timuerũt me. Mal.3,5. 1.Mach.5,44. Luc.11,53.

Qui pertransiit benefaciendo, & sanando omnes oppressos à diabolo. Act.10,38.

Nonne diuites per potentiam opprimunt vos? Iac.2,6.

Iustum Lot oppressum à nefandorum iniuria ac luxuriosa conuersatione eripuit. 2.Pet.2,7.

OPPROBRIVM.

Peperit filium, dicens: Abstulit Deus opprobrium meum. Gen.30,23.

Postquam autem omnes circumcisi sunt, &c. hodie abstuli opprobrium Aegypti à vobis. Vocatumque est nomen loci illius Galgala. Ios.5,9.

Opprobrium belli causa. Percusseruntque viri Galaad Ephraim, quia dixerat: Fugitiuus est Galaad de Ephraim, &c. Et ceciderunt in illo tempore de Ephraim quadraginta duo millia. Iudic.12,4,6.

Vt eruam omnium vestrũm oculos dextros, ponamque vos opprobrium in vniuerso Israel. 1.Reg.11,2.

Quid dabitur viro, qui percusserit Philisthęum hunc, & tulerit opprobrium de Israel? †17,26.

Vadam & auferam opprobrium populi: quoniam quis est Philisthęus incircumcisus, qui ausus est maledicere exercitui Dei viuentis? 36.

Benedictus Dominus, qui iudicauit causam opprobrij mei de manu Nabal. †25,39.

Ego enim ferre non potero opprobrium meum: & tu eris quasi vnus de insipientibus in Israel. 2.Reg.13,13.

Aedificemus muros Ierusalem, & non simus vltrà opprobrium. 2.Esd.2,17.

Audi Deus noster, quia facti sumus despectui: conuerte opprobrium super caput eorum, & da eos in despectionem in terra captiuitatis. †4,4.

Et fierent opprobrium Gentibus. Iudith 4,10. †5,25.

Quàm moriamur, & simus opprobrium omni carni, cùm viderimus vxores nostras, & infantes nostros mori ante oculos nostros. †7,16.

Contra me erigimini, & arguitis me opprobriis meis. Iob 19,5.

Opprobrium non accepit aduersus proximos suos. Psal.14,3.

Ego autem sum vermis, & non homo: opprobrium hominum & abiectio plebis. †21,7.

Factus sum opprobrium, & vicinis meis valdè, & ti-

& timor notis meis. † 31,12. † 41,12. † 78,4.

Opprobrium insipienti dedisti me. † 38,9.

Dedit in opprobrium conculcantes me. † 56,4.

Propter te sustinui opprobrium, operuit confusio faciem meam. † 68,8.

Opprobrium sempiternum dedit illis. † 77,66.

Memor esto Domine opprobrij seruorum tuorum. † 88,50.

Et ego factus sum opprobrium illis. † 108,25.

Aufer à me opprobrium & contemptum. † 118,22,39.

Multùm repleta est anima nostra, opprobrium abundantibus, & despectio superbis. † 122,4.

Opprobrium illius [adulteri] non delebitur. Prou.6,33.

Opprobrium nequam in homine mendacium. Eccli.20,26.

De patre impio queruntur filij, quoniam propter illum sunt in opprobrio. † 41,10.

Numquid non occidit gigantem, & abstulit opprobrium de gente? † 47,4.

Tantummodò inuocetur nomen tuum super nos, aufer opprobrium nostrum. Isa.4,1.

Auferet Dominus Deus lacrymam ab omni facie, & opprobrium populi sui auferet de vniuersa terra. † 25,8.

Nolite timere opprobrium hominum, & blasphemias eorum ne metuatis. † 51,7.

Ne des nos in opprobrium propter nomen tuum, neque facias nobis contumeliam solij gloriæ tuæ. Ier.14,21.

Noli in patientia tua suscipere me: scito quoniam sustinui propter te opprobrium. † 15,15.

Factus est mihi sermo Domini in opprobrium, & in derisum tota die. † 20,8.

Quia non intellexerunt opprobrium sempiternum, quod numquam delebitur. 11.

Dabo vos in opprobrium sempiternum, & in ignominiam æternam, quæ numquam obliuione delebitur. † 23,40.

Dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobriis. Thren.3,30.

Recordare Domine quid acciderit nobis: intuere, & respice opprobrium nostrum. † 5,1.

Dabo te in desertum, & in opprobrium Gentibus. Ezech.5,14.

Opprobrium filiarum Syriæ. † 16,57.

Dedi te in opprobrium Gentibus, & irrisionem vniuersis terris. † 22,4.

Propter peccata enim nostra, & iniquitates patrum nostrorum, Ierusalem, & populus tuus in opprobrium sunt omnibus per circuitum nostrum. Dan.9,16.

Euigilabunt: alij in vitam æternam, & alij in opprobrium vt videant semper. † 12,2.

Mittam vobis frumentum, & vinum, & oleum, & replebimini eis, & non dabo vos vltrà opprobrium in Gentibus. Ioel.2,19.

Quibus respexit auferre opprobrium meum inter homines. Luc.1,25.

Magnum certamen sustinuistis passionum, & in altero quidem opprobriis & tribulationibus spectaculum facti: in altero autem socij taliter conuersantium effecti. Heb.10,33.

OPPVGNO.

Fœdus inire noluerit, & cœperit contra te bellum, oppugnabis eam. Deut.20,12.

Oppugnabat eum in Abela. 2.Reg.20,15.

Inuocauit Altissimũ potentem in oppugnando inimicos vndique. Eccli.46,6. 19. 1.Mach.9,64.

OPTIMATES.

Misit ad maiores natu, & optimates. 3.Regum 21,8.

Percussit igitur Iehu, *&c.* Optimates eius, & notos, & sacerdotes, donec non remanerent ex eo reliquiæ. 4.Reg.10,11.

Optimates autem eorum non supposuerunt colla sua in opere Domini sui. 2.Esd.3,5.

Optimatum Iudæorum epistolæ mittebantur ad Tobiam, & à Tobia veniebant ad eos. † 6,16.

Ducit sacerdotes inglorios, & optimates supplantat. Iob 12,19.

Ibo igitur ad optimates, & loquar eis: ipsi enim cognouerunt viam Domini, iudicium Dei sui, & ecce magis hi confregerunt iugum, ruperunt vincula. Ier.5,5. † 25,34. † 41,1.

Sed & optimates eius turbabantur. Dan.5,9,23.

Obsignauit rex annulo suo, & annulo optimatum suorum. † 6,17.

Optimates capita populorum, ingredientes pompaticè domum Israel. Amos 6,1.

Super inclytos eius miserunt sortem, & omnes optimates eius confixi sunt in compedibus. Nahum 3,10.

OPTIMVS.

Ex ordine tibi scribere, optime Theophile. Luc.1,3.

Vnum est necessarium. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. † 10,42.

Claudius Lysias optimo Præsidi, Felici, salutem. Act.23,26. † 24,3. † 26,25.

OPTIO.

Optionem dat maior minori. Si ad sinistrã ieris, ego dexteram tenebo, si tu dexteram elegeris, ego ad sinistram pergam. Gen.13,9.

Sin autem malum vobis videtur, vt Domino seruiatis, optio vobis datur: eligite hodie quod placet, cui seruire potissimùm debeatis. Ios.24,15.

Trium tibi datur optio, *&c.* aut septem annis veniet tibi fames in terra tua: aut tribus mensibus fugies aduersarios tuos, & illi te persequentur: aut certè tribus diebus erit pestilentia in terra tua. 2.Reg.24,13.

Euersa Ierusalem optio datur Ieremiæ à Chaldæis eundi quò vult. Ier.40,4.

OPTO.

Recede paululùm ab eo vt quiescat, donec optata veniat. Iob 14,6.

Optaui, & datus est mihi sensus. Sap.7,7.

Opto apud Deum, & in modico, & in magno, non tantum te, sed etiam omnes qui audiunt, hodie fieri tales, qualis & ego sum, exceptis vinculis his. Act.26,29. Rom.9,6.

ORA.

Duas oras iunctas habebit [superhumerale] in vtroque latere. Exod.28,7.

Præcidit oram chlamydis Saul silenter. 1.Regum 24,5. Psal.132,2.

ORBIS.

Domini enim sunt cardines terræ, & posuit super eos orbem. 1.Reg.2,8. 2.Reg.22,16.

Ipse enim fundauit orbem immobilem. 1.Paral.16,30.

Sub quo curuantur qui portant orbẽ. Iob 9,13.

Quem posuit super orbem, quem fabricatus est? † 34,13.

Domini est terra, & plenitudo eius, orbis terrarum. Psal.23,1.

Meus est enim orbis terræ, & plenitudo eius. † 49,12.

Ludens in orbe terrarum. Prou.8,31.

Vt disponat orbem terrarum in æquitate. Sap.9,3.

Vindex est enim orbis iustorum. † 16,17.

In veste enim podêris, quam habebat, totus erat orbis terrarum: & parentum magnalia. † 18,24.

Defluxit orbis, infirmata est altitudo populi terræ. Isa.14,4.

Qui facit terram in fortitudine sua, præparat orbem in sapientia sua, & prudentia sua extendit cælos. Ier.10,12.

Exiit edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersis orbis. Luc.2,1.

In montem excelsum, & ostendit illi omnia regna orbis terræ in momento temporis. † 4,5.

Concitantem seditiones omnibus Iudæis in vniuerso orbe. Act.24,5.

Non enim Angelis subiecit Deus orbem terræ futurum. Heb.2,5.

Et satanas, qui seducit vniuersum orbem, & proiectus est in terram. Apoc.12,9.

ORBO.

Cur vtroque orbabor filio in vno die? Genes 27,45.

Ego autem quasi orbatus absque liberis ero. † 43,14.

Remansitque mulier orbata duobus liberis ac marito. Ruth 1,5.

ORDIOR.

Præcipitabit in monte isto faciem vinculi colligati super omnes populos, & telam, quam orditus est super omnes nationes. Isa.25,7.

Væ filij desertores &c. & ordiremini telam, & non per spiritum meum. † 30,1.

Dum adhuc ordirer, succidit me. † 38,12.

ORDO, ORDINO.

Sex nomina in lapide vno, & sex reliqua in altero, iuxta ordinem natiuitatis eorũ. Exo.28,10.

Ponesque in eo quatuor ordines lapidum: in primo versu erit lapis sardius, & topazius. 17.

Fratres tuos visitabis, si rectè agunt: & cum quibus ordinati sunt, disce. 1.Reg.17,18.

Ordo sedendi ad mensam. † 20,25.

Stabant autem iuxta ordinem suum in ministerio. 1.Par.6,32.

Ordinis turbatio in fuga exercitum perdit. Iudith 15,4.

Vbi vmbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Iob 10,22.

Numquid nosti ordinem cæli, & pones rationem eius in terra? † 38,33. Psal.109,4.

Ab æterno ordinata sum. Prou.8,23.

Ordinauit in me charitatem. Cant.2,4. † 6,3.

Dum adhuc ordirer, succidit me. Isa.38,12. † 44,7.

Mittam ei ordinatores, & stratores lagunculatum, & sternent eum, & vasa eius exhaurient, & lagunculas eorum collident. Ier.48,12. Luc.1,1.

Non est enim potestas nisi à Deo: quæ autem sunt, à Deo ordinatæ sunt. Rom.13,1,2.

Omnia autem honestè, & secundùm ordinem fiant. 1.Cor.14,40.

Nam etsi corpore absens sum, sed spiritu vobiscum sum: gaudens, & videns ordinem vestrum, & firmamentum eius, quæ in Christo est, fidei vestræ. Col.2,5.

Appellatus à Deo Pontifex iuxta ordinem Melchisedech. Heb.5,10.

OREB.

Oreb & Zeb, interfecit Oreb in petra Oreb, Zeb verò in torculari Zeb. Iudic.7,25. Psalmo 82,12.

ORGANVM.

Iubal: ipse fuit pater canentium cithara & organo. Gen.4,21.

Cantores in organis musicorum. 1.Par.15,16. † 16,5.

Per organa quæ suo officio congruebant. 2.Par.30,21. Iudith 15,15.

Versa est in luctum cithara mea, & organum meum in vocem flentium. Iob 30,31.

In salicibus in medio eius suspendimus organa nostra. Psal.136,2.

Sicut in organo qualitatis sonus immutatur. Sap.19,17.

ORIENS, *prop.*

Ecce enim ego ADDVCAM SERVVM MEVM ORIENTEM. Zach.3,8.

Hæc ait Dominus exercituum, dicens: ECCE VIR ORIENS NOMEN EIVS. † 6,12. Luc.1,78.

ORIENS.

ORIENS, pro cæli parte.

Elegitque sibi Lot regionem circa Iordanem, & recessit ab Oriente. Gen.13,11. Exod.16,22.

Si ad Orientem iero, non apparet: si ad Occidentem, non intelligam eum. Iob 23,8.

Ad dexteram orientis calamitates meæ illicò surrexerunt. † 30,12.

Qui ascendit super cælum cæli, ad Orientem. Psal 67,34.

Neque ab Oriente, neque ab Occidente, neque à desertis montibus. † 74,7. Isaiæ 43,5.

Tradam te filiis orientalibus in hereditatem. Ezech.25,4.

Circumspice Ierusalem ad Orientem, & vide iucunditatem à Deo tibi venientem. Baruch 4,36. † 47,3. Dan.11,44. Zach.14,4.

Multi ab Oriente & Occidente venient, & recumbent cum Abrahā. Matth.8,11. Apoc.21,13.

ORIOR.

Omne virgultum agri, antequam orietur in terra. Gen.2,5.

ORIETUR STELLA ex Iacob, & consurget virga de Israel. Num.24,17.

Dominus de Sinai venit, & de Seir ortus est nobis. Deut.33,1.

Sicut lux auroræ, oriente sole, manè absque nubibus rutilat. 2.Reg.23,4.

Nihil in terra sine causa fit, & de humo non oritur dolor. Iob 5,6.

Qui præcipit Soli, & non oritur. † 9,7.

A solis ortu vsque ad occasum, ex Sion species decoris eius. Psal.49,1.

Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis. † 71,7.

Nescis quid magis oriatur, hoc aut illud. Eccles.11,6.

Oportet præuenire solem ad benedictionem tuam, & ad ortum lucis te adorare. Sap.16,28.

Verbum nequam immutabit cor: ex quo partes quatuor oriuntur. Eccli.37,21.

Ecce ego facio, & nunc orientur. Isaiæ 43,19.

Orietur vobis timentibus nomen meum Sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius. Mal.4,2. Heb.11,12.

Donec dies illucescat, & lucifer oriatur in cordibus vestris. 2.Pet.1,19. Apoc.16,12.

ORNAN.

Porrò Ornan cùm suspexisset, & vidisset Angelum, quatuorque filij eius cum eo, absconderunt se. 1.Par.21,20.

ORNO.

Perfecti sunt cęli & terra, & omnis ornatus eorum. Gen 2,1.

Depone ornatum tuum, vt sciam quid faciam tibi. Exod.33,5. † 39,24.

Tulit ornamenta ac bullas, quibus colla regalium camelorū ornari solēt. Iudic.8,21 Ruth 3,3.

Depinxit [Iezabel] oculos suos stibio, & ornauit caput suum. 4.Reg.9,31. Iudith 10,3.

Surrexit & ornauit se vestimento suo. Iudith 12,15.

Pedissequas eius ornaret atque excoleret. Esther 2,9.

Ingredienśque ad regem, quidquid postulassent ad ornatum pertinens accipiebant. 13.

Spiritus eius ornauit cælos. Iob 26,13.

Filiæ eorum compositæ, circumornatæ vt similitudo templi. Psal.143,12.

Lingua sapientium ornat scientiam: os fatuorum ebullit stultitiam. Prou.15,2. † 26,23.

Ornauit in æternum opera illorum. Eccli.16,27.

Vigilia sua ornabit in perfectionem. † 38,31.

Ornatus Aaron. Circumcinxit eum zona gloriæ, & induit eum stolam gloriæ, & coronauit eum in vasis virtutis. Circumpedes, & femoralia, & humerale posuit ei, & cinxit eum tintinnabulis aureis plurimis in gyro. † 45,7.

Auferet Dominus ornamentum calceamentorum, & lunulas, & torques, & monilia, & armillas, & mitras. Isaiæ 3,18.

Omnibus his velut ornamento vestieris, & circumdabis tibi eos quasi sponsam. † 49,18.

Ornasti te regi vnguento, & multiplicasti pigmenta tua. † 57,9.

Gloria Libani ad te veniet, abies, & buxus, & pinus simul, ad ornandum locum sanctificationis meæ, & locum pedum meorum glorificabo. † 60,13.

Rursúmque ædificabo te, & ædificaberis virgo Israel: adhuc ornaberis tympanis tuis, & egredieris in choro ludentiū. Ierem.31,4. Ezech.16,11.

Viri bellatores tui: clypeum & galeam suspenderunt in te pro ornatu tuo. Ezech.27,10.

Visitabo super eam dies Baalim, quibus accendebat incensum, & ornabatur inaure sua & monili suo. Osee 2,13.

Et ornamentum aureum quod in facie templi erat. 1.Mach.1,23.

Ornauerunt faciem templi coronis aureis & scutulis. † 4,57. Matth.12,44. † 25,29.

Mulieres in habitu ornato, cum verecundia & sobrietate ornantes se, non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis. 1.Tim.2,9.

Sic enim aliquando & sanctæ mulieres, sperantes in Deo, ornabant se subiectæ propriis viris. 1.Pet.3,5.

ORACULUM.

Operientes oraculum, respiciantque se mutuò [cherubim] versis vultibus in propitiatorium. Exod.25,20.

Cumque ingrederetur Moyses tabernaculum fœderis vt consuleret oraculum Domini, audiebat vocem loquentis ad se de propitiatorio, quod erat super arcam testimonij inter duos cherubim. Num.7,89.

Consuluit Dauid oraculum Domini. 2.Regum 21,1. 3.Reg.6,19.

Eritque quasi consulens frustrà oraculum in oculis eorum,& sabbatorum otium imitans. Ezechiel. 21,23.

ORO, ORATIO.

Redde viro suo vxorem, quia propheta est, & orabit pro te,& viues. Gen.20,7 † 25,21.

Oratio in tribulatione & timore. † 32,9.

Orate Dominum vt auferat ranas à me, & à populo meo: & dimittam populum vt sacrificet Domino. Exod.8,8.

Orabo Dominum & recedet musca à Pharaone. 29.

Oratio aquam impetrat dulcem. Clamauit [Moyses ad Dominum,] qui ostendit ei lignum, quod cùm misisset in aquas, in dulcedinem versæ sunt. † 15,25. † 17,4. † 8,11.

Moyses autem orabat Dominum Deum suũ, dicens: Cur, Domine, irascitur furor tuus contra populum tuum, quem eduxisti de Terra Aegypti,in fortitudine magna? † 32,11.† 34,6.

Rogante pro eis sacerdote, propitius erit eis Dominus. Leuit.4,20.

Orabit pro ea, & sic mundabitur à profluuio sanguinis sui. † 12,7.

Roget pro se,& pro domo sua, & pro vniuerso cœtu Israel, donec expediatur. † 16,17.

Orent pro eis [Leuitæ]ne sit in populo plaga, si ausi fuerint accedere ad sanctuarium. Numer.8,19.† 10,35.

Ignis Domini,deuorauit extremam castrorum partem. Cumque clamasset populus ad Moysen, orauit Moyses ad Dominum, & absorptus est ignis. † 11,2.† 12,13.† 14,13.

Stans inter mortuos ac viuentes, pro populo deprecatus est,& plaga cessauit. † 10,48.† 20,6. † 21,7. Deut.9,18.

Iacui coram Domino quadraginta diebus ac noctibus, quibus eum suppliciter deprecabar, ne deleret vos vt fuerat comminatus. Deut.9,25.

Orans dixi: Domine Deus ne disperdas populum tuum & hereditatem tuam quam redemisti in magnitudine tua, quos eduxisti de Aegypto in manu forti. Recordare Abraham, Isaac,& Iacob: ne aspicias duritiam populi huius.26.Ios.7,7. Iudic.3,9.

Humiliatusque est Israel valdè in conspectu Madian. Et clamauit ad Dominum postulans auxilium contra Madianitas. Qui misit ad eos virum prophetam. Iudic.6,6.† 10,10.

Orauit itaque Manue Dominum, & ait: Obsecro Domine, vt vir Dei, quem misisti, veniat iterùm. † 13,8.† 15,18.

At ille inuocato Domino, ait: Domine Deus, memento mei, & redde mihi nunc fortitudinem pristinam Deus meus, vt vlciscar me de hostibus meis, & pro amissione duorum luminum vnam vltionem recipiam. Et apprehendens ambas columnas,quibus innitebatur domus, alteramque earum dextera & alteram læua tenens, ait: Moriatur anima mea cum Philisthiim. † 16,28.

Cùm esset Anna amaro animo, orauit ad Dominum, flens largiter. 1.Reg.1,10.

Pro puero isto oraui. 27.

Si autem in Dominum peccauerit vir, quis orabit pro eo? † 2,25.

Veniat vt oretur pro eo. 36.

Congregate vniuersum Israel in Masphath, vt orem pro vobis Dominum. † 7,5,9. † 8,6. † 12,17.

Ora pro seruis tuis ad Dominum Deum tuum, vt non moriamur. † 12,19.

Absit à me hoc peccatum in Dominum, vt cessem orare pro vobis. 23. † 15,11.

Inuenit seruus tuus cor suum,vt oraret te oratione hac. 2.Reg.7,27.† 12,16.

Sed respice ad orationem serui tui, & ad preces eius. 3.Reg.8,28.

Orauerint & deprecati te fuerint in domo hac. 33.

Orabunt te contra viam ciuitatis, quam elegisti, & contra domum quam ædificaui nomini tuo. 44.

Exaudiui orationem tuam & deprecationem tuam. † 9,3.

Ora pro me, vt restituatur manus mea mihi. Orauitque vir Dei faciem Domini. † 13,6. † 18,36,42. 4.Reg.1,13.

Elisæus orauit ad Dominum,dicens: Percute, obsecro, gentem hanc cæcitate. 4.Reg.6,18. † 13,4.

Fac orationem pro reliquiis quæ repertæ sunt. † 19,4.

Ascendit [Ezechias] in domum Domini,& expandit eas [literas] coram Domino, & orauit in conspectu eius,dicens: Domine Deus Israel. 15. † 20,3.

Audiui orationem tuam, & vidi lacrymas tuas. † 20,5,11. 1.Par.4,10.

Deum inuocauerunt cùm præliarentur: & exaudiuit eos,eò quòd credidissent in eum. 1.Paral.5,10. † 14,11.

Circumdederunt eum [Iosaphat] dimicantes: at ille clamauit ad Dominum, & auxiliatus est ei, atque auertit eos ab illo.2.Par.18,31.† 20,3,22.

Sacerdotes atque Leuitæ benedicentes populo: & exaudita est vox eorum: perueneritque oratio in habitaculum sanctum cæli. † 30,27.

Orauerunt igitur, Ezechias rex, & Isaias filius Amos prophetes, aduersum hanc blasphemiam, ac vociferati sunt vsque in cælum. † 32,20,24.

Postquam coangustatus est [Manasses] orauit Dominum Deum suum, & egit pœnitentiam valdè. † 33,12.

Offerant oblationes Deo cæli, orentque pro vita

vita regis & filiorum eius. 1. Esd. 6, 10. † 9, 5.

Orante Esdra, & implorante eo, & flente, & iacente ante templum Dei, collectus est ad eum de Israel cœtus grandis nimis virorum & mulierum. † 10, 1.

Oro coram te hodie, nocte & die, pro filiis Israel seruis tuis. 2. Esd. 1, 6.

Oraui ad Deum cæli, & dixi ad regem. † 2, 5.

Orauimus Dominum Deum nostrum, & posuimus custodes super murum die ac nocte contra eos. † 4, 9.

Princeps ad laudandum & confitendum in oratione. † 11, 17.

Tunc Tobias ingemuit, & cœpit orare cum lacrymis, dicens: Iustus es Domine. Tob. 3, 1.

Die tertia, dum compleret orationem, benedicens Dominum, ait: Benedictum est nomen tuum Deus. 13.

Exauditæ sunt preces amborum in conspectu gloriæ summi Dei: & missus est Angelus Domini sanctus Raphael, vt curaret eos ambos, quorum vno tempore sunt orationes in conspectu Domini recitatæ. 25.

Igitur cùm Tobias putaret orationem suam exaudiri vt mori potuisset, vocauit ad se Tobiam filium. † 4, 1.

Per tres dies continens esto ab ea, & nihil aliud nisi orationibus vacabis cum ea. † 6, 18.

Non dubito quòd Deus preces & lacrymas meas in conspectu suo admiserit. † 7, 13.

Sara exurge, & deprecemur Deum hodie, & cras, & secundum cras. † 8, 4, 7, 18.

Bona est oratio cum ieiunio. † 12, 8.

Quando orabas cum lacrymis, & sepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium tuum, & mortuos abscondebas per diem in domo tua, & nocte sepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam Domino. 12.

Amalec confidentem in virtute sua, &c. Non ferro pugnando, sed precibus sanctis orando deiecit. Iudith 4, 13.

Ex toto corde suo omnes orabant Deum, vt visitaret populum suum Israel. 17. † 6, 15.

Finito itaque fletu, & per totam diem oratione populorum completa. 16. † 7, 4, 20.

Ora pro nobis, quoniam mulier sancta es, & timens Deum. † 8, 29.

Orate vt firmum faciat Deus consilium meum. 31.

Iudith ingressa est oratorium suum, & induens se cilicio posuit cinerem super caput suum, & prosternens se Domino, clamabat ad Dominum. † 9, 1, 2.

Iudith verò orans Dominum, transiuit per portas ipsa & abra eius. † 10, 10. † 11, 4.

Orabo Deum, & dicet mihi quando eis reddat peccatum suum. † 11, 14.

Petiit dum introiret vt daretur ei copia nocte & ante lucem egrediendi foras ad orationem, & deprecandi Dominum. † 12, 5.

Stetitque Iudith ante lectum, orans cum lacrymis. † 13, 6.

Exierunt duæ secundùm consuetudinem suam, quasi ad orationem. 12.

Orate pro me. Non comedatis & non bibatis tribus diebus & tribus noctibus: & ego cum ancillis meis similiter ieiunabo. Esth. 4, 16. † 11, 10. † 13, 8. † 14, 1.

Halitum meum exhorruit vxor mea, & orabam filios vteri mei. Iob 19, 17.

Quis est Omnipotens, vt seruiamus ei? & quid nobis prodest, si orauerimus eum? 21, 15.

Iob autem seruus meus orabit pro vobis, faciem eius suscipiam. † 42, 8.

Dominus quoque conuersus est ad pœnitentiam Iob, cùm oraret ille pro amicis suis. 10.

Intende voci orationis meæ. Psal. 5, 3.

Oratio Dauid. Titulus Psalmi 16.

Pro hac orabit ad te omnis sanctus. † 31, 6.

Oratio mea in sinu meo conuertetur. † 34, 13.

Apud me oratio Deo vitæ meæ. † 41, 10.

Benedictus Dominus qui non amouit orationem meam, & misericordiā suam à me. † 65, 20.

Oratio ipsi Dauid. Titulus Psalmi 85.

Oratio Moysi hominis Dei. Titulus Psalmi 89.

Oratio pauperis, cùm anxius fuerit, & coram Domino effuderit precem suam. Titulus Psalmi 101.

Respexit in orationem humilium. † 101, 18.

Pro eo vt me diligerent, detrahebant mihi: ego autem orabam. † 108, 4.

Oratio eius fiat in peccatum. 7.

Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. † 140, 2.

Oratio mea in beneplacitis eorum. 5.

Effundo in conspectu eius orationem meam. † 141, 3.

Domine exaudi orationem meam, auribus percipe obsecrationem meam. † 142, 1.

Longè est Dominus ab impiis: & orationes iustorum exaudiet. Prou. 15, 29.

Melior est finis orationis, quàm principium. Eccles. 7, 9. Sap. 9, 1.

Proferens seruitutis suæ scutum, orationem, & per incensum deprecationem allegans, restitit iræ, & finem imposuit necessitati, ostendens quoniam tuus est famulus. Sap. 18, 21.

Qui diligit Deum, exorabit pro peccatis, & continebit se ab illis, & in oratione dierum exaudietur. Eccli. 3, 4.

Non iteres verbum in oratione tua. † 7, 15.

Non impediaris orare semper, & ne verearis vsque ad mortem iustificari, quoniam merces Dei manet in æternum. † 18, 22.

Ante orationem præpara animam tuam, & noli esse quasi homo qui tentat Deum. 23.

Vnus orans, & vnus maledicens: cuius vocem exaudiet Deus? † 34,29.

Oratio humiliantis se nubes penetrabit: & donec propinquet non consolabitur: & non discedet donec Altissimus aspiciat. Et Dominus non elongabit, sed iudicabit iustos, & faciet iudicium: & Fortissimus non habebit in illis patientiam, vt contribulet dorsa ipsorum, & Gentibus reddet vindictam, donec tollat plenitudinem superborum, & sceptra iniquorum contribulet. † 35,21. † 36,1.

Fili, in tua infirmitate ne despicias te ipse, sed ora Dominum, & ipse curabit te. † 38,9.

Aperiet os suum in oratione, & pro delictis suis deprecabitur. † 39,7. † 47,6. † 48,22.

Iterauit orationem suam, volens ostendere virtutem Dei. † 50,22.

Oratio Iesu filij Sirach. † 51,1.

Cùm multiplicaueritis orationem, non exaudiam. Isa.1,15.

Lætificabo eos in domo orationis meæ. † 56,6.

Tu ergo noli orare pro populo hoc, nec assumas pro eis laudem, & orationem, & non obsistas mihi: quia non exaudiam te. Ier.7,16.

Quærite pacem ciuitatis, ad quam transmigrare vos feci: & orate pro ea ad Dominum, quia in pace illius erit pax vobis. † 29,7.

Et inuocabitis me, & ibitis: & orabitis me, & ego exaudiam vos. 12.

Oraui ad Dominum postquam tradidi librum possessionis. † 32,16,19.

Si fortè cadat oratio eorum in conspectu Domini, & reuertatur vnusquisque à via sua pessima. † 36,7.

Ora pro nobis Dominum Deum nostrum. † 37,3.

Cadat oratio nostra in conspectu tuo, & ora pro nobis ad Dominum Deum tuum, pro vniuersis reliquiis istis; quia derelicti sumus pauci de pluribus. † 42,2.

Sed & cùm clamauero, & rogauero, exclusit orationem meam. Thren.3,8.

Opposuisti nubem tibi, ne transeat oratio. 44.

Oratio Ieremiæ Prophetæ. Recordare Domine quid acciderit nobis: intuere, & respice opprobrium nostrum. † 5,1.

Et offerte pro peccato ad aram Domini Dei nostri, & orate pro vita Nabuchodonosor regis Babylonis. Baruch 1,11.

Audi nunc orationem mortuorum Israel. † 3,4. Dan.2.19.

Ambulabant in medio flammæ, &c. Azarias orauit sic, aperiensque os suum in medio ignis, ait: Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum. Dan 3,25. † 6,10.

Et oraui Dominum Deum meum, & confessus sum, & dixi: Obsecro Domine Deus magne, & terribilis, custodiens pactum & misericordiam. Dan.9,4. † 13,44.

Orauit Ionas ad Dominum Deum suum de ventre piscis, & dixit: Clamaui de tribulatione mea ad Dominum. Ionæ 2,2.

Oratio Habacuc Prophetæ pro ignorantiis. Habac.3,1.

Vt orarent & peterent misericordiam & miserationes. 1.Mach.3,44.

Locus orationis erat in Maspha antè in Israel. † 46,50.

Et viderunt exercitum fortem, & orauit, & dixit: Benedictus. † 4,30. † 7,41.

Vt esset domus orationis & obsecrationis populo tuo. Fac vindictam in homine isto, & exercitu eius, & cadant in gladio. † 7,38.

Exclamauerunt tubis, & clamauerunt in oratione. † 5,33. 1.Mach.6,30.

Et scidit Ionathas vestimenta sua, & posuit terram in capite suo, & orauit. 1.Mach. 11,71.

Exaudiat orationes vestras, & reconcilietur vobis, nec vos deserat in tempore malo. 2.Machab.1,5.

Orationem autem faciebant omnes sacerdotes, dum consummaretur sacrificium. 23.

Sicut & Moyses orabat ad Dominum, & descendit ignis de cælo, & consumpsit holocaustum. † 2,10. † 3,33.

Orabat autem hic scelestus Dominum, à quo non esset misericordiam consecuturus. † 9,13.

Per orationes Dominum rogantes, vt esset sibi adiutor, impetum fecerunt in munitiones Idumæorum. † 10,16.

Post orationem, sumptis armis, longiùs de ciuitate procedentes. 27.

Et qui à puero in virtutibus exercitatus erat, manus protendentem orare pro omni populo Iudæorum. † 15,12,22.

Inuocato Deo, per orationes congressi sunt. 26.

Orate pro persequentibus, & calumniantibus vos. Matth.5,44.

Cùm oratis, non eritis sicut hypocritæ, qui amant in synagogis, & in angulis platearum stantes orare. † 6,5.

Ascendit in montem solus orare. † 14,13.

Hoc autem genus non eiicitur, nisi per orationem & ieiunium. † 17,20.

Omnia quæcumque petieritis in oratione credentes accipietis. † 21,22.

Orauit tertiò, eumdem sermonem dicens. † 26,44.

Abiit in montem orare. Mar.6,46.

Omnia quæcumque orantes petitis, credite quia accipietis & euenient vobis. † 11,24.

Et omnis multitudo populi erat orans foris hora incensi. Luc.1,10.

Exiit in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei. † 6,12.

Cùm

Cùm solus esset orans, erant cum illo & discipuli, & interrogauit eos, dicens: Quem me dicunt esse turbæ? † 9, 18.

Et facta est, dum oraret, species vultus eius altera, & vestitus eius albus & refulgens. 29.

Domine, doce nos orare. † 11, 1.

Dicebat autem & parabolam ad illos, quoniam oportet semper orare & non deficere. Lucæ 18, 1.

Duo homines ascenderunt in templum, vt orarent. † 18, 10.

Orate ne intretis in tentationem. † 22, 40.

Factus in agonia, prolixiùs orabat. 43.

Quid dormitis? surgite, orate ne intretis in tentationem. 46.

Hi omnes erant perseuerantes vnanimiter in oratione, cum mulieribus, & Maria matre Iesu. Act. 1, 14.

Petrus autem & Ioannes ascendebant in templum, ad horam orationis nonam. † 3, 1.

Et cùm orassent, motus est locus in quo erant congregati. † 4, 31.

Nos verò orationi & ministerio verbi instantes erimus. † 6, 4.

Orauerunt pro ipsis vt acciperent Spiritum sanctum. † 8, 15.

Petrus ponens genua orauit: & conuersus ad corpus dixit: Tabitha, surge. † 9, 40.

Orationes tuæ, & eleemosynæ tuæ, ascenderunt in memoriam in conspectu Dei. † 10, 4.

Ascendit Petrus in superiora vt oraret circa horam sextam. 9.

Orans eram hora nona in domo mea, & ecce vir stetit ante me in veste candida. 30.

Petrus quidem seruabatur in carcere: oratio autem fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad Deum pro eo. † 12, 5.

Cùm constituissent illis per singulas ecclesias presbyteros, & orassent cum ieiunationibus, commendauerunt eos Domino, in quem crediderunt. † 14, 22.

Egressi sumus foras portam, iuxta flumen, vbi videbatur oratio esse. † 16, 13.

Media autem nocte Paulus & Silas orantes, laudabant Deum. 25.

Positis genibus suis orauit cum omnibus illis. † 20, 36.

Positis genibus in littore, orauimus. † 21, 5.

Factum est autem reuertenti mihi in Ierusalem, & oranti in templo, fieri me in stupore mentis. † 22, 18.

Cùm orasset, & imposuisset ei manus, saluauit eum. † 28, 8.

Quòd sine intermissione memoriam vestri facio semper in orationibus meis. Rom. 1, 9.

Quid oremus, sicut oportet, nescimus. † 8, 26.

Per charitatem sancti Spiritus, vt adiuuetis me orationibus vestris pro me ad Deum, vt liberer ab infidelibus, qui sunt in Iudæa. † 15, 13.

Nolite fraudare inuicem, nisi fortè ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi. 1. Cor. 7, 5.

Si orem lingua, spiritus meus orat, mens autem mea sine fructu est. † 14, 14.

Orabo spiritu, orabo & mente: psallam spiritu, psallam & mente. 15.

Adiuuantibus & vobis in oratione pro nobis. 2. Cor. 1, 10.

Memoriam vestri faciens in orationibus meis. Ephes. 1, 16.

Orantes omni tempore in spiritu, & in ipso vigilantes. † 6, 18.

In cunctis orationibus meis pro omnibus vobis. Philip. 1, 5.

Orantes, & postulantes vt impleamini agnitione voluntatis eius, in omni sapientia & intellectu spiritali. Colos. 1, 9.

Orationi instate, vigilantes in gratiarũ actione, orantes simul & pro nobis, vt Deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquendum mysterium Christi. † 4, 3.

Semper gaudete, sine intermissione orate. 1. Thes. 5, 16.

Volo ergo viros orare in omni loco, leuantes puras manus sine ira & disceptatione. 1. Timoth. 2, 8.

Orate pro nobis. Heb. 13, 18.

Oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus; & si in peccatis sit, remittentur ei. Iac. 5, 15.

Confitemini ergo alterutrum peccata vestra, & orate pro inuicem vt saluemini. 16.

Vt non impediãtur orationes vestræ. 1. Pet. 3, 7.

Estote ergo prudentes, & vigilate in orationibus. † 4, 7.

Orationem facio prosperè te ingredi, & valere, sicut prosperè agit anima tua. 3. Ioan. v. 2.

Superædificantes vosmetipsos sanctissimę vestræ fidei, in Spiritu sancto orantes, vosmetipsos in dilectione seruate. Iudæ v. 20.

Habentes singuli citharas, & phialas aureas, plenas odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorum. Apoc. 5, 8.

Vt daret de orationibus sanctorum omnium super altare aureum. † 8, 3.

ORPHANVS.

Tibi derelictus est pauper: orphano tu eris adiutor. Psal. H. 10, 14.

Turbabuntur à facie eius, patris orphanorum, & iudicis viduarum. † 67, 6.

Fiant filij eius orphani, & vxor eius vidua. † 108, 9.

Viduæ non miserebuntur: neque orphanis benefacient. Baruch 6, 37.

Post sabbatum verò, debilibus, & orphanis, & viduis diuiserunt spolia: & residua ipsi cum suis habuere. 2. Mach. 8, 28.

Non

Non relinquam vos orphanos: veniam ad vos. Ioan.14,18.

ORTYGOMETRA.

Nouum saporem, escam parans eis ortygometram. Sap.10,2.

In allocutione enim desiderij, ascendit illis de mari ortygometra. † 19,12.

ORYX.

Comedere debetis, &c. pygargum, orygem, camelopardalum. Deut.14,5.

Dormierunt in capite omnium viarum, sicut oryx illaqueatus. Isa.51,20.

OS, ORIS.

Ego ero in ore tuo, & in ore illius. Exod.4,15. Num.19,15.

Os Domini non interrogauerunt. Iof.9,14.

Vt Heli obseruaret os eius. 1.Reg.1,12.

Omne autem vulgus interfecit in ore gladij. † 15,8.

Os enim tuum locutum est aduersum te. 2.Reg.1,16.

In ore Absalom erat positus [Ammõ.] † 13,32.

Qui repleuerunt eam ab ore ad os in coinquinatione sua. 1.Esd.9,11.

Aperuit Iob os suum, & maledixit diei suo. Iob 3,1.

Condemnabit te os tuum. † 15,6.

Aperuerunt super me ora sua. † 16,11.

Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. Psal.36,30.

Dixi: Custodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiam. † 38,1.

Os meum loquetur sapientiam. † 48,4.

Os tuum abundauit malitia. † 49,19.

Ore meo clamaui, & exultaui sub lingua mea. † 65,17.

Os peccatoris & dolosi super me apertum est. † 108,2.

Os habent, & non loquentur. † 113,13.

Os meum aperui, & attraxi spiritũ. † 118,131.

Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labiis meis. † 140,3.

Quorum os locutum est vanitatem. † 143,8.

Remoue à te os prauum, & detrahentia labia sint procul à te. Prou.4,24.

Os bilingue detestor. † 8,13.

Vena vitæ, os iusti: & os impiorum operit iniquitatem. † 10,11.

Os iusti parturiet sapientiam. 31.

Verba impiorum insidiantur sanguini: os iustorum liberabit eos. † 12,6.

Qui custodit os suum, custodit ab angustiis animam suam: qui autem inconsideratus est ad loquendum, sentiet mala. † 13,3.

Os fatuorum ebullit stultitiam. † 15,2.

Os stulti contritio eius: & labia ipsius, ruina animæ eius. † 18,7.

Qui custodit os suum, & linguam suam, custodit ab angustiis animam suam. † 21,23.

Aperi os tuum muto, & causis omnium filiorum qui pertranseunt. † 31,8.

Ne dederis os tuum vt peccare facias carnem tuam. Eccles.5,5.

Omnis labor hominis in ore eius. † 6,7.

Ego os regis obseruo. † 8,2. Cant.1,1. Eccli.1,37. † 5,14.

In medio Ecclesiæ aperuit os eius, & adimplebit illum spiritu sapientiæ. Eccli.15,5.

In ore fatuorum cor illorum: & in corde sapientium os illorum. † 21,29.

Quis dabit ori meo custodiam, & super labia mea signaculum certum, vt non cadam ab ipsis, & lingua mea perdat me? 22,33.

Nouissimè autem peruertet os suum, & in verbis tuis dabit scandalum. † 27,26.

Ori tuo facito ostia, & seras. † 28,28.

Omnis hypocrita est & nequam: & vniuersum os locutum est stultitiam. Isa.9,17.

Quod ex ore meo procedit, ille mandauit, & spiritus eius ipse congregauit ea. † 34,16.

Posuit os meum quasi gladium acutũ. † 49,2.

Iste asperget gentes multas, super ipsum continebunt reges os suum. † 52,15.

Super quem lusistis? super quem dilatastis os, & eiecistis linguam? † 57,4. Ier.1,9.

Propè es tu ori eorum, & longè à renibus eorum. Ier.12,2.

Si separaueris pretiosum à vili, quasi os meum eris. † 15,19.

Loquetur os eius cum ore illius, & oculi eius oculos illius videbunt. † 32,4.

Aperuerunt super nos os suum omnes inimici. Thren.3,46.

Vt aperiat os in cæde, vt eleuet vocem in vlulatu. Ezech.21,22.

Cumque viderint os hominis, statuent illud iuxta titulum, donec sepeliant illud pollinctores in valle multitudinis Gog. † 39,15 Osee 2,17. Zach.5,8. Mal.2,6,7.

Impedita sunt opera illius, & occlusum est os eius, & dissolutus est paralysi. 1.Mach.9,55.

Ex abundantia enim cordis os loquitur. Matthæi 13,54.

Non quod intrat in os coinquinat hominem: sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem. † 15,11.

Os nostrum patet ad vos ô Corinthij, cor nostrum dilatatum est. 2.Cor.6,11.

Potestas enim equorum in ore eorum est, & in caudis eorum. Apoc.9,19.

Datum est ei os loquens magna, & blasphemias. † 13,5.

OS, OSSIS.

Hoc nunc, os ex ossibus meis, & caro de carne mea: hæc vocabitur Virago, quoniam de viro sumpta est. Gen.2,23.

Os meum es, & caro mea. † 29,14.

Asportate ossa mea vobiscum de loco isto. † 50,24.

Nec efferetis de carnibus eius [agni] foras, nec os illius confringetis. Exod 12,46. Nu.9,12.

Tulit quoque Moyses ossa Ioseph secum: eò quòd adiurasset filios Israel. † 13,19.

Ossa quoque Ioseph, quæ tulerant filij Israel de Aegypto, sepelierunt in Sichem. Iosu.24,32.

Os vestrum & caro vestra sum. Iudic.9,2.

Tulerunt ossa eorum, & sepelierunt in nemore Iabes, & ieiunauerunt septem diebus. 1.Regum 31,13. 2.Reg.21,12.

Nónne os meum & caro mea es? 2 Reg.19,13.

Ossa hominum super te incendet. 3.Reg.13,2.

Proiecerunt cadauer in sepulchro Elisei. Quod cũ tetigisset ossa Elisei, reuixit homo. 4.Reg.13,21

Sanguinem innoxium fudit Manasses multum nimis, donec impleret Ierusalem vsque ad os. † 21,16.

Contriuit statuas, & succidit lucos, repleuitque loca eorum ossibus mortuorum. † 23,14.

Et conuersus Iosias, vidit ibi sepulchra, quæ erant in monte: misitq; & tulit ossa de sepulchris, & combussit ea super altare, & polluit illud. 16.

Dimittite eum, nemo commoueat ossa eius. 18

Et combussit ossa humana super ea. 20.

Ossa prætereà sacerdotum combussit in altaribus idolorum. 2 Par.34,5.

Pauor tenuit me & tremor, & omnia ossa mea perterrita sunt. Iob 4,14.

Ossibus & neruis compegisti me. † 10,11.

Ossa eius implebuntur vitiis adolescentię eius, & cum eo in puluere dormient. † 20,11.

Ossa eius velut fistulæ æris. † 40,13.

Sicut aqua effusus sum: & dispersa sunt omnia ossa mea. Psal.21,15.

Dinumerauerunt omnia ossa mea. 17.

Ossa mea conturbata sunt. † 30,11.

Custodit Dominus omnia ossa eorum: vnum ex his non conteretur. † 33,21.

Omnia ossa mea dicent: Domine quis similis tibi. † 34,10.

Non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum. † 37,4.

Exultabunt ossa humiliata. † 50,10.

Ossa mea sicut cremium aruerunt. † 101,4.

Non est occultatum os meum à te, quod fecisti in occulto. † 138,15.

Dissipata sunt ossa nostra secus infernum. † 140,7.

Putredo in ossibus eius, quæ confusione res dignas gerit. Prou.12,4.

Putredo ossium, inuidia. † 14,30.

Fama bona impinguat ossa. † 15,30.

Dulcedo animæ, sanitas ossium. † 16,24.

Animus gaudens ætatem floridam facit: spiritus tristis exiccat ossa. † 17,22.

Et qua ratione compingantur ossa in ventre prægnantis: sic nescis opera Dei. Eccles.11,5.

Sit memoria illorum in benedictione: & ossa eorum pullulent de loco suo. Eccli.46,14.

Et duodecim Prophetarum ossa pullulent de loco suo: nam corroborauerunt Iacob, & redemerunt se in fide virtutis. † 49,12.

Ossa ipsius [Ioseph] visitata sunt, & post mortem prophetauerunt. 18.

Videbitis, & gaudebit cor vestrum, & ossa vestra quasi herba germinabunt. Isaiæ 66,14.

Eiicient ossa regum Iuda, & ossa principum eius, & ossa sacerdotum, & ossa prophetarum, & ossa eorum qui habitauerunt Ierusalem de sepulchris suis, & expandent ea ad solem, & lunam, & omnem militiam cæli, quæ dilexerunt, & quibus seruierunt. Ierem 8,2.

Contritum est cor meum in medio mei, contremuerunt omnia ossa mea, &c. Quia adulteris repleta est terra, quia à facie maledictionis luxit terra, arefacta sunt arua deserti. † 23,9.

Primus comedit eum rex Assur: iste nouissimus exossauit eum, Nabuchodonosor rex Babylonis. † 50,17.

Vt transferrentur ossa regum nostrorum, & ossa patrum nostrorum de loco suo, & ecce proiecta sunt in calore solis, & in gelu noctis. Baruch 2,24.

Mulieres autem circumdatæ funibus in viis sedent succendentes ossa oliuarum. † 6,42.

Dispergam ossa vestra circum aras vestras. Ezech.6,5.

Congere ossa, quæ igne succendam: consumentur carnes, & coquetur vniuersa compositio, & ossa tabescent. † 24,10.

Putásne viuent ossa ista, &c. ossa arida, audite verbum Domini. † 37,3.

Donec arriperent eos leones, & omnia ossa eorum comminuerunt. Dan.6,24.

Eò quod incenderit ossa regis Idumææ vsque ad cinerem. Amos 2,1. Mich.3,1.

Os non comminuetis ex eo. Ioan.19,36.

Fide Ioseph, moriens de profectione filiorum Israel memoratus est, & de ossibus suis mandauit. Heb.11,22.

OSCITO.

Oscitauit puer septies, aperuitque oculos. 4.Reg.4,35.

OSCVLOR.

Accede ad me, & da mihi osculum, fili mi. Gen.27,26.

Osculatus est [Laban] filios & filias suas, & benedixit illis. † 31,55.

Osculatusque est Ioseph omnes fratres suos, & plorauit super singulos: post quæ ausi sunt loqui ad eum. † 45,15. Exod.18,7.

Osculata est eas: quę eleuata voce flere cœperunt, & dicere: Tecum pergemus ad populum tuum. Ruth 1,9.

Osculantes se alterutrum fleuerunt pariter, Dauid autem ampliùs. 1.Reg.20,41.

Osculatúsque est rex Absalom. 2 Reg.14,33.

Extendebat [Absalom] manum suam, & apprehendens osculabatur eum. † 15,5.

Osculatus est rex Bersellai, & benedixit ei. † 19,39.

Tenuit manu dextera mentum Amasæ quasi osculans eum. 2.Reg.20,9.

Osculer, oro, patrem meum & matrem meam, & sic sequar te. 3.Reg.19,20.

Exiliens, osculati sunt se inuicem: & fleuit Gabelus, benedixitque Deum. Tob.9,8.

Et suscipiens osculatus est eum cum vxore sua, & cœperunt ambo flere præ gaudio. † 11,11.

Extendit contra eam virgam auream, quam tenebat manu: quæ accedens osculata est summitatem virgæ eius. Esth.5,2.

Auream virgam, & posuit super collum eius, & osculatus est eam. † 15,16.

Et osculatus sum manum meam ore meo. Quę est iniquitas maxima, & negatio contra Deum altissimum. Iob 31,27.

Iustitia & pax osculatæ sunt. Psal.84,11.

Osculetur me osculo oris sui. Cant.1,1.

Multi quasi inuentionem æstimauerunt fœnus, & præstiterunt molestiam his, qui se adiuuerunt. Donec accipiant, osculantur manus dantis, & in promissionibus humiliant vocem suam, & in tempora redditionis postulabit tempus, & loquetur verba tædij, & murmurationum, & tempus causabitur. Eccli.29,4.

Qui autem tradidit eum, dedit illis signum, dicens: Quemcumque osculatus fuero, ipse est, tenete eum. Matth.26,48.

Osculum mihi non dedisti: hæc autem ex quo intrauit, non cessauit osculari pedes meos. Lucæ 7,45.

Accurrens cecidit super collum eius, & osculatus est eum. † 15,20.

Iuda, osculo filium hominis tradis? † 22,48.

Magnus autem fletus factus est omnium: & procumbentes super collum Pauli, osculabantur eum. Act.20,37.

Salutate inuicem in osculo sancto. Rom.16,26. 1.Cor.16,20. 1.Pet.5,14.

OSEE.

Vocauitque Osee filium Nun, Iosue. Num.13,17.

Anno autem nono Osee, cepit rex Assyriorum Samariam. 4.Reg.17,6.

Principium loquendi Domino in Osee. Oseæ 1,2. Rom.9,27.

OSTENDO, OSTENSIO.

Vide vt omnia ostenta quæ posui in manu tua, facias coram Pharaone. Exod.4,21. † 11,10.

Ostende mihi faciem tuam, vt sciam te. † 33,13,18.

Ostenditque ei Dominus omnem terram Galaad vsque Dan. Deut.34,1.

Septem diebus expectabis donec veniam ad te, & ostendam tibi quid facias. 1.Reg.10,8. † 16,3.

Si in me aut in Ionatha filio meo est iniquitas hæc, da ostensionem. † 14.41.

Vocaui ergo te, vt ostenderes mihi quid faciam. 1.Reg.28,15.

Ostende te Achab, vt dem pluuiam super faciem terræ. 3.Reg.18,1.

Adiurans eos in domo Domini, ostendit eis filium regis. 4.Reg.11,5.

Scelera mea, & delicta ostende mihi. Iob 13,23. † 38,12.

Quis ostendit nobis bona? signatum est lumen vultus tui super nos. Psal.4,6,7.

Ostendisti populo tuo dura. † 59,5.

Ostende mihi faciem tuam. Cant.2,14.

Virtutis quidem nullum signum voluimus ostendere. Sap.5,13.

Præoccupat qui se concupiscunt, vt illis se prior ostendat. † 6,14.

Adhuc in ea decimatio, & conuertetur, & erit in ostensionem. Isa.6,13. † 39,2.

Ostende te sacerdoti. Matth.8,4.

Ostendit illi omnia regna orbis terræ in momento temporis. Luc.4,5. 1.Cor.2,4.

Ostendi mihi fidem tuam sine operibus. Iacob.2,18. Apoc.22,6.

OSTENTO.

Quòd abominer signum superbiæ & gloriæ meæ, quod est super caput meum in diebus ostentationis meæ. Esth.14,16.

Deos aureos, &c. in humeris portari, ostentátes metum Gentibus. Baruch 6,3,25,58. Heb.6,11.

OSTIVM.

Ostium arcæ pones ex latere. Gen.6,16.

Masculum immaculatum offeret ad ostium tabernaculi testimonij ad placandum Dominum. Leuit.1,3.

De ostio quoque tabernaculi non exibitis septem diebus. † 8,33.

Ostiaria domus purgans triticum obdormiuit. 2.Reg.4,5.

Quod cùm audisset Elias operuit vultum suum pallio, & egressus stetit in ostio speluncæ. 3.Regum 19,13.

Clausit [Eliseus] ostium super se, & super puerum, & orauit ad Dominum. 4.Reg.4,33.

Omnes hi electi in ostiarios per portas. 1.Par.9,22.

Quia non conclusit ostia ventris, qui portauit me. Iob 3,10.

Si ad ostium amici mei insidiatus sum. † 31,9.

Foris non mansit peregrinus, ostium meum viatori patuit. 32.

Et despectio propinquorum terruit me: & non magis tacui, nec egressus sum ostium. 34.

Num-

Google

Numquid apertæ sunt tibi portæ mortis, & ostia tenebrosa vidisti? † 38,17.

Pone Domine custodiam ori meo: & ostium circumstantiæ labiis meis. Psal.140,3.

Claudent ostia in platea, in humilitate vocis molentis. Eccles.12,4.

Si ostium est, compingamus illud tabulis cedrinis. Cant.8,9.

Cùm subitaneis cooperti essent tenebris, vnusquisque transitum ostij sui quærebat. Sap.19,16.

Cælata erant in ipsis ostiis templi Cherubim, & sculpturæ palmarum. Ezech.41,25.

Qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro. Ioan.10,1.

Et statim aperta sunt omnia ostia, & vniuersorum vincula soluta sunt. Act.16,26.

Ostium enim mihi apertum est magnum & euidens, & aduersarij multi. 1.Cor.16,9.

Dedi coram te ostium apertum, quod nemo potest claudere. Apoc.3,8.

Ecce ostium apertum in cælo. † 4,1.

OTHONIEL.

Qui percusserit Cariath Sepher, & ceperit eam, dabo ei Axam filiam meam vxorem. Cepitque eam Othoniel filius Cenez frater Caleb iunior. Ios.15,17.

OTIVM.

Vacatis otio, & idcircò dicitis: Eamus, & sacrificemus Domino. Ite ergo, & operamini Exo.5,17.

Pacificus vocabitur: & pacem & otium dabo in Israel cunctis diebus eius. 1.Par.22,9.

Qui autem sectatur otium, stultissimus est. Prou.12,11.

Qui autem sectatur otium, replebitur egestate. † 28,19. † 31,27. Eccles.2,21. † 12,3.

Multam enim malitiam docuit otiositas. Eccli.33,29.

Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ superbia, saturitas panis, & abundantia, & otium ipsius, & filiarum eius. Ezech.16,49. Mat.12,36.

Quid hîc statis tota die otiosi? Matth.20,6.

Simul autem & otiosę discunt circuire domos. 1.Tim.5,13.

OVIS.

Moyses autem pascebat oues Iethro soceri sui sacerdotis Madian. Exod.3,1.

Primogenitum asini mutabis oue: quod si non redemeris, interficies. † 13,13. Leuit.3,6.

Erantque ei [Nabal] oues tria millia, & mille capræ. 1.Reg.25,2.

Pauper autem nihil habebat omnino, præter ouem vnam paruulam quã emerat. 2.Reg.12,3.

Ouem reddet in quadruplum. 6.

Ego sum qui peccaui: ego qui iniquè egi: isti qui oues sunt, quid fecerunt? † 24,17.

Vidi cunctum Israel dispersum in montibus, quasi oues non habentes pastorem. 3.Reg.22,17. Iudith 11,15.

Ignis Dei cecidit è cælo, & tactas oues puerosque consumpsit. Iob 1,16.

Si non benedixerunt mihi latera eius, & de velleribus ouium mearum calefactus est. † 31,20.

Dederunt ei vnusquisq; ouem vnam. † 42,11.

Dedisti nos tamquam oues escarum: & in Gentibus dispersisti nos. Psal.43,12.

Aestimati sumus sicut oues occisionis. 22.

Sicut oues in inferno positi sunt: mors depascet eos. † 48,15.

Nos populus pascuæ eius, & oues manus eius. † 94,7.

Erraui sicut ouis quæ periit: quære seruum tuum. † 118,176.

Oues eorum fœtosæ, abundantes in egressibus suis. † 143,13. Eccles.2,7. Cant.6,5.

Omnes nos quasi oues errauimus. Isa.53,6.

Sicut ouis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondente se obmutescet. 7.

Ecce ego ipse requiram oues meas, & visitabo eas. Ezech.34,11.

Percute pastorem, & dispergentur oues. Zachar.13,7.

Potiùs ite ad oues quæ perierunt domus Israel. Matth.10,6.

Mitto vos sicut oues in medio luporum. 16.

Quis erit ex vobis homo, qui habeat ouem vnam, & si ceciderit hæc sabbatis in foueam, nónne tenebit, & leuabit eam? † 12,11.

Si fuerint alicui centum oues, & errauerit vna ex eis. † 18,12.

Statuet oues quidem à dextris suis. † 25,33.

Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam quæ perierat. Luc.15,6. Ioan.2,14.

Proprias oues vocat nominatim, & educit eas. Ioan.10,3.

Alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere. 16.

Oues meæ vocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me. 27.

Eratis enim sicut oues errantes, sed conuersi estis nunc ad pastorem, & episcopum animarum vestrarum. 1.Pet.2,25.

OVILE.

Pariter pone illum quasi gregem in ouili. Mich.2,12.

Abscindetur de ouili pecus. Hab.3,17.

Qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliũde, ille fur est, & latro. Ioan.10,1,16.

OVVM.

Nidum auis inueneris, & matrem pullis vel ouis desuper incubantem: non tenebis eam cum filiis, sed abire patieris. Deut.22,6. Tob.11,14.

Quando derelinquit oua sua in terra, tu forsitan in puluere calefacies ea? Iob 39,14.

Sicut colligũtur oua, quæ derelicta sunt, sic vniuersam terrã ego congregaui, & non fuit qui moueret pennã, & aperiret os, & gannirет. Isa.10,14.

Oua aſpidum ruperunt, & telas araneæ texuerunt, qui comederit de ouis eorum morietur, & quod confotum eſt, erumpet in regulum. † 59,5.

Aut ſi petierit ouum: numquid porriget illi ſcorpionem? Luc.11,12.

OZA.

Iratuſque eſt indignatione Dominus contra Ozam, & percuſſit eū ſuper temeritate: qui mortuus eſt ibi iuxta arcam Dei. 2 Reg.6,7.

Vocauitque locum illum: Diuiſio Ozæ 1.Paralip.13,11.

OZIAS.

Non eſt tui officij Ozia, vt adoleas incenſum, &c. fuit igitur rex Ozias leproſus. 2.Paralip.26,18.

Exurgens Ozias infuſus lacrymis, dixit: Aequo animo eſtote, fratres. Iudith 7,23.

In anno, quo mortuus eſt rex Ozias, vidi Dominum. Iſaiæ 6,1 Matth.1,9.

PABVLVM.

RORE cæli conſpergatur, & cum feris ſit pabulum eius. Dan.4,12.

PACATVS.

Si mundus & rectus inceſſeris, ſtatim euigilabit ad te, & pacatum reddet habitaculum iuſtitiæ tuæ. Iob 8,6 † 21,9. Heb.12,11.

PACTVM

Statuam pactum meum vobiſcum, & cum ſemine veſtro poſt vos, & ad omnem animam viuentem quæ eſt vobiſcum, tam in volucribus quàm in iumentis. Gen.9,9.

Statuam pactum meum inter me & te.† 17,7.

Et tu ergo cuſtodies pactum meum. 9.

Conſtituam pactum meum illi in fœdus ſempiternum, & ſemini eius poſt eum. 19.

Recordatus ſum pacti mei. Exod.6,5.

Pactum eſt ſempiternum inter me, & filios Iſrael. † 31,17.

Ego inibo pactum videntibus cunctis.† 34,10.

Ne ineas pactum cum hominibus illarum regionum. 15.

Pactum ſalis eſt ſempiternum coram Domino, tibi ac filiis tuis. Num.18,19.

Oſtendit vobis pactum ſuum, quod præcepit vt faceretis. Deut.4,13.

Neque obliuiſcetur pacti, in quo iurauit patribus tuis. 31.

Non cum patribus noſtris iniit pactum, ſed nobiſcum. † 5,3.

Qui dixit patri ſuo & matri ſuæ: Neſcio vos, &c. pactum tuum ſeruauerunt. † 33,9.

Nec tanta eſt domus mea apud Deum, vt pactum æternum iniret mecum. 2.Reg.23,5.

Qui cuſtodis pactum & miſericordiam ſeruis tuis. 3 Reg.8,23.

Reuerſus eſt ad eos propter pactum ſuū, quod habebat cum Abraham. 4.Reg.13,23.

Abiecerunt legitima eius, & pactum quod pepigit cum patribus eorum. † 17,15.

Pactum, quod percuſſit vobiſcum nolite obliuiſci, nec colatis deos alienos. 38.

Et Iſrael in pactum ſempiternū 1.Par.16,17.

Noluit autem Dominus diſperdere domum Dauid, propter pactum. 2.Par.21,7.

Qui cuſtodis pactum & miſericordiam cū his qui te diligunt. 2.Eſd.1,5.

Sed cum lapidibus regionum pactum tuum. Iob 5,23.

Numquid feriet tecum pactum? † 40,23.

Non ſeruauerant pactum. Pſal 77,57.

Pacti Dei ſui oblita eſt. Prou.2,18.

Percuſſimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum. Iſaiæ 28,15.

Feriam vobiſcum pactum ſempiternum, miſericordias Dauid fideles. † 55,3.

Maledictus vir, qui non audierit verba pacti huius, quod præcepi patribus veſtris. Ierem.11,3.

Feriam eis pactum ſempiternum, & non deſinam eis benefacere. † 32,40. † 34,18.

Iuraui tibi, & ingreſſus ſum pactum tecum. Ezech.16,8.

Suſcitabo tibi pactum ſempiternum. 60.

Qui diſſoluit pactū, numquid effugiet?† 17,15

Faciam cum eis pactum pacis, & ceſſare faciam beſtias peſſimas de terra. † 34,25.

Diſſoluit pactum meum in omnibus ſceleribus veſtris. † 44,7.

Ipſi autem ſicut Adam tranſgreſſi ſunt pactum, ibi præuaricati ſunt in me. Oſee 6,7.

Receſſiſtis de via, & ſcandalizaſtis plurimos in lege: irritum feciſtis pactum Leui. Mal.2,8.

Pactum meum fuit cum eo vitæ & pacis, & dedi ei timorem, & timuit me. 5.

Et gauiſi ſunt, & pacti ſunt pecuniam illi dare. Lucæ 22,5.

PAEDAGOGVS.

Si decem millia pædagogorū habeatis in Chriſto, ſed non multos patres. 1.Cor.4,15.

Lex pædagogus noſter fuit in Chriſto, vt ex fide iuſtificemur. At vbi venit fides, iam non ſumus ſub pædagogo. Gal.3,24.

PAGVS.

Hi enim pagi habitabantur in terra antiquitus. 1.Reg.27,8.

Princeps pagi Maſpha, ipſe ædificauit eam. 2.Eſd.3,15.

PALAESTINI.

Fuit [Abraham] colonus terræ Palæſtinorum diebus multis. Gen.21,34.

Et familiæ plurimum. Ob hoc inuidentes ei Palæſtini, omnes puteos, quos foderant ſerui patris illius Abraham, illo tempore obſtruxerunt. † 26,14.

Fugeruntque viri Iſrael Palæſtinos, & ceciderunt vulnerati in monte Gelboë. 1.Par.10,1.

Depopulatus eſt enim Dominus Palæſtinos,

teli-

reliquias insulæ Cappadociæ. Ierem.47,4.

Pro eo quòd fecerunt Palæstini vindictam, & vlti se sunt toto animo, interficientes. Ezechiel.25,15. Amos 9,7.

PALAESTRA.

Contempto templo, & sacrificiis neglectis, festinarent participes fieri palæstræ, & præbitionis eius iniustæ, & in exercitiis disci. 2.Mach.4,14.

PALAM.

Quomodo palàm factum est verbum istud? Exod.2,14. Ioan.7,26. † 18,20. Apoc.1,1.

PALANS.

Duæ autem turmæ palantes per campum aduersarios persequebantur. Iudic.9,44.

PALATHA.

Centum massis palatharum, & vtre vini. 2.Regum 16,1.

Farinam, palathas, vuā passam, vinum, oleum, boues, arietes, ad omnem copiam. 1.Par.12,40. Iudith 10,5.

PALATIVM.

Decreuit autem Salomon ædificare domum nomini Domini, & palatium sibi. 2.Paral.2,1. Esther 1,2,21. Isaiæ 39,7. Dan.1,4. † 4,1.

PALATVM.

Adhæsit lingua lactentis ad palatum eius in siti. Thren.4,4.

Linguam tuam adhærere faciam palato tuo. Ezech.3,26.

PALEA.

Palearum & fœni plurimum est apud nos, & locus spatiosus ad manendum. Gen.24,25.

Nequaquam vltrà dabitis paleas populo ad conficiendos lateres, sicut priùs: sed ipsi vadant, & colligant stipulas. Exod.5,7.

Erunt sicut paleæ ante faciem vēti. Iob 21,18.

Reputabit enim quasi paleas ferrum. † 41,18.

Leo quasi bos comedet paleas. Isaiæ 11,7. Ezech 13,10. Ierem 23,28. Ezech.1 :,16.

Congregabit triticum suum in horreum, paleas autem comburet igni inextinguibili. Matth. 3,12. Lucæ 3,17.

PALIVRVS.

Orientur in domibus eius spinæ, & vrticæ, & paliurus in munitionibus eius. Isaiæ 34,13.

Qui optimus in eis est quasi paliurus: & qui rectus, quasi spina de sepe. Mich.7,4.

PALLIVM.

Tollens citò pallium suum, operuit se. Genesis 24,65.

Dormi mecum. Qui relicto in manu eius pallio fugit, & egressus est foras. † 39,12.

Extendent que desuper pallium totum hyacinthinum. Num.4,6,12.

Ego sum Ruth ancilla tua: expande pallium tuum super famulam tuam, quia propinquus es. Ruth 3,9.

Gladius Goliath, &c. inuolutus pallio post ephod. 1.Regum 21,9.

Vir senex ascendit, & ipse amictus est pallio. † 28,14.

Apprehendensque Ahias pallium suum nouum, quo coopertus erat, scidit in duodecim partes. 3.Reg.11,29.

Cumque venisset Elias ad eum [Eliseum] misit pallium suum super illum. † 19,19.

Tulitque Elias pallium suum, & inuoluit illud, & percussit aquas, quæ diuisæ sunt in vtramque partem, & transierunt ambo per siccum. 4.Regum 2,8.

Et pallio Eliæ quod ceciderat ei, percussit aquas. 14.

Et amictus serico pallio, atque purpureo. Esther 8,15.

Amittit pallium in die frigoris. Prou.25,20.

Percusserunt me, & vulnerauerunt me: tulerunt pallium meum mihi custodes murorum. Cant.5,7.

Mutatoria, & palliola, & linteamina, & acus. Isaiæ 3,22.

Coangustatum est enim stratum, ita vt alter decidat: & pallium breue vtrumque operire non potest. † 28,20.

Darem eis coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu, pallium laudis pro spiritu mœroris. † 61,3. Ierem.43,12.

Populus meus in aduersarium consurrexit: desuper tunica pallium sustulistis, & eos qui transibant simpliciter conuertistis in bellum. Mich.2,8. Zach.13,4.

Et ei, qui vult tecum iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. Matthæi 5,40.

PALLOR.

Non concidat vultus tuus, & pallor qui faciem tuam obtinet, abscedat à te. Iudith 6,5.

Regina corruit, & in pallorem colore mutato, lassum super ancillulam reclinauit caput. Esther 15,10.

Posteriora dorsi eius in pallore auri. Psal.67,14.

Equus pallidus: & qui sedebat super eum, nomen illi Mors, & infernus sequebatur eum. Apocalyp.6,8.

PALMA.

Profectique de Mara venerunt in Elim, vbi erant duodecim fontes aquarum, & palmæ septuaginta. Num.33,9. Deut 25,1.

Iericho ciuitatis palmarum. Deut.34,3.

Ascenderunt de ciuitate palmarū. Iudic.1,16.

Sedebat [Debbora] sub palma, quæ nomine illius vocabatur. † 4,5.

Forsitan palmę manuum Zebee & Salmana in manu tua sunt. † 8,6.

Fecit in eis cherubim & palmas, & picturas varias. 3.Reg.6,29.

Palmis in cælum leuatis. 2.Par.6,13.

Afferte, &c. frondes myrti, & ramos palmarum. 2. Esd. 8, 15.

Sicut palma multiplicabo dies. Iob 29, 18.

Iustus vt palma florebit. Psal. 91, 13. Cant. 5, 11

Dixi: Ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius. Cant. 7, 8.

Quasi palma exaltata sum in Cades. Eccli. 24, 18.

Sic circa illum steterunt quasi rami palmæ, & omnes filij Aaron in gloria sua. † 50, 14.

Ergóne comedent mulieres fructum suum, paruulos ad mensuram palmæ? Thren. 2, 29.

Cælatæ palmæ erant, vna hinc, & altera inde in fronte eius. Ezech. 40, 26.

Thyrsos, & ramos virides, & palmas præferebant ei, qui prosperauit mundari locum suum. 2. Machab. 10, 7.

Offerens ei coronam auream & palmam, super hæc & thallos, qui templi esse videbantur. † 14, 4. Ioan. 12, 13.

Amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorum. Apoc. 7, 9.

PALMES.

Absciderunt palmitem cum vua sua quem portauerunt in vecte duo viri. Num. 13, 24.

Extendit palmites suos vsque ad mare. Psal. 79, 12. Ezech. 17, 6. † 19, 11.

Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum. Ioan. 15, 2.

PALMVS.

Rationale, &c. quadrangulum erit & duplex, mensuram palmi habebit. Exod. 28, 16.

Goliath, de Get, altitudinis sex cubitorum & palmi. 1. Reg. 17, 4. 2. Par. 4, 5.

Quis mensus est pugillo aquas, & cælos palmo ponderauit? Isa. 40, 12. Ezech. 40, 5, 43. † 43, 13.

PALMYRA.

Aedificauit Palmyram in deserto. 2. Par. 8, 4.

PALPEBRA.

Palpebræ meæ caligauerunt. Iob 16, 17.

Oculi eius, vt palpebræ diluculi. † 41, 9. Psal. 10, 5. † 131, 4.

Oculi tui recta videant, & palpebræ tuæ præcedant gressus tuos. Prou. 4, 25. † 6, 4. † 30, 13.

Fornicatio mulieris in extollentia oculorum, & in palpebris eius agnoscetur. Eccli. 26, 12.

Palpebræ nostræ defluant aquis. Ier. 9, 18.

PALPITO.

Palpitaret [Absalom] hærens in quercu, &c. & percutientes interfecerunt eum. 2. Reg. 18, 14.

Palpitare cœpit [piscis] ante pedes eius. Tobiæ 6, 4.

PALPO.

Palpes in meridie. Deut. 28, 29.

Palpabunt quasi in tenebris, & non in luce. Iob 12, 25. Psal. 113, 7.

Vt lætetur in nouissimo, & non palpet proximorum ostia. Eccli. 30, 1. Isa. 32, 14.

Palpauimus sicut cæci parietem, & quasi absque oculis attrectauimus. Isa. 59, 10. Luc. 24, 39.

PALVS, PALI.

Sicut pali in excelsis, & cæmenta sine impensa posita contra faciem venti non permanebunt: sic & cor timidum. Eccli. 22, 21. † 26, 15. † 27, 2.

PALVS, PALVDIS.

Boues, pulchræ & crassę nimis: & pascebantur in locis palustribus. Gen. 41, 2. Exod. 7, 19.

Ponam eam in possessionem ericij, & in paludes aquarum, & scopabo eam in scopa terens. Isa. 14, 23.

Paludes incensæ sunt igni, & viri bellatores conturbati sunt. Ier. 51, 32. Dan. 8, 3. 1. Mach. 9, 45.

PANIS.

Melchisedech rex Salem, proferens panem & vinum, erat enim sacerdos Dei altissimi, benedixit ei. Gen. 14, 18.

Aser, pinguis panis eius, & præbebit delicias regibus. † 49, 20.

Fecerunt subcinericios panes azymos. Exod. 12, 39.

Pluam vobis panes de cælo, egrediatur populus & colligat. † 16, 4, 8.

Iste est panis, quem Dominus dedit vobis ad vescendum. 15.

Vt nouerint panẽ quo alui vos in solitudine. 32.

Pones super mensam panes propositionis in conspectu meo semper. † 25, 30.

Panes quoque qui sunt in canistro, in vestibulo tabernaculi testimonij comedent. † 29, 32.

Panem non comedit [Moyses] & aquam non bibit, & scripsit in tabulis verba fœderis decem. † 34, 28.

Ordinatis corã propositionis panibus. † 40, 23.

Panes consecrationis edite. Leuit. 8, 31.

Panes Dei sui offerunt, & ideò sancti erunt. † 22, 6.

Panes, qui singuli habebunt duas decimas, &c. pones super eos thus lucidissimum. † 24, 6.

Per singula sabbata mutabuntur coram Domino, suscepti à filijs Israel fœdere sempiterno. 8.

Postquam confregero baculum panis vestri. † 26, 26.

Et comederitis de panibus regionis illius, separabitis primitias Domino de cibis vestris. Numer. 15, 19.

Vt ostenderet tibi quòd non in solo pane viuat homo, sed in omni verbo quod egreditur de ore Dei. Deut. 8, 3.

Non comedes in eo panem fermentatum. † 16, 3.

Panem non comedistis, vinum & siceram non bibistis: vt sciretis quia ego sum Dominus Deus vester. † 29, 6.

Repleti prius, pro panibus se locauerunt: & famelici saturati sunt. 1. Reg. 2, 5.

Non habeo laicos panes ad manum, sed tan-

tantùm panem sanctum. † 21,4.

Nisi tantùm panes propositionis, qui sublati fuerant à facie Domini. 6.

Tulit ducentos panes. † 25,18.

Non habeo panem, nisi quantum pugillus capere potest farinæ. 3.Reg.17,12.

Mittite virum istum in carcerem, & sustentate eum pane tribulationis, & aqua angustiæ, donec reuertar in pace. † 22,27.

Deferens viro Dei panes primitiarum, viginti panes hordeaceos, & frumentum nouum in pera sua. 4.Reg.4,42.

Pone panem, & aquam coram eis, vt comedant & bibant, & vadant ad dominum suum. † 6,22.

Super panes erant propositionis, vt semper nouos per singula sabbata præpararent. 1. Paral.9,32.

Panem non comedit [Esdras] & aquam non bibit: lugebat enim transgressionem eorum, qui venerant de captiuitate. 1.Esd.10,6.

Panem quoque de cælo dedisti eis in fame eorum, & aquam de petra eduxisti. 2.Esd.9,15.

Panis eius in vtero illius vertetur in fel aspidum intrinsecùs. Iob 20,14.

Numquid & panem poterit dare, & parare mensam populo suo? Psal.77,20.

Panem Angelorum manducauit homo, cibaria misit eis in abundantia. 25.

Vt educas panem de terra, & vinum lætificet cor hominis. † 103,15.

Surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris. † 126,2.

Comedunt panem impietatis, & vinum iniquitatis bibunt. Prou.4,17.

Aquæ furtiuæ dulciores sunt, & panis absconditus suauior. † 9,17.

Facta est quasi nauis institoris, de longè portans panem suum. † 31,14.

Et panem otiosa non comedit. 27.

Mitte panem tuum super transeuntes aquas: quia post tempora multa inuenies illum. Eccles.11,1.

Panem de cælo præstitisti eis sine labore, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem. Sap.16,20.

Initium vitæ hominis, aqua & panis, & vestimentum. Eccli.29,28.

Nequissimo in pane murmurabit ciuitas, & testimonium nequitiæ illius verum est. † 31,29.

Panis egentium, vita pauperum est: qui defraudat illum, homo sanguinis est. † 34,25.

Panem ipsis in primis parauit in satietatem: nam & sacrificia Domini edent. † 45,26.

Panem nostrum comedemus. Isa.4,1.

Panis autem comminuetur: verùm non in perpetuum triturans triturabit illum, neque vexabit eum rota plaustri, nec vngulis suis comminuet eum. † 28,28.

Dabit vobis Dominus panem arctum, & aquam breuem. † 30,20.

Panis terræ tuæ erit vberrimus & pinguis. 23.

Panis ei datus est, aquæ eius fideles sunt. † 33,16.

Non interficiet vsque ad internecionem, nec deficiet panis eius. † 51,14.

Non frangent inter eos lugenti panem ad consolandum super mortuo. Ier.16,7.

Malefecerunt viri isti omnia quæcumque perpetrarunt contra Ieremiam Prophetam, mittentes eum in lacum, vt moriatur ibi fame, non sunt enim panes vltrà in ciuitate. † 38,9.

Omnis populus gemens & quærens panem. Thren.1,11.

Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. † 4,4.

In animabus nostris afferebamus panem nobis, à facie gladij in deserto. † 5,9.

Facies tibi panes numero dierum quibus dormies super latus tuum. Ezech.4,9.

Sic comedent filij Israel panem suum pollutum inter Gentes. 13.

Panem tuum in conturbatione comede, sed & aquã tuã in festinatione & mœrore bibe. † 12,18.

Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, superbia, saturitas panis. † 16,49.

Erunt fruges eius in panes his qui seruiunt ciuitati. † 48,18.

Panem desiderabilem non comedi, & caro & vinum non introierunt in os meum. Dan.10,3.

Vadam post amatores meos, qui dabant panes mihi & aquas meas. Oseæ 2,5.

Sacrificia eorum quasi panis lugentium: omnes qui comedunt eos contaminabuntur. † 9,4.

Ephraim factus est subcinericius panis, qui non reuersatur. † 7,8.

Offertis super altare meum panem pollutum. Mal.1,7.

Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Matth.4,4. † 6,11. † 7,9.

Panes propositionis comedit. † 12,4.

Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. † 15,26.

Quot panes habetis? ite & videte. Mar.6,38.

Obliti sunt panes sumere, & nisi vnum panem non habebant secum in naui. † 8,14.

Narrabant quæ gesta erant in via, & quomodo cognouerat eum in fractione panis. Luc.24,35.

Est vnus hîc, qui habet quinque panes hordeaceos, & duos pisces. Ioan.6,9.

Sed Pater meus dat vobis panem de cælo verum. Panis enim Dei est, qui de cælo descendit, & dat vitam mundo. 32.

Ego sum panis vitæ. 48.

Ille est cui ego intinctum panem porrexero. † 13,26.

Pa-

Panis quẽ frangimus, nõne participatio corporis Domini est? 1.Cor.10,16. 2.Thess. 3,8. Heb.9,2.

PANNVS.

Cùm ponerem nubem vestimentum eius [maris] & caligine illud quasi pannis infantiæ obuoluerem? Iob 38,9.

Et dantes symbola consumentur, & vestietur pannis dormitatio. Prou.23,21.

Facti sumus vt immundus omnes nos, & quasi pannus menstruatæ vniuersæ iustitiæ nostræ. Isa.64,6. Ezech.16,4. Matth.9,16.

Pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in præsepio. Luc.2,7.

PAPILIO.

Stabat vnusquisq; in ostio papilionis sui, aspiciebantque tergum Moysi. Exod.33,8. Num.16,27

Israel & Iuda habitant in papilionibus. 2.Regum 11,11.

PAPVLA.

Cicatricis & erumpentium papularum, lucentis maculæ. Leuit.14,56.

PAPYRVS.

Qui mittit in mare legatos, & in vasis papyri super aquas. Isa.18,2.

PAPYRIO.

Quę cùm vidisset fiscellã in papyrione. Exo.2,5.

PAR.

Ne & vos similiter euomat, cùm paria feceritis, sicut euomuit gentem quæ fuit ante vos. Leuit 18,28. Iudic.1,7.

Omnis quoque Israel pari mente & obsecratione clamauit ad Dominum. Esth.13,18.

Iustum est subditum esse Deo, & mortalem non paria Deo sentire. 2.Mach.9,12.

Et pares illos nobis fecisti, qui portauimus pondus diei & æstus? Matth.20,12. (2,24.

Par turturũ, aut duos pullos columbarũ. Luc.

PARABOLA.

Assũpta parabola sua, ait: Sta Balac, & ausculta audi fili Sephor: Nõ est Deus, quasi homo vt mẽtiatur, nec filius hominis, vt mutetur. Nu.23,19.

Sũpta igitur parabola, rursum ait: Dixit Balaam filius Beor: dixit homo, cuius obturatus est oculus: dixit auditor sermonum Dei, qui nouit doctrinam Altissimi, & visionẽ Omnipotentis videt, qui cadens apertos habet oculos. Videbo eum, sed non modò, intuebor illum, sed non prope. † 24,17.

Assumens parabolam, ait: Principium Gentium Amalec, cuius extrema perdentur. 20.

1.Reg 12,2.

Locutus est quoque Salomon tria millia parabolas: & fuerunt carmina eius quinque & mille. 3.Reg.4,32.

Assumens parabolam suam. Iob 27,1.

Inclinabo in parabolam aurem meam. Psalmo 48,5.

Factus sum illis in parabolam. † 68,12.

Aperiam in parabolis os meum. † 77,2.

Parabolæ Salomonis filij Dauid, regis Israel. Prou.1,1.

Animaduertes parabolam. 6.

Hæ quoque parabolæ Salomonis, quas transtulerunt viri Ezechiæ. † 25,1.

Indecens est in ore stultorum parabola. † 26,7.

Inuestigans composuit parabolas multas. Eccles 12,9.

Ex ore fatui reprobabitur parabola: non enim dicit illam in tempore suo. Eccli.20,22. † 39,2. Isa 14,4.

Quid est, quòd inter vos parabolam vertitis in prouerbium istud in terra Israel? Ezech 18,2.

Et dixi: A,a,a, Domine Deus: ipsi dicunt de me: Nũquid non per parabolas loquitur iste? † 20,49.

Sumetur super vos parabola, & cantabitur canticum cum suauitate. Mich.2,4.

Numquid non omnes isti super eum parabolam sument, & loquelam ænigmatum eius. Habac.2,6.

Locutus est eis multa in parabolis. Mat.13,3.

Edissere nobis parabolã zizaniorũ agri. † 13,36

Sine parabola autem non loquebatur eis: seorsum autem discipulis suis disserebat omnia. Mar.4,34.

Adhuc priore tabernaculo habente statum, quæ parabola est temporis instantis. Heb.9,9.

Fide obtulit Abraham, Isaac, *&c.* vnde eum & in parabolam accepit. 11,19.

PARACLITVS.

Rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis, vt maneat vobiscũ in æternum. Ioan.14,16.

Si enim non abiero, Paraclitus non veniet ad vos. † 16,7.

PARADISVS.

Plantauerat autem Dominus Deus paradisum voluptatis à principio: in quo posuit hominem quem formauerat. Gen.2,8,15. † 3,23. † 13,10.

Emissiones tuæ paradisus malorum punicorum, cum pomorum fructibus. Cant.4,13.

Sicut aquæductus exiui de paradiso. Eccli. 24,41. † 40,17.

Henoch placuit Deo, & translatus est in paradisum, vt det gentibus pœnitentiam. † 44,16.

In deliciis paradisi Dei fuisti. Ezech 28,13. † 31,8.

Amen dico tibi: Hodie mecum eris in paradiso. Luc.23,43.

Quoniam raptus est in paradisum. 2.Cor.12,4. Apoc.2,7.

PARALYTICVS.

Occlusum est os eius [Alcimi] & dissolutus est paralysi nec vltrà potuit loqui verbum, & mandare de domo sua. 1.Mach.9,55.

Obtulerunt illi, *&c* lunaticos, & paralyticos, & curauit eos. Matth.4,24.

Puer meus iacet in domo paralyticus, & malè torquetur. † 8,6. † 9,2. Mar.2,9. Act.8,8.

Aeneam

Aeneam, ab annis octo iacentem in grabato, qui erat paralyticus. Et ait illi Petrus: Aenea, sanat te Dominus Iesus Christus: surge, & sterne tibi. Et continuò surrexit. Act.9,33.

PARASCEVE.

Quia erat parasceue, quod est ante sabbatum. Mar.15,42.

Erat autem parasceue paschæ. Ioan.19,14,42.

PARCO.

Non parces loco illi propter quinquaginta iustos? Gen.18,24. † 19,16.

Quia fecisti hanc rem, & non pepercisti filio tuo vnigenito propter me: benedicam tibi. † 22,16. Num.14.20.

Deuorabis omnes populos, &c. non parcet eis oculus tuus. Deut.7,16.

Pepercit Saul & populus Agag, & optimis gregibus ouium. 1.Reg.15,9,15.

Triumphator in Israel non parcet. 29.

Pepercitque rex Miphiboseth filio Ionathæ, filij Saul, propter iusiurandum Domini. 2.Regum 21,7.

Pepercit Dominus meus Naaman Syro isti. 4.Reg.5,20.

Si pepercerint nobis, viuemus. † 7,4.

Non parcet oculus tuus vlli regno, omnemque vrbem munitam subiugabis mihi. Iudith 2,6.

Vt non recedat laus tua de ore hominum, &c. pro quibus non pepercisti animæ tuæ, propter angustias & tribulationem generis tui, sed subuenisti ruinæ ante conspectum Dei nostri. † 13,25.

Parce mihi, nihil enim sunt dies mei. Iob 7,16

Vsquequò non parcis mihi? 19.

Verebar omnia opera mea, sciens quòd non parceres delinquenti. † 9,28. Psal.18,14.

Parcet pauperi & inopi. Psal.71,13.

Et à detractione parcite linguæ. Sap.1,11.

Parcis autem omnibus, quoniam tua sunt Domine, qui amas animas. † 11,27.

His tamquam hominibus pepercisti. † 12,8.

Omnibus te parcere facis. 16.

Non pepercit peregrinationi Lot. Eccli.16,9.

Vir fratri suo non parcet. Isa.9,19. † 13,18. † 27,11.

Expectat Dominus, vt misereatur vestri, & ideò exaltabitur parcens vobis. † 30,18. Ier.21,7. Thren.3,43.

Pepercit oculus meus super eos, vt non interficerem eos. Ezech.20,17.

Et ego non parcam Niniue ciuitati magnæ, in qua sunt plusquam centum viginti millia hominum, qui nesciunt quid sit inter dexteram & sinistram suam, & iumenta multa? Ionæ 4,11.

Ego non parcam vltrà super habitantes terram. Zach.11,6.

Parcam eis sicut parcit vir filio suo seruienti sibi. Mal.3,17.2.Mach.5,6. Act.20,29.

Qui etiam proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Rom.8,32.

Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit: ne fortè nec tibi parcat. † 11,21.

Si venero iterùm, non parcam. 2.Cor.13,2.

Si enim Deus angelis peccantibus non pepercit, &c. & originali mundo non pepercit. 2.Petri 2,4.

PARCVS.

Somnus sanitatis in homine parco, dormiet vsque manè, & anima illius cum ipso delectabitur. Eccli.31,24.

PARCE.

Est qui locupletatur parcè agendo, & hæc est pars mercedis illius. Eccli.11,18.

Qui parcè seminat, parcè & metet: & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. 2.Cor.9,6.

PARDVS.

Coronaberis, &c. de cubilibus leonum, de montibus pardorum. Cant.4,8.

Immittetur in illos quasi leo, & quasi pardus lædet illos. Eccli.28,27.

Pardus cum hœdo accubabit. Isa.11,6. Ier.5,6

Si mutare potest æthiops pellem suam, aut pardus varietates suas: & vos poteritis benefacere, cùm didiceritis malum. Ier.13,23. Dan.7,6

Bestia, quam vidi, similis erat pardo, & pedes eius sicut pedes vrsi. Apoc.13,2.

PARENS.

Quodque obediens Iacob parentibus suis isset in Syriam. Gen.28,6.

Parentum abnegatio. Exod.32,29. Num.6,6. Deut.33,8.

Quòd reliqueris parentes tuos, & terram in qua nata es, & veneris ad populum quem antè nesciebas. Ruth 2,11.

Parentum curam gerit Dauid. Maneat, oro, pater meus & mater mea vobiscum, donec sciam quid faciat mihi Deus. 1 Reg.22,3.

Parentum pietas filiis prodest. Propter Dauid dedit ei Dominus Deus suus lucernam in Ierusalem, vt suscitaret filium eius post eum: eò quòd fecisset Dauid rectum in oculis Domini. 3.Regum 15,5. † 19,20.

Parentes & cognati irridebant vitam eius. Tob.2,16.

Parentes cur honorandi. Honorem habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ tuæ. Memor enim esse debes, quæ & quanta pericula passa sit propter te in vtero suo. † 4,3. † 14,15.

Domus & diuitiæ dantur à parentibus: à Domino autem propriè vxor prudens. Prou.19,14.

Et auctores parentes animarum inauxiliatarum, perdere voluisti. Sap.12,6.10.

Parentum honor, inhonoratio, maledictio, contumelia, exasperatio matris. Eccli.3,6.

Qui timet Dominum, honorat parentes, & quasi dominis seruiet his, qui se genuerunt. 7.

Parentes enim illius cùm essent iusti, erudierunt filiam suam secundùm legem Moysi. Dan. 13,3. Luc.2,41. † 21,16. Ioan.9,2.

Superbos, elatos, inuentores malorum, parentibus non obedientes. Rom.1,30.

Discat primùm domum suam regere, & mutuam vicem reddere parentibus: hoc enim acceptum est coram Deo. 1.Timoth.5 4.

Superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione. 2.Tim.3,2. Heb.11,23.

PAREO.

Homo enim videt ea quæ parent, Dominus autem intuetur cor. 1.Reg.16,7. 2.Reg.16,19.

Filij stultorum & ignobilium, & in terra penitus non parentes. Iob 30,8.

Similes estis sepulchris dealbatis, quæ à foris parent hominibus speciosa. Matth. 23,27. † 24, 27.

Quæ est enim vita vestra? vapor est ad modicum parens. Iac.4,15.

Si iustus vix saluabitur, impius & peccator vbi parebunt? 1.Pet.4,18.

PARIES.

Tamquam parieti inclinato, & maceriæ depulsæ. Psal.61,4.

En ipse stat post parietem nostrum. Cant.2,9.

Ipsi ædificabant parietem, illi autem liniebant eum luto absque paleis. Ezech 13,10.

Percutiet te Deus, paries dealbate. Et tu sedens iudicas me secundùm legem, & contra legem iubes me percuti? Act.23,3.

Medium parietem maceriæ soluens, inimicitias in carne sua: legem mandatorum decretis euacuans. Ephes 2,14.

PARIO.

In dolore paries filios, & sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Gen.3,16.

Num verè paritura sum anus? † 18,13.

Cùm parturiret Rachel, ob difficultatem partus periclitari cœpit. † 35,17.

Et in morem parturientium contremiscant, & dolore teneantur. Deut.2,25.

Vicinaque partui: & audito nuntio quòd capta esset arca Dei, &c peperit: irruerant enim in eam dolores subiti. 1.Reg.4,19.

Ne timeas quia filium peperisti: quæ non respondit eis, neque animaduertit. 20.

Venerunt filij vsque ad partum, & vires non habet parturiens. 4.Reg.19,3.

Vocauit nomen eius Iabes, dicens: Quia peperi eum in dolore. 1.Par.4,9. Iob 24,21.

Numquid nosti partus ibicum in petris, vel parturientes ceruas obseruasti? Iob 39,1.

Parturiit iniustitiam, concepit dolorem, & peperit iniquitatem. Psal.7,15.

Ibi dolores vt parturientis. † 47,7.

Ante colles ego parturiebar. Prou.8,25.

A facie verbi parturit fatuus, tamquam gemitus partus infantis. Eccli.19,11.

Doluerunt quasi parturientes mulieres. † 48,21.

Non parturiui, & non peperi, & non enutriui iuuenes, nec ad incrementum perduxi virgines. Isaiæ 23,4.

Sicut quæ concipit, dum appropinquat ad partum, dolens clamat in doloribus suis: sic facti sumus à facie tua Domine. † 26,17.

Concepimus, & quasi parturiuimus, & peperimus spiritum. 18.

Tacui semper, silui, patiens fui, sicut parturiens loquar. † 42,14. † 54,1.

Antequam parturiret, peperit, antequam veniret partus eius, peperit masculum. † 66,7.

Numquid parturiet terra in die vna? aut parietur gens simul, quia parturiuit & peperit Sion filios suos? 8.

Numquid ego, qui alios parere facio, ipse non pariam, dicit Dominus? si ego, qui generationem ceteris tribuo, sterilis ero. 9.

Vocem enim quasi parturientis audiui, angustias vt puerperæ. Ierem.4,31.

Erit cor fortium Moab in die illa, sicut cor mulieris parturientis. † 48,41.

Et dabo ignem in Aegypto, quasi parturiens dolebit Pelusium. Ezech.30,16.

Dabit eos vsque ad tempus, in quo parturiens pariet: & reliquiæ fratrum eius conuertentur ad filios Israel. Mich.5,3.

Pariet autem filium & vocabis nomen eius IESVM. Matth.1,21.

Pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Ioannem. Lucæ 1, 13.

Peperit filium suum primogenitum. † 2,7.

Cùm autem pepererit puerum, iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum. Ioan.16,21.

Filioli mei, quos iterùm parturio, donec formetur Christus in vobis. Gal.4,19.

In vtero habens clamabat parturiens, & cruciabatur vt pariat. Apoc.12,2.

Peperit filium masculum, qui recturus erat omnes Gentes in virga ferrea. 5.

PARITER.

Fortis impegit in fortem, & ambo pariter conciderunt. Ierem.46,12.

Numquid ambulabunt duo pariter, nisi conuenerit eis? Amos 3,3.

Cùm complerentur dies Pentecostes, erant omnes pariter in eodem loco. Act.2,1.

Omnes autem qui credebant, erant pariter, & habebant omnia communia. 44.

PARIVS.

Omnemque pretiosum lapidem, & marmor Parium abundantissimè. 1.Par.29,2.

Super pauimentum smaragdino & pario stratum lapide. Esther 1,6.

PARMENA.

Elegerunt Stephanum, &c. & Parmenam. Act.6,5.

PARO.

Esto paratus manè, vt ascendas statim in montem Sinai. Exod.34,2. 2.Par.5,5.

Esdras enim parauit cor suum, vt inuestigaret legem Domini, & faceret, & doceret in Israel præceptum, & iudicium. 1.Esd.7,10.

Parasti in conspectu meo mensam, aduersus eos qui tribulant me. Psal.22,5.

Paratum cor meum Deus, paratum cor meum. † 56,8. † 107,2.

Parasti cibum illorum: quoniam ita est præparatio eius. † 64,10.

Parasti in dulcedine tua pauperi Deus. † 67,11.

Paratus sum, & non sum turbatus, vt custodiam mandata tua. † 118,60.

Parate viam Domini, rectas facite in solitudine semitas Dei nostri. Isaiæ 40,3.

Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini. Matth.3,3.

Ideò & vos estote parati, quia qua nescitis hora filius hominis venturus est. † 24,44. Luc 12,40.

Parate Domino plebem perfectam. Luc.1,17.

Præibis enim ante faciem Domini parare vias eius. 76. † 3,4.

Quod parasti ante faciem omnium populorum. † 3,31.

Hac nocte animam tuam repetunt à te: quæ autem parasti, cuius erunt? † 12,20.

Para quod cœnem, & præcinge te & ministra mihi, donec manducem & bibam: post hæc tu manducabis & bibes? † 17,8. Apoc.9,15.

PAROPSIS.

Mundatis quod de foris est calicis & paropsidis. Matth.23,25. † 26,23.

PARS, PARTICEPS.

Mirabantur nimis, sumptis partibus quas ab eo acceperant. Gen.43,33.

Maiorque venit Beniamin, ita vt quinque partibus excederet. 34.

Do tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi, in gladio & arcu meo. † 48,22.

Cedet in partem tuam. Exod.29,26.

Ego pars & hereditas tua in medio filiorum Israel. Num.18,20.

Pluribus maiorem partem dabis, & paucioribus minorem. † 26,54.

Pars autem Domini populus eius. Deut.32,9.

Abiit cum eo pars exercitus, quorum tetigerat Deus corda. 1.Reg.10,26.

Constituit populum in tres partes. † 11,11.

Non est nobis pars in Dauid. 2.Reg.20,1.

Aequa enim pars erit descendentis ad prælium, & remanentis ad sarcinas, & similiter diuident. † 30,24.

Et probaui quòd media pars mihi nuntiata non fuerit. 3.Reg.10,7.

Quæ nobis pars in Dauid, vel quæ hereditas in filio Isai? 3.Reg 12,16.

Fideliter distribuerent fratribus suis partes, minoribus atque maioribus, exceptis maribus ab annis tribus & supra. 2.Par.31,15.

Vobis autem non est pars, & iustitia, & memoria in Ierusalem. 2.Esd.2,28.

Media pars iuuenum eorum faciebat opus, & media parata erat ad bellum. † 4,16.

Omnis Israel in diebus Zorobabel, & in diebus Nehemiæ dabant partes cantoribus & ianitoribus per dies singulos. † 12,46.

Et cognoui quòd partes Leuitarum non fuissent datæ, & fugisset vnusquisque in regionem suam. † 13,10.

Ne despicias partem tuam quam redemisti tibi de Aegypto. Esther 13,16.

Hæc est pars hominis impij à Deo. Iob 20,29. † 27,13.

Quam enim partem haberet in me Deus? † 31,2.

Dominus pars hereditatis meæ, & calicis mei. Psal.15,5. † 59,8.

Pars mea Deus in æternum. † 72,26.

Particeps ego sum omnium timentium te, & custodientium mandata tua. † 118,63.

Hanc ratus sum partem meam, si vterer labore meo. Eccles.2,10.

Hæc est enim pars in vita, & in labore tuo. † 9,9.

Da partem septem, nec non & octo. † 11,2.

Hæc est pars nostra, & hæc est sors. Sap.2,9.

Da illis partem, sicut mandatum est tibi, primitiarum & purgationis. † 7,34.

Particula boni doni non te prætereat. † 14,14.

Pars Dei, Israel facta est manifesta. † 17,15.

Pars bona mulier bona in parte timentium Deum dabitur viro pro factis bonis. † 26,3.

Diuisit illi partem in tribubus duodecim. † 44,26.

Pars non est illi in gente: ipse est enim pars eius & hereditas. † 45,27.

In accipiendo autem partes de manu sacerdotum, & ipse stans iuxta aram. † 50,13.

Hæc est pars eorum qui vastauerunt nos, & sors diripientium nos. Isaiæ 17,14.

Non est similis pars Iacob: qui enim formauit omnia, ipse est. Ierem.10,16.

Pastores multi demoliti sunt vineam meam, conculcauerunt partem meam, dederunt portionem meam desiderabilem in desertum solitudinis. † 12,10.

Pars mea Dominus, dixit anima mea, propterea expectabo eum. Thren.3,24.

Per partes & per partes suas eiice eam, non cecidit super eam sors. Ezech.24,6.

Particeps idolorum Ephraim, dimitte eum. Osee 4,17.

Partes duæ in ea dispergentur & deficient, & tertia pars relinquetur in ea. Zach.13,8.

Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Luc.10,42.

Aut quæ pars fideli cum infideli? 2.Cor.6,15. Heb.2,14.

Participes enim Christi effecti sumus: si tamen initium substantiæ eius vsque ad finem firmum retineamus. Heb.3,14.

Exite de illa populus meus: vt ne participes sitis delictorum eius, & de plagis eius non accipiatis. Apoc.18,4.

PARVIPENDO.

Paruipendens quòd primogenita vendidisset. Gen.25,34. Leuit.20,4.

Subsannabant nuntios Dei, & paruipendebant sermones eius. 2.Par.36,16. Esth.1,18,

PARVM.

Melius est parum cum timore Domini, quàm thesauri magni & insatiabiles. Prou.15,16. † 16,8.

Dulcis est somnus operanti, siue parum, siue multum comedat. Ecclesf.5,11.

Numquid parum vobis est, molestos esse hominibus, quia molesti estis & Deo meo? Isa.7,13. Zach.1,15.

PARVVS.

Minor sum cunctis miserationibus tuis, & veritate tua, quam expleuisti seruo tuo. Gen.32,10.

Cum paruulis nostris & senioribus pergemus, cum filiis & filiabus, cum ouibus & armentis. Exod.10,9.

Leges verba legis, &c. tam viris quàm mulieribus, paruulis & aduenis. Deut.31,12.

Ego minimus in domo patris mei. Iudic.6,15.

Nónne cùm paruulus esses in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es? 1.Reg.15,17.

Dauid autem erat minimus. † 17,14.

Si parua sunt ista, adiiciam tibi multò maiora. 2.Reg.12,8.

Paruulos eorum elides, & prægnantes diuides. 4 Reg.8,12.

Ochoziam filium eius minimum, regem pro eo: omnes enim maiores natu, qui ante eum fuerant, interfecerant latrones Arabum, qui irruerant in castra. 2.Par.22,1.

Paruus fons, qui creuit in fluuium. Esth.10,6.

Paruus & magnus ibi sunt, & seruus liber à domino suo. Iob 3,18.

Minora exigaris ab eo, quàm meretur iniquitas tua. † 11,6.

Egrediuntur quasi greges paruuli eorum, & infantes eorum exultant lusibus. † 21,11.

Minorasti dies temporis eius. † 88,46.

Beatus, qui tenebit, & allidet paruulos tuos ad petram. † 136,9.

Intelligite paruuli astutiam, & insipientes animaduertite. Prou.8,5.

Si quis est paruulus, veniat ad me. † 9,4.

Quatuor sunt minima terræ. † 30,24.

Ciuitas parua, & pauci in ea viri, &c. pauper & sapiens, & liberauit vrbem. Eccl.s.9,14.

Soror nostra parua, & vbera non habet. Cantic.8,8.

Minimũ ergo pro magno placeat tibi, & improperium peregrinationis non audies. Eccli.29,30.

PARVVLVS enim NATVS est nobis, & filius datus est nobis. Isa.9,5.

Relinquetur paruus & modicus, nequaquam multus. † 16,14.

Minimus erit in mille, & paruulus in gentem fortissimam. † 60,22.

Effunde super paruulum foris, & super consilium iuuenum simul. Ier.6,11.

Paruulum dedi te in Gentibus, contemptibilem inter homines. † 49,15.

Si non deiecerint eos paruuli gregis. 20.

Paruuli eius ducti sunt in captiuitatem ante faciem tribulantis. Thren.1,5.

Cùm deficeret paruulus & lactens in plateis oppidi. † 2,11.

Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. † 4,4.

Paruuli eorum elidantur, & fœtæ eius discindantur. Osee 14,1.

Paruulum dedi te in gentibus, contemptibilis tu es valdè. Abd.1,2.

Mulieres populi mei eiecistis de domo deliciarum suarum, à paruulis earum tulistis laudem meam in perpetuum. Mich.2,9.

Paruuli eius elisi sunt in capite omnium viarum, & super inclytos eius miserunt sortem. Nahum 3,10.

Respexistis ad amplius, & ecce factum est minus. Agg.1,9.

Conuertam manum meam ad paruulos. Zach.13,7.

Memoraretur quoque iniquissimas mortes paruulorum innocentium. 2.Mach.8,4.

Qui ergo soluerit vnum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cælorum. Matth.5,19.

Qui autem minor est in regno cælorum, maior est illo. † 11,11,15. Luc.7,28.

Simile est regnum cælorum grano sinapis, quod accipiens homo seminauit in agro suo: quod minimum quidem est omnibus seminibus. † 13,32.

Aduocans Iesus paruulum, statuit eum in medio eorum. † 18,2.

Sinite paruulos, & nolite eos prohibere ad me venire: talium est enim regnum cælorũ. † 19,14. Mar.10,14. † 12,42.

Tamquam paruulis in Christo, lac vobis potum dedi. 1.Cor.3,2.

Cùm

Cùm essem paruulus, loquebar vt paruulus. † 13,11.

Ego enim sum minimus Apostolorum. † 15,9.

Cùm essemus paruuli, sub elementis mundi eramus seruientes. Gal. 4,3.

Vt iam nō simus paruuli fluctuātes. Eph. 4,14.

Sed facti sumus paruuli in medio vestrûm, tamquam si nutrix foueat filios suos. 1. Thessal. 2,7.

Eum autem qui modico quàm Angeli minoratus est, videmus Iesum propter passionem mortis gloria & honore coronatum. Heb. 2,9. † 5,15.

PASCHA.

Fecerunt autem filij Israel transmigrationis, Pascha quartadecima die mēsis primi. 1. Esd. 6,19.

In primo mense, quartadecima die mensis, erit vobis Paschæ solemnitas. Ezech. 45,21.

Scitis quia post biduum Pascha fiet, & Filius hominis tradetur vt crucifigatur. Matth. 26,2.

Apud te facio Pascha cum discipulis meis. 18.

Ibant parentes eius per omnes annos in Ierusalem in die solemni Paschæ. Luc. 2,41.

Pascha nostrum immolatus est Christus. 1. Cor. 5,7.

Fide celebrauit Pascha, & sanguinis effusionem. Heb. 11,28.

PASCO, PASTOR.

Iabel, qui fuit pater habitantium in tentoriis, atque pastorum. Gen. 4,20.

Rachel veniebat cum ouibus patris sui: nam gregem ipsa pascebat. † 29,9. † 31,40.

Ioseph cùm sedecim esset annorum, pascebat gregem patris sui. † 37,2.

Sunt viri pastores ouium, curamque habent alendorum gregum. † 46,32.

Detestantur Aegyptij omnes pastores ouium. 34.

Inde pastor egressus est lapis Israel. † 49,24.

Moyses autem pascebat oues Iethro soceri sui sacerdotis Madian. Exod. 3,1.

Vt pasceret gregem. 1. Reg. 17,15.

Pascebat seruus tuus patris sui gregem, & veniebat leo. 34.

Doeg Idumæus, potentissimus pastorum Saul. † 21,7.

Dixit autem Dominus ad te: Tu pasces populum meum Israel. 2. Reg. 5,2.

Coruisque præcepi vt pascant te ibi. 3. Regum 17,4.

Quasi oues non habentes pastorem. † 22,17.

Cumque venisset ad cameram pastorum in via, inuenit fratres Ochoziæ. 4. Reg. 10,13.

Inueneruntque pascuas vberes & valdè bonas. 1. Par. 4,40.

Pauit enim sterilem, quæ non parit, & viduæ benè non fecit. Iob 24,21.

In loco pascuæ ibi me collocauit. Psal 22,2.

Pascere Iacob seruum suum, & Israel hereditatem suam: & pauit eos in innocentia cordis sui. † 77,71.

Verba sapientium sicut stimuli, & quasi claui in altum defixi, quæ per magistrorum consilium data sunt à pastore vno. Eccles. 12,11.

Vbi pascas, vbi cubes in meridie. Cant. 1,6.

Qui pascitur inter lilia, donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ. † 2,17.

Vt pascatur in hortis, & lilia colligat. † 6,1.

Qui misericordiam habet, docet & erudit quasi pastor gregem suum. Eccli. 18,13.

Hospitabitur, & pascet, & potabit ingratos, & ad hæc amara audiet. † 29,32.

Pascentur agni iuxta ordinem suum. Isa. 5,17.

Vitulus & vrsus pascentur: simul requiescent catuli eorum. † 11,7.

Pascetur in possessione tua in die illo agnus spatiosè. † 30,23.

Sicut pastor gregem suum pascet: in brachio suo congregabit agnos. † 40,11.

Qui dico Cyro: Pastor meus es, & omnem voluntatem meam complebis. † 44,28.

Super vias pascentur, & in omnibus planis pascua eorum. † 49,9.

Et canes impudentissimi nescierunt saturitatem: ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam: omnes in viam suam declinauerunt, vnu quisque ad auaritiam suam, à summo vsque ad nouissimum. † 56,11.

Stabunt alieni, & pascent pecora vestra: & filij peregrinorum, agricolæ & vinitores vestri erunt. † 61,5.

Vbi est qui eduxit eos de mari cum pastoribus gregis sui? † 63,11.

Pastores præuaricati sunt in me. Ier. 2,8.

Dabo vobis pastores iuxta cor meum, & pascent vos scientia & doctrina. † 3,15.

Ad eam venient pastores, & greges eorū. † 6,3.

Quia stultè egerunt pastores, & Dominum non quæsierunt: propterea non intellexerunt, & omnis grex eorum dispersus est. † 10,21.

Pastores multi demoliti sunt vineam meam, conculcauerunt partem meam. † 12,10.

Non sum turbatus te pastorem sequens. † 17,16.

Omnes pastores tuos pascet ventus, & amatores tui in captiuitatem ibunt: & tunc confundēris. † 22,22.

Væ pastoribus, qui disperdunt & dilacerant gregem pascuæ meæ. † 23,1.

Vos dispersistis gregem meum, & eiecistis eos, & non visitastis eos. 2.

Suscitabo super eos pastores, & pascent eos: non formidabunt vltrà, & non pauebunt. 15.

Vlulate pastores, & clamate, & aspergite vos cinere. † 25,34.

Qui dispersit Israel, congregabit eum: & custodiet eum sicut pastor gregem suum. † 31,10.

Habitaculum pastorum accubantium gregum. † 33,12.

Et quis est iste pastor qui resistat vultui meo? † 49,19.

Grex perditus factus est populus meus: pastores eorum seduxerunt eos. † 50,6.

Collidam in te pastorem, & gregem eius, & collidam in te agricolam & iugales eius. † 51,23. Thren.1,6. Ezech.3,17.

Væ pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos. Ezech.34,2.

Ego ipse super pastores requiram gregem meum de manu eorum, & cessare faciam eos vt vltrà non pascant gregem. 10.

Pascam eas in montibus Israel, in riuis, & in cunctis sedibus terræ. 13.

ET SVSCITABO SVPER EAS PASTOREM VNVM, qui pascat eas, seruum meum Dauid, ipse pascet eas, & ipse erit eis in pastorem. Ego autem Dominus ero eis in Deum. 23.

Seruus meus Dauid rex super eos, & pastor vnus erit omnium eorum. † 37,24.

Iuxta pascua sua adimpleti sunt, & saturati sunt: & leuauerunt cor suum, & obliti sunt mei. Osee 13,6.

Verba Amos, qui fuit in pastoribus de Thecue. Amos 1,1.

Quomodo si eruat pastor de ore leonis duo crura, aut extremum auriculæ. † 3,12.

Pascet in fortitudine Domini, in sublimitate nominis Dei sui. Mich.5,4.

Pasce populum tuum in virga tua, gregem hereditatis tuæ. † 7,14.

Dormitauerunt pastores tui, rex Assur: sepelientur principes tui. Nahum 3,18.

Erit funiculus maris requies pastorum, & caulæ pecorum. Sophon.2,6.

Pascentur, & accubabunt, & non erit qui exterreat. † 3,13.

Super pastores iratus est furor meus, & super hircos visitabo. Zach.10,3.

Vox vlulatus pastorum, quia vastata est magnificentia eorum. † 11,3.

Pasce pecora occisionis. 4.

Succidi tres pastores in mense vno, & contracta est anima mea in eis. 8.

Adhuc sume tibi vasa pastoris stulti. 15.

Ego suscitabo pastorem in terra, qui derelicta non visitabit, dispersum non quæret, & contritum non sanabit, & id quod stat non enutriet, & carnes pinguium comedet, & vngulas eorum dissoluet. O pastor & idolum, derelinquens gregem: gladius super brachium eius 16.

Framea suscitare super pastorem meum. † 13,7.

Videns autem turbas, misertus est eis, quia erant vexati, & iacentes sicut oues non habentes pastorem. Matth.9,36.

Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis. Matth.26,31.

Qui autem intrat per ostium, pastor est ouium. Ioan 10,2.

Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. 11.

Pasce agnos meos. † 21,15.

Deus autem pacis, qui eduxit de mortuis pastorem magnum ouium in sanguine testamenti æterni, Dominum nostrum Iesum Christum. Heb.13,20.

Eratis enim sicut oues errantes, sed conuersi estis nunc ad pastorem, & episcopum animarum vestrarum. 1.Pet 2,25.

Pascite qui in vobis est gregẽ Dei, prouidentes non coactè, sed spontaneè secundũ Deum. † 5,2.

Cùm apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcescibilem gloriæ coronam. 4.

PASSER.

Præcipiet ei qui purificatur, vt offerat duos passeres viuos pro se. Leuit.14,4.

Passer inuenit sibi domum, & turtur nidum vbi ponat pullos suos. Psal.83,4.

Factus sum sicut passer solitarius in tecto. † 101,8.

Illic passeres nidificarunt. † 103,17.

Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. † 123,7.

Sicut auis ad alia transuolans, & passer quólibet vadens: sic maledictum frustrà prolatum in quempiam superueniet. Prou.26,1.

Nónne duo passeres asse væneunt. Mat.10,29.

PATEO.

Ostium meum viatori patuit. Iob 31,32.

Sepulchrum patens est guttur eorũ. Psal.5,11.

Omnes viæ hominis patent oculis eius. Prouerb.16,2.

In die illa erit fons patens domui Dauid. Zachar.13,1. 2.Cor.6,11.

PATER.

Qui fecit me quasi patrem Pharaonis, & Dominum vniuersæ domus eius, ac principem in omni terra Aegypti. Gen.45,8,9.

Qui maledixerit patri suo, vel matri, morte moriatur. Exod.21,17.

Turpitudinem patrui tui non reuelabis. Leuit.18,14,15.

Deus æmulator, reddens iniquitatem patrum super filios, in tertiam & quartam generationem, his qui oderunt me: & faciens misericordiam in multa millia diligentibus me, & custodientibus præcepta mea. Deut.5,9.

Honora patrem tuum, & matrem. 16.

Numquid non ipse est pater tuus, qui possedit te, & fecit, & creauit te? † 32,6.

Qui dixit patri suo & matri suæ: Nescio vos. † 33,9.

Vt habeamus te patrẽ ac sacerdotẽ. Iud.18,19.

Quis

Quis pater eorum? 1.Reg.10,12. † 14,1.

Dixitque patruus Saul ad eum, & ad puerum eius: Quò abistis? 14.

Maneat oro, pater meus & mater mea vobiscum, donec sciam quid faciat mihi Deus. † 22,3.

Pater mi, vide & cognosce oram chlamydis tuæ in manu mea. † 24,12.

Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium. 2.Reg.7,14. † 15,14.

Irritauit [Ochozias] Dominum Deum Israel, iuxta omnia quę fecerat pater eius. 3.Reg.22,54.

Pater mi, pater mi, currus Israel & auriga eius. 4.Reg.2,12. † 13,14.

Pater, & si rem grandem dixisset tibi propheta, certè facere debueras. † 5,13.

Numquid percutiam eos, pater mi? 6,21.

Ambulauit in omni via, per quam ambulauerat pater eius, seruiuitque immunditiis. † 21,21. 2.Par.33,2.

Quem patris loco colimus. Esth.13,6.

Tantam in se expertus humanitatem, vt pater noster vocaretur. † 16,11.

Diligenter inuestiga patrum memoriam, & ipsi docebunt te. Iob 8,8.

Sapientes confitentur, & non abscondunt patres suos. † 15,18.

Deus seruabit filiis illius dolorē patris. † 21,19.

Pater eram pauperum. † 29,16.

Quis est pluuiæ pater? † 38,28.

Pater meus & mater mea dereliquerunt me. Psal.26,10.

Patres nostri annuntiauerunt nobis. † 43,2. † 77,3.

Pro patribus tuis nati sunt tibi filij. † 44,17.

Patris orphanorum. † 67,6.

Pater meus es tu. † 88,27.

Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se. † 102,13.

Patres nostri in Aegypto non intellexerunt mirabilia tua. † 105,7.

Qui affligit patrem, & fugat matrem, ignominiosus est, & infelix. Prou.19,26.

Qui maledicit patri suo & matri, extinguetur lucerna eius in mediis tenebris. † 20,20.

Exultat gaudio pater iusti. † 23,24.

Qui subtrahit aliquid à patre suo, & à matre, & dicit hoc non esse peccatum, particeps homicidæ est? † 28,24.

Generatio, quæ patri suo maledicit. † 30,11.

Oculum qui subsannat patrem, & qui despicit partum matris suæ, effodiant eum corui de torrentibus, & comedant eum filij aquilæ. 17. Sap.2,16.

Hæc illum, qui primus formatus est à Deo pater orbis terrarum, cùm solus esset creatus, custodiuit. Sap.10,1.

Hos quidem tamquam pater monens probasti: illos autem tamquam durus rex interrogans condemnasti. † 11,11.

Qui honorat patrem suum, iucundabitur in filiis, & in die orationis suæ exaudietur. Eccli.3,6. † 17,25.

Memento patris & matris tuæ, in medio enim magnatorum consistis: ne fortè obliuiscatur te Deus in conspectu illorum. † 23,19.

Mortuus est pater eius, & quasi non est mortuus: similem enim reliquit sibi post se. In vita sua vidit, & lætatus est in illo: in obitu suo non est contristatus. † 30,4.

De patre impio queruntur filij, quoniam propter illum sunt in opprobrio. † 41,10.

Erubescite à patre & matre de fornicatione. † 41,21.

Vocabitur nomen eius, Admirabilis, consiliarius, Deus, fortis, pater futuri sæculi, princeps pacis. Isa.9,6.

Præparate filios eius occisioni, in iniquitate patrum suorum. † 14,21.

Erit quasi pater habitantibus Ierusalem. † 22,21.

Pater tuus primus peccauit, & interpretes tui præuaricati sunt in me. † 43,27.

Væ qui dicit patri: Quid generas? & mulieri: Quid parturis? † 45,10.

Tu enim pater noster, & Abraham nesciuit nos, & Israel ignorauit nos. † 63,16.

Pater noster es tu, nos verò lutum, & fictor noster tu, & opera manuum tuarum omnes nos. † 64,8.

Quid inuenerunt patres vestri in me iniquitatis, quia elongauerunt à me, & ambulauerunt post vanitatem, & vani facti sunt? Ier.2,5.

Saltem amodò voca me: Pater meus, dux virginitatis meæ tu es. † 3,4.

Patrem vocabis me, & post me ingredi non cessabis. 19.

Factus sum Israeli pater, & Ephraim primogenitus meus est. † 31,7.

Non dicent vltrà: Patres comederunt vuam acerbam. 29.

Non respexerunt patres filios manibus dissolutis pro aduentu diei, in quo vastabuntur omnes Philisthiim. † 47,3.

Patres nostri peccauerunt, & non sunt: & nos iniquitates eorum portauimus. Thren.5,7.

Patres comedent filios in medio tui, & filij comedent patres suos. Ezech.5,10.

Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa. † 16,3.

Patrem & matrem contumeliis affecerunt in te, aduenam calumniati sunt in medio tui. † 22,7.

Patres vestri vbi sunt, & prophetæ numquid in sempiternum viuent? Zach.1,5.

Si ergo Pater ego sum, vbi est honor meus? Mal.1,6.

Num-

Numquid non pater vnus omnium nostrûm? † 2,10.

Conuertit [Elias] cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum. † 4,6.

Razias, &c. qui pro affectu pater Iudæorum appellabatur. 2.Mach.14,37.

Sic ergo vos orabitis: Pater noster qui es in cælis. Matth.6,9.

Et non honorificabit patrem suum aut matrem suam. † 15,6.

Patrem nolite vocare vobis super terram: vnus est enim pater vester, qui in cælis est. † 23,9.

Relicto patre suo Zebedæo in naui cum mercenariis, secuti sunt eum. Mar.1,20.

Et erat pater eius & mater mirantes super his quæ dicebantur de illo. Luc.2,33.

Indignatus est autem, & nolebat introire. Pater ergo illius egressus, cœpit rogare illum. † 15,28.

Pater, dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt. † 23,34.

Sed & patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo. Ioan.5,18.

Si me sciretis, forsitan & Patrem meum sciretis. † 8,19.

Si Deus pater vester esset, diligeretis vtique me: ego enim ex Deo processi. 42.

Ego & Pater vnum sumus. † 10,30.

Vt sit pater omnium credentium per præputium. Rom.4,11.

Patrem multarum gentium posui te. 17.

Quorum patres, & ex quibus est Christus. † 9,5.

Si decem millia pædagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres. 1.Cor 4,15.

Ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios & filias. 2.Cor.6,18.

Et vos patres nolite ad iracundiam prouocare filios vestros, sed educate illos in disciplina & correptione Domini. † 6,4.

Patres, nolite ad indignationem prouocare filios vestros, vt non pusillo animo fiant. Col.3,21.

Melchisedech, rex Salem, &c. sine patre, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum, neque finem vitæ habens, assimilatus autem Filio Dei. Heb.7,3.

Patres quidem carnis nostræ eruditores habuimus. † 12,9.

Scribo vobis patres, quoniam cognouistis eum qui ab initio est. 1.Ioan.2,13.

PATERNITAS.

Ad Patrem Domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cælis & in terra nominatur. Ephes.3,15.

PATERFAMILIAS.

Colligam spicas, quæ fugerint manus metentium, vbicumque clementis in me patrisfamilias reperero gratiam. Ruth 2,2.

Si patremfamilias Beelzebub vocauerunt: quantò magis domesticos eius? Matth.10,25. † 20,11. Lucæ 14,21.

PATMOS.

Fui in insula, quæ appellatur Patmos, propter verbum Dei. Apoc.1,9.

PATIBVLVM.

Alterum suspendit in patibulo, vt coniectoris veritas probaretur. Gen.40,22. Num.25,4.

Appensus fuerit in patibulo, non permanebit cadauer eius in ligno. Deut.21,22. Ios 8,29.

Suspensus est itaque Aman in patibulo. Esth. 7,10. † 16,18.

PATIOR, PATIENS.

Dominus patiens, & multæ misericordiæ, auferens iniquitatẽ, & scelera. Num.14,18. 1.Regum 14,15. 2.Reg.16,10.

Quod pateris, fecit tibi Dominus hodie. 1.Regum 28,18. 2.Reg.3,8.

Passionum animi impotentia. 2.Regum 3,8. 3.Regum 21,4.

Hanc autem tentationem ideò permisit Dominus euenire illi, vt posteris daretur exemplum patientiæ eius, sicut & sancti Iob. Tob.2,12.

Sed quia patiens Dominus est, in hoc ipso pœniteamus. Iudith 8,14.

Passio vna indomita quietem Aman euertit. Esther 3,5. † 5,13.

Vbi est timor tuus, fortitudo tua, patientia tua, & perfectio viarum tuarum? Iob 4,6.

Hæc passus sum absque iniquitate manus meæ. † 16,18.

Patientiam meam quis considerat? † 17,15.

Patientia pauperum non peribit in finem. Psal.9,19.

Passionis Domini circumstantia & grauitas. Psal.21.

Tu es patientia mea. † 61,6.

Tu es patientia mea Domine, spes mea à iuuentute mea. † 70,5.

Patiens, & multæ misericordiæ, & verax. † 85,15.

Benè patientes erunt vt annuntient. † 91,16.

Patiens, & multùm misericors. † 144,8.

Qui patiens est, multa gubernatur prudentia: qui autem impatiens est, exaltat stultitiam suam. Prou.14,29.

Vir iracundus prouocat rixas: qui patiens est, mitigat suscitatas. † 15,18.

Melior est patiens viro forti: & qui dominatur animo suo, expugnatore vrbium. † 16,32.

Doctrina viri, per patientiam noscitur: & gloria eius est iniqua prætergredi. † 19,11.

Patientia lenietur Princeps. † 25,15.

Melior est patiens arrogante. Eccles.7,9.

Probemus patientiam illius. Sap.2,19.

Quia non & ipsi eadem passi erant, magnificabant te. † 18,1.

Iustè

Iustè enim patiebantur secundùm suas nequitias. † 19,12.

Tempus sustinebit patiens, & posteà redditio iucunditatis. Eccli 1,29.

Omne quod tibi applicitum fuerit, accipe, & in dolore sustine, & in humilitate tua patientiam habe † 2,4

Propter hoc patiens est Deus in illis, & effundit super eos misericordiam suam. † 18,9.

Noli in patientia tua suscipere me. Ier.15.15.

Cogitationes pacis, & non afflictionis, vt dem vobis finem & patientiam. † 29,11.

Patiens & multæ misericordiæ, & præstabilis super malitia. Ioel.2,13.

Dominus patiens, & magnus fortitudine. Nahum 1,3. Hab.1,2.

Possederunt [Romani] omnem locum consilio suo, & patientia. 1.Mach.8,3. 2.Mach.6,30.

Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Matth.5,10.

Exinde cœpit Iesus ostendere discipulis suis, quia oporteret eum ire Ierosolymam, & multa pati à senioribus, & Scribis, & principibus sacerdotum, & occidi, & tertia die resurgere. † 16,21. Mar.8,31.

Fecerunt in eo [Elia] quæcumque voluerunt. Sic & Filius hominis passurus est ab eis. † 17,12.

Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. † 18,26. Luc.8,15.

Primùm autem oportet illum multa pati, & reprobari à generatione hac. Luc.17,25.

In patientia vestra possidebitis animas vestras. † 21,19.

Nónne hæc oportuit pati Christum? † 24,26.

Deus autem, qui prænuntiauit per os omnium Prophetarum, pati Christum suum, sic impleuit. Act.3,18.

Ego enim ostendam illi quanta oporteat eum pro nomine meo pati. † 9,16

Adaperiens, & insinuans quia Christum oportuit pati, & resurgere à mortuis. † 17,3.

Si passibilis Christus, si primus ex resurrectione mortuorum, lumen annuntiaturus est populo & Gentibus. † 26,23.

Iis quidem qui secundùm patientiam boni operis, gloriam, & honorem, & incorruptionem quærunt, vitam æternam. Rom.2,7.

Patientia autem probationem, probatio verò spem. † 5,4.

Cùm enim essemus in carne, passiones peccatorum quæ per legem erant, operabantur in membris nostris. † 7,5.

Existimo enim quòd non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. † 8,18.

Si autem quod non videmus, speramus, per patientiam expectamus. 24.

Si quid patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra: siue gloriatur vnum membrum, congaudent omnia membra. 1.Cor.12,26.

Charitas patiens est, benigna est. † 13,4.

Quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis: ita & per Christum abundat consolatio nostra. 2.Cor.1,5.

Sicut socij passionum estis, sic eritis & consolationis. 7.

Tanta passi estis sine causa? Gal.3,4.

Vobis donatum est pro Christo, non solùm vt in eum credatis, sed vt etiam pro illo patiamini. Phil.1,29.

Societatem passionum illius, configuratus morti eius. † 3,10.

Qui nunc gaudeo in passionibus pro vobis, & adimpleo ea quæ desunt passionum Christi, in carne mea, pro corpore eius, quod est Ecclesia. Col.1,24.

Passi, & contumeliis affecti (sicut scitis) in Philippis. 1.Thess.2,2.

Quia eadem passi estis & vos à contribulibus vestris, sicut & ipsi à Iudæis. 14.

Ita vt & nos ipsi in vobis gloriemur in Ecclesiis Dei pro patientia vestra, & fide, & in omnibus persecutionibus vestris. 2.Thess.1,4.

Vt in me primò ostenderet Christus Iesus omnem patientiã, ad informationem eorum, qui credituri sunt illi in vitam æternam. 1.Tim.1,16.

Eum autem, qui modico quàm Angeli minoratus est, videmus Iesum propter passionem mortis gloria & honore coronatum. Heb.2,9.

Didicit ex iis quæ passus est, obedientiã. † 5,8.

Vt non segnes efficiamini; verùm imitatores eorum qui fide & patientia hereditabunt promissiones. † 6,12.

Alioquin oportebat eum frequenter pati ab origine mundi. † 9,26.

Rememoramini autem pristinos dies, in quibus illuminati magnum certamen sustinuistis passionum. † 10,32.

Patientia vobis necessaria est, vt voluntatem Dei facientes reportetis promissionem. 36.

Deponentes omne pondus, & circumstans nos peccatum, per patientiam curramus ad propositum nobis certamen. † 12,1.

Propter quod & Iesus, vt sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. † 13,12.

Patientia opus perfectum habet. Iac.1,4.

Patientes estote fratres, vsque ad aduentum Domini. † 5,7.

Prænuntians eas quæ in Christo sunt passiones, & posteriores glorias. 1.Pet.1,11.

Hæc est enim gratia si propter Dei conscientiam sustinet quis tristitias, patiens iniustè. † 2,19.

Si benè facientes patienter sustinetis; hæc est gratia apud Deum. 20.

Quia & Christus passus est pro nobis, vobis relin-

linquens exemplũ vt sequamini vestigia eius. 21.

Sed & si quid patimini propter iustitiam, beati. † 3, 14.

Melius est enim benefacientes (si voluntas Dei est) pati quàm malefacientes. 17.

Christo igitur passo in carne, & vos eadem cogitatione armamini. † 4, 1.

Communicantes Christi passionibus gaudete, vt & in reuelatione gloriæ eius gaudeatis exultantes. 13.

Nemo autem vestrûm patiatur vt homicida, aut fur. 15.

Scientes eamdem passionem ei, quæ in mundo est, vestræ fraternitati fieri. † 5, 9.

Deus autem omnis gratiæ, qui vocauit nos in æternam suam gloriam in Christo Iesu, modicum passos ipse perficiet, confirmabit, solidabitque. 10.

In patientia autem pietatem. 2. Pet. 1, 6.

Non tardat Dominus promissionem suam, sicut quidam existimant: sed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti. † 3, 9.

Scio opera tua, & laborem, & patientiam tuam. Apoc. 2, 2.

Nihil horum timeas quæ passurus es. Apocal. 2, 10.

Noui opera tua, & fidem, & charitatem tuam, & ministerium, & patientiam. 19.

Hîc est patientia, & fides sanctorum. † 13, 10.

Hic patientia sanctorum est, qui custodiunt mandata Dei. † 14, 12.

PATRIA.

Nato autem Ioseph, dixit Iacob socero suo: Dimitte me, vt reuertar in patriam, & ad terram meam. Gen. 30, 25.

Noluit indicare ei populum & patriam suam. Esth. 2, 10.

Vt ingrederetur ad regem, & rogaret pro populo suo, & patria sua. † 15, 1.

Afferte Domino patriæ gentium, afferte Domino gloriam. Psal. 95, 7.

Qui multos de patria sua expulerat, peregrè periit. 2. Mach. 5, 9.

His verbis constantes effecti sunt, & pro legibus & patria mori parati. † 8, 21.

Quippe qui lege, & patria, sanctoque templo priuari vererentur. † 13, 11.

Animi magnitudinem, quam pro patriæ certaminibus habebant, sanguine iudicium facere metuebant. † 14, 18.

Veniens in patriam suam, docebat eos in synagogis eorum. Matth. 13, 54.

Propheta in patria sua honorem non habet. Ioan. 4, 44.

Confitentes quia peregrini & hospites sunt super terram. Qui enim hæc dicunt, significant se patriam inquirere. Heb. 11, 13.

PATRIVS.

Patrios quidem honores nihil habentes, Græcas glorias optimas arbitrabantur. 2. Mach. 4, 15.

Qui compelleret Iudæos, vt se transferrent à patriis & Dei legibus: contaminare etiam quod in Ierosolymis erat templum. † 6, 1, 6.

Parati sumus mori, magis quàm patrias Dei leges præuaricari. † 7, 2.

Ego autem, sicut & fratres mei, animam & corpus meum trado pro patriis legibus. 37.

Patria voce, omnipotentem Dominum benedicebant. † 15, 29.

PATRIARCHA.

Hi Patriarchæ, & cognationum principes, qui habitauerunt in Ierusalem. 1. Par. 8, 28.

Secunda verò nocte, in copulatione sanctorum Patriarcharum admitteris. Tob. 6, 20. Act. 2, 29.

Patriarchæ æmulantes, Ioseph vendiderunt in Aegyptum. Act. 7, 9. Heb. 7, 4.

PATRVVS.

Turpitudinem patrui tui non reuelabis, nec accedes ad vxorem eius, quæ tibi affinitate coniungitur. Leuit. 18, 14. † 20, 20.

Nupserunt, &c. filiis patrui sui. Num. 36, 11. Ier. 32, 8.

PATRVELIS.

Accepit autem Amram vxorem Iochabed patruelem suam. Exod. 6, 20.

Cantabo dilecto meo canticum patruelis mei vineæ suæ, Isa. 5, 1. Ier. 32, 7.

PAVCVS, PAVCITAS.

Pauci numero, qui priùs eratis, sicut astra cæli præ multitudine. Deut. 28, 62.

Paucitas populi Israel. Non sunt derelicti Ioachaz de populo nisi quinquaginta equites, & decem currus, & decem millia peditum: interfecerat enim eos rex Syriæ. 4. Reg. 13, 7.

Paucitatem dierum meorum nuntia mihi. Psal. 101, 24.

Pauci facti sunt: & vexati sunt à tribulatione malorum. † 106, 39. † 108, 8. Matth. 20, 16.

Si pauci sunt qui saluantur? Luc. 13, 23.

Habeo aduersus te pauca. Apoc. 2, 14.

PAVEO.

Pauore perterritus misit ad coniectores Aegypti, cunctosque sapientes: & accersitis narrauit somniũ, nec erat qui interpretaretur. Gen. 41, 8.

Pauete ad Sanctuarium meum: ego Dominus. Leuit. 26, 2.

Erat enim cor eius pauens pro arca Dei. 1. Reg. 4, 13.

Fiebat enim pauor mortis in singulis vrbibus, & grauissima valdè manus Dei. † 5, 12.

Dominus dedit pauorem eius [Dauidis] super omnes gẽtes. 1. Par. 14, 17. 2. Par. 17, 10. † 20, 29.

Roboam erat rudis & corde pauido. 2. Par. 13, 7.

Noli

Noli pauere in corde tuo. Iudith 11,1.

Videns autem Achior caput Holofernis, angustiatus præ pauore cecidit in faciem suam super terram, & æstuauit anima eius. † 13,29.

Columnæ cæli contremiscunt, & pauent ad nutum eius. Iob 26,11.

Contemnit pauorem, nec cedit gladio. † 39,22.

Fortitudo simplicis via Domini: & pauor his qui operantur malum. Prou. 10,29.

Beatus homo qui semper est pauidus: qui verò mentis est duræ, corruet in malum. † 18,14.

Qui timet Dominum nihil trepidabit, & non pauebit: quoniam ipse est spes eius. Eccli. 34,16.

Pauentes horrendè & cum admiratione nimia perturbati. Sap. 17,3.

Erit terra Iuda Aegypto in pauorem, omnis qui illius fuerit recordatus, pauebit à facie consilij Domini. Isaiæ 19,17.

Dabo te in pauorem, te & omnes amicos tuos: & corruent gladio inimicorum suorum, & oculi tui videbunt. Ierem. 20,4.

Vidi ipsos pauidos & terga vertentes, fortes eorum cæsos. † 46,5.

Pauor, & fouea, & laqueus super te, ô habitator Moab. † 48,43.

Et super quo pauet anima vestra, filij vestri & filiæ vestræ, quas reliquistis gladio cadent. Ezechiel. 24,21.

Stupebunt naues in die pauoris tui, & turbabuntur insulæ in mari. † 26,18.

Erit pauor in Aethiopia, cùm ceciderint vulnerati in Aegypto, & ablata fuerit multitudo illius, & destructa fundamenta eius. † 30,4,9.

Tremiscāt & paueant Deū Danielis. Dan. 6,26.

Paueant omnes habitantes in vniuersa terra Deum Danielis: quia ipse est saluator. † 14,42.

Pauebunt ad Dominum, & ad bonum eius in nouissimo dierum. Osee 3,5.

Cœpit pauere, & tædere. Mar. 14,33.

PAVIMENTVM.

Pauimentum domus texit auro. 3. Reg. 6,30.

Adhæsit pauimento anima mea: viuifica me secundum verbum tuum. Psal. 118,25.

Pauimentum stratum lapide in atrio per circuitum. Ezech. 40,17.

PAVLATIM.

Paulatim expellam eos de conspectu tuo, donec augearis, & possideas Terram. Exod. 23,29.

Consumet nationes has in conspectu tuo paulatim atque per partes. Non poteris eas delere pariter: ne fortè multiplicentur contra te bestiæ terræ. Deut 7,22.

PAVLOMINVS.

Minuisti eū paulominùs ab Angelis. Psal. 8,6.

Paulominùs consummauerunt me in terra. † 118,87.

PAVLVLVM.

Paululùm dormies, paululùm dormitabis, paululùm conseres manus, vt dormias: & veniet tibi quasi viator, egestas. Prou. 6,10.

Paululùm cum pertransissem eos, inueni quem diligit anima mea. Cant. 3,4. Isaiæ 10,25.

PAVLVS.

Bar-iesu, qui erat cum Proconsule Sergio Paulo. Act. 13,7.

Paulo dicebant per Spiritum, ne ascenderet Ierosolymam. † 21,4.

Ego quidem sum Pauli: ego autem Apollo. 1. Cor. 1,12.

Sicut & charissimus frater noster Paulus, secundùm datam sibi sapientiam scripsit vobis. 2. Pet. 3,15.

PAVPER, PAVPERTAS.

Anno autem septimo dimittes eam [terram] vt comedant pauperes populi tui, & quidquid reliquum fuerit, edant bestiæ agri. Exod. 23,11.

Diues non addet ad medium sicli, & pauper nihil minuet. † 30,15.

Pauperum oblatio. Duos turtures, vel duos pullos columbarum. Leuit. 12,8.

Pauperibus & peregrinis carpenda dimittes. † 19,10.

Si paupertate compulsus vendiderit se tibi frater tuus, non eum opprimes seruitute famulorum. † 25,40.

Si pauper fuerit, &c. stabit coram sacerdote: & quantum ille æstimauerit. † 27,8.

Ad paupertatem venerit: non obdurabis cor tuum, nec contrahes manum, sed aperies eam pauperi, & dabis mutuum, quo eum indigere perspexeris. Deut. 15,7.

Et auertas oculos tuos à paupere fratre tuo, &c. ne clamet contra te ad Dominum, & fiat tibi in peccatum, sed dabis ei, nec ages quippiam callidè in eius necessitatibus subleuandis. 10.

Non deerunt pauperes in terra habitationis tuæ; idcircò ego præcipuo tibi vt aperias manum fratri tuo egeno, & pauperi, qui tecum versatur in terra. 11.

Sin autem pauper est, non pernoctabit apud te pignus. † 24,13.

Dominus pauperem facit, & ditat. 1. Reg. 2,7.

De stercore eleuat pauperem. 8. 3. Reg. 17,3.

Nihilque relictum est exceptis pauperibus populi. 4. Reg. 24,14.

De pauperibus terræ reliquit vinitores & agricolas. † 25,12.

Ecce ego in paupertate mea præparaui impensas domus Domini, auri talenta centum millia, & argenti mille millia talentorum: æris verò & ferri non est pondus, &c. Præcepit quoque Dauid cunctis principibus Israel, vt adiuuarent Salomonem. 1. Par. 22,14. Tob. 1,19,23.

Noli auertere faciem tuam ab vllo paupere: ita enim fiet vt nec à te auertatur facies Domini. Tob. 4,7.

Pauperem quidem vitam gerimus, sed multa bona habebimus, si timuerimus Deum, & recesserimus ab omni peccato, & fecerimus benè. 23.

Sufficiebat enim nobis paupertas nostra, vt diuitias computaremus in hoc, quòd videbamus filium nostrum. † 5, 25.

Et mitterent sibi inuicem ciborum partes, & pauperibus munuscula largirentur. Esther 9, 22.

Subuerterunt pauperum viam, & oppresserunt pariter mansuetos terræ. Iob 24, 4.

Eò quòd liberassem pauperem vociferantem. † 29, 12.

Pater eram pauperum. 16.

Si negaui quod volebant, pauperibus. † 31, 16.

Et si fuerint in catenis, & vinciantur funibus paupertatis. † 36, 8.

Eripiet de angustia sua pauperem, & reuelabit in tribulatione aurem eius. 15.

Non in finem obliuio erit pauperis. Psal. 9, 19.

Insidiatur vt rapiat pauperem: rapere pauperem dum attrahit eum. † H. 10, 9.

Tibi derelictus est pauper: pupillo & orphano tu eris adiutor. 14.

Edent pauperes, & saturabuntur, & laudabunt Dominum. † 21, 27.

Infirmata est in paupertate virtus mea. † 30, 11

Iste pauper clamauit, & Dominus exaudiuit eum. † 33, 7.

Beatus qui intelligit super egenum & pauperem: in die mala liberabit eum Dominus. Dominus conseruet eum, & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra: & non tradat eum in animam inimicorum eius. Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius. † 40, 2.

Parasti in dulcedine tua pauperi Deus. † 67, 11.

Ego sum pauper, & dolens. † 68, 30.

Iudicabit pauperes populi, & saluos faciet filios pauperum: & humiliabit calumniatorem. † 71, 4.

Liberabit pauperem à potente. 12.

Parcet pauperi & inopi, & animas pauperum saluas faciet. 13.

Pauper & inops laudabunt nomen tuum. † 73, 21.

Pauperes facti sumus nimis. † 78, 8.

Eripite pauperem: & egenum de manu peccatoris liberate. † 81, 4.

Inops & pauper sum ego. † 85, 1.

Pauper sum ego, & in laboribus à iuuentute mea. † 87, 16. † 108, 22.

Et adiuuit pauperem de inopia. † 106, 41.

Dispersit, dedit pauperibus. † 111, 9.

De stercore erigens pauperem. † 112, 7.

Pauperes eius saturabo panibus. † 131, 15.

Veniet tibi quasi viator egestas, & pauperies quasi vir armatus. Prou. 6, 11.

Melior est pauper, & sufficiens sibi, quàm gloriosus, & indigens pane. † 12, 9.

Qui autem pauper est, increpationem non sustinet. † 13, 8.

Etiã proximo suo pauper odiosus erit. † 14, 20.

Qui despicit proximum suum peccat, qui autem miseretur pauperis, beatus erit. 21.

Omnes dies pauperis mali. † 15, 15.

Cum obsecrationibus loquetur pauper: & diues effabitur rigidè. † 18, 23.

Melior est pauper, qui ambulat in simplicitate sua, quàm diues torquens labia sua, & insipiens. † 19, 1.

Fratres hominis pauperis oderunt eum: insuper & amici procul recesserunt ab eo. 7.

Fœneratur Domino qui miseretur pauperis, & vicissitudinem suam reddet ei. 17.

Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, & ipse clamabit & non exaudietur. † 21, 13.

Non facias violentiam pauperi, quia pauper est. † 22, 22.

Vir pauper calumnians pauperes, similis est imbri vehementi. † 28, 3.

Qui dat pauperi, non indigebit: qui despicit deprecantem, sustinebit penuriam. 27.

Nouit iustus causam pauperum: impius ignorat scientiam. † 29, 7.

Rex qui iudicat in veritate pauperes, thronus eius in æternum firmabitur. 14.

Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem. † 31, 20.

Quid habet amplius sapiens à stulto: & quid pauper, nisi vt pergat illuc vbi est vita? Eccle. 6, 8.

Opprimamus pauperem iustum. Sap. 2, 10.

Eleemosynam pauperis ne defraudes, & oculos tuos ne transuertas à paupere. Eccli. 4, 1.

Congregationi pauperũ affabilem te facito. 7.

Et pauperi porrige manum tuam. † 7, 36.

Noli despicere hominem iustum pauperem, & noli magnificare virum peccatorem diuitem. † 10, 26.

Pauper gloriatur per disciplinam & timorem suum. 33.

Qui gloriatur in substantia, paupertatem vereatur. 34.

Abundans paupertate: & oculus Dei respexit illum in bono, & erexit eum ab humilitate ipsius. † 11, 12.

Facile est enim in oculis Dei subitò honestare pauperem. 23.

Diues iniustè agit, & fremet: pauper autem læsus tacebit. † 13, 4.

Venatio leonis onager in eremo: sic & pascua diuitum sunt pauperes. 23.

Diues locutus est, & omnes tacuerunt, & verbum illius vsque ad nubes perducent. Pauper locutus est, & dicunt: Quis est hic? 29.

Nequissima paupertas in ore impij. 30.

Memento paupertatis in tempore abundãtiæ, & necessitatũ paupertatis in die diuitiarũ. † 18, 25.

Depre-

Deprecatio pauperis ex ore vsque ad aures eius perueniet, & iudicium festinatò adueniet illi. † 21, 6.

Fidem possIde cum amico in paupertate illius, vt & in bonis illius læteris. † 22,28.

Pauperem superbum, diuitem mendacem, senem fatuum & insensatum. † 25,4.

Propter mandatum assume pauperem, & propter inopiam eius ne dimittas eum vacuum. † 29,12.

Laborauit pauper in diminutione victus, & in fine inops fit. † 31,4.

Qui offert sacrificium ex substantia pauperum, quasi qui victimat filium in conspectu patris sui. † 34,24.

Quare atteritis populum meum, & facies pauperum commolitis? Isa.3,15.

Iniustitiam scripserunt, vt opprimerent in iudicio pauperes. † 10,2.

Hinni voce tua filia Gallim, attende Laisa, paupercula Anathoth. 30.

Dominus fundauit Sion, & in ipso sperabunt pauperes populi. † 14,32.

Addent mites in Domino lætitiam, & pauperes homines in sancto Israel exultabunt. † 29,19.

Egeni & pauperes quærunt aquas, & non sunt, lingua eorum aruit. † 41,17.

Excoxi te, sed non quasi argentum, elegi te in camino paupertatis. † 48,10.

Paupercula, tempestate conuulsa, absque vlla consolatione. † 54,11.

Ad quem autem respiciam, nisi ad pauperculum, & contritum spiritu, & trementem sermones meos? 66,2.

In alis tuis inuentus est sanguis animarum pauperum, & innocentum. Ier.2,34.

Forsitan pauperes sunt, & stulti, ignorantes viam Domini, iudicium Dei sui. Ibo igitur ad optimates, & loquar eis. † 5,4.

Liberauit animam pauperis de manu malorum. † 20,13.

De plebe pauperum, qui nihil penitùs habebant, dimisit. † 39,10.

Ego vir videns paupertatem meam, in virga indignationis eius. Thren.3,1.

Recordare paupertatis, & transgressionis meæ, absynthij, & fellis. † 3,19.

Manum egeno & pauperi non porrigebant. Ezech.16,49.

Egenum & pauperem affligebant, & aduenam opprimebant. † 22,29.

Qui conterunt super puluerem terræ capita pauperum, & viam humiliũ declinant. Amos 2,7.

Vaccæ pingues, quæ estis in monte Samariæ: quæ calumniam facitis egenis, & confringitis pauperes. Amos 4,1.

Pro eo quòd diripiebatis pauperem, & prædam electam tollebatis ab eo. † 5,11.

Audite hoc qui conteritis pauperem, & deficere facite egenos terræ, dicentes: Quando transibit mensis, & venumdabimus merces; & sabbatum, & aperiemus frumentum, vt imminuamus mensuram? † 8,4.

Vt possideamus in argento egenos, & pauperes pro calceamentis. 6.

Derelinquam in medio tui populum pauperem, & egenum, & sperabunt in nomine Domini. Soph.3,12.

ECCE REX TVVS veniet tibi iustus, & saluator: ipse pauper, & ascendens super asinam, & super pullum filium asinæ. Zach.9,9.

Pascam pecus occisionis propter hoc, ô pauperes gregis. † 11,7.

Cognouerunt sic pauperes gregis, qui custodiunt mihi, quia verbum Domini est. 11.

Surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur. Matth.11,5.

Semper pauperes habetis vobiscum; me autem non semper habetis. † 26,11.

Vnum tibi deest: vade, quæcumque habes vende, & da pauperibus. Mar.10,21.

Pauperes, ac debiles, & cæcos, & claudos introduc huc. Luc.14,21.

Ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus. † 19,8.

Vidua hæc pauper plus quàm omnes misit. † 21,3.

Altissima paupertas eorum, abundauit in diuitias simplicitatis eorum. 2.Cor.8,2.

Tantùm vt pauperum memores essemus: quod etiam solicitus fui hoc ipsum facere. Gal.2,10.

Pauperi autem dicatis: Tu sta illic, aut sede sub scabello pedum meorum. Iac.2,3.

Nónne Deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide, & heredes regni. 5.

Scio tribulationem tuam, & paupertatem tuam: sed diues es. Apoc.2,9.

PAVVS.

Et dentes elephantorum, & simias, & pauos. 3.Reg.10,22.

PAX, PACIFICVS.

Pacifici venimus, nec quidquam famuli tui machinantur mali. Gen.42,11.

Si pacifici estis, frater vester vnus ligetur in carcere: vos autem abite. 19.

Pax vobis, nolite timere, Deus vester & Deus patris vestri dedit vobis thesauros in saccis vestris. † 43,23.

Vade in pace. Exod.4,18.

Altare de terra facietis mihi, & offeretis super eo holocausta, & pacifica vestra, oues vestras, & boues. † 20,24.

Ad expugnandam ciuitatem, offeres ei primùm pacem. Deut.20,10.

Non facies cum eis pacem, nec quæras eis bona. † 23,6.

Pax erit mihi, & ambulabo in prauitate cordis mei: & absumat ebria sitientem. † 29,19.

Fecitque Iosue cum eis [Gabaonitis] pacem. Iof.9,15.

Pax tecũ, ne timeas, non morieris. Iudic.6,23.

Cum pace redde mihi eam. † 11,13.

Ite in pace: Dominus respicit viam vestram, & iter quò pergitis. † 18,6.

Pax tecum sit, ego præbebo omnia quæ necessaria sunt. † 19,20.

Vade in pace. 1.Reg.1,17.

Eratque pax inter Israel & Amorrhæum. † 7,14.

Pacificúsne est ingressus tuus? † 16,4.

Si dixerit, Benè: pax erit seruo tuo. † 20,7.

Vade in pace. 42. 2.Reg.15,9.

Sit fratribus meis & tibi pax, & domui tuæ pax, & omnibus quęcũque habes sit pax. † 25,6.

Vade pacificè in domum tuam. 35. 2.Regum 3,23.

Feceruntque pacem cum Israel, & seruierunt eis. 2.Reg.10,19.

Est ne pax puero Absalom. † 18,29.

Pacificúsne est ingressus tuus? 3.Reg.2,13.

Throno illius sit pax vsque in æternum à Domino. 33.

Habebat [Salomon] pacem ex omni parte in circuitu. † 4,24.

Erat pax inter Hiram & Salomonem. † 5,12.

Siue pro pace veniant, apprehendite eos. † 20,18.

Si reuersus fueris in pace, non est locutus in me Dominus. † 22,28.

Pacemque habuit Iosaphat cum rege Israel 45.

Vade in pace. 4 Reg.5,19.

Quid tibi & paci? trãsi, & sequere me. † 9,18.

Pax est, Iehu? &c. Quæ pax? adhuc fornicationes Iezabel matris tuæ, & veneficia eius multa vigent. 22.

Numquid pax potest esse Zambri, qui interfecit dominum suum. 31.

Sit pax & veritas in diebus meis. † 20,19.

Si pacificè venistis ad me, vt auxiliemini mihi, cor meum iungatur vobis. 1.Par.12,17.

Pax, pax tibi, & pax adiutoribus tuis. 18. † 18,10.

Pacificus vocabitur; & pacem & otium dabo in Israel cunctis diebus eius. † 22,9.

Non erit pax ingredienti, & egredienti, sed terrores vndique. 2.Par.15,5.

Pacificas verò hostias coxerunt in lebetibus. † 35,13.

Non quæratis pacem eorum, & prosperitatem eorum vsque in æternum, vt confortemini, & comedatis quæ bona sunt terræ. 1.Esd.9,12.

Præcipe in pace recipi spiritum meum: expedit enim mihi mori quàm viuere. Tob.3,6.

Pax vobis, nolite timere. † 12,17.

Beati omnes qui diligunt te, & qui gaudent super pace tua. † 13,18.

Veni nobis pacificus dominus, & vtere seruitio nostro sicut placuerit tibi. Iudith 3,6.

Nolens loqui pacificè cum Assyriis. † 7,13.

Vade in pace. † 8,34.

Vt haberent pacem, & susciperent veritatem. Esth.9,30.

Vt nefarij homines vno die ad inferos descendentes reddant imperio nostro pacem quam turbauerant. † 13,6.

Prouidendum est paci omnium prouinciarum. † 16, 8.

Scies quòd pacem habeat tabernaculum tuum. Iob 5,24.

Cùm pax sit, ille semper insidias suspicatur. † 15,21.

Acquiesce igitur, & habeto pacem. † 22,21.

Ipso enim concedente pacem, quis est qui condemnet? † 34,29.

In pace in idipsum dormiam, & requiescam. Psal.4,9.

Qui loquuntur pacem cum proximo suo: mala autem in cordibus eorum. † 27,3.

Mihi quidem pacificè loquebantur, & in iracundia terræ loquentes dolos cogitabant. † 34,20.

Delectabuntur in multitudine pacis. † 36,11.

Non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum. † 37,4.

Suscipiant montes pacem populo, & colles iustitiam. † 71,3.

Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis, donec auferatur luna. 7.

Zelaui super iniquos, pacem peccatorum videns. † 72,3.

Factus est in pace locus eius, & habitatio eius in Sion. † 75,3.

Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum. † 118,165.

Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus: cùm loquebar illis impugnabant me gratis. † 119,7.

Rogate quæ ad pacem sunt Ierusalem, & abundantia diligentibus te. Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis. † 121,6.

Posuit fines tuos pacem. † 147,3.

Qui autem pacis ineunt consilia, sequetur eos gaudium. Prou.12,20.

Tempus belli, & tempus pacis. Eccles.3,8.

Facta sum coram eo quasi pacem reperiens. Cant 8,10.

Vinea fuit pacifico. 11.

Illi autem sunt in pace. Sap.3,3.

Donum, & pax est electis eius. 9.

Pax Dei super faciem terræ. Eccli.38,8.

Det nobis iucunditatem cordis, & fieri pacem in diebus nostris. † 50,25.

Pater

Pater futuri sæculi, princeps pacis. Isa. 9,6.
Seruabis pacem, pacem quia in te sperauimus. † 26,3.
Domine dabis pacem nobis: omnia enim opera nostra operatus es nobis. 12.
Faciet pacem mihi, pacem faciet mihi? † 27,5.
Erit opus iustitiæ pax, & cultus iustitiæ silentium, & securitas vsque in sempiternum. † 32,17.
In pace amaritudo mea amarissima. † 38,17.
Fiat tantú pax & veritas in diebus meis † 39,8.
Vtinam attendisses mandata mea, facta fuisset sicut flumen pax tua. † 48,18.
Non est pax impiis. 22.
Veniat pax, requiescat in cubili suo, qui ambulauit in directione sua. † 57,2.
Creaui fructum labiorum pacem, pacem ei qui longè est, & qui propè, dixit Dominus, & sanaui eum. 19.
Viam pacis nescierunt, & non est iudicium in gressibus eorum. † 59,8.
Ergóne decepisti populum istum, & Ierusalem, dicens: Pax erit vobis, & ecce peruenit gladius vsque ad animam. Ier. 4,10.
Curabant contritionem filiæ populi mei, cum ignominia, dicétes: Pax, pax: & nō erat pax. † 6,14
Expectauimus pacem, & non erat bonum: tempus medelæ, & ecce formido. † 8,15.
Cùm autem in terra pacis securus fueris, quid facies in superbia Iordanis? † 12,5.
Expectauimus pacem, & non est bonum; & tempus curationis, & ecce turbatio. † 14,19.
Aut quis ibit ad rogandum pro pace tua? tu reliquisti me. † 15,5.
Quia abstuli pacem meā à populo isto. † 16,5.
Quærite pacem ciuitatis ad quam transmigrare vos feci: & orate pro ea Dominum, quia in pace illius erit pax vobis. † 29,7.
Cogitationes pacis, & non afflictionis, vt dem vobis finem, & patientiam. 11.
Non morieris in gladio, sed in pace morieris. † 34,5.
Homo iste non quærit pacem populo huic, sed malum. † 38,4.
Ipsæ dicent: Seduxerunt te, & præualuerunt aduersum te viri pacifici tui. 22.
Repulsa est à pace anima mea, & oblitus sum bonorum. Thren. 3,17.
Si in via Dei ambulasses, habitasses vtique in pace sempiterna. Baruch 3,13.
Exui me stola pacis, indui autem me sacco obsecrationis. † 4,20.
Nominabitur enim tibi nomen tuum à Deo in sempiternū Pax iustitiæ & honor pietatis. † 5,4.
Vident ei visionem pacis, & non est pax. Ezech. 13,16.
Percutiam illi fœdus pacis, pactum sempiternum erit eis. † 37,26.
Pax tibi, cōfortare, & esto robustus. Dan. 10,19.
Inualuerunt aduersum te viri pacis tuæ. Abd. v. 7.
Et erit iste pax: cùm venerit Assyrius in terram nostram, & quando calcauerit in domibus nostris. Mich. 5,5.
In loco isto dabo pacem. Agg. 2,10.
Neque introëunti, neque exeunti erat pax præ tribulatione. Zach. 8,10.
Dissipabitur arcus belli: & loquetur pacem Gentibus. † 9,10.
In pace & in æquitate ambulant mecum, & multos auertit ab iniquitate. Mal. 2,6.
Vnusquisque colebat terram suam cum pace, & terra Iuda dabat fructus suos. 1. Mach. 14,8.
Fecit pacem super terram, & lætatus est Israel lætitia magna. 11.
Videbat enim sine regali prouidentia impossibile esse pacem rebus dari. 2. Mach. 4,6.
Quamdiu superest Iudas, impossibile est pacem esse negotiis. † 14,10.
Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Matth. 5,9.
Dicentes: Pax huic domui. † 10,12. Luc. 10,5.
Non veni pacem mittere, sed gladium. 34.
Habete in vobis sal, & pacem habete inter vos. Mar. 9,49.
Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Luc. 2,14.
Fides tua te saluam fecit, vade in pace. † 7,50.
Putatis quia pacem veni dare in terram? non, dico vobis, sed separationem. † 12,51.
Benedictus qui venit rex in nomine Domini, pax in cælo, & gloria in excelsis. † 19,38.
Pax vobis, ego sum, nolite timere. † 24,36.
Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: non quomodo mundus dat. Ioan. 14,27.
Pax vobis. † 20,20.
Ecclesia quidem per totam Iudæam, & Galilæam, & Samariam habebat pacem. Act. 9,31.
Verbum misit Deus filiis Israel, annuntians pacem per Iesum Christum. † 10,36.
Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. Rom. 12,18.
Pacem habete, & Deus pacis & dilectionis erit vobiscum. 2. Cor 13,11.
Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia. Gal. 5,22.
Quicumque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos & misericordia, & super Israel Dei. † 6,16.
Ipse est enim pax nostra, qui fecit vtraque vnum. Ephes. 2,14.
Euangelizauit pacem vobis, qui longè fuistis, & pacem iis qui propè. 17.
Pax fratribus, & charitas cum fide à Deo Patre, & Domino Iesu Christo. † 6,23.
Pax Dei, quæ exuperat omnem sensum, custodiat

stodiat corda vestra, & intelligentias vestras in Christo Iesu. Philip. 4,7.

Per eum reconciliare omnia per ipsum, pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in terris, siue quæ in cælis sunt. Col. 1,20.

Pax Christi exultet in cordibus vestris. † 3,15.

Cùm enim dixerint pax, & securitas: tunc repentinus eis superueniet interitus, sicut dolor in vtero habenti. 1. Thes. 5,3.

Ipse autem Dominus pacis det vobis pacem sempiternam in omni loco. 2. Thes. 3,16.

Rex Salem, quod est pacis. Heb. 7,2.

Pacem sequimini cum omnibus. † 12,14.

Deus autem pacis, qui eduxit de mortuis pastorem magnum ouium, in sanguine testamenti æterni. † 13,20.

Fructus autem iustitiæ in pace seminatur, facientibus pacem. Iac. 3,18.

Datum est ei vt sumeret pacem de terra, & vt inuicem se interficiant, & datus est ei gladius magnus. Apoc. 6,4.

PAXILLVS.

Paxillos quoque tabernaculi. Exod. 38,20.

Gerens paxillum in balteo. Deut. 23,13.

Vt dimitterentur nobis reliquiæ, & daretur nobis paxillus in loco sancto eius. 1. Esd. 9,8.

Figam illum paxillum in loco fideli. Isaiæ 22,23.

Auferetur paxillus, qui fixus fuerat in loco fideli: & frangetur, & cadet, & peribit quod pependerat in eo. 25.

Ex ipso angulus, ex ipso paxillus, ex ipso arcus prælij. Zach. 10,4.

PECCO, PECCATVM.

Clamor Sodomorum & Gomorrhæ multiplicatus est, & peccatum eorum aggrauatum est nimis. Gen. 18,20.

Quomodo possum hoc malum facere, & peccare in Deum meum. † 39,9.

Accidit vt peccarent duo eunuchi, pincerna regis Aegypti, & pistor domino suo. † 40,1.

Deus inuenit iniquitatem seruorum tuorum: en omnes serui sumus. † 44,16.

Obliuiscaris sceleris fratrum tuorum, & peccati atque malitiæ quã exercuerunt in te. † 50,17.

Peccaui etiam nunc: Dominus iustus, & ego & populus meus, impij. Exod. 9,27.

Peccaui in Dominum Deum vestrum & in vos. Sed nunc dimittite peccatum mihi etiam hac vice. † 10,16.

Eò quòd pro peccato sit. † 29,14. † 32,7.

Peccastis peccatum maximum: ascendam ad Dominum, si quo modo quiuero eum deprecari pro scelere vestro. † 32,30.

In die vltionis visitabo & hoc peccatum eorum. 34.

Anima, quæ peccauerit per ignorantiam. Leuit. 4,2. 22,27. † 18,25. † 26,13.

Propter peccata patrum suorum, & sua affligentur. † 26 30.41.

Confitebuntur peccatum suum. Num. 5,7.

Qui visitas peccata patrum in filios, in tertiam & quartam generationem. † 14,18,28. † 15,30.

Num vno peccante, contra omnes ira tua desæuiet? † 16,22.

Nec committant peccatum mortiferũ † 18 22

Peccaui, nesciens quòd tu stares contra me. † 22,34.

Peccatum vestrum apprehendet vos. † 32,23. Deut. 2,15.

Peccatum autem vestrum quod feceratis, id est, vitulum, accipiens, igne combussi, & in frusta comminuens, proieci in torrentem qui de monte descendit. Deut. 9,21.

Pro mensura peccati, erit & plagarum modus. † 25,2.

Peccauerunt ei, & non filij eius in sordibus. † 32 5.

Peccauit Israel, & præuaricatus est pactum meum. Ios. 7,11. † 22,20.

Verè ego peccaui Domino Deo Israel, & sic & sic feci. 20.

An parum vobis est quòd peccastis in Beelphegor, & vsque in præsentem diem macula huius sceleris in nobis permanet. † 22,17. Iudic. 2,2.

Filij autem Israel peccatis veteribus iungentes noua, fecerunt malum in conspectu Domini, & seruierunt idolis. Iudic. 10,6.

Peccauimus tibi, quia dereliquimus Dominum Deum nostrum, & seruiuimus Baalim. 10.

Peccauimus: redde tu nobis quidquid tibi placet: tantùm nunc libera nos. Quæ dicentes omnia de finibus suis deorum idola proiecerunt, & seruierunt Domino Deo: qui doluit super miseriis eorum. 16.

Igitur non ego pecco in te, sed tu contra me malè agis, indicens mihi bella non iusta. † 11,27.

Erat ergo peccatum puerorum grande nimis coram Domino. 1. Reg. 2,17.

Si peccauerit vir in virum, placari ei potest Deus: si autem in Dominum peccauerit, quis orabit pro eo? 25.

Absit autem à me hoc peccatum in Dominum, vt cessem orare pro vobis, & docebo vos viam bonam & rectam. 12,23.

Quòd populus peccasset Domino, comedens cum sanguine. † 14,33.

Videte per quem acciderit peccatum hoc hodie. 38. † 15,2.

Quoniam quasi peccatum ariolandi est, repugnare. † 15,22.

Peccaui, quia præuaricatus sum sermonem Domini. 24.

Sed nunc, porta quæso, peccatum meum. 25.

Peccaui: sed nunc honora me coram senioribus populi mei, & coram Israel. 30.

Ne

Ne pecces rex in seruum tuum Dauid, quia non peccauit tibi, & opera eius bona sunt tibi valdè, & posuit animam suam in manu sua. Quare ergo peccas in sanguine innoxio, interficiens Dauid qui est absque culpa? † 19,4.

Quod peccatum meum in patrem tuum, quia quærit animam meam? 20,1.

Peccaui, reuertere fili mi Dauid. † 26,21. 2.Reg.12,9.

Peccaui Domino. 2.Reg.12,13.

Peccaui valdè in hoc facto, sed precor Domine, vt transferas iniquitatem serui tui, quia stultè egi nimis. † 24,10.

Ego sum, qui peccaui, ego iniquè egi: isti qui oues sunt, quid fecerunt? vertatur obsecro manus tua contra me. 17.

Erimus ego & filius meus Salomon peccatores. 3.Reg.1,21. † 2,5.

Peccaturus est tibi. † 8,31.

Dimitte peccatum populi tui, & reduces eos in terram. 34.

Non est enim homo qui non peccet. 46.

Factum est verbum hoc in peccatum. † 12,30.

Peccauit domus Ieroboam, & euersa est, & deleta de superficie terræ † 13,34.

Tradet Dominus Israel propter peccata Ieroboam, qui peccauit, & peccare fecit Israel. † 14,16.

Ambulauitque in omnibus peccatis patris sui. † 15,3,29. † 16,13.

Peccauerunt & peccare fecerunt Israel, prouocantes Dominum Deum Israel in vanitatibus suis. † 16,13,26. † 18,18.

Peccare fecisti Israel. † 21,22.

Qui peccare fecit Israel. 4.Reg.3,3. † 8,18.

Non enim recessit à peccatis Ieroboam. † 10,31.

Pecuniam verò pro delicto, & pecuniam pro peccatis non inferebant in templum Domini. † 12,16. † 13,3.

Vnusquisque in peccato suo morietur. † 14,6.

Grauia peccata captiuitatem adducunt. † 17, 6,17. 1.Par.5,26. 2 Par.24,24.

Separauit enim Ieroboam Israel à Domino, & peccare eos fecit peccatum magnum. 21. † 21,17. † 22,16.

Peccaui, recede à me, & omne quod imposueris mihi, feram. † 18,14.

Contra Iudam, vt auferret eum coram se, propter peccata Manasse vniuersa quæ fecit, & propter sanguinem innoxium quem effudit. † 24,3.

Achaz, qui turbauit Israel, & peccauit in furto anathematis. 1.Par.2,7.

Peccata Saul. Mortuus est ergo Saul propter iniquitates suas, eò quòd præuaricatus sit mandatum Domini, *&c.* pythonissam consuluerit, nec sperauerit in Domino. † 10,13.

Grande quippe peccatum est, & ira furoris Domini imminet super Israel. 2.Par.28,13. † 33,11.

Peccauerunt patres nostri. *&c.* extinxerunt lucernas, incensumque non adoleuerunt, & holocausta non obtulerunt. † 29,7.

Hircos caprarum pro peccato totius Israel duodecim, iuxta numerum tribuū Israel. 1.Esd.6,17.

Sed & nosipsi peccauimus grauiter vsque ad diem hanc, & in iniquitatibus nostris traditi sumus ipsi, & reges nostri, & sacerdotes nostri. 6.

Trementes pro peccato & pluuiis. † 10,9,13.

Ne operias iniquitatem eorum, & peccatum eorum coram facie tua non deleatur, quia irriserunt ædificantes. 2.Esd.4,5. † 9,26.

In tempore tribulationis peccata dimittis his qui inuocant te. Tob.3,13.

Caue ne aliquando peccato consentias, & prætermittas præcepta Domini Dei nostri. † 4,6.

Et ipsa est quæ purgat peccata. † 12,9.

Qui autem faciunt peccatum, & iniquitatem, hostes sunt animæ suæ. 10. † 14,6.

Vsque dum non peccarent in conspectu Dei sui, erant cum illis bona: Deus enim illorum odit iniquitatem. Iudith 5,21.

Qui vlciscitur nos secundùm peccata nostra. † 7,17.

Peccauimus cum patribus nostris. 19.

Non sumus secuti peccata patrum nostrorum. † 8,18.

Nos ergo non vlciscamur nos pro his quæ patimur, sed reputantes peccatis nostris hæc ipsa supplicia minora esse, flagella Domini, quibus quasi serui corripimur, ad emendationem, & non ad perditionem nostram euenisse credamus. 27.

Constat enim Deum nostrum sic peccatis offensum, vt mandauerit per prophetas suos ad populum, quòd tradat eum pro peccatis suis. † 11,8.

Orabo Deum, & dicet mihi quando eis reddat peccatum suum. 14.

Peccauimus in conspectu tuo, & idcircò tradidisti nos in manus inimicorum nostrorum. Esth.14,5.

Ne fortè peccauerint filij mei. Iob 1,5.

In omnibus his non peccauit Iob labiis suis, neque stultum quid contra Deum locutus est. 22.

Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas quam patior, in statera. † 6,2.

Peccaui, quid faciam tibi ô custos hominum. † 7,20.

Cur non tollis peccatum meum? 21.

Etiam si filij tui peccauerunt ei, & dimisit eos in manu iniquitatis suæ. † 8,4.

Et peccatum meum scruteris? † 10,6.

Peccata, scelera mea, & delicta ostende mihi. † 13,23.

Consumere me vis peccatis adolescentiæ meæ. 26.

Non peccaui, & in amaritudinibus moratur oculus meus. † 17,2.
Vsque ad inferos peccatum illius. † 24,19.
Non enim dedi ad peccandum guttur meum. † 31,30.
Si abscondi quasi homo peccatum meum. 33.
Peccaui, & verè deliqui, & vt eram dignus non recepi. † 33,27.
Si peccaueris, quid ei nocebis? † 35,6.
Conuertantur peccatores in infernum. Psalmo 9,18.
Laudatur peccator in desideriis animæ suæ, & iniquus benedicitur. 24.
Quæretur peccatum illius, & non inuenietur. 36. † 35,5.
Adhuc pusillum, & non erit peccator: & quæres locum eius, & non inuenies. † 36,10.
Non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum. † 37,4.
Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras iustitias meas? † 49,16.
Peccatũ meum contra me est semper. † 50,5.
Ecce ipsi peccatores & abundantes in sæculo obtinuerunt diuitias. † 72,12.
Cornua peccatorum confringam, & exaltabuntur cornua iusti. † 74,11.
In omnibus his peccauerunt adhuc, & non crediderunt in mirabilibus eius. † 77,32.
Cùm exorti fuerint peccatores sicut fœnum. † 91,8.
Vsquequò peccatores gloriabuntur, effabuntur, & loquentur iniquitatem. † 93,4.
Non secundùm peccata nostra fecit nobis, neque secundùm iniquitates nostras retribuit nobis. † 102,10.
Deficiant peccatores à terra, & iniqui, ita vt non sint. † 103,35.
Peccauimus cum patribus nostris. † 105,6.
Constitue super eum peccatorem. † 108,6.
Peccatum eius non deleatur. 14.
Peccator videbit & irascetur. † 111,10.
Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam. † 118,53.
Me expectauerunt peccatores, vt perderent me, testimonia tua intellexi. 95.
Si occideris Deus peccatores, viri sanguinum declinate à me. † 138,19.
Cadent in retiaculo eius peccatores. † 140,10.
Omnes peccatores disperdit. † 144,20.
Vias peccatorum disperdet. † 145,9.
Humilians autem peccatores vsque ad terram. † 146,6.
Si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis. Prou. 1,10.
Qui autem in me peccauerit, lædet animam suam. † 8,36.
Propter peccata labiorum ruina proximat malo. † 12,13.
Peccatores persequitur malum. † 13,21.
Stultus illudet peccatum: & inter iustos morabitur gratia. † 14,9.
Iustitia eleuat gentem: miseros autem facit populos peccatum. 34.
Per misericordiam & fidem purgantur peccata. † 15,27.
Propter peccata terræ multi principes eius. † 28,2.
Peccantem virum iniquum inuoluet laqueus. † 29,6.
Peccatori autem dedit afflictionem, & curam superfluam. Eccles. 2,26.
Ne dederis os tuum vt peccare facias carnem tuam. † 5,5.
Non est enim iustus in terra qui faciat bonum, & non peccet. † 7,21.
Qui autem peccator est, capietur ab illa. 27.
Attamen peccator ex eo quòd centies facit malum, & per patientiam sustentatur, ego cognoui quòd erit bonum timentibus Deum. † 8,12.
Venient in cogitatione peccatorum suorum timidi. Sap. 4,20.
Talia dixerunt in inferno, hi qui peccauerunt. † 5,14.
Per quæ peccat quis, per hæc & torquetur. † 11,17. † 14,23.
Etenim si peccauerimus, tui sumus, sciẽtes magnitudinem tuam. † 15,2.
Execratio autem peccatoribus sapientia. Timor Domini expellit peccatum. Eccli 1,27,32.
Væ duplici corde, & labiis scelestis, & manibus malefacientibus, & peccatori terram ingredienti duabus viis. † 2,14.
Qui diligit Deum, exorabit pro peccatis, & continebit se ab illis. † 3,4.
Pro peccato matris restituetur tibi bonum. 16.
Sicut in sereno glacies, soluẽtur peccata tua. 17.
Peccator adiiciet ad peccandum. 29.
Sapiens cor & intelligibile abstinebit se à peccatis, & in operibus iustitiæ successus habebit. 32.
Ne dixeris: Peccaui, & quid mihi accidit triste? Altissimus enim est patiens redditor. † 5,4.
De propitiato peccato noli esse sine metu, neque adiicias peccatum super peccatum. Et ne dicas: Miseratio Domini magna est, multitudinis peccatorum meorum miserebitur. Misericordia enim & ira ab illo citò proximant, & in peccatores respicit ira illius. 5.
Omnis peccator probatur in duplici lingua. 11.
Non pecces in multitudinem ciuitatis, nec te immittas in populum, neque alliges duplicia peccata, nec enim in vno eris immunis. † 7,7.
Ne despicias hominem auertentem à peccato, neque improperes ei. Memento quoniam omnes in correptione sumus. † 8,6.
Non incendas carbones peccatorũ arguens eos, & ne incendaris flamma peccatorum illorũ. 13.

Non

Non zeles gloriam & opes peccatoris: non enim scis quæ futura sit illius subuersio. † 9,16.

Initium omnis peccati est superbia: qui tenuerit illam adimplebitur maledictis, & subuertet eum in finem. † 10,15.

Peccantem in animam suā quis iustificabit? 32.

Ne manseris in operibus peccatorum. † 11,22.

Altissimus odio habet peccatores, & misertus est pœnitentibus. † 12,3.

Altissimus odio habet peccatores, & impiis reddet vindictam. 7.

Bona est substantia cui non est peccatum in conscientia, & nequissima paupertas in ore impij. † 13,30.

Nemini mandauit impiè agere, & nemini dedit spatium peccandi. † 15,21.

In synagoga peccantium exardebit ignis, & in gente incredibili exardescet ira. † 16,7.

Qui peccat in animam suam, pœnitebit: & qui iucundatur in malitia, denotabitur. † 19,6.

Si ab imbecillitate virium vetetur peccare, si inuenerit tempus maleficiendi, malefaciet. 25.

Est qui vetatur peccare præ inopia, & in requie sua stimulabitur. † 20,23.

Fili, peccasti? ne adiicias iterum: sed & de pristinis deprecare vt tibi dimittantur. Quasi à facie colubri fuge peccata: & si accesseris ad illa, suscipient te. Dentes leonis, dentes eius, interficientes animas hominū. Quasi rhomphæa bis acuta omnis iniquitas, plagæ illius non est sanitas † 21,1.

Via peccantium complanata lapidibus, & in fine illorum inferi & tenebræ & pœnæ. 11.

Et peccata mea abundent, & incidam in conspectu aduersariorum meorum, & gaudeat super me inimicus meus? † 23,3.

In vanitate sua apprehenditur peccator, & superbus, & maledicus. 8.

Duo genera abundant in peccatis, & tertium adducit iram & perditionem. 21.

Peccatoris præsumptio contemnentis Dei præsentiam. 25.

Peccatorū ruina Hic in plateis ciuitatis vindicabitur, & quasi pullus equinus fugabitur, & vbi non sperauit, apprehendetur. 30.

A muliere initium factum est peccati, & per illam omnes morimur. † 25,33.

Qui transgreditur à iustitia ad peccatum, Deus parauit eum ad rhomphæam. † 26,27.

Inter medium venditionis & emptionis angustiabitur peccatum. † 27,2.

Leo venationi insidiatur semper: sic peccata operantibus iniquitates. 11.

Peccator transgrediens mandatum Domini, incidet in promissionem nequam: & qui conatur multa agere, incidet in iudicium. † 29,26.

Peccator homo vitabit correptionem, & secundùm voluntatem suam inueniet comparationem. † 32,21.

Sic homo qui ieiunat in peccatis suis, & iterum eadem faciens, quid proficit humiliando se? orationem illius quis exaudiet? † 34,31.

Deprecatio pro peccatis, recedere ab iniustitia. † 35,3.

Peccatum causa morbi † 38,15.

Et prohibere gentem à peccatis, & perstringere murmur malitiæ. † 46,9.

Dominus purgauit peccata ipsius [Dauidis] & exaltauit in æternum cornu eius. † 47,13.

Ieroboam filium Nabat, qui peccare fecit Israel, & dedit viam peccandi Ephraim, & plurima redundauerunt peccata. 29.

Non est commemoratus peccatorum illorum. † 48,23.

Præter Dauid, & Ezechiam, & Iosiam, omnes peccatum commiserunt. † 49,5.

Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam, filiis sceleratis. Isaiæ 1,4.

Quiescite agere peruersè, discite benefacere, &c. si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabuntur 18.

Conteret scelestos & peccatores simul, & qui dereliquerunt Dominum, consumentur. 28.

Peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt, nec absconderunt: væ animæ eorum, quoniam reddita sunt eis mala. † 3,9.

Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quasi vinculum plaustri, peccatum. † 5,18.

Tetigit hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur. † 6,7.

Maledictio vorabit terram, & peccabunt habitatores eius: ideoque insanient cultores eius, & relinquentur homines pauci. † 24,6.

Dimittetur iniquitas domui Iacob: & iste omnis fructus, vt auferatur peccatum eius. † 27,9.

Qui peccare faciebant homines in verbo, & arguentem in porta supplantabant, & declinauerunt frustrà à iusto. † 29,20.

Vt adderetis peccatum super peccatum, qui ambulatis vt descendatis in Aegyptum, & os meū non interrogastis, sperantes auxilium in fortitudine Pharaonis, & habentes fiduciam in vmbra Aegypti. † 30,1.

Abiiciet vir idola argenti sui, & idola auri sui, quæ fecerunt vobis manus vestræ in peccatum. † 31,7.

Conteriti sunt in Sion peccatores, possedit tremor hypocritas. † 33,14.

Seruire me fecisti in peccatis tuis. † 43,24.

Ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor. † 43,25.

Pater tuus primus peccauit. 27.

Deleui vt nubem iniquitates tuas, & quasi nebulam peccata tua: reuertere ad me, quoniam redemi te. † 44,22.

Et ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus rogauit. † 53,12.

Annuntia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum. † 58,1.

Ecce tu iratus es, & peccauimus. † 64,5.

Puer centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledictus erit. † 65,20.

Dixisti: Absque peccato, & innocens ego sum: & proptereà auertatur furor tuus à me. Ierem. 2,35. † 3,3.

Dormiemus in confusione nostra, & operiet nos ignominia nostra, quoniam Domino Deo nostro peccauimus nos, & patres nostri ab adolescentia nostra vsque ad diem hanc: & non audiuimus vocem Domini Dei nostri. † 3,25.

Non recordabitur iniquitatum eorum, & visitabit peccata eorum. † 14,10.

Reddam primùm duplices iniquitates, & peccata eorum. † 16,18.

Peccatum Iuda scriptum est stylo ferreo in vngue adamantino, exaratum super latitudinē cordis eorum, & in cornibus ararum eorum. † 17,1.

Peccatum eorum à facie tua non deleatur. † 18,23.

Propter multitudinem iniquitatis tuæ dura facta sunt peccata tua. † 30,14.

Propitiabor iniquitati eorum, & peccati eorum non memorabor ampliùs. † 31,34.

Quid peccaui tibi, & seruis tuis, & populo tuo, quia misisti me in domum carceris? † 37,17.

Pro eo quòd peccauerunt Domino decori iustitiæ, & expectationi patrum eorum Domino. † 50,7.

Quæretur iniquitas Israel, & non erit, & peccatum Iuda, & non inuenietur: quoniam propitius ero eis quos reliquero. 20.

Peccatum peccauit Ierusalem, proptereà instabilis facta est. Thren. 1,8.

Et maior effecta est iniquitas filiæ populi mei peccato Sodomorum, quæ subuersa est in momento, & non ceperunt in ea manus. † 4,6.

Propter peccata prophetarum eius, & iniquitates sacerdotum eius, qui effuderunt in medio eius sanguinem iustorum. 13.

Cecidit corona capitis nostri: væ nobis, quia peccauimus. † 5,16.

Peccauimus Domino Deo nostro, & non est auersus furor eius à nobis. Baruch 1,13.

Facti sumus subtus, & non supra: quia peccauimus Domino. † 2,5.

Miserere nostri, quia peccauimus ante te. † 3,2,10.

Nemo gaudeat super me viduam & desolatā: à multis derelicta sum, propter peccata filiorum meorum, quia declinauerunt à lege Dei. † 4,12.

In peccato suo morietur, & non erunt in memoria iustitiæ eius quas fecit. Ezech. 3,20.

Terra, cùm peccauerit mihi, vt præuaricetur præuaricans, extendam manum meam super eam, & conteram virgam panis eius. † 14,13.

Samaria dimidium peccatorum tuorum non peccauit. † 16,51.

Apparuerunt peccata vestra in omnibus cogitationibus vestris. † 21,24.

Repleta sunt interiora tua iniquitate, & peccasti, & ieci te de monte Dei, & perdidi te, ô cherub protegens, de medio lapidum ignitorum. † 28,16.

Iniquitates nostræ, & peccata nostra super nos sunt, & in ipsis tabescimus. † 33,10.

Peccauimus enim, & iniquè egimus, recedentes à te. Dan. 3,29.

Consilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemosynis redime. † 4,24.

Robur autem datum est ei contra iuge sacrificium, propter peccata. † 8,12.

Peccauimus, iniquitatem fecimus, impiè egimus & recessimus. † 9,5.

Vt consummetur præuaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas. 24.

Melius est mihi absque opere incidere in manus vestras, quàm peccare in conspectu Domini. † 13,23.

Inueterate dierum malorum, nunc venerunt peccata tua quæ operabaris priùs, iudicans iudicia iniusta. 52.

Secundùm multitudinem eorum, sic peccauerunt mihi: gloriam eorum in ignominiam commutabo. Osee 4,7.

Peccata populi mei comedent, & ad iniquitatem eorum ssubleuabunt animas suas. 8.

Nunc recordabitur iniquitatis eorum, & visitabit peccata eorum: ipsi in Aegyptum conuertentur. † 8,13.

Profundè peccauerunt, sicut in diebus Gabaa. † 9,9.

Colligata est iniquitas Ephraim, absconditum peccatum eius. † 13,12.

Cognoui multa scelera vestra, & fortia peccata vestra: hostes iusti accipientes munus. Amos 5,12.

Oculi Domini Dei super regnum peccans, & conteram illud à facie terræ. † 9,8.

In gladio morientur omnes peccatores populi mei. 10.

In scelere Iacob omne istud, & in peccatis domus Israel. quod scelus Iacob? nónne Samaria? Mich. 1,5.

Numquid dabo primogenitum meum pro scelere meo, fructum ventris mei pro peccato animæ meæ? † 6,7.

Et ego ergo cœpi percutere te perditione super peccatis tuis. 13.

Iram Domini portabo, quoniam peccaui ei. † 7,9.

Quis Deus similis tui, qui aufers iniquitatē, & transis peccatum reliquiarum hereditatis tuæ? 18.

Proij-

Proiiciet in profundum maris omnia peccata nostra. 19.

Tribulabo homines, & ambulabunt vt cæci, quia Domino peccauerunt. Soph 1,7.

Erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Ierusalem, in ablutionem peccatoris, & menstruatæ. Zach.13,1.

Hoc peccatum omnium Gentium, quæ non ascenderint ad celebrandam festiuitatem tabernaculorum. † 14,19.

Collegerunt exercitum, & percusserunt peccatores in ira sua. 1.Mach.2,44.

Remittimus quoque ignorantias, & peccata, vsque in hodiernum diem, & coronam quam debebatis. † 13,39.

Ita alienatus mente Antiochus non considerabat, quòd propter peccata habitantium ciuitatem, modicum Deus fuerat iratus: propter quod & accidit circa locum despectio. 2.Mach.5,17.

Etenim multo tempore non sinere peccatoribus ex sententia agere, sed statim vltiones adhibere, magni beneficij est indicium. † 6,13.

Nos enim pro peccatis nostris hæc patimur. † 7,32.

Sed & si quando peccassent, ab ipso mitiùs corriperentur, & non barbaris ac blasphemis hominibus traderentur. † 10,4.

Duodecim millia drachmas argenti misit Ierosolymam offerri pro peccatis mortuorum sacrificium. † 12,43.

Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Matth.9,2.

Multi publicani & peccatores venientes discumbebant cum Iesu. 10.

Omne peccatum, & blasphemiæ remittetur hominibus, spiritus autem blasphemia non remittetur. † 12,31.

Si autem peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum. † 18,15.

Quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? vsque septies? 21.

Peccaui, tradens sanguinem iustum. † 27,4.

Exi à me, quia homo peccator sum, Domine. Luc.5,8.

Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus? 21.

Quæ & qualis est mulier, quæ tangit eum, quia peccatrix est. † 7,39.

Quis est hic, qui etiam peccata dimittit? 49.

Putatis quòd hi Galilæi præ omnibus Galilæis peccatores fuerint? † 13,2.

Quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis. † 15,2.

Pater, peccaui in cælum & coram te: iam non sum dignus vocari filius tuus. 19.

Si septies in die peccauerit in te, & septies in die conuersus fuerit ad te, dicens: Pœnitet me, dimitte illi. † 17,4.

Et cùm viderent omnes, murmurabant, dicentes quòd ad hominem peccatorem diuertisset. † 19,7.

Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi. Ioan.1,29.

Dixit illi: Ecce sanus factus es: iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. † 5,14.

Qui sine peccato est vestrûm primus in illam lapidem mittat. † 8,5.

Nec ego te condemnabo: vade, & iam ampliùs noli peccare. 11.

Omnis qui facit peccatũ, seruus est peccati. 34.

Neque hic peccauit, neque parentes eius, sed vt manifestentur opera Dei in illo. † 9,3.

Quomodo potest homo peccator hæc signa facere? 16.

Si peccator est, nescio: vnum scio, quia cùm cæcus essem modò video. 25.

Scimus autem quia peccatores Deus non audit. 31.

In peccatis natus es totus, & tu doces nos? 34.

Si cæci essetis, non haberetis peccatum. 41.

Si non venissem, & locutus eis fuissem, peccatum non haberent. † 15,22.

Qui me tradidit tibi, maius peccatum habet. † 19,11.

Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. † 20,23.

Positis autem genibus clamauit voce magna, dicens: Domine ne statuas illis hoc peccatum. Act.7,59.

Neque in legem Iudæorum, neque in templum, neque in Cæsarem quidquam peccaui. † 25,8.

Quicumque enim sine lege peccauerunt, sine lege peribunt. Rom.2,12.

Causati enim sumus Iudæos, & Græcos omnes sub peccato esse. † 3,9.

Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei. 23.

Cùm adhuc peccatores essemus, secundùm tempus, Christus pro nobis mortuus est. † 5,8.

Sicut per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, ita & in omnes homines mors pertransiit. 12.

Peccatum autem non imputabatur, cùm lex non esset. 13.

Permanebimus in peccato, vt gratia abundet? Absit. † 6,1.

Qui enim mortui sumus peccato, quomodo adhuc viuemus in illo? 2.

Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentiis eius. 12.

Peccatum enim vobis non dominabitur. 14.

Nunc verò liberati à peccato, serui autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem verò vitam æternam. 22.

Peccatum non cognoui, nisi per legem. † 7,7.

Peccatum occasione accepta per mandatum, seduxit me,& per illud occidit. 11.

Peccatum vt appareat peccatum, per bonum operatum est mihi mortem. 13.

De peccato damnauit peccatum in carne, vt iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundùm carnem ambulamus. † 8,5.

Omne autem quod non est ex fide, peccatum est. † 14,23.

Omne peccatum quodcumque fecerit homo, extra corpus est: qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. 1.Cor.6,18.

Sic autem peccantes in fratres, & percutientes conscientiam eorum infirmam,in Christum peccatis. † 8,12.

Euigilate iusti,& nolite peccare. † 15,34.

Stimulus autem mortis peccatum est. 56.

Eum, qui non nouerat peccatum pro nobis peccatum fecit, vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso. 2.Cor.5,21.

Nos natura Iudæi, & non ex Gentibus peccatores. Gal.2,15.

Quòd si quærentes iustificari in Christo inuenti sumus & ipsi peccatores,numquid Christus peccati minister est? Absit. 17.

Conclusit Scriptura omnia sub peccato.† 3,21.

Et vos cùm essetis mortui delictis, & peccatis vestris,in quibus aliquando ambulastis. Eph.2,21

Cùm essemus mortui peccatis,conuiuificauit nos in Christo. 5.

Vt impleant peccata sua semper. 1.Thess.2,16.

Quoniam nisi venerit discessio primùm, & reuelatus fuerit homo peccati. 2.Thess.2,3.

Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum. 1.Tim.1,15.

Peccantes coram omnibus argue, vt & ceteri timorem habeant. † 5,10.

Manus citò nemini imposueris, neque communicaueris peccatis alienis. 22.

Quorumdam hominum peccata manifesta sunt, præcedentia ad iudicium: quosdam autem & subsequuntur. 24.

Quibus autem infensus est quadraginta annis? nónne illis qui peccauerunt? Heb.3,18.

Quia propitius ero iniquitatibus eorum,& peccatorum eorum iam non memorabor. † 8,12.

Nunc autem semel in consummatione sæculorum, ad destitutionem peccati, per hostiam suam apparuit. † 9,26.

Secundò sine peccato apparebit, expectantibus se in salutem. 28.

Ideò quòd nullam haberent vltrà conscientiam peccati,cultores semel mundati. † 10,2.

Sed in ipsis commemoratio peccatorum per singulos annos fit, impossibile enim est sanguine taurorum & hircorum auferri peccata. 4.

Peccatorum & iniquitatum eorum iam non recordabor amplius. Vbi autem horum remissio, iam non est oblatio pro peccato. 17.

Voluntariè enim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis iam non relinquitur pro peccatis hostia: terribilis autem quædam expectatio iudicij, & ignis æmulatio, quæ consumptura est aduersarios. 26.

Deponentes omne pondus, & circumstans nos peccatum, per patientiam curramus ad propositum nobis certamen. † 12,1.

Nondum enim vsque ad sanguinem restitistis aduersus peccatum repugnantes. 4.

Peccatum cùm consummatum fuerit, generat mortem. Iac.1,b5.

Oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus: & si in peccatis sit,remittentur ei. † 5,15.

Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum,vt peccatis mortui,iustitię viuamus. 1.Pet.2,24.

Qui passus est in carne desiit à peccatis. † 4,1.

Si iustus vix saluabitur, impius & peccator vbi parebunt? 18.

Si enim Deus Angelis peccantibus non pepercit. 2.Pet.2,4.

Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. 1.Ioan.1,8.

Sed & si quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem,Iesum. † 2,1.

Omnis qui facit peccatum, & iniquitatem facit: & peccatum est iniquitas. † 3,4.

Scitis quia ille apparuit vt peccata nostra tolleret,& peccatum in eo non est. 5.

Omnis qui in eo manet,non peccat: & omnis qui peccat,non vidit eum,nec cognouit eum. 6.

Qui facit peccatum,ex diabolo est. 8.

Semen ipsius in eo manet, & non potest peccare,quoniam ex Deo natus est. 9.

Qui scit fratrem suum peccare peccatum ad mortem, non pro illo dico vt roget quis. † 5,16.

Qui natus est ex Deo non peccat, sed generatio Dei conseruat eum, & malignus non tangit eum. 18. Apoc.1,5.

Peruenerunt peccata eius vsque ad cælum, & recordatus est Dominus iniquitatum eius. Apocal.18,5.

PECTO.

Confundentur qui operabantur linum,pectentes & texentes subtilia. Isa.19,9.

PECTVS.

Portabitque Aaron nomina filiorum Israel in rationali iudicij super pectus suum. Exod.28,29.

Sumes quoque pectusculum de ariete, quo initiatus est Aaron. † 29,26.

Pectusculum autem erit Aaron. Leuit.7,31.

Tulitque pectusculum, eleuans illud coram Domino. † 8,29.

Et

Et pro fascia pectorali cilicium. Isaiæ 3,24.

Numquid obliuiscetur virgo ornamenti sui, aut sponsa fasciæ pectoralis suæ. Ierem.2,32.

Huius statuæ caput ex auro optimo erat: pectus autē & brachia de argento. Dan.2,32. Luc.18,13.

Percutientes pectora sua reuertebantur. Lucæ 23,48. Ioan.13,25. Apoc.15,6.

PECVLIARIS.

Quia populus sanctus es Domino Deo tuo. Te elegit Dominus Deus tuus, vt sis ei populus peculiaris de cunctis populis. Deut.7,6.† 14,2.

Quę Holofernis peculiaria fuisse probata sunt, dederunt Iudith in auro, & argento, & vestibus, & gemmis. Iudith 15,14.† 16,23.

PECVLIVM.

Et custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis. Exod.19,5.

Super hæc, quæ obtuli in domum Dei mei de peculio meo, aurum & argentum, do in templum Dei mei, exceptis his, quę præparaui in ędem sanctam. Tria millia talenta auri de auro Ophir. 1.Par.29,3.

In die qua ego facio, in peculium: & parcam eis. Mal.3,17.

PECVNIA.

Reponerent pecunias singulorum in sacculis suis, datis suprà cibariis in via. Gen.42,25.

Pecuniam quoque duplicem ferte vobiscum. †43,12.

Pecuniam quam dedistis mihi, probatam ego habeo. 23.

Pone pecuniam singulorum in summitate sacci. †44,1.

Pecuniam congregauit pro venditione frumenti. †47,14.

Superuixerit, non subiacebit pœnæ, quia pecunia illius est. Exod.21,21.

Susceptamq; pecuniam, quæ collata est à filiis Israel, trades in vsus tabernaculi testimonij. †.30,16.

Ascenderunt assumpta pecunia quam promiserant. Iudic.16,19.

Omnem pecuniam sanctorum quæ illata fuerit in templum Domini à prætereuntibus, quæ offertur pro pretio animæ, &c. accipiant illam sacerdotes. 4.Reg.12,4.

Pecuniam verò pro delicto, & pecuniam pro peccatis non inferebant in templum Domini, quia sacerdotum erat. 16.

Vt confletur pecunia, quæ illata est in templum Domini. †22,4.

Numquam fuisset ipsa pecunia, pro qua misisti eum. Tob.5,24.

Recipias ab eo pecuniam. †9,3.

Putásne Gabelus mortuus est, & nemo reddet illi pecuniam. †10,2.

Si fructus eius comedi absque pecunia, & animam agricolarum eius afflixi. Iob 31,39.

Si quæsieris eam [sapientiam] quasi pecuniam. Prouerb.2,4.

Pecuniæ obediunt omnia. Eccles.10,19.

Noli præuaricari in amicum pecuniam differentem, neque fratrem charissimum auro spreueris. Eccli.7,20.

Nihil est iniquius quàm amare pecuniam, hic enim & animam suam venalem habet: quoniam in vita sua proiecit intima sua. †10,10.

Perde pecuniam propter fratrem & amicum tuum: & non abscondas illam sub lapide in perditionem. †29,13.

Pecunias, & vsque ad calceamenta ab omni carne non accepit [Samuel.] †46,22.

Pecuniam secundùm quod potuit vniuscuiusque manus, & miserunt in Ierusalem. Baruch 1,6.

Tunc restitit Simon, & pugnauit pro gente sua, & erogauit pecunias multas, & armauit viros virtutis gentis suæ. 1.Mach.14,32.

Nuntiauit ei, pecuniis innumerabilibus plenum esse ærarium Ierosolymis. 2.Mach.3,6.

Pecuniis verò eorum, qui ad emptionem ipsorum venerant, sublatis, ipsos vsquequaque persecuti sunt. †8,25.

Suasi sunt pecunia: & septuaginta millibus didrachmis acceptis, dimiserunt quosdam effugere. †10,20.

Abscondit pecuniam domini sui. Mat.25,18.

Consilio accepto, pecuniam copiosam dederunt militibus. †28,12.

Quàm difficilè qui pecunias habent, in regnum Dei introibunt? Mar.10,23,24.

Pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam donum Dei existimasti pecunia possideri. Act.8,20.† 19,19.

Simul & sperans quòd pecunia ei daretur à Paulo. †24,26.

PECVS.

Adducite pecora vestra, & dabo vobis pro eis cibos. Gen.47,16.

Sustentauitque eos illo anno pro commutatione pecorum. 17.

Hoc ordinant, vt interficiant pecora sua, & bibant sanguinem eorum. Iudith 11,11. Psal.8,8.

Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuosque greges considera. Prou.27,23.

Pecora tibi sunt? attende illis: & si sunt vtilia, perseuerent apud te. Eccli.7,24.

Omne pecus Cedar congregabitur tibi: arietes Nabaioth ministrabunt tibi. Isaiæ 60,7.

A volucre cæli vsque ad pecora transmigrauerunt & recesserunt. Ierem.9,10.

Vbi est grex, qui datus est tibi, pecus inclytum tuum? †13,20. Ezech.34,17. Ionæ 3,7.

Pasce pecora occisionis, quæ qui possiderant, occidebant, & non dolebant, & vendebant ea. Zach.11,4.

Pecora nostra & possessiones nostræ, vestræ sunt;

sunt; & vestræ nostræ. 1. Machab. 12, 23. 1. Cor. 15, 19.

Hi verò velut irrationabilia pecora, naturaliter in captionem & in perniciem in his quę ignorant, blasphemantes, in corruptione sua peribunt. 2 Pet. 2, 12.

PEDICA.

Abscondita est in terra pedica eius, & decipula illius super semitam. Iob 18, 10.

Laqueos ponentes & pedicas ad capiendos viros. Ierem. 5, 26.

PEIERO.

Et inficiatus insuper peierauerit, *&c.* conuicta delicti, reddet omnia quæ per fraudem voluit obtinere. Leuit. 6, 3.

Ne contra nos ira Domini concitetur, si peierauerimus. Ios. 9, 20.

PELAGVS.

Abyssus vallauit me, pelagus operuit caput meum. Ionæ 2, 6.

Præ superbia terram ad nauigandum, pelagus verò ad iter agendum deducturum. 2. Mach. 5, 21.

PELLICANVS.

Similis factus sum pellicano solitudinis. Psalmo 101, 7.

PELLICATVS.

Sororem vxoris tuæ in pellicatum illius non accipies, nec reuelabis turpitudinem eius adhuc illa viuente. Leuit. 18, 18.

PELLICIO.

Oculos habentes plenos adulterij, & incessabilis delicti. Pellicientes animas instabiles. 2. Pet. 2, 14.

Superba enim vanitatis loquentes, pelliciunt in desideriis carnis luxuriæ eos, qui paululùm effugiunt, qui in errore conuersantur. 18.

PELLIS.

Fecit quoque Dominus Deus Adæ & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos. Gen. 3, 21.

Pelles arietum rubricatas, pellesque ianthinas. Exod. 25, 5.

Detractaque pelle hostiæ, artus in frusta concident. Leuit. 1, 6.

Pellem verò & omnes carnes cum capite, & pedibus, & intestinis, & fimo, & reliquo corpore, efferet extra castra, in locum mundum. † 4, 11.

Sacerdos qui offert holocausti victimam, habebit pellem eius. † 7, 8.

Pellem pilosam caprarum, & posuit ad caput eius. 1. Reg. 19, 13.

Pellem pro pelle & cuncta quæ habet homo dabit pro anima sua. Iob 2, 4. † 10, 11.

Pelli meæ consumptis carnibus adhæsit os meum. † 19, 20.

Rursum circumdabor pelle mea. 26.

Extendens cælum sicut pellem, qui tegis aquis superiora eius. Psal. 103, 2.

Sicut pelles Salomonis. Cant. 1, 4.

Si mutare potest Aethiops pellem suam, aut pardus varietates suas: & vos poteritis benefacere, cùm didiceritis malum. Ierem. 13, 23.

Vetustam fecit pellem meam, & carnē meam, contriuit ossa mea. Thren. 3, 4.

Pellis nostra, quasi clibanus exusta est à facie tempestatum famis. † 5, 10.

Qui violenter tollitis pelles eorum desuper eis, & carnem eorum desuper ossibus eorum. Mich. 3, 2. Matth 3, 4. Heb. 11, 37.

PELTA.

Trecentas peltas ex auro probato. 3. Regum 10, 17.

PELVIS.

Vrceos, & pelues, & candelabra, *&c.* tulit magister militiæ. Ierem. 52, 19.

Mittit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes discipulorum, & extergere linteo. Ioan. 13, 5.

PELVSIVM.

Effundam indignationem meam super Pelusium robur Aegypti, & interficiam multitudinem Alexandriæ. Ezech. 30, 15.

Quasi parturiens dolebit Pelusium, & Alexandria erit dissipata. 16.

PENDEO.

Cùm anima illius ex huius anima pendeat. Gen. 44, 30.

Cubitus ex vna parte pendebit, & alter ex altera. Exod. 26, 13.

Maledictus à Deo est qui pendet in ligno. Deut. 21, 23.

Et erit vita tua quasi pendens ante te. Timebis nocte & die. † 28, 66. 2 Reg. 18, 10.

Estis presbyteri in populo Dei, & ex vobis pendet anima illorum. Iudith 8, 21. Cant. 4, 4. Isaiæ 3, 21.

Populus meus pendebit ad reditum meum. Osee 11, 7. Matth. 22, 40.

PENE.

Mei autem penè moti sunt pedes: penè effusi sunt gressus mei. Psal. 72, 2.

Penè fui in omni malo. Prou. 5, 14.

Omnia penè in sanguine mundantur. Heb. 9, 22.

PENETRALE.

Edidit terra eorum ranas in penetralibus regum ipsorum. Psal. 104, 30.

Videte insanias multas in medio eius, & calumniam patientes in penetralibus eius. Amos 3, 9. † 6, 10. Matth. 24, 26.

PENETRO.

Profundum abyssi penetraui, in fluctibus maris ambulaui. Eccli. 24, 8.

Penetrabo omnes inferiores partes terræ, & inspiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes sperantes in Domino. 45. † 35, 21.

Sed & bestias ferocissimas, & muros ferreos parati penetrare. 2. Mach. 11, 9.

Ex-

Ex his enim sunt qui penetrant domos. 2.Timoth.3,6. Heb.4,12.

Pontificem magnum, qui penetrauit cælos, Iesum filium Dei. Heb.4,14.

PENNA.

Penna struthionis similis est pennis herodij. Iob 39,13.

Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo & requiescam? Psal.54,7.

Pennæ columbæ deargentatæ. † 67,14. † 77,27.

Sub pennis eius sperabis. † 90,4.

Si sumpsero pennas meas diluculo. † 138,9.

Frustrà autem iacitur rete ante oculos pennatorum. Prou.1,17.

Qui autem sperant in Domino, mutabunt fortitudinem, assument pennas sicut aquilæ, current & non laborabunt, ambulabunt & non deficient. Isa.40,31.

Iunctæque erant pennæ eorum alterius ad alterum. Ezech.1,9.

Orietur vobis timentibus nomen meum Sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius. Mal.4,2. Luc.13,34.

PENSITATIO.

Multa munera argenti & auri, & pensitationes, cum ciuitatibus munitissimis in Iuda. 2.Par.21,3.

PENTACONTARCHVS.

Constituit Iudas duces populi, tribunos, & centuriones, & pentacontarchos, & decuriones. 1.Mach.3,55.

PENTAPOLIS.

Hæc [sapientia] iustum à pereuntibus impiis liberauit fugientem, descendente igne in pentapolim. Sap.10,6.

PENTECOSTE.

Pentecoste. Numerabitis ergo ab altero die Sabbati, in quo obtulistis manipulum primitiarum, septem hebdomadas plenas, vsque ad alteram diem expletionis hebdomadæ septimę, id est, quinquaginta dies: & sic offeretis sacrificium nouum Domino, ex omnibus habitaculis vestris. Leuit.23,15. 2.Mach.12,32.

Cùm complerentur dies Pentecostes, erant omnes pariter in eodem loco. Act.2,1.

Festinabat enim [Paulus] si possibile sibi esset, vt diem Pentecostes faceret Ierosolymis. † 20,16.

PENVLA.

Penulam quam reliqui Troade apud Carpum, veniens affer tecum, & libros. 2.Tim.4,13.

PENVRIA.

Afflixit te penuria, & dedit tibi cibum Manna, quod ignorabas tu, & patres tui: vt ostenderet tibi, quod non in solo pane viuat homo. Deut.8,3.

Vbi absque vlla penuria comedes panem tuum, & rerum omnium abundantia perfrueris. 9.

Tradetque nobis Dominus locum, in quo nullius rei est penuria, eorum quæ gignuntur in terra. Iudic.18,10.

Qui dat pauperi, non indigebit: qui despicit deprecantem, sustinebit penuriam. Prou.28,27.

Et abundare & penuriam pati, omnia possum in eo qui me confortat. Philip.4,13.

In quo configimus te? In decimis, & in primitiis. Et in penuria vos maledicti estis, & me configitis gens tota. Mal.3,9.

Hæc verò de penuria sua omnia quæ habuit misit totum victum suum. Mar.12,44.

PEPO.

In mentem nobis veniunt cucumeres, & pepones, porrique, & cepe, & allia. Num.11,5.

PERA.

Lapides de torrente, & misit eos in peram pastoralem. 1.Reg.17,40.

Non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta. Matth.10,10.

PERAGRO.

Circuibunt peragrantes terram: cumque viderint os hominis, statuent iuxta illud titulum. Ezech.39,15. Act.19,1.

PERAMBVLO.

Perambula terram in longitudine, & in latitudine sua: quia tibi daturus sum eam. Gen.13,17.

Aquæ quasi murus solidarentur, & isti pede sicco fundum maris perambulando transirent. Iudith 5,12.

Circuiui terram, & perambulaui eam. Iob 1,7.

Nec nostra considerat, & circa cardines cæli perambulat. † 22,14. Psal.8,9.

Verticem capilli perambulantium in delictis suis. Psal.67,22. † 90,6.

Sed peccantium pœna perambulat semper iniustorum præuaricationem. Sap.14,31. Baruch 6,61.

Isti sunt, quos misit Dominus vt perambulent terram. Zach.1,10. † 6,7.

Omnem locum terræ perambulaturum, & prædicaturum Dei potentiam. 2.Mach.9,17.

Et ingressus [Iesus] perambulabat Iericho. Luc.19,1.

A tribulatione, quæ facta fuerat sub Stephano, perambulauerunt vsque Phœnicen, & Cyprum. Act.11,19.

Cùm perambulassent vniuersam insulam vsque Paphum, inuenerunt quemdam virum magum. † 13,6. † 18,23. † 20,2.

PERCIPIO.

Et qui dulcis eloquio, maiora percipiet. Prouerb.16,21.

PERCVRRO.

Transierunt omnia illa tamquam vmbra, & tamquã nuntius percurrens. Sap.5,9. Mar.6,55.

PERCVTIO.

Percussit Madian in regione Moab. Gen.36,35.

Quare percutis proximum tuum? Exod.2,13.

Percutiam Aegyptum in cunctis mirabilibus meis. † 3,20.

Non finet percussorem ingredi domus vestras. † 12,23.

Qui percusserit hominem volens occidere, morte moriatur. † 21,12,23.

Percussit Dominus populum pro reatu vituli. † 32,35.

Percute dorsa inimicorum eius. Deut. 33,11.

Percussitque eos [Samson] ingenti plaga, ita vt stupentes surã femori imponerent. Iudic. 15,8.

Percussitque eos Dominus in conspectu filiorum Israel. † 20,35.

Percutiebat [arca] viros vniuscuiusque vrbis à paruo vsque ad maiorem, & computrescebant prominentes extales eorum. 1. Reg. 5,9.

Nónne postquam percussus est, tunc dimisit eos, & abierunt. † 6,6.

Percussit Ionathas stationem Philisthinorum. † 13,3.

Percute Amalec, & demolire vniuersa eius: non parcas ei, & non concupiscas ex rebus ipsius aliquid. † 15,3.

Si autem præualuero, & percussero eum, vos serui eritis, & seruietis nobis. † 17,9.

Percussit Philisthæum in fronte. 49.

Percussit Saul mille, & Dauid decem millia. † 18,7.

Percussit ex Philisthiim ducentos viros. 27.

Egressus Dauid, pugnauit aduersus Philisthiim, & percussit eos plaga magna, & fugerunt à facie eius. † 19,8.

Percuties Philisthęos, & Ceilam saluabis. † 23,2.

Percussit eos plaga magna, & saluauit Dauid habitatores Ceilæ. † 23,5.

Percussit cor suum Dauid, eò quòd abscidisset oram chlamydis Saul. † 24,6.

Percutiebat Dauid omnem terram. † 27,9.

Percussit eos Dauid à vespere vsque ad vesperam alterius diei, & non euasit ex eis quisquam. † 30,17.

Percute me, ne fortè veniant incircumcisi isti, & interficiant me, illudentes mihi. † 31,4.

Percussit illum ibi in inguine, & mortuus est, in vltionem sanguinis Asael fratris eius. 2. Regum 3,27.

Percussit Moab, & mẽsus est eos funiculo. † 8,2.

Percussit Adarezer filiũ Rohob regem Soba. 3.

Percussit Dauid de Syria viginti duo millia virorum. 5.

Trade eum, qui percussit fratrem suum, vt occidamus eum pro anima fratris sui. † 14,7.

Percutiam regem desolatum. † 17,2.

Percussit duos leones Moab. † 23,20.

Percussit autem cor Dauid eum, postquam numeratus est populus, & dixit Dauid ad Dominum: Peccaui valdè in hoc facto. † 24,10.

Percussit omnem domum Ieroboam. 29.

Non dimisit ne vnam quidem animam de semine eius, donec deleret eam. 3. Reg. 15,29.

Percussit vnusquisque virum, qui contra se veniebat, fugeruntque Syri. † 20,20.

Percussit equos, & currus, & percussit Syriam plaga magna. 21.

Percute me. At ille noluit percutere. Cui ait: Quia noluisti audire vocem Domini, ecce recedes à me, & percutiet te leo. 35.

Percussit Michæam in maxillam, & dixit: Méne ergo dimisit Spiritus Domini, & locutus est tibi? † 22,24.

Percussit aquas, & diuisæ sunt huc atque illuc, & transiuit Eliseus. 4. Reg. 2,14.

Consurgens Israel percussit Moab: at illi fugerunt coram eis. † 3,24.

Numquid percutiam eos, pater mi? † 6,21.

Percussitque Idumęos qui se circumdederunt, & principes curruum, populus autem fugit in tabernacula sua. † 8,21.

Percuties domum Achab domini tui. † 9,7.

Etiam hunc percutite in curru suo. 27.

Percussit omnes qui reliqui fuerant de Achab in Samaria, vsque ad vnum. † 10,17.

Percutite ęos, nullus euadat. 25.

Percussit eos Hazaël in vniuersis finibus Israel. 32.

Percutiesque Syriam in Aphec, donec consumas eam. † 13,17.

Percute iaculo terram. 18.

Si percussisses quinquies aut sexies, siue septies, percussisses Syriam vsque ad consumptionem. 19.

Percussit seruos suos, qui interfecerant regem patrem suum. † 14,5.

Percussit Edom in Valle Salinarum decem millia. 7.

Percussusque est Iuda coram Israel, & fugerunt. 4 Reg. 14,12.

Percussit eum in Samaria in turre domus regiæ. † 15,25.

Percussit [Ezechias] Philisthæos vsque ad Gazam, & omnes terminos eorum. † 18,8.

Percusseruntque Godoliam, qui & mortuus est. † 25,25.

Omnis qui percusserit Iebusæum in primis, erit princeps & dux: Ascendit igitur primus Ioab filius Saruiæ, & factus est princeps. 1. Par. 11,6.

Percussit ergo eos Abia & populus eius plaga magna. 2. Par. 13,17.

Dominus percutiet te plaga magna cum populo tuo. † 21,14.

Cùm percusserimus eos omnes sicut hominem vnum. Iudith 6,3.

Percuties eum labiis charitatis meæ. † 9,13.

Quia ipse vulnerat, & medetur: percutit, & manus eius sanabunt. Iob 5,18.

Percussus sum vt fœnum, & aruit cor meum. Psal. 101,5.

Per.

Percussit gentes multas. † 134,10.

Percusserunt me, & vulnerauerunt me: tulerunt pallium meum mihi custodes murorum. Cant.5,7.

Super quo percutiam vos vltrà, addentes præuaricationem. Isa.1,5.

Populus non est reuersus ad percutientem se. † 9,13.

Inniti super eo qui percutit eos: sed innitetur super Domi nũ sanctũ Israel in veritate.† 10,20.

Percutiet terram virga oris sui,& spiritu labiorum suorum interficiet impium. † 11,4.

Percutiet eum in septem riuis, ita vt transeant per eum calceati. 16. † 14,29.

Percutiet Dominus Aegyptum plaga,& sanabit eam, & reuertentur ad Dominum, & placabitur eis,& sanabit eos. † 19,22.

In indignatione enim mea percussi te, & in reconciliatione mea misertus sum tui. † 60,10.

Domine oculi tui respiciunt fidem: percussisti eos,& non doluerunt. Ierem.5,3.

Percussit Phassur Ieremiam prophetam, & misit eum in neruum. † 20,2.

Percutiet Terram Aegypti,quos in mortem in mortem. † 43,11.

Antequam percuteret Pharao Gazam.† 47,1.

Percute manum tuam, & allide pedem, & dic: Heu ad omnes abominationes. Ezech.6,11.

Transite per ciuitatem sequentes eum, & percutite: non parcat oculus vester, neque misereamini. † 9,5.

Percussit statuam in pedibus eius ferreis, & fictilibus, & comminuit eos. Dan.2,34.

Percussus est Ephraim, radix eorum exsiccata est. Osee 9,16.

Percussi vos vento vrente,& in aurugine multitudinem hortorum vestrorum. Amos 4,9.

Percutiam omnem equum in stuporem,& adscensorem eius in amentiam. Zach.12,4.

Percute pastorem,& dispergẽtur oues † 13,7.

Percussus est Alcimus: & impedita sunt opera illius, & occlusum est os eius,& dissolutus est paralysi, nec vltrà potuit loqui verbum, & mandare de domo sua. 1.Mach.9,55.

Cœperit percutere conseruos suos. Mat.24,49.

Percutiam pastorem,& dispergentur oues gregis. † 26,31.

Acceperunt arundinem,& percutiebant caput eius. † 27,30.

Percutiebat pectus sum, dicens: Deus propitius esto mihi peccatori. Luc.18,13.

Confestim autem percussit eum [Herodem] Angelus Domini,eò quòd non dedisset honorem Deo. Act.12,23.

Percutiebant eum ante tribunal: & nihil eorum Gallioni curæ erat. † 18,17.

Ananias præcepit astantibus sibi percutere os eius [Pauli.] † 23,2.

Percutiet te Deus,paries dealbate. 3.1.Tim.3,3.

PERCVSSVRA.

Ista est lex omnis lepræ & percussuræ. Leuit. 14,54.

Sicut in percussura cribri remanebit puluis, sic aporia hominis in cogitatu illius. Eccli.27,5.

Alligauerit Dominus vulnus populi sui,& percussuram plagæ eius sanauerit. Isaiæ 30,26.

Permitto tibi facere percussuram proprij numismatis. 1.Mach.15,6.

PERDIX.

Sicut perdix inducitur in caueam, & vt caprea in laqueum: sic & cor superborum. Eccli.11,32.

Perdix fouit quæ non peperit: fecit diuitias, & non in iudicio. Ierem.17,11.

PERDO.

Et eris perditus in prouerbium ac fabulam omnibus populis. Deut.28,37.

Iuxtà est dies perditionis. † 32,35.

Non enim delectaris in perditionibus nostris. Tob.3,22.

Assyriorum gladio interibis, & omnis Israel tecum perditione disperiet. Iudith 6,3.

Non est qui adiuuet, cùm prosternamur ante oculos eorum in siti, & in perditione magna. † 7,14.

Flagella Domini, quibus quasi serui corripimur ad emendationem, & non ad perditionem nostram euenisse credamus. † 8,27.

Quoniam hæc faciunt,certum est quòd in perditionem dabuntur. † 11,12.

Quia in diem perditionis seruatur malus, & ad diem furoris ducetur. Iob 21,30.

Perditio & mors dixerunt: Auribus nostris audiuimus famam eius. † 28,22.

Ne perdas cum impiis Deus animam meam. Psal.25,9.

Veritatem tuam in perditione? 87,12.

Homo apostata,vir inutilis,&c. huic extemplò veniet perditio. Prou.6,15.

Infernus & perditio numquam implentur. † 27,20.

Neque acquiratis perditionem in operibus manuum vestrarum. Sap.1,12.

Qui pessimant plebem tuam,inueniant perditionem. Eccli.36,11.

Liberasti me de perditione, & eripuisti me de tempore iniquo. 51,16.

Clangetur in tuba magna,& venient qui perditi fuerant,de terra Assyriorum. Isaiæ 27,13.

Perditionem Esau adduxi super eum, tempus visitationis eius. Ierem.49,8.Thren.2,8.

Perditio tua Israel: tantummodò in me auxilium tuum. Osee 13,9.

Et ego cœpi percutere te perditione super peccatis tuis. Mich.6,13.

Væ qui habitatis funiculum maris,gens perditorum, Sophon.2,5.

Lata porta, & spatiosa via est, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eam. Matth.7,13.

Vt quid perditio hæc? † 26,8.

Vt omne quod dedit mihi, non perdam ex eo, sed resuscitem illud in nouissimo die. Ioan.6,39.

In nullo terreamini ab aduersariis: quæ est illis causa perditionis, vobis autem salutis, & hoc à Deo. Philip.1,28. Heb.10,39.

Et eum, qui emit eos, Dominum negant: superducentes sibi celerem perditionem. 2.Pet.2,1.

PERDVRANS.

Quotidie quoque perdurantes vnanimiter in templo. Act.2,46.

PEREFFLVO.

Abundantiùs oportet obseruare nos ea quæ audiuimus, ne fortè pereffluamus. Heb.2,1.

PEREGRE.

Melior est victus pauperis sub tegmine asserum, quàm epulæ splendidæ in peregrè sine domicilio. Eccli.29,29.

Peregrè in montibus miserabili obitu vita functus est [Antiochus.] 1.Mach.9,28.

Homo peregrè proficiscens, vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua. Matth 25,14. Lucæ 15,13.

PEREGRINOR, PEREGRINVS.

Peregrinis instituit Lot conuiuium. Gen.19,3.

Peregrinatus est [Abrahā] in Geraris. † 20,1.

Peregrinare in ea, eroque tecum, & benedicam tibi. † 26,3.

Ad peregrinandum in terra tua venimus: quoniam non est herba gregibus. † 47,3.

Dies peregrinationis meæ centum triginta annorum. 9.

Vt darem eis Terram Chanaan, terram peregrinationis eorum. Exod.6,4.

Si quis peregrinorum in vestram velit transire coloniam. † 12,48.

Peregrino molestus non eris. † 23,9.

Amat [Deus] peregrinum, & dat ei victum atque vestitum: & vos ergo amate peregrinos, quia & ipsi fuistis aduenæ. Deut.10,19.

Peregrino, qui intra portas tuas est, da vt comedat, aut vende ei: quia tu populus sanctus Domini Dei tui es. † 14,21. † 18,6.

Peregrinari voluit vbicumque sibi commodum reperisset. Iudic.17,8.

Peregrinaretur in regione Moabitide, cum vxore sua, ac duobus liberis. Ruth 1,1.

Nosse me dignateris peregrinam mulierem. † 2,10.

Peregrinus quidam venisset ad diuitem. 2.Regum 12,4.

Habita cum rege, quia peregrinus es. † 15,19.

Peregrinare vbicumq; reperer is: vocauit enim Dominus famem, & veniet super terram septem annis. 4.Reg 8,1.

Peregrini enim sumus coram te. 1.Par.29,15. 2.Esd.13,1.

Vt quid te misimus peregrinari? Tob.10,4.

Peregrinus à nobis susceptus est [Aman.] Esther 16,10.

Inquilini domus meæ, & ancillæ meæ, sicut alienum habuerunt me, & quasi peregrinus fui in oculis eorum. Iob 19,15.

Foris non mansit peregrinus; ostium meum viatori patuit. † 31,32.

Peregrinus filiis matris meæ. Psalm.68,9. Ecclesi.7,1.

Vt dignam perciperent peregrinationem puerorum Dei, quæ tibi omnium charior est terra. Sap.12,6.

Non pepercit peregrinationi Lot, & execratus est eos præ superbia verbi illorum. Eccli.16,9.

Ducent eam pedes sui longè ad peregrinandum. Isaiæ 23,7.

Sederunt peregrinantes in Chamaan, quæ est iuxta Bethleem, vt pergerent & introirent Aegyptum à facie Chaldæorum. Ierem.41,18.

Non despicies in die fratris tui, in die peregrinationis eius. Abd. v.12.

Opprimunt peregrinum, nec timuerunt me. Mal.3,5.

Tu solus peregrinus es in Ierusalē. Luc.24,18.

Quamdiu sumus in corpore, peregrinamur à Domino. 2.Cor.5,7.

Ordinatus est ab Ecclesiis comes peregrinationis nostræ. † 8,19.

Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti non acceptis repromissionibus, sed à longè eas aspicientes, & salutantes, & confitentes quia peregrini & hospites sunt super terram. Heb.11,13.

Obsecro vos tamquam aduenas & peregrinos abstinere vos à carnalibus desideriis. 1.Pet.2,11.

Fideliter facis quidquid operaris in fratres, & hoc in peregrinos. 3.Ioan.v.5.

PERENNIS.

Constituit enim Deus humiliare omnem montem excelsum, & rupes perennes. Baruch 5,7.

PEREO.

An non vides quòd perierit Aegyptus? Exodi 10,7.

Peribit anima illa de Israel. † 12,15.

Sicut Gentes, quas deleuit Dominus in introitu tuo, ita & vos peribitis, si inobedientes fueritis voci Domini Dei vestri. Deut.8,20.

Quòd si perseueraueritis in malitia, & vos & rex vester pariter peribitis. 1.Reg.12,25.

Nec quidquam aliquando periit omni tempore. † 25,15.

Vt conteramur, iugulemur, & pereamus. Esther 7,4.

Transfer cor illius in odium hostis nostri, vt & ipse pereat, & ceteri qui ei consentiunt. † 14,13.

Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum

dictum est: Conceptus est homo. Iob 3,2.

Destruxit me vndique, & pereo. † 19,10.

Perierunt propter iniquitaté suam. Psal.72,19.

Ipsi peribunt, tu autem permanes. † 101,27.

Quis tibi imputabit, si perierint nationes, quas tu fecisti? Sap.12,12.

Cor durum habebit malè in nouissimo: & qui amat periculum, in illo peribit. Eccli.3,27.

Periisti popule Chamos. Ier.48,46.

Iustus perit, & non est qui recogitet in corde suo. Isa.57,1. Ier.4,9.

Quia tu sedes in sempiternum, & nos peribimus in æuum. Baruch 3,3.

Assumentes super te lamentum, dicent tibi: Quomodo tu periisti, quæ habitas in mari, vrbs inclyta, quæ fuisti fortis in mari. Ezech.26,17.

Et quod abiectum erat non reduxistis, & quod perierat non quæsistis, sed cum austeritate imperabatis eis, & cum potentia. † 34,4.

Pereat Samaria, quoniam ad amaritudinem concitauit Deum suum. Osee 14,1.

Ne pereamus in anima viri istius, & ne des super nos sanguinem innocentem. Ionæ 1,14.

Qui multos de patria sua expulerat, peregrè periit. 2.Mach.5,9.

Sic non est voluntas ante Patrem vestrum, qui in cælis est, vt pereat vnus de pusillis istis. Matth.18,14.

Et nemo ex eis periit, nisi filius perditionis. Ioan.17,12.

Patiéter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti. 2.Pet.3,9. Apoc.18,14.

PERFERO.

Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum. 1.Pet.2,24.

PERFICIO.

Perfecti sunt cæli & terra, & omnis ornatus eorum. Gen.2,1.

Ambula coram me, & esto perfectus. Ponamque fœdus meum inter me & te, & multiplicabo te vehementer nimis. Cecidit Abram pronus in faciem. † 17,1.

Iuxta quod mente deuouerat, ita faciet ad perfectionem sanctificationis suæ. Num.6,21.

Perfectus eris & absque macula cum Domino Deo tuo. Deut.18,13.

Dei perfecta sunt opera. † 32,4.

Leui quoque ait: Perfectio tua, & doctrina tua viro sancto tuo, quem probasti in tentatione, & iudicasti ad Aquas contradictionis. Qui dixit patri suo, & matri suæ: Nescio vos; & fratribus suis: Ignoro vos: & nescierunt filios suos. Hi custodierunt eloquium tuum, & pactum tuum seruauerunt, iudicia tua ô Iacob, & legem tuam, ô Israel: ponent thymiama in furore tuo, & holocaustum super altare tuum. Benedic Domine fortitudini eius, & opera manuum illius suscipe. Percute dorsa inimicorum eius: & qui oderunt eum, non consurgant. † 33,8.

Sermo, inquit, dicebatur in veteri prouerbio: Qui interrogant interrogent in Abela: & sic perficiebant. 2.Reg.20,18.

Et ero perfectus cum eo. † 22,24.

Vbi est timor tuus, fortitudo tua, patientia tua, & perfectio viarum tuarum? Iob 4,6.

Forsitan vestigia Dei comprehendes, & vsque ad perfectum Omnipotentem reperies. † 11,7.

Perfice gressus meos in semitis meis. Psal.16,5.

Perfice eam, quã plantauit dextera tua. † 79,16

Perfecto odio oderam illos, & inimici facti sunt mihi. † 138,22.

Iustorum autem semita quasi lux splendens procedit, & crescit vsque ad perfectam diem. Prou.4,18.

Vna est columba mea, perfecta mea. Cant.6,8.

Pauperi porrige manum tuam, vt perficiatur propitiatio, & benedictio tua. Eccli.7,36.

Qui perficit primus scire ipsum. † 24,38.

Cor suum dabit in consummationem operum, & vigilia sua ornabit in perfectionem. † 38,31. † 50,21.

Perfecta eras in decore meo, quem posueram super te. Ezech.16,14.

O Tyre, tu dixisti: Perfecti decoris ego sum, & in corde maris sita. † 27,4.

Perfectus in viis tuis, à die conditionis tuæ. † 28,15.

Odio habuerunt corripientem in porta: & loquentem perfectè abominati sunt. Amos 5,10.

Si perfecti fuerint, & ita plures: sic quoque attondentur, & pertransibit. Nahum 1,12.

Estote ergo vos perfecti, sicut & Pater vester cælestis perfectus est. Matth.5,48.

Si vis perfectus esse, vade, vende quæ habes. † 19,21. Luc.1,17.

Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius qui misit me, vt perficiam opus eius. Ioan.4,34.

Cùm autem venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. 1.Cor.13,10.

De cetero fratres, gaudete, perfecti estote, exhortamini, idem sapite. 2.Cor.13,11.

In virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Ephes.4,13.

Vt possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare. † 6,14.

Non quòd iam acceperim, aut iam perfectus sim: sequor autem si quo modo comprehendam. Philip.3,12.

Quicumque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus. 15.

Vt exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo Iesu. Col.1,28.

Super omnia autem hæc charitatem habete, quod est vinculum perfectionis. † 3,14.

Perfectorum autem est solidus cibus, eorum

qui pro conſuetudine exercitatos habent ſenſus, ad diſcretionem boni ac mali. Heb. 5,14.

Intermittentes inchoationis Chriſti ſermonem, ad perfectiora feramur, non rurſum iacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis, & fidei ad Deum. † 6,1.

Nihil enim ad perfectum adduxit lex. † 7,19.

Ipſis hoſtiis, quas offerunt indeſinenter, numquam poteſt accedentes perfectos facere. † 10,1.

Patientia autem perfectum habet: vt ſitis perfecti & integri in nullo deficientes. Iac. 1,4.

Si quis in verbo non offendit, hic perfectus eſt vir, poteſt etiam fræno circumducere totum corpus. Iac. 3,2.

Perfectè ſperate in eam, quæ offertur vobis gratiam. 1. Pet. 1,13.

PERFLO.

Nónne veſtimenta tua calida ſunt, cùm perflata fuerit terra Auſtro? Iob 37,17.

Surge Aquilo, & veni Auſter, perfla hortum meum, & fluant aromata illius. Cant 4,16.

PERFODIO.

In lupanar, & perfodit ambos ſimul, virum ſcilicet & mulierem, in locis genitalibus Num. 25,8.

Perfodiam eum lancea in terra, ſemel, & ſecundò opus non erit. 1. Reg. 26,8.

Perfodit [adulter] in tenebris domus, ſicut in die condixerant ſibi. Iob 24,16.

Ante oculos eorum perfode tibi parietem, & egredieris per eum. Ezech. 12,5. Matth. 24,43.

PERFORO.

Perforabit aurem eius ſubula: & erit ei ſeruus in ſæculum. Exod. 21,6.

Oſſáque eorum confringent, & perforabunt ſagittis. Num. 24,8.

Super quem ſi incubuerit homo, comminutus ingredietur manum eius, & perforabit eam? 4. Reg. 18,21.

Nocte os meum perforatur doloribus. Iob 30,17. † 40,19.

PERFRINGO.

Prohibere gentem à peccatis, & perfringere murmur malitiæ. Eccli. 46,9.

PERFVGA.

Perfugas, qui transfugerant ad regem Babylonis, & reliquum vulgus, tranſtulit Nabuzardan. 4. Reg. 25,11.

Perfugas qui transfugerant ad eum. Ier. 39,9. † 52,15.

PERIBOLVS.

Et peribolus exterior ſecundùm gazophylacia. Ezech. 42,7.

In tabulis æreis, & ponere eas in peribolo ſanctorum, in loco celebri. 1. Mach. 14,48.

PERICLITOR.

Aliquoties vſque ad mortem periclitatus ſum horum cauſa, & liberatus ſum gratia Dei. Eccli. 34,13.

Vt quid & nos periclitamur omni hora. 1. Cor. 15,30.

PERICVLVM.

Memor enim eſſe debes, quæ & quanta pericula paſſa ſit propter te in vtero ſuo. Tob. 4,4.

Eſther quoque regina confugit ad Dominum pauens periculum. Eſth. 14,1.

Periculum meum in manibus meis eſt. 04.

Pericula inferni inuenerunt me. Pſal 114,3.

Neſcit quòd de periculo animæ illius agitur. Prou. 7,23.

Qui amat periculum, in illo peribit. Eccli. 3,27. † 43,26.

Ipſi deo conſtituti à periculo liberati ſunt à numero ſexcentorum millium peditum, inducere illos in hereditatem. † 46,10.

Simon autem Mathathiæ filius ex filiis Iarib, & fratres eius dederunt ſe periculo, & reſtiterunt aduerſariis gentis ſuæ, vt ſtarent ſancta ipſorum & lex. 1. Mach. 14,29.

De magnis periculis à Deo liberati, magnificè gratias agimus ipſi. 2. Mach. 1,11.

Qui de tantis periculis nos eripuit & eruit; in quem ſperamus quoniam & adhuc eripiet, adiuuantibus & vobis in oratione pro nobis. 2. Cor. 1, 10, 11.

In itineribus ſæpè, periculis fluminum. † 11,26.

PERIPSEMA.

Tamquam purgamenta huius mundi facti ſumus, omnium peripſema vſque adhuc. 1. Cor. 4,13.

PERITIA.

Et ſine peritia artis pugna? Iudith 5,27.

Loquentes neceſſe eſt eſſe peritos, ſed etiam extraneos poſſe, & dicentes, & ſcribentes doctiſſimos fieri. Prolog. Eccli.

Vir peritus multos erudiuit, & animæ ſuæ ſuauis eſt. Eccli. 37,22.

In peritia ſua requirentes modos muſicos, & narrantes carmina ſcripturarum. † 44,5.

PERIVRIVM.

Non periurabis in nomine meo. Leuit. 19,12.

Aut egeſtate compulſus furer, & periurem nomen Dei mei. Prou. 30,9.

Turbatio, & periurium, tumultus bonorum. Sap. 14,25.

Ero teſtis velox maleficis, & adulteris, & periuris. Mal. 3,5.

Non periurabis. Reddes autem Domino iuramenta tua. Matth. 5,33.

Lex iuſto non eſt poſita, ſed iniuſtis, &c. plagiarus, mendacibus, & periuris. 1. Tim. 1,10.

PERIZOMA.

Conſuerunt folia ficus, & fecerunt ſibi perizomata. Gen 3,7.

PERLINIENS.

Perliniens rubrica, & rubicundum faciens fuco colorem illius.

PERMANEO.

Non permanebit spiritus meus in homine in æternum. Gen.6,3.

Permanebit cum sole, & ante lunam. Psal. 71,5. Eccles.2,11.

Ne festines recedere à facie eius, neque permaneas in opere malo. Eccles.8,3.

Quomodo autem posset aliquid permanere, nisi tu voluisses? Sap.11,26.

Si non credideritis, non permanebitis. Isa. 7,9.

Si permanseris in bonitate: alioquin & tu excideris. Rom.11,22.

Vos quod audistis ab initio, in vobis permaneat. 1.Ioan.2,24.

PERMITTO.

Tentabant ire in Bithyniam, & non permisit eos Spiritus Iesu. Act.16,7.

Permissum est Paulo manere sibimet cum custodiente se milite. † 28,16.

PERMVNDO.

Permundabit aream suam. Matth.3,12.

PERNICIES.

Qui deiecisti reges ad perniciem, & confregisti facilè potentiam ipsorum. Eccli.48,6.

Hi verò velut irrationabilia pecora, naturaliter in captionē & in perniciē in his quę ignorant blasphemātes in corruptione sua peribūt.2.Pet.2,12.

PERNOCTO.

Sin autem pauper est, non pernoctabit apud te pignus. Deut.24,12.

Exiit in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei. Luc.6,12.

PERPENDICVLVM.

Extendetur super eam mensura, vt redigatur ad nihilum, & perpendiculum in desolationem. Isaiæ 34,11. Zach.1,16.

PERPETVVS.

Perpetuus erit cultus per successiones eorum à filiis Israel. Exod.27,21. Leuit.3,17.

Reges in solio collocat in perpetuum, & illi eriguntur. Iob 36,7.

Labium veritatis firmum erit in perpetuum. Prou.12,19.

Didici quòd omnia opera quæ fecit Deus, perseuerent in perpetuum. Eccles.3,14.

Iustitia enim perpetua est, & immortalis. Sap. 1,15. Dan.12,3.

Saluare in perpetuum potest. Heb.7,25.

PERQVIRO.

Custodite & perquirite cuncta mandata Domini. 1.Par.28,8.

Consiliū semper à sapiēte perquire. Tob.4,19.

PERSA.

Anno primo Cyri regis Persarum. 1.Esd.1,1.

Diuisum est regnum tuum, & datum est Medis & Persis. Dan.5,28.

PERSCRVTOR.

Perscrutabor eum in cunctis millibus Iuda. 1.Regum 23, 23. 1.Machab. 9, 26.

PERSEPOLIS.

Intrauerat enim in eam, quæ dicitur Persepolis, & tentauit expoliare templum. 2.Mach.9,2.

PERSEQVOR.

Persecutus est eum diebus septem: & comprehendit eum in monte Galaad. Gen.31,23.

Persequere viros, & apprehensis dicito: Quare reddidistis malum pro bono? † 44,4.

Persequetur vos, & glorificabor in Pharaone. Exod.14,4.

Persequentesque Aegyptij ingressi sunt post eos. 23.

Dixit inimicus: Prosequar & comprehendam. † 15,9.

Quo modo persequatur vnus mille, & duo fugent decem millia. Deut 32, 30.

Persequimini citò, & comprehenderis eos. Ios.2,5.

Persequimini hostes, & extremos quoque fugientium cædite. † 10, 19.

Persequebar eos, & percutiebam, eruebamque de ore eorum. 1.Reg.17,35.

Desiit ns persequi Dauid, & perrexit in occursum Philisthinorum. † 23, 28.

Quem persequeris rex Israel? quem persequeris? canem mortuum persequeris, & pulicem vnum. † 24,15. † 25,28.

Persequere: absque dubio enim comprehendes eos, & excuties prædam. † 30, 8.

Persequebatur autē Asaël Abner.2.Reg.2,19.

Si locutus fuisses, manè recessisset populus persequens fratrem suum. 27.

Cessauitque rex Dauid persequi Absalom. † 13, 39.

Persequar Dauid hac nocte. † 17,1.

Retinuit populum, ne persequeretur fugientem Israel. † 18,16. Iob 13, 25.

Quare persequimini me sicut Deus? Iob 19,22.

Quem tu percussisti, persecuti sunt; & super dolorem vulnerum meorum addiderunt. Psalmo 68,27.

Persequimini, & comprehendite eum. † 70,11.

Ita persequēris illos in tempestate tua. † 82,16.

Persecutus est hominem inopem & mendicum. † 108,17.

Appropinquauerunt persequentes me iniquitati. † 118,150.

Multi qui persequuntur me & tribulant me, à testimoniis tuis non declinaui. 157.

Principes persecuti sunt me gratis. 161.

Psalmus Dauid quando persequebatur eum Absalom. Titulus Psalmi 142.

Persecutus est inimicus animam meam, humiliauit in terra vitam meam. † 142,3.

Peccatores persequitur malum: & iustis retribuentur bona. Prou 13,21.

Fugit impius, nemine persequente: iustus autem

autem quasi leo confidens absque terrore erit. † 28,1 Sap.19,3.

Quasi qui apprehendit vmbram, & persequitur ventum: sic qui attendit ad visa mendacia. Eccli.34,2.

Velociores erunt qui persequentur vos. Isa.30,16. Ier.15,15. † 17,18.

Dominus autem mecũ est quasi bellator fortis: idcircò qui persequuntur me, cadent. Ier.20,11.

Persecutus est autem eos exercitus Chaldæorum. † 39,5.

Persequêris in furore, & conteres eos sub cælis Domine. Thren.3,66.

Velociores fuerunt persecutores nostri aquilis cæli: super montes persecuti sunt nos. † 4,19.

Proiecit Israel bonum, inimicus persequetur eum. Osee 8,3.

Persecutus sit in gladio fratrem suum. Amos 1,11. Nahum 1,8.

Persecuti sunt filios superbiæ. 1.Mach.2,47.

Persecutus est iniquos perscrutans eos. † 3,5.

Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Matth.5,10.

Persequemini de ciuitate in ciuitatem † 23,34.

Cum persecutionibus: & in sæculo futuro vitam æternam. Mar.10,30.

Persequentur, trahentes ad reges & præsides. Luc.21,12.

Persequebantur Iudæi Iesum, quia hæc faciebat in sabbato. Ioan.5,16.

Non est seruus maior domino suo: si me persecuti sunt, & vos persequentur. † 15,20.

Quem prophetarum non sunt persecuti patres vestri? Act.7,52.

Facta est autem in illa die persecutio magna in Ecclesia. † 8,1.

Quis es, Domine? & ille: Ego sum Iesus quem tu persequeris. Act.9,5.

Excitauerunt persecutionem in Paulum & Barnabam. † 13,50.

Qui hanc viam persecutus sum vsque ad mortem, alligans, & tradens in custodias viros ac mulieres. † 22,4.

An nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? Rom.8,35.

Non sum dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus sum Ecclesiam Dei. 1.Cor.15,9.

Supra modum persequebar Ecclesiam Dei. Gal.1,13.

Sed quomodo tunc is qui secundùm carnem natus fuerat, persequebatur eum qui secundùm spiritum, ita & nunc. † 4,29.

Tantùm vt crucis Christi persecutionem non patiantur. † 16,12.

Et in omnibus persecutionibus vestris, & tribulationibus quas sustinetis in exemplum iusti iudicij Dei. 2.Thess.1,4.

Persecutiones, passiones, qualia mihi facta sunt Antiochiæ. 2.Timoth.3,11.

Omnes qui piè volunt viuere in Christo Iesu, persecutionem patientur. 2.Tim.3,12.

Persecutus est mulierem quæ peperit masculum. Apoc.12,13.

PERSEVERO.

Quòd si perseueraueritis in malitia: & vos & rex vester pariter peribitis. 1.Reg.12,25.

Eo quòd fecerint malum coram me, & perseuerauerint irritantes me. 4.Reg.21,15. Iudith 4,12.

Didici quòd omnia opera, quæ fecit Deus, perseuerent in perpetuum. Eccles.3,14. Eccli.30,17.

Continentiæ propositum tenuit in Iudaismo, corpusque & animam tradere contentus pro perseuerantia. 2.Mach.14,38.

Qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Matth.10,22. † 24,13. Act.2,14.

In disciplina perseuerate. Heb.12,7.

Aut aduentus eius? ex quo enim patres dormierunt, omnia sic perseuerant ab initio creaturæ. 2.Pet.3,4.

PERSONA.

Non consideres personam pauperis, nec honores vultum potentis. Leuit.19,15. Deut.1,16.

Personam non accipit [Deus] nec munera. Deut.10,17.

Non accipiam personam viri, & Deum homini non æquabo. Iob 32,21.

Qui non accipit personas principum, nec cognouit tyrannum. † 34,19.

Accipere personam impij non est bonum. Prou.18,5.


Planget eum omnis Israel,& sepeliet. † 14,13.

In omnibus quoque prouinciis, oppidis, ac locis,ad quæ crudele regis dogma peruenerat, planctus ingens erat apud Iudæos, ieiunium, vlulatus,

 & fle-

& fletus, facco & cinere multis pro strato vtentibus. Ezech.4,3.

Dimitte ergo me, vt plangam paululum dolorem meum. Iob 10, 20.

Conuertisti planctum meum in gaudium mihi. Psal.29, 12.

Tempus plangendi, & tempus saltandi. Eccles. 3, 4.

Ibit homo in domum æternitatis suæ, & circuibunt in platea plangentes. † 12,5.

Resonabat autem inconueniens inimicorum vox, & flebilis audiebatur planctus ploratorum infantium. Sap.18,10.

Ascendit domus, & Dibon ad excelsa in planctum super Nabo, & super Medaba. Isa.15,2.

Vocabit Dominus Deus exercituum in die illa ad fletum, & ad planctum, ad caluitium, & ad cingulum sacci: & ecce gaudium & lætitia, occidere vitulos & iugulare arietes, comedere carnes, & bibere vinum. Comedamus, & bibamus: cras enim moriemur. † 22,12.

Super vbera plangite, super regione desiderabili, super vinea fertili. † 32,12.

Ciuitates tuæ vastabuntur, remanentes absque habitatore: super hoc accingite vos ciliciis, plangite & vlulate. Ierem.4,8.

Tonde capillum tuum, & proiice, & sume in directum, planctum. † 7, 29.

Mortibus ægrotantium morientur: non plangentur. † 16, 4.

Non plangent eum [Ioakim,] Væ frater & væ soror: non concrepabunt ei: Væ Domine, & væ inclyte. † 22,18.

Et erunt interfecti Domini in die illa à summo terræ vsque ad summum eius: non plangentur, & non colligentur, neq; sepelientur. † 25,33.

Væ Domine, plangent te. † 34,5.

De planctu Iazer plorabo tibi vinea Sabama: propagines tuæ transierunt mare. † 48, 32.

In plateis eius, omnis planctus: quoniam contriui Moab sicut vas inutile. 38.

Mulieres sedebant plangentes Adonidem. Ezech.8, 14.

Assume planctū super principes Israel. † 19,1.

Planctus est, & erit in planctum. 14.

Coronas habebitis in capitibus vestris, & calceamenta in pedibus, non plangetis neque flebitis, sed tabescetis in iniquitatibus vestris, & vnusquisque gemet ad fratrem suum. † 24,23.

Leua planctum super regem Tyri. † 28,11.

Planctus est, & plangent eum: filiæ Gentium plangent eum. † 32,16.

Plange quasi virgo accincta sacco super virum pubertatis suæ. Ioel 1,8.

Leuo super vos planctum: Domus Israel cecidit, & non adiiciet vt resurgat. Amos 5,1.

In omnibus plateis planctus: & in cunctis quæ foris sunt, dicetur væ væ: & vocabunt agricolam ad luctum, & ad planctum eos qui sciunt plangere. 16.

Quod scelus Iacob? nónne Samaria? &c. super hoc plangam, & vlulabo, vadam spoliatus & nudus. Mich.1,8. Zach.7,5.

Plangent eum planctu quasi super vnigenitum, & dolebunt super eū vt doleri solet in morte primogeniti. Zach.12, 10.

Sicut planctus Adadremmon in campo Mageddon. 11.

Factus est planctus magnus in Israel & in omni loco eorum: & ingemuerunt principes & seniores, virgines & iuuenes infirmati sunt. 1.Machab.1,27.

Sepultus est [Mathathias] à filiis suis, &c. & planxerunt eum omnis Israel planctu magno. † 2,70.

Sciderunt vestimenta sua, & planxerunt planctu magno, & imposuerunt cinerem super caput suum, & ceciderunt in faciem super terram, & exclamauerunt tubis signorum. † 4,39.

Fleuerunt eum [Iudam] omnis populus Israel planctu magno, & lugebant dies multos. † 9, 20.

Planxerunt Ionathan, & eos qui cum ipso fuerant, valdè: & luxit Israel luctu magno. † 12,52.

Planxerunt eum [Ionathan] omnis Israel planctu magno, & luxerunt eum dies multos. 1.Mach.13,26.

Cecinimus vobis & non saltastis: lamentauimus, & non planxistis. Matth.11,17.

Parebit signum filij hominis in cælo: & tunc plangent omnes tribus terræ. † 24,30.

Sequebatur autem illum multa turba populi, & mulierum: quæ plangebant, & lamentabantur eum. Luc.23,27.

Curauerunt autem Stephanum viri timorati, & fecerunt planctum magnum super eum. Act. 8, 2.

Plangent se super eum omnes tribus terræ. Apoc.1,7.

Flebunt, & plangent se super illam [Babylonem] reges terræ, qui cum illa fornicati sunt, & in deliciis vixerunt, cùm viderunt fumum incendij eius. † 18,9.

PLANITIES, PLANVS.

Per planitiem Libani, subter montem Hermon. Iosue 11,17.

Persecutus est exercitus Chaldæorum regem [Sedeciam] comprehenditque eum in planitie Iericho. 4.Reg.25,5.

Erunt praua in directa, & aspera in vias planas. Isaiæ 40,4.

Super vias pascentur, & in omnibus planis pascua eorum. † 49,9. Ezech.47,8.

Quis tu mons magne coram Zorobabel? in planum. Zach.4,7.

Nisi Iudam mihi vinctum tradideritis, istud

De

Dei fanum in planitiem deducam, & altare effodiam. 2.Mach.14,33.

PLANTA.

Plantam fratris tenebat manu, & idcircò appellauit eum Iacob. Gen.25,25.

Sanariq; te non possis à planta pedis vsque ad verticem. Deut.28,35.

Percussit Iob vlcere pessimo, à planta pedis vsque ad verticem eius. Iob 2,7.

Tenebitur planta eius laqueo, & exardescet contra eum sitis. † 18,9. Prou.6,28. Eccli.12,18.

Et omne cor mœrens. A planta pedis vsque ad verticem, non est in eo sanitas: vulnus, & liuor. Isa.1,6. Ezech,1,7.

Calcabitis impios, cùm fuerint cinis sub planta pedum vestrorum.* Mal.4,3. Act.3,7.

PLANTARIVM.

Regnum diuisum erit, quod tamen de plantario ferri orietur. Dan.2,41.

PLANTO.

Plantabis in monte hereditatis tuæ. Exo.15,17

Plantabo eum, & habitabit sub eo. 2.Regum 7,10.

Hi sunt figuli habitantes in Plantationibus, & in Sepibus. 1.Par.4,23.

Plantasti radices eius, & impleuit terram. Psal.79,10.

Plantati in domo Domini, in atriis domus Dei nostri florebunt. † 91,14.

Quorum filij sicut nouellæ plantationes in iuuentute sua. † 143,12. Prou.31,16.

Tempus plantandi, & tempus euellendi quod plantatum est. Ecclef.3,2. Eccli.10,18.

In die plantationis tuæ, labrusca, & manè semen tuum florebit. Isa.17,11.

Vt plantes cælos, & fundes terram. † 51,16.

Constitui te hodie super gentes, & super regna, vt euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, & ædifices, & plantes. Ier.1,10.

Dominus exercituum qui plantauit te, locutus est super te malum, pro malis domus Israel, & domus Iuda. † 11,17.

Plantasti eos, & radicem miserunt: proficiunt & faciunt fructum. † 12,2.

Lætabor super eis, cùm eis benè fecero: & plantabo eos in terra ista in veritate, in toto corde meo, & in tota anima mea. † 32,41.

Plantabo eos super humum suam, & non euellam eos vltrà de terra sua quã dedi eis. Amos 9,15.

Omnis plantatio, quam non plantauit Pater meus cælestis, eradicabitur. Matth.15,13.

Ego plantaui, Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit. 1.Cor.3,6.

PLASMO.

Ex diebus antiquis plasmaui illud, & nunc adduxi. 4.Reg.19,25. Isa.37,26.

Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me totum in circuitu. Iob 10,8.

Aestatem & ver tu plasmasti ea. Psal.73,17.

Quasi lutum figuli in manu ipsius, plasmare illud & disponere. Eccli.33,13.

PLASTES.

Adducet magistratum quasi lutum, & velut plastes conculcans humum. Isa.41,25.

Plastæ idoli omnes nihil sunt, & amantissima eorum non proderunt eis. † 44,9.

Hæc dicit Dominus sanctus Israel, plastes eius. † 45,11,18.

PLATEA.

Plateas fac tibi in Damasco. 3.Reg.20,34.

Feceruntque sibi tabernacula vnusquisque in domate suo, & in atriis suis, & in atriis domus Dei, & in platea portæ aquarum. 2.Esd.8,16.

Ex lapide pretioso omnis circuitus murorum eius. Ex lapide candido & mundo omnes plateæ eius sternentur: & per vicos eius alleluia cantabitur. Tob.13,22. Esth.4,1.

Sapiẽtia foris prædicat, in plateis dat vocẽ suã. Prou.1,20. Eccles.12,4. Cant.3,1. Thren.2,11.

Platea erat in rotundum, ascendens sursum per cochleam. Ezech.41,7.

Rursum ædificabitur platea, & muri in angustia temporis. Dan.9,25.

Ita vt in plateas eiicerent infirmos. Act.5,15.

Corpora eorum iacebunt in plateis ciuitatis magnæ. Apoc.11,8.

Platea ciuitatis aurum mundum. † 21,21. † 22,2.

PLAVDO.

Plaudentes manu dixerunt: Viuat rex. 4.Regum 11,12. Iudith 14,13.

Omnes Gentes plaudite manibus. Psal.46,2. † 97,8.

Stultus homo plaudet manibus, cùm spoponderit pro amico suo. Prou.17,18. Isa.3,16.

Plauserunt super te manibus omnes transeuntes per viam, sibilauerunt, & mouerunt caput. Thren.2,15.

Plaude super femur. Ezech.21,12.

Plausisti manu, & percussisti pede, & gauisa es ex toto affectu super terram Israel: idcircò & ego extendam manum meam super te. † 25,6.

PLAVSTRVM.

Quibus dedit Ioseph plaustra, secundùm Pharaonis imperiũ, & cibaria in itinere. Gen.25,21.

Munera coram Domino, sex plaustra tecta cum duodecim bobus. Num.7,3.

Arripite, & facite plaustrum nouum vnum. 1.Reg.6,7.

Posui te quasi plaustrum triturans nouum, habens rostra serrantia. Isa.41,15.

Eò quòd trituraueris in plaustris ferreis Galaad. Amos 1,3.

PLEBS.

In die enim tertia descendet Dominus coram omni plebe. Exod.19,11.

Cumque egrederetur Moyses ad tabernaculum, surgebat vniuersa plebs, & stabat vnusquisque in ostio papilionis sui. † 33,8 Num.15,26. 2.Par.35,13.

Qui deuorant plebem meam. Psal.13,4.

Non repellet Dominus plebem suam. † 93,14.

Exaltent eum in Ecclesia plebis, † 106,32.

In multitudine populi dignitas regis: & in paucitate plebis ignominia Principis. Prou.14,28

Miserere plebi tuæ super quam inuocatum est nomen tuum. Eccli.36,14.

Vir sapiens plebem suam erudit, & fructus sensus illius fideles sunt. † 37,26. † 41,22.

Cœpit irritare plebem, & conculcare Iudæam, & captiuare populum. 1.Mach.15,40.

Et incredulos ad prudentiam iustorum, parare Domino plebem perfectam. Luc.1,17.

Visitauit, & fecit redemptionẽ plebis suæ. 68.

Non potuerunt verbum eius reprehendere coram plebe. † 20,26.

Quomodo Iesum interficerent, timebant verò plebem. † 22,2.

Per manus autem Apostolorum fiebant signa, & prodigia multa in plebe. Act.5,12.

Elegit patres nostros, & plebem exaltauit, cùm essent incolæ in terra Aegypti † 13,17.

Cucurrit omnis plebs aduersus eos. † 16,22.

Vocabo non plebem meam, plebem meam. Rom.9,25.

Vbi dictum est eis: Non plebs mea vos: ibi vocabuntur filij Dei viui. 26.

Lætamini Gentes cum plebe eius. † 15,10.

PLECTA.

Et inter coronulas, & plectas, leones, & boues, & Cherubim. 3.Reg.7,29.

PLECTO.

Quando peccauerit homo quod morte plectendum est, &c. non permanebit cadauer eius in ligno. Deut.21,22.

Milites plectentes coronam de spinis, imposuerunt capiti eius. Ioan.19,2.

PLEIADES.

Numquid coniungere valebis micantes stellas Pleïadas, aut gyrum Arcturi poteris dissipare? Iob 38,31.

PLENVS.

Egressa sum plena, & vacuam reduxit me Dominus. Ruth 1,21.

Orbem terræ & plenitudinem eius tu fundasti. Psal.88,12.

Timor Domini ad vitam: & in plenitudine commorabitur, absque visitatione pessima. Prouerb.19,23.

Plenitudo sapientiæ est timere Deum, & plenitudo à fructibus illius. Eccli.1,20.

In plenitudine sanctorum detentio mea. † 24,16.

Gentibus reddet vindictam, donec tollat plenitudinem superborum. † 35,23.

Plenitudinem annuæ messis custodientem nobis. Ier.5,24.

Vt eos, cùm iudicij dies aduenerit, in plenitudine peccatorum puniat. 2.Mach.6,14.

In vestimentum vetus: tollit enim plenitudinem eius à vestimento. Matth.9,16.

De plenitudine eius nos omnes accepimus. Ioan 1,16.

At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum. Gal.4,4.

Vt impleamini in omnem plenitudinem Dei. Ephes.3,19. Col 2,9.

Confirma cetera quæ moritura erant. Non enim inuenio opera tua plena coram Deo meo. Apoc 3,2.

PLORO.

Osculatusque est Ioseph omnes fratres suos, & plorauit super singulos. Gen.45,15.

Cumque reuersi ploraretis coram Domino, non audiuit vos, nec voci vestræ voluit acquiescere. Deut.1,45.

Quid habet populus quòd plorat? & narrauerunt ei verba virorum Iabes. 1.Reg.11,5.

Plorans vsque Bahurim. 2.Reg.3,16.

Sed & rex & omnes serui eius fleuerunt ploratu magno nimis. † 13,36.

Cum lacrymis osculatus est eum, & plorans supra collum eius. Tob.7,7.

Non cognouerunt eum [Iob] & exclamantes plorauerunt. Iob 2,12.

Ploremus ante Dominum qui fecit nos. Psal.94,6.

Primam vocem similem omnibus emisi plorans. Sap.7,3.

Non desis plorantibus in consolatione, & cum lugentibus ambula. Eccli.7,38.

Supra mortuum plora, defecit enim lux eius: & supra fatuum plora, defecit enim sensus. † 22,10.

Super hoc plorabo in fletu Iazer vineam Sabama. Isa.16,9.

Plorans nequaquam plorabis, miserans miserebitur tui: ad vocem clamoris tui statim vt audierit, respondebit tibi. † 30,19.

Vox in viis audita est, ploratus, & vlulatus, filiorum Israel: quoniam iniquam fecerunt viam suam, obliti sunt Domini Dei sui. Ier.3,21.

Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum? & plorabo die ac nocte interfectos filiæ populi mei. † 9,1.

Quòd si hoc non audieritis, in abscondito plorabit, & deducet oculus meus lacrymam, quia captus est grex Domini. † 13,17.

Vox in excelso audita est lamentationis, luctus, & fletus Rachel plorantis filios suos, & nolentis consolari super eis, quia non sunt. † 31,15.

In

In occursum eorum de Masphath, incedens & plorans ibat. † 41, 6.

Per ascensum enim Luith plorans ascendet in fletu. † 48, 5.

Plorans plorauit in nocte. Thren. 1, 2.

Ego plorãs, & oculus meus deducẽs aquas. 16.

Legit Baruch verba libri huius ad aures Iechoniæ, &c. qui audientes plorabãt, & ieiunabant, & orabant in conspectu Domini. Baruch 1, 5.

Inter vestibulum & altare plorabunt sacerdotes ministri Domini, & dicent: Parce Domine. Ioel. 2, 17. Matth. 2, 18.

Cantauimus vobis tibiis, & non saltastis: lamentauimus, & non plorastis. Luc. 7, 32.

Plorabitis & flebitis vos: mundus autem gaudebit: vos autem contristabimini. Ioan. 16, 20.

Maria autem stabat ad monumentum foris, plorans. † 20, 11.

Agite nunc diuites, plorate, vlulantes in miseriis vestris, quæ aduenient vobis. Iac. 5, 1.

PLVMA.

Opere plumario fecit tentorium ex hyacintho, purpura, vermiculo. Exod. 38, 18.

Plumas proijciet prope altare ad orientalem plagam. Leuit. 1, 16.

Numquid per sapientiam tuam plumescit accipiter, expandens alas suas ad Austrũ? Iob 39, 26.

Aquila grandis, &c. plena plumis, & varietate, venit ad Libanum, & tulit medullam cedri. Ezechiel. 17, 3, 7.

PLVMBVM.

Submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus. Exod. 15, 10.

Super plumbum quid grauabitur? & quod illi aliud nomen quàm fatuus? Eccli. 22, 17.

Defecit sufflatorium, in igne consumptum est plumbum, frustrà conflauit conflator: malitiæ enim eorum non sunt consumptæ. Ierem. 6, 29.

PLVO.

Non enim pluerat Dominus Deus super terram, & homo non erat qui operaretur eã. Gen. 2, 5

Pluam super terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus, & delebo omnem substantiam, quam feci. † 7, 4.

Obtinueruntque aquæ terram centum quinquaginta diebus. 24.

Pluit super Sodomam & Gomorrham sulphur & ignem à Domino de cælo. † 19, 24.

Pluam grandinem multam nimis. Exod. 9, 18.

Pluam vobis panes de cælo. † 16, 4.

Dabo vobis pluuias temporibus suis, & terra gignet germen suum, & pomis arbores replebuntur. Leuit. 26, 3.

Montuosa [terra] est, & campestris, de cælo expectans pluuias. Deut. 11, 11.

Dabit pluuiam terræ vestræ temporaneam & serotinam, vt colligatis frumentum, & vinum, & oleum, fœnumque ex agris. 14.

Vt tribuat pluuiam terræ tuæ in tempore suo. † 28, 12.

Concrescat vt pluuia doctrina mea. † 32, 2.

Inuocabo Dominum, & dabit voces & pluuias. 1. Reg. 12, 17.

Montes Gelboë nec ros nec pluuia veniant super vos. 2. Reg. 1, 21.

Si clausum fuerit cælum, & non pluerit propter peccata eorum. 3. Reg. 8, 35.

Si erit annis his ros & pluuia, nisi iuxta oris mei verba. † 17, 1.

Ostende te Achab, vt dem pluuiam super faciem terræ. † 18, 1.

Interfecit eos ibi. Et ait Elias ad Achab: Ascende, comede, & bibe: quia sonus multæ pluuiæ est. 41.

Non videbitis ventum, neque pluuiam, & alueus iste replebitur aquis. 4. Reg. 3, 17.

Trementes pro peccato, & pluuiis. 1. Esd. 10, 9, 13.

Qui dat pluuiam super faciem terræ, & irrigat aquis vniuersa. Iob 5, 10.

Pluat super illum bellum suum. † 20, 23.

Quando ponebat pluuiis legem, & viam procellis sonantibus. † 28, 26.

Qui aufert stillas pluuiæ. † 36, 27.

Numquid scis quando præceperit Deus pluuiis vt ostenderent lucem nubium eius? † 37, 15.

Vt plueret super terram absque homine in deserto, vbi nullus mortalium commoratur. † 38, 26

Quis est pluuiæ pater, vel quis genuit stillas roris? 28.

Pluuiam voluntariam segregabis Deus hereditati tuæ: & infirmata est, tu verò perfecisti eam. Psal. 67, 10.

Descẽdet sicut pluuia in vellus. † 71, 6.

Pluit super eos sicut puluerem carnes: & sicut arenam maris volatilia pennata. † 77, 27.

Parat terræ pluuiam. † 146, 8.

Nubes, & ventus, & pluuiæ non sequentes, vir gloriosus, & promissa non complens. Prou. 25, 14, 23. Eccles. 12, 2.

Nubibus mandabo ne pluant super eam imbrem. Isaiæ 5, 6.

Dabitur pluuia semini tuo, vbicumque seminaueris in terra: & panis frugum terræ erit vberrimus & pinguis. † 30, 23.

Rorate cæli desuper, & nubes pluant iustum. † 45, 8.

Quam ob rem prohibitæ sunt stillæ pluuiarum, & serotinus imber non fuit. Ierem. 3, 3.

Non dixerunt in corde suo: Metuamus Dominum Deum nostrum, qui dat nobis pluuiam temporaneã, & serotinam in tempore suo. † 5, 24.

Numquid sunt in sculptilibus Gentium qui pluant? aut cæli possunt dare imbres? nónne tu es Dominus Deus noster quem expectauimus? † 14, 22.

Plui super vnam ciuitatem, & super alteram ciuitatem non plui. Amos 4,7.

Petite à Domino pluuiam in tempore serotino. Zach. 10,1.

Qua die autem exiit Lot à Sodomis, pluit ignẽ & sulphur de cęlo, & omnes perdidit. Luc. 17,29.

Dans pluuias & tempora fructifera, implens cibo & lætitia corda nostra. Act. 14,16.

Elias homo erat similis nobis passibilis: & oratione orauit vt non plueret super terram, & non pluit annos tres & menses sex. Iac. 5,17.

Hi habent potestatem claudendi cælum, ne pluat diebus prophetiæ ipsorum. Apoc. 11,6.

PLVS.

Collegerunt [manna] alius plus, alius minus, &c. nec qui plus collegerat, habuit amplius. Exod. 16,18.

Plus offert populus quàm necessarium est. † 36,4.

Plures enim nobiscum sunt quàm cum illis. 4. Reg. 6,16. 2. Par. 32,7.

Noui opera tua, &c. & opera tua nouissima plura prioribus. Apoc. 2,19.

POCVLVM.

Inter epulas & pocula maledicebant Abimelech. Iudic. 9,27.

Bibebant autem qui inuitati erant, aureis poculis. Esther 1,7.

Vmbilicus tuus crater tornatilis, numquam indigens poculis. Cant. 7,2. † 8,2.

Habens poculum aureum in manu sua, plenum abominatione. Apoc. 17,4.

In poculo, quo miscuit, miscete illi duplum. † 18,6.

PODER.

In veste enim podèris, quam habebat, totus erat orbis terrarum: & parentum magnalia in quatuor ordinibus lapidum erant sculpta, & magnificentia tua in diademate capitis illius sculpta erat. Sap. 18,24.

Si sequaris iustitiam, apprehendes illam: & indues quasi podêrem honoris. Eccli. 27,9.

Similem filio hominis, vestitum podère. Apocalypsis 1,13.

POENA.

Pœna graues viduis & pupillis nocentium. Exod. 22,24. Leuit. 20,4.

Pœna graues præcepta non seruantibus. Leuit. 26,15.

Si flagellat, occidat semel, & non de pœnis innocentum rideat. Iob 9,23.

Multiplicas iram tuam aduersum me, & pœnæ militant in me. † 10,17.

Exprobrantes percusserunt maxillam meam, saturati sunt pœnis meis. † 16,11.

Simili autem pœna seruus cum domino afflictus est. Sap. 18,11. Eccli. 21,11. 2. Mach. 4,38.

Citò ergo iniustam pœnam dederunt, qui pro ciuitate, & populo, & sacris vasis causam prosecuti sunt. 2. Mach 4,48.

Pœnas dabunt in interitu æternas à facie Domini, & à gloria virtutis eius. 2. Thes. 1,9.

Timor pœnam habet: qui autem timet, non est perfectus in charitate. 1. Ioan. 4,18.

POENITENTIA.

Pœnitentia. Dies expiationum erit celeberrimus, & vocabitur sanctus: affligetisque animas vestras in eo, &c. vt propitietur vobis Dominus. Leuit. 23,27.

Ductus pœnitudine cordis tui. Deut. 30,1.

Pœnitentia vis. Miserebitur tui, & rursum cõgregabit te de cunctis populis, in quos te antè dispersit. Si ad cardines cæli fueris dissipatus, inde te retrahet Dominus Deus tuus, &c. benedicens tibi maioris numeri te esse faciet quàm fuerunt patres tui. 31.

Ductique pœnitentia filij Israel super fratre suo Beniamin. Iudic. 21,6,10. 1. Reg. 12,10.

Pœnitet me quòd constituerim Saul regem: quia dereliquit me, & verba mea opere non impleuit. 1. Reg. 15,11.

Pœnitudine non flectetur: neque enim homo est vt agat pœnitentiam. 29.

Lugebat Samuel Saulem, quoniam Dominum pœnitebat quòd constituisset eum regem super Israel. 35. 2. Reg. 12,1,16.

Et agentes pœnitentiam, & confitentes nomini tuo. 3. Reg. 8,33.

Et egerint pœnitentiam in corde suo in loco captiuitatis, &c. propitiaberis populo tuo, qui peccauit tibi. 47. † 21,27,29.

Postquam coangustatus est [Manasses] orauit Dominum Deum suum: & egit pœnitentiam valdè coram Deo patrum suorum. 2. Par. 33,12,13.

Si est pœnitentia in Israel super hoc, percutiamus fœdus cum Domino Deo nostro, vt proijciamus vniuersas vxores, & eos qui de his nati sunt. 1. Esd. 10,2.

Pœnitentia afflictorum, Humiliauerunt animas suas in ieiuniis & orationibus, ipsi & mulieres eorum. Et induerunt se Sacerdotes ciliciis, & infantes prostrauerunt contra faciem templi Domini, & altare Domini operuerunt cilicio. Iudith 4,8.

Quotiescumque autem pœnituerunt se recessisse à cultura Dei sui, dedit eis Deus cæli virtutem resistendi. † 5,19,24.

Sed quia patiens Dominus est, in hoc ipso pœniteamus. † 8,14.

Pœnitentia Esther. Esther quoque regina confugit ad Dominum, pauens periculum, quod imminebat. Cumque deposuisset vestes regias, fletibus & luctui apta indumenta suscepit, & pro vnguentis variis, cinere & stercore impleuit caput, & corpus suum humiliauit ieiuniis. Esther 14,2.

Audi-

Audite quæso sermones meos, & agite pœnitentiam. Iob 21,2.

Dedit ei Deus locum pœnitentiæ, & ille abutitur eo in superbiam: oculi autem eius sunt in viis illius. † 24,23.

Ipse me reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla & cinere. † 42,6.

Dominus quoque conuersus est ad pœnitentiam Iob, cùm oraret ille pro amicis suis. 10.

Pœnitentiales Psalmi sunt: sextus, trigesimus primus, trigesimus septimus, quinquagesimus, centesimus primus, centesimus vigesimus nonus, & centesimus quadragesimus secundus.

Pœnituit eum secundùm multitudinem misericordiæ suæ. Psal. 105,45.

Dicentes intra se, pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes. Sap. 5,3.

Sed misereris omnium, quia omnia potes, & dissimulas peccata hominum propter pœnitentiam. † 11,24.

Partibus iudicans dabas locum pœnitentiæ, non ignorans quoniam nequam est natio eorum. † 12,9.

Iudicans das locũ in peccatis pœnitentiæ. 19.

Consequebantur illos pœnitentia acti. † 19,2.

Si pœnitentiam non egerimus, incidemus in manus Domini & non in manus hominum. Eccli. 2,22.

Altissimus odio habet peccatores, & misertus est pœnitentibus. † 12,3.

Pœnitentibus autem dedit Deus viam iustitię, & confirmauit deficientes sustinere, & destinauit illis sortem veritatis. † 17,20.

Quàm bonum est correptum manifestare pœnitentiam? † 20,4.

Henoch placuit Deo, & translatus est in paradisum, vt det gentibus pœnitentiam. † 44,16.

Qui vngis reges ad pœnitentiam. † 48,8.

In omnibus istis non pœnituit populus, & non recesserunt à peccatis suis, vsque dum eiecti sunt de terra sua, & dispersi sunt in omnem terrã. 16.

Ipse [Iosias] est directus diuinitùs in pœnitentiam gentis, & tulit abominationes impietatis. † 49,3.

Cogitaui, & non pœnituit me, nec auersus sum ab eo. Ier. 4,28.

Nullus est qui agat pœnitentiam super peccato suo, dicens: Quid feci? † 8,6.

Si pœnitentiam egerit gens illa à malo suo, quod locutus sum aduersus eam: agam & ego pœnitentiam super malo, quod cogitaui vt facerem ei † 18,8.

Si fecerit malum in oculis meis, vt non audiat vocem meam, pœnitentiam agam super bono, quod locutus sum vt facerem ei. 10.

Si fortè audiant, & conuertantur à via sua mala: & pœniteat me mali quod cogito facere eis. † 26,3.

Pœnitebit Dominum mali quod locutus est aduersum vos. 13.

Postquam enim conuertisti me, egi pœnitentiam, & postquam ostendisti mihi, percussi femur meum. † 31,19.

Prophetæ tui viderunt tibi falsa & stulta, nec aperiebant iniquitatem tuam, vt te ad pœnitentiam prouocarent. Thren. 2,14.

Si autem impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iustitiam, vita viuet, & non morietur. Ezech. 18,21.

Si autem dixero impio: Morte morieris: & egerit pœnitentiam à peccato suo, feceritque iudicium, & iustitiam, & pignus restituerit ille impius, rapinamque reddiderit, in mandatis vitæ ambulauerit, nec fecerit quidquam iniustum: vita viuet, & non morietur. Omnia peccata eius quæ peccauit, non imputabuntur ei: iudicium & iustitiam fecit, vita viuet. † 33,14.

Conuersum est in me cor meum, pariter conturbata est pœnitudo mea. Osee 11,8.

Venit Ioannes Baptista prædicans in deserto Iudçæ, & dicens: Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cælorum. Matth. 3,2.

Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus, in quibus factæ sunt plurimæ virtutes eius, quia non egissent pœnitentiam. † 11,20.

Si in Sodomis factę fuissent virtutes, quæ factę sunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egissent. 21.

Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam: quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ. † 12,41.

Operare in vinea mea. Ille autem respondens ait, Nolo. Posteà autem, pœnitentia motus, abiit. † 21,29.

Appropinquauit regnum Dei: pœnitemini, & credite Euangelio. Mar. 1,15.

Exeuntes prædicabant vt pœnitentiam agerent, & dæmonia multa eiiciebant. † 6,13.

Prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum. Luc. 3,3.

Nisi pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis. † 13,3.

Gaudium erit in cælo super vno peccatore pœnitentia agente. † 15,7.

Si septies in die peccauerit in te, & septies in die conuersus fuerit ad te, dicens: Pœnitet me, dimitte illi. † 17,4.

Prædicari in nomine eius pœnitentiam, & remissionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Ierosolyma. † 24,47.

Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrûm in nomine Iesu Christi. Act. 2,38.

Pœnitemini igitur, & conuertimini, vt deleantur peccata vestra. † 3,19.

Ad dandam pœnitentiam Israeli, & remis-

sionem peccatorum. † 5,31.

Pœnitentiam itaque age ab hac nequitia tua: & roga Deum, si fortè remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui † 8,22.

Si ergo & gentibus pœnitentiam dedit Deus ad vitam. † 11,18.

Tempora quidem huius ignorantiæ despiciens Deus, nunc annuntiat hominibus, vt omnes vbique pœnitentiam agant. † 17,30.

Testificans Iudæis atque Gentilibus in Deum pœnitentiam, & fidem in Dominum nostrum Iesum Christum. † 20,21.

Annuntiabam vt pœnitentiam agerent, & conuerterentur ad Deum, digna pœnitentiæ opera facientes. † 26,20.

Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Rom. 2,4.

Sine pœnitentia enim sunt dona, & vocatio Dei. † 11,29.

Quæ enim secundùm Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur: sæculi autem tristitia mortem operatur. 2. Cor. 7,10.

Lugeam multos ex iis, qui antè peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam super immunditia, & fornicatione, & impudicitia quam gesserunt. † 12,21.

Cum modestia corripientem eos, qui resistunt veritati: nequando Deus det illis pœnitentiam, ad cognoscendam veritatem. 2. Tim. 2,25.

Non rursum iacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis. Heb. 6,1.

Posteà cupiens hereditare benedictionem, reprobatus est: non enim inuenit pœnitentiæ locum, quamquam cum lacrymis inquisisset eam. † 12,17.

Non tardat Dominus promissum suum, sicut quidam existimant: sed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti. 2. Pet. 3,9.

Memor esto itaque vnde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac: sin autem, venio tibi, & mouebo candelabrum tuum. Apoc. 2,5.

Pœnitentiam age: si quò minùs veniam tibi citò, & pugnabo cum illis in gladio oris mei. 16.

Dedi illi tempus vt pœnitentiam ageret, & non vult pœnitere à fornicatione sua. 21.

Aemulare ergo, & pœnitentiam age. † 3,19.

Neque pœnitentiam egerunt de operibus manuum suarum, vt non adorarent dæmonia, & simulacra aurea. † 9,20.

Neque egerunt pœnitentiam, vt darent illi gloriam. † 16,9.

POETA.

In ipso enim viuimus, & mouemur, & sumus: sicut & quidam vestrorum Poëtarum dixerunt: Ipsius enim & genus sumus. Act. 17,28.

POLENTA.

Panem, & polentam, & pultes non comedetis ex segete, vsque ad diem, qua offeretis ex ea Deo vestro. Leuit. 23,14.

Congessit polentam sibi, comeditque, & saturata est, & tulit reliquias. Ruth 2,14.

Accipe fratribus tuis ephi polentæ. 1. Regum 17,17.

Quinque sata polentæ. † 25,18.

Vas olei, & polentam, & palathas, & panes, & caseum. Iudith 10,5.

POLIO.

Aedificauit atrium interius tribus ordinibus lapidum politorum. 3. Reg 6,36.

Lingua ipsorum polita à fabro, ipsa etiam inaurata. Baruch 6,7. 1. Mach. 13,27.

POLITIA.

Politia Romanorum. Curiam fecerunt sibi, & quotidie consulebant trecentos viginti, consilium agentes semper de multitudine, vt quæ digna sunt, gerant: & committunt vni homini magistratum suum per singulos annos dominari vniuersæ terræ suæ, & omnes obediunt vni, & non est inuidia, neque zelus inter eos. 1. Mach. 8,15.

POLLEX.

Sumes de sanguine eius [arietis] & pones super extremum auriculæ dextræ Aaron, & filiorum eius, & super pollices manus eorum, ac pedis dextri, fundesque sanguinem super altare per circuitum. Exod. 29,20. Leuit 8,23. † 17,25.

POLLICEOR.

Vt possideas terram peregrinationis tuæ, quam pollicitus est auo tuo. Gen. 28,4.

Si aperuisti os tuum ad Dominum, fac mihi quodcumque pollicitus es, concessa tibi vltione atque victoria de hostibus tuis. Iudic. 11,36.

Super locum, in quo pollicitus es vt inuocaretur nomen tuum, & exaudires orationem. 2. Paralip. 6,20.

Et qui veniebant ad pollicendum, & iurandum vt ambularent in lege Dei. 2. Esd. 10,29.

Prædam pollicetur sociis, & oculi filiorum eius deficient. Iob 17,5.

Et pollicitationem Spiritus accipiamus per fidem. Gal. 3,14.

Timeamus ergo ne fortè relicta pollicitatione ingrediendi in requiem eius, existimetur aliquis ex vobis deesse. Heb. 4,1.

In quo abundantiùs volens Deus ostendere pollicitationis heredibus immobilitatem consilij sui, interposuit iusiurandum. † 6,17.

POLLVO.

Si leuaueris cultrum super eo, polluetur. Exodi 20,25.

Anima polluta, quæ ederit de carnibus hostiæ pacificorum quæ oblata est Domino, peribit de populis suis. Leuit. 7,20.

Qui nocturno pollutus sit somnio, egredietur extra castra, & non reuertetur, priusquam ad vesperam lauetur aqua. Deut. 23,10.

Vir

Via hæc polluta est, sed & ipsa hodie sanctificabitur in vasis. 1.Reg.21,5.

Misitque [Iosias] & tulit ossa de sepulchris, & combussit ea super altare, & polluit illud. 4.Reg.23,16. Iudith 13,20.

Polluerunt tabernaculum nominis tui. Psalmo 73,7.

Polluerunt templum sanctum tuum. † 78,1.

Væ mihi quia tacui, quia vir pollutus labiis ego sum. Isaiæ 6,5.

Polluisti terram in fornicationibus tuis, & in malitiis tuis. Ierem.3,2.

Errauerunt cæci in plateis, polluti sunt in sanguine. Thren.4,14. Dan.1,8.

Reuersus est Ephraim in Aegyptum, & in Assyriis pollutum comedit. Osee 9,3. Malach.1,7. 1.Cor.8,7. Heb.10,29.

POLYMITVS.

Fecitque ei tunicam polymitam. Gen.37,3. Exod.28,6.

Percussit Ade odatus filius Saltus polymitarius Bethleemites Goliath Gethęū. 2.Reg.21,19.

Vestita es bysso, & polymito, & multicoloribus. Ezech.16,13. † 27,24.

POMVM.

Et lignum pomiferum faciens fructum. Genes.1,11.

Deuorata est igitur herba terræ, & quidquid pomorum in arboribus fuit. Exod.10,15.

Ioseph quoque ait: De benedictione Domini terra eius, de pomis cœli & rore, atque abysso subiacēte de pomis fructū solis ac lunæ. Deut.33,13.

Pertransierunt quasi naues poma portantes, sicut aquila volans ad escam. Iob 9,26.

Posuerunt Ierusalem in pomorum custodiam. Psal.78,1. Eccles.2,5.

Descendi in hortum meum, vt viderem poma conuallium. Cant.6,10.

In portis nostris omnia poma: noua & vetera, dilecte mi, seruaui tibi. † 7,13.

Et in anno secundo pomis vescere. Isa.37,30. Ezech.47,12.

Erat autem Ioakim diues valdè, & erat ei pomarium vicinum domui suæ. Dan.13,4.

Quasi vuas in deserto inueni Israel: quasi prima poma ficulneæ in cacumine eius. Osee 9,10.

Et ostendit mihi Dominus, & ecce vncinus pomorum. Amos 8,1. 1.Mach.11,32.

Poma desiderij animæ tuæ discesserunt à te, & omnia pinguia, & præclara perierunt à te. Apocalypsis 18, 14.

POMPA.

A strepitu pompæ armorum, & bellatorum eius, à commotione quadrigarū eius. Ezech.47,3

Ingredientes pōpaticè domū Israel. Amos 6,1.

PONDERO, PONDVS.

Non habebis in sacculo diuersa pondera, maius & minus. Deut.25,13.

Pondus loricæ eius, quinque millia siclorum æris erat. 1.Reg.17,5.

Totumque pondus prælij versum est in Saul. † 31,3.

Propter multitudinem autem nimiam non erat pondus æris. 3.Reg.7,47.

Extendam super Ierusalem funiculum Samariæ, & pondus domus Achab. 4.Reg.21,13.

Qui fecit ventis pondus, & aquas appendit in mensura. Iob 28,25.

Statera dolosa, abominatio apud Dominum: & pondus æquum voluntas eius. Prou.11,1.

Omnes viæ hominis patent oculis eius: spirituum ponderator est Dominus. † 16,2.

Pondus & pondus, mensura & mensura, vtrumque abominabile est apud Deum. † 20,10,23.

Amico fideli nulla est comparatio, & non est digna ponderatio auri & argenti contra bonitatem fidei illius. Eccli.6,15.

Omnis autem ponderatio non est digna continentis animæ. † 26,20.

Custodite animas vestras, & nolite portare pōdera in die sabbati. Ierem.17,21.

Hi nouissimi vna hora fecerunt, & pares illos nobis fecisti, qui portauimus pondus diei & æstus? Matth.20,12. 2.Cor.4,14. Heb.12,1.

Non mittā super vos aliud pondus. Apoc.2,24

PONO.

Idcircò autem posui te, vt ostendam in te fortitudinem meam, & narretur nomen meum in omni terra. Exod.9,16.

Pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me. Iob 17,3.

Ponite corda vestra in virtute eius. Psal.47,14.

Ponat te Dominus sicut Sedeciam. Ier.29,22.

PONS.

Aggressus est autem & ciuitatem quamdam firmam, pontibus murisque circumseptam. 2.Machab.12,13.

PONTIFEX.

Et erit [lamina] super tiaram, imminens fronti pontificis. Exod.28,38.

Pontifex, id est, sacerdos maximus inter fratres suos, super cuius caput fusum est vnctionis oleū, & cuius manus in sacerdotio consecratæ sunt, vestitusque est sanctis vestibus, caput suum non discooperiet, vestimenta non scindet: & ad omnem mortuum non ingredietur omnino. Super patre quoque suo & matre non contaminabitur. Nec egredietur de sanctis, ne polluat Sanctuarium Domini, quia oleum sanctæ vnctionis Dei sui super eum est. ego Dominus. Virginem ducet vxorem. Viduam autem, & repudiatam, & sordidam atque meretricem non accipiet, sed puellam de populo suo. Leuit.21,10.

Debuerat enim profugus vsque ad mortem Pontificis in vrbe residere: postquam autem ille obierit, reuertetur in terram suam. Num.35,28.

Vnxit quoq; illũ Ioiada pontifex. 2. Par. 23, 11.
Filij Achitob, pŏtifex domus Dei. 1. Par. 9, 11.
Erat enim soror Caiphæ, qui erat pontifex anni illius. Ioan. 18, 13, 22.
Vnde debuit per omnia fratribus similari, vt misericors fieret, & fidelis pontifex ad Deum. Heb. 2, 17.
Habentes ergo pontificem magnum, qui penetrauit cælos, Iesum Filium Dei, teneamus confessionem. † 4, 14.
Omnis namque Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis quæ sunt ad Deum, vt offerat dona & sacrificia pro peccatis. † 5, 1.
Appellatus à Deo pontifex iuxta ordinem Melchisedech. 10.
Vbi præcursor pro nobis introiuit Iesus, secundùm ordinem Melchisedech pontifex factus in æternum. † 6, 20.
Talis enim decebat vt nobis esset pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cælis factus. † 7, 26.
Talem habemus pontificem, qui consedit in dextera sedis magnitudinis in cælis, sanctorum minister. † 8, 1.
Christus autem assistens pontifex futurorum bonorum, &c. sed per proprium sanguinem introiuit semel in Sancta, æterna redemptione inuenta. † 9, 11.

PONTIVS.

Procurante Pontio Pilato Iudæam. Luc. 3, 1. Act. 4, 27.
Christo Iesu, qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato. 1. Timoth 6, 13.

PONTVS.

Arioch rex Ponti, & Codorlahomor. Genesis 14, 1. Act. 2, 9. † 18, 2.
Electis aduenis dispersionis Ponti, Galatiæ. 1. Pet. 1, 1.

POPLES.

Lambuerant aquas, trecenti viri: omnis autem reliqua multitudo flexo poplite biberat. Iud. 7, 6.

POPVLVS.

Populus filiorum Israel multus, & fortior nobis est: venite, sapienter opprimamus eũ. Exo. 1, 9.
Populus tuus iste, quem possedisti. † 15, 16.
Populus duræ ceruicis es. † 33, 3.
Populus solus habitabit, & inter gentes non reputabitur. Num. 23, 9.
Populus vt leæna consurget, & quasi leo erigetur, non accubabit donec deuoret prædam, & occisorum sanguinem bibat. 24.
Vt haberet populum hereditarium sicut est in præsenti die. Deut. 4, 20.
Populi Israel prærogatiua. Aut vmquam cognitum est, vt audiret populus vocem Dei loquentis de medio ignis, sicut tu audisti & vixisti: si fecit Deus vt ingrederetur, & tolleret sibi Gentem de medio nationum, per tentationes, signa, atque portenta, per pugnam & robustam manum. 34. Iudith 5, 6.
Deuorabis omnes populos. † 7, 16.
Qui sunt populus tuus, & hereditas tua. † 9, 29.
Populus sanctus es Domino Deo tuo: & te elegit vt sis ei in populum peculiarem, de cunctis gentibus, quæ sunt super terram. † 14, 2.
Dominus elegit te hodie vt sis ei populus peculiaris. † 26, 18.
Attende, & audi Israel: hodie factus es populus Domini Dei tui. † 27, 9.
Audi Domine vocem Iudæ, & ad populum suum introduc eum. † 33, 7.
Populos vocabunt ad montem: ibi immolabunt victimas iustitiæ. 19.
Quare omnis populus frustrà vexabitur contra hostes paucissimos? Iosf. 7, 3.
Egressique sunt omnes cum turmis suis, populus multus nimis sicut arena quæ est in littore maris. † 11, 4.
Populus tuus populus meus, & Deus tuus Deus meus. Ruth 1, 16.
Vniuersus populus perterritus est, qui sequebatur eum [Saulem.] 1. Reg. 13, 7.
Gens in terra, propter quam iuit Deus, vt redimeret eam sibi in populum. 2. Reg. 7, 23.
Firmasti enim tibi populum tuum Israel in populum sempiternum. 24.
Sed & omnis populus, qui erat cum eo, operto capite ascendebat plorans. † 15, 30.
Populum pauperem saluum facies. † 22, 28.
Seruus tuus in medio est populi, quem elegisti, populi infiniti. 3. Reg. 3, 8.
Populus enim tuus est, & hereditas tua. † 8, 51.
Populus tuus & populus meus vnum sunt, & equites mei, equites tui. † 22, 5.
Ciuitas autem erat lata nimis, & grandis, & populus prauus in medio eius. 2. Esd. 7, 4.
Populus autem stabat in gradu suo. † 8, 7.
Dicite mihi quis sit populus iste qui montana obsidet: aut quæ & quales & quantæ sint ciuitates eorum. Iudith 5, 3.
Illorum populo sociaberis. † 6, 6.
Est populus per omnes prouincias regni tui dispersus. Esther 3, 8. † 4, 16. † 5, 1.
Dona mihi animam meam, pro qua rogo, & populum meum, pro quo obsecro. † 7, 3.
Duas sortes esse præcepit, vnam populi Dei, & alteram cunctarum gentium. † 10, 10.
Indicauit mihi in toto orbe terrarum populum esse dispersum, qui nouis vteretur legibus. † 13, 4.
Populum humilem saluum facies, & oculos superborum humiliabis. Psal. 17, 28.
Populus, quem non cognoui, seruiuit mihi. 45.
Populus, quem elegit in hereditatem sibi. † 32, 12.

In

In populo graui laudabo te. † 34, 18.

Pro populo qui à Sanctis longè factus est. Titulus Psalmi 55.

Nos autem populus tuus, & oues pascuæ tuæ. † 78, 13.

Populum tuũ Domine humiliauerunt. † 93, 5.

Et nos populus pascuæ eius, & oues manus eius. † 94, 7.

Populus eius, & oues pascuæ eius. † 99, 4.

Populus, qui creabitur, laudabit Dominum. † 101, 19.

Populo appropinquanti sibi. † 148, 14.

Vbi non est gubernator, populus corruet. Prouerb. 11, 14.

In multitudine populi dignitas regis: & in paucitate plebis ignominia Principis. † 14, 28.

Iustitia eleuat gentem: miseros autem facit populos peccatum. 34.

Leo rugiens, & vrsus esuriens, princeps impius super populum pauperem. † 28, 15.

Cùm impij sumpserint principatum, gemet populus. † 29, 2.

Cùm prophetia defecerit, dissipabitur populus. 18.

Infinitus numerus est populi omnium, qui fuerunt ante eum. Ecclef. 4, 16.

Vinea fuit pacifico in ea, quæ habet populos. Cant. 8, 11. Sap. 3, 8.

Disponam populos, & nationes mihi erunt subditæ. Sap. 8, 14.

Hæc populum iustum, & semen sine querela liberauit à nationibus, quæ illum deprimebant. † 10, 15. † 16, 2, 20.

Simili autem pœna seruus cum domino afflictus est, & popularis homo regi similia passus. † 18, 11.

Spoponderunt populum Dei esse. 13.

Et populus quidem tuus mirabiliter transiret, illi autem nouam mortem inuenirent. † 19, 5.

Non pecces in multitudinem ciuitatis, nec te immittas in populum. Eccli. 7, 7.

In omni populo, & in omni gente primatum habui. † 24, 5.

Et radicaui in populo honorificato. 16.

Delaturam ciuitatis & collectionem populi. † 26, 6.

Imperantes in præsenti populo, & virtute prudentiæ populis sanctissima verba. † 44, 4. † 45, 3.

Ioseph, qui natus est homo, princeps fratrum, firmamentum gentis, rector fratrum, stabilimentum populi. † 49, 17. † 50, 19.

Qui sedent in monte Seir, & Philisthiim, & stultus populus, qui habitat in Sichimis. † 50, 28.

Israel autem me non cognouit, & populus meus non intellexit. Isaiæ 1, 3.

Proiecisti enim populum tuum domum Iacob: quia repleti sunt vt olim, & augures habuerunt. † 2, 6.

Popule meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt. † 3, 12.

Adhuc sexaginta & quinque anni, & desinet Ephraim esse populus. † 7, 8.

Populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam: habitantibus in regione vmbræ mortis lux orta est eis. † 9, 2.

Populus non est reuersus ad percutientem se, & Dominum exercituum non inquisierunt. 13.

In ira Domini exercituum conturbata est terra, & erit populus quasi esca ignis. 19.

Si enim fuerit populus tuus Israel quasi arena maris, reliquiæ conuertentur ex eo. † 10, 22.

Tu enim terram tuam disperdidisti, tu populum tuum occidisti. † 14, 20.

Ad populum terribilem, post quem non est alius; ad gentem expectantem & conculcatam, cuius diripuerunt flumina terram eius. † 18, 2.

Sicut populus, sic sacerdos, † 24, 2.

Super hoc laudabit te populus fortis, ciuitas gentium robustarum. † 25, 3.

Vade populus meus, intra in cubicula tua, claude ostia tua super te: abscondere modicum ad momentũ, donec pertranseat indignatio. † 26, 20.

Eo quòd appropinquat populus iste ore suo, & labiis suis glorificat me: cor autem eius longè est à me, & timuerunt me mandato hominum & doctrinis. † 29, 13.

Populus enim ad iracundiam prouocans est, & filij mendaces. † 30, 9.

Erunt populi quasi de incẽdio cinis, spinæ congregatæ igni comburentur. † 33, 12.

Populum impudentem non videbis, populum alti sermonis, ita vt non possis intelligere disertitudinem linguę eius in quo nulla est sapientia. 19.

Dominus voluit vt sanctificaret eũ, & magnificaret legem & extolleret. Ipse autem populus direptus, & vastatus: laqueus iuuenum omnes, & in domibus carcerum absconditi sunt: facti sunt in rapinam. † 42, 22.

Educ foras populum cæcum, & oculos habentem, surdum, & aures ei sunt. † 43, 8.

Populum istum formaui mihi, laudem meam narrabit. 21.

Attendite ad me populus meus, & tribus mea me audite. † 51, 4.

Populus autem tuus omnes iusti. † 60, 21.

Vocabunt eos, Populus sanctus, redempti à Domino. † 62, 12.

Verumtamen populus meus est, filij non negantes: & factus est eis saluator. † 63, 8.

Ecce respice, populus tuus omnes nos. † 64, 9.

Expandi manus meas tota die ad populum incredulum, qui graditur in via non bona post cogitationes suas. † 65, 2.

Vox populi de ciuitate, vox de templo, vox Domini reddentis retributionem inimicis suis. † 66, 6.

Si mutauit gens deos suos, & certè ipsi non sunt dij: populus verò meus mutauit gloriam suam in idolum. Ier.2,11.

Aut sponsa fasciæ pectoralis suæ? populus verò meus oblitus est mei diebus innumeris. 32.

Quia stultus populus meus me non cognouit: filij insipientes sunt & vecordes. † 4,22.

Do verba mea in ore tuo in ignem, & populum istum in ligna, & vorabit eos. † 5,14.

Audi popule stulte, qui non habes cor: qui habentes oculos non videtis; & aures, & non auditis. 21.

Populus autem meus non cognouit iudicium Domini. † 8,7.

Quis dabit me in solitudine diuersorium viatorum, & derelinquam populum meum, & recedam ab eis? † 9 2.

Populum istum pessimum, qui nolunt audire verba mea, & ambulant in prauitate cordis sui. † 13,10.

Populi quibus prophetant, erunt proiecti in viis Ierusalem præ fame, & gladio, & non erit qui sepeliat eos. † 14,16.

Non est anima mea ad populum istum: eiice illos à facie mea. † 15,1.

Abstuli pacem meam à populo isto, misericordiam & miserationes. † 16,5.

Erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum: quia reuertentur ad me in toto corde suo. † 24,7.

Eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum. † 30,22.

Cessabit Moab esse populus: quoniam contra Dominum gloriatus est. † 48,42.

Populus eius gemens & quærens panem. Thren.1,11.

Non mouebo amplius populum meum, filios Israel, à terra quam dedi illis. Baruch 2,35.

Animæquior esto populus Dei, memorabilis Israel. † 4,5.

Sint mihi in populum, & ego sim eis in Deum, Ezech.11,20.

Et detraxero te cum his qui descendunt in lacum ad populum sempiternum, & collocauero te in terra nouissima, sicut solitudines veteres. † 26,20.

Polluerunt nomen sanctum meum, cùm diceretur de eis: Populus Domini iste est. † 36,20.

Eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum. 28.

Ascendes super populum meum Israel quasi nubes, vt operias terram. † 38,16.

Post hebdomadas sexaginta duas occidetur Christus: & non erit eius populus, qui eum negaturus est. Dan.9,26.

Et impij in testamentum simulabunt fraudulenter: populus autem sciens Deum suum, obtinebit & faciet. † 11,32.

Cùm completa fuerit dispersio manus populi sancti, complebuntur vniuersa hæc. † 12,7.

Voca nomen eius: Non populus meus: quia vos non populus meus, & ego nõ ero vester. Osee 1,9.

Dicite fratribus vestris: Populus meus, & sorori vestræ, Misericordiam consecuta. † 2,1.

Dicam non populo meo: Populus meus es tu: & ipse dicet: Deus meus es tu. 24.

Vnusquisque non iudicet & non arguatur vir: populus enim tuus sicut hi qui contradicunt sacerdoti. † 4,4.

Et erit sicut populus, sic sacerdos; & visitabo super eum vias eius. 9.

Populus meus in ligno suo interrogauit, & baculus eius annuntiauit ei. 12.

Populus non intelligens vapulabit. 14.

Populus meus pendebit ad reditum meum: iugum autem imponetur eis simul, quod non auferetur. † 11,7.

Populus multus & fortis; similis ei non fuit à principio, & post eum non erit. Ioel.2,2.

A facie eius cruciabuntur populi, omnes vultus redigentur in ollam. 6.

Populi populi in valle concisionis: quia iuxtà est dies Domini in valle concisionis. † 3,14.

Depopulatione castigati sumus: pars populi mei commutata est. Mich.2,4.

Popule meus quid feci tibi, aut quid molestus fui? responde mihi. † 6,3.

Populus tuus mulieres in medio tui. Nahum 3,13.

Latitauit populus tuus in montibus, & non est qui congreget. 18.

Reliquiæ populi mei diripient eos. Soph.2,9.

Applicabuntur Gentes multę ad Dominum in die illa, & erunt mihi in populum, & habitabo in medio tui. Zach.2,11.

Dicam: Populus meus es; & ipse dicet: Dominus Deus meus. † 13,9.

Vocabuntur termini impietatis, & populus cui iratus est Dominus vsque in æternum. Mal.1,4.

Vt esset omnis populus, vnus, & relinqueret vnusquisque legem suam. 1.Mach.1,43.

Et ipse locus particeps factus est populi malorum: posteà autem fiet socius bonorum. 2.Machab.5,20.

Ac populum, qui nuper paululùm respirasset, ne sineret blasphemis rursus nationibus subdi. † 13,11.

Populus qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam. Matth.4,16.

Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè est à me. † 15,8.

Omnis populus manicabat ad eum in templo audire eum. Luc.21,38.

Propter populum qui circumstat, dixi: vt credant, quia tu me misisti. Ioan.11,42.

Populus est mihi multus in hac ciuitate. Act.18,10.

Tota

Tota die expandi manus meas ad populum non credentem, & contradicentem. Rom.10,21.

Mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum. Tit.2,14.

Ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum. Heb.8,10.

Gens sancta, populus acquisitionis. 1. Pet.2,9.

Qui aliquando non populus, nunc autem populus Dei. 10. Apoc.18,4.

Et ipsi populus eius erunt, & ipse Deus cum eis erit eorum Deus. Apoc.21,3.

POPVLVS, *arbor.*

Tollens ergo Iacob virgas populeas virides, & amygdalinas, & ex platanis, ex parte decorticauit eas. Gen.30,37.

Super colles accendebant thymiama; subtus quercum, & populum, & terebinthum, quia bona erat vmbra eius. Osee 4,13.

PORCVS.

Aperto ore hians [Eleazarus] compellebatur carnem porcinã manducare. 2. Mach.6,18.† 7,1.

Nolite dare sanctum canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos. Matth.7,6.

Abierunt in porcos, & ecce impetu abiit totus grex per præceps in mare. † 8,32.

Misit illum in villam suam vt pasceret porcos. Lucæ 15,15.

PORRIGO.

Non sit porrecta manus tua ad accipiendum, & ad dandum collecta. Eccli.4,36.

Porrexit manum suam in libatione, & libauit de sanguine vuæ. † 50,16.

Ille est, cui ego intinctum panem porrexero. Ioan.13,26.

PORRVS.

In mentem nobis veniunt cucumeres, & pepones, porrique, & cepe, & allia. Num.11,5.

PORTA.

Apprehendit ambas portæ fores cum postibus suis & sera. Iudic.16,3.

Ierunt ergo portarij, & nuntiauerunt in palatio regis intrinsecus. 4.Reg.7,11.

Aedificauit portam domus Domini sublimissimam. 4.Reg.15,35.

Filios autem Idithun fecit esse portarios. 1.Par.16,42.

Transiui ad portam fontis, & ad aquæductum regis. 2.Esd.2,14.

Dixi quoque Leuitis vt mundarentur, & venirent ad custodiendas portas, & sanctificandam diem sabbati. † 13,22.

Portæ Ierusalem ex sapphiro, & smaragdo ædificabuntur, & ex lapide pretioso omnis circuitus murorum eius. Tob.13,21.

Aperite portas, quoniam nobiscum est Deus, qui fecit virtutem in Israel. Iudith 13,13.

Longè fient filij eius à salute, & conterentur in porta, & non erit qui eruat. Iob 5,4.

Quando procedebam ad portam ciuitatis, & in platea parabant cathedram mihi? † 29,7.

Si leuaui super pupillum manum meam, etiam cùm viderem me in porta superiorem. † 31,21.

Numquid apertæ sunt tibi portæ mortis, & ostia tenebrosa vidisti? † 38,17.† 41,5.

Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales. Psal.23,7.

Introite portas eius in confessione, atria eius in hymnis. † 99,4.

Contriuit portas æreas, & vectes ferreos confregit. † 106,16.

Aperite mihi portas iustitiæ, ingressus in eas confitebor Domino: hæc porta Domini, iusti intrabunt in eam. † 117,19.

Iacebunt mali ante bonos: & impij ante portas iustorum. Prou.14,19.

Nobilis in portis vir eius. Prou.31,23.

Laudent eam in portis opera eius. 31. Cant.7,4,13. Eccli.51,5.

Aperite portas, & ingrediatur gens iusta, custodiens veritatem. Isaiæ 26,2.

Aperiam coram eo [Cyro] ianuas, & portæ non claudentur. † 45,1.

Et ponam iaspidem propugnacula tua, & portas tuas in lapides sculptos, & omnes terminos tuos in lapides desiderabiles. † 54,12.

Et aperientur portæ tuæ iugiter: die ac nocte non claudentur. † 60, 11.

Et ne inferatis per portas Ierusalem in die sabbati, succendam ignẽ in portis eius. Ierem.17,27.

Per portã quæ erat inter duos muros, & egressi sunt ad viam deserti. † 39,4.

Portæ eius destructæ. Thren.1,4.

Defixæ sunt in terra portæ eius: perdidit & contriuit vectes eius. † 2,9.

Maiestas Domini ingressa est templum per viã portæ, quę respiciebat ad Orientem. Ezech.43,4.

Porta hæc clausa erit: non aperietur, & vir non transibit per eam: quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per eam, eritque clausa principi. † 44, 2.

Porta atrij interioris quæ respicit ad Orientem, erit clausa sex diebus, in quibus opus fit: die autem sabbati aperietur. † 46,1.

Qui ingreditur per portam Aquilonis, vt adoret, egrediatur per viam portæ Meridianę.† 46,9.

Qui ingreditur per viam portæ Meridianæ, egrediatur per viam portæ Aquilonis: non reuertetur per viam portæ, per quam ingressus est. 9.

Portæ ciuitatis ex nominibus tribuum Israel, portæ tres à Septemtrione, porta Ruben vna, porta Iuda vna. † 48,31.

Vidi autem in visione esse me super portam Vlai. Dan.8,2.

Aperi Libane portas tuas, & comedat ignis cedros tuas. Zach.11,1.

Exaltabitur, & habitabitur in loco suo à porta

Beniamin

Beniamin vsque ad locum portæ prioris. † 14,10.

Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Mat. 16,18.

Contendite intrare per angustam portam: quia multi, dico vobis, quærent intrare, & non poterunt. Luc. 13,24.

Venerunt ad portam ferream, quæ ducit ad ciuitatem, quæ vltrò aperta est eis. Act. 12,10. Heb. 13,12.

Habebat murum magnum & altum, habentem portas duodecim. Apoc. 21,12,21.

Portæ eius non claudentur per diem: nox enim non erit illic. 25.

Per portas intrent in ciuitatem. † 22,14.

PORTENTVM.

Et prædixerit signum atque portentum, & euenerit quod locutus est. Deut. 13,1. † 29,3.

Vt interrogarent de portento, quod acciderat super terram. 2. Par. 32,31.

Portentum dedi te domui Israel. Ezech. 12,6.

Ego portentum vestrum: quomodo feci, sic fiet illis in transmigrationem, & in captiuitatem ibunt. 11. † 24,24.

Amici tui, qui habitant coram te, quia viri portendentes sunt. Zach. 3,8. Mar. 13,22. Heb. 2,4.

PORTICVS.

Porticus erat ante templum. 3. Reg. 6,3.

Porticum verò ante frontem. 2. Par. 3,4. Ezech. 42,13.

Probatica piscina, quæ cognominatur Hebraicè Bethsaida, quinque porticus habens. Ioan. 5,2. † 10,23. Act. 3,11.

PORTIO.

Et de Leui, portiones Iudæ & Beniamin. 2. Esd. 11,36.

Portio mea Domine, dixi custodire legem tuam. Psal. 118,57.

Portio mea in terra viuentium. † 141,6. Ier. 12,10.

Dimidiam partem fructus ligni, quod est portionis meæ, relinquo vobis. 1. Mach. 10,30.

In æternum custodiret quique suam portionem signis euidentibus protegit. 2. Mach. 14,15. Luc. 15,12.

PORTO.

Portans virgam Dei in manu sua. Exod. 4,20.

Portauerim vos super alas aquilarum, & assumpserim mihi. † 19,4.

Portabitque Aaron nomina eorum coram Domino. † 28,12.

Et in solitudine (ipse vidisti) portauit te Dominus Deus tuus, vt solet homo gestare paruulum filium suum, in omni via per quam ambulastis, donec veniretis ad locum istum. Et nec sic quidem credidistis Domino Deo vestro. Deut. 1,31.

Porta quæso peccatum meum, & reuertere mecum vt adorem Dominum. 1. Reg. 15,25.

Sub quo curuantur, qui portant orbem. Iob 9,13.

In manibus portabunt te, ne vmquam offendas ad lapidem pedem tuum. Psal. 90,12.

Si autem illusor, solus portabis malum. Prouerb. 9,12. † 31,14.

Audite me domus Iacob, & omne residuũ domus Israel, qui portamini à meo vtero. Isa 46,3.

Afferent filios tuos in vlnis, & filias tuas super humeros portabunt. † 49,22.

In dilectione sua, & indulgentia sua ipse redemit eos, portauit eos, & eleuauit cunctis diebus sæculi. † 63,9.

Et non poterat Dominus vltrà portare propter malitiam studiorum vestrorum. Ier. 44,22.

In conspectu eorum in humeris portaberis, in caligine efferreris: faciem tuam velabis, & non videbis terram. Ezech. 12,6.

Portauit eum capillo capitis sui, posuitque eum in Babylone supra lacum, in impetu spiritus sui. Dan. 14,35.

Et ego quasi nutricius Ephraim, portabam eos in brachiis meis, & nescierunt quòd curarem eos. Osee 11,3.

Venerunt ad eum ferentes paralyticum, qui à quatuor portabatur. Mar. 2,3.

Et cùm venisset ad gradus, contigit vt portaretur à militibus propter vim populi. Act. 21,35.

Alter alterius onera portate. Gal. 6,2.

Vnusquisque enim onus suum portabit. 5.

Portansque omnia verbo virtutis suæ. Heb. 1,3.

Non enim portabant quod dicebatur. † 12,20.

PORTVS.

Aser habitabat in littore maris, & in portubus morabatur. Iudic. 5,17.

Deduxit eos in portum voluntatis eorum. Psal. 106,30.

Portum quidem noctu succendit, scaphas exussit, eos autem qui ab igne refugerant gladio percussit. 2. Mach. 12,6,9.

POSCO.

Scio, quia quæcumque poposceris à Deo, dabit tibi Deus. Ioan. 11,22. 1. Pet. 3,15.

POSSIBILIS.

Redemimus fratres nostros Iudæos, qui venditi fuerant gentibus, secundùm possibilitatem nostram. 2. Esd. 5,8.

Camelum per foramen acus transire, &c. Apud homines hoc impossibile est: apud Deum autem omnia possibilia sunt. Matth. 19,26.

Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti. Mar. 9,22.

POSSIDEO.

Possedi hominem per Deum. Gen. 4,2.

Leuo manum meam ad Dominum Deum excelsum possessorem cæli & terræ. † 14,22.

Omnem terram Chanaan in possessionem æternam, eroque Deus eorum. † 17,8.

Dedit

Dedit possessionem in Aegypto, in optimo terræ loco, Ramesses. † 47,11.

Auferas iniquitates nostras, atque peccata, nosque possideas. Exod. 34,9.

Possessio sempiterna est. Leuit. 25,34.

Erit Idumæa possessio eius. Num. 24,18. † 26,62.

Possessionem iam suscepisse nos confitemur trans Iordanem. † 32,32.

Ne commisceatur possessio filiorum Israel de tribu in tribum. † 36,6.

In possessionem Esau dedi montem Seir. Deut. 2,5.

Audi Israel: Tu transgredieris hodie Iordanem, vt possideas nationes maximas, & fortiores te, ciuitates ingentes, & ad cælum vsque muratas, populum magnum atque sublimem, filios Enacim, quos ipse vidisti & audisti, quibus nullus potest ex aduerso resistere. † 9,2.

Numquid non ipse est pater tuus, qui possedit te, & fecit, & creauit te? † 32,6.

Dederunt filij Israel possessionem Iosue filio Nun, in medio sui, iuxta præceptum Domini, vrbem quam postulauit, Thamnath Sara in monte Ephraim. Ios. 19,50.

Nónne ea quæ possidet Chamos Deus tuus tibi iure debentur? Iudic. 11,24.

Si vis possidere iure propinquitatis, eme, & posside. Ruth 4,4.

Possessio eius in Carmelo. 1. Reg. 25,2.

Surge, & posside vineam Naboth Iezraelitæ, qui noluit tibi acquiescere, & dare eam accepta pecunia. 3. Reg. 21,15.

Possedit viginti tres ciuitates in terra Galaad. 1. Par. 2,22.

Vos dicitis quòd possitis resistere regno Domini, quod possidet per filios Dauid. 2. Par. 13,8.

Si ciuitas illa ædificata fuerit, & muri ipsius instaurati, possessionem trans fluuium non habebis. 1. Esd. 4,16.

Possederunt domos plenas cunctis bonis. 2. Esd 9,25. Iob 1,11.

Aut cum principibus, qui possident aurum, & replent domos suas argento. Iob 3,15.

Annuntiat de ea amico suo, quòd possessio eius sit, & ad eam possit ascendere. † 36,33.

Secundùm magnitudinem brachij tui posside filios mortificatorum. Psal. 78,11.

Impleta est terra possessione tua. † 103,24.

Iacob elegit sibi Dominus: Israel in possessionem sibi. † 134,4.

Tu possedisti renes meos. † 138,13.

Sic semitæ omnis auari animas possidentium rapiunt. Prou. 1,19.

Posside sapientiam, posside prudentiam. † 4,5,7.

Dominus possedit me in initio viarum suarum. † 8,22.

Noli attendere ad possessiones iniquas. Eccli. 5,1. † 6,7. Isa. 1,3.

Adiiciet Dominus secundò manum suam ad possidendum residuum populi sui, quod relinquetur ab Assyriis. Isa. 11,11.

Possederunt nos domini absque te, tantùm in te recordemur nominis tui. † 26,13.

In terra sua duplicia possidebunt, lætitia sempiterna erit eis. † 61,7.

Quasi nihilum possederunt populum sanctum tuum. † 63,18.

Posside agrum meum, qui est in Anathoth. Ier. 32,8.

Adhuc possidebuntur domus, & agri, & vineæ in terra ista. 15.

Possidebuntur agri in terra ista de qua vos dicitis quòd deserta sit. 43.

Possidebit Israel possessores suos. † 49,2.

Possessionem non dabitis eis in Israel, ego enim possessio eorum. Ezech. 44,28.

Vt possideamus in argento egenos, & pauperes pro calceamentis, & quisquilias frumenti vendamus. Amos 8.6. † 9,12.

Possidebit domus Iacob eos qui se possederant. Abd. v. 17.

Possidebit Dominus Iudam partem suam in terra sanctificata. Zach. 2,12.

Possederunt [Romani] omnem locum consilio suo & patientia. 1. Mach. 8,3.

E cælo ista possideo, sed propter Dei leges nunc hæc ipsa despicio, quoniam ab ipso me ea recepturum spero. 2. Mach, 7.11.

Qui contristatus in verbo, abiit mœrens: erat enim habens multas possessiones. Mar. 10,22.

Et hic quidem possedit agrum de mercede iniquitatis. Act. 1,18.

Possessiones & substantiás vendebant, & diuidebant illa omnibus. † 2,45.

Tamquam nihil habentes & omnia possidentes. 2. Cor. 6,10.

POSSVM, POTESTAS, POTENS.

Isti sunt potentes à sæculo viri famosi. Gen. 6,4

Nemrod: ipse cœpit esse potens in terra, & erat robustus venator coram Domino. † 10, 8. † 49,24. Leuit. 45,43.

Non poterat Dominus introducere eos in terram quam pollicitus est eis, & oderat illos: idcircò eduxit, vt interficeret eos in solitudine. Deut. 9,28

Potentia Dei. Magnalia eius, & robustam manum, extentumque brachium, signa & opera quæ fecit in medio Aegypti. † 11,2.

Mandatum hoc quod ego præcipio tibi hodie, non supra te est, neque procul positum, nec in cælo situm, vt possis dicere: Quis nostrûm valet ad cælum ascendere, vt deferat illud ad nos? † 30,12.

Homo potens & magnarum opum nomine Booz. Ruth. 2,1.

Faciens facies, & potens poteris. 1. Reg. 26,25.

Hhhh Dedit

Dedit illi potestatem quocumque vellet ire. Tob.1,14.

Mardochæus, ante quem cœpisti cadere, non poteris resistere ei. Esther 6,13.

Quis est iste & cuius potentiæ, vt hæc audeat facere? † 7,5.

Volui nequaquam abuti potentiæ magnitudine. † 13,2. Iob 9,6.

Potestas & terror apud eum est. Iob 25,2.

Deus potentes non abiicit, cùm & ipse sit potens. † 36,5.

Non est super terram potestas, quæ comparetur ei, qui factus est vt nullum timeret. † 41,24.

Scio quia omnia potes, & nulla te latet cogitatio. † 42,2.

In potentatibus salus dexteræ eius. Psal.19,7.

Potestas Dei est, & tibi Domine misericordia. † 61,12.

Potentiam tuam, & iustitiam tuam, Deus. † 70,19.

Confregit potentias arcuum, scutum, gladium, & bellum. † 75,4.

Excita potentiam tuam, & veni, vt saluos facias nos. † 79,3.

Si autem in potentatibus octoginta anni, & ampliùs eorum labor & dolor. † 89,10.

Benedicite Domino omnes Angeli eius, potentes virtute, facientes verbum eius. † 102,20.

Potentiam tuam pronuntiabunt. † 144,4.

Per me principes imperant, & potentes decernunt prudentiam. Prou.8,16.† 19,6.

Nec tribuit ei potestatem Deus vt comedat ex eo, sed homo extraneus vorabit illud. Ecclef.6,2.

Data est à Domino potestas vobis, & virtus ab Altissimo. Sap.6,4.

Exiguo enim conceditur misericordia: potentes autem potenter tormenta patientur. 7.

Subest enim tibi cùm volueris, posse. † 12,18.

Potens es ex omnibus saluare, etiam si fine arte aliquis adeat mare. † 14,4.

Vitæ, & mortis habes potestatem. † 16,13.

Magna potentia Dei solius, & ab humilibus honoratur. Eccli.3,21.

Ne dixeris: Quomodo potui? aut quis me subijciet propter facta mea? Deus enim vindicans vindicabit. † 5,3.

Omnis potentatus vita breuis. † 10,11.

Multi potentes oppressi sunt validè, & gloriosi traditi sunt in manus alterorum. † 11,6.† 13,13.

Dedit illi potestatem eorum quæ sunt super terram. † 17,3.

Qui potestatem sibi sumit iniustè, odietur. † 20,8.

In Ierusalem potestas mea. † 24,15.

Filio, & mulieri, fratri & amico non des potestatem super te in vita tua: & non dederis alij possessionem tuam. † 33,20.

Alleua manum tuam super gentes alienas, vt videant potentiam tuam. † 36,3.† 39,22.

In diebus suis non pertimuit principem, & potentia nemo vicit illum. † 48,13.

Detraxi quasi potens in sublimi residentes. Isaiæ 10,13.

Potestatem tuam dabo in manu eius. Isaiæ 22,21.† 40,12.

Nec iuxta quod poterat conata sit facere. Ierem.48,30.

Regnum eius, regnum sempiternum, & potestas eius in generationem & generationem. Dan.3,100. † 5,19.

Dedit ei potestatem & honorem & regnum. † 7,14.† 14,4.

Veniet potestas prima, regnum filiæ Ierusalem. Mich.4,8. Nahum 1,2.

Potestas eius à mari vsq; ad mare. Zach.9,10.

Remitto etiam potestatem arcis, quæ est in Ierusalem. 1.Mach.10,32.

Ille infelix interrogauit, si est potens in cælo, qui imperauit agi diem sabbatorũ. 2.Mach.15,3.

Et ego potens sum super terram, qui impero sumi arma, & negotia regis impleri. 5.

Glorificauerunt Deum, qui dedit potestatem talem hominibus. Matth.9.8

Nec ego dico vobis in qua potestate hæc facio. † 21,27.

Data est mihi potestas in cælo & in terra. † 28,18.

Quænam doctrina hæc noua? quia in potestate etiam spiritibus immundis imperat, & obediunt ei. Mar.1,27.

Fecit potentiam in brachio suo. Luc.1,51.

Quia in modico fuisti fidelis, eris potestatem habens super decem ciuitates. † 19,17.

In qua potestate hæc facis? † 20,2.

Et vt cognouit quòd de Herodis potestate esset, remisit eum ad Herodem. † 23,7.

Mihi non loqueris? nescis quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatem habeo dimittere te? Ioan.19,10. Act.3,12.

Erat [Moyses] potens in verbis & in operibus suis. Act.7,22.

Date & mihi hanc potestatem, vt cuicumque imposuero manus, accipiat Spiritum sanctum. † 8,19.

Et notam facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia vasa iræ, apta in interitum. Roman.9,22.

Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. † 13,1.

Non est enim potestas nisi à Deo: quæ autem sunt, à Deo ordinatæ sunt. 1.

Numquid non habemus potestatem manducandi & bibendi. 1.Cor.9,4.

Non vsi sumus hac potestate, sed omnia sustinemus, ne quod demus offendiculum Euangelio Christi. 12.

Ideò

Ideò debet mulier potestatem habere supra caput, propter Angelos. † 11,10.

Nam & si ampliùs aliquid gloriatus fuero de potestate nostra, quam dedit nobis Dominus in ædificationem, & non in destructionem vestram, non erubescam. 2.Cor.10,8.

Non vt præsens duriùs agam, secundùm potestatem, quam Dominus dedit mihi in ædificationem, & non in destructionem. † 13,10.

Omnia possum in eo qui me confortat. Philip.4,13.

Qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij dilectionis suæ. Coloss.1,13.

Non quasi non habuerimus potestatem, sed vt nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum nos. 2.Thess.3,9.

Data est illi potestas super quatuor partes terræ. Apoc.6,9.

Data est ei potestas facere menses quadraginta duos. † 13,5.

Data est illi potestas in omnem tribum & populum & linguam & gentem. 7.

Potestatem tamquam reges vna hora accipient post bestiam. † 17,12.

Beati qui lauant stolas suas in sanguine Agni, vt sit potestas eorum in ligno vitæ. † 22,14.

POSTERI, POSTERIOR.

Vidi posteriora videntis me. Gen.16,13.

Iura ergo per Deum ne noceas mihi, & posteris meis, stirpique meæ. † 21,23. † 26,4.

Videbis posteriora mea: faciem autem meam videre non poteris. Exod.33,23.

Vt discant posteri vestri, quòd in tabernaculis habitare fecerim filios Israel. Leuit.23,43.

Ego demetam posteriora Baasa, & posteriora domus eius. 3.Reg.16,3.

Domine tu scis quia non luxuriæ causa accipio sororem meam coniugem, sed sola posteritatis dilectione, in qua benedicatur nomen tuum in sæcula sæculorum. Tob.8,9. † 10,4.

Posteriora dorsi eius in pallore auri. Psal.67,14.

Percussit inimicos suos in posteriora, opprobrium sempiternum dedit illis. † 77,66. Eccli.47,24 Dan.11,4.

His rursus implicati superantur, facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. 2.Pet.2,20.

POSTIS.

Sument de sanguine eius, ac ponent super vtrumque postem. Exod.12,7.

Aspergite ex eo superliminare & vtrumque postem. 22.

Scribes ea [verba] super postes, & ianuas domus tuæ. Deut.11,20.

Postes de lignis oliuarum. 3.Reg.6,33.

Qui vigilat ad fores meas quotidie, & obseruat ad postes ostij mei. Prouerb.8,34. Isa.57,8. Ezech.43,8.

Tollet sacerdos de sanguine quod erit pro peccato: & ponet in postibus domus, & in quatuor angulis crepidinis altaris. Ezech.45,19.

POSTICVM.

Irruerunt per posticum, vt viderent quidnam esset. Dan.13,26.

POSTVLO.

Vt postulet vir ab amico suo, & mulier à vicina sua vasa argentea, & aurea. Exod.11,2.

Postula ei & regnum. 3.Reg.2,22.

Postula quod vis vt dem tibi. † 3,5.

Postula quod vis, vt faciam tibi, antequam tollar à te. 4.Reg.2,9.

Intret postulatio mea in conspectu tuo. Psal.118,170.

Secundùm Deum postulat pro sanctis. Rom.8,27. 1.Tim.2,1. Iac.1,5.

POTO, POTVS.

Bibe, quin & camelis tuis dabo potum. Genes.24,14.

Vitulum quem fecerant, combussit, &c. & dedit ex eo potum filiis Israel. Exod.32,20.

Post nimiam potationem incaluisset mero. Esth.1,10. Psal.35,9.

Potasti nos vino compunctionis. Psal.59,4,5. † 68,22.

Potum meum cum fletu miscebam. † 101,10.

Potabunt omnes bestiæ agri, expectabunt onagri in siti sua. † 103,11.

Vacantes potibus, & dantes symbola consumentur, & vestietur pannis dormitatio. Prouerb.23,21.

Guttur tuum sicut vinum optimum, dignum dilecto meo ad potandum. Cant.7,9. Sap.11,5.

Sanitas est animæ & corporis sobrius potus. Eccli.31,37.

Væ qui consurgitis manè ad ebrietatem sectandam, & potandum vsque ad vesperam, vt vino æstuetis. Isa.5,11. † 49,10.

Vsque ad fundum calicis soporis bibisti, & potasti vsque ad fæces. † 51,17.

Non dabunt eis potum calicis ad consolandum super patre suo, & matre. Ier.16,7. † 23,15.

In calore eorum ponam potus eorum, & inebriabo eos vt sopiantur, & dormiant somnum sempiternum, & non consurgant. † 51,39. Dan.1,8.

Sic conuiuium eorum pariter potantium: consumentur quasi stipula ariditate plena. Nahum 1,10.

Quomodo vinum potantem decipit: sic erit vir superbus. Hab.2,5.

Væ qui potum dat amico suo mittens fel suum, & inebrians vt aspiciat nuditatem eius. 15. Matthæi 10,42.

Et dicunt: Ecce homo vorax, & potator vini, publicanorum & peccatorum amicus. Matth.11,19. Ioan.6,56.

Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi: hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius. Rom. 12, 20.

Omnes in vno Spiritu potati sumus. 1. Cor. 12, 13. 1. Pet. 4, 3. Apoc. 14, 8.

POTIOR.

Potior fur quàm assiduitas viri mendacis: perditionem autem ambo hereditabunt. Eccli. 20, 27

Vt probetis potiora, vt sitis sinceri. Philip. 1, 10.

POTIVS.

Et victimas, & non potiùs vt obediatur voci Domini? 1. Reg. 15, 22. 2. Reg. 6, 21.

Lingua nequam, &c. vtilis potiùs infernus quàm illa. Eccli. 28, 25. 2. Mach. 7, 14.

Potiùs ite ad oues quæ perierunt domus Israel. Matth. 10, 6.

PRAEBEO.

Et sacrificiis neglectis, festinarent participes fieri palęstræ, & præbitionis eius iniustæ. 2. Machab. 4, 14.

Quibus & præbuit seipsum viuum post passionem suam. Act. 1, 3.

In viro, in quo statuit, fidem prębens omnibus. † 17, 31.

In omnibus teipsum præbe exemplum bonorum operum. Tit. 2, 7.

PRAECAVEO.

In die bona fruere bonis, & malam diem præcaue. Eccles. 7, 15.

PRAECEDO.

Præcedat dominus meus ante seruum suum. Gen. 33, 14.

Dominus autem præcedebat eos ad ostendendam viam, per diem in columna nubis. Exodi. 13, 21.

Præcedetque te Angelus meus, & introducet te ad Amorrhæum. † 23, 23.

Nisi tu ipse præcedas, ne educas nos de loco isto. † 33, 15.

Præcede populum, vt ingrediatur & possideat terram. Deut. 10, 11.

Sacerdotes tollant septem buccinas, &c. & prȩcedant arcam fœderis. Iosue 6, 4. Iudic 3, 27. 2. Reg. 5, 14.

Præcedamus, & iter nostrum lento gradu sequantur familiæ. Tob. 11, 3. Iob 41, 13.

Misericordia & veritas præcedent faciem tuam. Psal. 88, 15.

Ignis ante ipsum præcedet. † 96, 3.

Oculi tui recta videant, & palpebræ tuæ præcedant gressus tuos. Prou. 4, 25.

Gloriam præcedit humilitas. † 15, 33. † 16, 18.

Nec valet quisquam dicere: Ecce hoc recens est: iam enim præcessit in sæculis, quę fuerunt ante nos. Eccles. 1, 10, 16.

Et vidi quòd tantum præcederet sapientia stultitiam, quantum differt lux à tenebris. † 2, 13.

Sapientiam Dei præcedentem omnia quis inuestigauit? Ecclesiastici 1, 3.

Ante omnia opera verbum verax præcedat te, & ante omnem actum consilium stabile. 37, 20.

Præcedet enim vos Dominus, & congregabit vos Deus Israel. Isaiæ 52, 13.

Apparuit præcedens eos eques in veste candida. 2. Mach. 11, 8.

Publicani, & meretrices præcedent vos in regnum Dei. Matth. 21, 31. † 28, 7. Luc. 1, 17. Act. 7, 40.

Ad ostensionem iustitiæ suæ, propter remissionem præcedentium delictorum. Roman. 3, 25. 1. Tim. 5, 24. Heb. 7, 18.

PRAECELLO.

Qui sapientia & fide ceteros præcellebat, & erat post regē secūdus, Aman nomine. Esth. 13, 3.

In omnibus operibus tuis præcellens esto. Eccli. 33, 23.

Quid ergo? Præcellimus eos? Nequaquam. Rom. 3, 9.

Subiecti igitur estote omni humanæ creaturæ propter Deum: siue regi, quasi præcellenti. 1. Pet. 2, 13.

PRAECEPS.

Et sis reus labente alio, & in præceps ruente. Deut. 22, 8.

Barac vestigia sunt secuti, qui quasi in præceps ac barathrum se discrimini dedit. Iudic. 5, 15.

Fugientibus impetu, & per præceps ruentibus fortissimis hostium. 22.

Quasi incessus Iehu filij Namsi: præceps enim graditur. 4. Reg. 9, 20.

Decem millia virorum, &c. præcipitauerunt que eos de summo in præceps, qui vniuersi crepuerunt. 2. Par. 25, 12. Iudith 15, 4.

Filius remissus euadet præceps. Eccli. 30, 8. Lucæ 8, 33.

PRAECEPTOR.

Formicam, &c. cùm non habeat ducem, nec præceptorem, nec principem, parat in æstate cibum sibi. Prou 6, 7.

Erunt oculi tui videntes præceptorem tuum. Isaiæ 30, 20.

Testem populis dedi eum, ducem ac præceptorem Gentibus. † 54, 4.

Iesu præceptor, miserere nostri. Luc. 17, 13. † 21, 7.

PRAECEPTVM, PRAECIPIO.

Et non audiuit eos sicut præceperat Dominus. Exod. 8, 19.

Ibi constituit ei præcepta atque iudicia, & ibi tentauit eum. † 15, 25. † 20, 2.

Faciens misericordiam in millia his qui diligunt me, & custodiunt præcepta mea. † 20, 6. † 23, 22.

Præcipe filiis Israel vt afferant tibi oleum de arboribus oliuarum purissimum, piloque contusum. † 27, 20.

Præ-

Præcepit cuncta quæ audierat à Domino in monte Sinai. † 34, 32.

Offerentes coram Domino ignem alienum, quod eis præceptum non erat. Leuit. 10, 1.

Præceptum sempiternum est in generationes vestras. 10. † 23, 14.

Facite præcepta mea, & iudicia custodite, & implete ea, vt habitare possitis in terra absque vllo pauore, & gignat vobis humus fructus suos. † 25, 18. † 26, 3, 15.

Et nunc Israel audi præcepta & iudicia, quæ ego doceo te: vt faciens ea viuas, & ingrediens possideas Terram. Deut. 4, 1.

Custodi præcepta eius atque mandata, quæ ego præcipio tibi, vt benè sit tibi, & filiis tuis post te, & permaneas multo tempore super Terram, quam Dominus Deus tuus daturus est tibi. 40. † 5, 17.

Facias quæ præcepit Dominus, *&c.* in corde tuo: & narrabis ea filiis tuis, & meditaberis in eis sedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens atque consurgens. Et ligabis ea quasi signum in manu tua. † 6, 7.

Præcepta negligentium maledictiones graues & multa. † 28, 48.

Præcepit tibi Dominus Deus Israel, vade, & duc exercitum in montem Thabor. Iudic. 4, 6.

Præcepit ei Dominus vt esset dux. 1. Regum 13, 14. † 14, 28.

Ego enim sũ, qui præcipio vobis. 2. Reg. 13, 28.

Dominus enim præcepit ei vt malediceret Dauid: & quis est qui audeat dicere quare sic fecerit? † 16, 10.

Dimittite eum vt maledicat, iuxta præceptum Domini. 11.

Præcepit rex Ioab, & Abisai, & Ethai, dicens: Seruate mihi puerum Absalom. † 18, 5.

Præcepta eius non amoui à me. † 22, 23.

Custodieris præcepta mea, & mandata mea, sicut ambulauit pater tuus, longos faciam dies tuos. 3. Reg. 3, 14.

Ibi de torrente bibes, coruisque præcepi vt pascant te ibi. † 17, 4.

Præceperat principibus curruum triginta duobus, dicens: Non pugnabitis contra minorem aut maiorem quempiam, nisi contra regem Israel solum. † 22, 31.

Homo Dei, rex præcepit vt descendas. 3. Regum 1, 9.

Dereliquerunt omnia præcepta Domini Dei sui, feceruntque sibi conflatiles duos vitulos. † 17, 16.

Præceptum regis acceperant vt non responderent ei. † 18, 36.

De filiis quoque Issachar viri eruditi, qui nouerant singula tempora ad præcipiendum quid facere deberet Israel. 1. Par. 12, 32.

Iuxta pręcepta quoq; Dauid nouissima. † 23, 27

Nouerunt tam principes quàm populus facere præcepta tua. † 28, 21.

Spiritus itaque Domini induit Zachariam, *&c.* Quare transgredimini pręceptum Domini, quod vobis non proderit, & dereliquistis Dominum vt derelinqueret vos. 2. Par. 24, 20.

Domini præceptum fuit per manum prophetarum eius. † 29, 25.

Præcepitque [Manasses] Iudę vt seruiret Domino Deo Israel. † 33, 16.

Hæc dicit Cyrus rex Persarum: Omnia regna terræ dedit mihi Dominus Deus cæli, & ipse præcepit mihi vt ędificarem ei domum in Ierusalem. † 36, 23.

Præceptum Cyri immutans suspendatur. 1. Esdræ 6, 11.

Et faceret & doceret in Israel præceptum & iudicium. † 7, 10.

Præceptorum obseruationi se astringunt fœdere, iuramento. 2. Esd. 10, 1, 28.

Quoniam non obediuimus præceptis tuis, ideò traditi sumus in direptionem, & captiuitatem, & mortem, & in fabulam, & in improperium omnibus nationibus. Tob. 3, 4.

Omnia quæcumque præcepisti mihi faciam, pater. † 5, 1.

Flectebant genua, & adorabant Aman: sic enim præceperat eis Imperator. Esth. 3, 2.

Qui præcipit Soli, & non oritur. Iob 9, 7. † 36, 11.

Præceptum Domini lucidum, illuminans oculos. Psal 18, 9.

Præceptum in Israel est. † 80, 5.

Præceptum quod dedit eis. † 98, 7.

Præceptum posuit, & non præteribit. † 148, 6.

Præcepta mea cor tuum custodiat. Prou. 3, 1.

Conserua fili mi præcepta patris tui. † 6, 20.

Sapiens corde præcepta suscipit: stultus cæditur labiis. † 10, 8.

Qui autem timet præceptum, in pace versabitur. † 13, 13.

Ego os regis obseruo, & præcepta iuramenti Dei. Eccles 8, 2.

Qui custodit præceptum non experietur quidquam mali. 5.

Sed quæ præcepit tibi Deus illa cogita semper, & in pluribus operibus eius non eris curiosus. Eccli 3, 22.

Cogitatum tuum habe in præceptis Dei, & in mandatis illius maximè assiduus esto, & ipse dabit tibi cor. † 6, 37.

Dedit illi coràm præcepta, & legem vitæ & disciplinæ: docere Iacob testamentum suum, & iudicia sua Israel. † 45, 6.

Præceptum manus eorum, & filij Ammon obedientes erunt. Isa. 11, 14.

Quæ non præcepi, nec cogitaui in corde meo. Ierem. 7, 31.

Facite omnia, quæ præcipio vobis, & eritis mihi in populũ, & ego ero vobis in Deum. Ier. 11,4.

Ego præcipio, dicit Dominus, & reducam eos in ciuitatem hanc, & prœliabuntur aduersus eam, & capient eam. † 34,22.

Firmauerunt igitur filij Ionadab Rechab præceptum patris sui, quod præceperat eis: populus autem iste non obediuit mihi. † 35,16.

Contempsit iudicia mea, vt plus esset impia quàm Gentes: & præcepta mea vltrà quàm terræ quæ in circuitu eius sunt. Ezech. 5,6.

Et ego dedi eis præcepta non bona, & iudicia in quibus non viuent. † 20,25.

Faciam vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis. † 36,27.

Esto eis in præceptum. † 38,7.

Præcepit Dominus vento calido & vrēti, & percussit sol super caput Ionæ, & æstuabat. Ionæ 4,8.

Custodisti præcepta Amri, & omne opus domus Achab. Mich. 6,16.

Præcipiet super te Dominus, non seminabitur ex nomine tuo ampliùs. Nahum 1,14.

Cùm feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite: Serui inutiles sumus. Luc. 17,10.

Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea. Ioan. 15,10.

Hoc est præceptum meum vt diligatis inuicem sicut dilexi vos. 12.

Præcipiendo præcepimus vobis ne doceretis in nomine isto. Act. 5,28.

Præcipiens custodire præcepta Apostolorum & seniorum. † 15,41.

Spiritui dixit: præcipio tibi in nomine Iesu Christi exire ab ea: & exiit eadem hora. † 16,18.

Sicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis. 1. Cor. 11,2.

Secundùm præcepta & doctrinas hominum. Col. 2,22.

Scitis enim quæ præcepta dederim vobis per Dominum Iesum. 1. Thess. 4,2.

Confidimus autē de vobis in Domino, quoniam quæ præcipimus, & facitis, & facietis. 2. Thess. 3,4.

Præcipe hæc & doce. 1. Tim. 4,11.

PRAECIDO.

Præcide, ait, tibi duas tabulas lapideas instar priorum. Exod. 34,1.

Præcidam brachium tuum, & brachium domus patris tui. 1. Reg. 2,31.

Præcidit oram chlamydis Saul silenter † 24,5.

Rasit, & præcidit tunicas eorum. 1. Par. 19,4. Iob 14,7.

Breuem languorē præcidit medicus. Eccli. 10,12

Attendite ad petram vnde excisi estis, & ad cauernam laci, de qua præcisi estis. Isa. 51,1. Ier. 51,13. Ezech. 16,4.

Nasum tuum, & aures tuas præcident: & quæ remanserint, gladio concident. Ezech. 23,25.

Præcidi virgam meam secundam, quæ appellabatur Funiculus. Zach 11,14.

PRAECINGO.

Inuenit iuuenem splendidum, stantem præcinctum, & quasi paratum ad ambulandum. Tob. 5,5.

Præcinxisti me virtute ad bellum. Psal. 17,40. † 92,1.

Sint lumbi vestri præcincti. Luc. 12,35. † 17,8. Ioan. 13,4. Act. 12,8. Apoc. 1,13.

PRAECINO.

Cum tympanis, & choris, quibus præcinebat. Exod. 15,20. 1. Reg. 18,7.

Prophetiæ præerat, ad præcinendam melodiam. 1. Par 15,22.

Præcinite Domino in confessione. Psal. 146,7.

PRAECIPITO.

Quare præcipitas hereditatem Domini? 2. Regum 20,19.

Præcipitate eam [Iezabelem] deorsum, & præcipitauerunt eam, aspersusque est sanguine paries, & equorum vngulæ conculcauerunt eam. 4. Reg. 9,33.

Et sic repentè præcipitas me? Iob 10,8.

Præcipitabit eum consilium suum. † 18,7.

Dilexisti omnia verba præcipitationis, lingua dolosa. Psal. 51,6.

Labia insipientis præcipitabunt eum. Eccles. 10,12.

Seducentes: & qui beatificantur, præcipitati. Isa. 9,16. † 19,3.

Præcipitabit mortem in sempiternum. † 25,8.

Præcipitauit Israel, præcipitauit omnia mœnia eius. Thren 2,5.

Infantibus ad vbera suspensis, cùm publicè per ciuitatem circumduxissent, per muros præcipitauerunt. 2. Mach. 6,10. † 12,15.

Præcipitauit [Razias] semetipsum viriliter in turbas. † 14,43. Mar. 5,13. Luc. 4,29.

PRAECIPVVS.

Primitias manuum vestrarum: & quidquid præcipuum est in muneribus, quæ voueritis Domino. Deut. 12,11.

Abundans [vinum] & præcipuum ponebatur. Esth. 1,7.

In bellis præcipuis expugnabit eos. Isa. 30,32.

Fluentem lacte & melle, præcipuam terrarum omnium. Ezech 20,15.

Cui & decimas dedit de præcipuis Abraham patriarcha. Heb. 7,4.

PRAECLARVS.

Si præclara & meliora quæque obtuleritis ex decimis, reputabitur vobis quasi de area & torculari dederitis primitias. Num. 18,30.

Magnus es tu, & præclarus in virtute tua. Iudith 16,16.

Iudith magna facta est in Bethulia, & præclarior erat vniuersæ terræ Israel. 25.

Funes ceciderunt mihi in præclaris: etenim here-

hereditas mea præclara est mihi. Psal.15,6.

Calix meus inebrians quàm præclarus est? † 22,5.

Vno momento, quæ erat præclarior natio illorum, exterminata est. Sap 18,12. Eccli.43,27.

Tribuam tibi terram desiderabilem, hereditatem præclaram exercituum Gentium? Ier.3,19.

Domos tuas præclaras subuertent. Ezech. 26,12.

Ieiunium quarti, & ieiunium quinti, &c. erit domum Iuda in gaudium, & lætitiam, & in sollemnitates præclaras. Zach.8,19.

Omnia pinguia & præclara perierunt à te. Apoc.18,14.

PRAECO.

Clamante præcone, vt omnes coram eo [Ioseph] genu flecterent. Gen.41,43. Exo.32,5.

Transierunt præcones per castrorum medium, & clamare cœperunt: Quando videritis arcam fœderis Domini Dei vestri, & sacerdotes stirpis Leuiticæ portantes eam, vos quoque consurgite. Iosf.3,3.

Præco insonuit in vniuerso exercitu antequam sol occumberet, dicens: Vnusquisque reuertatur in ciuitatem. 3.Reg.22,36.

Præco clamabat valenter, &c. cadentes adorate statuam auream. Dan.3,4.

PRAECOGITO.

Cùm duxerint vos tradentes, nolite præcogitare quid loquamini. Mar.13,11.

PRAECOGNITVS.

Agni immaculati Christi, præcogniti quidem ante mundi constitutionem, manifestati autem nouissimis temporibus propter vos. 1.Pet.1,20.

PRAECORDIA.

Nec ponentes in præcordiis talia. Sap.4,14.

Dixi ex totis præcordiis meis: Deus patrum meorum. † 8,21.

Sicut enim eructant præcordia fœtentium, &c. sic & cor superborum. Eccli.11,31.

Præcordia fatui quasi rota carri, & quasi axis versatilis cogitatus illius. † 33,5.

Sed & spiritu meo in præcordiis meis de manè vigilabo ad te. Isa.26,9.

PRAECOQVVS, PRAECOX.

Erat autem tempus quando iam præcoquæ vuæ vesci possunt. Num.13,21.

Quæsiui sapientiam, &c. effloruit tamquam præcox vua. Eccli.51,19.

Non est botrus ad comedendum, præcoquas ficus desiderauit anima mea. Mich.7,1.

PRAECVRRO.

Terrorem meum mittam in præcursum tuum. Exod.23,27.

Mittam præcursorem tui angelum, vt eiiciam Chananæum. † 33,2.

Facietque sibi equites & præcursores quadrigarum suarum. 1.Reg.8,11. 2.Reg.15,1.

Et non effugies, si præcucurreris. Eccli.11,10.

Præcursor pro nobis introiuit Iesus. Heb.6,20.

PRAEDA, PRAEDO.

Catulus leonis Iuda: ad prædam fili mi ascendisti. Gen.49,9.

Beniamin lupus rapax, manè comedet prædam, & vesperè diuidet spolia. 27. Num.31,12.

De omni præda, siue vestimentum fuerit, siue vas, &c. expiabitur. 20.

Diuidesque ex æquo prædam, inter eos qui pugnauerunt, &c. & separabis partē Domino. 27.

Fuit autem præda, quam exercitus cœperat ouium sexcenta septuagintaquinq; millia, boum septuaginta duo millia, asinorum sexaginta millia & mille: animæ hominum sexus feminei, quæ non cognouerunt virum, trigintaduo millia, &c. in partem Domini supputatæ sunt oues sexcentæ septuaginta quinque. 32.

Vnusquisque enim quod in præda rapuerat, suum erat. 53. Deut.20,14. Iosf.8,2.

Prædam istarum vrbium ac iumenta diuiserunt sibi filij Israel, cunctis hominibus interfectis. Iosf.11,14.

Diuidite prædam hostium cum fratribus vestris. † 22,8.

Exercebant latrocinia, agentes prædas de prætereuntibus. Iudic.9,25. † 18,21.

Egressi sunt ad prædandum, de castris Philisthinorum, tres cunei. 1.Reg.13,17.

Si comedisset populus de præda inimicorum suorum quam reperit? † 14,30.

Offerebat holocaustum Domino de initiis prædarum, quæ attulerat ex Amalec. † 15,12,19.

Dauid & viri eius, & agebant prædas de Gessuri. † 27,8.

Quasi festum celebrantes diem pro cuncta præda & spoliis, quæ ceperant de Terra Philisthiim, & de Terra Iuda. † 30,16.

Dixeruntque: Hæc est præda Dauid. 20.

Cæsis latronibus, cum præda magna nimis. 2.Reg.3,22.

Prædam ciuitatis asportauit multam valdè. † 12,31.

Nunc perge ad prædam Moab. 4.Reg.2,23.

Præda. Camelorum quinquaginta millia, & ouium ducenta quinquaginta millia, & asinos duo millia, & animas hominum centum millia.

Prædam consecrat Dauid Domino. † 18,11. † 26,26.

Diripuerunt vrbes, & multam prædam asportauerunt. 2.Par.14,14.

Immolauerunt Domino in die illa, de manubiis & præda, quam adduxerant. † 15,10.

Præda maxima quæ per tres dies auferri nequit. † 20,25.

Vniuersam prædam miserunt regi in Damascum. † 24,23.

Magnamque prædam cepit de eius imperio, &

& adduxit in Damascum. † 28,5.
Diuiseruntque viri bellatores prædam. 14.
Prędauitque omnes filios Tharsis. Iudith 2,13.
Ne darentur in prædam infantes eorum, & vxores eorum in diuisionem. † 4,10.
Quotiescumque autem præter ipsum Deum suum, alterum coluerunt, dati sunt in prædam, & in gladium. † 5,18. † 9,3.
Prædam, quam fugientes Assyrij reliquerant, abstulerunt, & onustati sunt valdè. † 15,7.
Quos cùm occidissent, prędas de substantiis eorum tangere noluerunt. Esth.9,10.
Tigris periit eò quòd non haberet prædam. Iob 4,11.
Abundant tabernacula prædonum, & audacter prouocant Deum. † 12,6.
Prædam pollicetur sociis, & oculi filiorum eius deficient. † 17,5.
Vigilantes ad prædam. † 24,5.
Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam. † 29,17.
Et de nocte surrexit, deditque prædam domesticis suis, & cibaria ancillis suis. † 31,15.
Velociter spolia detrahe, citò prędare, &c. accelera spolia detrahere, festina prædari. Isa.8,1,3.
Sicut exultant victores capta præda, quando diuidunt spolia. † 9,3.
Omnis violenta prędatio cum tumultu, & vestimentum mistum sanguine, erit in combustionem, & cibus ignis. PARVVLVS enim NATVS est nobis. 5.
Volabunt in humeros Philisthiim per mare, simul prędabuntur filios Orientis. † 11,14.
Dissipatione dissipabitur terra, & direptione prædabitur. † 24,3.
Væ qui prædaris, nónne & ipse prędaberis? † 33,1.
Tunc diuidentur spolia prædarum multarum: claudi diripient rapinam. 23.
Numquid tolletur à forti præda, aut quod captum fuerit à robusto saluum esse poterit? † 49,24.
Facta est veritas in obliuionem: & qui recessit à malo, prędæ patuit. † 59,13.
Numquid seruus est Israel, aut vernaculus? quare ergo factus est in prædam? Ier.2,14.
Prædo Gentium se leuauit: egressus de loco suo, vt ponat terram suam in solitudinem. † 4,7. † 20,5.
Veniet prędo ad omnem vrbem, & vrbs nulla saluabitur. † 48,8.
Erit Chaldęa in prædam: omnes vastantes eam replebuntur. † 50,10.
Venit super eam, id est, super Babylonem, prædo † 51,56.
Neque erunt vltrà in manibus vestris ad prædandum. Ezech.13,21.
Leo factus est: & didicit capere prædam, hominemque comedere. † 19,3.
Vt diripias spolia, & inuadas prædam, vt inferas manum tuam super eos, qui deserti fuerant. † 38,12.
Quoniam arma succendent igni, & deprædabuntur eos, quibus prędæ fuerant, & diripient vastatores suos. † 39,10.
Rapinas, & prædam, & diuitias eorum dissipabit, & contra firmissimas cogitationes inibit. Dan.11,24.
Pro eo quòd diripiebatis pauperem, & prędam electam tollebatis ab eo. Amos 5,11.
Exterminabo de terra prædam tuam. Nahum 2,13.
Omnes ad prędam venient, facies eorum ventus vrens. Habac.1,9. 1.Mach.9,72.
Erunt prædæ his qui seruiebant sibi. Zach.2,9.

PRAEDESTINO.

Qui prædestinatus est Filius Dei in virtute. Rom.1,4.
Nam quos præsciuit, & prædestinauit conformes fieri imaginis Filij sui. † 8,29.
Loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est, quam prędestinauit Deus ante sæcula in gloriam nostram. 1.Cor.2,7.
Qui prædestinauit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum, secundùm propositum voluntatis suæ. Ephes.1,5.
In quo etiam & nos sorte vocati sumus, prædestinati secundùm propositum eius, qui operatur omnia secundùm consilium voluntatis suæ. 11.

PRAEDICO, PRAEDICANS.

Prædicantes: Filij Israel reuertimini ad Dominum. 2.Par.30,6.
Suscitauit Dominus spiritum Cyri regis Persarum, qui iussit prędicari in vniuerso regno suo, etiam per scripturam. † 36,22.
Prædicent, & diuulgent vocem in vniuersis vrbibus suis, & in Ierusalem, dicentes: Egredimini in montem, & afferte frondes oliuæ, & frondes ligni pulcherrimi, frondes myrti, & ramos palmarum, & frondes ligni nemorosi, vt fiant tabernacula, sicut scriptum est. 2.Esd.8,15.
Consolati sunt Achior, dicentes: Deus patrum nostrorum, cuius tu virtutem prædicasti, ipse tibi hanc dabit vicissitudinem, vt eorum magis tu interitum videas. Iudith 6,17. Esth.14,10. Psal.2,6.
Annuntiem omnes prædicationes tuas in portis filiæ Sion. † 72,28. Prou.1,20.
Audite, quoniam de rebus magnis locutura sum: & aperientur labia mea, vt recta prędicent. Prou.8,6.
Surrexerunt filij eius, & beatissimam prædicauerunt. † 31,28.
Viderunt eam filiæ, & beatissimam prædicauerunt. Cant.6,8.

Pecca-

Peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt, nec absconderunt: væ animæ eorum. Isaiæ 3,9. † 29,23.

Suscita prædicationes, quas locuti sunt in nomine tuo prophetæ priores. Eccli.36,17.

Quàm pulchri super montes pedes annuntiantis & prædicantis pacem: annuntiantis bonum, prædicantis salutem. † 52,7.

Vt mederer contritis corde, & prædicarē captiuis indulgentiam, & clausis apertionem: vt prædicarem annum placabilem Domino. † 61,1.

Prædica ibi verbum istud, & dic: Audite verbum Domini omnis Iuda. Ierem.7,2.

Prædicabis ibi verba, quæ ego loquar ad te. † 19,2.

Prædicat Ieremias exiguo fructu annis viginti tribus. † 25,3.

Nabuchodonosor rex omnibus populis *&c.* Placuit ergo mihi prædicare signa eius, quia magna sunt, & mirabilia eius, quia fortia. Dan.3,99. † 5,29.

Vade in Niniuen ciuitatem grandem, & prædica in ea: quia ascendit malitia eius coram me. Ionæ 1.2.

Prædicant pacem: & si quis non dederit in ore eorum quippiam, sanctificant super eum prælium. Mich.3,5. 2.Mach.8,36.

Venit Ioannes Baptista prædicans in deserto Iudeæ. Matth.3,1.

Exinde cœpit Iesus prædicare & dicere: Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cælorum. † 4,17.

Euntes autem prædicate dicentes: Quia appropinquauit regnum cælorum. † 10,7.

Prædicabitur hoc Euangelium regni in vniuerso orbe, in testimonium omnibus gentibus. † 24,14.

Eamus in proximos vicos, & ciuitates, vt & ibi prædicem: ad hoc enim veni. Mar.1,38.

Cœpit prædicare in Decapoli, quanta sibi fecisset Iesus. † 5,20.

Prædicate Euangeliū omni creaturæ. † 16,15.

Prædicauerunt vbique, Domino cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis. 20.

Ipse iter faciebat per ciuitates & castella, prædicans & euangelizans regnum Dei. Lucæ 8,1. † 11,32.

Continuò in synagogis prædicabat Iesum, quoniam hic est Filius Dei. Act.9,20.

Præcepit nobis prędicare populo, & testificari, quia ipse est, qui constitutus est iudex viuorum & mortuorum. † 10.42

Prædicabant verbum Dei in synagogis Iudæorum. † 13,5.

Suscipiebat omnes qui ingrediebantur ad eum, prædicans regnum Dei, & docens quæ sunt de Domino Iesu. † 28,31.

Quomodo autem audient sine prædicante? Quomodo verò prædicabunt nisi mittantur? Rom 10,14.

Prædicaui Euangelium hoc, non vbi nominatus est Christus. † 15,20.

Sermo meus, & prædicatio mea, non in persuabilibus humanæ sapientiæ verbis. 1.Cor.2,4.

Non enim nosmetipsos prædicamus, sed Iesum Christum. 2.Cor.4,5.

Quidam autem & propter bonam voluntatem Christum prædicant. Philip 1,15.

Quod prædicatum est in vniuersa creatura, quæ sub cælo est. Col.1,23.

In quo positus sum ego prædicator & Apostolus. 1.Timoth.2,7. † 2,1,11.

Per aduentum ipsius & regnum eius: prædica verbum, insta opportunè, importunè: argue, obsecra, increpa. 2.Timoth.4,2.

Dominus autem mihi adstitit, & confortauit me, vt per me prædicatio impleatur, & audiant omnes Gentes. 17.

Manifestauit autem temporibus suis verbum suum in prædicatione, quæ credita est mihi secundùm præceptū Saluatoris nostri Dei. Titi 1,3.

In quo & his, qui in carcere erant, spiritibus veniens prædicauit. 1.Pet.3,19.

PRAEDICO, PRAEDICIS.

Peperit filium in senectute sua, tempore quo prædixerat ei Deus. Gen.21,2. † 41,54.

Prædixerat enim Dominus, quòd omnes morerentur in solitudine. Num 26,65.

Postquam te inuenerint omnia quæ prædicta sunt, nouissimo tempore reuertêris ad Dominum. Deut.4,30.

Deos alienos, *&c.* nunc prædico tibi quòd omnino dispereas. † 8,19.

Prædixerit signum atque portentum, & euenerit quod locutus est, & dixerit tibi: Eamus & sequamur deos alienos, *&c.* non audies verba prophetæ illius aut somniatoris. † 13,1. † 18,22. † 30,18.

Prædixi enim ei quòd iudicaturus essem domum eius. 1.Reg.3,13.

Prædicitque tibi Dominus quod domum faciat tibi Dominus. 2.Reg.7,11.

Veniet sermo quem prædixit in nomine Domini contra altare quod est in Bethel. 3.Regum 13,32.

Euenit ergò ei sicut prædictum fuerat, & conculcauit eum populus. 4.Reg.7,20.

Sepulchrum est hominis Dei, qui venit de Iuda, & prædixit verba hæc, quæ fecisti super altare Bethel. Et ait: Dimittite eum, nemo commoueat ossa eius. † 23,18.

Non est neque annuntians neque prædicens, neque audiens sermones vestros. Isa.41,26.

Quis auditum fecit hoc ab initio, ex tunc prædixit illud? † 45,21. Ezech.33,33. Matth.28,7. 2.Pet.3,2. Iudæ v.17.

PRAEDIVM.

Et veniunt in prędium, cui nomen Gethsemani. Mar.14,32. Ioan.4,5.

PRAEEO.

Qui præeundi habebant officium. 3.Reg.14,28. Eccli.4,12.

Et qui præibant, & qui sequebantur, clamabant, dicentes: Hosanna. Mar.11,9.

Propheta altissimi vocaberis: præibis enim ante faciem Domini parare vias eius. Luc.1,76.

PRAEFECTVS.

Præcepit ergo in die illo præfectis operum & exactoribus populi, dicens: Nequaquam vltrà dabitis paleas populo. Exod.5,6.

Habebat autem Salomon duodecim pręfectos super omnem Israel. 3.Reg.4,7.† 9,23.

Eunuchum vnum, qui erat præfectus super bellatores viros. 4.Reg.25,19.

Præfecti, &c. Primæ turbæ in primo mense Iesboam præerat filius Zabdiel, & sub eo viginti quatuor millia. 1.Par.27.1. Ierem.41,2.

Constituit eum [Danielem] principem super omnes prouincias Babylonis, & præfectum magistratuum super cunctos sapientes Babylonis. Dan.2,48.

PRAEFERO.

Amorem sequentis priori prætulit. Gen.29,30.

Primogenitum, & præferre filio odiosæ, sed filium odiosæ agnoscet primogenitũ. Deut.21,16.

Abstinet se à viis nostris tamquam ab immunditiis, & præfert nouissima iustorum. Sap.2,16.

Sed & ærarios imitatur, & gloriam præfert. † 15,9.

Sostratus autem prælatus est Cypriis. 2.Machab.4,23.

Thyrsos, & ramos virides, & palmas præferebant ei, qui prosperauit mundari locũ suũ. † 10,7.

PRAEFINITVS.

Constitutum, & præfinitum, & quasi lex in Israel. 1.Reg.30,25.

Impie dux Israel, cuius venit dies in tempore iniquitatis præfinita. Ezech.21,25.

Eligantur, & dealbentur vsque ad tempus pręfinitum. Dan.11,35.

In tempore præfinito præliabitur aduersus eum rex Austri. 40.

Clausi sunt, signatique sermones, vsque ad præfinitum tempus. † 12,9.

Tu autem vade ad præfinitum: & requiesces, & stabis in sorte tua in finem dierum. 13. Gal.4,2.

Secundùm præfinitionem sæculorum, quam fecit in Christo Iesu. Ephes.3,11.

PRAEGNANS.

Et percusserit quis mulierem prægnantem, & abortiuum quidem fecerit, sed ipsa vixerit. Exodi 21, 22.

Paruulos eorum elides, & prægnantes diuides. 4.Reg.8,12.

Interfecit [Manahem] omnes prægnantes eius, & scidit eas. † 15,16.

Et qua ratione compingantur ossa in ventre prægnantis, sic nescis opera Dei, qui fabricator est omnium. Eccles.11,5. Ierem.31,8.

Eò quòd dissecuerit prægnantes Galaad ad dilatandum terminum suum. Amos 1,13.

Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus. Matth.24,19. Luc.2,5.

PRAEGVSTATVS.

Carnem, quæ à bestiis fuerit prægustata, non comedetis, sed proijcietis canibus. Exod.22,31.

PRAEIVDICIVM.

Hæc custodias sine præiudicio, nihil faciens in alteram partem declinando. 1.Timoth.5,21.

PRAELIOR, PRAELIVM.

Gad accinctus præliabitur ante eum: & ipse accingetur retrorsum. Gen.49,19.

Quid commerui vt aduersum me consurgatis in prælium? Iudic.12,3. † 20,18.

Cùm Samuel offerret holocaustũ, Philisthiim iniere prælium contra Israel: intonuit autem Dominus fragore magno in die illa super Philisthiim. 1.Reg.7,10.

Cumque venisset dies prælij, non est inuentus ensis & lancea in manu totius populi. † 13,22.

Præliare bella Domini. † 18,17.

Quia prælia Domini, domine mi, tu præliaris. † 25,28. † 29,4.

Totumque pondus prælij versum est in Saul, & consecuti sunt eum viri sagittarij, & vulneratus est vehementer à sagittariis. † 31,3.

Cùm audieris sonitum gradientis in cacumine pyrorum, tunc inibis prælium: quia tunc egredietur Dominus ante faciem tuam. 2.Reg.5,24.

Videns igitur Ioab quòd præparatum esset aduersum se prælium & ex aduerso & post tergum, elegit ex omnibus electis Israel. † 10,9.

Factum est prælium in saltu Ephraim. † 18,6.

Factum est autem rursus prælium Philisthinorum aduersum Israel. † 21,15.

Quis incipiet præliari? Et ille dixit: Tu. 3.Regum 20,14.

Veniésne mecum ad præliandum in Ramoth Galaad? † 22,4.

Sume arma, & ingredere prælium, & induere vestibus tuis. † 30,35.

Opera eius quæ gessit, & prælia. 46.

Præliati sunt contra Agaræos. 1.Paral.5,10. 2.Par.14,11.

Filij puellarum compunxerunt eos, & sicut pueros fugientes occiderunt eos, perierunt in pręlio à facie Domini Dei mei. Iudith 16,14.

Duo dracones magni, paratique contra se in prælium. Ad quorum clamorem cunctæ concitatæ sunt nationes. Esther 11,6,7.

Si exurgat aduersum me prælium, in hoc ego sperabo. Psal.26,3.

Tota

Tota die constituebant prælia. Psal. 139,3.

Nec exercebuntur vltrà ad prælium. Isa. 2,4.

In Ierusalem, ad præliandum contra eam, & non potuerunt debellare eam. Isa. 7,1.

Indignatio non est mihi: quis dabit me spinam & veprem in prælio? † 27,4.

Descendet Dominus exercituum, vt prælietur super montem Sion, & super collem eius. † 31,4.

Auditum faciam super Rabbath filiorum Ammon fremitum prælij. Ier. 49,2.

Cessauerunt fortes Babylonis à prælio, habitauerunt in præsidiis: deuoratum est robur eorum, & facti sunt quasi mulieres. † 51,30.

Præliabitur aduersus eum rex Austri. Danielis 11,40.

Non comprehendet eos in Gabaa prælium super filios iniquitatis. Osee 10,9.

Sicut vastatus est Salmana à domo eius qui iudicauit Baal in die prælij, matre super filios allisa. 14.

Si quis non dederit in ore eorum quidpiam, sanctificant super eum prælium. Mich. 3,5.

Congregabo omnes Gentes ad Ierusalem in prælium, & capietur ciuitas, & vastabuntur domus. Zach. 14,2.

Constituit [Alexander] prælia multa, & obtinuit omnium munitiones, & interfecit reges terræ. 1. Mach. 1,2.

Constituerunt aduersus eos prælium in die sabbatorum. † 2,32.

Commota est terra à voce exercituum: & commissum est prælium à manè vsque ad vesperam. † 9,13.

Inualuit prælium nimis, donec occidit sol: & cecidit Demetrius in die illa. † 10,50.

Vidit Simon Ioannem filium suum, quòd fortis prælij vir esset, & posuit eum ducem virtutum vniuersarum. † 13,54.

Et de prælio quod eis aduersus Galatas fuit in Babylonia, vt omnes, vbi ad rem ventum est, Macedonibus sociis hæsitantibus, ipsi sex millia soli peremerunt centum viginti millia, propter auxilium illis datum de cælo. 2. Mach. 8,20.

Audituri enim estis prælia, & opiniones præliorum. Matth. 24,6.

Factum est prælium magnū in cælo: Michaël, & angeli eius præliabantur cum dracone. Apocal. 12,7.

Iratus est draco in mulierem: & abiit facere prælium cum reliquis de semine eius. 17.

Congregatos ad faciendum prælium cum illo, qui sedebat in equo, & cum exercitu eius. † 19,19.

Congregabit eos in prælium, quorum numerus est sicut arena maris. † 20,7.

PRAEMEDITOR.

Ponite ergo in cordibus vestris, non præmeditari quemadmodum respondeatis. Luc. 21,14.

PRAEMITTO.

Præmisitque me Deus, vt reseruemini super terram, & escas ad viuendum habere possitis. Gen. 45,7. 4. Reg. 6,32.

Et cum magna sollicitudine præmisissent illos, consequebantur illos pœnitentia acti. Sap. 19,2.

Respondit citò, dicens, præmitti se velle in infernum. 2. Mach. 6,23.

Et Apollo sollicitè præmitte, vt nihil illis desit. Titi 3,13.

PRAEMIVM.

Proposuerat enim Dauid in die illa præmium, qui percussisset Iebusæum. 2. Reg. 5,8.

Ex substantia tua fac eleëmosynam, &c. præmium enim bonum tibi thesaurizas in die necessitatis. Tob. 4,10.

Quid pro hac fide honoris ac præmij Mardochæus consecutus est? Esth. 6,3.

Et in perpetuum coronata triumphat incoinquinatorum certaminum præmium vincens. Sap. 4,2.

Domus vestræ publicabuntur: si autem somnium & coniecturam eius narraueritis, præmia, & dona, & honorem multum accipietis à me. Daniel. 2,6.

PRAEMONEO.

Visiones enim, quæ illos turbauerunt, hæc præmonebant, ne inscij, quare mala patiebantur, perirent. Sap. 18,19.

At illa præmonita à matre sua, Da mihi, inquit, hîc in disco caput Ioannis Baptistæ. Matthæi 14,8.

PRAENOSCENS.

Scito prænoscens quòd peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua. Gen. 15,13.

PRAENVNTIO.

Et occiderunt eos qui prænuntiabant de aduentu Iusti, cuius vos nunc proditores & homicidæ fuistis. Act. 7,52.

PRAEOCCVPO.

Præoccupemus faciem eius in confessione. Psal. 94,2.

Iustus autem si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit. Sap. 4,7.

Præoccupat [sapientia] qui se concupiscunt, vt illis se prior ostendat. † 6,14.

Etsi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans teipsum ne & tu tenteris. Gal. 1,6,1.

PRAEORDINO.

Eum manifestum fieri, non omni populo, sed testibus præordinatis à Deo. Act. 10,41.

Crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam æternam. † 13,48.

Deus patrum nostrorum præordinauit te, vt cognosceres voluntatem eius, & videres iustum, & audires vocem ex ore eius. † 22,14.

PRAEPARO.

Præparate corda vestra Domino, & seruite ei soli, & eruet vos de manu Philisthiim. 1.Reg.7,3.

Quod si non fecisses, iam nunc præparasset Dominus regnum tuum super Israel in sempiternum. † 13,13.

Appositaq; ie est eis ciborum magna præparatio. 3.Reg.6,23.

Præparauerat sibi foris octoginta viros. † 10,24. † 1.Par 15,12.

Ego autem totis viribus meis præparaui impensas domus Dei mei. 1 Par.29,2.

Comedite pinguia, & bibite mulsum, & mittite partes his, qui non præparauerunt sibi. 2.Esd. 2,10. Esth.2,12.

Præparabit quidem, sed iustus vestietur illis. Iob 27,17. † 38,41.

Præparationem cordis eorum audiuit auris tua. Psal.H.10,17.

Præparans montes in virtute tua. † 64,7. † 88,3,15.

Occurrit ei mulier ornatu meretricio, præparata ad capiendas animas. Prou 7,10.

Quando præparabat cælos, aderam. † 8,27. † 11,19.

Hominis est animam præparare: & Domini gubernare linguam. † 16,1.

Præpara foris opus tuum. † 24,27. † 30,25.

Similitudinem tabernaculi sancti tui, quod præparasti ab initio. Sap.9,8.

Qui timent Dominum, præparabunt corda sua, & in conspectu illius sanctificabunt animas suas. Eccli.2,20.

Ante orationem præpara animam tuam: & noli esse quasi homo, qui tentat Deum. † 18,23. † 39,37.

Erit in nouissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium. Isa.3,2.

Præparate filios eius occisioni in iniquitate patrum suorum. † 14,21.

Et præparabitur in misericordia solium. † 16,5.

Præparata est enim ab heri Topheth, à rege præparata, profúda, & dilatata. † 30,33. † 62,10. † 64,4 Ier.51,15.

Qui præparauit terram in æterno tempore. Baruch 3,32. Ezech.28,13.

Quasi diluculum præparatus est egressus eius. Osee 6,3.

Postquam autem hæc fecero tibi, præparare in occursum Dei tui Israel. Amos 4,12.

Et præparauit Dominus piscem grandem, vt deglutiret Ionam. Ionæ 2,1.

Et præparauit Dominus Deus hederam, & ascendit super caput Ionæ. † 4,6. Nahum 2,5.

Iuxtà est dies Domini, quia præparauit Dominus hostiam, sanctificauit vocatos suos. Soph.1,7.

Mitto angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam. Mal.3,1. Luc.7,27.

Si abiero, & præparauero vobis locum: iterùm venio & accipio vos ad meipsum. Ioan.14,3.

Vt ostenderet diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriam. Rom.9,23. 1.Cor.2,9.

Creati in Christo Iesu in operibus bonis, quæ præparauit Deus vt in illis ambulemus. Ephes. 2,10. † 6,15.

Euphraten: & siccauit aquam eius, vt præpararetur via regibus ab ortu solis. Apoc.16,12.

Venerunt nuptiæ Agni, & vxor eius præparauit se. Et datum est illi, vt cooperiat se byssino splendenti & candido. † 19,7.

PRAEPONO.

Præpositus omnibus gubernabat creditam sibi domum. Gen.39,4. † 41,43.

Absque præpositis qui præerant singulis operibus, numero trium millium, & trecentorum, præcipientium populo, & his qui faciebant opus. 3.Reg.5,16.

Præpositi domus, & præfecti ciuitatis, & maiores natu, & nutritij ad Iehu. 4.Reg.10,5. 1.Par.26,24. Esth.1,8.

Præpositus, & custos mulierum regiarum. Esth.2,3. † 8,2.

Aman, qui omnibus prouinciis præpositus est. † 13,6. Sap.7,8.

In vnamquamque gentem præposuit rectorem: & pars Dei, Israel facta est manifesta. Eccli.17,15.

Ponam visitationem tuam pacem, & præpositos tuos iustitiam. Isa.60,17. Ier.49,19. 1.Timoth.3,4.

Mementote præpositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum Dei. Heb.13,7.

Salutate omnes præpositos vestros, & omnes sanctos. 24.

PRAEPVTIVM.

Circumcidetis carnem præputij vestri, vt sit in signum fœderis inter me & vos. Gen.17,11.

Et plantaueritis in ea ligna pomifera, auferetis præputia eorum: poma quæ germinant, immunda erunt vobis. Leuit.19,23. Iosu.5,3.

Attulit [David] eorum præputia, & annumerauit ea regi vt esset gener eius. 1.Reg.18,27.

Omnes gentes habent præputium, omnis autem domus Israel incircumcisi sunt corde. Ierem.9,26.

Et fecerunt sibi præputia, & recesserunt à testamento sancto, & iuncti sunt nationibus. 1.Mach.1,16.

Quare introisti ad viros præputium habentes? Act.11,3.

Circumcisio quidem prodest si legem obserues: si autem præuaricator legis sis: circumcisio tua præputium facta est. Si igitur præputium iustitias legis custodiat, nónne præputium illius in cir-

circumcisionem reputabitur? Rom.2,25.1.Corinth.7,18. Col.2,13.

PRAERVPTVS.

In petris manet, & in præruptis silicibus commoratur. Iob 39,28. Zach.14,4.

PRAESAGVM.

Vna nocte vterque vidimus somnium præsagum futurorum. Gen.41,11.

PRAESCINDO.

Rasitque dimidiam partem barbæ eorum, & præscidit vestes eorum medias vsque ad nates. 2.Reg.10,4.

Cute capitis abstracta, summas quoque manus & pedes ei præscindi. 2.Mach.7,4.

PRAESCIO.

Viam tuam ego præsciui, & furorem tuum contra me. 4.Reg.19,27.

Præsciebat enim & futura illorum. Sap.19,1.

Cogitatus præscientiæ auertit sensum. Eccli.31,2.

Hunc definito consilio, & præscientia Dei traditum. Act.2,23.

Quos præsciuit, & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Rom.8,29.

Non repulit Deus plebem suam, quam præsciuit. † 11,2.

Secundùm præscientiam Dei patris. 1.Pet.1,2. 2.Pet.3,17.

PRAESCRIBO.

Præscriptio. Per trecentos annos. Quare tanto tempore nihil super hac repetitione tentastis? Iudic.11,26.

Ante quorum oculos Iesus Christus præscriptus est, in vobis crucifixus? Gal.3,1.

Qui olim præscripti sunt in hoc iudicium. Iudæ v.4.

PRAESENS, PRAESENTIA.

Præsentia Dei. Emundabitur vestra possessio, me commorante vobiscum. Ego enim sum Dominus, qui habito inter filios Israel. Num.35,34. Deut.2,7. † 23,14.

Nec vobis solis ego hoc fœdus ferio, & hæc iuramenta confirmo, sed cunctis præsentibus & absentibus. Deut.29,15.

Præsentia famam superat. Maior est sapientia, & opera tua, quàm rumor quem audiui. 3.Regum 10,7.

Præsentia Dei. Viuit Dominus Deus Israel, in cuius conspectu sto, si erit annis his ros & pluuia, nisi iuxta oris mei verba. † 17,1. † 18,15.

Nónne cor meum in præsenti erat quando reuersus est homo de curru suo in occursum tui? 4.Reg.5,26.

Quia non eratis præsentes, percussit nos Dominus: sic & nunc fiat, illicitum quid nobis agentibus. 1.Par.15,13.

Etiam reginam vult opprimere, me præsente, in domo mea? Esther 7,8.

Præsentia Dei. Prouidebam Dominum in conspectu meo semper: quoniam à dextris est mihi ne commouear. Psal.15,8. † 18,15.

Cùm præsens est, imitantur illum: & desiderant eam cùm se eduxerit. Sap.4,2.

Euidentem imaginem regis, quem honorare volebant fecerunt: vt illum, qui aberat, tamquam præsentem colerent sua sollicitudine. † 14,17.

Nam, etsi in præsenti tempore suppliciis hominum eripiar, sed manum Omnipotentis, nec viuus, nec defunctus effugiam. 2.Mach.6,26. † 7,9.

Præsentia Dei magnificè delectati. † 15,27.

Bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, & præsentes esse ad Dominum. 2.Cor.5,8.

Epistolæ, inquiunt, graues sunt & fortes: præsentia autem corporis infirma. † 10,10.

Bonum autem æmulamini in bono semper: & non tantùm cùm præsens sum apud vos. Gal.4,18. Philip.2,12. 2.Pet.1,16.

PRAESEPE.

Habebat Salomon quadraginta millia præsepia equorum currilium, & duodecim millia equestrium. 3.Reg.4,26.

Aut mugiet bos, cùm ante præsepe plenum steterit? Iob 6,5.

Vbi non sunt boues, præsepe vacuum est. Prou.14,4.

Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui: Israel autem me non cognouit. Isa.1,3. Hab.3,17.

Pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in præsepio: quia non erat eis locus in diuersorio. Luc.2,7,16. † 13,15.

PRAESES.

Tu autem Esdra, &c. Constitue iudices & præsides, vt iudicent omni populo qui est trans Flumen. 1.Esd.7,25.

In medio magnatorum ministrabit [sapiens] & in conspectu præsidis apparebit. Eccli.39,4.

Ad præsides & ad reges ducemini propter me. Matth.10,18.

Iesus autem stetit ante præsidem. † 27,11.

Si hoc auditum fuerit à præside, nos suadebimus ei. † 28,14. Luc 2,2. † 20,20. Act.24,10.

PRAESIDEO.

Amarias autem sacerdos & Pontifex vester, in his quæ ad Deum pertinent, præsidebit. 2.Par.19,11. Esth.3,3. † 8,. Eccli.41,21.

PRAESIDIVM.

Recessit ab eis omne præsidium: Dominus nobiscum est. Num.14,9. † 35,11.

Nullo penitùs ferente præsidium, eò quòd procul habitarent à Sidone. Iudic.18,28.

Noli manere in præsidio, proficiscere, & vade in

in Terram Iuda. 1.Reg.22,1. † 2.Reg.5,17.

Venit quoque Syria Damasci, vt præsidium ferret Adarezer regi Soba. 2.Reg.8,5.

Posuit Dauid præsidium in Syria Damasci, factaque est Syria Dauid seruiens sub tributo. 6.

Melius est igitur, vt sis nobis in vrbe præsidio. † 18,3.

Nisus est percutere Dauid, præsidioque ei fuit Abisai. † 21,17. † 23,14.

Constituit in Edom præsidium, vt seruiret Idumæa Dauid. 1.Par.18,13.

Præsidium eius, & agmina eius dispergam in omnem ventum, & gladium euaginabo post eos. Ezech.12,14.

PRAESTABILIS.

Patiens & multæ misericordiæ, & præstabilis super malitia. Ioel.2,13.

PRAESTATIO.

Remittemus vobis præstationes multas, & dabimus vobis donationes. 1.Mach.10,28.

PRAESTO.

Hoc solùm mihi præsta quod deprecor, &c. & plangam virginitatem meam cum sodalibus meis. Iudic.11,37.

Et quæ domus mea, vt præstares mihi talia? 1.Par.17,16.

Solus præstans, solus iustus, & omnipotens, & æternus. 2.Mach.1,25.

Dignus est vt hoc illi præstes. Luc.7,4.

Qui præstat nobis omnia abundè ad fruendum. 1.Tim.6,17.

PRAESTO, *aduerb.*

Quo respondente: Prǽstò sum. Gen.37,14.

Præstoque sint, & ministrent tibi. Num.18,2. 1.Reg.3,16. † 12,13. Heb.10,11.

Cui enim non præstò sunt hæc, cæcus est. 2.Pet.1,9.

PRAESTOLOR.

Et sicut mercenarius præstolatur finem operis sui. Iob 7,2. † 17,15.

Præstolatio impiorum furor. Prou.11,23.

Gemma gratissima, expectatio præstolantis. † 17,8. † 23,18.

Expectabo Dominum, qui abscondit faciem suam à domo Iacob, & prǽstolabor eum. Isa.8,17.

Bonum est præstolari cum silentio salutare Dei. Thren.3,26. Mich.5,7.

PRAESVM.

Luminare maius, vt præesset diei. Gen.1,16.

Præsit piscibus maris, & volatilibus cæli, & bestiis. 26.

Iuueni qui messoribus præerat. Ruth 2,5.

Vnam domum, quæ ceteris prǽerat, Eleazar: & alteram domum, quę sub se habebat ceteros, Ithamar. 1.Par.24,6.

Iudicium durissimum his qui præsunt, fiet. Sap.6,6. Rom.12,8.

Rogamus autem vos, fratres, vt noueritis eos qui laborant inter vos, & præsunt vobis in Domino, & monent vos: vt habeatis illos abundantiùs in charitate propter opus illorum: pacem habete cum eis. 1.Thess.5,13.

Si quis autem domui suæ præesse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei diligentiam habebit? 1.Timoth.3,5. Titi 3,8,14.

PRAESVMO.

Ostende quoniam non derelinquis prǽsumentes de te: & præsumentes de se, & de sua virtute gloriantes humilias. Iudith 6,15. Eccles.7,9.

Mihi autem dedit Deus dicere ex sententia, & præsumere digna horum quæ mihi dantur. Sap.7,15.

Semper enim præsumit sæua perturbata conscientia. † 17,10.

Vidit præsumptionem cordis eorum quoniam mala est, & cognouit subuersionem illorum, quoniam nequam est. Eccli.18,10. † 32,13.

O præsumptio nequissima, vnde creata es cooperire aridam malitia, & dolositate illius? † 37,3. 1.Cor.11,21.

PRAETENDO.

Prætende misericordiam tuam scientibus te. Psal.35,11.

PRAETEREO.

Si dederit mihi Balac plenam domum suam argenti & auri, non potero præterire sermonem Domini. Num.24,13. Ios.11,15.

Fratres mei præterierunt me. Iob 6,15.

Constituisti terminos eius, qui præteriri non poterunt. † 14,5.

Quoniam mille anni ante oculos tuos tamquam dies hesterna, quæ præteriit. Psal.89,4. † 143,4. † 148,6.

Generatio præterit, & generatio aduenit: terra autem in æternum stat. Eccles.1,4.

Et multa hominis afflictio: quia ignorat præterita, & futura nullo scire potest nuntio. † 8,7.

Tenebrosi temporis, & dierum multorum: qui cùm venerint, vanitatis arguentur præteritæ. † 11,8.

Scit [sapientia] præterita, & de futuris æstimat. Sap.8,8. Eccli.42,19.

Iota vnum, aut vnus apex non præteribit à lege. Matth.5,18. † 24,35.

Præteriens secus Mare Galilææ, vidit Simonem. Mar.1,16. † 6,35,48.

Præteriens Iesus vidit hominem cæcum à natiuitate. Ioan.9,1.

Qui in præteritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi vias suas. Act.14,15. 1.Corinth.7,31.

Sufficit enim præteritum tempus ad voluntatem Gentium consummandam. 1.Pet.4,3.

PRAETERGREDIOR.

Doctrina viri per patientiam noscitur: & gloria eius est iniqua prætergredi. Prou.19,2.

PRAE-

PRAETORIVM.

Transtra tua fecerunt tibi ex ebore Indico,& prætoriola de insulis Italiæ. Ezech.27,6.

Et ipsi non introierunt in prætorium, vt non contaminarentur, sed vt manducarent Pascha. Ioan.18,28.

Iussitque in prætorio Herodis custodiri eum. Act.23,35. Philip.1,13.

PRAEVALEO.

Si contra Deum fortis fuisti, quantò magis contra homines præualebis? Gen.32,28.

Si autem ego præualuero, & percussero eum, vos serui eritis & seruietis nobis. 1.Reg.17,9.

Præualuitque Dauid aduersus Philisthæum in funda & lapide. 50.

Si autem filij Ammon præualuerint aduersum te, auxiliabor tibi. 2.Reg.10,11.

Præualuisse scilicet hostes, tulit secum septingentos viros. 4.Reg.3,26.

Insidiati sunt mihi, & præualuerunt, & non fuit qui ferret auxilium. Iob 30,13.

Si quispiam præualuerit contra vnum, duo resistunt ei. Ecclesf.4,12.

Qui præualet manu, mandata seruat. Eccli. 29,2. Isa.29,20.

Præualuerunt sermones Ionadab filij Rechab, quos præcepit filiis suis vt non biberent vinum: & non biberunt, &c. & non obedistis mihi. Ierem.35,14.

Cornu illud faciebat bellum aduersus sanctos, & præualebat eis, donec venit antiquus dierum, & iudicium dedit sanctis Excelsi. Dan.7,21.

Confortabitur rex Austri: & de principibus eius præualebit super eum. † 11,5,12.

Impius præualet aduersus iustum, propterea egreditur iudicium peruersum. Hab.1,4.

Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Matth.16,18.

Præualuit in vanitate sua. Psal.51,9. † 64,4.

PRAEVARICOR.

Si steterit testis mendax contra hominem, accusans eum præuaricationis, stabunt ambo, quorum causa est, ante Dominum in conspectu sacerdotum. Deut.19,16.

Appositus [Aaron] populis suis, quia præuaricati estis contra me. † 32,51.

Et sitis præuaricationis rei, & omnia castra Israel sub peccato sint. Iosf.6,18.

Si præuaricationis animo hoc altare construximus. † 22,22. 1.Reg.14,33.

Præuaricatus sum sermonem Domini, & verba tua, timens populum, & obediens voci eorum. 1.Reg.15,24.

Præuaricatores autem quasi spinæ euellentur vniuersi. 2.Reg.23,6.

Præuaricatus est autem Moab in Israel postquam mortuus est Achab. 4.Reg.1,1.

Numquid & nos inobedientes faciemus omne malum grande hoc, vt præuaricemur in Deo nostro, & ducamus vxores peregrinas? 2.Esd.13,27.

Facientes præuaricationes odiui. Psal.100,3.

Præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ. † 118,119.

Vidi præuaricantes & tabescebam. 158. Prouerb.13,2.

Noli præuaricari in amicum pecuniam differentem. Eccli.7,20.

Præuaricatores in consummatione tabescent. Eccli.40,14.

Præuaricantes præuaricati sunt, & præuaricatione transgressorum præuaricati sunt. Isa.24,16.

Redite præuaricatores ad cor. † 46,8.

Præuaricans præuaricaberis, & transgressorem ex vtero vocaui te. † 48,8.

Præuaricatione enim præuaricata est in me domus Israel, & domus Iuda. Ierem.5,11.

In Dominum præuaricati sunt, quia filios alienos genuerunt. Osee 5,7.

Lex enim iram operatur. Vbi enim non est lex, nec præuaricatio. Roman.4,15. † 5,14. Gal.2,18.

PRAEVENIO.

Præuenerunt me dies afflictionis. Iob 30,27.

Præueni eum, & supplanta eum. Psal.10,13.

Præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis. † 20,4.

Præuenerunt principes coniuncti psallentibus. † 67,26.

Præueni in maturitate, & clamaui. † 114,147.

Præuenerunt oculi mei ad te diluculò. 148.

Oportet præuenire solem ad benedictionem tuam, & ad ortum lucis te adorare. Sap.16,23.

PRAEVIDEO.

Et omnes vias meas præuidisti. Psal.138,4.

Melior est puer pauper & sapiens, rege sene & stulto, qui nescit prȩuidere in posterũ. Eccle.4,13.

PRANDEO.

Veni mecum domũ vt prandeas. 3.Reg.13,7.

Et factum esset prandium bonum in domo Tobiæ. Tobiæ 2,1.

Et derelinquebas prandium tuum. † 12,12. Esther 5,12.

Fer prandium quod habes, in Babylonem Danieli, qui est in lacu leonum. Dan.14,33.

Prandium meum paraui, tauri mei & altilia occisa sunt. Matth.22,4.

Rogauit illum quidam Pharisæus vt pranderet apud se. Et ingressus recubuit. Luc.11,37.

Cùm facis prandium aut cœnam, noli vocare amicos tuos. † 14,12. Ioan.21,12.

PRATVM.

Aperta sunt prata, & apparuerunt herbæ virentes. Prouerb.27,25.

Nullum pratum sit, quod non pertranseat luxuria nostra. Sap.2,8.

Rigabo hortum meum plantationum, & inebriabo

briabo prati mei fructum. Eccli.24,42.

PRAVVS.

Apprehendit sapientes in astutia eorum, & cõsilium prauorum dissipat. Iob 5,13.

Si innocentem ostendero, prauum me comprobabit. † 9,20.

Vt consoletur te Deus? sed verba tua praua hoc prohibent. † 15,11.

Non adhæsit mihi cor prauum. Psal.100,4.

Remoue à te os prauum. Prou.4,24. † 8,8. Eccli.5,28.

Cor prauum dabit tristitiam, & homo peritus resistet illi. Eccli.36,22.

Quomodo ergo conuersa est mihi in prauum, vinea aliena? Ierem.2,21.

Non ambulabunt post prauitatem cordis sui pessimi. † 3,17.

Prauum est cor omnium, & inscrutabile, quis cognoscet illud? † 17,9. Philip.2,15. Iac.3,16.

PRECOR, PRECES.

Et vt precarentur pro filiis Israel. 1.Par.6,49.

Non ferro pugnando, sed precibus sanctis orando deiecit. Iudith 4,13.

Communi lamentatione & fletu vnanimes preces suas Domino effuderunt. † 6,24.

Euacuasti timorem, & tulisti preces coram Deo. Iob 15,4.

Hæc passus sum absque iniquitate manus meæ, cùm haberẽ mundas ad Deũ preces. † 16,18.

Oratio pauperis, cùm anxius fuerit, & in conspectu Domini effuderit precem suam. Titulus Psalmi 101.

Precare ante faciem Domini, & minue offendicula. Eccli.17,22.

Non despiciet preces pupilli, nec viduam, si effundat loquelam gemitus. † 35,17.

Deus Israel, ad quem misistis me, vt prosternerem preces vestras in conspectu eius. Ier.42,9. Dan.9,20.

Effundam super domum Dauid, & super habitatores Ierusalem spiritum gratiæ, & precum. Zach.12,10.

Qui in diebus carnis suæ, preces supplicationesque ad eum, qui possit illum saluum facere à morte, cum clamore valido & lacrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia. Heb.5,7. 1.Petri 3,12.

PREMO.

Nec magnitudinis suæ mole me premat. Iob 23,6.

Qui autem fortiter premit vbera ad eliciendum lac, exprimit butyrum: & qui vehementer emungit, elicit sanguinem. Prou.30,33.

Verba improperij non dicas illi: & non premas illum in repetendo. Eccli.31,42.

PRESSVRA.

Liberasti me, &c. à pressura flammæ quæ circumdedit me. Eccli.51,6

Erit enim pressura magna. Luc.21,25. Ioan.16,21.

In mundo pressuram habebitis: sed confidite, ego vici mundum. Ioan.16,33.

Qui consolatur nos in omni tribulatione nostra: vt possimus & ipsi consolari eos, qui in omni pressura sunt, per exhortationem. 2.Cor.1,4. Philip.1,17.

Qui autem fortiter premunt vbera ad eliciendum lac, exprimit butyrum. Prouerb.30,33. Sap.15,7. Eccli.31,42.

PRESBYTER.

Quoniam vos estis presbyteri in populo Dei, & ex vobis pendet anima illorum. Iudith 8,21.

Presbytero humilia animam tuam. Eccli.4,7.

In multitudine presbyterorum prudentium sta, & sapientiæ illorum ex corde coniungere. † 6,35.

Quàm speciosum canitiei iudicium, & presbyteris cognoscere consilium. † 25,6.

Venerunt & duo presbyteri pleni iniqua cogitatione aduersus Susannam, vt interficerent eam. Dan.13,28.

Cùm constituissent illis per singulas Ecclesias presbyteros. Act.14,22.

Qui benè præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur: maximè qui laborant in verbo & doctrina. 1.Timoth 5,17.

Constituas per ciuitates presbyteros, sicut & ego disposui tibi. Titi 1,5.

Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum. Iac.5,14.

PRESBYTERIVM.

Noli negligere gratiam, quæ est in te, quæ data est tibi per prophetiam, cum impositione manuum presbyterij. Hæc meditare. 1.Tim.4,14.

PRENDO.

Afferte de piscibus, quos prendidistis nunc. Ioan.21,10.

PRETIVM, PRETIOSVM.

Cùm defecisset emptoribus pretium, venit cuncta Aegyptus ad Ioseph. Gen.47,15.

Omne autem primogenitum hominis de filiis tuis, pretio redimes. Exod.13,13.

Dabunt singuli pretium pro animabus suis Domino, & non erit plaga in eis, cùm fuerint recensiti. † 30,12.

Quia pretium est pro ministerio, quo seruitis mihi in tabernaculo testimonij. Num.18,31.

Non accipietis pretium ab eo qui reus est sanguinis, statim & ipse morietur. † 35,31.

Paruulos, & iumenta, & omne quod erat pretiosum. Iudic.18,21.

Sermo Domini erat pretiosus. 1.Reg.3,1.

Pretiosa fuerit anima mea in oculis tuis hodie. † 26,21.

Pecuniam, &c. quæ offertur pro pretio animæ. 4.Reg 12,4.

Vt deferrēt singuli pretiū Domino. 2. Par. 24, 9.

Quidquid pretiosum fuerat, demoliti sunt. † 36, 19.

Acceperat enim pretium, vt territus facerem, & peccarem, & haberent malum, quod exprobrarent mihi. 2. Esd. 6, 13.

Omne pretiosum vidit oculus eius. Iob 28, 10.

Pretium redemptionis animæ suæ. Psal. 48, 9.

Pretium meum cogitauerunt repellere. † 61, 5.

Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius. † 115, 7.

Pretium scorti vix est vnius panis: mulier autem viri pretiosam animam capit. Prou. 6, 26.

Pretiosi spiritus vir eruditus. † 17, 27.

Mulierem fortem quis inueniet? procul & de vltimis finibus pretium eius. † 31, 10.

Pretiosior est sapientia & gloria, parua & ad tempus stultitia. Ecclef. 10, 1. Sap. 2, 7.

Est qui multa redimat modico pretio, & restituens ea in septuplum. Eccli. 20, 12.

Pretiosior erit vir auro, & homo mundo obrizo. Isa. 13, 12.

Si separaueris pretiosum à vili, quasi os meum eris. Ier. 15, 19.

Dederunt pretiosa quæque pro cibo ad refocillandam animam. Thren. 1, 11.

Proiice illud ad statuarium, decorum pretium, quo appretiatus sum ab eis. Zach. 11, 13.

Pretium sanguinis est. Matth. 27, 6.

Cùm haberet agrum vendidit eum, & attulit pretium, & posuit ante pedes Apostolorum. Act. 4, 37.

Combusserunt [libros] coram omnibus, & computatis pretiis illorum, inuenerunt pecuniam denariorum quinquaginta millium. † 19, 19.

PRIAPVS.

Insuper & Maachan matrem suam amouit [Asa] ne esset princeps in sacris Priapi, & in luco eius, quem consecrauerat: subuertitque specum eius, & confregit simulachrum turpissimum, & conbussit in Torrente Cedron. 3. Reg. 15, 13.

PRIMITIAE, PRIMITIVVS.

Separabis omne quod aperit vuluam, Domino, & quod primitiuum est in pecoribus tuis. Exodi 13, 12.

Solemnitatem messis primitiuorum operis tui. † 23, 16.

Primitias terræ tuæ deferes in domum Domini. 19.

Tollant mihi primitias, ab omni homine qui offert vltraneus, accipietis eas. † 25, 2.

Quia primitiua sunt, & initia de victimis eorum. † 29, 28.

Solemnitatem hebdomadarum facies tibi in primitiis frugum messis tuæ triticeæ. † 34, 22.

Primitias tantùm eorum offeretis, ac munera. Leuit. 2, 12.

Primitiæ, quas offerunt filij Israel, ad sacerdotem pertinent. Numer. 5, 9.

Dedi tibi custodiam primitiarum mearum. † 18, 8.

Primitias autem, quas vouerunt, & obtulerunt filij Israel, tibi dedi. 11.

Primitias earum offerte Domino, id est, decimam partem decimæ. 26.

Dies etiam primitiuorum, quando offeretis nouas fruges Domino, expletis hebdomadibus venerabilis & sancta erit. † 28, 26.

Non poteris comedere in oppidis tuis decimam frumenti, & vini, & olei tui, &c. sed coram Domino Deo tuo comedes ea. Deut. 12, 17.

Tolles de cunctis frugibus tuis primitias, & pones in cartallo. † 26, 2.

Vt comederetis primitias omnis sacrificij Israel? 1. Reg. 2, 29.

Primitias eorum quæ cæsa sunt, vt immolet Domino. † 15, 21.

Deferens viro Dei panes primitiarum, viginti panes hordeaceos, & frumentum nouum in pera sua. 4. Reg. 4, 42.

Plurimas obtulere primitias filij Israel, frumenti, vini & olei. 2. Par 31, 5.

Primitias ciborum nostrorum, & libaminum nostrorum, & poma omnis ligni. 2. Esd. 10, 37.

Primitias omnis laboris eorum. Psal. 77, 51.

Sanctus Israel Domino, primitię frugum eius. Ier. 2, 3.

Ibi quæram primitias vestras, & initium decimarum vestrarum, in omnibus sanctificationibus vestris. Ezech. 20, 40.

Primitiua ciborum vestrorum dabitis sacerdoti. † 44, 30.

Cumque cœperitis diuidere terram sortitò, separate primitias Domino, sanctificatum de terra, longitudine vigintiquinque millia. † 45, 1.

Hæ sunt primitiæ quas tolletis. 13.

Lignum pomiferum, non defluet folium ex eo, & non deficiet fructus eius: per singulos menses afferet primitiua, quia aquæ eius de sanctuario egredientur, & erunt fructus eius in cibum, & folia eius ad medicinam. † 47, 12.

Erunt primitiæ, quas separabitis, vigintiquinque millibus latitudinis, & longitudinis. † 48, 8.

Neque mutabunt, neque transferentur primitiæ terræ, quia sanctificatæ sunt Domino. 14.

Sed & nos ipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus. Rom. 8, 23.

Salutate Epænetum dilectum mihi, qui est primitiuus Asiæ in Christo. † 16, 5.

In Christo omnes viuificabuntur; vnusquisque autem in suo ordine, primitiæ Christus: deinde ij qui sunt Christi, qui in aduentu eius crediderunt. 1. Cor. 15, 23.

Sunt primitiæ Achaiæ, & in ministerium sanctorum ordinauerunt seipsos. † 16, 15.

Quòd elegerit vos Deus primitias in salutem,

in sanctificatione spiritus, & in fide veritatis. 2.Thess.2,12.

Fide celebrauit [Moyses] Pascha,& sanguinis effusionem; ne qui vastabat primitiua tangeret eos. Heb.11,28.

Aut profanus; , vt Esau , qui propter vnam escam vendidit primitiua sua. † 12,16.

Hi empti sunt ex hominibus primitiæ Deo & Agno. Apoc.14,4.

PRIMVS, PRIOR, PRIMATVS.

Primo mense , prima die mensis imminutæ sunt aquæ super terram. Gen.8,13.

Ruben primogenitus meus,*&c.*prior in donis, maior in imperio. † 49,3.

In castris Iudæ,*&c.*per turmas suas primi egredientur. Num.2,9.

Quarum dies prima venerabilis & sancta erit. † 28,18. Ios.8,10.

Qui primus ex nobis contra filios Amon cœperit dimicare , erit dux populi Galaad. Iudic.10,18.

Doeg , *&c.* primus inter seruos Saul. 1.Regum 22,9.

Egressi sunt autem pueri principum prouinciarum in prima fronte. 3.Reg.20,17.

Porrò filij Dauid , primi ad manum regis. 1.Par.18,17.

Primus de regiis principibus ac tyrannis teneat equum eius. Esth 6,9.

In tantum,vt si priora tua fuerint parua,& nouissima tua multiplicentur nimis. Iob 8,7.

Numquid primus homo tu natus es? † 15,7.

In die eius stupebunt nouissimi, & primos inuadet horror. † 18,20.

Si voluissem ire ad eos , sedebam primus. † 29,25.

Prima sabbati , Psalmus Dauid. Titulus Psalmi 23.

Prior omnium creata est sapientia, & intellectus prudentiæ ab æuo. Eccli.1.4.

Et in omni populo,& in omni gente prima[tum] habui. † 24,10.

Mulier si primatum habeat, contraria est viro suo. † 95,30.

Primo tempore alleuiata est terra Zabulon. Isa.9,1.

Quæ prima fuerunt, ecce venerunt: noua quoque ego annuntio: antequam oriantur, audita vobis faciam. † 42,9.

Ego primus,& ego nouissimus, & absque me non est Deus. † 44,6.

Primus comedit eum rex Assur: iste nouissimus exossauit eum. Ier.50,17.

Suscitabimus super eum septem pastores, & octo primates homines. Mich.5,5.

Educet lapidem primarium,& exæquabit gratiam gratiæ eius. Zach.4,7. 2.Mach.6,18.

Si quis vult primus esse, erit omnium nouissimus. Mar.9,34.

Prior me erat. Ioan.1,30.

Qui prior descendisset in piscinam post motionem aquæ, sanus fiebat. † 5,4.

Primus homo de terra,terrenus: secundus homo de cælo,cælestis. 1.Cor.15,47.

Primogenitus ex mortuis: vt sit in omnibus ipse primatum tenens. Col.1,18.

Sed is qui amat primatum gerere in eis, Diotrephes,non recipit nos. 3.Ioan.v.9.

Ego sum primus & nouissimus. Apoc.1,17.

PRIMOGENITVS.

En morior,quid mihi proderunt primogenita? Ait Iacob: Iura ergo mihi. Iurauit ei Esau,& vendidit primogenita,*&c.*abiit; paruipendens quòd primogenita vendidisset. Gen.25,34.

Sederunt coram eo , primogenitus iuxta primogenita sua , & minimus iuxta ætatem suam. † 43,33.

Hic est primogenitus , pone dexteram tuam super caput eius. † 48,18.

Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, & principium doloris mei. † 49,3.

Filius meus primogenitus Israel. Dixi tibi: Dimitte filium meum vt seruiat mihi. Exod.4,23.

Morietur omne primogenitum in Terra Aegyptiorum, à primogenito Pharaonis qui sedet in solio eius, vsque ad primogenitum ancillæ,quæ est ad molam , & omnia primogenita iumentorum. † 11,5.

Sanctifica mihi omne primogenitum quod aperit vuluam in filiis Israel, tam de hominibus, quàm de iumentis. † 13,2.

Primogenitum asini mutabis oue. 13.

Primogenitum filiorum tuorum redimes. † 34,20.

Primogenita quæ ad Dominum pertinent, nemo sanctificare poterit & vouere. Leuit. 27,26.

Meum est enim omne primogenitum: ex quo percussi primogenitos in Terra Aegypti. Numer.3,13.

Tollesque Leuitas mihi pro omni primogenito filiorum Israel, ego sum Dominus. 41.

Mea sunt enim omnia primogenita filiorum Israel. † 8,17.

Quasi primogeniti tauri pulchritudo eius. Deut.33,17.

In primogenito suo fundamenta illius [Iericho] iaciat: & in nouissimo liberorum ponat portas eius. Ios.6,26.

Arripiensque filium suum primogenitum. 4.Reg.3,27.

Primogenita eius data sunt Ioseph. 1.Par 5,1.

(Non enim habuerat primogenitum) & idcircò posuerat eum pater eius in principem.† 26,10. 2.Par.21,3.

Et

Et vt afferremus primogenita terræ nostræ. 2.Esd.10,35.

Consumat brachia illius primogenita mors. Iob 18,13.

Et percussit omne primogenitum in terra Aegypti. Psal.77,51.

Primogenitum ponam illum, excelsum præ regibus terræ. † 88,28.

Qui percussit primogenita. † 134,8.

Propter veneficia, tunc verò primùm cùm fuit exterminium primogenitorum, spoponderunt populum Dei esse. Sap.18,13.

Ego ex ore Altissimi prodiui, primogenita ante omnem creaturam. Eccli.24,5.

Et Israel, quem coæquasti primogenito tuo. † 36,14.

Factus sum Israeli pater, & Ephraim primogenitus meus est. Ier.31,9.

Numquid dabo primogenitum meum pro scelere meo, fructum ventris mei pro peccato animæ meæ? Mich.6,7.

Plangent eum planctu, quasi super vnigenitum, & dolebunt super eum, vt doleri solet in morte primogeniti. Zach.12,10.

Non cognoscebat eam donec peperit filium suum primogenitum. Matth 1,25.

Peperit filium suum primogenitum. Lucæ 2,7.

Vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Rom.8,29.

Qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ. Col.1,15.

Qui est principium, primogenitus ex mortuis. 18.

Et cùm iterùm introducit primogenitum in orbem terrarum dicit: Et adorent eum omnes Angeli Dei. Heb.1,6.

A Iesu Christo, qui est testis fidelis, primogenitus mortuorum, & princeps regum terræ. Apoc.1,5.

PRINCEPS.

Princeps Dei es apud nos: in electis sepulchris nostris sepeli mortuum tuum. Gen.23,6.

Hi sunt principes familiarum Leuiticarum. Exod.6,25.

Principi populi tui non maledices. Exo.22,28.

Si peccauerit princeps, & fecerit vnum è pluribus per ignorantiam. Leuit.4,22.

Sed nec in principe populi sui contaminabitur. † 21,4. Num.27,18.

Vidit principatum suum, quòd in parte sua doctor esset repositus: qui fuit cum principibus populi, & fecit iustitias Domini. Deut.33,21.

Sum princeps exercitus Domini, & nunc venio. Cecidit Iosue pronus in terram. Iosu.5,14.

Asor enim antiquitus inter omnia regna hæc principatum tenebat. † 11,10.

Iair, &c. habens triginta filios sedentes super triginta pullos asinarum, & principes triginta ciuitatum. Iudic.10,4.

Veni, & esto princeps noster, & pugna contra filios Ammon. † 11,6.

Domus autem erat plena virorum ac mulierum, & erant ibi omnes principes Philisthinorum. † 16,27.

Princeps certaminis contra filios Beniamin? Quibus respondit Dominus: Iudas sit dux vester. † 20,18.

Vnxit te Dominus super hereditatem suam in principem, & liberabis populum. 1.Reg 10,1.

Nomen principis militiæ eius Abner, filius Ner, patruelis Saul. † 14,50.

Et conuenerunt ad eum [Dauidem] omnes qui erant in angustia constituti, & oppressi ære alieno, & amaro animo, & factus est eorum princeps, fueruntque cum eo quasi quadringenti viri. † 22,2.

Num ignoratis quoniam princeps, & maximus cecidit hodie in Israel? 2.Reg.3,38.

Sobach principem militiæ percussit, qui statim mortuus est. † 10,18. † 3 Reg.2,35.

Et hi principes quos habebat [Salomon] Azarias filius Sadoc sacerdotis. 3.Reg.4,2.

Factus est princeps latronum cùm interficeret eos Dauid. † 11,24.

Verbum mihi ad te ô princeps. 4.Reg.9,5.

Nahasson, principem filiorum Iuda. 1.Paral.2,10.

Omnis qui percusserit Iebusæum in primis, erit princeps & dux. † 11,6.

Omnes enim erant viri fortissimi, & facti sunt principes in exercitu. † 12,21.

Fecit Dauid principem ad confitendum Domino, Asaph & fratres eius. † 16,7.

Erant enim principes sanctuarij, & principes Dei. † 24,5.

Princeps autem exercitus regis erat Ioab. † 27,34.

Interfecit [Zachariam] filium eius, &c. Cumque euolutus esset annus, ascendit contra eum exercitus Syriæ: venitque in Iudam & Ierusalem, & interfecit cunctos principes populi. 2. Par. 24,23.

Principes familiarum, & genealogia eorum, qui ascenderunt mecum. 1.Esd.8,1.

Separaui de principibus sacerdotum duodecim. 24.

Princeps vici Ierusalem. 2.Esd.3,9. † 11,11. † 12,7,26.

Holofernem principem militiæ suæ. Iudith 2,4.

Extollebant Iudæos timore Mardochæi, quem principem esse palatij, & plurimùm posse cognouerant. Esth.9,4.

Dicitis enim: Vbi est domus principis, & vbi tabernacula impiorum? Iob 21,28.

Senes assurgentes stabant. Principes cessabant loqui. † 29,9.

Constitues eos principes super omnem terram. Psal.44,17.

Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham. † 46,10.

Principes Iuda duces eorum. † 67,28.

Principes persecuti sunt me gratis, & à verbis tuis formidauit cor meum. † 118,161.

Nimis confortatus est principatus eorum. † 138,7.

Principes & omnes iudices terræ. † 148,11.

Non decet stultum verba composita, nec principem labium mentiens. Prou.17,7.

Leo rugiens & vrsus esuriens: princeps impius super populum pauperem. † 28,15.

In manu artificum opera laudabuntur: & princeps populi in sapientia sermonis sui, in sensu verò seniorum verbum. Eccli.9,24. † 10,1.

Relicta est gens perpauca, & princeps in domo Dauid. † 48,17.

Principes tui infideles, socij furum. Isa.1,23.

Vestimentum tibi est, princeps esto noster. † 3,6.

Factus est principatus super humerum eius. † 9,6.

Numquid non principes mei simul reges sunt? † 10,8.

Princeps verò ea quæ digna sunt principe cogitabit, & ipse super duces stabit. † 32,8.

Contaminaui principes sanctos. † 43,28.

Principes declinantes, ambulantes fraudulenter. Ierem.6,28.

Facti sunt principes eius velut arietes non inuenientes pascua. Thren.1,6.

Principes manu suspensi sunt, facies senum non erubuerunt. † 5,12.

Vbi sunt principes gentium & qui dominantur super bestias? Baruch 3,16.

Principes eius in medio illius quasi lupi rapientes prædam. Ezech.22,27.

Principes principum, & nominatos ascensores equorum. † 23,23.

Naues maris, principes tui in negotiatione tua. † 27,25.

Princeps ipse sedebit in ea, vt comedat panem coram Domino. † 44,3.

Omnis populus terræ tenebitur primitiis his principi in Israel. † 45,16.

Constituit eum [Danielem] principem super omnes prouincias Babylonis. Dan.2,48.

Non est in tempore hoc princeps, & dux, & propheta. † 3,38.

Principem magorum, incantatorum, Chaldæorum & aruspicum constituit eum. † 5,11.

Super eos, principes tres, ex quibus Daniel vnus erat, vt satrapæ illis redderent rationem, & rex non sustineret molestiam. † 6,2.

Princeps autem regni Persarum restitit mihi viginti & vno diebus. † 10,13.

Dies multos sedebunt filij Israel sine rege & sine principe. Osee 3,4.

Princeps postulat, & iudex in reddendo est. Mich.7,3.

Principes eius in medio eius quasi leones rugientes. Sophon.3,3.

Princeps & clarissimus & magnus es in hac ciuitate, & ornatus filiis & fratribus, ergo accede prior, & fac iussum regis. 1.Mach.2,17.

Et suscepit Ionathas tempore illo principatum &, surrexit loco Iudæ. † 9,31.

Non habent principem, & adiuuantem: nunc ergo expugnemus illos. † 12,55.

Nunc iudicium est mundi: nunc princeps huius mundi eiicietur foras. Ioan.12,31.

Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quidquam. † 14,30.

De iudicio autem: quia princeps huius mundi iam iudicatus est. † 16,11.

Nesciebam, fratres, quia princeps est sacerdotum. Act.23,5.

Principes non sunt timori boni operis, sed mali. Rom.13,3.

Supra omnem principatum, & potestatem, & virtutem, & dominationem. Ephes.1,21.

Angelos verò qui non seruauerunt suum principatum. Iudæ v.6.

A Iesu Christo, qui est testis fidelis, primogenitus mortuorum, & princeps regũ terræ. Apoc.1,5.

PRINCIPALIS.

Dona largitus est, iuxta magnificentiam principalem. Esther 2,18.

Spiritu principali confirma me. Psal.50,14.

Cum tribunis, & viris principalibus ciuitatis. Act.25,23.

PRINCIPIVM.

In principio creauit Deus cælum & terram. Gen.1,1. † 49,3.

Mensis iste vobis principium mensium. Exodi 12,2.

Principium Gentium Amalec, cuius extrema perdentur. Num.24,20.

Iste est enim principium liberorum eius, & huic debentur primogenita. Deut.21,17. 1.Paral.17,9. Iob 20,4.

Ipse [Behemoth] est principium viarum Dei, qui fecit eum, applicabit gladium eius. Iob 40,14.

Tecum principium in die virtutis tuæ. Psalmo 109,3.

Timor Domini principiũ sapientiæ. Prou.1,7.

Principium sapientiæ, posside sapientiam. † 4,7. † 8,22. † 9,10.

Melior est finis orationis quàm principium. Ecclesi.7,9. Sap.9,19.

Consurge, lauda in nocte, in principio vigiliarum. Thren.2,19.

Con-

Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur: innoua dies nostros sicut à principio. † 5,21.

Et Moab, & principium filiorum Ammon. Dan.11,41.

Numquid non tu à principio Domine Deus meus, sancte meus, & non moriemur? Hab.1,12.

Principiũ loquẽdi Domino in Osee. Osee 1,2.

Principium peccati est filiæ Sion. Mich.1,13.

In principio erat Verbum. Ioan.1,1.

Tu quis es? dixit eis Iesus: Principium, qui & loquor vobis. † 8,25.

Qui est principium, primogenitus ex mortuis. Col.1,19.

Ego sum α & ω, principium & finis. Apoc.1,8.

Hæc dicit: Amen, testis fidelis & verus, qui est principium creaturæ Dei. † 3,14.

PRISCA.

Salutate Priscam & Aquilam adiutores meos in Christo Iesu. Rom.16,3.

PRISCILLA.

Salutant vos in Domino multùm Aquila & Priscilla. 1.Cor.16,19.

PRISTINVS.

Interroga enim generationem pristinam, & diligenter inuestiga patrum memoriam. Iob 8,8. † 29,2. Eccli.21,1.

Rememoramini autem pristinos dies, in quibus illuminati, magnum certamen sustinuistis passionum. Heb.10,32.

PRIVILEGIVM.

Priuilegia Israelis. Quæ est enim alia gens sic inclyta, vt habeat cærimonias, iustaque iudicia & vniuersam legem, quam ego proponam hodie ante oculos vestros? custodi igitur temetipsum & animam tuam sollicitè. Deut.4,8. 2.Par.13,8.

Tu meo vtere priuilegio, quo me libenter carere profiteor. Ruth 4,6.

Priuilegia occidentis gigantem Goliath. Ditabit rex diuitiis magnis, & filiam suam dabit ei, & domum patris eius faciet absque tributo in Israel. 1.Reg.17,25.

Priuilegia Templi. Exaudias deprecationem serui tui & populi tui Israel; quodcumque orauerint in loco isto; & exaudies in loco habitaculi tui in cælo. 3.Reg.8,30.

Priuilegia hominis. Deus creauit de terra hominem, *&c.* & secundùm se vestiuit illum virtute. Numerum dierum, & tempus dedit illi, & dedit illi potestatem eorum quæ sunt super terram. Eccli.17,1,6.

PRIVO.

Priuauit enim eam Deus sapientia. Iob 39,17.

Non priuabit bonis eos, qui ambulant in innocentia. Psal.83,13.

Lingua tertia mulieres viratas eiecit, & priuauit eas laboribus suis. Eccli.28,19.

Quippe qui lege, & patria, sanctoque templo priuari vererentur. 2.Mach.13,11.

Conflictationes hominum mente corruptorum, & qui veritate priuati sunt. 1.Tim.6,5.

PRIVS.

Intelligite priùs, & sic loquamur. Iob 18,2.

Qui priùs respondet quàm audiat, stultum se esse demonstrat, & confusione dignum. Prouerb.18,13.

Nec mundaberis priùs, donec quiescere faciam indignationem meam in te. Ezech.24,13.

Si ergo videritis Filium hominis ascendentem vbi erat priùs? Ioan.6,63. † 7,51. 1.Cor.15,46. 2.Pet.2,5.

PRIVSQVAM.

Cùm adhuc iunior essem, priusquam oberrarem, quæsiui sapientiam palàm in oratione mea. Eccli 51,18.

Priusquam gallus vocem bis dederit, ter me es negaturus. Mar.14,30.

PROBATICA.

Est autem Ierosolymis Probatica piscina, *&c.* quinque porticus habens. Ioan.5,2.

PROBLEMA.

Proponam vobis problema: quod si solueritis mihi intra septem dies conuiuij, dabo vobis triginta sindones, & totidem tunicas. Iudic.14,12.

Propone problema, vt audiamus. Dixitque eis: De comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo. 14.

PROBO.

Vt enim probaret vos venit Deus. Exod.20,20. Deut.8,2.

Postquam afflixit ac probauit, ad extremum misertus est tui, ne diceres in corde tuo. Fortitudo mea & robur manus meæ, hæc mihi omnia præstiterunt. Sed recorderis Domini Dei tui, quòd ipse vires tibi præbuerit, vt impleret pactum suum. Deut.8,17.

Perfectio tua & doctrina tua viro sancto tuo, quem probasti in tentatione. † 33,8.

Sopher principem exercitus, qui probabat tyrones de populo terræ. 4.Reg.25,19.

Hoc autem pro certo habet omnis qui te colit, quòd vita eius, si in probatione fuerit, coronabitur: si autem in tribulatione fuerit, liberabitur: & si in correptione fuerit, ad misericordiam tuam venire licebit. Non enim delectaris in perditionibus nostris: quia post tempestatem tranquillum facis: & post lacrymationem & fletum, exultationem infundis. Sit nomen tuum Deus Israel benedictum in sæcula. Tob 3,21.

Ad eloquium vestrum corda eorum erigite, vt memores sint, quia tentati sunt patres nostri vt probarentur, si verè colerent Deum suum. Iudith 8,21.

Ita quod facere disposui, probate si ex Deo est. 31.

Visitas eum diluculo, & subitò probas illum. Iob 7,18.

Ipse verò scit viam meam,& probauit me quasi aurum, quod per ignem transit. † 23,10.

Pater mi probetur Iob vsque ad finem,nec desinas ab homine iniquitatis. † 34,36.

Probasti cor meum, & visitasti nocte: igne me examinasti. Psal.16,3.

Probasti nos Deus. † 65,10.

Vt excludant eos, qui probati sunt argento. † 67,31.

Probaui te apud aquã contradictionis.† 80,8.

Domine probasti me, & cognouisti me. † 138,1.

Proba me Deus,& scito cor meum. 23.

Quomodo probatur in conflatorio argentum, & in fornace aurum: sic probatur homo ore laudantis. Prou.27,21.

Dixi in corde meo de filiis hominũ,vt probaret eos Deus, & ostenderet similes esse bestiis. Eccles.3,18.

Digiti mei pleni myrrha probatissima. Cantic.5,5.

Tamquam aurum in fornace probauit illos. Sap.3,6.

Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Eccli.27,6. Isa.28,16.

Probatorem dedi te in populo meo robustum: & scies,& probabis viam eorum. Ier.6,27.

Ego conflabo,& probabo eos. † 9,7.

Tu autem Domine sabaoth, qui iudicas iustè, & probas corda & renes. † 11,20.

Et tu Domine exercituum probator iusti, qui vides renes & cor. † 20,02.

Eligentur,& dealbabuntur, & quasi ignis probabuntur multi,& impiè agent impij. Dan.12,10

Probabo eos sicut probatur aurum. Zach.13,9.

Probet autem seipsum homo,& sic de pane illo edat. 1.Cor.11,28.

Oramus ante Deum,vt nihil mali faciatis,non vt nos probati appareamus, sed vt vos quod bonum est faciatis: nos autem vt reprobi simus. 2.Cor.13,7.

Vt probetis potiora. Phil.1,10.

Omnia autem probate,quod bonum est,tenete. 1.Thess.5,20.

Probentur primùm: & sic ministrent, nullum crimen habentes. 1.Tim.3,10.

Sollicitè cura teipsum probabilem exhibere Deo. 2.Tim.2,15.

Hi omnes testimonio fidei probati non acceperunt repromissionem. Heb.11,39.

Nolite omni spiritui credere: sed probate spiritus si ex Deo sint. 1.Ioan.4,1.

PROCAX.

Gentem procacissimam,quę non deferat seni, nec misereatur paruuli. Deut.28,50. Prou.7,13.

Et est odibilis, qui procax est ad loquendum. Eccli.10,5.

In quo mundabo cor tuum,ait Dominus Deus, cùm facias omnia hæc opera mulieris meretricis, & procacis? Ezech.16,30.

PROCEDO.

Procedebat verò Philisthæus manè & vesperè, & stabat quadraginta diebus. 1.Reg.17,16.

Paululùm procedam famulus tuus ab Iordane tecum. 2.Reg.14,36. Iob 29,7. Psal.18,6. Prou.4,18.

In mercedem iusti festinat, & in hora veloci processus illius fructificat. Eccli.11,24.

Est processio in malis viro indisciplinato.† 20,9

PROBVS.

Salutate Apellem probũ in Christo. Ro.16,10.

PROCELLA.

Dixit,& stetit spiritus procellæ,& exaltati sunt fluctus eius. Psal.106,25.

Statuit procellam eius in auram. 29.

Vias illius quis intelligit, & procellam, quam nec oculus videbit hominis. Eccli.16,21.

PROCERES.

Surrexerunt contra Moysen, aliíque filiorum Israel ducenti quinquaginta viri proceres synagogæ. Num.16,2. 1.Par.29,6.

PROCERVS.

Populus quem aspeximus, proceræ staturæ est. Num.13,33. Deut.1,28.

Zomzommim, populus magnus,& multus, & proceræ longitudinis, sicut Enacim. Deut.2,21.

Magna arbor, & fortis: & proceritas eius contingens cælum: aspectus illius erat vsque ad terminos vniuersæ terræ. Dan.4,8.

PROCHORVS.

Elegerunt Stephanum, &c. Philippum, & Prochorum. Act.6,5.

PROCIDO.

Procidi ante Dominum sicut priùs, quadraginta diebus & noctibus panem non comedens, & aquam non bibens, propter omnia peccata vestra. Deut.9,18.

Procidit [Abigail] coram Dauid super faciem suam,& adorauit super terram,& cecidit ad pedes eius. 1.Reg.25,23.

Procidit ad pedes regis,fleuitque, & locuta ad eum orauit. Esth.8,3.

Coram illo procident Aethiopes. Psal.71,8.

Procidamus,& ploremus ante Dominum, qui fecit nos. † 94,6.

Ante truncum ligni procidam? Isa.44,19.

Si quis autẽ non procidens adorauerit, mittatur in fornacem ignis ardentis. Dan.3,11. Mat.2,11.

Procidit in faciem suam orans. Matth.26,39.

Procidit ante eum, & dixit ei omnem veritatem. Mar.5,33. Luc.5,12.

Procidit Paulo & Silæ ad pedes. Act.16,29.

Procidebant vigintiquatuor seniores ante sedentem in throno. Apoc.4,10.

PROCLAMO.

Duces quoque per singulas turmas audiente

te exercitu proclamabunt. Deut.20,5.

Animæquiores estote filij, & proclamate ad Dominum; erit enim memoria vestra ab eo qui duxit vos. Baruch 4,27.

PROCLIVIOR.

Qui ad indignandum facilis est, erit ad peccandum procliuior. Prou.29,22.

PROCONSVL.

Bariesu, qui erat cum Proconsule Sergio Paulo viro prudente. Act.13.7. † 18,12.

PROCREO.

Procreauit Achaz, patrem Ezechiæ. 1.Paral.3,13. 1.Tim.5,14.

PROCVL.

Mandatum hoc, quod ego præcipio tibi hodie, non supra te est, neque procul positum. Deut. 30,11.

Vt procul videret eum, si fieri posset, venientem. Tob.10,7.

Omnes homines vident eum, vnusquisque intuetur procul. Iob 36,25.

Fratres hominis pauperis oderunt eum: insuper & amici procul recesserunt ab eo. Prou.19,7.

Melior est vicinus iuxtà, quàm frater procul. † 27,10.

Mulierem fortem quis inueniet? procul, & de vltimis finibus pretium eius. † 31,10.

Eleuabit signum in nationibus procul, & sibilabit ad eum de finibus terræ. Isa.5,26.

Misisti legatos tuos procul. † 57,9.

Adhuc visus procul, & apparebit in finem. Hab.2,3.

Qui procul sunt, venient, & ædificabunt in templo Domini. Zach.6,15.

PROCVMBO.

Cuius non sum dignus procumbens soluere corrigiam calceamentorum eius. Mar.1,7. Luc.34,12.

Procumbentes super collum Pauli, osculabantur eum. Act.20,37.

PROCVRATOR.

Filius procuratoris domus meæ iste Damascus Eliezer. Gen.15,2. Esth.8,9. Matth.10,8. Luc.3,1. † 8,3.

PRODEO.

Ego ex ore Altissimi prodiui, primogenita ante omnem creaturam. Eccli.14,5.

Non des aquæ tuæ exitum, nec modicum; nec mulieri nequam veniam prodeundi. † 25,34. Ioan.11,44.

Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis. 1.Ioan.2,19.

PRODIGIVM.

Fecitque signa atque prodigia magna & pessima in Aegypto. Deut.6,22. Psal.45,9.

Tamquam prodigium factus sum multis. Psal.70,7.

Et prodigia sua in campo Taneos. † 77,43.

Prodigia eius, & iudicia oris eius. † 104,5.

Dabo prodigia in cælo, & in terra sanguinem & ignem. Ioel 2,30.

Dabo prodigia in cælo sursum, & signa in terra deorsum. Act.2,19.

Multa quoque prodigia & signa per Apostolos in Ierusalem fiebant. 43.

Stephanus autem plenus gratia, & fortitudine, faciebat prodigia & signa magna in populo. Act.6,8.

PRODO, PRODITOR.

Proditoriè occidit Ioab Abnerem. 2.Reg.20,9.

Quare non indicatis mihi quis proditor mei sit apud regem Israel? 4.Reg.6,11. Esth.2,21. Sap.17,11.

Omnis consiliarius prodit consilium, sed est consiliarius in semetipso. Eccli.37,8.

Cùm frequenter proditor audiret, eò quòd Cyprum creditam sibi à Philometore deseruisset. 2.Mach.10,13,22.

Occiderunt eos qui prænuntiabant de aduentu Iusti, cuius vos nunc proditores & homicidæ fuistis. Act.7,52.

Proditores, proterui, tumidi, & voluptatum amatores magis quàm Dei. 2.Tim.3,4.

PRODVCO.

Producant aquæ reptile animæ viuentis. Gen.1,20.

Et producit in lucem vmbram mortis. Iob 12,22. † 28,11.

Numquid producis Luciferum in tempore suo? † 38,32.

Illuc producam cornu Dauid. Psal.131,17.

Sapiens in verbis producet seipsum. Eccli. 20,29.

Cùm autem producturus eum esset Herodes. Act.11,6. † 23,15.

PROFANO, PROFANVS.

Profanum putant huiuscemodi conuiuium. Gen.43,32.

Obiurgaui optimates Iuda, & dixi eis: Quæ est hæc res mala, quam vos facitis, & profanatis diem sabbati? 2.Esd.13,17.

Si iustitias meas profanauerint, & mandata mea non custodierint. Visitabo in virga iniquitates eorum. Psal.88,32.

Neque profanabo testamentum meum. 35.

Profanasti in terra sanctuarium eius. 46.

Tu autem profane, impie dux Israel, cuius venit dies in tempore iniquitatis præfinita. Ezech.21,25.

Profana erunt vrbis in habitaculum? † 48,15.

Profanantes vasa templi, puniti. Dan.5,3. 5,23.

Profana autem & vaniloquia deuita, multùm enim proficiunt ad impietatem. 2.Tim.2,16.

Ne quis fornicator, aut profanus, vt Esau. Heb.12,16.

PROFERO.

At verò Melchisedech rex Salem, proferens panem & vinum. Gen.14,18.

Vnus protulit manum, in qua obstetrix ligauit coccinum. † 38,27.

Bonus homo de bono thesauro profert bona. Matth.12,35. Heb.6,8.

PROFICIO.

Proficiendum paulatim. Fugabunt Heuæum & Chananæum, &c. Paulatim expellam eos de conspectu tuo, donec augearis. Exod. 23, 28. Deut.17,16.

Puer autem Samuel proficiebat, atque crescebat, & placebat tam Domino quàm hominibus. 1.Reg.2,26.

Ingrediebatur [David] proficiens atque succrescens. 2.Reg.5,10.

Tunc enim proficere poteris, si custodieris mandata, & iudicia, quæ præcepit Dominus Moysi, vt doceret Israel. 1.Par.22,13.

Reliquum verò vitæ suæ in gaudio fuit, & cum bono profectu timoris Dei perrexit in pace. Tob.14,4.

Nihil proficiet inimicus in eo. Psal. 88, 23. † 104,38.

Multam inueni in meipso sapientiam, & multum profeci in ea. Eccli 51,22.

Proficiendum semper, & retrò non redeundum. Non reuertetur per viam portæ, per quam ingressus est, sed è regione illius egredietur. Ezech. 46,9. Luc.2,52.

Proficiebam in Iudaismo supra multos coætaneos meos in genere meo. Gal.1,14.

Quæ circa me sunt magis ad profectum venerunt Euangelij. Philip.1,12.

Hæc meditare, in his esto: vt profectus tuus manifestus sit omnibus. Attende tibi, & doctrinæ. 1.Tim.4,15. 2.Tim.2,13.

PROFICISCOR.

Si quando nubes tabernaculũ deserebat, proficiscebãtur filij Israel per turmas suas. Exo.40,34 Num.2,9.

Et si expueris super illam [scintillam] extinguetur: vtraque ex ore proficiscũtur. Eccli.28,14.

Cùm in Hispaniam proficisci cœpero. Roman.15,24. Heb.11,22.

Profectus in cælum, subiectis sibi Angelis, & potestatibus, & virtutibus. 1.Pet.3,22.

PROFITEOR.

Profiteor hodie coram Domino Deo tuo, quòd ingressus sum in Terram, pro qua iurauit patribus nostris. Deut.26,3.

Ibant omnes vt profiterentur. Luc.2,3,4.

PROFESSIO.

Post hunc extitit Iudas Galilæus in diebus professionis, & auertit populum post se. Act.5,37.

PROFLVVIVM.

Orabit pro ea, & sic mundabitur à profluuio sanguinis sui. Leuitici 12,7.

Mulier quæ erat in profluuio sanguinis annis duodecim, &c. tetigit vestimentum eius. Mar.5,25.

PROFVGIO, PROFVGVS.

Egressúsque Cain à facie Domini, habitauit profugus in terra ad Orientalem plagam Eden. Gen.4,16.

Profugus [Ieroboam] à facie regis Salomonis, audita morte eius, reuersus est de Aegypto. 3.Reg.12,2.

Nemo egrediatur profugus de ciuitate, ne vadat & nuntiet in Iezrahel. 4.Reg.9,15.

Hæc [sapientia] profugum iræ fratris iustum deduxit per vias rectas. Sap.10,10.

Habitabunt apud te profugi mei, Moab esto latibulum eorum à facie vastatoris. Isa.16,4.

Ad Chaldæos profugis: & respondit Ieremias: Falsum est, non fugio ad Chaldæos. Ier.37,13.

Non erit gens ad quam non perueniant profugi Elam. † 49,36.

Profugi eius cum vniuerso agmine suo, gladio cadent. Ezech.17,21. 2.Mach.4,26. Mar. 14,52.

PROFVNDVS, VM.

Excelsior cælo est, & quid facies? profundior inferno, & vnde cognosces? Iob 11,8. † 28,11.

Numquid ingressus es profunda maris, & in nouissimis abyssi deambulasti? † 38,16.

De profundis aquarum. Psal.68,15.

Neque absorbeat me profundum. 16. † 91,6.

De profundis clamaui ad te Domine. † 129,1.

Impius cùm in profundum venerit peccatorum, contemnit. Prou.18,3. Sap.19,7.

Profundum abyssi penetraui, in fluctibus maris ambulaui. Eccli.24,8. Isa.14,15.

Væ qui profundi estis corde, vt à Domino abscondatis consilium. Isa.29,15.

Conuertimini sicut in profundum recesseratis. † 31,6.

Qui dico profundo, Desolare, & flumina tua arefaciam. † 44,27. Ezech.3,7. Dan.2,22.

Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei. 1.Cor.2,10.

Nocte & die in profundo maris fui. 2. Cor. 11,25.

Longitudo, & sublimitas, & profundum. Ephes.3,18.

PROGENIES.

De qua progenie es, ô adolescẽs? 1.Reg.17,58.

Populus iste ex progenie Chaldæorum est. Iudith 5,6.

Et progenies tua quasi herba terræ. Iob 5,25.

Non erit semen eius, neque progenies in populo suo. † 18,19.

Progenies mea eradicetur. † 31,8.

Tabernacula eorum in progenie & progenie. Psal.48,12.

Non desinam in progenies illorum vsque in æuum sanctum. Eccli.24,46.

Progenies viperarum, quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira? Matth.3,7.

Et misericordia eius à progenie in progenies timentibus eum. Lucæ 1,50. 2.Timoth.1,3.

PROGREDIOR.

Perrexitque Abram vadens, & vltrà progrediens ad Meridiem. Gen.12,9.

Quę est ista, quę progreditur quasi aurora consurgens? Cant.6,9. Mar.1,19.

PROHIBEO.

Sepeli mortuum tuum: nullusque te prohibere poterit. Gen.23,6. Num.11,28.

Prohibuisti me hodie ne irem in sanguinem. 1.Reg.25,32.

Prohibuerunt eos in brachio & robore. 1.Esdræ 4,23.

Ab omni via mala prohibui pedes meos. Psalmo 118,101. Eccles.2,10. † 8,8.

Mortuo non prohibeas gratiam. Eccli. 7,37.

Prohibe pedem tuum à nuditate, & guttur tuum à siti. Ierem.2,25.

Vidimus quemdam in nomine tuo eijcientem dæmonia, qui non sequitur nos, & prohibuimus eum. Iesus autem ait: Nolite prohibere eum. Mar.9,37.

Ego quis eram, qui possem prohibere Deum? Act.11,17.Rom.1,13,3. Ioan.v.10.

PROIICIO.

Quidquid masculini sexus natum fuerit, in flumen proijcite. Exod.1,22.

Proieci tabulas de manibus meis, confregique eas in conspectu vestro. Deut.9,17.

Proiecistis Deum vestrum, qui solus saluabit vos. 1 Reg.10,19.

Quia proiecisti sermonem Domini, & proiecit te Dominus ne sis rex super Israel. † 15,26.

Vsquequò tu luges Saul, cùm ego proiecerim eum ne regnet super Israel? † 16,1.

Tulerunt Absalom, & proiecerunt eum in saltu in foueam grandem, & comportauerunt super eum aceruum lapidum magnum nimis. 2.Regum 18,17.

Proijciens se [Achab] in lectulum suum, auertit faciem suam ad parietem, & non comedit panem. 3.Reg.21,4.

Proiecitque Dominus omne semen Israel, & afflixit eos. 4.Reg.17,20.

Vt proijcerent de templo Domini omnia vasa, quæ facta fuerant Baal. † 23,4.

Proijciam ciuitatem hanc, quam elegi, Ierusalem, & domum de qua dixi: Erit nomen meum ibi. 27.

Si autem dereliqueris eum, proiiciet te in æternum. 1.Par.28,9.

Proieci vasa Tobiæ foras de gazophylacio. 2.Esd.13,8.

Deus proiecit eum, non homo. Iob 32,13.

In te proiectus sum ex vtero. Psal 21,11.

Proiectus sum à facie oculorũ tuorũ † 30,23.

Ne proiicias me à facie tua. † 50,13.

Ne proiicias me in tempore senectutis. † 70,9.

Numquid in æternum proijciet Deus? † 76,8. Isaiæ 2,6.

Proijciam vos à facie mea, sicut proieci omnes fratres vestros. Ierem.7,15.

Proijciã habitatores terræ in hac vice. † 10,18.

Proijcite à vobis omnes præuaricationes vestras, in quibus pręuaricati estis, & facite vobis cor nouum. Ezech.18,31.

Proijciemini in Armon, dicit Dominus. Amos 4,3. Mich.7,19.

Erunt sicut fuerunt, quando non proieceram eos. Zach.10,6.

Proijce illud ad statuarium, decôrum pretium. † 11,13. Match.15,30.

Omnem solicitudinem vestram proijcientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis. 1.Pet.5,7.

Proiectus est draco ille magnus, serpens antiquus, qui vocatur diabolus & satanas. Apoc.12,9.

PROLABOR.

Qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum cæleste, &c. & prolapsi sunt; rursus renouari ad pœnitentiam. Heb.6,5.

PROLES.

Prolis desiderium. Da mihi liberos, alioquin moriar. Gen.30,1.

Ephesiorum ciuitatem cultricem esse magnæ Dianæ, Iouisque prolis? Act 19,35.

PROLIXVS.

Sperabam enim quòd ætas prolixior loqueretur. Iob 32, 7.

Languor prolixior grauat medicũ. Eccli.10,11.

Qui deuorant domos viduarum sub obtentu prolixę orationis: hi accipient prolixius iudicium. Mar.12,40.

Et factus in agonia, prolixiùs orabat. Lucæ 22,43.

PROLONGO.

Custodias omnia mãdata, & præcepta eius, &c. vt prolongentur dies tui. Deut.6,2.

Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est. Psal.119,5.

Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores: prolongauerunt iniquitatem suam. † 128,3.

Non sit bonum impio, nec prolongentur dies eius, sed quasi vmbra transeant qui non timent faciem Domini. Eccles.8,13.

Quodcumque locutus fuero verbum, fiet, & non prolongabitur ampliùs. Ezech.12,25.

PROLOQVENS.

Et proloquens rex ait sapientibus Babylonis. Dan.5,7,10.

PROMEREOR.

Beneficentiæ autem & communionis nolite

obliuisci: talibus enim hostiis promeretur Deus. Heb.13,16.

PROMINEO.

Computrescebant prominentes extales eorum. 1.Reg.5,9.

Sicut riui aquarum in siti,& vmbra petræ prominentis in terra deserta. Isaiæ 32,2.

PROMISCVVS.

Vulgus quippe promiscuum, quod ascenderat cum eis, flagrauit desiderio, sedens,& flens. Numer.11.4. 2.Mach.12,13.

PROMITTO.

Promissiones Dei cum conditione fiunt. Dederit tibi cunctam Terram, quam eis pollicitus est (si tamen custodieris mandata eius.) Deut.19,8. Ezech.18. Apoc.2.

Mediator ac testis est quòd nostra promissa faciemus. Iudic.11,10. 1.Reg.2,30.

Noluit autem Dominus disperdere Iudam, propter Dauid seruum suum, sicut promiserat ei, vt daret illi lucernam, & filiis eius cunctis diebus. 4.Reg.8,19.

Hic ego hodie non manducabo neque bibam, nisi prius petitionem meam confirmes, & promittas mihi dare Saram filiam tuam. Tob.7,10.

Bona est promissio tua. Iudith 11,21.

Robur manuum suarum idolorũ potentiæ deputantes, volũt tua mutare promissa. Esther 14,8.

Sicut & in promissione tua. Psal.55,10.

Est qui promittit,& quasi gladio pungitur conscientiæ. Prou.12,18.

Nubes & ventus & pluuiæ non sequentes, vir gloriosus, & promissa non complens. † 25,14.

Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere: displicet enim illi infidelis & stulta promissio. Ecclef.5,3.

Est qui præ confusione promittit amico, & lucratus est eum inimicum gratis. Eccli.20,25.

Peccator transgrediens mandatum Domini incidet in promissionem nequam: & qui conatur multa agere, incidet in iudicium. † 26,26. 2.Mach.9,14.

Ecce ego mitto promissum patris mei in vos. Lucæ 24,29.

Cùm autem appropinquaret tempus promissionis, quam confessus erat Deus Abrahæ. Act.7,17. Rom.1,2.

Ideò ex fide, vt secundùm gratiam firma sit promissio omni semini, non ei qui ex lege est solùm, sed & ei qui ex fide est Abrahæ. Rom.4,16.

Plenissimè sciens quia quæcumque promisit, potens est facere. 21.† 9,8.

Abrahę dictę sunt promissiones,& semini eius. Gal.3,16.

Sed conclusit scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. 22.

Nos autem fratres secundùm Isaac promissionis filij sumus. † 4,28. Ephes.1,13.

Oppositiones falsi nominis scientiæ, quam quidam promittentes, circa fidem exciderunt. 1.Timoth.6,21.

Patientia enim vobis necessaria est, vt voluntatem Dei facientes reportetis promissionem. Heb.10,36.

Per quem maxima & pretiosa nobis promissa donauit: vt per hæc efficiamini diuinæ consortes naturæ. 2.Pet.1,4. † 3,4.

PROMOVEO.

Et venire vt inter ligna promoueat? Iudic.9,9.

Rex promouit Sidrach, Misach,& Abdenago. Dan.3,97.

PROMPTVARIVM.

Promptuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud. Psal.143,13.

PROMPTVS, V.

Obtulerunt mente promptissima atque deuota primitias Domino, ad faciendum opus tabernaculi. Exod.35,21.

Adolescentibus autem exemplum forte relinquam, si prompto animo, ac fortiter, pro sanctissimis legibus honesta morte perfungar. 2.Machab.6,28.† 11,8.† 15,9.

Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Matth.29,41. Rom.1,15.

Vt quemadmodum promptus est animus voluntatis, ita sit & perficiendi ex eo quod habetis. 2.Cor.8,11.† 9,2.

In promptu habentes vlcisci omnem inobedientiam, cùm impleta fuerit vestra obedientia. † 10,6.

PROMVLGATVS.

Hæc lex super filiabus Salphaad à Domino promulgata est. Num.36,6.

PRONVBVS.

Vxor autem eius [Samsonis] accepit maritum vnum de amicis eius & pronubis. Iudic.14,20.

PRONVNTIO.

Capilli nigri fuerint, nouerit hominem sanatum esse, & confidenter eum pronuntiet mundum Leuit.13,37.

Pronuntiabunt Leuitæ, dicentque ad omnes viros Israel excelsa voce: Maledictus vir. Deuteron.27,14.

Per singulos gradus meos pronuntiabo illum. Iob 31,37. Psal.118,13.

Tribulationem meam ante ipsum pronuntio. Psal.141,3. Ecclef.6,3. Dan.3,14.

Pronuntians quòd verè Deus in vobis sit. 1.Cor.14,25.

PRONVS.

Sensus enim & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua. Gen.8,21. † 17,3. † 48,12.

Tu enim nosti populum istum quòd pronus sit ad malum. Exod.32,22.

Moy-

Moyses & Aaron ceciderunt proni in terram coram omni multitudine. Num.14,5.

Cecidit Iosue pronus in terram. Ios.5,14.

Iosue verò scidit vestimenta sua,& pronus cecidit in terram coram arca Domini. † 7,6.

Manue & vxor eius proni ceciderunt in terram, & vltrà eis non apparuit Angelus. Iudic.13,21.

Elias autem ascendit in montem Carmeli, & pronus in terram posuit faciem suam inter genua sua. 3.Reg.18,42.

Qui pronus est ad misericordiam, benedicetur. Prou.22,9.

Collapsus sum pronus in terram. Dan.8,18.

PROPAGO.

Tres propagines, tres adhuc dies sunt. Gen. 40,12.

Vsque ad flumen propagines eius. Psal.79,12.

Propagines eius relictæ sunt,transierunt mare. Isa.16,8.

Propaginem fortiũ marcescere facies. † 25,5.

Auferte propagines eius,quæ non sunt Domini. Ier.4,14. † 48,32. Nahum 2,2.

PROPALATVS.

Hoc significante Spiritu sancto,nondum propalatam esse sanctorum viam. Heb.9,8.

PROPE.

Propè es tu Domine: & omnes viæ tuæ veritas. Psal.118,151.

Propè est Dominus omnibus inuocantibus eum: omnibus inuocantibus eum in veritate. † 144,18.

Propè est vt veniat tempus eius, & dies eius non elongabuntur. Isa.14,1. † 41,21. † 55,6.

His qui propè sunt, & his qui procul, in vniuersis terris ad quas eiecisti eos. Dan.9,7.

Propè est verbum in ore tuo, & in corde tuo: hoc est verbum fidei, quod prædicamus. Rom. 10,8.

Qui aliquando eratis longè,facti estis propè in sanguine Christi. Ephes.2,13,17. Apoc.1,3.

PROPELLO.

In cinerem deiici iussit sacrilegum [Menelaum]omnibus eum propellentibus ad interitum. 2.Mach.13,6. Act.19,33.

PROPERO.

Nónne ad locum vnum properant omnia? Eccles.6,6.

Nec scientia, erunt apud inferos, quò tu properas. † 9,10.

Surge, propera amica mea, columba mea. Cant.2,10.

Placita enim erat Deo anima illius: propter hoc properauit educere illum de medio iniquitatum. Sap.4,14. † 18,21.

Veniet properans,& inundans. Dan.11,10. Luc.8,4.

Expectantes, & properantes in aduentum diei Domini. 2.Pet 3,12.

PROPHETA.

Orabit pro te, quia propheta est, & viues. Gen.20,7.

Liberationem Israelis de Aegypto prophetat Iacob & Ioseph. † 48,21. † 50,23.

Aaron frater tuus erit propheta tuus. Exodi 7,1.

Sumpsit ergo Maria prophetissa soror Moysi tympanum in manu sua. † 15,20.

Cumque requieuisset in eis spiritus, prophetauerunt, nec vltrà cessauerunt. Num.11,25.

Quis tribuat, vt omnis populus prophetet, & det eis Dominus spiritum suum. 29.

Si quis fuerit inter vos propheta Domini, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum. † 12,6.

Si surrexerit in medio tui prophetes, aut qui somnium vidisse se dicat, & prædixerit signum atque portentum, & euenerit quod locutus est, & dixerit tibi: Eamus & sequamur deos alienos, quos ignoras, & seruiamus eis: non audies verba prophetæ illius aut somniatoris: quia tentat vos Dominus Deus vester, vt palàm fiat vtrùm diligatis eum, an non, in toto corde, & in tota anima vestra. Dominum Deum vestrum sequimini, & ipsum timete. Deut.13,1.

Propheta autem ille, & fictor somniorum interficietur: quia locutus est vt vos auerteret à Domino. 5.

PROPHETAM de gente tua, & de fratribus tuis sicut me, suscitabit tibi Dominus Deus tuus: ipsum audies. † 18,15.

Propheta autem qui arrogantia deprauatus voluerit loqui in nomine meo, quæ ego non præcepi illi vt diceret, aut ex nomine aliorum deorum,interficietur. 20.

Et non euenerit: hoc Dominus non est locutus, sed per tumorem animi sui propheta confinxit: & idcircò non timebis eum. 22.

Et non surrexit vltrà propheta in Israel, sicut Moyses, quem nosset Dominus facie ad faciem, in omnibus signis atque portentis. † 34,10.

Quòd fidelis Samuel propheta esset Domini. 1.Reg.3,20.

Qui enim Propheta dicitur hodie, vocabatur olim Videns. † 9,9.

Obuium habebis gregem prophetarum descendentium de excelso, & ante eos psalterium, & tympanum, & tibiam, & citharam, ipsósque prophetantes. † 10,5.

Num & Saul inter prophetas? 12.

Saul, & prophetabat in medio domus suæ. † 28,10.

Qui cùm vidissent cuneũ prophetarum vaticinantium,& Samuelem stantem super eos: factus est etiam spiritus Domini in illis, & prophetare cœperunt etiam ipsi. † 19,20.

Prophetauerunt autem & illi: & rursum misit

Saul tertios nuntios, qui & ipsi prophetauerunt. 21.

Prophetabat [Saul] vsque dum veniret in Naioth in Ramatha. 23.

Dixitque Gad propheta ad Dauid: Noli manere in præsidio. † 22,5.

Et ego propheta sum similis tui. 3.Reg.13,18.

Cùm interficeret Iezabel prophetas Domini, tulit ille [Abdias] centum prophetas, & abscondit eos. 3.Reg.18,4,13.

Et prophetas Baal quadringentos quinquaginta, prophetasque lucorum quadringentos, qui comedunt de mensa Iezabel. 19.

Ego remansi propheta Domini solus. 22.

Illis prophetantibus venerat tempus quo sacrificium offerri solet, nec audiebatur vox. 29.

Prophetas tuos occiderunt gladio. † 19,10. † 20,13.

Congregauit ergo rex Israel prophetas, quadringentos circiter viros. † 22,6.

Non est hîc propheta Domini quispiam, vt interrogemus per eum? 7.

Non prophetat mihi bonum, sed semper malum? 18.

Est ne hîc propheta Domini, vt deprecemur Dominum per eum? 4.Reg.3,11.

Quid mihi & tibi est? vade ad prophetas patris tui & matris tuæ. 13.

Veniat ad me, & sciat esse prophetam in Israel. † 5,8.

Vlciscar sanguinem seruorum meorum prophetarum. † 9,7.

Prophetas Baal, & vniuersos seruos eius, & cunctos sacerdotes ipsius vocate ad me. † 10,19.

Ad Holdam prophetidem, vxorem Sellum. † 22,14.

Prophetiæ præerat, ad præcinendam melodiam. 1.Par.15,22.

Prophetarent in citharis. † 25,1.

Credite in Domino Deo vestro, & securi eritis, credite prophetis eius, & cuncta euenient prospera. 2.Par.20,20.

Mittebatque eis prophetas, vt reuerterentur ad Dominum, quos protestantes illi audire nolebant. † 24,19.

Propheta Domini, *&c.* reducite captiuos, quos adduxistis de fratribus vestris. † 28,9,13.

Prophetauerunt autem Aggæus propheta, & Zacharias. 2.Esd.5,1.

Prophetas tuos occiderunt. 2.Esd.9,26.

Quoniam prophetasti nobis. Iudith 6,2.

Si prophetiam tuam veram existimas. 5.

Sic peccatis offensum, vt mandauerit per prophetas suos ad populum, quòd tradat eum pro peccatis suis. † 11,18.

Iam non est propheta, & nos non cognoscet amplius. Psal.73,9.

In prophetis meis nolite malignari. † 104,15.

Cùm prophetia defecerit, dissipabitur populus. Prou.29,18.

Amicos Dei & prophetas constituit. Sap.7,27.

Adhuc doctrinam quasi prophetiam effundam. Eccli.24,46.

Da mercedem sustinentibus te, vt prophetæ tui fideles inueniantur. † 38,18.

Sapientiam omnium antiquorum exquiret sapiens, & in prophetis vacabit. † 39,1.

Nuntiantes in prophetis dignitatem prophetarum. † 44,3.

Prophetas facis successores post te. † 48,8.

Mortuum prophetauit corpus eius [Elisei.] † 48,14.

Duodecim prophetarum ossa pullulent de loco suo: nam corroborauerunt Iacob, & redemerunt se in fide virtutis. † 49,12.

Ossa ipsius [Ioseph] visitata sunt, & post mortem prophetauerunt. 18.

Accessi ad prophetissam, & concepit, & peperit filium. Isa.8,3.

Prophetam in Gentibus dedi te. Ier.1,5.

Prophetæ prophetauerunt in Baal, & idola secuti sunt. † 2,8.

Prophetæ fuerunt in ventum locuti, & responsum non fuit in eis. † 5,13.

Prophetæ prophetabant mendacium, & sacerdotes applaudebant manibus suis: & populus meus dilexit talia: quid igitur fiet in nouissimo eius? 31.

Non prophetabis in nomine Domini, & non morieris in manibus nostris. † 11,21.

Falsò prophetæ vaticinantur in nomine meo. † 14,14.

Propheta quoque & sacerdos abierunt in terram quam ignorabant. 18.

Non enim peribit lex à sacerdote, neque consilium à sapiente, nec sermo à propheta. † 18,18.

Ibi morieris, ibique sepelieris tu, & omnes amici tui, quibus prophetasti mendacium. † 20,6.

Propheta namque & sacerdos polluti sunt, & in domo mea inueni malum. † 23,11.

In prophetis Samariæ vidi fatuitatem, prophetabant in Baal, & decipiebant populum meum Israel. 13.

A prophetis enim Ierusalem egressa est pollutio super omnem terram. 15.

Non mittebam prophetas, & ipsi currebant: non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant. 21.

Propheta qui habet somnium, narret somnium. 28.

Prophetabis ad eos omnia verba hæc. † 25,30.

Quare prophetauit in nomine Domini, dicens: Sicut Silo erit domus hæc? † 26,9.

Prophetans in nomine Domini, Vrias filius Semei. 20.

Et si prophetæ sunt, & est verbum Domini in eis, occurrant Domino. † 27,18.

Pro-

Propheta qui vaticinatus est pacem: cùm venerit verbum eius, scietur propheta, quem misit Dominus in veritate. † 28,9.

Quia dixistis: Suscitauit nobis Dominus prophetas in Babylone. † 29,15.

Vbi sunt prophetę vestri, qui prophetabant vobis, & dicebant: Non veniet rex Babylonis super vos, & super terram hanc. † 37,18.

Saraias autẽ erat princeps prophetiæ. † 51,59.

Prophetæ tui viderunt tibi falsa & stulta, nec aperiebant iniquitatem tuam vt te ad pœnitentiam prouocarent: viderunt autem tibi assumptiones falsas & eiectiones. Thren.2,14.

Domus exasperans est: & scient quia propheta fuerit in medio eorum. Ezech.2,5.

Cùm prophetarem, Pheltias filius Banaiæ mortuus est. † 11,13.

Dices prophetantibus de corde suo: Audite verbum Domini. † 13,2.

Et propheta cùm errauerit, & locutus fuerit verbum: ego Dominus decepi prophetam illum. † 14,9.

Propheta ad saltum agri meridiani. † 20,46.

Prophetæ autem eius liniebant eas absque temperamento videntes vana, & diuinantes eis mendacium. † 22,28.

Cùm venerit quod prædictum est (ecce enim venit) tunc scient quòd prophetes fuerit inter eos. † 33,33.

Scitote Israel stultum prophetam, insanum virum spiritualem. Osee 9,7.

In propheta autem eduxit Dominus Israel de Aegypto, & in propheta seruatus est. † 12,13.

Suscitaui de filiis vestris in prophetas, & de iuuenibus vestris Nazaræos. Amos 2,11.

Dixit Amasias ad Amos: Qui vides, gradere, fuge in terram Iuda, & comede ibi panem, & prophetabis ibi, & in Bethel non adiicies vltrà vt prophetes. † 7,12.

Non sum propheta, & non sum filius prophetę, sed armentarius ego sum vellicãs sycomoros. 14.

Prophetæ eius vesani, viri infideles. Soph.3,4.

Cùm prophetauerit quispiam vltrà, dicent ei pater eius & mater eius, qui genuerunt eum: Non viues, quia mendacium locutus es. Zach.13,3.

Et demoliti sunt illud [altare] & reposuerunt lapides in monte domus in loco apto, quoadusq; veniret propheta, & responderet de eis. 1.Machab 4,46.

Præcepit Alcimus destrui muros sanctæ domus interioris; & destrui opera prophetarum, & cœpit destruere. † 9,54.

Consenserunt esse ducem suum, & summum sacerdotem in æternum, donec surgat propheta fidelis. † 14,41.

Attendite à falsis prophetis. Matth.7,15.

Domine, nónne in nomine tuo prophetauimus? 22.

Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet. † 10,41.

Quid existis videre? prophetam. † 11,9.

Omnes enim prophetæ & lex, vsque ad Ioannem, prophetauerunt. 13.

Non est propheta sine honore, nisi in patria sua, & in domo sua. † 13,57. Luc.4,24.

Sicut prophetam eum habebant. † 21,46.

Testimonio estis vobismetipsis quia filij estis eorum, qui prophetas occiderunt. † 23,31.

Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit. † 26,68.

Propheta est, quasi vnus ex prophetis. Marci 6,15.

Propheta magnus surrexit in nobis. Luc.7,16.

Non capit prophetam perire extra Ierusalem. † 13,33.

Domine, vt video, propheta es tu. Ioan.4,19.

Propheta in patria sua honorẽ non habet. 44.

Cùm vidissent quod Iesus fecerat signum, dicebant, quia hic est verè propheta qui venturus est in mundum. † 6,14.

Vide quia à Galilæa propheta non surgit. † 7,52.

Cùm esset Pontifex anni illius, prophetauit quòd Iesus moriturus erat pro gente. † 11,51.

Prophetabunt filij vestri. Act.2,17.

Prophetam suscitabit vobis Dominus Deus vester de fratribus vestris. † 3,22.

Erant autem in Ecclesia, quæ erat Antiochiæ, prophetæ & doctores. † 13,1.

Cùm essent prophetæ, verbo plurimo consolati sunt fratres, & confirmauerunt. † 15,32.

Huic autem erant quatuor filiæ virgines, prophetantes. † 21,9.

Nam qui prophetat, hominibus loquitur ad ædificationem, & exhortationem & consolationem. 1.Cor.14,3.

Prophetias nolite spernere. 1.Thes.5,19.

Secundùm præcedentes in te prophetias, vt milites in illis bonam militiam. 1.Tim.1,18.

Noli negligere gratiam quæ est in te, quæ data est tibi per prophetiam. † 4,14.

Dixit quidam ex illis, proprius eorum propheta. Titi 1,12.

Et habemus firmiorem propheticum sermonem. 2.Pet.1,19.

Omnis prophetia scripturæ propria interpretatione non fit. 20.

Prophetauit autem & de his septimus ab Adam Henoch. Iudæ v.14.

Oportet te iterùm prophetare Gentibus, & populis, & linguis, & regibus multis. Apoc.10,11.

Munera mittent inuicem, quoniam hi duo prophetæ cruciauerunt eos. † 11,10.

PROPINO.

Vinea meri cãtabit ei. Ego Dominus qui seruo eã, repentè propinabo ei. Isa.27,3. Ier.25,15,17.

Propinabitis Nazaræis vinum: & prophetis mandabitis, dicentes: Ne prophetetis. Amos 2,12.

PROPINQVO.

Qui adorat Deum in oblectatione, suscipietur, & deprecatio illius vsque ad nubes propinquabit. Eccli.35,20,21.

Simul ad iudicium propinquemus. Isa.41,1.

Insaniuit in amatores suos, in Assyrios propinquátes, vestitos hyacintho, principes. Ezech.23,5

PROPINQVVS.

Propinquus occisi, homicidam interficiet. Num.35,19.

Nec abnuo me propinquum, sed & alius me propinquior. Ruth 3,12.

Si vis possidere iure propinquitatis, eme & posside. †4,4.

Dereliquerunt me propinqui mei. Iob 19,14.

Propinquorum turba, & nepotum in conspectu eorum. †21,8. †31,34.

Qui autem crudelis est, etiam propinquos abiicit. Prou.11,17.

Propinquus enim illorum [pupillorum] fortis est: & ipse iudicabit contra te causam illorum. †23,11.

Tibi competit hereditas, & tu propinquus es, vt possideas. Ier.32,8. Ezech.11,15.

Tollet eum propinquus suus, & comburet eum vt efferat ossa de domo. Amos 6,10.

PROPITIATORIVM.

Facies & propitiatorium de auro mundissimo. Exod.25,17.

Pones & propitiatorium super arcam testimonij, in sancta sanctorum, mensámque. †26,34.

Fecit & propitiatorium, id est, oraculũ. †37,6.

Audiebat [Moyses] vocem loquentis ad se de propitiatorio, quod erat super arcam. Num.7,89. Heb.9,5.

PROPITIVS, PROPITIOR.

Sicut propitius fuisti egredientibus de Aegypto. Num.14,19.

Propitius erit terræ populi sui. †32,43.

Propitius sit mihi Dominus ne extendam manum meam in Christum Domini. 1.Reg.26,11.

Propitius sit mihi Dominus, ne faciam hoc: num sanguinem hominum istorum qui profecti sunt, & animarum periculum bibam? 2.Regum 23,17.

Obtulit holocausta, & pacifica, & propitiatus est Dominus terræ. 2.Reg.24,25.

Propitiaberis populo tuo qui peccauit tibi. 3.Reg.8,50.

Propitius sit mihi Dominus, ne dem hereditatem patrum meorum tibi. 3.Reg.21,3.

Propter peccata Manasse, &c. & ob hanc rem noluit Dominus propitiari. 4.Reg.24,4.

Propitius esto sorti & funiculo tuo. Esth.13,17

Inueni in quo ei propitier. Iob 33,24.

Propitiaberis peccato meo, multum est enim Psal.24,11.

Propitius fiet peccatis eorum, & non disperdet eos. †77,38.

Propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum. †78,9.

Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis. †102,3.

Quia apud te propitiatio est. †129,4.

De propitiato peccato noli esse sine metu, neque adiicias peccatum super peccatum. Eccli.5,5.

Quã magna misericordia Domini, & propitiatio illius, conuertentibus ad se? †17,28. †18,11.

Ante iudicium interroga teipsum, & in conspectu Dei inuenies propitiationem. †18,20.

Ipse cùm caro sit reseruat iram, & propitiationem petit à Deo? quis exorabit pro peccatis illius? †28,5.

Pauperi porrige manum tuam, vt perficiatur propitiatio. †7,36.

Nec respicit oblationes iniquorum: nec in multitudine sacrificiorum eorum propitiabitur peccatis. †34,23. †35,3.

Dedi propitiationem tuam Aegyptum, Aethiopiam & Saba pro te. Isa 43,3.

An inueniatis virum facientem iudicium, & quærentem fidem, & propitius ero ei. Ier.5,1.

Super quo propitius tibi esse potero? filij tui dereliquerunt me, & iurant in his, qui non sunt dij. 7.

Ne propitieris iniquitati eorum. †18,23.

Propitius ero cunctis iniquitatibus eorum, in quibus dereliquerunt mihi, & spreuerunt me. †33,8. †36,3. Dan.9,9.

Quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius. Rom.3,25.

Ipse est propitiatio pro peccatis nostris 1.Ioan.2,2.

Misit Filium suum propitiationem pro peccatis nostris. †4,10.

PROPONO, PROPOSITIO.

Considera quòd hodie proposuerim in conspectu tuo vitam & bonum, & econtrariò mortem & malum: vt diligas Dominum. Deut.30,15.

Nisi tantùm panes propositionis. 1.Reg.21,6.

Qui exaudierit per ignem, ipse sit Deus. Respondens omnis populus, ait: Optima propositio. 3.Reg.18,24.

Aperiam in psalterio propositionem meam. Psal.48,5.

Non proposuerunt Deum ante conspectum suum. †53,5.

Loquar propositiones ab initio. †77,2. Eccles.1,13.

Proposuit autem Daniel in corde suo, ne pollueretur de mensa regis. Dan.1,8. Act.11,23. Rom.1,13.

Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum,

bonum, iis qui secundùm propositum vocati sunt sancti. Rom.8,28. Eph.1,5.

Tu autem assecutus es meam doctrinam, institutionem, propositum, fidem. 2.Tim.3,10.

PROPRIVS.

Pars autem regis erat, vt de propria eius substantia offerretur holocaustum manè semper & vespere. 2.Par.31,3.

Proprietates animalium. Iob 39.† 40.† 41.

Alij diuidunt propria, & ditiores fiunt: alij rapiunt non sua, & semper in egestate sunt. Prou. 11,24. Eccli.11,36.

In propria venit, & sui eum non receperunt. Ioan.1,11.† 8,44.

Ante Tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis. 2.Cor.5,10.

Dixit quidam ex illis, proprius ipsorum propheta: Cretenses semper mendaces. Titi 1,12.

PROPTER.

Adorabunt propter Dominum, quia fidelis est. Isaiæ 49,7.

Propter me tempestas hæc grandis venit super vos. Ionæ 1,12.

Sabbatum propter hominem factum est, & non homo propter sabbatum. Mar.2,27.

Sicut misit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem. Ioan.6,58.

Vicerunt eum propter sanguinem Agni. Apocal.12,11.

PROPVGNO.

Super turris tectum stantes per propugnacula. Iudic.9,51.

Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis. Cant.4,4.

Si murus est, ædificemus super eum propugnacula. † 8,9.

Mittet eis saluatorem & propugnatorem, qui liberet eos. Isaiæ 19,20.

Ponam iaspidem propugnacula tua: & portas tuas in lapides sculptos. † 57,12.

Ego qui loquor iustitiam, & propugnator sum ad saluandum. † 63,1.

PRORA.

Sub obtentu quasi inciperent à prora anchoras extendere. Act.27,30,41.

PROSELYTVS.

Proselyti de terra Israel, & constituit ex eis latomos. 1.Par.22,2.

Omnes viros proselytos, &c. centum quinquaginta millia, & tria millia sexcenti. 2.Paralipom.2,17.

Proselytorum quoque de terra Israel.† 30,25.

Ita vt in tertio anno proselytis & aduenis ministraret omnem decimationem. Tob.1,7.

Circuitis mare & aridam, vt faciatis vnum proselytum: & cùm fuerit factus, facitis eum filium gehennæ duplo quàm vos. Matth.23,15. Act.2,11.

PROSEQVOR.

Vt prosequerer te cum gaudio, & canticis, & tympanis, & citharis. Gen.31,27.

Prosequatur te verbum pacis & iustitiæ. Eccli.5,12.

PROSPER, PROSPERO.

Succedentibus prosperis, præpositus pincernarum oblitus est interpretis sui. Gen.40,23.

Videbis æmulum tuum in vniuersis prosperis Israel. 1.Reg.2,32.

Qui putabat se prospera nuntiare, tenui & occidi eum in Siceleg. 2.Reg.4,10.

Vade prosperè, & tradet Dominus in manus regis. 3.Reg.22,12. 2.Par.12,1.

Ieiunauimus autem, & rogauimus Deum nostrũ per hoc: & euenit nobis prosperè. 1.Esd.8,23.

Non quæratis pacem eorum, & prosperitatem eorum vsque in æternum. † 9,12.

Contristati sunt afflictione magna, quòd venisset homo, qui quæreret prosperitatem filiorum Israel. 2.Esd.2,10. Psal.1,3.

Noli æmulari in eo qui prosperatur in via sua. Psal.36,7.† 44,5.

Prosperum iter faciat nobis. † 67,20.† 72,17.

O Domine benè prosperare. † 117,25.

Prosperitas stultorum perdet illos. Prou 1,32.

In manu Dei prosperitas hominis, & super faciem scribæ imponet honorem suum. Eccli.10,5. Dan.8,11,24. 1.Mach.14,36,3. Ioan.v.2.

PROSPICIO.

Prospexit super filios hominum, vt videat si est intelligens aut requirens Deum. Psal.52,3.

Prospexit de excelso sancto suo. † 101,20.

Spiritus intelligentię, sanctus, &c. omnem habens virtutem, omnia prospiciens, & qui capiat omnes spiritus. Sap.7,23.

Difficilè æstimamus quæ in terra sunt: & quæ in prospectu sunt, inuenimus cum labore. Quæ autem in cælis sunt quis inuestigabit? † 9,16.

Deus prospector est eius qui reddit gratiam: meminit eius in posterum. Eccli.3,34.† 11,32.

Ad te inclinabuntur, teque prospicient: Numquid iste est vir qui conturbauit terram? Isaiæ 14,16.

In via sta, & prospice habitatio Aroër. Ierem.48,19.

Spiritu sancto misso de cælo, in quem desiderant Angeli prospicere. 1.Pet.1,12.

PROSTERNO.

Semei autem filius Geræ prostratus coram rege. 2.Reg.19,18.

Prostrati per horas tres in faciem, benedixerunt Deum, & exurgentes narrauerunt omnia mirabilia eius. Tob.12,22.

Infantes prostrauerunt contra faciem templi. Iudith 4,9.

Filij autem Israel, vt viderunt multitudinem illorum, prostrauerunt se super terram mittentes cinerem

cinerem super capita sua, vnanimes orantes. † 7,4.

Posuit [Iudith] cinerem super caput suum: & prosternens se Domino clamabat ad Dominum. † 9,1.

Surrèxit de loco in quo iacuerat prostrata ad Dominum. † 10,1.

Eleuauit manum suam super eos, vt prosterneret eos in deserto. Psal.105,26. Isa.14,31. Ier.38,26.

Hæc dicit Dominus Deus Israel, ad quem misistis me, vt prosternerem preces vestras in conspectu eius. Ier.42,9.

Si quis autem non prostratus adorauerit, eadem hora mittetur in fornacem ignis. Dan.3,6.

Robur autem datum est ei contra iuge sacrificium propter peccata: & prosternetur veritas in terra. † 8,12. † 9,20.

Rogabant Dominum prostrati in terram, ne amplius talibus malis inciderent. 2.Mach.10,4.

Petentibus à Domino misericordiam, cum fletu & ieiuniis, per triduum continuum prostratis. † 13,12.

PROSTITVO, PROSTIBVLVM.

Ne prostituas filiam tuam, ne contaminetur terra, & impleatur piaculo. Leuit.19,29.

Scortum & vile prostibulum non ducent [sacerdotes] vxorem. † 21,7.

Non offeres mercedem prostibuli, nec pretium canis, in domo Domini Dei tui. Deut.23,18.

Et destruent lupanar tuum, & demolientur prostibulum tuum. Ezech.16,39.

Posuerunt puerum in prostibulo, & puellam vendiderunt pro vino, vt biberent. Ioel.3,3.

Inebriati sunt qui inhabitant terram de vino prostitutionis eius. Apoc.17,2. † 19,2.

PROSVM.

En morior, quid mihi proderunt primogenita? Gen.25,32.

Irrita fiet oblatio, nec proderit offerenti. Leuit.7,18.

Nolite declinare post vana, quæ non proderunt vobis. 1.Reg.12,21.

Quare transgredimini præceptum Domini, quod vobis non proderit? 2.Reg.24,20.

Dedit regi Assyriorum munera, & tamen nihil ei profuit. 2.Par.28,21.

Quid nobis prodest si orauerimus illum? Iob 21,15.

Quid prodest Deo si iustus fueris? † 22,3. † 35,3.

Nihil proderunt thesauri impietatis: iustitia verò liberabit à morte. Prou.10,2. † 21,4.

Si vnus & iusti, & meus occasus erit, quid mihi prodest, quòd maiorem sapientiæ dedi operam? Eccles.2,15. † 7,12.

Quid nobis profuit superbia? Sap.5,8. † 7,27. Eccli.5,1.

Pone thesaurum tuum in præceptis Altissimi, & prodent tibi magis quàm aurum. Eccli.29,14.

Quid proderit libatio idolo? † 30,19.

Vnus ædificans, & vnus destruens: quid prodest illis nisi labor? † 34,28.

Huic nihil proderis, & teipsum pessimabis. † 38,22. † 39,15.

Thesauros suos, ad populum, qui eis non proderit. Isa.30,6.

Plastæ idoli omnes nihil sunt, & amantissima eorum non proderunt eis. † 44,9.

Ego annuntiabo iustitiam tuam, & opera tua non proderunt tibi. † 57,12.

Desieris extendere digitum, & loqui quod non prodest. † 58,9.

Hereditatem acceperunt, & non eis proderit: confundemini à fructibus vestris. Ier.12,13.

Verè mendacium possederunt patres nostri, vanitatem, quæ eis non profuit. † 16,19. † 23,32. Hab.2,18.

Munus quodcumque est ex me, tibi proderit. Matth.15,5.

Quid enim prodest homini, si mundum vniuersum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur? † 16,26.

Spiritus est, qui viuificat: caro non prodest quidquam. Ioan.6,64.

Circumcisio quidem prodest, si legem obserues. Rom.2,25.

Si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. 1.Cor.13,3.

Ad bestias pugnaui Ephesi, quid mihi prodest, si mortui non resurgunt? † 15,32.

Si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit. Gal.5,2. Heb.4,2.

Optimum est enim gratia stabilire cor, non escis, quæ non profuerunt ambulantibus in eis. Heb.13,9.

Quid proderit, fratres mei, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat? Iac.2,14.

PROTEGO.

Ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis. Gen.15,1. † 20,6. † 31,24. † 46,3. Exod.12,13.

Protegam dextera mea donec transeam. Exod.33,22.

Protectio Dei. De cęlo expectans pluuias; quam Dominus Deus tuus semper inuisit, & oculi illius in ea sunt à principio anni vsque ad finem eius. Deut.11,12. 3.Reg.19,5. 4.Reg.6,17.

Protegamque vrbem hanc, & saluabo eam propter me, & propter Dauid seruum meum. 4.Reg.19,34. Iudith 5,17. Iob 1,10. † 36,7.

Quis mihi hoc tribuat, vt in inferno protegas me. Iob 14,13. † 40,17.

Protector meus & cornu salutis meæ. Psalmo 17,3.

Pro-

Protector est omnium sperantium in se. 31.
Dedisti mihi protectionem salutis tuæ. 36.
Protexit me in abscondito tabernaculi sui. †26,5.
Protector eorũ in tẽpore tribulationis.†36,39.
Protegar in velamento alarum tuarum.† 60,5.
Protexisti me à conuentu malignantium. † 63,3.
Esto mihi in Deum protectorem. † 70,3.
Protector noster aspice Deus. † 83,10.
Qui habitat in adiutorio Altissimi, in protectione Dei cæli commorabitur. † 90,1.
Protegam eum, quoniam cognouit nomen meum. 14.
Dominus custodit te, Dominus protectio tua, super manum dexteram tuam. † 120,5.
Protector meus, & in ipso speraui. † 143, 2.
Proteget gradientes simpliciter. Prou.2,7. † 4,9.
Sicut enim protegit sapientia, sic protegit pecunia. Eccles 7,13.
Protector est omnibus exquirentibus se in veritate. Eccli.2,13.
Protegetur sub tegmine illius à feruore, & in gloria eius requiescet. † 14,27. † 34,19.
Super omnem enim gloriam protectio. Isa.4,5.
Sicut aues volantes, sic proteget Dominus exercituum Ierusalem, protegens & liberans, transiens & saluans. † 31,5. † 43,1 Zach.2,5.
Quomodo dabo te Ephraim, protegam te Israel? quomodo dabo te sicut Adama, ponam te vt Seboim? Osee 11,8.
Dominus Deus exercituum proteget eos, & deuorabunt, & subiicient lapidibus fundæ. Zachar.9,15.
Proteget Dominus habitatores Ierusalem. † 12,8.
Prædicabat nunc protectorem Deum habere Iudæos, & ob ipsum inuulnerabiles esse, eò quòd sequerentur leges ab ipso constitutas. 2.Mach. 8,36.
Quique suam portionem signis euidentibus protegit. † 14,15.

PROTENDO.

At ille ex more sceptrum aureum protendit manu, quo signum clementiæ monstrabatur. Esth 8,4.
Vniuersæ autem protendentes manus in cælum, deprecabantur. 2.Mach.3,20.
Sacerdotes autem protendentes manus in cælum, inuocabant eum. † 14,34.
Oniam, qui fuerat summus sacerdos, virum bonum, & benignum, &c. manus protendentem orare pro omni populo Iudæorum. † 15,12.

PROTERVVS.

Filius noster iste proteruus & contumax est, monita nostra audire contemnit, comessationibus vacat, & luxuriæ atque conuiuiis: lapidibus eum obruet populus. Deut.21,20. 2.Tim.3,4.

PROTESTOR.

Mittebatque eis prophetas, vt reuerterentur ad Dominum, quos protestantes, illi audire nolebant. 2.Par.24,19.
Consolabitur in nobis, quemadmodum in protestatione cantici declarauit Moyses. 2.Machab.7,6.
Turbatus est spiritu: & protestatus est, & dixit: Amen, amen, dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me. Ioan.13,21.
Spiritus sanctus per omnes ciuitates mihi protestatur. Act.20,23.

PROTINVS.

Protinus ad regis imperium eductum de carcere Ioseph totonderunt. Gen.41,14.
Protinus eis restituens quod merentur. Deut. 7,10. 1.Par.21,28.
Protinus relictis retibus, secuti sunt eum. Mar.1,18. 3.Ioan.v.14.

PROTRAHO.

Protraxisti super eos annos multos, & contestatus es eos in spiritu tuo per manum prophetarum tuorum. 2.Esd.9,30.
Ne protrahas noctem, vt ascendant populi pro eis. Iob 36,20.
Irretiuit illum multis sermonibus, & blanditiis labiorum protraxit illum. Prou.7,21.
Cor inopis ne afflixeris, & non protrahas datum angustiati. Eccli.4,3.
Protraxitque [Paulus] sermonem vsque in medium noctem. Act.20,7.

PROVEHO.

Prouexit autem ad horum culturam, & hos qui ignorabant, artificis eximia diligentia. Sap. 14,18.

PROVENIO.

Sunt iusti, quibus mala proueniunt, quasi opera egerint impiorum. Eccles.8,14.1.Cor.10,13.
Scio enim quia hoc mihi proueniet ad salutem, per vestram orationem. Philip.1,19.

PROVERBIVM.

Ob hoc exiuit prouerbium: Quasi Nemrod robustus venator coram Domino. Gen.10,9.
Idcircò dicitur in prouerbio: Venite in Hesebon, ędificetur, & construatur ciuitas Sehon, &c. Num.21,27.
Et eris perditus in prouerbium ac fabulam omnibus populis. Deut 28,37. Iudic.9.8.
Vnde & exiuit prouerbium: Num & Saul inter prophetas? 1 Reg.19,24.
Sicut & in prouerbio antiquo dicitur: Ab impiis egredietur impietas. † 24,14.
Idcircò dicitur in prouerbio: Cæcus & claudus non intrabunt in templum. 2.Reg.5,8.
Sermo, inquit, dicebatur in veteri prouerbio: Qui interrogant, interrogent in Abela, & sic perficiebant. † 20,18.

Eritque Israel in prouerbium, & in fabulam cunctis populis. 3.Reg.9,7.

Posuit me quasi in prouerbium vulgi, & exemplum sum coram eis. Iob 17,6. † 30,9.

Prouerbium est: Adolescens iuxta viam suam, etiam cùm senuerit non recedet ab ea. Prouerb. 22,6.

Prouerbia laudis nō effugiant à te. Eccli.6,35.

Ne despicias narrationem presbyterorum sapientium, & in prouerbiis eorum conuersare; ab ipsis enim disces sapientiam & doctrinam. † 8,9.

Impleuerunt prouerbia, & iudicia. † 18,29.

Occulta prouerbiorum exquiret [sapiens] & in absconditis parabolarum conuersabitur. † 39,3.

In opprobrium, & in parabolam, & in prouerbium, & in maledictionem in vniuersis locis. Ier.24,9.

Quòd est prouerbium istud vobis in terra Israel, dicentium: In longum differentur dies, & peribit omnis visio? Ezech.12,22.

Dices per prouerbium ad domum irritatricem parabolam. † 24,3.

Hoc prouerbium dixit eis Iesus. Ioan.10,6.

Venit hora cùm iam non in prouerbiis loquar vobis, sed palàm de Patre annuntiabo vobis. † 16,25.

Contigit enim eis illud veri prouerbij: Canis reuersus ad suum vomitum; &, Sus lota in volutabro luti. 2.Pet.2,22.

PROVIDEO.

Iustum est igitur, vt aliquando prouideam etiam domui meæ. Gen.30,30.

Prouideat rex virum sapientem & industrium, & præficiat eum Terræ Aegypti. † 41,33.

Prouidi enim in filiis eius mihi regem. 1.Reg.16,1. † 23,26. Esth.6,1.

Si meipsum tradam tibi seruum, non ero condignus prouidentiæ tuæ. Tob.9,2.

Omnes enim viæ tuæ paratæ sunt, & tua iudicia in tua prouidentia posuisti. Iudith 9,5.

Quoniam hæc mihi dicta sunt per prouidentiam Dei. † 11,16.

Prouidebam Dominum in conspectu meo semper. Psal.15,8.

Neque dicas coram Angelo: Non est prouidentia. Eccles.5,5.

Cogitationes enim mortalium timidæ, & incertæ prouidentiæ nostræ. Sap.9,14.

Tua autem, pater, prouidētia gubernat. † 14,3.

Fugitiui perpetuæ prouidentiæ iacuerunt. † 17,2. 2.Mach.4,2.

Prouidentes bona non tantùm coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Rom.12,17. 2.Cor.8,21. Gal.3,8.

Deo pro nobis meliùs aliquid prouidente, vt non sine nobis consummarentur. Heb. 11,40.

PROVINCIA.

Omnesque prouinciæ veniebant in Aegyptum, vt emerent escas, & malum inopiæ temperarent. Gen 41,57.

Quinque Prouinciarum, ab vrbe murata, vsque ad villam. 1.Reg.16,17. 3.Reg.20,14. Esther 1,1.

Coaceruaui mihi argentum, & aurum, & substantias regum ac prouinciarum. Eccles.2 8. † 5,7.

Effunde indignationem tuam super Gentes, quæ non cognouerunt te, & super prouincias, quæ nomen tuum non inuocauerunt. Ier.10,25.

Facta est quasi vidua domina Gentium: princeps prouinciarum facta est sub tributo. Thren. 1,1. Dan.2,48.

Veniet cum exercitu, & ingredietur prouinciam regis Aquilonis. Dan.11,7.

PROVOCO.

Prouocauerunt eum in diis alienis. Deut. 31,16. 2.Reg.2,14.

Quare prouocas malum, vt cadas tu, & Iudas tecum? Et non acquieuit Amasias. 4.Regum 14,10.

Et de Aser egredientes ad pugnam, & in acie prouocantes, quadraginta millia. 1.Par.12,36.

Abundant tabernacula prædonum, & audacter prouocant Deum, cùm ipse dederit omnia in manus eorum. Iob 12,6.

Cor insipientium prouocat stultitiam. Prouerb.12,23. † 15,18.

Sicut enim læsisti aduersarios: sic & nos prouocans magnificasti. Sap.18,8.

Diligentes in vino noli prouocare: multos enim exterminauit vinum. Eccli.31,30.

Adinuentiones eorum contra Dominum, vt prouocarent oculos maiestatis eius. Isa.3,8.

Ipsi autem ad iracundiam prouocauerunt, & afflixerunt spiritum sancti eius. † 63,10.

Populus qui ad iracundiam prouocat me ante faciem meam semper. † 65,3.

Prouocantes me in operibus manuum vestrarum sacrificando diis alienis. Ier.44,8. † 50,24.

Iustus est Dominus, quia os eius ad iracundiam prouocaui. Thren.1,18.

Nos iniquè egimus, & ad iracundiam prouocauimus: idcircò tu inexorabilis es. † 3,42. Baruch 4,6. Ezech.19,43.

Ad iracundiam me prouocauit Ephraim in amaritudinibus suis, & sanguis eius super eum veniet. Osee 12,14. Soph.3,1.

Vestra æmulatio prouocauit plurimos. 1.Cor. 9,2. Gal.5,26. Col.3,21.

Consideremus inuicem in prouocationem charitatis. Heb.10,24.

PROVOLVTVS.

Ad altaris crepidinem prouoluti, vt sibi propitius, inimicis autem eorum esset inimicus. 2.Mach.10,36.

Accessit ad eum homo genibus prouolutus ante eum. Matth.17,14.

PRO-

PROXIMVS.

Iurabit quòd non extenderit manum in rem proximi tui. Deut.22,8.

Scindet regnum tuum de manu tua, & dabit illud proximo tuo Dauid. 1.Reg.28,17. 3.Regum 8,31. Psal.14,3.

Quasi proximum & quasi fratrem nostrum sic complacebam. Psal.34,14.† 37,12.† 821,8.

Etiam proximo suo pauper odiosus erit: amici verò diuitum multi. Prou.14,20.

Subtrahe pedem tuum de domo proximi tui, nequando satiatus oderit te. † 25,17. † 27,14.

Incorruptio autem facit esse proximum Deo. Sap.6,20.

Mandauit illis vnicuique de proximo suo. Eccli.17,12.

Audisti verbum aduersus proximum tuum? commoriatur in te. † 19,10.

In tribus placitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo & hominibus: concordia fratrum, & amor proximorum, & vir & mulier benè sibi consentientes. † 25,2.

Dilige proximum, & coniungere fide cum illo. † 27, 18.

Sicut qui dimittit auem de manu sua, sic dereliquisti proximum tuum, & non eum capies: non illum sequaris, quoniam longè abest. 21.

Recupera proximum secundùm virtutem tuã, & attende tibi ne incidas. † 29,27.

Intellige quæ sunt proximi tui ex teipso. † 31,18.

Vnusquisque proximo suo auxiliabitur, & fratri suo dicet: Confortare. Isaiæ41,6.

Vnusquisque se à proximo suo custodiat, & in omni fratre suo non habeat fiduciam. Ierem.9,4. Ezech.33,26. Zach.14,13.

Diliges proximum tuum sicut teipsum. Matthæi 22,39.

Quis est meus proximus? Luc.10,29. Act.7,27.

Dilectio proximi malum non operatur. Rom. 13,10. Heb.7,19.† 8,11. Iac.4,13.

PRVDENTIA.

Quos repleui spiritu prudentiæ, vt faciant vestes Aaron, in quibus sanctificatus ministret mihi. Exod.28,3.

Prudentem in verbis. 1.Reg.16,18.

Prudenter se agebat [Dauid] posuitque eum Saul super viros belli. † 18,5.

Vidit itaque Saul quòd prudens esset nimis, & cœpit cauere eum. 15.

Prudentiùs se gerebat Dauid, quàm omnes serui Saul, & celebre factum est nomen eius nimis. 30.

Abigail, eratque mulier illa prudentissima & speciosa. † 25,3.

Det quoque tibi Dominus prudentiam, & sensum, vt regere possis Israel. 1.Par.22,12.

In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia. Iob 12,12.

Prudentiam tuam ostendisti plurimam. † 26,3.

Prudentia eius percussit superbum. † 26,12.

Audiui prudentiam vestram, donec disceptaremini sermonibus. † 32,11. Psal.48,4.† 104,22.

Prudentẽ me fecisti mandato tuo. Psal.118,98.

Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo, & ne innitaris prudentiæ tuæ. Prou.3,5.

Stabiliuit cælos prudentia. 19.

Prudentiæ meæ inclina aurem tuam. † 5,1.

Meum est consilium, & æquitas, mea est prudentia, mea est fortitudo. † 8,14.

Scientia sanctorum prudentia. † 9,10.

Prudentiæ tuæ pone modum. † 23,4.

Dux indigens prudentia, multos opprimet per calumniam. † 28, 16.

Dedique cor meum vt scirem prudentiam, atque doctrinam. Eccles.1, 17.

Melior est sapientia quàm vires, & vir prudens quàm fortis. Sap.6,1.

Sobrietatem enim, & prudentiam docet, & iustitiam & virtutem. † 8,7.

Et intellectus prudentiæ ab æuo. Eccli.1,4.

Non est cogitatus peccatorũ prudẽtia. † 19,19.

Os prudentis quæritur in Ecclesia, & verba illius cogitabunt in cordibus suis. † 21,20.† 44,3.

Væ qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobismetipsis prudentes. Isaiæ 5, 21.

Prudentia sua extendit cælos. Ierem.51,15.

Disce vbi sit prudentia, vbi sit virtus, vbi sit intellectus, vt scias simul vbi sit longiturnitas vitæ, & virtus. Baruch.3,14.

Filij quoque Agar, qui exquirunt prudentiam, quæ de terra est. 23. Ezech.28.4. Dan.5,12.

Prudens in tempore illo tacebit, quia tempus malum est. Amos 5,13. Abd.v.7.

Estote ergo prudentes sicut serpentes. Matthæi 10,16.

Prudentes verò acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. † 25,4. Luc.1,17.

Stupebant autem omnes qui eum audiebant, super prudentia & responsis eius. Luc.2,47.

Et laudauit Dominus villicum iniquitatis quia prudenter fecisset. † 16,8.

Prudentia carnis mors est: prudentia autem spiritus vita & pax. Rom 8,6.

Nolite esse prudentes apud vosmetipsos. † 12,16.

Prudentiã meã in mysterio Christi. Eph.3,4.

Vt prudentiam doceant adolescentulas, vt viros suos ament, filios suos diligant. Titi 2,4.

Estote itaque prudentes, & vigilate in orationibus. 1.Pet.4,7.

PRVINA.

Minutum & quasi pilo tusum in similitudinem pruinæ. Exod.16,14.

Qui timent pruinam, irruet super eos nix. Iob 6,16.

Factus sum sicut vter in pruina. Psal.118,83. Dan.3,68.

PRVNA.

Si esurierit inimicus tuus ciba illum: si sitierit da ei aquam bibere: prunas enim congregabis super caput eius, & Dominus reddet tibi. Prouerb.25,22. Ezech.10,2. Ioan.21,9.

PRVRIO.

Scabie quoque & prurigine: ita vt curari nequeas. Deut.28,27.

Ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus. 2.Tim.4,3.

PSALLO, PSALMVS, PSALTES.

Quærent hominem scientem psallere cithara, vt quando arripuerit te spiritus malus, psallat manu sua, & leuiùs feras. 1.Reg.16,16.

Psallebat manu sua, sicut per singulos dies. † 18,10.

Dixit vir, cui constitutum est de Christo Dei Iacob, egregius psaltes Israel. 2.Reg.23,1.

Adducite mihi psaltem: Cùmque caneret psaltes, facta est super eum [Eliseum] manus Domini. 4.Reg.3,15.

Iehiel super organa psalterij. 1.Par.16,5.

Modulamini illi psalmum nouum, exaltate & inuocate nomen eius. Iudith 16,2.

Psallam nomini Domini altissimi. Psal.7,18.

Psallite Domino, qui habitat in Sion. † 9,12.

Psallite Domino sancti eius. † 29,5.

In psalterio decem chordarum psallite illi. † 32,2.

Psallite ei in vociferatione. 3.

Psallite Deo nostro. † 46,7.

Psalmum dicam nomini tuo in sæculum. † 60,9.

Præuenerunt principes coniuncti psallentibus. † 67,26.

In me psallebant qui bibebant vinum. † 68,13.

Sumite psalmum & date tympanum. † 80,3.

Filiis Core, Psalmus Cantici. Titulus Psalmi 86.

In decachordo psalterio, cum cantico, in cithara. † 91,4.

In psalmis iubilemus ei. † 94,2.

Psallite Domino in cithara. † 97,5.

Psallam & intelligam in via immaculata. † 100,2.

Psallam Deo meo quamdiu sum: Iucundum sit ei eloquium meum. † 103,33.

In psalterio decachordo psallam tibi. † 143,9.

Psallam Deo meo quamdiu fuero. † 145,2.

Bonus est psalmus. † 146,1.

Amplificauerunt psallentes in vocibus suis, & in magna domo auctus est sonus suauitatis plenus. Eccli.50,20.

Psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vitæ nostræ in domo Domini. Isa.38,20.

Sessionem eorum & resurrectionem eorum vide, ego sum psalmus eorum. Thren.3,63.

Cùm conuenitis, vnusquisque vestrûm psalmum habet, doctrinam habet, apocalypsim habet. 1.Cor.14,26.

PSEVDOAPOSTOLVS.

Nam eiusmodi pseudoapostoli, sunt operarij subdoli, transfigurantes se in Apostolos Christi. 2.Cor.11,13.

PSEVDOCHRISTVS.

Surgent enim pseudochristi, & pseudoprophetæ. Matth.24,24.

PSEVDOPROPHETA.

Pseudoprophetas, & spiritum immundum auferam de terra. Zach.13,2. Matth.24,24.

Væ cùm benedixerint vobis homines: secundùm hæc enim faciebant pseudoprophetis patres eorum. Luc.6,26.

Inuenerunt quemdam virum magum pseudoprophetam, Iudæum, cui nomen erat Bar-iesu. Act.13,6.

Fuerunt verò & pseudoprophetæ in populo, sicut & in vobis erunt magistri mendaces. 2.Petri 2,1. 1.Ioan.4,1.

Vbi & bestia & pseudopropheta cruciabuntur die ac nocte in sæcula sæculorum. Apoc.20,10.

PTISANA.

Quasi siccans ptisanas, & sic latuit res. 2.Regum 17,19.

Si contuderis stultum in pila quasi ptisanas feriente desuper pilo, non auferetur ab eo stultitia eius. Prou.27,22.

PTOLEMAIS.

Vt autem intrauit Ptolemaidam Ionathas, clauserunt portas ciuitatis Ptolemenses, & comprehenderunt eum. 1.Mach.12,48.

PTOLEMAEVS.

Constituit bellum aduersus Ptolemæum regem Aegypti. 1.Mach.1,19.

PVBERTAS.

Relinquit ducem pubertatis suæ. Prou.2,17. Ezech.23,8.

Plange quasi virgo accincta sacco super virum pubertatis suæ. Ioel 1,8.

PVBLICANVS.

Quare cum publicanis & peccatoribus manducat Magister vester? Matth.9,11.

Matthæus publicanus. † 10,3. † 11,19. † 18,17.

Publicani & meretrices præcedent vos in regnum Dei. † 21,31.

Venerunt autem & publicani vt baptizarentur. Luc.3,12. † 18,10. † 19,1.

PVBLICO.

Configatur in eo, & domus eius publicetur. 1.Esd.6,11.

Nisi indicaueritis mihi somnium, & coniecturam eius, peribitis vos, & domus vestræ publicabuntur. Dan.2,5.

PVBLICVS.

Quibus [sacerdotibus] & statuta cibaria ex horreis publicis præbebantur. Gen.47,22.

Cùm acceperit homo nuper vxorem, &c. nec ei quippiam necessitatis iniungetur publicæ. Deut.24,5.

Decreui omnibus custodibus arcæ publicæ. 1.Esd.7,21.

Cœpit populus Israel in tabulis & gestis publicis. 1.Mach.13,42.

Publica supplicatione obsecrantes, pro eo quòd in contemptum locus esset venturus. 2.Machab.3,18. Act.5,18. † 16,37. † 20,20.

PVBLIVS.

Prædia principis insulæ, nomine Publij, qui nos suscipiens, triduo benignè exhibuit. Actorum 28,7.

Patrem Publij febribus & dysenteria vexatum iacere, &c. saluauit eum. 8.

PVDENS.

Salutant te Eubulus & Pudens. 2.Tim.4,21.

PVDET.

Non enim te pudebit, quia confusionis adolescentiæ tuæ obliuisceris. Isa.54,4.

Reuelabo pudenda tua in facie tua. Nah.3,5.

PVDICVS, PVDOR.

Et vestimenta, & pretium pudicitiæ non negabit. Exod.21,10.

Pudore cooperti sunt. Iob 6,20. Psal.70,13.

Induantur qui detrahunt mihi, pudore. Psal. 108,29.

Gratia super gratiam, mulier sancta & pudorata. Eccli.26,19.

Pudor Susannæ. At iniqui illi iusserunt, vt discooperiretur (erat enim cooperta.) Dan.13,32.

Quæcumque sunt vera, quæcumque pudica, quæcumque iusta, &c. hæc cogitate. Phil.4,8.

Episcopum irreprehensibilem, &c. ornatum, pudicum, hospitalem. 1.Tim.3,2,11. Tit.2,2.

Sapientia primùm quidē pudica est. Iac.3,17.

PVELLA.

Inuenerunt puellas egredientes ad hauriendam aquam. 1.Reg.9,11.

Quærantur regi puellæ virgines ac speciosæ. Esth.2,2.

Puellam vendiderunt pro vino, vt biberent. Ioel.3,3.

Filius ac pater ierunt ad puellam, vt violarent nomen sanctum meum. Amos 2,7.

Puella surge: & reuersus est spiritus eius. Lucæ 8,55.

PVER.

Puer non comparet: & ego quò ibo? Gen. 37,30.

Puer autem erat adhuc infantulus. 1.Reg.1,24.

Pro puero isto oraui. 27.

Quia puer es, hic autem vir bellator est ab adolescentia sua. † 17,33.

Puer Aegyptius ego sum, seruus viri Amalecitæ. † 30,13.

Ego autem sum puer paruulus, & ignorans egressum & introitum meum. 3.Reg.3,7.

Pueri parui egressi sunt de ciuitate, & illudebant ei [Eliseo] dicentes: Ascende calue, ascende calue. 4.Reg.2,23.

℟ Sadoc etiam puer egregiæ indolis, & domus patris eius, principes viginti duo. 1.Par.12,28.

Salomon filius meus puer paruulus est, & delicatus. † 22,5.

Ceperuntque filij Israel de fratribus suis ducenta millia mulierum, puerorum & puellarum. 2.Par.28,8.

Octauo autem anno regni sui, cùm adhuc esset [Iosias] puer, cœpit quærere Deum patris sui Dauid. † 34,3.

Cumque esset iunior omnibus in tribu Nephthali, nihil tamen puerile gessit in opere. Tob.1,4.

Hæc & his similia secundùm legem Dei puerulus obseruabat. 3.

Filij puellarum compunxerunt eos, & sicut pueros fugientes occiderunt eos. Iudith 16,14.

In finem puero Domini Dauid. Titulus Psalmi 17.

Laudate pueri Dominum. Psal.112,1.

Ex studiis suis intelligitur puer, si munda & recta sint opera eius. Prou.20,11.

Melior est puer pauper, & sapiens, rege sene & stulto. Eccles.14,13. † 10,16.

Puer autem eram ingeniosus. Sap.8,19.

Tamquam pueris insensatis iudicium in derisum dedisti. † 12,25.

Filij tibi sunt? erudi illos, & curua illos à pueritia illorum. Eccli.7,25. † 24,34.

Pueris alienis adhæserunt. Isa.2,6.

Dabo pueros principes eorum. † 3,4.

Antequam sciat puer vocare patrem suum, & matrem suam, auferetur fortitudo Damasci. † 8,4.

Ecce ego, & pueri mei, quos dedit mihi Dominus in signum, & in portentum Israel. 18.

Reliquiæ ligni saltus eius præ paucitate numerabuntur, & puer scribet eos. † 10,19.

Puer paruulus minabit eos. † 11,6.

Puer centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledictus erit. † 65,20.

Et dixi, A,a,a, Domine Deus, ecce nescio loqui, quia puer ego sum. Ier.1,6.

Si filius honorabilis mihi Ephraim, si puer delicatus. † 31,19.

Gentem improbam, & alterius linguæ, qui non sunt reueriti senum, nec puerorum miserti sunt. Baruch 4,15.

Pueros, in quibus nulla esset macula, decoros forma, & eruditos omni sapientia, cautos scientia, & doctos disciplina, & qui possent stare in palatio regis. Dan.1,4.

Puer Israel, & dilexi eum: & ex Aegypto

vocaui filium meum. Osee 11, 1.

Posuerunt puerum in prostibulo, & puellam vendiderunt pro vino vt biberent. Ioel. 3, 3.

Omnem, &c. qui à puero in virtutibus exercitatus sit. 2. Mach 15, 12.

Inuenerunt puerum cum Maria matre eius, & procidentes adorauerunt eum. Matth. 2, 11.

Videntes autem principes sacerdotum & Scribæ mirabilia quæ fecit, & pueros clamantes in templo, & dicẽtes: Hosanna filio Dauid. † 21, 15.

Tu puer propheta Altissimi vocaberis. Lucæ 1, 76.

Puer autẽ crescebat, & confortabatur. † 2, 40.

Pueri mei mecum sunt in cubili. † 11, 7.

Sinite pueros venire ad me, & nolite vetare eos: talium est enim regnum cælorum. † 18, 16.

Qui Spiritu sancto per os patris nostri Dauid pueri tui dixisti: Quare fremuerunt Gentes? Act. 4, 25.

Nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote: sensibus autẽ perfecti estote. 1. Cor. 14, 20.

Ecce ego, & pueri mei, quos dedit mihi Deus. Heb. 2, 13.

PVGILLVS.

Pugillum sacrificij tollat de eo quod offertur, & incendat super altare. Num. 5, 26. 3. Regum 17, 12.

Si suffecerit puluis Samariæ pugillis omnis populi qui sequitur me. 3. Reg 20, 10.

Melior est pugillus cum requie, quàm plena vtraque manus cum labore, & afflictione animi. Eccles. 4, 6.

Qui mensus est pugillo aquas? Isaiæ 40, 12. Ezech. 13, 19.

PVGIO.

Constituitque omnem populum tenentium pugiones, à parte templi dextra. 2. Par. 23, 10.

Pugionem eius, qui in ea ligatus erat, exoluit. Iudith 13, 8.

PVGNA, PVGNO.

Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis. Exod. 14, 14.

Dominus enim pugnat pro eis contra nos. 25.

Dominus quasi vir pugnator, omnipotens nomen eius. † 15, 3.

Amalec, & pugnabat contra Israel in Raphidim, &c. cumque leuaret Moyses manus, vincebat Israel. † 17, 8, 11.

Pugna incruenta. Recensuimus numerum pugnatorum, quos habuimus sub manu nostra: & ne vnus quidem defuit. Ob hanc causam offerimus in donariis Domini. Num. 31, 49.

Numquid fratres vestri ibunt ad pugnam, & vos hîc sedebitis? † 32, 6.

Dominus Deus, qui ductor est vester, pro vobis ipse pugnabit, sicut fecit in Aegypto cunctis videntibus. Deut. 1, 30. † 3, 22.

Quando egressus fueris aduersus hostes tuos in pugnam, custodies te ab omni re mala. † 23, 9.

Manus eius pugnabũt pro eo. † 33, 7. Ios. 19, 6.

Qui fuit vir pugnator. Ios. 17, 1. Iudic. 9, 43. † 10, 18.

Pugnabat contra Ephraim: percusseruntque viri Galaad Ephraim, quia dixerat: Fugitiuus est Galaad de Ephraim, &c. Et ceciderunt in illo tempore de Ephraim quadraginta duo millia. Iudic. 12, 4, 6.

Pugnare cœpit aduersus Iabes. 1. Reg. 11, 1.

Pugna autem peruenit vsque ad Bethauen. † 14, 23.

Pugnabat per circuitum aduersum omnes inimicos. 47.

Pugnabis contra eos vsque ad internecionem eorum. † 15, 18.

Qui egressus ad pugnam vociferatus erat in certamine. † 17, 20.

Festinauit Dauid, & cucurrit ad pugnam ex aduerso Philisthæi. 48.

Pugnauit aduersus Philisthæos, & abegit iumenta eorum. † 23, 5.

Pugnabant aduersum Israel: & fugerunt viri Israelitæ ante faciem Philisthiim, & ceciderunt interfecti in monte Gelboë. † 31, 1.

Pugnemus pro populo nostro, & ciuitate Dei nostri. 2 Reg. 10, 12.

Omnes Gethæi pugnatores validi. † 15, 18.

Ieroboam, quomodo pugnauerit, & quomodo regnauerit. 3. Reg. 14, 19.

Non pugnabitis contra minorem aut maiorem quempiam, nisi contra regem Israel solum. † 22, 31.

Pugnabant contra eum, & exclamauit Iosaphat. 32.

Pugnauerunt reges contra se, & cæsi sunt mutuò. 4. Reg. 3, 23.

Hazaël rex Syriæ, & pugnabat contra Geth, cepitque eam. † 12, 17.

Pugnauerit contra Amasiam regem Iuda. † 13, 12.

Ecce egressus est vt pugnet aduersum te. † 19, 9.

Quinque principes familiarum, & ad pugnandum robustissimi. 1. Par. 7, 7.

Filij Israel nolite pugnare contra Dominum Deum patrum vestrorum, quia non vobis expedit. 2. Par. 13, 12.

Pugnabit enim gens contra gentem, & ciuitas contra ciuitatem, quia Dominus conturbabit eos in omni angustia. † 15, 6.

Nolite timere, nec paueatis hanc multitudinem: non enim est vestra pugna, sed Dei. † 20, 15.

Reliqua autem sermonum Ioatham, & omnes pugnæ eius, & opera scripta sunt in Libro regum. † 27, 7.

In loco quocumque audieritis clangorem tubæ, illuc concurrite ad nos: Deus noster pugnabit pro nobis. 2. Esd. 4, 20.

Absque

Absque scuto & gladio; Deus eorum pugnauit pro eis & vicit. Iudith 5,16.

Duo dracones magni paratique contra se in prælium, ad quorum clamorem cunctæ concitatę sunt nationes, vt pugnarent contra gentem iustorum. Esther 11,7.

Pone me Domine iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me. Iob 17,3.

Filij matris meæ pugnauerunt contra me. Cant. 1,5.

Pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos. Sap. 5,21.

Vt cognoscant gentes potentiam eius: quia contra Deum pugnare non est facile. Eccli. 46,8.

Pugnabit vir contra fratrem suum. Isa. 19,2.

Pugnasset contra Azotum, & cepisset eam. † 20,1.

Qui pugnabit pro populo suo: ecce tuli de manu tua calicem soporis, fundum calicis indignationis meæ, non adiicies vt bibas illum vltrà. † 51,22.

Sed & Iudas pugnabit aduersus Ierusalem. Zach. 14,14.

Pugnabimus pro animabus nostris, & legibus nostris, & ipse Dominus conteret eos ante faciem nostram. 1. Mach. 3,22.

Pugnemus pro populo nostro & sanctis nostris. 43.

Pugnant decem millia contra sexaginta millia peditum, & equitum quinque millia. † 4,29.

Pugnarent aduersus eos qui erant in arce, donec emundarent sancta. 41.

Eamus ad aduersarios nostros, si poterimus pugnare aduersus eos. † 9,8.

Pugnauerunt contra Bacchidem, & contritus est ab eis, & afflixerunt eum valdè. 68.

Pugna prælium nostrum, & omnia quæcumque dixeris nobis, faciemus. † 13,9.

Tunc restitit Simon, & pugnauit pro gente sua. † 14,32.

Ebullire fecit de Perside eos, qui pugnauerunt contra nos, & sanctam ciuitatem. 2. Mach. 1,12.

Tu autem ne existimes tibi impunè futurum, quòd contra Deum pugnare tentaueris. † 7,19.

Sed cùm vehemens pugna esset, apparuerunt aduersariis de cælo viri quinque in equis, frenis aureis decori. † 10,29.

Cumque pugna valida fieret, & auxilio Dei prosperè cessisset.. 1. † 12,11.

Manu quidem pugnantes, sed Dominum cordibus orantes. † 15,27.

Sic pugno, non quasi aërem verberans. 1. Corinth. 9,26.

Foris pugnæ, intus timores. 2. Cor. 7,5.

Hi cum Agno pugnabunt, & Agnus vincet illos. Apoc. 17,14.

PVLCHER, PVLCHRITVDO.

Reputans ne fortè interficerent eum propter illius pulchritudinem. Gen. 26,7.

Erat autem Ioseph pulchra facie, & decorus aspectu. † 39,7.

Quàm pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Israel? Num. 24,5.

Quasi primogeniti tauri pulchritudo eius [Ioseph.] Deut. 33,17.

Pulcherrima feminarũ eligitur ei. Iudic. 5,30.

Habet sororem, quæ iunior & pulchrior illa est: sit tibi pro ea vxor. † 15,2.

Ne vocetis me Noëmi, id est, pulchram. Ruth 1,20.

Erat autem rufus & pulcher aspectu, decoraque facie. 1. Reg. 16,12,18.

Erat autem mulier pulchra valdè. 2. Reg. 11,2.

Porrò sicut Absalom vir non erat pulcher in omni Israel. † 14,25.

Erat autem [Abisag] puella pulchra nimis. 3. Reg. 1,4.

Dominus hanc in illam [Iudith] pulchritudinem amplia uit. Iudith 10,4. † 16,8.

Vt ostenderet cunctis populis, & principibus pulchritudinem illius. Esther 1,11.

Esther: & vtrumque parentem amiserat: pulchra nimis, & decora facie. † 2,7.

Erat enim formosa valdè, & incredibili pulchritudine, omnium oculis gratiosa, & amabilis videbatur. 15.

Vidi stultum firmâ radice, & maledixi pulchritudini eius statim. Iob 5,3.

Deuoret pulchritudinem cutis eius. † 18,13.

Pulchritudo agri mecum est. Psal. 49,11.

Pulchritudinem eorum in manus inimici. † 77,61.

Non concupiscat pulchritudinem eius cor tuum, nec capiaris nutibus illius. Prou. 6,25.

Fallax gratia, & vana est pulchritudo. † 31,30.

Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi post vestigia gregum. Cant. 1,7.

Ecce tu pulchra es, amica mea, ecce tu pulchra es, oculi tui columbarum. 14.

Quàm pulchra es amica mea, quàm pulchra es? 4,1.

Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. 7.

Pulchra es amica mea. † 6,3.

Pulchra vt luna, electa vt sol. 9.

O quàm pulchra est casta generatio cum claritate? immortalis est enim memoria illius: quoniam & apud Deum nota est, & apud homines. Cùm præsens est, imitantur illam: & desiderant eam cùm se eduxerit, & in perpetuum coronata triumphat incoinquinatorum certaminum præmium vincens. Sap. 4,1.

Pulcherrimi quoque viri tui gladio cadent, & fortes tui in prælio. Isa. 3,25.

Quàm pulchri sunt super montes pedes annuntiantis & prędicantis pacem: annuntiantis bonum,

num, prædicantis salutem. † 52,7.

Ecce quasi leo ascendet de superbia Iordanis ad pulchritudinem robustam. Ier.49,19.

Occidit omne, quod pulchrum erat visu in tabernaculo filiæ Sion. Thren.2,4.

Quo pulchrior es, descende, & dormi cum incircumcisis. Ezech.32,19.

PVLEX.

Quem persequêris rex Israel? quem persequêris? canem mortuum persequeris, & pulicem vnum. 1.Reg.24,15.

Egressus est rex Israel, vt quærat pulicem vnũ, sicut persequitur perdix in montibus. † 26,20.

PVLLVLO.

Septem spicæ pullulabant in culmo vno, plenę atque formosæ. Gen.41,5. Iob 14,7.

Ossa eorum pullulent de loco suo, & nomen eorum permaneat in æternum. Eccli.46,14. † 49,12.

Pullulabit cornu domui Israel. Ezech.29,21.

PVLLVS.

Pullum columbæ siue turturem pro peccato. Leuit.12,6.

Et factum est circa pullorum cantum, accersiri iussit Raguel seruos suos. Tob.8,11. Iob 11,12.

Pulli eius lambent sanguinem, & vbicumque cadauer fuerit statim adest. Iob 39,30. Psalmo 146,9. Isa 16,2.

Sicut pullus hirundinis, sic clamabo, meditabor vt columba. Isa.38,14. Ioan.12,15.

PVLMENTVM.

Coxit autem Iacob pulmentum: ad quem cùm venisset Esau de agro lassus, ait: Da mihi de coctione hac rufa, quia oppidò lassus sum. Gen. 25,29.

Nec pulmenti quidquam occurrerat præparare. Exod 12,39. Num.5,21.

Coque pulmentum filiis prophetarum. 4.Regum 4,38. Ioan.21,5.

PVLMO.

Et casu percussit regem Israel inter pulmonem & stomachum. 3.Reg.22,34.

PVLS.

Panem & polentam, & pultes non comedetis ex segete, vsque ad diem qua offeretis ex ea Deo vestro. Leuit.23,14.

PVLSO.

Vox dilecti mei pulsantis: Aperi mihi soror mea. Cant.5,2.

Pulsate, & aperietur vobis. Matth.7,7. Luc. 13,25. Act.12,16.

Ego sto ad ostium, & pulso. Apoc.3,20.

PVLVILLVS.

Væ quæ consuunt puluillos sub omni cubito manus: & faciunt ceruicalia sub capite vniuersæ ætatis ad capiendas animas. Ezech.13,18,20.

PVLVIS.

Puluis es, & in puluerem reuertêris. Gen.3,19.

Faciamque semen tuum sicut puluerem terræ. † 13,16.

Cumque in tenuissimum puluerem vniuersa contuderis, pones ex eo coram tabernaculo. Exo.30,36.

Quis dinumerare possit puluerem Iacob, & nosse numerum stirpis Israel? Num.23,10.

Det Dominus imbrem terræ tuæ puluerem, & de cælo descendat super te cinis donec conteraris. Deut.28,24.

Miseruntque puluerem super capita sua. Ios.7,6.

Suscitat de puluere egenum. 1. Reg. 2,8. † 4,12.

Veste conscissa, & puluere conspersus caput. 2 Reg.1,2.

Pro eo quòd exaltaui te de puluere, & posui te ducem super populum meum Israel. 3.Reg.16,2.

Si suffecerit puluis Samariæ pugillus omnis populi qui sequitur me. † 20,10.

Mutauit aspersione pulueris os & oculos suos 38.

Abstersit puluerem de facie sua, & cognouit eum rex quòd esset de prophetis. 41.

Interfecerat enim eos rex Syriæ, & redegerat quasi puluerem in tortura areæ. 4.Reg.13,7.

Combussit ea foris Ierusalem in Conualle cedron, & tulit puluerem eorum in Bethel. 4 Regum.23,4.

Redegit [lucum] in puluerem, & proiecit super sepulchra vulgi. 6.

Comminuit in puluerem, succenditque etiam lucum. 15.

Numquid ædificare poterunt lapides de aceruis pulueris, qui combusti sunt? 2.Esd.4,2.

Scissisque vestibus sparserunt puluerem super caput suum in cælum. Iob 2,12.

Induta est caro mea putredine, & sordibus pulueris. † 7,5.

Ecce, nunc in puluere dormiam. 21.

Et in puluerem reduces me. † 10,9.

Et in puluere emortuus fuerit truncus eius. † 14,7.

Alius verò moritur in amaritudine animæ absque vllis opibus, & tamen simul in puluere dormient, & vermes operient eos. † 21,26.

Quando fundebatur puluis in terra, & glebæ compingebantur. † 38,38.

Absconde eos in puluere simul, & facies eorum demerge in foueam. † 40,8.

Comminuam eos vt puluerem ante faciem venti. Psal.17,43.

In puluerem mortis deduxisti me. † 21,16.

Numquid confitebitur tibi puluis? † 29,10.

Fiant tamquam puluis ante faciem venti. † 34,5.

Recordatus est quoniam puluis sumus: homo, sicut fœnum dies eius. † 102,13.

Aufe-

Auferes spiritum eorum, & deficient, & in puluerem suum reuertentur. † 103,29.

Vt reuertatur puluis in terram suam vnde erat; & spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum. Eccles 12,7.

Quæ est ista quę ascendit per desertũ sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris, & vniuersi pulueris pigmentarij? Cant.3,6.

Finitus est enim puluis, consummatus est miser: defecit qui conculcabat terram. Isa.16,4.

Detrahet eam vsque ad puluerem. † 26,5.

Viuent mortui tui, interfecti mei resurgent: expergiscimini & laudate, qui habitatis in puluere. 19.

Et erit sicut puluis tenuis multitudo ventilantium te. † 29,5.

Ecce insulæ quasi puluis exiguus. † 40,15.

Descende, sede in puluere virgo filia Sion, sede in terra. † 47,1.

Vultu in terram demisso adorabunt te, & puluerem pedum tuorum lingent. † 49,23.

Excutere de puluere, consurge; sede Ierusalem. † 52,2.

Serpenti puluis panis eius. † 65,25.

Confusa est mater vestra nimis, & adæquata pulueri. Ier.50,12.

Ponet in puluere os suum, si fortè sit spes. Thren.3,29.

Extergunt faciem ipsorum propter puluerem domus, qui est plurimus inter eos. Baruch 6,12.

Destruent turres eius, & radam puluerem eius de ea, & dabo eam in limpidissimam petram. Ezech.26,4.

Eiulabunt super te voce magna, & clamabunt amarè: & superiacient puluerem capitibus suis, & cinere conspergentur. † 27,30.

Sicut puluis turbine raptus ex area, & sicut fumus de fumario. Osee 13,3.

In Geth nolite annuntiare, lacrymis ne ploretis, in domo Pulueris puluere vos conspergite. Mich.1,10.

Lingent puluerem sicut serpentes. † 7,17.

Excutite puluerem de pedibus vestris. Matthæi 10,14.

Eiecerunt eos de finibus suis. At illi excusso puluere pedũ in eos venerunt Iconiũ. Act.13,51.

Proiicientibus vestimenta sua & puluerem iactantibus in aërem. Act.22,23.

Miserunt puluerem super capita sua, & clamauerunt flentes, & lugentes, dicentes: Væ, væ, ciuitas illa magna. Apoc.18,19.

PVNCTVS.

Quòd laus impiorum breuis sit, & gaudium hypocritæ ad instar puncti. Iob 20,5.

Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. † 21,13.

Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te. Isaiæ 54,6.

PVNGO.

Est qui promittit, & quasi gladio pungitur conscientiæ. Prou.12,18.

Et qui pungit cor, profert sensum. Eccli.22,24.

Ecce venit cum nubibus, videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt. Apoc.1,7.

PVNICVS.

Per circuitum quasi mala punica facies, & hyacintho, purpura. Exod 28,33. † 39,24.

Sicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ. Cantic.4,3.

Emissiones tuæ paradisus malorum punicorum cum pomorum fructibus. 13. † 6,6.

Si flores fructus parturiunt, si floruerunt mala punica. † 7,12.

PVNIO.

Omnis qui occiderit Cain, septuplum punietur. Gen.4,15. Leuit.24,21. Num.35,30.

Non custodiat nos, sed puniat in præsenti. Ios.22,22.

Iniusti punientur: & semen impiorum peribit. Psal.36,28.

Ipsum quoque, qui non debet puniri, condemnare, exterum æstimas à tua virtute. Sap.12,15. 2.Mach.7,7. Act.26,11.

PVPILLA.

Custodiuit quasi pupillam oculi sui. Deut. 32,10. Prou.7,2.

Custodi me vt pupillam oculi. Psal 16,8.

Deduc quasi torrentem lacrymas per diem & noctem: non des requiem tibi, neque taceat pupilla oculi tui. Thren.2,18.

Qui enim tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei. Zach.2,8.

PVPILLVS.

Pupillus & vidua, qui intra portas tuas sunt, & comedent, & saturabuntur, vt benedicat tibi Dominus. Deut.14,29. † 16,11.

Super pupillum irruitis. Iob 6,27.

Lacertos pupillorum comminuisti. † 22,9.

Asinum pupillorum abegerunt. † 24,3.

Vim fecerunt deprędantes pupillos: & vulgum pauperem spoliauerunt. 9.

Et pupillum, cui non esset adiutor. † 29,12.

Si comedi buccellam meam solus, & non comedit pupillus ex ea. † 31,17.

Si leuaui super pupillum manum meam. 21.

Iudicate pupillo, & humili. Psal.9,39.

Nec sit qui misereatur pupillis eius. † 108,12.

Pupillum & viduam suscipiet. † 145,9.

In iudicando esto pupillis misericors vt pater. Eccli.4,10.

Iudicate pupillo, defendite viduam. Isa.1,17.

Pupillo non iudicant, & causa viduæ non ingreditur ad illos. 23.

Super adolescentulis eius non lætabitur Dominus: & pupillorum eius & viduarum non miserebitur. † 9,17.

Relinque pupillos tuos: ego faciam eos viuere: & viduæ tuæ in me sperabunt. Ierem.49,11.

Pupilli facti sumus absque patre, matres nostræ quasi viduæ. Thren.5,3.

PVPPIS.

Erat ipse in puppi super ceruical dormiens. Mar.4,38. Act.27,29.

PVRGATORIVM.

Purgatorium. Duodecim millia drachmas argenti misit [Iudas] Ierosolymam offerri pro peccatis mortuorum sacrificium. 2 Mach.12,43.

Esto consentiens aduersario tuo citò dum es in via cum eo; ne forte tradat te aduersarius iudici, & iudex tradat te ministro: & in carcerem mittaris. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas nouissimum quadrantem. Matth 5,25.

Qui autem dixerit contra Spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc sæculo, neque in futuro. † 12, 32.

Si cuius opus arserit, detrimentum patietur: ipse autem saluus erit; sic tamen quasi per ignem. 1.Corinth.3,15. Philip.2,10. 1.Ioan..5,16. Apocal.5,13.

PVRGO.

Quo asperget illũ qui mundandus est, septies, vt iure purgetur. Leuit.14,7. Num.31,23.

Vt purgaret ventrem. 1.Reg.24,4.

Purgauitque [Asa] vniuersas sordes idolorum, quæ fecerant patres eius. 3.Reg.15,12. Tob.12,9. Psal.11,7.

Per misericordiam & fidem purgantur peccata. Prou.15,27.

Da illis partem, sicut mandatum est tibi, primitiarum & purgationis. Eccli.7,34. † 23,11.

Sedebit conflans & emundans argentum, & purgabit filios Leui, & colabit eos quasi aurum, & quasi argentum, & erunt Domino offerentes sacrificia in iustitia. Mal.3,3.

Eripuit enim nos de magnis periculis, & locum purgauit. 2.Mach.2,19.

Purgato templo aliud altare fecerunt. † 10,3.

Postquam impleti sunt dies purgationis eius secundum legem. Lucæ 2,22. † 3,17. Ioan.15,2. 1.Cor.4,13. Heb.1,3.

Obliuionem accipiens purgationis veterum suorum delictorum. 2.Pet.1,9.

PVRPVRA.

Purpuram coccumq; bis tinctum. Exod.25,4.

Et veste purpurea, quibus reges Madian vti soliti erant. Iudic.8,26.

Mardochæus autem, &c. coronam auream portans in capite, & amictus serico pallio atque purpureo. Esther 8, 15.

Stragulatam vestem fecit sibi: byssus & purpura indumentum eius. Prou.31,22.

Ascensum purpureum. Cant.3,10.

Hyacinthus & purpura indumentum eorum. Ierem.10,9.

A purpura quoque & murice, quæ supra illos tineant. Baruch 6,71.

Hyacinthus, & purpura de insulis Elisa, facta sunt operimentum tuum. Ezech.27,7.

Purpura vestieris, & torquem auream circa collum tuum habebis; & tertius in regno meo princeps eris. Dan.5,16.

Indutus est Daniel purpura, & circumdata est torques aurea collo eius. 29.

Misit ei purpuram & coronam auream. 1.Machab.10,20.

Iussit spoliari Ionathan vestibus suis, & indui eum purpura. 62.

Andronicum purpura exutum, per totam ciuitatem iubet circumduci. 2.Machab.4,38. Lucæ 16,19. Act.16,14.

Mulier erat circumdata purpura, & coccino, & inaurata auro, & lapide pretioso, & margaritis. Apoc.17,4.

PVRIFICO, PVRIFICATIO.

Ipsa verò triginta tribus diebus manebit in sanguine purificationis suæ. Leuit.12,4.

Præcipiet ei qui purificatur, vt offerat duos passeres viuos pro se, quibus vesci licitum est. 14,4. 8, 23.

Numerabit septem dies purificationis suæ: & die octauo offeret pro se sacerdoti duos turtures. † 15,28.

Purificabis eos [Leuitas] iuxta hunc ritum: Aspergantur aqua lustrationis, & radant omnes pilos carnis suæ. Cumque lauerint vestimenta sua, & mundati fuerint. Num.8,6. † 31,24. 1.Reg.20,26. 2.Mach.10,5. Ioan.3,25.

Quod Deus purificauit, tu commune ne dixeris. Act.10,15.

Fide purificans corda eorum. † 15,9. † 21,26.

Emundate manus, peccatores: & purificate corda, duplices animo. Iac.4,8.

PVRVS.

Cineres vaccæ, & effundet eos extra castra in loco purissimo. Num.19,9.

Numquid homo Dei comparatione iustificabitur, aut factore suo purior erit vir? Iob 4,17.

Purus est sermo meus, & mundus sum in conspectu tuo. † 21,4.

Secundùm puritatem manuum mearum retribuet mihi. Psal.17,21.

Purus sermo pulcherrimus firmabitur ab eo. Prou.15,26. † 20,9. Isaiæ 1, 25.

Purissimas reddam aquas eorum, & flumina eorum quasi oleum adducam. Ezech,34,18.

Finis autem præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. 1.Timoth.1,5.

Viros orare in omni loco, leuantes puras manus sine ira & disceptatione. † 2,8.

Habentes mysterium fidei in conscientia pura. † 3,9.

Cui

Cui seruio à progenitoribus in conscientia pura. 2.Tim.1,3. † 2,22.

PVSILLANIMIS.

Expectabam eum qui saluum me fecit à pusillanimitate spiritus, & tempestate. Psal.54,9.

Noli esse pusillanimis in animo tuo; exorare & facere eleemosynā ne despicias. Eccli.7,9,10.

Dicite pusillanimis: Confortamini, & nolite timere. Isa.35,4. † 41,2. † 44,1. † 44,2. † 49,14.

Corripite inquietos, consolamini pusillanimes. 1.Thess.5,14.

PVSILLVS.

Et adhuc pusillum, & non erit peccator. Psal.36,10. † 113,13.

Pusillum & magnum ipse fecit, & æqualiter cura est illi de omnibus. Sap.6,8.

Iustifica pusillum, & magnum similiter. Eccli.5,18.

Qui autem scandalizauerit vnum de pusillis istis, qui in me credunt. Matth.18,6.

Vt pereat vnus de pusillis istis. 14.

Venite seorsum in desertum locum, & requiescite pusillum. Mar.6,31.

Nolite timere pusillus grex. Luc.12,32. † 19,3.

Patres, nolite ad indignationem prouocare filios vestros, vt non pusillo animo fiant. Col.3,21. Apoc.11,18. † 20,12.

PVSTVLA.

In cuius cute & carne ortus fuerit diuersus color siue pustula. Leuit.13,2.

PVTEVS.

Vallis autem Siluestris habebat puteos multos bituminis. Gen.14,10.

Appellauit puteum illum, Puteum viuentis & videntis me. † 16,14.

Quæ videns puteum aquæ, abiit, & impleuit vtrem, deditque puero bibere. † 21,19.

Puteos, quos foderant serui patris illius Abraham, illo tempore obstruxerunt. † 26,14.

Nomen putei ex eo quod acciderat, vocauit Calumniam. 21.

Fodit alium puteum, pro quo non contenderunt: itaque vocauit nomen eius Latitudo. 22.

De puteo, &c. Vnde appellauit eum, Abundantiam. 33.

Vidit puteum in agro, tres quoque greges. † 29,2.

Ex eo loco apparuit puteus, super quo locutus est Dominus ad Moysen: Congrega populum, & dabo ei aquam. Num.21,16.

Habebat puteum in vestibulo suo, & descenderunt in eum. 2.Reg.17,18.

Tu verò Deus deduces eos in puteum interitus. Psal.54,24.

Neque vrgeat super me puteus os suum. † 68,16. Prou.5,15. † 23,27.

Puteus aquarum viuentium. Cant.4,15.

In diebus ipsius [Simonis] emanauerunt putei aquarum. & quasi mare adimpleti sunt supra modum. Eccli.50,3.

Numquid tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis puteum, & ipse ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius? Ioan.4,12.

Data est ei clauis putei abyssi. Apoc.9,1,3.

PVTIPHAR.

Madianitæ vendiderunt Ioseph in Aegypto Putiphari. Gen.37,36. † 39,1.

PVTIPHARE.

Deditque illi vxorem Aseneth filiam Putiphare. † 41,45.

PVTO.

Putásne centenario nascetur filius? Gen.17,17.

Ergóne putandum est, quòd verè Deus habitet super terram. 3.Reg.8,24.

PVTO, *al. signif.*

Sex annis putabis vineam tuam. Leuit.25,3.

Tempus putationis aduenit. Cant.2,12.

Ponam eam desertam: non putabitur, & non fodietur: & ascendent vepres & spinæ. Isa.5,6.

PVTREDO, PVTRESCO.

Computrescent aquæ, & affligentur Aegyptij bibentes aquam fluminis. Exod.7,18.

Putrescere faciat femur tuum. Num.5,21.

Induta est caro mea putredine, & sordibus pulueris. Iob 7,5.

Qui quasi putredo consumēdus sum. † 13,28.

Putredini dixi: Pater meus es. † 17,14.

Quantò magis homo putredo, & filius hominis vermis? † 25,6.

Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ, à facie insipientiæ meæ. Psal.37,6. Prou.10,7.

Mulier diligens, corona est viro suo: & putredo in ossibus eius, quæ confusione res dignas gerit. Prou.12,4. † 25,19.

Sic putrescere faciam superbiam Iuda, & superbiam Ierusalem multam. Ier.13,9. † 22,19.

Et ego quasi tinea Ephraim: & quasi putredo domui Iuda. Osee 5,11.

Ascendere feci putredinem castrorum vestrorum in nares vestras. Amos 4,10. Mich.2,10.

Ingrediatur putredo in ossibus meis. Hab.3,16. Iac.5,2.

PYRAMIS.

Statuit [Simon] septem pyramidas, vnam contra vnam, patri & matri, & quatuor fratribus: & his circumposuit columnas magnas; & super columnas arma, ad memoriam æternam; & iuxta arma naues sculptas, quæ viderentur ab omnibus nauigantibus mare. 1.Mach.13,28.

PYRVS.

Venies ad eos ex aduerso pyrorum. Et cùm audieris sonitum gradientis in cacumine pyrorum, tunc inibis prælium. 2.Reg.5,23.

PYTHO.

Vir, siue mulier, in quibus pythonicus, vel diuina-

uinationis fuerit spiritus, morte moriantur. Leuit.20,27.

Est mulier pythonem habens in Endor. 1.Regum 28,7.

Obseruauit auguria,& fecit pythones. 4.Regum 21,6.

Pythones & ariolos,& figuras idolorum,& immunditias, & abominationes quæ fuerant in terra Iuda & Ierusalem, abstulit Iosias, vt statueret verba legis. † 23,24.

Quærite à pythonibus & à diuinis, qui strident in incantationibus suis. Isa.8,19.† 19,3.

Erit quasi pythonis de terra vox tua. † 29,4.

Euntibus nobis ad orationem, puellam quamdam habentem spiritum pythonem obuiare nobis, quæ quæstum magnum præstabat dominis suis diuinando. Act.16,16.

QVADRAGENVS.

A IVDAEIS quinquies quadragenas, vna minùs,accepi. 2.Cor.11,24.

QVADRAGINTA.

Factumque est diluuium quadraginta diebus super terram. Gen 7,17.

Non percutiam propter quadraginta.† 18,29.

Ingressusque Moyses medium nebulæ ascendit in montem, & fuit ibi quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. Exod.24,18.

Quadraginta bases argenteas fundes.† 26,19.

Fuit ergo ibi cum Domino quadraginta dies, & quadraginta noctes: panem non comedit. † 34,28.

Reuersique exploratores Terræ post quadraginta dies. Num.13,26.

Quadraginta annis recipietis iniquitates vestras,& scietis vltionem meam. † 14,34.

Perseueraui in monte quadraginta diebus ac noctibus, panem non comedens, & aquam non bibens. Deut.9,9.

Iacui coram Domino quadraginta diebus ac noctibus, quibus eum suppliciter deprecabar ne vos deleret. 25.† 25,3.

Adduxit vos quadraginta annis per desertum: non sunt attrita vestimenta.† 29,5.Ios.14,7,10.

Habuit [Abdon] quadraginta filios,& triginta ex eis nepotes, ascendentes super septuaginta pullos asinarum. Iudic.12,14.† 13,1.

Procedebat verò Philisthæus manè & vesperi, & stabat quadraginta diebus. 1.Reg.17,16.

Post quadraginta annos, dixit Absalom ad regem Dauid: Vadam,& reddam vota.2.Reg.15,7.

Habebat Salomon quadraginta millia præsepia equorum currilium,& duodecim millia equestrium. 3.Reg.4,26.

Comedit & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. vsque ad montem Dei Horeb. † 19,8.

Quadraginta annis pauisti eos in deserto,nihilque eis defuit. 2.Esd.9,21.

Per annos quadraginta annonam de cælo consecuti sunt. Iudith 5,15.

Quadraginta annis offensus fui generationi huic. Psal.94,10.

Assumes iniquitatem Israel quadraginta diebus: diem pro anno, diem inquam pro anno dedi tibi. Ezech.4,6.

Non habitabitur quadraginta annis. † 29,11.

Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur. Ionæ 3,4.

Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc. Ioan.2,20.

QVADRANGVLVS.

Quadrangulum erit [rationale] & duplex. Exo.28,16.

QVADRANS.

In carcerem mittaris. Amen dico tibi,non exies inde, donec reddas nouissimum quadrantem. Matth.5,26.

Vidua vna pauper misit duo minuta, quod est quadrans. Mar.12,42.

QVADRIGA.

Quare tardauerunt pedes quadrigarum illius? Iudic.5,28.

Egrediebatur autem quadriga ex Aegypto sexcentis siclis argenti, & equus centum quinquaginta. 3.Reg.10,29.

Cepit ergo Dauid mille quadrigas eius, & septem millia equitum, ac viginti millia virorum peditum, subneruauitque omnes equos curruum, exceptis centum quadrigis, quas reseruauit sibi. 1.Par.18,4.

Aurum, vt ex ipso fieret similitudo quadrigæ Cherubim. † 28,18.

Emebant pretio quadrigam equorum sexcentis argenteis. 2.Par.1,17.

Gloriabatur quasi potens in potentia exercitus sui, & in gloria quadrigarum suarum.Iudith 1,4.

Nesciui, anima mea conturbauit me propter quadrigas Aminadab. Cant.6,11.

Repleta est terra eius equis, & innumerabiles quadrigæ eius. Isa.2,8.

Erunt electæ valles tuæ plenæ quadrigarum,& equites ponent sedes suas in porta. † 22,7.

Qui eduxit quadrigam & equum, agmen & robustum: simul obdormierunt, nec resurgent. † 43,17.

Subuertam quadrigam & ascensorem eius. Agg.2,23.

Et ecce quatuor quadrigæ egredientes de medio duorum montium: & montes, montes ærei. Zach.6,1.

Disperdam quadrigam ex Ephraim, & equum de Ierusalem. Zach.9,10.

QVADRINGENTI.

Subiicient eos seruituti, & affligent quadringentis annis. Gen.15,13.

Habitatio autem filiorum Israel qua manserunt

runt in Aegypto, fuit quadringentorum triginta annorum. Exod. 12,40.

Malè tractabant eos annis quadringentis. Act. 7,6.

Sorte distribuit eis terram eorum, quasi post quadringentos & quinquaginta annos. † 13,20.

Quæ post quadringentos & triginta annos facta est Lex. Gal. 3,17.

QVADRVM.

Lateres ceciderunt, sed quadris lapidibus ædificabimus. Isaiæ 9,10. Ezech. 40,42.

Domos quadro lapide ædificabitis, & non habitabitis in eis. Amos 5,11.

Et ciuitas in quadro posita est. Apoc. 21,16.

QVADRVPES.

Quod ambulat super manus, ex cunctis animantibus quæ incedunt quadrupedia, immundum erit. Leuit. 11,27,42.

Vidi quadrupedia terræ, & bestias, & reptilia. Act. 11,6.

Mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentium. Roman. 1,23.

QVADRVPLVM.

Ouem reddet in quadruplum. 2. Reg. 12,6.

Si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum. Luc. 19,8.

QVAERO.

Cumque quæsiens ibi Dominum tuum, inuenies eum: si tamen toto corde quæsieris, & tota tribulatione animæ tuæ. Deut. 4,29.

Quæsierunt ergo eum, & non est inuentus. 1. Regum 10,21.

Quæsiuit Dominus sibi virum iuxta cor suum. † 13,14.

Quærebat eum [Dauidem] tamen Saul cunctis diebus, & non tradidit eum Deus in manus eius. † 23,14.

Quærite mihi mulierem habentem pythonem, & vadam ad eam, & suscitabor per illam. † 28,7.

Vt quærerent Dauid, &c. & percussit eos ibi. 2. Reg. 5,17.

Quæritur vbique Elias. Non est gens aut regnum, quò non miserit Dominus meus te requirens. 3. Reg. 18,10.

Qui cùm quæsissent [Eliam] tribus diebus, non inuenerunt. 4. Reg. 2,17.

Si quæsieritis eum, inuenietis: si autem dereliqueritis eum, derelinquet vos. 2. Par. 15,2.

In tota voluntate sua quæsierunt eum, & inuenerunt; præstititque eis Dominus requiem per circuitum. 2. Par. 15,15.

Quærunt animam meam, vt auferant eam. Psal. 39,15.

Ipsi verò in vanum quæsierunt animam meam. † 62,10.

Quærite Deũ, & viuet anima vestra. † 66,33.

Cùm occideret eos quærebant eum. † 77,34.

Quærite Dominũ, & confirmamini. † 104,4.

Benè consurgit diluculo qui quærit bona. Prou. 11,27.

Quid necesse est homini maiora se quærere, cùm ignoret quid conducat sibi in vita sua? Eccles. 7,1.

Quæsiui illum, & non inueni. Cantic. 3,1. Eccli. 3,22.

Venit manè & nox: si quæritis, quærite: conuertimini, venite. Isaiæ 21,12.

Quærite Dominum, dum inueniri potest, inuocate eum dum propè est. † 55,6.

Me etenim de die in diem quærunt, & scire vias meas volunt: quasi gens quæ iustitiam fecerit, & iudicium Dei sui non dereliquerit. † 58,2.

Quæsierunt me qui antè non interrogabant, inuenerunt qui non quæsierunt me. † 65,1.

Ad viros Anathoth, qui quærunt animam tuam. Ierem. 11,21.

Quæretis me, & inuenietis: cùm quæsieritis me in toto corde vestro. † 29,13.

Quæretur iniquitas Israel, & non erit, & peccatum Iuda, & non inuenietur: quoniam propitius ero eis quos reliquero. † 50,20.

Quærent Dominum Deum suum, & Dauid regem suum. Osee 3,5.

Quærite me, & viuetis. Et nolite quærere Bethel, & in Galgalam nolite intrare, & in Bersabee non transibitis. Amos 5,5.

Deprecemur faciem Domini, & quæramus Dominum exercituum: vadam etiam ego. Zachar. 8,21.

Quærite ergo primum regnum Dei, & iustitiam eius. Matth. 6,33.

Omnes quærunt te. Mar. 1,37.

Quid est quòd me quærebatis? nesciebatis quia in his quæ patris mei sunt oportet me esse? Lucæ 2,49.

Venit enim filius hominis quærere, & saluum facere quod perierat. † 19,10.

Venerunt Capharnaum quærentes Iesum. Ioan 6,24.

Quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus, & saturati estis. 26.

Quæretis me, & non inuenietis: & vbi ego sum, vos non potestis venire. † 7,34.

Sciens Iesus omnia quæ ventura erant super eum, processit & dixit: Quem quæritis? † 18,4,8.

Quære in domo Iudæ Saulum. Act. 9,11.

Quærere Deum, si fortè attrectent eum, aut inueniant. † 17,27.

Inuentus sum à non quærentibus me: palàm apparui iis, qui me non interrogabãt. Rom. 10,20.

QVAESTIO.

Si quid natum fuerit quæstionis, referetis ad eos. Exod. 24,14.

Omnis populus qui habebat aliquam quæstionem,

nem, egrediebatur ad tabernaculum fœderis extra castra. † 33,7.

Non est nobis super argento & auro quæstio, sed contra Saul. 2.Reg.21,4.

Vbicumque quæstio est de lege, de mandato, de ceremoniis, de iustificationibus, ostendite eis, vt non peccent in Dominum. 2.Par.19,10.

De vtroque habita quæstione, confessos iussit duci ad mortem. Esth.12,3.

Solummodò hoc inueni quòd fecerit Deus hominem rectum, & ipse se infinitis miscuerit quæstionibus. Ecclef.7,30.

Alij ex aliis ad Apostolos, & presbyteros in Ierusalem super hac quæstione. Act.15,2.

Si verò quæstiones sunt de verbo, & nominibus, & lege vestra, vos ipsi videritis. † 18,15.

Quem inueni accusari de quæstionibus legis ipsorum. † 23,29.

Hæsitans autem ego de huiusmodi quæstione, dicebam si vellet ire Ierosolymam. † 25,20.

Exierunt ab eo Iudæi, multam habentes inter se quæstionem. † 28,29.

Neque intenderent fabulis, & genealogiis interminatis, quæ quæstiones præstant magis quàm ædificationem Dei, quæ est in fide. 1.Tim.1,4.

Superbus est, nihil sciens, sed languens circa quæstiones & pugnas verborum: ex quibus oriuntur inuidiæ, contentiones, & blasphemiæ, suspiciones malæ, conflictationes. † 6,4.

Stultas autem & sine disciplina quæstiones deuita; sciens quia generant lites. 2.Tim.2,23.

QVAESTVS.

Quæstum magnum præstabat dominis suis, diuinando. Act.16,16.

Videntes autem domini quia exiuit spes quæstus eorum, apprehendentes Paulum & Silam perduxerunt in forum ad principes. 19.

Faciens ædes argenteas Dianæ, præstabat artificibus non modicum quæstum. † 19,24.

Est autem quæstus magnus pietas cum sufficientia. 1.Timoth.6,6.

Os eorum loquitur superba, mirantes personas quæstus causa. Iudæ v.16.

QVALIS, QVALITAS.

Qualis est forma eius. Quæ ait: Vir senex adscendit, & ipse amictus est pallio. 1.Reg.28,14.

Sed pro qualitate & necessitate temporum vt reipublicæ poscit vtilitas ferre sententiam. Esther 16,9.

Qualis est dilectus tuus ex dilecto? Cant.5,9.

Qualis rector est ciuitatis, tales & inhabitantes in ea. Eccli.10,2. † 49,16. Dan.12,1. Matthæi 8,29.

Qualis terrenus, tales & terreni, qualis cælestis tales & cælestes. 1.Cor.15,48. Iac.1,24.

QVARE.

Quare sic fecit Dominus terræ huic. Deuteron.29,24.

Quare venisti, & quare dereliquisti paucul as oues illas in deserto? 1.Reg.17,28.

Nec dicere ei quisquam potest: Quare ita facis? Ecclef.8,4.

QVARTVSDECIMVS.

Et seruabitis eum [agnum] vsque ad quartadecimam diem mensis huius. Exod.12,6.

Quartadecima die mensis ad vesperam, Phase Domini est. Leuit.23,5.

QVASSATIO, QVASSATVS.

Stetit Phinees, & placauit, & cessauit quassatio. Psal.105,30.

Calamum quassatum non conteret, & linum fumigans non extinguet. Isaiæ 42,1. Matth. 12,20.

QVATVOR.

Quatuor sunt minima terræ. Prou.30,24. Sap.18,24. Eccli.37,21.

Inducam super Aelam quatuor ventos à quatuor plagis cæli, & ventilabo eos in omnes ventos istos. Ierem.49,36.

Quòd & si quatuor iudicia mea pessima, gladium, & famem, ac bestias malas, & pestilentiam immisero in Ierusalem. Ezech.14,21. Amos 1,3.

QVEO.

Si quiuerit pugnare mecum, & percusserit me, erimus vobis serui. 1.Reg.17,9.

Tulit lapidem prægrandem, posuitque eum subter quercum, quæ erat in sanctuario Domini. Iof.24,26.

Et veneris ad quercum Thabor. 1.Reg.10,3.

Cùm fueris velut quercus decidentibus foliis, & velut hortus absque aqua. Isaiæ 1,30.

Quercus de Basan dolauerunt in remos tuos, & transtra tua fecerunt tibi ex ebore Indico. Ezech.27,6.

QVEROR, QVERELAE.

Querelas filiorum Israel audiui. Num.14,27.

Et cohibebo à me querimonias filiorum Israel. † 17,5.

Quiescant querelæ eorum à me, ne moriantur. 10. 1.Reg.8,3.

Quid ergo habeo iustæ querelæ? 2.Regum 19,28.

Ne sit in aliquo querimonia. 1.Esd.6,9.

Quia querelas in me reperit, ideò arbitratus est me inimicum sibi. Iob 33,10.

Non inueniat homo contra eum iustas querimonias. Ecclef.7,15.

Properans enim homo sine querela deprecari pro populis, proferens seruitutis suæ scutum orationem. Sap.18,21.

In bonis non des querelam. Eccli.18,15.

Vt sitis sine querela, & simplices filij Dei, sine reprehensione. Philip.2,15. 1.Theff.5,23.

Hi sunt murmuratores, querulosi, secundùm desideria sua ambulantes, & os eorum loquitur superba. Iudæ v.16.

QVID.

Quid mihi & tibi est, quia venisti contra me, vt vastares terram meam? Iudic.11,13.

Quid tibi vis? cur clamas? qui respondit: Deos meos quos mihi feci, tulistis, & sacerdotem, & omnia quæ habeo, & dicitis: Quid tibi est. †18.24.

Quid mihi & vobis est filij Saruiæ? 2.Regum 16,10.

Quid mihi & tibi vir Dei? ingressus es ad me, vt rememorarentur iniquitates meæ, & interficeres filium meum? 3.Reg.17,18.

Quid mihi & tibi est? vade ad prophetas patris tui, & matris tuæ. 4.Reg.3,13.

Quid mihi & tibi est rex Iuda? non aduersum te hodie venio. 2.Par.35,21.

Quid enim mihi est in cælo, & à te quid volui super terram. Psal.72,25.

Quid tu hic, aut quasi quis hic? quia excidisti tibi hîc sepulchrum. Isa.22,16.

Quid mihi & tibi est Iesu fili Dei altissimi? obsecro te, ne me torqueas. Luc.8,28.

Quid mihi & tibi est, mulier? nondum venit hora mea. Ioan.2,4.

QVIES, QVIESCO.

Quieuitque terra quadraginta annis, & mortuus est Othoniel. Iudic.3,11.

Quieuit terra per quadraginta annos, quibus Gedeon præfuit. †8,28.

Spatium ad quietem non tribuens. †16,16.

Filius qui nascetur tibi erit vir quietissimus: faciam enim eum requiescere ab omnibus inimicis suis. †22,9.

Quieuit terra annis decem. 2.Par.14,17.

Quieuitque regnum Iosaphat. †20,30.

Vt quiescat donec optata veniat. Iob 14,6.

Nec sinitur quiescere ingruente bello. Eccles.8,8.

Quiescam, & considerabo in loco meo, sicut meridiana lux clara est, & sicut nubes roris in die messis. Isa.18,4.

Si reuertamini, & quiescatis, salui eritis: in silentio & spe erit fortitudo vestra. †30,15.

Hæc dicit Dominus populo huic, qui dilexit mouere pedes suos, & non quieuit, & Domino non placuit. Ier.14,10.

Reuertetur Iacob & quiescet, & cunctis affluet bonis, & non erit quem formidet. †30,10.

Ascendite ad gentem quietam, & habitantem confidenter, ait Dominus: Non ostia, nec vectes eis; soli habitant. †49,31.

Qui audit, audiat, & qui quiescit, quiescat; quia domus exasperans est. Ezech.3,27.

Quietus eram in domo mea, & florens in palatio meo. Dan.4,1.

Operam detis vt quieti sitis, & vt vestrum negotium agatis, & operemini manibus vestris. 1.Thess.4,11.

QVINQVAGINTA.

Sede citò, scribe quinquaginta. Luc.16,6.

Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti? Ioan.8,57.

Libros, & combusserunt coram omnibus, &c. inuenerunt pecuniam denariorum quinquaginta millium. Act.19,19.

QVINTVS.

Quintam partem fructuum per septem annos fertilitatis congreget in horrea. Gen 4,34.

Quintam partem regi dabitis, quatuor reliquas permitto vobis in sementem, & in cibum familiis & liberis vestris. †47,24.

Quintam partem domino, cui damnum intulerat. Leuit.6,5.

Quinque anos aureos facietis, & quinque mures aureos. 1.Reg.6,5.

Elegit sibi quinque limpidissimos lapides de torrente. †17,40.

Et hos quinque dies expectemus à Domino misericordiam. Iudith 7,23.

QVIS.

Quis sum ego, vt vadam ad Pharaonem. Exod.3,11.

Quis est Dominus, vt audiam vocem eius, & dimittam Israel? nescio Dominum, & Israel non dimittam. †5,2.

Quis est iste qui dixit: Saul non regnabit super nos? date viros & interficiemus eos. 1.Reg.12,12.

Quis enim est hic Philisthæus incircumcisus, qui exprobrauit acies Dei viuentis? †17,26,36.

Quis ego sum, aut quæ est vita mea, aut cognatio patris mei in Israel, vt fiam gener regis? †18,18.

Quis est Dauid, & quis est filius Isai? hodie increuerunt serui qui fugiunt dominos suos †25,10.

Quis es tu qui clamas, & inquietas regem? †26,14.

Quis ego sum Domine Deus? 2.Reg.7,18.

Qui adorans eum dixit: Quis ego sum seruus tuus, quoniam respexisti super canem mortuum similem mei? †9,8.

Quis est Omnipotens vt seruiamus ei? Iob 21,15.

Et cùm intrasset Ierosolymam, commota est vniuersa ciuitas, dicẽs: Quis est hic? Matth.21,10.

Quis, putas, puer iste erit? etenim manus Domini erat cum illo. Luc.1,66.

QVOTIDIE.

Beatus homo qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie. Prou.8,34.

Quotidie apud vos sedebam docens in templo. Matth.26,55.

Abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie. Luc.9,23. †11,3.

Quotidie morior per vestram gloriam. 1.Cor.15,31. Heb.7,27. †10,11.

QVO-

QVOTIES.

Quoties volui congregare filios tuos? Matth. 23,37.

QVOTIESCVMQVE.

Hoc facite quotiescumque biberis in meam commemorationem. 1.Cor 11,25.

QVOVSQVE.

Quousque non credent mihi, in omnibus signis, quæ feci coram eis? Num.14,11.

Quousque ero vobiscum? vsquequò patiar vos? Matth.17,16. Ioan.10,24.

RABBATH.

DIMICAVI aduersum Rabbath,& capienda est Vrbs aquarum. 2.Reg.12,27.

Auditum faciam super Rabbath filiorum Ammon fremitum prælij. Ier.49,2.

Daboque Rabbath in habitaculum camelorum. Ezech.25,5.

RABBI.

Vos autem nolite vocari Rabbi. Matth.23,8.

RABBONI.

Rabboni, (quod dicitur Magister.) Ioan. 20,16.

RABSACES.

Nuntiauerũt ei verba Rabsacis.4.Reg.18,37. Isa.37,8.

RACA.

Qui autem dixerit fratri suo, raca: reus erit concilio. Matth.5,22.

RACEMVS.

Si vindemiaueris vineam tuam non colliges remanentes racemos, sed cedent in vsus aduenæ, pupilli, ac viduæ. Deut.24,21. Iudic.8,2.

Relinquetur in eo sicut racemus, & sicut excussio oleæ duarum vel trium oliuarum in summitate rami. Isa.17,6.

Vsque ad racemum colligent, quasi in vinea reliquias Israel. Ier.6,9.

Si vindemiatores venissent ad te, non reliquissent racemum. † 49,9.

Factus sum sicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ. Mich.7,1.

RACHEL.

Rachel veniebat cum ouibus patris sui. Genes.29,9.

Mortua est ergo Rachel, & sepulta est in via quæ ducit Ephratam, hæc est Bethleem.† 35,19. Ier.31,15.

Rachel plorans filios suos, & noluit consolari, quia non sunt. Matth.2,18.

RADIVS.

Sub ipso erũt radij solis. Iob 42,21. Sap.16,27.

Tripliciter sol exurens montes, radios igneos exufflans, & refulgens radiis suis obcæcat oculos. Eccli 43,4.

RADIX.

Radix germinans fel, & amaritudinem. Deut.29,18.

Quodcumque reliquum fuerit de domo Iuda, mittet radicem deorsum, & faciet fructum sursum. 4.Reg.19,30.

Vidi stultum firma radice, & maledixi pulchritudini eius statim. Iob 5,3.

Deorsum radices eius siccentur: sursum autem atteratur messis eius. † 18,16.

Radicem verbi inueniamus contra eum? † 19,28.

Radix mea aperta est secus aquas. † 29,19.

Radicem tuam de terra viuentium. Psal.51,7.

Radix iustorum non commouebitur. Prouerb.12,3,12. Sap.4,3. † 15,3.

Radices superbarum gentium aresecit Deus. Eccli.10,18. † 23,35.

Radicaui in populo honorificato. † 24,16.

Radix Iesse, qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur. Isa.11,10.

Ascendet sicut virgultum coram eo,& sicut radix de terra sitienti. † 53,2.

Radix tua, & generatio tua de terra Chanaan. Ezech.16,3.

Nónne radices eius euellet, & fructus eius distringet, & siccabit omnes palmites germinis eius? † 17,9.

Radix illius circa aquas multas. † 31,7.

Germen radicum eius in terra finite. Danielis 4,12. † 11,7.

Percussus est Ephraim, radix eorum exsiccata est, fructus nequaquam facient. Osee 9,16.

Et exiit ex eis radix peccatrix, Antiochus illustris. 1.Mach.1,11. Matth.3,10.

Et eò quòd non habebat radicem, exaruit. Mar.4,6.

Si radix sancta, & rami. Rom.11,16.

Quòd si gloriaris, non tu radicem portas, sed radix te. 18.

Erit radix Iesse, & qui exurget regere gentes, & in eum gentes sperabunt. † 15,12.

In charitate radicati & fundati. Ephes.3,17.

Radix enim omnium malorum est cupiditas; quam quidam appetentes errauerunt à fide. 1.Tim.6,10. Heb.12,15.

Ego sum radix, & genus Dauid, stella splendida & matutina. Apoc.22,16.

RADO.

Radet omnes pilos corporis. Leuit.14,8.

Radi intrinsecus per circuitum, & spargi puluerem rasuræ. 41.

Radetur Nazaræus ante ostium tabernaculi. Num.6,18.

Si rasum fuerit caput meum, recedet à me fortitudo mea. Iudic.16,17.

Rasitque dimidiam partem barbæ eorum. 2.Reg.10,4.

Qui testa saniem radebat. Iob 2, 8.

Radet Dominus in nouacula conducta, in his qui trans flumen sunt. Isa.7,20. Ier.41,5.

Caput

Caput autem suum non radent, neque comam nutrient. Ezech.44,20.

Radant capita, & scient omnes quia quæ de te audierunt, falsa sunt. Act.21,24.

RAGES.

In Rages ciuitate Medorum, & ipsa audiret improperium. Tob.3,7.

RAGVEL.

Cùm reuertissent ad Raguel patrem suum. Exod 2,18.

Misit se Raguel, & cum lacrymis osculatus est eum. Tob.7,6. † 14,15.

RAHAB.

Sola Rahab meretrix viuat, cum vniuersis qui cum ea in domo sunt. Iosu.6,17,23.

Memor ero Rahab & Babylonis scientium me. Psal.86,4.

Fide Rahab meretrix non periit cum incredulis, excipiens exploratores cum pace. Heb.11,31.

Rahab meretrix, nónne ex operibus iustificata est, suscipiens nútios, & alia via eiiciens? Iac.2,25.

RAMA.

Vox in Rama audita est, ploratus, & vlulatus multus. Matth.2,18.

RAMATHA.

Planxerunt eum [Samuelem] & sepelierunt eum in domo sua in Ramatha. 1.Reg.25,1.

RAMATHLECHI.

Vocauit nomen loci illius Ramathlechi, quod interpretatur eleuatio maxillæ. Iudic.15,17.

RAMESSES.

Possessionem in Aegypto, in optimo terræ loco, Ramesses. Gen.47,11. Exod.12,37.

RAMOTH GALAAD.

Quis decipiet Achab regem Israel, vt ascendat & corruat in Ramoth Galaad? 2.Par.18,19.

RAMVS.

Portans ramum oliuæ virentibus foliis in ore suo. Gen.8,11.

Sumetisque vobis die primo fructus arboris pulcherrimæ, &c. & ramos ligni densarum frondium. Leuit.23,40.

Præcidit arboris ramum, impositumque ferens humero, dixit ad socios: Quod me videritis facere, citò facite. Iudic.9,48.

Frondes myrti & ramos palmarũ. 2.Esd.8,15.

Et si in ramis in tempore germinauerint, infirmiter posita à vento commouebuntur. Sap.4,4. Eccli.1,25. † 14,26.

Non tradent filij eius radices, & rami eius non dabunt fructum. Eccli.23,35.

Ego quasi terebinthus extendi ramos meos, & rami mei honoris & gratiæ. † 24,22. † 40,15. † 50,14.

Applicant ramum ad nares suas. Ezech.8,17. † 41,3. Dan.4,11,18. Osee 14,7.

Anno centesimo septuagesimo primo cum laude, & ramis palmarum, & cyniris, & cymbalis, & nablis, & hymnis, & canticis, quia contritus est inimicus magnus ex Israel. 1.Mach.13,51.

Propter quod thyrsos, & ramos virides, & palmas præferebant ei, & qui prosperauit mundarì locum suum. 2.Mach.10,7.

Alij autem cædebant ramos de arboribus. Matth.21,8. † 24,32.

Acceperunt ramos palmarum, & processerunt obuiàm ei. Ioan.12,13.

RANA.

Ebulliet fluuius ranas: quę ascendent, & ingredientur domum tuam, & cubiculum lectuli tui, & super stratum tuum. Exod.8,3.

Et ranam, & disperdidit eos. Psal.77,45. † 104,30. Sap.19,10.

Et de ore pseudoprophetę spiritus tres immundos in modum ranarum. Apoc.16,13.

RAPHAEL.

Ego enim sum Raphael Angelus. Tob.12,15.

RAPHAIM.

Erit sicut quærens spicas in valle Raphaim. Isaiæ 17,5.

RAPHIDIM.

Castrametati sunt in Raphidim, vbi non erat ad bibendum populo. Exod.17,1.

RAPIDVS.

Fluuius igneus rapidusque egrediebatur à facie eius. Dan.7,10.

RAPIO, RAPINA.

Adamauit eam [Dinam] & rapuit, & dormiuit cum illa, vi opprimens virginem. Gen.34,2.

Beniamin lupus rapax, manè comedet prædam, & vespere diuidet spolia. † 49,27.

Ad ducendos choros ex more procedere, exite repentè de vineis, & rapite ex eis singuli vxores singulas. Iudic.21,21.

Quæcumque rapuerant, omnia reduxit Dauid. 1.Reg.30,19.

Festinantes rapuerunt verbum ex ore eius. 3.Reg.20,33.

Eruntque in vastitatem, & in rapinam cunctis aduersariis suis. 4.Reg.21,14. Tob 2,9.

Ipsum rapiet armatus, & bibent sitientes diuitias eius. Iob 5,5.

Cogitationes meæ varię succedunt sibi, & mens in diuersa rapitur. † 20,2. † 27,8. † 31,38.

Ne quando rapiat vt leo animã meã. Psal.7,3.

Ne quando rapiat, & non sit qui eripiat. † 49,22.

Rapinas nolite concupiscere. † 61,11.

Quæ non rapui, tunc exoluebam. † 68,5. Prou.1,19.

Alij diuidunt propria, & ditiores fiunt: alij rapiunt non sua, & semper in egestate sunt. Prouerb.11,24.

Rapinæ impiorũ detrahent eos. † 21,7. † 24,2.

Raptus est ne malitia mutaret intellectum eius. Sap.4,11.

Non effugiet in rapina peccator. Eccli.16,14.

Vos enim depasti estis vineam, & rapina pauperis in domo vestra. Isa.3,14.

Dominus diligens iudicium, & odio habens rapinam in holocausto. † 61,8.

Sufficiat vobis principes Israel: iniquitatem & rapinas intermittite, & iudicium & iustitiam facite. Ezech 45,9. Dan.11,24.

Interficies Domino rapinas eorũ, & fortitudinem eorum Domino vniuersæ terræ. Mich.4,13.

Intulistis de rapinis claudum, & languidum, & intulistis munus: numquid suscipiam illud de manu vestra? Mal.1,13.

Mundatis quod deforis est calicis & paropsidis: intus autem pleni estis rapina & immunditia. Matth.23,25.

Iussit milites descendere, & rapere eum de medio eorum, ac deducere eum in castra. Act.23,10. 1.Cor.5,10. † 6,10.

Raptus est in paradisum. 2.Cor.12,4.

Qui cùm in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo. Philip.2,6.

Rapiemur cum illis in nubibus obuiàm Christo in aëra. 1.Thess.4,16.

Nam & vinctis compassi estis, & rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscentes vos habere meliorem & manentem substantiam. Heb 10,34.

Raptus est filius eius ad Deum. Apoc.12,5.

RATIO.

Non fiebat ratio iis hominibus qui accipiebant pecuniam. 2.Reg.12,15.

Numquid nosti ordinem cæli, & pones rationem eius in terra? Iob 38,39.

Intellexi quòd omnium operum Dei nullam possit homo inuenire rationem. Eccles.8,17.

Principes tres ex quibus Daniel vnus erat, vt satrapæ illis redderent rationem, & rex non sustineret molestiam. Dan.6,2.

Cùm cœpisset rationem ponere, oblatus est ei vnus, qui debebat ei decem millia talenta. Matth.18,24.

Redde rationem villicationis tuæ: iam enim non poteris villicare. Luc.16,2.

Viri fratres & patres, audite quam ad vos nunc reddo rationem. Act.22,1.

Paulo rationem reddente. † 25,8.

Rationabile obsequium vestrum. Rom.12,1.

Vnusquisque nostrûm pro se rationem reddet Deo. † 14,12.

Obedite præpositis vestris & subiacete eis: ipsi enim peruigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri. Heb.13,17.

Parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea, quæ in vobis est spe. 1.Petri 3,15.

Qui reddent rationem ei, qui paratus est iudicare viuos & mortuos. † 4,5.

RATIONALE.

Hæc autem erunt vestimenta, quæ facient: Rationale, & superhumerale, tunicam & lineam strictam, cidarim & balteum. Exod.28,4. † 39,8. Leuit.8,8.

RATIS.

Componam ea in ratibus in mari. 3.Reg.5,9.

Transeuntes mare per ratem liberati sunt. Sap.14,5.

RATVS.

Accepi librum possessionis signatum, & stipulationes, & rata, & signa forinsecus. Ier.32,11.

RAVCVS.

Raucæ factæ sunt fauces meæ. Psal.68,4.

RAZIAS.

Razias autem quidam de senioribus, &c. gladio se petiit, eligens nobiliter mori potiùs, quàm subditus fieri peccatoribus, & contra natales suos indignis iniuriis agi, &c. iam exsanguis effectus, complexus intestina sua, vtrisque manibus proiecit super turbas. 2.Mach.14,37.

RAZON.

Suscitauit quoque ei [Salomoni] Deus aduersarium Razon. 3 Reg.11,23.

REAEDIFICO.

Domus Dei, quæ in ea incensa est, iterùm reædificabitur. Tob.14,7.

Suscitabo tabernaculum Dauid, quod cecidit: & reædificabo aperturas murorum eius. Amos 9,11.

Vah qui destruis templum Dei, & in tribus diebus reædificas? Mar.15,29. Ioan.2,19.

Reuertar, & reædificabo tabernaculum Dauid quod decidit: & diruta eius reædificabo, & erigam illud. Act.15,16.

REATVS.

Percussit ergo Dominus populum pro reatu vituli, quem fecerat Aaron. Exo.32,35.

Et auferetur ab eis reatus sanguinis. Deut.21,8

REBECCA.

Rebecca quoque, conspecto Isaac, descendit de camelo. Gen.24,64.

Exaudiuit eum, & dedit conceptum Rebeccæ. Sed collidebantur in vtero eius paruuli. † 25,21. † 49,31. Rom.9,10.

REBELLO.

Nolite rebelles esse contra Dominum: neque timeatis populum Terræ huius, quia sicut panem, ita eos possumus deuorare. Num.14,9. † 20,3.

Audite rebelles & increduli: Num de petra hac vobis poterimus aquam elicere? 20,10.

Semper fuistis rebelles à die qua nosse vos cœpi. Deut.9,24.

Hæc est causa rebellionis aduersus eum, quia Salomon ædificauit Mello. 3.Reg.11,27.

Rebellauit contra eum seruus suus Zambri, dux mediæ partis equitum. † 16,9.

Cumque audisset rebellasse Zambri, & occidisse

dixisse regem, fecit sibi regem omnis Israel Amri, qui erat princeps militiæ. 16. 4.Reg.8,20.
Rebellare nitens misisset nuntios ad Sua regem Aegypti ne præstaret tributa regi Assyriorum. 4.Reg.17,4.
Rebellauit quoque [Ezechias] contra regem Assyriorum, & non seruiuit ei. † 18,7.
In quo confidis vt audeas rebellare? 20.
Ascendit Nabuchodonosor rex Babylonis, & factus est ei Ioakim seruus tribus annis: & rursum rebellauit. † 24.1.† 25,1.4.
Rebellauit Edom ne esset subditus Iudæ, & constituit sibi regem. 2 Par,21,8.
Vrbs illa vrbs rebellis est, & nocens regibus,& prouinciis. 1.Esd.4,15.
Numquid contra regem vos rebellatis? 2.Esdræ 2,19.
Gossem dixit quòd tu & Iudæi cogitetis rebellare,& propterea ædifices murum,& leuare te velis super eos regem. † 6,6.
Ipsi fuerunt rebelles lumini, nescierunt vias eius. Iob 24,13.
Rebellauit contra te Amos in medio domus Israel. non poterit terra sustinere vniuersos sermones eius. Amos 7,10.

RECEDO.

Recessit à fratre suo Iacob. Gen.36,6.
Recede à me, & caue ne vltrà videas faciem meam. Exod.10, 28.
Dicentes? Recede à nobis,vt seruiamus Aegyptiis? †14,12.
Iosue filius Nun,puer,non recedebat de tabernaculo. † 33,11.
Recedite à tabernaculis hominum impiorum, & nolite tangere quæ ad eos pertinent, ne inuoluamini in peccatis eorum. Num.16,26.
Recedite de medio huius multitudinis: etiam nunc delebo eos. 45.
Recedite atque descendite ab Amalec. 1.Regum 15,6.
Quid interrogas me cùm Dominus recesserit à te. † 28, 16.
Recesserunt ab eo, & reuersi sunt in terram suam. 4.Reg.3,27.
Recessit Edom, ne esset sub Iuda, & constituit sibi regem. † 8,20.
Qui dixerunt Deo : Recede à nobis. Iob 21, 14.
Recessisti longè, despicis in opportunitatibus? Psal.9,22.
Non recessit retrò cor nostrum. † 43,19.
Time Deum, & recede à malo. Prou.3,7.Eccles.8,3.
Apostatare à Deo, quoniam ab eo qui fecit illum recessit cor eius. Eccli.10,15. † 35,5.
Recedite, recedite,exite inde, pollutum nolite tangere, exite de medio eius, mundamini qui fertis vasa Domini. Isaiæ 52, 11.
Qui dicunt: Recede à me, non appropinques mihi, quia immundus es. † 65,5. Ierem 17,13. Thren.4,15. Osee 7,13. Apoc.6,14.

RECENS.

Vuas recentes siccasque non comedent, cunctis diebus quibus ex voto Domino consecrantur. Num.6, 3.
Noui recentesque venerunt, quos non coluerunt patres eorum. Deut.32,17. Psal.80,10.
Nihil sub sole nouum, nec valet quisquam dicere. Ecce hoc recens est. Eccles.1,10.

RECENSEO.

Recensuit socios,& ascendit cum senioribus in fronte exercitus. Ios.8,10.
Recensuit Saul populum. 1.Reg.13,17.
Recensui quæcumque fecit Amalec. † 15,2.
Recensuit eos quasi agnos ducenta millia peditum, & decem millia virorum Iuda. 4. 2.Esdræ 7,1.

RECHAB.

Rechab & Baana, ingressi sunt feruente die domum Isboseth. 2.Reg.4,5. Ierem.35,6.

RECHABITAE.

Vade ad domum Rechabitarum, &c. & dabis eis bibere vinum. Ierem.35,2,6.
Domui autem Rechabitarum dixit Ieremias, &c. pro eo quòd obedistis. 18.

RECIPIO.

Nónne si benè egeris, recipies? Gen.4,7.
Verè deliqui, & , vt eram dignus non recepi. Iob 33,27.
Si iustus in terra recipit, quantò magis impius & peccator? Prou.11,31. Sap.19,14.
Da bono, & non receperis peccatorem. Eccli. 12,5. † 49,16.
Qui recipit vos, me recipit. Matth. 10,40. Mar.9, 36.
In propria venit, & sui eum non receperunt. Ioan.1,11. Philem.v.15.
Flagellat autem omnem filium, quem recipit. Heb.12,6.
Hic autem ad id quod vtile est, in recipiendo sanctificationem eius. 10. 2.Ioan.10.
Diotrephes non recipit nos, &c. verbis malignis garriens in nos. 3.Ioan.v.9.

RECITO.

Recitasset, audissetque ille verba legis, scidit vestimenta sua. 2.Par.34,18.
Vt curaret eos ambos, quorum vno tempore sunt orationes in conspectu Domini recitatæ. Tob.3,25.Baruch 1,14.

RECLINO.

Dimitte me vt tangam columnas, quibus omnis imminet domus, & recliner super eas, & paululùm requiescam. Iudic.16,26. Esther 15,10.
Reclinatorium aureum. Cant.3,10.
Volucres cæli nidos: Filius autem hominis non habet vbi caput reclinet. Matth. 8, 20.

Reclinauit eum in præsepio: quia non erat eis locus in diuersorio. Luc.2,7.

RECLVDO.

Nec recluserit eum, occideritque virum aut mulierem: & bos lapidibus obruetur, & dominum eius occident. Exod.21,29. Leuit.13,4,54.

Custodiebatur in carcere sine ferro reclusus. Sap.17,15.

RECOGITO.

Recogitat enim de me quòd callidè insidier ei. 1.Reg.23,22.

Recogita quid facias. † 25,17.

Nec recogitat dicens: Cui laboro? Eccles.4,8.

Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Isaiæ 38,15.

Inuoca Deum tuum, si fortè recogitet Deus de nobis. Ionæ 1,6. Heb.12,3.

RECOGNOSCO.

Qui non est expertus, pauca recognoscit. Eccli.34,10.

RECOLENS.

Hæc recolens in corde meo, ideò sperabo. Thren.3,21.

RECONCILIO.

Secutusque est eam vir suus volens reconciliari ei, atque blandiri, & secum reducere. Iudic.19,3. 2.Reg.12,33.

Noë inuentus est perfectus, iustus, & in tempore iracundiæ factus est reconciliatio. Eccli.44,17. Isaiæ 60,10.

Vade priùs reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum. Matth.5,24. Act.7,26. Rom.5,10. † 11,5. 1.Cor.7,11.

Omnia autem ex Deo, qui nos reconciliauit sibi per Christum. 2.Cor.5,18.

Reconciliet ambos in vno corpore Deo per crucem, interficiens inimicitias in semetipso. Ephes.2,16.

Et per eum reconciliare omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in terris, siue quæ in cælis sunt. Col.1,20.

Reconciliauit in corpore carnis eius per mortem, exhibere vos sanctos & immaculatos. Col.1,22.

RECONDO.

Et eleemosyna magis quàm thesauros auri recondere. Tob.12,8.

Præcepta mea reconde tibi. Prou.7,1.

Seponat, recondens quod ei benè placuerit. 1.Cor.16,2.

RECORDOR.

Recordatus autem Deus Noë, cunctorumque animantium, & omnium iumentorum quæ erant cum eo in arca, adduxit spiritum super terram. Gen.8,1.

Recordatus Abrahæ liberauit Lot de subuersione vrbium in quibus habitauerat. † 19,29.

Erit igitur quasi signum in manu tua, & quasi appensum quid, ob recordationem. Exod.13,16.

Recordare Abraham, Isaac, & Israel. † 32,13.

Recordabor fœderis mei, &c. Terræ quoque memor ero. Leuit.26,42.

Ponet super manus illius sacrificium recordationis. Num.5,18.

Clangetis vlulantibus tubis, & erit recordatio vestri coram Domino. † 10,9.

Recordamur piscium quos comedebamus in Aegypto gratis: in mentē nobis veniunt cucumeres, & pepones, porrique & cepe, & allia. † 11,4.

Recordaberis cuncti itineris per quod adduxit te Dominus Deus tuus quadraginta annis per desertum. Deut.8,2.

Recordare seruorum tuorum Abraham, Isaac, & Iacob. † 9,27.

Recordatus est eius Dominus. 1.Reg.1,19.

Recordaberis ancillæ tuæ. † 25,31.

Recordarentur operum eius, & glorificarent atque laudarent Dominum Deum Israel. 1.Paralip.16,4.

Et non est recordatus Ioas rex misericordiæ quam fecerat Ioiada pater illius secum: sed interfecit filium eius. 2.Par.24,22.

Recordatus est Dominus populi sui, ac misertus est hereditatis suæ. Esther 10,12. Iob 24,20.

Recordatus est quia caro sunt. Psal.77,39.

Recordatus est misericordiæ suæ. † 97,3.

Recordatus est quoniam puluis sumus, homo sicut fœnum dies eius. † 102,13. Prou.31,7.

Nec eorum quidem quæ postea futura sunt, erit recordatio apud eos qui futuri sunt in nouissimo. Eccles.1,11.

Liberauit vrbem per sapientiam suam, & nullus deinceps recordatus est hominis illius pauperis. † 9,15.

Qui iuratis in nomine Domini, & Dei Israel recordamini non in veritate, neque in iustitia. Isaiæ 48,1.

Recordatus est dierum sæculi Moysi, & populi sui. † 63,11.

Recordatus sum tui, miserans adolescentiam tuam, & charitatem desponsationis tuæ, quando secuta es me in deserto, in terra quæ non seminatur. Ierem.2,2.

Recordare mei, & visita me, & tuere me ab his qui persequuntur me. † 15,15.

Qui fugistis gladium, venite, nolite stare, recordamini procul Domini, & Ierusalem ascendat super cor vestrum. † 51,50.

Recordata est Ierusalem dierum afflictionis suæ. Thren.1,7.

Recordatus es mei Deus, & non dereliquisti diligentes te. Dan.14,37. Osee 2,17.

Cùm angustiaretur in me anima mea, Domini recordatus sū: vt veniat ad te oratio mea. Ionę 2,9

Cùm iratus fueris, misericordiæ recordaberis. Hab.3,2.

Semi-

Seminabo eos in populis, & de longè recordabuntur mei. Zach.10,9. Matth.26,75. Luc.1,54. 2.Tim.1,5. Apoc.18,5.

RECTOR.

Et inuocasset omnium rectorem. Esth.15,5.

Aut solem & lunam, rectores orbis terrarum deos putauerunt. Sap.13,2.

Qualis rector est ciuitatis, tales & inhabitantes in ea. Eccli.10,2.

In manu Dei potestas terræ: & vtilem rectorem suscitabit in tempus super illam. 4.

In medio fratrum rector illorum in honore; & qui timent Dominum, erunt in oculis illius. 24.

In vnamquamque gentem præposuit rectorem. † 17,14.

Rectorem te posuerunt? noli extolli: esto in illis quasi vnus ex ipsis. † 32,1. † 33,19.

Ioseph, &c. rector fratrum, stabilimentum populi. † 49,17.

Aduersus mundi rectores tenebrarum harum. Ephes.6,12.

RECTVS, RECTVM.

Non facietis ibi quæ nos hîc facimus hodie, singuli quod sibi rectum videtur. Deut.12,8.

Erit apud rectissimum rex. † 33,5.

In diebus illis non erat rex in Israel, sed vnusquisque quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat. Iudic.17,6.

Fratres tuos visitabis, si rectè agant, & cum quibus ordinati sunt, disce. 1.Reg.17,18.

Non rectis ergo oculis Saul aspiciebat Dauid à die illa & deinceps. † 18,19.

Rectus es tu, & bonus in cõspectu meo. † 29,6.

Hoc mihi videtur rectum esse consilium. 2.Reg.17,11.

Quod vobis videtur rectũ, hoc faciam. † 18,4.

Vt suscitaret filium eius post eum, & statueret Ierusalem: eò quòd fecisset Dauid rectum in oculis Domini. 3.Reg.25,5.

Fecitque [Iosaphat] quod rectum erat in conspectu Domini. † 22,43.

Rectè ne agitur circa te, & circa virum tuum, & circa filium tuum? 4.Reg.4,26.

Numquid est cor tuum rectum, sicut cor meum cum corde tuo? † 10,15.

Quia studiosè egisti, quod rectum erat, & placebat in oculis meis. 30.

Fecitque Ioas rectum coram Domino cunctis diebus quibus docuit eum Ioiada sacerdos. † 12,2

Fecit [Amasias] rectum coram Domino, verumtamen non vt Dauid pater eius. † 14,3.

Iob, & erat vir ille simplex, & rectus, ac timens Deum. Iob 1,1.

Rectos decet collaudatio. Psal.32,1.

Rectum est verbum Domini. 4.

Recta iudicate filij hominum. † 57,2.

Quàm bonus Israel Deus his qui recto sunt corde? † 72,1.

Cor autem eorum non erat rectum cum eo. † 77,37.

Rectus Dominus Deus noster; & non est iniquitas in eo. † 91,16.

Habitabunt recti cum vultu tuo. † 139,14.

Qui enim recti sunt, habitabunt in terra, & simplices permanebunt in ea. Prou.2,21.

Oculi tui recta videant. † 4,25.

Ipse autẽ rectos faciet cursus tuos. 27. † 14,2.

Qui autem rectus est, corrigit viam suam. † 21,29. † 29,27.

Solummodò hoc inueni quòd fecerit Deus hominem rectum, & ipse se infinitis miscuerit quæstionibus. Eccles.7,30.

Recti diligunt te. Cant.1,3.

Ambulauit pes meus iter rectum. Eccli.51,20.

Hæc dicit Dominus faciens & formans te, ab vtero auxiliator tuus: noli timere serue meus Iacob, & rectissime, quem elegi. Isa.44,2.

Quod egressum est de labiis meis, rectum in conspectu tuo fuit. Ier.17,16.

Nescierunt facere rectum, dicit Dominus, thesaurizantes iniquitatem. Amos 3,10.

Periit sanctus de terra, & rectus in hominibus non est. Mich.7,2.

Ecce qui incredulus est, non erit recta anima eius in semetipso. Habac.2,4.

Rectas facite semitas eius. Matth.3,3.

Solutum est vinculum linguæ eius, & loquebatur rectè. Mar.7,35. Luc.7,43.

Cor enim tuum non est rectum coram Deo. Act.8,21.

Vade in vicum, qui vocatur Rectus. † 9,11. 2.Tim.2,15.

Gressus rectos facite pedibus vestris. Heb.12,13.

RECVMBO.

Recubuit nubes in solitudine Pharan. Num.10,12.

Curam illorum habe, & sic conside, & omni cura tua explicita recumbe. Eccli.32,2.

Ex Occidente venient, & recumbent cum Abraham. Matth.8,11.

Amant autem primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis. † 23,6.

Vnguenti pretiosi, & effudit super caput ipsius recumbentis. † 26,7. Mar.14,3.

Recũbe in nouissimo loco. Luc.14,10. † 17,7

Quis maior est, qui recumbit, an qui ministrat? nónne qui recumbit? † 22,27. Ioan.21,10.

Eum, qui habet scientiam, in idolio recumbentem. 1.Cor.8,10.

RECVPERO.

Crede Deo, & recuperabit te: & dirige viam tuam: & spera in illum. Eccli.2,6.

Est homo marcidus egens recuperatione, plus deficiens virtute, & abundans paupertate: & oculus Dei respexit illum in bono, & erexit eum ab humilitate ipsius, & exaltauit caput eius. † 11,12.

Diuiti decepto multi recuperatores. † 13,26.

Recupera proximum secundùm virtutem tuam, & attende tibi ne incidos. † 29,27.

RECVRRO.

Antequam rumpatur funiculus argenteus, & recurrat vitta aurea. Ecclef.12,6. 2.Mach.14,45.

Recursus ad Deum. Clamauit autem Moyses ad Dominum, dicens: Quid faciam populo huic? Exod 17,4. Iudic.20,26.

Iosaphat autem timore perterritus, totum se contulit ad rogandum Dominũ, & prædicauit ieiunium vniuerso Iuda. 2.Par.20,3. Iudith 9,10.

Ad te Domine faciem meam conuerto, ad te oculos meos dirigo. Tob.3.14. Esth.4,1,16,

RECVSO.

Videte ne recusetis loquentem. Si enim illi non effugerunt, recusantes eum qui super terram loquebatur: multò magis nos, qui de cælis loquentem nobis auertimus. Heb.12,25.

REDARGVO.

Factus sum sicut homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones. Psal.37,15. Act.19,27.

Nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem redarguite. Ephes.5,11.

Quos oportet redargui: qui vniuersas domos subuertunt. Titi 1,11.

Si autem personas accipitis, peccatum operamini, redarguti à lege quasi transgressores. Iacob.2,9.

REDDO.

Hæccine reddis Domino popule stulte & insipiens. Deut.32,6.

Reddat tibi Dominus semen de muliere hac, pro fœnore quod commodasti Domino. 1.Regum 2,20.

Manus illius reddent illi dolorem suum. Iob 20,10.

Tu reddes vnicuique iuxta opera sua. Psal. 61,13.

Deprehensus quoque reddet septuplum. Prou.6,31.

Ne dicas: Reddam malum: expecta Dominum, & liberabit te. † 20,20.

Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere. Ecclef.5,3. Eccli.4,29. † 5,4.

Dominus retribuens est, & septies tantum reddet tibi. Eccli.35,13. Isa.3,9. Ierem.50,29. Osee 4,9.

Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo. Matth.22,21. 2.Tim.4,8.

Reddite illi sicut & ipsa reddidit vobis: & duplicate duplicia secundùm opera eius. Apoc.18,6.

REDIGO.

In nihilum redacti sunt omnes artus mei. Iob 16,8. † 17,7.

Et ego ad nihilum redactus sum, & nesciui. Psal.72,22.

Extendetur super eum mensura, vt redigatur ad nihilum, & perpendiculum in desolationem. Isa.34,11.

Non in furore tuo, ne fortè ad nihilum redigas me. Ier.10,24. Ezech 26,21.

Omnes vultus redigentur in ollam. Ioel.2,6.

In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi. 2.Cor.10,5. † 11,20.

REDIMO, REDEMPTIO.

Dux fuisti in misericordia tua populo quem redemisti, & portasti eum. Exod.15,13.

Habebit licentiam redimendi, donec vnus impleatur annus. Leuit.25,29.

Gens in terra, propter quam iuit Deus, vt redimeret eam sibi in populum, &c. quem redemisti tibi in Aegypto, gentem, & Deum eius. 2.Regum 7,23.

Redemisti in fortitudine tua magna, & in manu tua valida. 2.Esd.1,10.

Redemimus fratres nostros Iudæos, qui venditi fuerant gentibus. † 5,8.

Redimet Dominus animas seruorum suorum. Psal 33,23.

Redime nos propter nomen tuum. † 43,26.

Pretium redemptionis animæ suæ. † 48,10.

Redime animam meam de manu inferi. 16.

Redimet in pace animam meam. † 54,19.

Redemisti in brachio tuo populum tuum, filios Iacob & Ioseph. † 76,16.

Deus excelsus redemptor eorum est. † 77,35.

Qui redimit de interitu vitam tuam. † 102,4.

Redemit eos de manu inimici. † 105,10.

Dicant qui redempti sunt à Domino, quos redemit de manu inimici. † 106,1.

Redemptionem misit populo suo. † 110,9.

Et copiosa apud eum redẽptio: & ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus eius. † 129,7.

Et redemit nos ab inimicis nostris. † 135,24.

Qui redemisti Dauid seruum tuum de gladio maligno: eripe me. † 143,10.

Hæc dicit Dominus ad domum Iacob, qui redemit Abraham. Isa.29,22.

Redempti à Domino conuertentur, & venient in Sion cum laude. † 35,10.

Redemptor tuus sanctus Israel. † 41,14.

Creans te Iacob & formans te Israel: noli timere, quia redemi te, & vocaui te nomine tuo, meus es tu. Cùm transieris per aquas, tecum ero, & flumina non operient te: cùm ambulaueris in igne, non combureris, & flamma non ardebit in te. † 43,2.

Hæc dicit Dominus redemptor vester, sanctus Israel. 14.

Deleui vt nubem iniquitates tuas, & quasi nebulam peccata tua: reuertere ad me quoniam redemi te. † 44,22.

Redemptor noster Dominus exercituum nomen illius, sanctus Israel. † 47,4.

Rede-

Redemit Dominus seruum suum Iacob: non sitierunt in deserto cùm educeret eos. † 48,21.

Sciet omnis caro quia ego Dominus saluans te, & redemptor tuus fortis Iacob. † 49,26.

Qui redempti sunt à Domino, reuertentur, & venient in Sion laudantes. † 51,11.

Et venerit in Sion redemptor. † 59,19.

Dies enim vltionis in corde meo, annus redemptionis meæ venit. † 63,4.

In dilectione sua, & in indulgentia sua ipse redemit eos. 9.

Tu Domine pater noster, redemptor noster, à sæculo nomen tuum. 16.

Redemit enim Dominus Iacob, & liberauit eum de manu potentioris. Ierem. 31,11.

Redemptor eorum fortis. † 50,34.

Iudicasti Domine causam animæ meæ redemptor vitæ meæ. Thren. 3,58.

Væ eis quoniam recesserunt à me: vastabuntur, quia præuaricati sunt in me: & ego redemi eos: & ipsi locuti sunt contra me mendacia. Osee 7,13.

Sibilabo eis, & congregabo illos, quia redemi eos, & multiplicabo eos. Zach. 10,8.

Scient omnes gentes quia est qui redimat, & liberet Israel. 1 Mach. 4,11.

Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam redemptionem pro multis. Matth. 20,28.

Visitauit, & fecit redemptionem plebis suæ. Lucæ 1,68.

Leuate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra. † 21,28.

Hunc Deus principem, & redemptorem misit cum manu Angeli, qui apparuit ei in rubo. Act. 7,35.

Vt eos, qui sub lege erant, redimeret. Gal. 4,5.

In quo habemus redemptionem per sanguinem eius, remissionem peccatorum. Eph. 1,7. Colos. 1,14.

Redimentes tempus quoniam dies mali sunt. † 5,16.

Vnus enim Deus, vnus & mediator Dei & hominum homo Christus Iesus: qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus. 1. Tim. 2,6.

Per proprium sanguinem introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta. Heb. 9,12.

Alij autem distenti sunt non suscipientes redemptionem, vt meliorem inuenirent resurrectionem. † 11,35.

Non corruptibilibus auro vel argẽto redempti estis de vana vestra conuersatione. 1. Pet. 1,18.

Redemisti nos Deo in sanguine tuo, ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione. Apoc. 5,6.

REDITVS.

Segetes vestras & vinearum reditus addecimabit, vt det eunuchis & famulis suis. 1. Regum 8,15.

Reditus agrorum, à die qua reliquit terram, vsque ad præsens. 4. Regum 8,6. 1. Esd. 4,13. 2. Machab. 3,3.

REDOLENS.

Quasi lilia quæ sunt in transitu aquæ, & quasi thus redolens in diebus æstatis. Eccli. 50,8.

Subtus vniuersam quercum frondosam, locum vbi accenderunt thura redolentia vniuersis idolis suis. Ezech. 6,13.

REDVCO.

Reducet te Dominus classibus in Aegyptum, ibi venderis inimicis. Deut. 28,68.

Reducam ad te vniuersum Israel. 2. Reg. 3,12.

Reduxit eum à cisterna Sira, ignorante Dauid. 26.

Vsquequò siletis, & non reducitis regẽ. † 19,10.

Reducam te in viam per quam venisti. 4. Regum 19,28. Psal. 70,20. Sap. 16,13.

Reduc me in memoriam, & iudicemur simul. Isaiæ 43,26.

Vt reducam Iacob ad eum, & Israel non congregabitur. † 49,5.

Reducam eos in terram suam quam dedi patribus eorum. Ierem. 16,15 Rom. 15,15.

REDVNDO.

Implebuntur horrea tua saturitate, & vino torcularia redundabunt. Prou. 3,10.

Mens iusti meditatur obedientiam: os impiorum redundat malis. † 15,28.

Torrens redundans fons sapientiæ. † 18,4. † 22,18.

Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat. Eccles. 1,7.

Plurima redundauerunt peccata ipsorum. Eccli. 47,29.

Impij autem quasi mare feruens, quod quiescere non potest, & redundant fluctus eius in conculcationem & lutum. Isaiæ 57,20.

Et ecce aquæ redundantes à latere dextro. Ezech. 47,2. Iocl. 2,24.

REEXPECTO.

Manda remãda, expecta reexpecta. Isa. 28,10.

REFERO.

Esto tu populo in his quæ ad Deum pertinent, vt referas quæ dicuntur ad eum. Exod. 18,19.

Referebat autem ei populus eumdem sermonem. 1. Reg. 17,27. Matth. 27,3.

Vt referat vnusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonum siue malum. 2. Cor. 5,10.

REFICIO.

Lætaberis, & reficieris coram Domino Deo tuo. Deut. 12,18. 2. Reg. 16,19. Psal. 22,2.

Vescuntur in tempore suo, ad reficiendum, & non ad luxuriam. Eccles. 10,17. Eccli. 40,5.

Hæc est requies mea, reficite lassum, & hoc est meum refrigerium, & noluerunt audire. Isaiæ 28,12. Matth. 11,28. Mar. 14,14.

Refecerunt enim & meum spiritum & vestrum. 1. Cor. 16,18.

Gauisi sumus super gaudio Titi, quia refectus est spiritus eius ab omnibus vobis. 2.Cor.7,13.

Refice viscera mea in Domino. Philem.v.20.

REFIGVRO.

Omnis enim creatura ad suum genus ab initio refigurabatur, deseruiens tuis præceptis, vt pueri tui custodirentur illæsi. Sap.19,6.

REFLOREO.

Refloruit caro mea & ex voluntate mea confitebor ei. Psal.27,7.

Tandem aliquando refloruistis pro me sentire. Philip.4,10.

REFOCILLO.

Refocillauit spiritum, & vires recepit. Iudic.15,19.

Refocillabatur Saul, & leniùs habebat. Recedebat enim ab eo spiritus malus. 1.Reg.16,23.

Reuersus est spiritus eius, & refocillatus est: non enim comederat panem, neq; biberet aquam tribus diebus, & tribus noctibus. † 30,12.

Furtim videbantur haurire aquam ad refocillandum potiùs quàm ad potandum. Iudith 7,7.

Dederunt pretiosa quæque pro cibo ad refocillandam animam. Thren.1,11.

REFORMO.

Nolite conformari huic sæculo, sed reformamini in nouitate sensus vestri. Rom.12,2.

Qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Philip.3,21.

REFRENANS.

Caput & caudam, incuruantem & refrenantem, die vna. Isa.9,14. Iac.1,26.

REFRIGERO.

Refrigeretur filius ancillæ tuæ, & aduena. Exod.23,12.

Remitte mihi, vt refrigerer priusquam abeam, & ampliùs non ero. Psal.34,14.

Transiuimus per ignem & aquam, & induxisti nos in refrigerium. † 65,12.

Erudi filium tuum, & refrigerabit te, & dabit delicias animæ tuæ. Prou.29,17.

Non est refrigerium in fine hominis. Sapient.2,1.

Iustus autem si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit. † 4,7.

Qui obedit patri, refrigerabit matrem. Eccli. 3,7. † 18,16. † 32,25.

Hæc est requies mea, reficite lassum, & hoc est meum refrigerium. Isa.28,12. Ierem.47,6. Matth.24,12.

Conuertimini, vt deleantur peccata vestra: vt cùm venerint tempora refrigerij à conspectu Domini. Act.3,20.

Vt veniam ad vos in gaudio per voluntatem Dei, & refrigerer vobiscum. Rom.15,32.

Det misericordiam Dominus Onesiphori domui: quia sæpè me refrigerauit, & catenam meam non erubuit. 2.Tim.1,16.

REFVGA.

Omnibus odiosus, vt refuga legum & execrabilis, vt patriæ & ciuium hostis. 2.Mach.5,8.

REFVGIVM.

Refugij vrbes. Num.35,6. Deut.4,42.

Refugium pauperi: adiutor in opportunitatibus in tribulatione. Psal.9,10.

Tu es refugium meum à tribulatione quæ circumdedit me. † 31,7.

Refugium & virtus. † 45,2.

Refugium meum in die tribulationis meæ. † 58,17.

Refugium factus es nobis à generatione in generationem. † 89,1.

Refugium meum, Deus meus, sperabo in eum. † 90,2.

Factus est mihi Dominus in refugiũ. † 93,22.

Misericordia mea, & refugium meum, susceptor meus, & liberator meus. † 143,1. Isa.10,20.

Refugium meum in die tribulationis: ad te Gentes venient ab extremis terræ. Ier.16,19.

REFVLGEO.

Sol exurens montes, radios igneos exufflans, & refulgens radiis suis obcæcat oculos. Eccli.43,4.

Quasi sol refulgens, sic ille [Simon] effulsit in templo Dei. † 50,7. 2. Mach.1,22.

Dum oraret, species vultus eius altera: & vestitus eius albus & refulgens. Luc.9,29. Act.12,7.

REGENERO.

In regeneratione, cùm sederit Filius hominis in sede maiestatis suæ. Matth.19,28.

Saluos nos fecit, per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus sancti. Titi 3,5.

Regenerauit nos in spem viuam, per resurrectionem Iesu Christi. 1.Pet.1,3.

REGIO.

Ciuitas sita in regione Rohob. Iudic.18,28.

Regiones varias subigit Dauid. 2.Reg.8,11.

Sed cum lapidibus regionum pactum tuum, & bestiæ terræ pacificæ erunt tibi. Iob 5,23. Psalmo 104,44.

Regionem vestram coram vobis alieni deuorant. Isa.1,7.

Super vbera plangite, super regione desiderabili, super vinea fertili. † 32,12.

Interficiam interfectores, & perdam reliquias maritimæ regionis. Ezech.25,16. † 39,10.

Cùm essem in Susis castro, quod est in Aelam regione. Dan.8,2.

Depopulata est regio, luxit humus. Ioel.1,10. † 2,22.

Possidebunt regionem Ephraim, & regionem Samariæ. Abd.v.19.

Cùm reuertatur, qui regiones nostras diuidat? Mich.2,4.

Et obtinuit [Alexander] regiones Gentium, & tyrannos. 1.Mach.1,5.

Ne redirent ad Herodem, per aliam viam

reuersi sunt in regionem suam. Matth. 2,12.

Sedentibus in regione vmbræ mortis, lux orta est eis. † 4,16. † 8,28. Luc. 3,3. † 4,37.

Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam, accipere sibi regnum. † 19,12

Videte regiones, quia albæ sunt iam ad messem. Ioan. 4,35. † 11,55.

Dispersi sunt per regiones Iudeæ & Samariæ, præter Apostolos. Act 8,1. † 26,20.

Nunc verò vlteriùs locum non habens in his regionibus, cupiditatem autem habens veniendi ad vos. Rom. 15,23. Iac. 5,4.

REGNVM, REGNO.

Fuit autem principium regni eius [Nemrod] Babylon. Gen. 10,10.

Dominus regnabit in æternum & vltrà. Exodi 15,18.

Vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta. † 19,6.

Regimen graue, laborem & affectum exigit. Et cur imposuisti pondus vniuersi populi huius super me? Numquid ego concepi omnem hanc multitudinem, vel genui eam, vt dicas mihi: Porta eos in sinu tuo, sicut portare solet nutrix infantulum, & defer in terram, pro qua iurasti patribus eorum? Vnde mihi carnes vt dem tantæ multitudini? Flent contra me, dicentes: Da nobis carnes vt comedamus. Non possum solus sustinere omnem hunc populum, quia grauis est mihi. Sin aliter tibi videtur, obsecro vt interficias me, & inueniam gratiam in oculis tuis, ne tantis afficiar malis. Num. 11,11. † 14,13. Deut. 1,10. † 2,10.

Regna varia à variis vicissim occupantur. Deut. 2,10,20,23.

Regnauit autem Abimelech super Israel tribus annis. Iudic. 9,22.

Qui dixit puero regenti gressus suos: Dimitte me vt tangam columnas. † 16,26.

De sermone autem regni non indicauit ei. 1. Reg. 10,16.

Quis est iste qui dixit: Saul num regnabit super nos? Date viros, & interficiemus eos. † 11,12.

Innouemus ibi regnum. 14.

Filius vnius anni erat Saul cùm regnare cœpisset, duobus autem annis regnauit super Israel. † 13,1.

Quod si non fecisses, iam nunc præparasset Dominus regnum tuum super Israel in sempiternum. 13.

Dederunt Dauid decem millia, & mihi mille dederunt: quid ei superest nisi solum regnum? † 18,8.

Scio quòd certissimè regnaturus sis, & habiturus in manu tua regnum Israel. † 24,21.

Scindet regnum tuum de manu tua, & dabit illud proximo tuo Dauid. † 28,17.

Vnxerunt ibi Dauid, vt regnaret super domum Iuda. 2. Reg. 2,4.

Sic faciam cum eo, vt transferatur regnum de domo Saul. † 3,10.

Quærebatis Dauid, vt regnaret super vos. 17.

Firmabo regnum eius. † 7,12.

Regnauit Absalon in Hebron. † 15,11.

Hodie restituet mihi domus Israel regnum patris mei. † 16,3.

Adonias autem filius Haggith eleuabatur, dicens: Ego regnabo. 3. Reg. 9,1,5.

Dies autem quibus regnauit Dauid super Israel, quadraginta anni sunt. † 2,11.

Tu, inquit, nosti quia meum erat regnum, & me præposuerat omnis Israel sibi in regem. 15.

Salomon autem erat in regione sua, habens omnia regna à flumine terræ Philisthiim, vsque ad terminum Aegypti: offerentium sibi munera. † 4,21.

Dies autem quos regnauit Salomon in Ierusalem super omnem Israel, quadraginta anni sunt. † 11,42.

Regnauit Zambri septem diebus. † 16,15.

Regnauit Ioram frater eius pro eo. 4. Reg. 1,17

Vno anno regnauit [Ochozias] in Ierusalem. † 8,26.

Regnauit Iehu. † 9,13.

Regnauit [Sellum] vno mense. † 15,13.

Vt esset ei in auxilium, & firmaret regnum eius. 19.

Duobus quoque annis regnauit [Amon] in Ierusalem. † 21,19.

Tribus mensibus regnauit [Ioachaz] in Ierusalem. † 23,31.

Tribus mensibus regnauit [Ioachin] in Ierusalem. † 24,8.

Elegit Salomonem filium meum, vt sederet in throno regni Domini. 1. Par. 28,5.

Vos dicitis quòd resistere possitis regno Domini, quod possidet per filios Dauid. 2. Par. 13,8.

Hæc dicit Cyrus rex Persarum: Omnia regna terræ dedit mihi Dominus Deus cæli. † 36,23.

Benedictus Dominus, qui exaltauit eam, & sit regnum eius in sæcula sæculorum super eam. Tob. 13,23.

Regnauit [Assuerus] ab India vsque Aethiopiam, super centum vigintiseptem prouincias. Esth. 1,1.

Regnum illius altera, quæ melior est illa, accipiat. 19.

Quæcumque inter omnes oculis regis placuerit, ipsa regnet pro Vasthi. † 2,4.

Et posuit diadema regni in capite eius [Esther] fecitque eam regnare in loco Vasthi. 17.

Qui [Aman] in tantum arrogantiæ tumorem sublatus est, vt regno priuare nos niteretur, & spiritu. † 16,12.

Vt illis interfectis insidiaretur nostræ solitudini, & regnum Persarum transferret in Macedonas. 14.

Viuentis Dei, cuius beneficio & patribus nostris & nobis regnum est traditum, & vsque hodie custoditur. 16.

Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi. Iob 34, 30

Regnabit in æternum, & in sæculum sæculi. Psal H 10, 16.

Domini est regnum, & ipse dominatur Gentium. † 21, 29.

Dominus regit me, & nihil mihi deerit. † 22, 1.

Regnabit Deus super Gentes. † 46, 9.

Ipse reget nos in sæcula. † 47, 14.

Regna terræ cantate Deo. † 67, 33.

Qui regis Israel, intende: qui deducis velut ouem Ioseph. † 9. 2.

Dominus regnauit, decore indutus est. † 92, 1.

Dicite in Gentibus quia Dominus regnauit. † 95, 10.

Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. † 96, 1.

Dominus in cælo parauit sedem suam: & regnum ipsius omnibus dominabitur. † 102, 19.

Gloriam regni tui dicent. † 144, 11.

Regnum tuum regnum omnium sæculorũ 13.

Regnabit Dominus in sæcula. † 145, 10.

In exultatione iustorum multa gloria est: regnantibus impiis ruinæ hominum. Prou. 28, 12.

Quòd de carcere catenisque interdum quis egrediatur ad regnum, & alius natus in regno inopia consumatur. Eccles. 4, 14.

Ideò accipient regnum decoris. Sap. 5, 17.

Concupiscentia itaque sapientiæ deducit ad regnum perpetuum. † 6, 21.

Profugum iræ fratris iustum deduxit [sapientia] per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. † 10, 10.

Regnum à gente in gentem transfertur propter iniustitias, & iniurias, & contumelias, & diuersos dolos. Eccli. 10, 8.

Dedit illi [Dauidi] testamentum regni & sedem gloriæ in Israel. † 47, 13.

Super solium Dauid, & super regnum eius sedebit, vt confirmet illud. Isaiæ 9, 7.

Quomodo inuenit manus mea regna idoli, sic & simulachra eorum de Ierusalem. † 10, 10.

Numquid iste est vir, qui conturbauit terram, qui concussit regna, qui posuit orbem desertum? † 14, 16.

Cessabit adiutorium ab Ephraim, & regnum à Damasco. † 17, 3.

Erubescet luna, & confundetur sol, cùm regnauerit Dominus exercituum in monte Sion, & in Ierusalem, & in conspectu senum suorum fuerit glorificatus. † 24, 23.

Ecce in iustitia regnabit rex, & principes in iudicio præerunt. † 32, 1.

Subitò loquar de gente & de regno, vt ædificem & plantem illud. Ierem. 18, 9. † 22, 9.

Numquid regnabis, quoniam confers te cedro? † 22, 15.

Vniuersáque regna terræ, quæ erant sub potestate manus eius [Nabuchodonosor] & omnes populi bellabant contra Ierusalem, & contra omnes vrbes eius † 34, 1.

Filius viginti & vnius anni erat Sedecias cùm regnare cœpisset, & vndecim annis regnauit. † 52, 1.

Vt sit regnum humile, & non eleuetur. Ezech. 17, 14.

In manu forti, & in brachio extento, & in furore effuso regnabo super vos. † 20, 33.

Inter cetera regna erit humillima, & non eleuabitur vltrà super nationes. † 29, 15.

Ipse mutat tempora, & ætates: transfert regna atque constituit. Dan. 2, 21.

Post te consurget regnum aliud minus te argenteum. 39.

Regnum diuisum erit, quod tamen de plantario ferri orietur. 41.

Suscitabit Deus cæli regnum, quod in æternum non dissipabitur, & regnum eius alteri populo non tradetur: comminuet autem & consumet vniuersa regna hæc: & ipsum stabit in æternum. 44.

Regnum eius regnum sempiternum. † 3, 100.

Regnum tuum tibi manebit, postquam cognoueris potestatem esse cælestem. † 4, 23.

Regnum tuum transibit à te, & ab hominibus eiicient te. 28.

Hæ quatuor bestiæ magnæ, quatuor sunt regna, quæ consurgent de terra. † 7, 17.

Suscipient autem regnum sancti Dei altissimi. Dan 7, 18.

Bestia quarta, regnum quartum erit in terra, quod maius erit omnibus regnis. 23.

Regnum autem & potestas & magnitudo regni, quæ est subter omne cælum, detur populo sanctorum Altissimi: cuius regnum, regnum sempiternum est, & omnes reges seruient ei. 27.

Quiescere faciam regnum domus Israel. Osee 1, 4.

Ipsi regnauerunt, & non ex me: principes extiterunt, & non cognoui. Osee 8, 4.

Ecce oculi Domini super regnum peccans, & conteram illud à facie terræ. Amos 9, 8.

Ascendent saluatores in montem Sion iudicare montem Esau: & erit Domino regnum. Abdiæ v. 21.

Vocauit pueros suos nobiles, qui secum erant nutriti à iuuentute: & diuisit illis regnum suum cùm adhuc viueret. Et regnauit Alexander annis duodecim & mortuus est. 1. Mach. 1, 7.

Cœpit [Antiochus] regnare in terra Aegypti vt regnaret super duo regna. 17.

Quæ gens non hereditauit regnum eius, & non obtinuit spolia eius? † 2, 10.

Qui-

Quibus verò vellent [Romani] auxilio esse vt regnarent, regnabant: quos autem vellent, regno deturbabant, & exaltati sunt valdè. † 8, 13.

Deus autem, qui liberauit populum suum, & reddidit hereditatem omnibus, & regnum, & sacerdotium, & sanctificationem, sicut promisit in lege, speramus quòd citò nostri miserebitur. 2. Mach. 2, 18.

Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cælorum. Matth. 3, 2.

Ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum. † 4, 8.

Euntes autem prædicate dicentes: Quia appropinquauit regnum cælorum. † 10, 7.

A diebus autem Ioannis Baptistæ vsque nunc, regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. † 11, 12.

Omne regnum diuisum contra se desolabitur. † 12, 25.

Sunt de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant Filium hominis venientem in regno suo. † 16, 28.

Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. † 21, 43.

Clauditis regnum cælorum ante homines. † 23, 13.

Quidquid petieris dabo, licet dimidium regni mei. Mar 6, 23.

Benedictum quod venit regnum patris nostri Dauid. † 11, 10.

Non es longè à regno Dei. † 12, 34.

Regnabit in domo Iacob in æternum. Lucæ 1, 32.

Sine vt mortui sepeliant mortuos suos: tu autem vade & annuntia regnum Dei. † 9, 60.

Quærite primùm regnum Dei & iustitiam eius. † 12, 31.

Ibi erit fletus & stridor dentium, cùm videritis Abraham, Isaac & Iacob, & omnes prophetas in regno Dei, vos autem expelli foras. † 13, 28.

Non venit regnum Dei cum obseruatione: neque dicent; Ecce hic aut ecce illic. ecce enim regnum Dei intra vos est. † 17, 20.

Nolumus hunc regnare super nos. † 19, 14.

Surget gens contra gentem, & regnum aduersus regnum. † 21, 10.

Cum videritis hæc fieri, scitote quoniam propè est regnum Dei. 31.

Dispono vobis sicut disposuit mihi Pater meus regnum. † 22, 29.

Regnum meum non est de hoc mundo. Ioannis 18, 36.

Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israel? Act. 1, 6.

Regnauit mors ab Adam vsque ad Moysen, etiam in eos qui non peccauerunt in similitudinem præuaricationis Adæ, qui est forma futuri. Rom. 5, 14.

Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentiis eius. † 6, 12.

Non est enim regnum Dei esca & potus: sed iustitia, & pax, & gaudium in Spiritu sancto. † 14, 17.

Sine nobis regnatis, & vtinam regnetis. 1. Corinth. 4, 8.

Deinde finis, cùm tradiderit regnum Deo & Patri. † 15, 24.

Homicidia, ebrietates, &c. qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. Gal. 5, 21.

Qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij dilectionis suæ. Colos. 1, 13.

Vt digni habeamini in regno Dei, pro quo & patimini. 2. Thes. 1, 5.

Si qua autem vidua filios aut nepotes habet: discat primùm domum suam regere, & mutuam vicem reddere parentibus. 1. Tim. 5, 4.

Regnum immobile suscipientes, habemus gratiam. Heb. 12, 28.

Sic enim abundanter ministrabitur vobis introitus in æternum regnum Domini nostri. 2. Petri 1, 11.

Fecit nos regnum, & sacerdotes Deo & Patri suo. Apoc. 1, 6.

Agnus, qui in medio throni est, reget illos. † 7, 17.

Factum est regnum huius mundi Domini nostri, & Christi eius. † 11, 15.

Peperit filium masculum, qui recturus erat omnes Gentes in virga ferrea. † 12, 5.

Factum est regnum eius tenebrosum, & commanducauerunt linguas suas præ dolore † 16, 10.

Dent regnum suum bestiæ, donec consummentur verba Dei. † 17, 17.

Vixerunt, & regnauerunt cum Christo mille annis. † 20, 4.

Erunt sacerdotes Dei, & Christi, & regnabunt cum illo mille annis. 6.

Dominus Deus illuminabit illos, & regnabunt in sæcula sæculorum. † 22, 5.

REX.

Ponam te in gentibus, regesque ex te egredientur. Gen. 17, 6.

Reges autem qui regnauerunt in Terra Edom, antequam haberent regem filij Israel. † 36, 31.

Numquid rex noster eris, aut subiiciemur ditioni tuæ? † 37, 8.

Regibus quinta pars soluitur, & factum est quasi in legem. † 47, 26.

Surrexit intereà rex nouus super Aegyptum, qui ignorabat Ioseph. Exod. 1, 8.

Tradetque reges eorum in manus tuas, & disperdes nomina eorum sub cælo. Deuteron. 7, 24. † 17, 14.

Non multiplicabit [rex] sibi equos, nec reducet populum in Aegyptum. † 17, 16.

Non habebit [rex] vxores plurimas, quæ alliciant animum eius, neque argenti & auri immensa pondera. 17.

Nec eleuetur cor eius [regis] in superbiam super fratres suos, neque declinet in partem dexteram vel sinistram, vt longo tempore regnet ipse, & filij eius super Israel. 20.

Ducet te Dominus, & regem tuum in gentem, quam ignoras. † 18,36.

Erit apud rectissimum rex. † 33,5.

Regem quoque Hai apprehenderunt viuentem. Iosu.8,23,29.

Ponite pedes super colla regum istorum, *&c.* sic enim faciet Dominus cunctis hostibus vestris. † 10,24.

Hi sunt reges terræ, quos percussit Iosue, *&c.* omnes reges triginta vnus. † 12,24.

Terra Chanaan, quæ in quinque regulos Philisthiim diuiditur. † 13,3.

Constituerunt regem Abimelech, iuxta quercum, quæ stabat in Sichem. Iudic.9,6.

Non erat rex in Israel: sed vnusquisque quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat. † 17,6. † 18.1. † 21,24.

Dabit imperium regi suo. 1.Reg.2,10.

Constitue nobis regem, vt iudicet nos, sicut & vniuersæ habent nationes. † 8,5.

Prædic eis ius regis. 9.

Iudicabit nos rex noster, & egredietur ante nos, & pugnabit bella nostra pro nobis. 20.

Viuat rex. † 10,24.

Fecerunt ibi regem Saul coram Domino in Galgala, & immolauerunt ibi victimas pacificas coram Domino. Et lætatus est ibi Saul, & cuncti viri Israel nimis. † 11,15.

Rex graditur ante vos. † 12,1.

Sed rex imperabit nobis, cùm Dominus Deus vester regnaret in vobis. 12.

Grande malum feceritis vobis in conspectu Domini, petentes super vos regem. 17.

Quòd si perseueraueritis in malitia, & vos & rex vester pariter peribitis. 25.

Apprehendit Agag regem Amalec viuum. † 15,8.

Mittam te ad Isai Bethleemitem: prouidi enim in filiis eius mihi regem. † 16,1.

Numquid non iste est Dauid rex terræ? † 21,11. 2.Reg.2,9.

An ignoro hodie me factum regem super Israel? 2.Reg.19,22.

Imponite Salomonem filium meum super mulam meam, *&c.* dicetis: Viuat rex Salomon. 3.Reg.1,34.

Princeps latronum, *&c.* constituerunt eum regem. † 11,24.

Constituerunt eum [Ieroboam] regem super omnem Israel. † 12,20.

Amoue reges singulos ab exercitu tuo, & pone principes pro eis. † 20,24.

Audiuimus quòd reges domus Israel clementes sint. 31.

Grandis auctoritatis es, & benè regis regnum Israel. † 21,7.

Congregauit nos Dominus tres reges, vt traderet in manus Moab. 4.Reg.3,10.

Ostendit mihi Dominus te regem Syriæ fore. † 8,13.

Recessit Edom, ne esset sub Iuda, & constituit sibi regem. 20.

Duo reges non potuerunt stare coram eo [Iehu] & quomodo nos valebimus resistere? † 10,4.

Et holocaustum regis, & sacrificium eius, & holocaustum vniuersi populi terræ, & sacrificia eorum, & libamina eorum. † 16,15.

Hæc dicit rex magnus, rex Assyriorum: Quæ est ista fiducia, qua niteris? † 18,19.

Regemque constituit Pharao Nechao, Eliacim filium Iosiæ pro Iosia patre eius. † 23,34. † 24,7,19.

Duces pro regibus in Edom esse cœperunt. 1.Par.1,51.

Vt transferrent regnum Saul ad eum [Dauidem.] † 12,24.

Elegit Dominus Deus Israel me de vniuersa domo patris mei, vt essem rex super Israel in sempiternum. † 28,4.

Regnum autem tradidit Ioram, eò quòd esset primogenitus. 2.Par.21,3. † 34,33.

Reges fortissimi fuerunt in Ierusalem, qui & dominati sunt omni regioni, quæ trans Fluuium est. 1.Esd.4,20.

Artaxerxes rex regum Esdræ sacerdoti, scribæ legis Dei cæli doctissimo salutem. † 7,12.

Leuare te velis super eos regem. 2 Esd.6,6.

Regemque sæculorum exaltate in operibus vestris. Tob.13,6.

Et prædicent carnalem regem in sempiternum. Esth.14,10.

Quomodo malis quorumdam suggestionibus regum studia deprauentur. † 16,7.

Angustia vallabit eum sicut regem qui præparatur ad prælium. Iob 15,24.

Reges in solio collocat in perpetuum, & illi eriguntur. † 36,7.

Ipse est rex super vniuersos filios superbiæ. † 41,45.

Constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius, prædicans præceptū eius. Psal.2,6.

Domine saluum fac regem. † 19,10.

In virtute tua lætabitur rex. † 20,2.

Rex sperat in Domino. 8.

Quis est iste Rex gloriæ? Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio. † 23,8.

Non saluatur rex per multā virtutem. † 32,16.

Rex omnis terræ Deus. † 46,8.

Iuda rex meus. † 59,9.

Rex verò lætabitur in Deo. † 62,12.

Rex virtutum dilecti dilecti. † 67,13.

Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis. Iudicare populum tuum in iudicio, & pauperes tuos in iustitia. † 71,2.

Reges Tharsis & insulæ munera offerent. 10.

Qui percussit reges magnos. † 135,17.

Confiteantur tibi Domine omnes reges terræ. † 137,4.

Qui das salutem regibus. † 143,10.

Reges terræ, & omnes populi, *&c.* laudent nomen Domini. † 148,11.

Filij Sion exultent in rege suo. † 149,2.

Ad alligandos reges eorum in compedibus. 8.

Per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. Prou.8,15.

Sicut rugitus leonis, ita & terror regis: qui prouocat eum, peccat in animam suam. † 20,2.

Rex qui sedet in solio iudicij, dissipat omne malum intuitu suo. 8.

Misericordia & veritas custodiunt regem: & roboratur clementia thronus eius. 28.

Rex iustus erigit terram: vir auarus destruet eam. † 29,4.

Noli regibus dare vinum. † 31,4.

Ego Ecclesiastes fui rex in Ierusalem. Eccles.1,12.

Melior est puer pauper & sapiens, rege sene & stulto, qui nescit præuidere in posterum. † 4,13.

Væ tibi terra, cuius rex puer est, & cuius principes manè comedunt. † 10,16.

Ad vos ergo reges sunt hi sermones mei, vt discatis sapientiam, & non excidatis. Sap.6,10.

Rex sapiens stabilimentum populi est. 26.

Stetit contra reges horrendos in portentis & signis. † 10,16.

Rex potens & metuendus nimis. Eccli.1,8.

Penes regem noli velle videri sapiens. † 7,5.

Rex insipiens perdet populum suum. † 10,3.

Breuem languorem præcidit medicus: sic & rex hodie est & cras morietur. 12.

Posuit Dauid puero suo excitare regem ex ipso fortissimum, & in throno honoris sedentem in sempiternum. † 24,34.

Qui deiecisti reges ad perniciem, & confregisti facile potentiam ipsorum, & gloriosos de lecto suo. † 48,6.

A verbo mendacij, à rege iniquo, & à lingua iniusta. † 51,7.

Vox sonitus regum, gentium congregatarum. Isa.13,4.

Regem in decore suo videbunt oculi eius, cernent terram de longè. † 33,17.

Et reges obtinebit: dabit quasi puluerem gladio eius. † 41,2.

Ego Dominus sanctus vester, creans Israel rex vester. † 43,15.

Reges videbunt, & consurgent principes, & adorabunt propter Dominum, & sanctum Israel qui elegit te. † 49,7.

Erunt reges nutritij tui. 23.

Regibus Iuda, principibus eius, & sacerdotibus, & populo terræ. Ier.1,18.

Peribit cor regis, & cor principum. † 4,9.

Quis non timebit te, ô rex gentium? tuum est enim decus. † 10,7.

Ingredientur per portas domus huius reges sedentes de genere Dauid super thronum eius, & ascendentes currus & equos. † 22,4.

Reges variarum terrarum & insularum. † 25,19.

Et regibus terræ insularum, qui sunt trans mare. 22.

Et in opprobrium, & in indignationem furoris sui regem & sacerdotem. Thren.2,6.

Regem regioni non suscitant, neque pluuiam hominibus dabunt. Baruch 6,52.

Rex lugebit, & princeps induetur mœrore, & manus populi terræ conturbabuntur. Ezech.7,27.

Adducam ad Tyrum Nabuchodonosor regem Babylonis ab Aquilone, regem regum, cum equis, & curribus, & equitibus, & cœtu populoque magno. † 26,7.

Faciam eos in gentem vnam in terra in montibus Israel, & rex vnus erit omnibus imperans. † 37,22.

Tu rex regum es. Dan.2,37.

Hircus caprarum, rex Græcorum est. † 8,21.

Prouocatus rex Austri egredietur, & pugnabit aduersus regem Aquilonis. † 11,11.

Dies multos sedebunt filij Israel sine rege. Osee 3,4.

Non est rex nobis, non enim timemus Dominum: & rex quid faciet nobis? 10,3.

Dabo tibi regem in furore meo, & auferam in indignatione mea. † 13,11.

Nunc quare mœrore contraheris? Numquid rex non est tibi? Mich.4,9.

Exulta satis filia Sion? iubila filia Ierusalem: ECCE REX TVVS veniet tibi iustus, & saluator. Zach.9,9.

Et erit Dominus rex super omnem terram. † 14,9.

Et votum faciens immolat debile Domino: quia Rex magnus ego. Mal.1,14.

Designaui filium meum Antiochum regem. 2.Mach.9,25.

Vbi est qui natus est rex Iudæorũ? Matth.2,2.

Tu es Rex Iudæorum? † 27,11.

Si rex Israel est, descendat nunc de cruce, & credimus ei. 42.

Benedictus, qui venit rex in nomine Domini. Luc.19,38.

Erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum. Ioan.4,46.

Vt raperent eum, & facerent eum regem, fugit ite-

iterum in montem ipse solus. † 6,15.

Regem vestrum crucifigam? Responderunt Pontifices: Non habemus regem, nisi Cæsarem. † 19,15.

Contra decreta Cæsaris faciunt, regem alium dicentes esse, Iesum. Act.17,7.

Regi sæculorum immortali, & inuisibili, soli Deo honor & gloria. 1.Tim.1,17.

Gratiarum actiones pro omnibus hominibus: pro regibus, & omnibus qui in sublimitate sunt: vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate, & castitate. † 2,2.

Beatus & solus potens, Rex regum, & Dominus dominantium. † 6,16.

Melchisedech, &c. primùm quidem qui interpretatur rex iustitiæ. Heb.7,2.

Habebant super se regem angelum abyssi. Apoc.9,11.

Decem cornua, quæ vidisti, decem reges sunt; qui regnum nondum acceperunt. † 17,12.

Et in femore suo scriptum: Rex regum, & Dominus dominantium. † 19,16.

REGALIS.

Vna ciuitatum regalium. Ios.10,2.

Collocauerunt eum in solio regali. 2.Paral.23,20.

Induta est Esther regalibus vestimentis. Esth.5,1.

Omnipotens sermo tuus de cælo à regalibus sedibus. Sap.18,15. 1.Mach.3,32.

Si tamen legem perficitis regalem secundùm scripturas. Iac.2,8.

Genus electum, regale sacerdotium, gens sancta. 1.Pet 2,9.

REGINA.

Regina Saba, audita fama Salomonis, venit tentare eum in ænigmatibus. 3.Reg.10,1.

Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato. Psal.44,10.

Sexaginta sunt reginæ, & octoginta concubinæ, & adolescentularum non est numerus. Cantic.6,7.

Mulieres conspergunt adipem, vt faciant placentas reginæ cæli. Ier.7,18. Dan.5,15. Matthæi 12,42.

Sedeo regina, & vidua non sum, & luctum non videbo. Apoc.18,7.

REGO.

Diligere maritum, regere familiam, gubernare domum. Tob.10,13.

Reges eos in virga ferrea. Psal.2,9.

Dominus regit me, & nihil mihi deerit. † 22,1.

Ipse reget nos in sæcula. † 47,15.

Qui regis Israel, intende. † 79,2.

Qui autem agunt omnia cum consilio, reguntur sapientia. Prou.13,10.

Non percutiet eos æstus & sol: quia miserator eorum reget eos. Isa.49,10. Dan.13,5.

Ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israel. Matth.2,6.

Gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos, regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo. Act.20,28.

Vidua, &c. Discat primùm regere domum suam. 1.Tim.5,4.

Dabo illi potestatem super Gentes, & reget eas in virga ferrea. Apoc 2,27.

Agnus, qui in medio throni est, reget illos. † 7,17.

Peperit filium masculum, qui recturus erat omnes Gentes in virga ferrea. † 12,5.

REGREDIOR.

In baculo meo transiui Iordanem istum: & nunc cum duabus turmis regredior. Gen.32,10.

Propter hanc in altum regredere. Psal.7,8.

Ad amicum etsi produxeris gladium: non desperes: est enim regressus. Eccli.22,26. Ezech. 7,13. Luc.2,45. † 17,15.

Et ipsi adorantes regressi sunt in Ierusalem cum gaudio magno. † 24,52.

REGVLA.

Nolite facere iniquum aliquid in iudicio, in regula, in pondere, in mensura. Leuit.19,35.

Regulamque auream quinquaginta siclorum, & concupiscens abstuli. Ios.7,21.

Non in aliena regula in iis quæ præparata sunt gloriari. 2.Cor.10,16.

Quicumque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos. Gal.6,16.

In eadem permaneamus regula. Phil.3,16.

REGVLVS. *serpens.*

Ingreditur [vinum] blandè, sed in nouissimo mordebit vt coluber, & sicut regulus venena diffundet. Prou.23,31.

In cauerna reguli, qui ablactatus fuerit, manum suam mittet. Isa 11,8.

De radice enim colubri egredietur regulus, & semen eius absorbens volucrem. † 14,29.

Leo ex eis, vipera, & regulus volans. † 30,6.

Quod confotum est, erumpet in regulum. † 59,5.

Mittam vobis serpentes regulos, quibus non est incantatio, & mordebunt vos. Ier.8,17.

REIICIO.

At ille reiecta sindone, nudus profugit ab eis. Mar.14,52.

Omnis creatura Dei bona est, & nihil reiiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. 1.Tim.4,4.

REINVITO.

Neque cognatos, neque vicinos diuites: ne fortè te & ipsi reinuitent, & fiat tibi retributio. Luc 14,12.

RELAPSVS.

Relapsus. Cumque requieuissent, reuersi sunt vt facerent malũ in conspectu tuo: & dereliquisti eos

eos in manu inimicorum suorum, & possederunt eos. 2.Esd 9,28.

Qui baptizatur à mortuo, & iterùm tangit eum, quid proficit lauatio illius? sic homo qui ieiunat in peccatis suis & iterùm eadem faciens, quid proficit humiliando se? orationem illius quis exaudiet? Eccli 34, 30.

Quàm vilis facta es nimis, iterans vias tuas? & ab Aegypto confunderis, sicut confusa es ab Assur. Ierem.2,36.† 11,10.

Si enim refugientes coinquinationes mundi in cognitione Domini nostri, & Saluatoris Iesu Christi, his rursus implicati superantur: facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. Melius enim erat illis non cognoscere viam iustitiæ, quàm post agnitionem, retrorsùm conuerti ab eo, quod illis traditum est, sancto mandato. Contigit enim eis illud veri prouerbij: Canis reuersus ad suum vomitum; &, Sus lota in volutabro luti. 2.Pet.2,20.

RELEVO.

Egesta humo operies quo releuatus es. Deuteron.23, 14.

Si fortè releuet manum suam à vobis. 1.Regum 6, 5. 3.Reg.12,10.

Effundit despectionem super principes, eos qui oppressi fuerant, releuans. Iob 12,21.

RELIGIO, RELIGIOSVS.

**Religiosorum typus.* Seth natus est filius, quem vocauit Enos: iste cœpit inuocare nomen Domini. Gen.4,26.

Quæ est ista religio? dicetis eis: Victima transitus Domini est. Exod 12,26.

Hæc est religio Phase. Omnis alienigena non comedet ex eo. 43.

Impones eis mitras: eruntque sacerdotes mihi religione perpetua. † 29,9. Leuit.16,31.

Religiosus quid agere debeat. Cùm fecerint votum vt sanctificentur, & se voluerint Domino consecrare: à vino, & omni quod inebriare potest, abstinebunt, *&c.* Omni tempore consecrationis suæ super mortuum non ingredietur, nec super patris quidem & matris & fratris sororisque funere contaminabitur, quia consecratio Dei super caput eius est. Num.6,2. † 23,21.

Ista est religio victimæ quam constituit Dominus. † 19,2.

Religionis pulchritudo. Quàm pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Israel? vt valles nemorosæ, vt horti iuxta fluuios irrigui, vt tabernacula quæ fixit Dominus, quasi cedri prope aquas. Fluet aqua de situla eius, *&c.* Deus eduxit illum de Aegypto, cuius fortitudo similis est rhinocerotis. † 24,4.

Religiosa perfectio Leui quoque ait [Moyses] Perfectio tua, & doctrina tua viro sancto tuo, quem probasti in tentatione, & iudicasti ad Aquas contradictionis. Qui dixit patri suo, & matri suæ: Nescio vos: & fratribus suis: Ignoro vos: & nescierunt filios suos. Hi custodierunt eloquium tuum, & pactum tuum seruauerunt, iudicia tua ô Iacob, & legem tuam ô Israel: ponent thymiama in furore tuo, & holocaustum super altare tuum. Benedic Domine fortitudini eius, & opera manuum illius suscipe. Deut 33,8.

Religionis & cultus quanta cura Israelitis, ne quid innouetur. Iol.22, 11.

In tantum, vt plures alterius gentis, & sectæ, eorum religioni & cærimoniis iungerentur. Esth. 8, 17.

Susceperunt Iudæi super se, & super semen suum, & super cunctos qui religioni eorum voluerunt copulari. † 9,27.

Timor Domini, scientiæ religiositas. Eccli.1,17.

Religiositas custodiet, & iustificabit cor, iucunditatem atque gaudium dabit. 18.

Religionem intrans quid obseruabit. Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Deprime cor tuum & sustine: inclina aurem tuam, & suscipe verba intellectus: & ne festines in tempore obductionis. Sustine sustentationes Dei: coniungere Deo, & sustine, vt crescat in nouissimo vita tua. Omne, quod tibi applicitum fuerit, accipe: & in dolore sustine, & in humilitate tua patientiam habe: quoniam in igne probatur aurum & argentum, homines verò receptibiles in camino humiliationis. Crede Deo, & recuperabit te: & dirige viam tuam, & spera in illum. Serua timorem illius, & in illo veterasce. † 2,1.

Benedicite omnes religiosi Domino Deo deorum: laudate & confitemini ei, quia in omnia sæcula misericordia eius. Dan.3,90. 2.Mach.6,11. † 12,43.

Erant autem in Ierusalem habitantes Iudæi, viri religiosi ex omni natione quæ sub cælo est. Act.2,5.

Cornelius, centurio, *&c.* religiosus, ac timens Deum cum omni domo sua. † 10, 2.

Iudæi autem concitauerunt mulieres religiosas & honestas, & primos ciuitatis, & excitauerunt persecutionem in Paulum. † 13,50.

Nemo vos seducat volens in humilitate & religione Angelorum, quæ non vidit, ambulans. Col 2, 18.

Si quis autem putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum, huius vana est religio. Iac.1,26.

RELIGO.

Raphael Angelus apprehendit dæmonium, & religauit illud in deserto superioris Aegypti. Tob.8, 13.

RELINQVO.

Relinquet homo patrem suum, & matrem, & adhærebit vxori suæ. Gen.2,24.

Relicto in manu eius pallio fugit [Ioseph] & egressus est foras. † 39,12. Exod.16,19.

Cur

Cur reliquistis Dominum Deum Israel? Iosue 22, 16.

Clamastis ad me, & erui vos de manu eorum. Et tamen reliquistis me, & coluistis deos alienos. Iudic.10,13. Ruth 2,11.

Statim relictis bobus cucurrit [Eliseus] post Eliam. 3.Reg.19,20. 4.Reg.24,14. 1.Par.5,25.

Affligetur relictus in tabernaculo suo. Iob 20, 26.

Non reliquit hominem nocere eis. Psalmo 104,14. Prou.2,13.

Deus ab initio constituit hominem,& reliquit illum in manu consilij sui. Eccli.15,14 † 28,27.

Scito, & vide,quia malum & amarum est, reliquisse te Dominum Deum tuum, & non esse timorem mei apud te. Ierem.2,19.

Reliqui domum meam, dimisi hereditatem meam. † 12, 7.

Propitius ero eis,quos reliquero. † 50,20.

Continuò relictis retibus secuti sunt eum. Matth.4,20. Luc.17,34. 2.Tim.4,9.

RELIQVIAE.

Et maledictæ reliquiæ tuæ. Deut.28,5.

Regemque illius interfecit, & omnes habitatores eius, non dimisit in ea saltem paruas reliquias Iosi.10,28.

Saturata est & tulit reliquias. Ruth 2,14.

Reliquias effeminatorum qui remanserant in diebus Asa patris eius abstulit de terra. 3.Regum 22, 47.

Reliquiæ & vestes Sanctorum. Pallio Eliæ quod ceciderat ei, percussit aquas, *&c.* Percussitque aquas, & diuisæ sunt huc atque illuc, & transiit Eliseus. 4.Reg.2,14.

Cadauer, *&c.* Quod cùm tetigisset ossa Elisei, reuixit homo. † 13,21.

Accessit retrò, & tetigit fimbriam vestimenti eius, *&c.* & salua facta est mulier ex illa hora. Matth.9, 20.

Et veniente Petro saltem vmbra illius obumbraret quemquam illorum, & liberarentur ab infirmitatibus suis. Act.5,16.

Vt etiam super languidos deferrentur à corpore eius [Pauli] sudaria, & semicinctia, & recedebant ab eis languores, & spiritus nequam egrediebantur. † 19,12.

Percussit igitur Iehu & optimates,& notos, & sacerdotes,donec non remanerent ex eo reliquiæ. † 10,11.

De Ierusalem quippe egredientur reliquiæ, & quod saluetur de monte Sion. † 19,31.

Dimittam verò reliquias hereditatis meæ. † 21,14.

Percusserunt reliquias,quę euadere potuerant, Amalecitarum. 1.Par.4,43.

Vt dimitterentur nobis paruæ reliquiæ, & daretur nobis paxillus in loco sancto eius. 1.Esdræ 9, 8.

Beatus ero si fuerint reliquiæ seminis mei ad videndam claritatem Ierusalem. Tob.13, 20.

Nec vllæ reliquię in regionibus eius. Iob 18,19.

Reliquias eorum deuorauit ignis? † 22,20.

Sunt reliquiæ homini pacifico. Psal.36,37.

Reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi. † 75, 11.

Reliquiæ ligni saltus eius præ paucitate numerabuntur,& puer scribet eos. Isaiæ 10,19.

Si enim fuerit populus tuus Israel quasi arena maris,reliquiæ conuertentur ex eo. 22.

Reliquiæ non erunt ex eis. Ierem.11, 23.

Si non reliquiæ tuæ in bonum. † 15,11.

Assumam reliquias Iudæ,qui posuerunt facies suas vt ingrederentur terram Aegypti, vt habitarent ibi: & consumentur omnes in terra Aegypti, cadent in gladio,& in fame morientur. † 44,12.

Perdam reliquias maritimæ regionis. Ezechiel.25,16.

Leuabunt vos in contis, & reliquias vestras in ollis feruentibus. Amos 4,2.

Non erunt reliquiæ domus Esau. Abd.v.18.

Ponam claudicantem in reliquias, & eam quæ laborauerat,in gentem robustam. Mich 4,7.

Erunt reliquiæ Iacob in medio populorum multorum,quasi ros à Domino. Mich.5,7,8.

Disperdam de loco hoc reliquias Baal. Sophon.1, 4.

Reliquiæ secundùm electionem gratiæ saluæ factæ sunt. Rom.11,5.

RELIQVVS.

Qui autem reliqui fuerint, auferentur ex eis. Iob 4,21.

Qui reliqui fuerint ex eo,sepelianturin interitu. † 27, 15.

Ideò dimissum est reliquum terræ, cùm factum est diluuium. Eccli.44,18. † 47,25.

Et de reliquo eius idolum faciam? Isaiæ 44,19.

Comedens atque comminuens, & reliqua pedibus suis conculcans. Dan.7,7. Habac.2, 8. Apoc.11,13.

REMANDO.

Manda remanda, manda remanda, expecta reexpecta. Isaiæ 28,12.

REMANEO.

Remansit autem solus Noë, & qui cum eo erant,in arca. Gen 7,23.

Non remanebit quidquam in manè alterius diei. Leuit.22,38.

Remanebitis pauci in nationibus. Deut.4,27.

Nec remansit in nobis spiritus ad introitum vestrum. Iosi.2,11. 2.Esd.1,3.

Non remansit de cibo eius, & propterea nihil permanebit de bonis eius. Iob 20,21.

Operuit aqua tribulantes eos: vnus ex eis non remansit. Psal 105,11.

Et ego remansi ibi iuxta regem Persarum. Dan.10,13. Luc.2,43. Ioan.8,9. † 19,31.

REME-

REMEMOROR.

Ingressus es ad me, vt rememorarentur iniquitates meæ, & interficeres filium meum? 3.Reg.17,18.

Psalmus Dauid, in rememorationem de sabbato. Titul.Psalmi 37.† 69,1.

Rememorati sunt quia Deus adiutor est eorum. † 77,35.

Rememoramini autem pristinos dies, in quibus illuminati magnum certamen sustinuistis passionum. Heb.10,32.

REMETIOR.

Exprobrauerunt mihi,& remetiar opus eorum primum in sinu eorum. Isa 65,7.

In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. Matth.7,2.

REMIGO, REMEX.

Non transibit per eum nauis remigum. Isa. 33,21.

Habitatores Sidonis & Aradij fuerunt remiges tui. Ezech.27,8,26. Ionæ 1,13. Mar.6,48.

REMINISCOR.

Tunc demum reminiscens pincernarum magister. Gen.41,9.

Caue,&c. & non reminiscaris Domini. Deuter.8,14.

Ne vindictam sumas de peccatis meis, neque reminiscaris delicta mea, vel parentum meorum. Tob.3,3.

Reminiscentur, & conuertentur ad Dominum vniuersi fines terræ. Psal.21,28.

Reminiscere miserationum tuarum Domine, & misericordiarum tuarum, quæ à sæculo sunt. † 24.6.

Qui reminiscimini Domini ne taceatis. Isa.62,6.

Reminiscentur viam patrum suorum,qui peccauerunt in me. Baruch 2,33.

Nunc verò reminiscor malorum, quæ feci in Ierusalem. 1.Mach.6,12. Ioan.16,4. 2.Corinth.7,15.

REMITTO.

Sin autem paululùm remisisset, superabat Amalec. Exod.17,11.

Vt cùm iubileus, id est,quinquagesimus annus remissionis aduenerit. Num.36,4.

Septimo anno facies remissionem, quæ hoc ordine celebrabitur. Deut.15,1.† 31,10.

Beati quorum remissæ sunt iniquitates. Psalmo 31,3.

Remitte mihi,vt refrigerer, priusquam abeam, & ampliùs non ero. † 38,14.† 84,3.

Egestatem operata est manus remissa. Prouerb.10,4.† 12,24.

Remittet in die tribulationis peccata. Eccli.2,13.

Filius remissus euadet præceps. † 30,8.

Pretia salis indulgeo, & coronas remitto, & tertias seminis. 1.Machab.10,29.

Remittuntur tibi peccata tua. Matth.9,2.

Spiritus autem blasphemia non remittetur. † 12,31.† 18,35. Luc.3,3.

Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multùm. Luc.7,47.† 10,12.

Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Ioan.20,23. Act.2,38.

Roga Deum si fortè remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. Act.8,22.

Si in peccatis sit, remittentur ei. Iac.1,15. 1.Ioan.1,9.

REMMON.

Quando ingredietur Dominus meus templum Remmon, vt adoret, & illo innitente super manum meam,si adorauero. 4.Reg.5,18.

De colle Remmon ad Austrum Ierusalem. Zach.14,10.

REMOVEO.

Remoue à te os prauum, & detrahentia labia sint procul à te. Prou.4,24.

REMPHA.

Suscepistis tabernaculum Moloch, & sidus Dei vestri Rempham. Act.7,43.

REMVNERATIO.

Credere enim oportet accedentem ad Deum quia est, & inquirentibus se remunerator sit. Heb.11,6.

Maiores diuitias æstimans thesauro Aegyptiorum improperium Christi: aspiciebat enim in remunerationem. 26.

REMVS.

Quercus de Basan dolauerunt in remos tuos: & transtra tua fecerunt tibi ex ebore Indico. Ezech.27,6.

REN.

Renes vestros accingetis. Exod.12,11.

Feminalia linea, vt operiant carnem turpitudinis suæ, à renibus vsque ad femora. † 28,42. Leuit.3,4.

Et zona pellicea accinctus renibus.4. Reg.1,8

Balteum regum dissoluit, & præcingit fune renes eorum. Iob 12,18.

Scrutans corda & renes Deus. Psal.7,10.

Vsque ad noctem increpuerunt me renes mei. † 15,7.

Vre renes meos & cor meum. † 25,2.

Renes mei commutati sunt. † 72,21.

Quia tu possedisti renes meos. † 138,13.

Exultabunt renes mei, cùm locuta fuerint rectum labia tua. Prou.23,16.

Renum illius testis est Deus. Sap.1,6. Isa.11,5.

Qui iudicas iustè, & probas renes & corda. Ier.11,20.† 17,10. Thren.3,13.

Comminutus es, & dissoluisti omnes renes eorum. Ezech.29,7.

Traduxit me per aquã vsque ad renes. † 47,5.

Compages renum eius soluebantur. Dan.5,6.

Vestitûs lineis, & renes eius accincti auro obrizo. † 10,5.

Defectio in cunctis renibus. Nahum 2, 10.

Contremuerunt renes eius. 1.Mach.2,24.

RENASCOR.

Capilli eius renasci cœperant. Iudic.16,22. Eccles.1,5.

Nisi quis renatus fuerit denuò, non potest videre regnum Dei. Ioan.3,3.

Renati non ex semine corruptibili, sed incorruptibili per verbum Dei viui. 1.Pet.1,23.

RENOVATIO.

Renouatio. Hodie egredimini mense nouarum frugum, &c. celebrabis hunc morem sacrorum mense isto. Septem diebus vescêris azymis: & in die septimo erit solemnitas Domini, &c. & vt lex Domini semper sit in ore tuo, in manu enim forti eduxit te Dominus de Aegypto. Custodies huiuscemodi cultum statuto tempore à diebus in dies. Exod.13,4. † 19,10. Leuit.25,10.

Omnis populus post victoriam venit in Ierusalem adorare Dominum: & mox vt purificati sunt, obtulerunt omnes holocausta, & vota, & repromissiones suas. Iudith 16,22.

Quis mihi tribuat vt sim iuxta menses pristinos, secundùm dies quibus Deus custodiebat me? Quando splendebat lucerna eius super caput meum, & ad lumen eius ambulabam in tenebris? Sicut fui in diebus adolescentiæ meæ, quando secretò Deus erat in tabernaculo meo? Iob 29,2.

In die, qua mundauero vos ex omnibus iniquitatibus vestris, & inhabitari fecero vrbes, & instaurauero ruinosa, & terra deserta fuerit exculta, quæ quondam erat desolata in oculis omnis viatoris, dicent: Terra illa inculta, facta est vt hortus voluptatis: & ciuitates desertæ, & destitutæ atque suffossæ, munitæ sederunt, &c. ego Dominus ædificaui dissipata, plantauique inculta. Ezech. 36,33. Osee 2,7,15.

Silui à bonis, & dolor meus renouatus est. Psal.38,3.

Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua. † 102,5.

Emittes spiritum tuum, & creabuntur: & renouabis faciem terræ. † 103,30.

Samuel propheta Domini, renouauit imperium. Eccli.46,16. Isa.4,4. † 17,7. † 35,5.

A ventre matris consecratus est propheta, euertere, & eruere, & perdere, & iterùm ædificare, & renouare. † 49,9. † 50,29.

Secundùm tempus, & secundùm diem, in qua contaminauerunt illud [templum] Gentes, in ipsa renouatum est in canticis, & citharis, & cinyris, & in cymbalis. 1.Mach.4,54.

Licet is, qui foris est, noster homo corrumpatur: tamen is, qui intus est, renouatur de die in diem. 2.Cor.14,16.

Renouamini autem spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem, qui secundùm Deum creatus est, in iustitia & sanctitate veritatis. Ephes.4,24.

Eum, qui renouatur in agnitionem, secundùm imaginem eius qui creauit illum. Col.3,10.

Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus sancti. Tit.3,5.

Qui semel illuminati sunt, &c. & prolapsi sunt, rursus renouari ad pœnitentiam, rursum crucifigentes sibimetipsis filium Dei. Heb.6,6.

RENVNTIO.

Nolo vt scrutemini actum meum, & vsque dum renuntiem vobis, nihil aliud fiat, nisi oratio pro me. Iudith 8,33.

Cessaui, renuntiauitque cor meum vltrà laborare sub sole. Eccles.2,20.

Sequar te Domine, sed permitte mihi primùm renuntiare his quæ domi sunt. Luc.9,61.

Qui non renuntiat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. † 14,33.

RENVO.

Renuens ait: Scio fili mi, scio: & iste quidem erit in populos. Gen.48,19.

Qui renuit, & ait: Non comedam. Coëgerunt autem eum serui sui, & mulier. 1.Reg.28,23. Esth.1,12.

Renuit consolari anima mea, memor fui Dei, & delectatus sum. Psal.76,4.

Quia vocaui, & renuistis. Prou.1,24.

Attriuisti eos, & renuerunt accipere disciplinam. Ier.5,3.

In dolo renuerunt scire me. † 9,6.

Quare factus est dolor meus perpetuus, & plaga mea desperabilis renuit curari? † 15,18.

REOR.

Hanc ratus sum partem meam, si vterer labore meo. Eccles.2,10. 1.Mach.8,30.

REPANDVS.

Folium repandi lilij: duo millia batos capiebat. 3.Reg.7,26.

REPENTE.

Separamini de medio congregationis huius, vt eos repentè disperdam. Num.16,21. 2.Paral.29,36.

Si repentè interroget, quis respondebit ei? Iob 9,12.

Ego ille quondam opulentus, repentè contritus sum. † 16,13.

In fortitudine illius repentè maria congregata sunt. † 26,12. Prou.1,27.

Cum detractoribus non commiscearis: quoniam repentè consurget perditio eorum: & ruinam vtriusque quis nouit? Prou.24,22.

Ego Dominus, qui seruo eam, repentè propinabo ei. Isa.27,3. † 29,6.

Repentè operatus sum, & venerunt. † 48,3.

Vastata est omnis terra: repentè vastata sunt tabernacula mea. Ier.4,20. † 18,7,22. Mar. 13,36. Act.2,2.

REPERIO.

Adiurauit regna singula, eò quòd minimè reperiteris. 3.Reg.18,10.

Comede hoc anno quæ repereris: in secundo autem anno, quæ sponte nascitur. 4.Reg.19,29.

Librum Legis reperi in domo Domini. † 22,8.

Cumque reuersi fuerint in angustia sua ad Dominum Deum Israel, & quæsierint eum, reperient eum. 2.Par.15,4.

In Angelis suis reperit prauitatem. Iob 4,18.

Virum de mille vnum reperi, mulierem ex omnibus non inueni. Eccles.7,29.

Facta sum coram eo quasi pacem reperiens. Cant.8,10. Dan.6,4.

REPETO.

Quare tanto tempore nihil super hac repetitione tentastis? Iudic.11,26.

Commodauimus plurimis pecuniam & frumentū: non repetamus in commune istud. 2.Esdræ 5,10.

Semel loquitur Deus, & secundò idipsum non repetit. Iob 33,14.

Repetam scientiam meam à principio.† 36,3.

Qui altero sermone repetit, separat fœderatos. Prou.17,9.

Repetitus animæ debitum quam habebat. Sap.15,8.

In conuiuio vini non arguas proximum, *&c.* & non premas illum in repetendo. Eccli.31,42.

Sicut qui repetit, sic qui debet. Isaiæ 24,2.

Omnes debitores vestros repetitis. † 58,3.

Qui aufert quæ tua sunt, ne repetas. Luc.6,30.

Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te: quæ autem parasti, cuius erunt? † 12,20.

REPELLO.

Repulisti, & confudisti nos. Psal.43,10.

Repulisti nos, & destruxisti nos. † 59,3.

Vt quid Deus repulisti in finem, iratus est furor tuus super oues pascuæ tuæ? † 73,1.

Repulisti & despexisti: distulisti Christum tuum. † 88,39.

Numquid Deus repulit populum suum? Absit. Nam & ego Israelita sum. Rom.11,1.

REPLEO.

Replete terram & subiicite eam. Gen.1,28. † 2,21.

Repleti priùs pro panibus se locauerunt. 1.Reg.2,5.

Repleta est domus Baal à summo vsque ad summum. 4.Reg.10,21.

Replebor doloribus vsq; ad tenebras. Iob 7,4.

Replebimur in bonis domus tuæ. Psal.64,5.

Qui replet in bonis desiderium tuum.† 102,5. † 122,3.

Spiritus Domini repleuit orbem terrarum. Sap.1,7. Act.2,2.

REPLICO.

Impositis capiti eius manibus, cuncta replicauit quæ mandauerat Dominus. Num.27,23. Iosue 8,35.

Lamentationes super Iosiam replicant. 2 Paralip.35,25.

REPONO.

Conditus [Ioseph] aromatibus, repositus est in loculo in Aegypto. Gen.50,25. Exod.16,3.

Vidit principatum suum, quòd in parte sua doctor esset repositus. Deuter.33,21. Iob 19,27. Isaiæ 23,18.

Primitiua ciborum vestrorum dabitis sacerdoti, vt reponat benedictionem domui tuæ. Ezechiel.44,30.

Ecce mna tua, quam habui, repositam in sudario. Lucæ 19,20. 2.Tim.4,8.

Cæli autem qui nunc sunt, & terra, eodem verbo repositi sunt. 2.Pet.3,7.

REPORTO.

Reportantes finem fidei vestræ, salutem animarum. 1.Pet.1,9.

REPREHENDO.

Non est in sermonibus tuis vlla reprehensio. Iudith 8,28.

Neque enim reprehendit me cor meum in omni vita mea. Iob 27,6.

Ipse me reprehendo. † 42,6 Luc.20,26.

Cùm autem venisset Cephas Antiochiam, in faciē ei restiti, quia reprehensibilis erat Gal.2,11.

Si reprehenderit nos cor nostrum, maior est Deus corde nostro, & nouit omnia. 1.Ioan.3,20.

REPROBO, REPROBVS.

Quidquid verò vile fuit & reprobum, hoc demoliti sunt. 1.Reg.15,9.

Increpationem ergo Domini ne reprobes. Iob 5,17.

Reprobat cogitationes populorum, & reprobat consilia principum. Psal.32,10.

Si dicebam: Narrabo sic, ecce nationem filiorum tuorum reprobaui. † 72,15. † 117,22.

Noli me reprobare à pueris tuis. Sap.9,4.

Speciem mulieris alienæ multi admirati, reprobi facti sunt. Eccli.9,11.

Butyrum & mel comedet, vt sciat reprobare malum & eligere bonum Isaiæ 7,15.

Pro eo quòd reprobastis verbum hoc, & sperastis in calumnia. † 30,12.

Tradidit illos Deus in reprobum sensum, vt faciant ea quæ non conueniunt, repletos omni iniquitate. Rom.1,28.

Ne fortè cùm aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar. 1.Cor.9,27.

An non cognoscitis vosmetipsos quia Christus Iesus in vobis est? nisi fortè reprobi estis. 2.Corinth.13,5.

Spero autem quòd cognoscetis quia nos non sumus reprobi. 6.

Homines corrupti mente, reprobi circa fidem. 2 Tim.3,38.

Proferens autem spinas ac tribulos, reproba est [terra] & maledicto proxima, cuius consummatio in combustionem. Heb.6,8.

Posteà cupiens hereditare benedictionem, reprobatus est. † 12,17.

REPROMITTO.

Mox vt purificati sunt, obtulerunt vota, & repromissiones suas. Iudith 16,22.

Repromissorem fugit peccator & immundus. Eccli.29,20.

Repromissio nequissima multos perdidit dirigentes, & commouit illos quasi fluctus maris. 24.

Vobis enim est repromissio, & filiis vestris. Act.2,39.

Nos vobis annuntiamus eam quæ ad patres nostros repromissio facta est. † 13,32.

In repromissione etiam Dei non hæsitauit [Abraham] diffidentia, sed confortatus est fide. Rom.4,20.

Sed qui de ancilla, secundùm carnem natus est: qui autem de libera, per repromissionẽ. Gal.4,23.

Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti, non acceptis repromissionibus, sed à longè eas aspicientes. Heb 11,13.

Et hæc est repromissio, quam ipse pollicitus est nobis, vitam æternam. 1.Ioan.2,25.

REPROPITIOR.

Repropitiatus est Deus terræ post hæc. 2.Regum 21,14 Heb 2,17.

REPTO, REPTILIS.

Producant aquæ reptile animæ viuentis, & volatile super terram. Gen.1,20

Omne quod reptat super terram, abominabile erit. Leuit.11,41.

Ascendit autem Ionathas manibus & pedibus reptans. 1.Reg.14,13.

Illic reptilia quorum non est numerus. Psalmo 103,25.

Similitudo reptilium & animalium, abominatio, & vniuersa idola domus Israel depicta erant in pariete. Ezech.8,10.

Percutiam cum eis fœdus, &c. & cum reptili terræ. Osee 2,18. Act.11,6.

REPVDIO.

Scortum & vile prostibulum non ducent vxorem [sacerdotes] nec eam quæ repudiata est à marito: quia consecrati sunt Deo, & panes propositionis offerunt. Leuit.21,7.

Vidua, & repudiata, quidquid vouerint, reddent. Num.30.10.

Dederitque ei libellum repudij, & dimiserit de domo sua. Deut.24,3. Esth.1,22.

Quis est hic liber repudij matris vestræ, quo dimisi eam? Isaiæ 50,1. Ezech.44,22.

Quid ergo Moyses mandauit dare libellum repudij, & dimittere? Matth.19,7.

REPVGNO.

Quasi peccatum ariolandi est, repugnare: & quasi scelus idololatriæ, nolle acquiescere. 1.Regum 15,23.

Dissipet omnia regna, & populum qui extenderit manum suam vt repugnet, & dissipet domum Dei. 1.Esd.6,12.

Cùm responsio vestra repugnare ostensa sit veritati? Iob 21,34.

Si verò ex Deo est, non poteritis dissoluere illud, ne fortè & Deo repugnare inueniamini. Act.5,39.

Video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ. Rom.7,23.

Nondum enim vsque ad sanguinem restitistis, aduersus peccatum repugnantes. Heb.12,4.

REPVTO.

Credidit Abram Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Gen.15,6. Exod.13,17.

Si præclara & meliora quæque obtuleritis ex decimis, reputabitur vobis quasi de area & torculari dederitis primitias. Num.18,30.

Populus solus habitabit, & inter gentes non reputabitur. † 23,9.

Qui maledixerit, in maledictione reputabitur. † 24,9.

Ne reputes sanguinem innocentem in medio populi tui Israel. Deut.21,8.

Ne clamet contra te ad Dominum, & reputetur tibi in peccatum. † 24,15.

Reputabat, dicens: Non sit manus mea in eum, sed sit super eum manus Philisthinorum. 1.Regum 18,17.

Ne reputes mihi domine mi iniquitatem, neque memineris iniuriarum serui tui in die qua egressus es domine mi rex de Ierusalem, neque ponas rex in corde tuo. 2 Reg.19,19.

Quare reputati sumus vt iumenta, & sorduimus coram vobis? Iob 18,3.

Non te reputes in multitudine indisciplinatorum. Eccli.7,17. Dan.11,37.

Quomodo ergo reputata est? in circumcisione an in præputio? Rom.4,10.

Quibus reputabitur, credentibus in eum qui suscitauit Iesum. 24.

Non reputans illis delicta ipsorum, & posuit in nobis verbum reconciliationis. 2.Cor.5,19.

REQVIES.

Issachar asinus fortis accubans inter terminos. Vidit requiem quòd esset bona: & terram quòd optima: & supposuit humerum suum ad portandum, factusque est tributis seruiens. Gen.49,15.

Videtis quòd turba succreuerit: quantò magis si dederitis eis requiem ab operibus. Exod.5,5.

Videns autem Pharao quòd data esset requies, ingrauauit cor suum. † 8,15.

Requies sabbati sanctificata est Domino cras. † 16,23.

Donec requiem tribuat Dominus fratribus vestris, sicut vobis tribuit. Deut.3,20. Iosu.1,15.

Vt

Vt requiescatis à cunctis hostibus per circuitum, & absque vllo timore habitetis. † 12,10.
In gentibus quoque illis non quiesces, neque erit requies vestigio pedis tui. † 28,65.
Nec erat vlla requies morientiû. Iudic. 20,43.
Det vobis inuenire requiem in domibus virorum quos sortituræ estis. Ruth 1,9.
Quæram tibi requiem, & prouidebo vt benè tibi sit. † 3,1.
Requieuit omnis domus Israel post Dominum. 1. Reg. 7,2.
Et Dominus dedisset ei requiem vndique ab vniuersis inimicis suis. 2. Reg. 7,1.
Requiescas securus mecum in Ierusalem. † 19,33.
Requiem dedit tibi Dominus. 3. Reg. 5,4.
Benedictus Dominus, qui dedit requiem populo suo Israel. † 8,56.
Qui videbat dimidium requietionum. 2. Paral. 2,52.
Dedit requiem vniuersis prouinciis, ac dona largitus est iuxta magnificentiam principalem. Esth. 2,18.
Ibi requieuerunt fessi robore. Iob 3,17.
Requiesces, & nô erit qui te exterreat. † 11,19.
In profundissimum infernum descendent omnia mea: putásne saltem ibi erit requies mihi? † 17,16.
Interiora mea efferbuerunt absque vlla requie. † 30,27.
Requies autem mensætuæ erit plena pinguedine. † 36,16.
Si introibunt in requiem meam. Psal. 94,11.
Requiem temporibus meis. † 131,5.
Hæc requies mea in sæculum sæculi: hic habitabo quoniam elegi eam. 14.
Ne insidieris & quæras impietatem in domo iusti, neque vastes requiem eius. Prou. 24,15.
Cuncti dies eius doloribus, & ærumnis pleni sunt, nec per noctem mente requiescit. Eccles. 2,23.
Modicum plora supra mortuum, quoniam requieuit. Eccli. 22,11.
Et in his omnibus requiem quæsiui. † 24,11.
Melior est mors quàm vita amara; & requies æterna quàm languor perseuerans. † 30,17.
Ipsi verò Dominum deprecabuntur, vt dirigat requiem eorum, & sanitatem propter conuersationem illorum. † 38.14.
Cùm requiem dederit tibi Deus à labore tuo, & à concussione tua, & à seruitute dura, qua antè seruisti, sumes parabolam istam contra regem Babylonis. Isa. 14,3.
Quia requiescet manus Domini in monte isto. † 25,10.
Hæc est requies mea, reficite lassum, & hoc est meum refrigerium, & noluerunt audire. † 28,12.
Requiem tibi dabit Dominus semper, & implebit splendoribus animam tuam, & ossa tua liberabit. † 58,11.
Inuenit gratiam in deserto populus, qui remanserat à gladio vadet ad requiem suam Israel. Ier. 31,2.
Habitauit inter gentes, nec inuenit requiem. Thren. 1,3.
Surgite & ite, quia non habetis hîc requiem. Mich. 2,10.
Vt requiescam in die tribulationis, & ascendam ad populum accinctum nostrum. Hab. 3,16.
Tollite iugum meum super vos, & discite à me quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Matth. 11,29.
Venite seorsum in desertum locum, & requiescite pusillum. Erant enim qui veniebant, & redibant multi, & nec spatium manducandi habebant. Mar. 6,31.
Requiesce, comede, epulare. Luc. 12,19. Act. 7,46.
Habere requiem, nec quemquam de suis prohibere ministrare ei. Act. 24,23.
Non habui requiem spiritui meo, eò quòd non inuenerim Titum. 2. Cor. 2,13.
Nullam requiem habuit caro nostra, sed omnem tribulationem passi sumus: foris pugnæ, intus timores. † 7,5.
Et vobis, qui tribulamini, requiem nobiscum in reuelatione Domini. 2. Thess. 1,7.
Timeamus ergo ne fortè relicta pollicitatione introeundi in requiem eius, existimetur aliquis ex vobis deesse. Heb. 4,1.
Vt requiescerent adhuc tempus modicum, donec compleantur conserui eorum, & fratres eorum. Apoc. 6,11.
Nec habent requiem die ac nocte, qui adorauerunt bestiam. † 14,11.

REQVIRO.

Si respiciens requisierit me pater tuus. 1. Regum 20,6.
Requirat Dominus de manu inimicorum Dauid. 15.
Requiretur enim sessio tua vsque perendie. 19.
Requisisti in me quod argueres prò muliere hodie? 2. Reg. 3,8.
Non requirat eum Deus desuper. Iob 3,4.
Non est qui requirat animam meam. Psalmo 141,5. Prou. 29,26.
Numquid non populus à Deo suo requiret pro viuis à mortuis? Isa. 8,19.

RES.

Quare facitis res huiuscemodi, quas ego audió, res pessimas ab omni populo? 1. Reg. 2,23.
Videte rem istam grandem. † 12,16.
Ascendite ad nos, & ostendemus vobis rem. † 14,12.
Reuertimini ad me ad rem certam, vt vadam vobiscum. † 23,23.

Non sic se habet res. 2.Reg.20,21.

Rem difficilem postulasti. 4 Reg.2,9.

Pater, & si rem grandem dixisset tibi propheta, certè facere debueras. † 5,13.

Dixitque Hazael: Quid enim sum, seruus tuus canis, vt faciam rem istam magnam? † 8,13. Iob 22,8.

Exultant in rebus pessimis. Prou.2,14.

Audite quoniam de rebus magnis locutura sum. † 8,6.

Cunctæ res difficiles: non potest eas homo explicare sermone. Eccles.1,8. Sap.15,9.

In superuacuis rebus noli scrutari multipliciter. Eccli.3,24.

De ea re, quæ te non molestat, ne certeris. † 11,9.

In copia rerum omnium occidat plurimos. Dan.8,25. Matth.18,19. Luc.1.1.

Vt per duas res immobiles. Heb.8.18. † 10,1.

RESALVTO.

Clementer resalutatis eis, interrogauit eos. Gen.43,27.

RESCINDO.

Rescindentes verbum Dei per traditionem vestram, quam tradidistis. Mar.7,13.

RESCIO.

Sin autem contradixerit postquam resciuit, portabit ipse iniquitatem eius. Num.30,16.

RESCRIBO.

Rescripsit eis litteras secundò. 4.Reg.10,6.

Et hoc rescriptum quod rescripserunt in tabulis æreis, & miserunt in Ierusalem. 1.Mach.8,22. 2.Mach.11,37.

RESERVO.

Interficient me, & te reseruabunt. Gen.2,12. † 27,36.

Præmisitque me Deus, vt reseruemini super terram, & escas ad viuendum habere possitis. † 45,7.

Si masculus fuerit, interficite eum: si femina, reseruate. Exod.1,16.

Si quid residuū fuerit, igne comburetis. † 12,10.

Posuitque illud [Man] in tabernaculo reseruandum. Exod.16,34.

Reseruatio maiorum causarum. † 18,22,26. Num.18,32.

Cur feminas reseruastis? Nónne istæ sunt quæ deceperunt filios Israel? Num.31,15.

Totum spiritum suum profert stultus: sapiens differt, & reseruat in posterum. Prou.29,11.

Homo homini reseruat iram, & à Deo quærit medelam? Eccli.28,3.

Ipse cùm caro sit, reseruat iram, & propitiationem petit à Deo? 5. 2.Pet.2,4.

Iniquos verò in diem iudicij reseruare cruciandos. 2.Pet.2,9.

Nebulæ turbinibus exagitatæ, quibus caligo tenebrarum reseruatur. 17. † 3,7.

Angelos verò, qui non seruauerunt suum principatum, &c. in iudicium magni diei, sub caligine reseruauit. Iudæ v.6.

RESIDEO.

Neque residebit manè de victima solemnitatis Paschæ. Exod.34,25.

Columbæ, &c. & resident iuxta fluenta plenissima. Cantic.5,12.

A residente super sedem gloriosam, vsque ad humiliatum in terra. Eccli.40,3.

Detraxi quasi potens in sublimi residentes. Isa.10,13.

Non residebant rotæ. Ezech.10,16.

Et residens vocauit duodecim. Mar.9,34.

Et resedit qui erat mortuus, & cœpit loqui. Mar.7,15. Act.9,40.

RESIDVVM.

Comedatur quod residuum fuerit grandini. Exod.10,5. † 12,10.

Clausi quoque defecerunt, residuique consumpti sunt. Deut.32,36.

Hoc solùm habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te. 2.Par.20,12.

Qui relictus fuerit in Sion, & residuus in Ierusalem, sanctus vocabitur. Isa.4,3.

Et sertum exultationis residuo populi sui. † 28,5. † 38,10. Ier.15,9. † 44,7.

Residuum erucæ comedit locusta, & residuum locustæ comedit bruchus, & residuum bruchi comedit rubigo. Ioel.1,4.

Nónne vnus fecit, & residuum spiritus eius est? Mal.2,15. 1.Thess.4,14.

RESIGNATIO.

Resignatio filia Iephte in re ardua. Pater mi, si aperuisti os tuum ad Dominum, fac mihi quodcumque pollicitus es, concessa tibi vltione atque victoria de hostibus tuis. Dixitque ad patrem: Hoc solùm mihi præsta, quod deprecor. Dimitte me, vt duobus mensibus circumeam montes, & plangam virginitatem meam cum sodalibus meis. Cui ille respondit: Vade. Et dimisit eam duobus mensibus, &c. fecit ei sicut vouerat. Iudic.11,36. 1.Reg.3,18.

Resignatio Dauidis. Si autem dixerit mihi: Non places, præstò sum, faciat quod bonum est coram se. 2.Regum 15,26. Iob 1,21. Isa. 39,8.

RESILIO.

Omnis, qui te viderit, resiliet à te, & dicet: Vastata est Niniue: quis commouebit super te caput? Nahum 3,7.

RESINA.

Et camelos eorum portantes aromata, & resinam, & stacten in Aegyptum. Gen.37,25.

Numquid resina non est in Galaad, aut medicus non est ibi, quare igitur non est obducta cicatrix filiæ populi mei? Ier.8,22.

Ascende in Galaad, & tolle resinam, virgo filia Aegy-

Aegypti: frustrà multiplicas medicamina, sanitas non est tibi. † 46,11.

Subitò cecidit Babylon, & contrita est: vlulate super eam: tollite resinam ad dolorem eius, si fortè sanetur. † 51,8.

Balsamum & mel, & oleum, & resinam proposuerunt in nundinis tuis. Ezech. 27,17.

RESIPISCO.

Ad cognoscendam veritatem, & resipiscant à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur ad ipsius voluntatem. 2 Tim. 2,26.

RESISTO.

Num Dei possimus resistere voluntati? Genes. 50,19.

Nullus poterit vobis resistere cunctis diebus vitæ tuæ. Ios. 1,5.

Non vales resistere Philisthæo isti, quia puer es. 1. Reg. 17,33.

Filij alieni resistent mihi. 2. Reg. 22,45.

Quomodo nos valebimus resistere? 4. Regum 10,4.

Et quomodo potestis resistere ante vnum satrapam de seruis domini mei minimis? † 18,24.

In nobis quidem non est tanta fortitudo, vt possimus huic multitudini resistere, quæ irruit super nos. 2 Par. 20,12.

Sacerdotes, &c. restiterunt regi, atque dixerunt: Non est tui officij Ozia, vt adoleas incensum. † 26,18.

Omnesque resistentes sibi occidit [Holofernes] in ore gladij. Iudith 2,16.

Quotiescumque autem pœnituerunt se recessisse à cultura Dei sui, dedit eis Deus cæli virtutem resistendi. † 5,19.

Si verò non est offensio populi huius coram Deo suo, non poterimus resistere illis, quoniam Deus eorum defendet illos, & erimus in opprobrium vniuersæ terræ. 25.

Non est qui resistat voci tuæ. † 16,17.

Si de semine Iudæorum est Mardochæus, ante quem cadere cœpisti, non poteris ei resistere, sed cades in conspectu eius. Esth. 6,13.

De aduersariis vindicare, &c. nullusque ausus est resistere. † 9,2.

Non est qui possit tuæ resistere voluntati. † 13,9.

Quis restitit ei, & pacem habuit? Iob 9,4. Psal. 16,8.

Tu terribilis es, & quis resistet tibi? Psalmo 75,8.

Gallus succinctus lumbos: & aries: nec est rex qui resistat ei. Prou. 30,31.

Lacrymas innocentium, & neminem consolatorem: nec posse resistere eorum violentiæ cunctorum auxilio destitutos. Eccles. 4,1.

Si quispiam præualuerit contra vnum, duo resistunt ei. 12.

Eleēmosyna resistit peccatis. Eccli. 3,33.

Noli resistere contra faciem potentis. † 4,32. † 21,22.

Cor prauum dabit tristitiam, & homo peritus resistet illi. † 36,22.

Vltionem capiam, & non resistet mihi homo. Isa. 47,3.

Omnem linguam resistentem tibi in iudicio, iudicabis. † 54,17.

Quis est iste pastor, qui resistat vultui meo? Ier. 49,9. Dan. 8,7.

Princeps autem regni Persarum restitit mihi viginti & vno diebus. Dan. 10,13.

Brachia Austri non sustinebunt, & consurgent electi eius ad resistendum, & non erit fortitudo. † 11,15.

Resistere nolunt Iudæi hostibus ob sabbati reuerentiam. 1. Mach. 2,36.

Resistebat autem illis Elymas magus. Actorum 13,8.

Qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit: qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. Rom. 13,2.

Cùm autem venisset Cephas Antiochiam, in faciem ei restiti, quia reprehensibilis erat. Galat. 2,11.

Accipite armaturam Dei, vt possitis resistere in die malo. Ephes. 6,13.

Alexander ærarius, &c. quem & tu deuita: valdè enim restitit verbis nostris. 2. Timoth. 4,5.

Subditi ergo estote Deo, resistite autem diabolo, & fugiet à vobis. Iac. 4,7.

RESOLVTIO.

Ego enim iam delibor, & tempus resolutionis meæ instat. 2. Tim. 4,6.

RESONO.

Et cymbalis, vt resonaret in excelsis sonitus lætitiæ. 1. Par. 15,16.

Resonans de altissimis montibus Echo. Sapient 17,18.

Resonabat autem inconueniens inimicorum vox. † 18,10.

Iubilate extrema terræ, resonate montes laudationem. Isa. 44,23. Ier. 46,14.

Cor meum ad Moab quasi tibia resonabit. † 48,36.

RESPERGO.

Parerent maculosa, & varia, & diuerso colore respersa. Gen. 30,39.

Sumptum sanguinem respersit in populum, & ait: Hic est sanguis fœderis, quod pepigit Dominus vobiscum. Exod. 24,8.

Et parietes respersos maculis, lepra est perseuerans. Leuit. 14,44.

RESPHA.

Tollens autem Respha filia Aia cilicium, substrauit sibi supra petram, &c. non dimisit aues lacerare eos. 2. Reg. 21,10.

RESPI-

RESPICIO.

Respexit Dominus ad Abel,& ad munera eius. Ad Cain verò, & ad munera illius, non respexit. Gen.4,4.

Noli respicere post tergum, nec stes in omni circà regione. † 19,17.

Respiciensque vxor eius post se, versa est in statuam salis. 26.

Salus nostra in manu tua est:respiciat nos tantùm Dominus noster, & læti seruiemus regi. † 47,25.

Respexit Dominus filios Israel, & cognouit eos. Exod.2,24. † 14,24.

Respexerunt ad solitudinem : & ecce gloria Domini apparuit in nube. † 16,10.

Respiciantque se [cherub] mutuò versis vultibus. † 25,20.

Respice populum tuum gentem hanc.† 33,13. Deut.26,7.

Respice de sanctuario tuo, & de excelso cælorum habitaculo, & benedic populo tuo Israel. Deut.26,15.

Respexi populum meum, venit enim clamor eorum ad me. 1.Reg.9,16.

Ne respicias vultum eius. † 16,7.

Ipse enim fines mundi intuetur:& omnia,quæ sub cælo sunt,respicit. Iob 28,24.

Clamo ad te,& non exaudis: sto, & non respicis me. † 30,20.

Respiciens omnem arrogantē humilia:† 40,6.

Respice cunctos superbos, & confunde eos, & contere impios in loco suo. 7.

De cælo respexit Dominus, vidit omnes filios hominum. Psal.32,13.

Oculi eius super gentes respiciunt. † 65,7.

Non est respectus morti eorum. † 72,4.

Respice in faciem Christi tui. † 83,10.

Respice in seruos tuos & in opera tua.† 89,16.

En ipse stat post parietem nostrum, respiciens per fenestras, respiciens per cancellos. Cant.2,9.

Morte turpissima condemnemus eum: erit enim ei respectus ex sermonibus illius.Sap.2,20. † 3,13.

A sæculo vsque in sæculum respicit, & nihil est mirabile in conspectu eius. Eccli.39,25.

Ne respicias mulierem alieni viri:& ne scruteris ancillam eius, neque steteris ad lectum eius. † 41,27.

Ad quem autem respiciam nisi ad pauperculum & contritum spiritu & trementem sermones meos? Isaiæ 66,2.

Quare respicis super iniqua agentes, & taces deuorante impio iustiorem se? Habac.1,13.

Inuocabant Dominum, vt respiceret in populum, qui ab omnibus calcabatur. 2.Mach.8,2.

Conuersus Dominus respexit Petrum, & recordatus est Petrus verbi Domini. Lucæ 22,61. Act.3,4.† 22,13. Apoc.5,3.

RESPIRO.

Cades inter vulneratos Israel, & non respirabis vltrà. Iudith 6,4.

Loquar, & respirabo paululùm : aperiam labia mea,& respondebo. Iob 32,20.

Populum, qui nuper paululùm respirasset, ne sineret blasphemis rursus nationibus subdi. 2.Mach.13,11.

RESPLENDEO.

Quomodo in aquis resplendent vultus prospicientium: sic corda hominum manifesta sunt prudentibus. Prou.27,19.

Vas castrorum in excelsis, in firmamento resplendens gloriosè. Eccli.43,9.

Vt refulsit sol in clypeos aureos, & æreos, resplenduerunt montes ab eis, & resplenduerunt sicut lampades ignis. 1.Mach.6,39.

Resplenduit facies eius sicut sol : vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix. Matth.17,2.

RESPONDEO.

Absque me Deus respondebit prospera Pharaoni. Gen.41,16. Exod.2,14.

At ille respondit: Quis est Dominus, vt audiam vocem eius,& dimittam Israel? Exod.5,2.

Respondebit ei canticum istud pro testimonio. Deut.31,21.

Quibus ille respondit : Quid enim tale facere potui quale vos fecistis? nónne melior est racemus Ephraim,vindemiis Abiezer? Iudic.8,2.

Non respondit ei in die illa. 1 Reg.14,37.

Nónne respondebis, Abner? † 26,14.

Consuluitque [Saul] Dominum , & non respondit ei, neque per somnia, neque per sacerdotes,neque per prophetas. † 28,6.

Et non potuit respondere ei quidquam, quia metuebat illum. 2.Reg.3,11.

Responditque rex populo dura.3.Reg.12,13.

Non respondit ei [Eliæ] populus verbum. † 18,21.

Non erat vox, nec qui responderet. 26.

Si repentè interroget , quis respondebit ei? Iob 9,12.

Seruum meum vocaui, & non respondit, ore proprio deprecabar illum. † 19,16.

Eò quòd non inuenissent responsionem rationabilem, sed tantummodò condemnassent Iob. † 32,3.

Respondebo & ego partem meam, & ostendam scientiam meam. 17.

Pro Maheleth ad respondendum, intellectus Eman. Titul.Psalmi.87.

Respondit ei in via virtutis suæ. Psal.101,23.

Respondebo exprobrantibus mihi verbum. † 118,42.

Responsio mollis frangit iram : sermo durus suscitat furorem. Prou.15,1.

Qui priùs respondet quàm audiat, stultum se esse demonstrat,& confusione dignum. † 18,13.

Ne

Ne respondeas stulto iuxta stultitiam suam, ne efficiaris ei similis. † 26,4.

Responde stulto iuxta stultitiam suam, ne sibi sapiens esse videatur. 5.

Tempus & responsionem cor sapientis intelligit. Eccles. 8,5.

Vocaui, & non respondit mihi. Cant. 5,6. Sap. 6,11.

Cum sapientia proferas responsum verum. Eccli. 5,13.

In tempore necessitatis dare respõsum. † 8,12.

Adolescens loquere in causa tua vix Si bis interrogatus fueris, habeat caput responsum tuum. Eccli. 32,10.

Domine, vim patior, responde pro me. Isa. 38,14.

Cæde corruetis: pro eò quòd vocaui, & non respondistis. † 65,12.

Viuo ego, quia non respondebo vobis. Ezechiel. 20,3.

Non respondit ei ad vllum verbum, ita vt miraretur præses vehementer. Matth. 27,14.

Responsum acceperat à Spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi priùs videret Christum Domini. Luc. 2,26.

Si autem interrogauero vos, non respondebitis mihi, neque dimittetis. † 22,68.

Interrogabat autem eum multis sermonibus. At ipse nihil illi respondebat. † 24,9.

O homo tu quis es, qui respondeas Deo? Rom. 9,20.

Ipsi in nobismetipsis responsum mortis habuimus, vt non simus fidentes in nobis. 2. Cor. 1,9.

Sermo vester semper in gratia sit sale conditus, vt sciatis quomodo oporteat vos vnicuique respondere. Coloss. 4,6. Heb. 8,5.

Respondit vnus de senioribus, & dixit mihi: Hi, qui amicti sunt albis, qui sunt? Apoc. 7,13.

RESPVBLICA.

Sed pro qualitate & necessitate temporum, vt reipublicæ posceret vtilitas ferre sententiam. Esther 16,9.

RESPVO.

Vt differentias noueritis mundi & immundi, & sciatis quid comedere, & quid respuere debeatis. Leuit. 11,47.

Tentationem vestram in carne mea non spreuistis, neque respuistis. Gal. 4,14.

RESTAVRO.

Et ad ædificanda vel restauranda opera sanctorum, sumptus dabuntur de ratione regis. 1. Mach. 10,44.

RESTIS.

Sic vinctum restibus dimiserunt eum. Iudith 6,9.

RESTITVO.

Quinque boues pro vno restituet, & quatuor oues pro vna oue. Exod. 22,1.

Si de manu cuiusquam munus accepi: & contemnam illud hodie, restituamque vobis. 1. Regum 12,3.

Restituam tibi omnes agros Saul patris tui. 2. Reg. 9,7.

Hodie restituet mihi domus Israel regnum patris mei. † 16,3.

Restitue ei omnia quæ sua sunt, & vniuersos reditus agrorum, à die qua reliquit terram vsque ad præsens. 4. Reg. 8,6.

Restituo Damascum, & Emath Iudæ in Israel. 4. Reg. 14,28.

Reuersus est Tobias in domum suam, omnisque facultas eius restituta est ei. Tob. 1,25.

Qui multiplicat gentes, & perdit eas, & subuersas in integrum restituit. Iob 12,23. † 38,14.

Restitue animam meam à malignitate eorum. Psal. 34,17.

Huic Dauid, quando terra eius restituta est. Tit. Psalmi 96.

Si enim non habes vnde restituas, quid causæ est, vt tollat operimentum de cubili tuo. Prouerb. 22,27.

Est qui multa redimat modico pretio, & restituens ea in septuplum. Eccli. 20,12.

Ne auertas faciem à proximo tuo, & ab auferendo partem, & non restituendo. † 41,26. † 48,10. Ier. 27,22.

Conuertam restituens eas conuersione Sodomorum. Ezech. 16,53.

Et pignus restituerit ille impius, rapinamque reddiderit, in mãdatis vitæ ambulauerit. † 33,15.

Magistratus mei requisierunt me, & in regno meo restitutus sum. Dan. 4,33. † 14,38.

Elias quidem venturus est, & restituet omnia. Matth. 17,11.

Si in tempore hoc restitues regnum Israel? Act. 1,6.

Quem oportet quidem cælum suscipere vsque in tempora restitutionis omnium. † 3,21.

RESTO.

Fames esse in terra: & adhuc quinque anni restant. Gen. 45,6.

Surge, comede: grandis enim tibi restat via. 3. Reg. 19,7.

Et erit sicut congregans in messe quod restiterit. Isa. 17,5.

RESVMO.

Posteà verò quàm resumpto spiritu recreatus est. Iudith 13,30.

RESVRGO.

Sic homo cùm dormierit non resurget: donec atteratur cælum non euigilabit. Iob 14,12. † 19,25.

Non resurgent impij in iudicio: neque peccatores in concilio iustorum. Psal. 1,5. † 3,6.

Numquid qui dormit, non adiiciet vt resurgat? † 40,9.

Canticum Psalmi resurrectionis. Tit. Psal.65.
Tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam. † 138,1.
Posteà resurget, & retribuet illis retributionem vnicuique in caput ipsorum. Eccli.17,19.
Morientes non viuant, gigantes non resurgant. Isaiæ 26,14.
Simul obdormierunt, nec resurgent. † 43,17.
Nunquid qui cadit, non resurget? & qui auersus est, non reuertetur? Ierem.8,4.
Sessionem eorum & resurrectionem eorum vide: ego sum psalmus eorum. Thren.3,63.
Resurrectio. Ezech.37,12. Dan.12,2.
Cadent, & non resurgent vltrà. Amos 8,14.
Quapropter expecta me, dicit Dominus in die resurrectionis meæ in futurum. Soph.3,8.
Rex mundi defunctos nos pro suis legibus in æternæ vitę resurrectione suscitabit. 2.Mach.7,9.
Tibi enim resurrectio ad vitam non erit. 14.
Offerri pro peccatis mortuorum sacrificium, benè & religiosè de resurrectione cogitans. † 12,43.
Leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt. Matth.11,5.
Tradent eum gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum, & tertia die resurget. † 20,19.
In resurrectione ergo cuius erit de septem vxor? omnes ei i n habuerunt eam. † 22,28.
Postquam autem resurrexero, præcedam vos in Galilæam. † 26,32.
Ioannes Baptista resurrexit à mortuis, & proptereà virtutes operantur in illo. Mar.6,14.
Verbum continuerunt apud se, conquirentes quid esset: cùm à mortuis resurrexerit. † 9,9.
De mortuis autem quòd resurgant, non legistis in libro Moysi, super rubum? † 12,26.
Positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel. Lucæ 2,34.
Beatus eris quia non habent retribuere tibi: retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum. † 14,14.
Si Moysen, & prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent. † 16,31.
Accesserunt autem quidam Sadducęorum, qui negant esse resurrectionem. † 20,27.
Aequales enim Angelis sunt, & filij sunt Dei: cùm sint filij resurrectionis. 36.
Procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ, qui verò mala egerunt, in resurrectionem iudicij. Ioan.5,29.
Resurget frater tuus. † 11,23.
Ego sum resurrectio & vita. 25.
Testem resurrectionis eius nobiscum fieri vnum ex istis. Act.1,22.
Prouidens locutus est de resurrectione Christi. † 2,31.
Sadducęi, dolentes quòd docerent populum, & annuntiarent in Iesu resurrectionem ex mortuis. † 4,2.
Virtute magna reddebant Apostoli testimonium resurrectionis Iesu Christi. 33.
Nobis, qui manducauimus & bibimus cum illo, postquam resurrexit à mortuis. † 10,41.
Quia Iesum, & resurrectionem annuntiabat eis. † 17,16.
Cùm audissent autem resurrectionem mortuorum, quidam quidem irridebant, quidam verò dixerunt: Audiemus te de hoc iterùm. 32.
De spe & resurrectione mortuorum ego iudicor. † 23,6.
Si passibilis Christus, si primus ex resurrectione mortuorum lumen annuntiaturus est populo & Gentibus. Act.26,23.
Secundùm spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorum Iesu Christi. Rom.1,4.
Qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. † 4,25.
Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur. † 6,9.
Si autem Christus non resurrexit, inanis est ergo prædicatio nostra, inanis est & fides vestra: inuenimur autem & falsi testes Dei. 1.Cor.15,14.
Quomodo resurgunt mortui, qualíve corpore venient? 35.
Stella enim differt à stella in claritate: sic & resurrectio mortuorum. 42.
Ecce mysterium vobis dico: Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. 51.
Canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur. 52.
Ad cognoscendum illum, & virtutem resurrectionis eius, & societatem passionum illius. Philip.3,10.
Si quo modo occurram ad resurrectionem, quę est ex mortuis. 11.
Consepulti ei in baptismo, in quo & resurrexistis. Col.2,12.
Mortui qui in Christo sunt, resurgent primi. 1.Thes.4,15.
Memor esto Dominum Iesum Christum resurrexisse à mortuis. 2.Tim.2,8.
Hymenæus & Philetus qui à veritate exciderunt, dicentes resurrectionem esse iam factam, & subuerterunt quorumdam fidem. 18.
Baptismatum doctrinæ, impositionis quoque manuum, ac resurrectionis mortuorum. Heb.6,2.
Acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos. † 11,35.
Regenerauit nos in spem viuam per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis. 1.Pet.1,3.
Hæc est resurrectio prima. Apoc.20,5.

RESVSCITO.

Tu autem Domine miserere mei, & resuscita me: & retribuam eis. Psal.40,11.
Potius est ab hominibus morti datos spem expecta-

spectare à Deo, iterùm ab ipso resuscitandos: tibi enim resurrectio ad vitam non erit. 2. Machab. 7, 14.

Omne quod dedit mihi, non perdam ex eo, sed resuscitem illud in nouissimo die. Ioan. 6, 39, 44.

Hunc Iesum resuscitauit Deus, cuius omnes nos testes sumus. Act 2, 32.

Tabitha resuscitatur. † 9, 4. † 13, 33.

Resuscitatur Eutychus. † 20, 10.

Vt resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum. 2. Tim. 1, 6.

RETARDO.

Non retardabit sufferentia misericordiam facientis. Eccli. 16, 14.

Congregate vos in domum disciplinæ, quid adhuc retardatis. † 51, 32.

RETE, RETICVLVM.

Reticulum iecoris, ac duos renes, &c. & offeres incensum. Exod. 29, 13.

Reticulo, quod est super eos. Leuit. 3, 15.

Immisit enim in rete pedes suos. Iob 18, 8.

Cadent in retiaculo eius peccatores. Psalmo 140, 10.

Frustrà autem iacitur rete ante oculos pennatorum. Prou. 2, 17.

Expandit rete pedibus meis, conuertit me retrorsum. Thren. 1, 13.

Extendam rete meum super eum, & capietur in sagena mea. Ezech. 12, 13.

Expanderunt super eum rete suum, in vulneribus earum captus est. † 19, 8.

Cùm profecti fuerint, expandam super eos rete meum: quasi volucrem cæli detraham eos, cædam eos secundùm auditionem cœtus eorum. Osee 7, 12.

Duc in altum, & laxate retia vestra in capturam. Luc. 5, 4 Ioan. 21, 6.

RETEGO.

Impletus es sapientia, & terram retexit anima tua. Eccli. 47, 16.

RETINEO.

Adhuc retines populum meum, & non vis dimittere eum? Exod. 9, 17.

Retinuit populum, ne persequeretur fugientem Israel. 2. Reg. 18, 16.

Recedens à malo, & adhuc retinens innocentiam? Iob 2, 3. Prou. 27, 16.

Nec retineas verbum in tempore salutis. Eccli. 4, 28. † 13, 14.

Qui in corde bono & optimo audientes verbum retinent, & fructum afferunt in patientia. Lucæ 8, 15.

Remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Ioan. 20, 23.

Quæ domus sumus nos, si fiduciam & gloriam spei vsque ad finem, firmã retineamus. Heb. 3, 6.

Si tamen initium substantiæ eius vsque ad finem retineamus. 14.

RETORQVEO.

Cortinas decem de bysso retorta. Exod. 36, 8.

Pullis columbæ, offeret eam sacerdos ad altare: & retorto ad collum capite. Leuit. 1, 15. † 5, 8.

In semetipsum retorsit summum sacerdotium. 2. Mach. 4, 24.

Arbitrabatur se, iniuriam illorum, qui se fugauerant, posse in Iudæos retorquere. † 9, 4.

RETRACTO.

Si per Ionathan filium meum factum est, absque retractatione morietur. 1. Reg. 14, 39.

Nec vult Deus perire animam, sed retractat, cogitans ne prorsus pereat qui abiectus est. 2. Reg. 14, 14 2 Par. 53, 15.

Ruina est homini deuotare sanctos, & post vota retractare. Prou. 20, 25.

RETRAHO.

Si ad cardines cæli fueris dissipatus, inde te retrahet Dominus. Deut. 30, 4.

Ne retrahas manus tuas ab auxilio seruorum tuorum. Ios. 10, 6.

Erat ergo peccatum puerorum grande nimis coram Domino: quia retrahebant homines à sacrificio Domini. 1. Reg. 2, 17.

Exaruit manus eius quam extenderat contra eum: nec valuit retrahere eam ad se. 3. Reg. 13, 4.

Retraxerunt seruos suos & ancillas suas, quos dimiserant liberos, & subiugauerunt in famulos. Ierem 34, 11.

Stellæ retraxerunt splendorẽ suum. Ioel. 2, 10.

RETRIBVO.

Mea est vltio & ego retribuam. Deut. 32, 35.

Retribuet vnicuiq; secundùm iustitiam suam. 1. Reg. 26, 23. 3 Reg. 8, 32.

Sed non iuxta beneficia quæ acceperat [Ezechias] retribuet, quia eleuatum est cor eius: & facta est contra eum ira. 2. Par. 32, 25.

Retribuebant mihi mala pro bonis, sterilitatem animæ meæ. Psal. 34, 12.

Qui retribuunt mala pro bonis. † 37, 21.

Extendit manum suã in retribuendo. † 54, 21.

Retributionem peccatorum videbis. † 90, 8.

Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi. † 115, 3.

Retribue seruo tuo, viuifica me. † 118, 17.

Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum propter retributionẽ. 112.

Sicut ablactatus est super matre sua, ita retributio in anima mea. † 130, 2.

Beatus qui retribuet tibi retributionem tuam, quam retribuisti nobis. † 136, 8.

Dominus retribuet pro me, Domine misericordia tua in sæculum. † 137, 8.

Iuxta opera manuum suarum retribuetur ei. Prou. 12, 14.

Peccatores persequitur malum: & iustis retribuentur bona. † 13, 21.

Nisi per illos natus non fuisses: & retribue

 illis,

illis, quomodo & illi tibi. Eccli.7,30.

Facile est coram Deo in die obitus retribuere vnicuique secundùm vias suas. † 11,28. † 12,2.

Omnes diligunt munera, sequuntur retributiones. Isa.1,23.

Venerunt dies visitationis, venerunt dies retributionis. Osee 9,7.

Conuertam retributionem vestram in caput vestrum. Ioel.3,7.

Retribuite retributionem Gentibus, & intendite in præceptum legis. 1.Mach.2,68.

Prædicare annum Domini acceptum, & diem retributionis. Luc.4,19.

Voca debiles, claudos, & cæcos: & beatus eris, quia non habent retribuere tibi: retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum. † 14,14.

Quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Rom. 11,35. Coloss.3,24. Heb.2,2.

Mihi vindicta, & ego retribuam. Heb.10,30.

RETRO.

Accessit retrò, & tetigit fimbriam vestimenti eius. Matth.9,20.

Vade retrò me satana, quoniam non sapis quæ Dei sunt. Mar.8,33.

Stans retrò secus pedes eius, lacrymis cœpit rigare pedes eius. Luc.7,38.

Qui in agro, similiter nõ redeat retrò. † 17,31. Ioan.6,67. Philip.3,13.

Iam enim quædam conuersæ sunt retrò satanam. 1.Tim.5,15.

Quatuor animalia plena oculis antè & retrò. Apoc.4,6.

RETRORSVM.

Incedentes retrorsum operuerunt verenda patris sui. Gen.9,23.

Gad, accinctus præliabitur ante eum: & ipse accingetur, & retrorsum. † 49,19.

Cecidit [Heli] de sella retrorsum, iuxta ostium, & fractis ceruicibus mortuus est. 1.Reg.4,18.

Sagitta Ionathæ numquam rediit retrorsum. 2.Reg.1,22.

Reuerteretur [vmbra] retrorsum decem gradibus. 4.Reg 20,10.

Confundantur & conuertantur retrorsum omnes qui oderunt Sion. Psal.128,5. Isa.1,4.

Factique sunt retrorsum, & non in ante. Ierem.7,24. Thren.1,8. Ioan.18,6. 2.Pet.2,21.

RETVSVS.

Retusæ itaq; erant acies vomerũ. 1.Reg.13,21

Si retusum fuerit ferrum, & hoc non vt prius, sed hebetatum fuerit, multo labore exacuetur. Eccles.10,10.

REVELO.

Numquid non apertè reuelatus sum domui patris tui? 1.Reg.2,27.

Samuel necdum sciebat Dominum, neque reuelatus ei fuerat sermo Domini. † 3,7,21.

Dominus autem reuelauerat auriculam Samuelis ante vnã diem quàm veniret Saul. † 9,15.

Reuelabo autem tuam, & dimittã te. † 20,13.

Qui reuelat profunda de tenebris, & producit in lucem vmbram mortis. Iob 12,22.

Reuela Domino viam tuam, & spera in eo, & ipse faciet. Psal.36,5.

Reuela Domino viam tuam, & spera in eo, & ipse faciet. Psal.36,5.

Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. † 118,18.

Reuela Domino opera tua. Prou.16,3.

Ei qui reuelat mysteria, & ambulat fraudulenter, & dilatat labia sua ne commisceatis. Prouerb.20,19. Eccli.1,6.

Et reuelet Deus absconsa tua, & in medio synagogæ elidat te. Eccli.1,39.

Non duplices sermonem auditus de reuelatione sermonis absconditi, & eris verè sine confusione. † 42,1. Ier.11,20.

Ipse reuelat profunda, & abscondita, & nouit in tenebris cõstituta, & lux cum eo est. Dan.2,22.

Reuelabo pudenda tua in facie tua. Nah.3,5.

Nihil enim est opertum quod non reuelabitur. Matth.10,26. † 11,25. † 16,17.

Nam expectatio creaturæ reuelationem filiorum Dei expectat. † 16,17. Rom.8,19.

Nobis autem reuelauit Deus per spiritum suum. 1.Cor.2,10.

Veniam autem ad visiones, & reuelationes Domini. 2.Cor.12,1.

Ascendi autem secundùm reuelationem, & contuli cum illis Euangelium, quod prædico in Gentibus. Gal.2,2.

Secundùm reuelationem notum factum est mihi sacramentum. Ephes.3,3.

Reuelatum est sanctis Apostolis eius, & prophetis in spiritu. 5.

Reuelabitur ille iniquus, quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui. 2.Thess.2,8. 1.Pet.1,5.

REVEREOR, REVERENTIA.

Reuerentia. Cecidit Abram pronus in faciem. Gen 17,3,17. † 18,12. † 33,6.

Reuerentia Moysi exhibita. Cumque egrederetur Moyses ad tabernaculum, surgebat vniuersa plebs, & stabat vnusquisque in ostio papilionis sui. Exod.33,8.

Reuerentia maiorum. Coram cano capite consurge, & honora personam senis. Leuit.19,32. Ios.7,6. 1.Reg.25,23. 2.Reg.6,9.

Non est reueritus [Amon] faciem Domini, sicut reueritus est Manasses pater eius, & multò maiora deliquit. 2.Par.33,23.

Reuerentur omnes S.Iob. Quando procedebam ad portam ciuitatis, & in platea parabant cathedram mihi? Videbant me iuuenes, & abscondebantur; & senes assurgentes stabant. Iob 29,7.

Induantur confusione & reuerẽtia. Ps.34,26.

Reuereantur qui volunt mihi mala. † 39,15.

Tu

Tu scis improperium meum, & confusionem meam, & reuerentiam meam. † 68,20.

Nec veterani reuereamur canos multi temporis. Sap. 2,10.

Contumelia, & tormento interrogemus eum, vt sciamus reuerentiam eius. 19.

Tu autem dominator virtutis cum tranquillitate iudicas, & cum magna reuerentia disponis nos. † 12,18.

Non est enim bonum omnem reuerentiam obseruare, & non omnia omnibus benè placent in fide. Eccli. 41,20.

Stare in reuerentia gentis: in bonitate & alacritate animę suæ placuit Deo pro Israel. † 45,29.

REVERSOR.

Ephraim factus est subcinericius panis, qui non reuersatur. Osee 7,8.

REVERTOR.

Dimitte me vt reuertar in patriam, & ad terram meam. Gen. 30,25.

Reuertere in terram patrum tuorum, & ad generationem tuam, eroq́ue tecum. † 31,3.

Reuertar ad fratres meos in Aegyptum, vt videam si adhuc viuant. Exod. 4,18.

Et reuersus fueris ad eum, & obedieris eius imperiis, sicut ego hodie præcipio tibi, cum filiis tuis in toto corde tuo, & in tota anima tua, reducet Dominus Deus captiuitatē tuam. Deut. 30,2.

Reuertetur Dominus Deus tuus, vt gaudeat super te in omnibus bonis. 7.

Dimittite arcam Dei Israel, & reuertatur in locum suum, & non interficiat nos cum populo nostro. 1. Reg. 5,11. † 9,5.

Reuersus ergo Samuel secutus est Saulem: & adorauit Saul Dominum. † 15,31.

Non concessit ei [Dauidi] vt reuerteretur in domum patris sui. † 18,2.

Reuertere ergo, & vade in pace, & non offendas oculos satraparum Philisthiim. † 29,7.

Reuertatur [Absalom] in domum suam, & faciem meam non videat. 2. Reg. 14,24.

Reuertere, & reduc tecū fratres tuos. † 15,20.

Reuertere tu & omnes serui tui. † 19,14.

Reuertetur sanguis illorum in caput Ioab, & in caput seminis eius in sempiternum. 3. Regum 2,33.

Reuersi fuerint ad te in vniuerso corde tuo. † 8,48.

Reuertere in viam tuam per desertum in Damascum. † 19,18.

Reuertimini à viis vestris pessimis, & custodite præcepta mea. † 17,13.

Similis non fuit ei [Iosiæ] ante eum rex, qui reuerteretur ad Dominum in omni corde suo, & in tota anima sua. † 23,25.

Tempus est ergo vt reuertar ad eum qui me misit. Tob. 12,20.

Si reuersus fueris ad Omnipotentem, ædificaberis, & longè facies iniquitatem à tabernaculo tuo. Iob 22,23.

Alleluia. reuersionis Aggæi & Zachariæ. Titulus Psalmi 111.

Reuertere, similis esto, dilecte mi, capreæ hinnuloq́ue ceruorū super montes Bethel. Cant. 2,17.

Reuertere, reuertere Salamitis. † 6,12.

Si reuertamini & quiescatis, salui eritis: in silentio & spe erit fortitudo vestra. Isa. 30,15.

Tu autem fornicata es cum amatoribus multis: tamen reuertere ad me, dicit Dominus, & ego suscipiam te. Ier. 3,1.

Et dixi, cùm fecisset hæc omnia: Ad me reuertere: & non est reuersa. 7.

Reuertere auersatrix Israel, ait Dominus, & non auertam faciem meam à vobis, quia sanctus ego sum. 12.

Si reuerteris Israel, ait Dominus, ad me conuertere. † 4,2.

Non reuertetur vltrà, nec videbit terram natiuitatis suæ. † 22,10.

Erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum: quia reuertentur ad me in toto corde suo. † 24,7.

Reuertimini vnusquisq; à via sua mala. † 25,5.

Reuerti vos faciam de loco ad quem transmigrare vos feci. † 29,14.

Reuertere virgo Israel, reuertere ad ciuitates tuas istas. † 31,21.

Si fortè audiente domo Iuda vniuersa mala, quæ ego cogito facere eis, reuertatur vnusquisque à via sua pessima. 36,3.

Reuersi sunt, inquam, omnes Iudæi de vniuersis locis, ad quæ profugerunt. † 40,12.

Et non sumus deprecati faciem Domini, vt reuerteremur vnusquisque nostrûm à viis nostris pessimis. Baruch 2,8.

Non reuertebantur cùm incederent. Ezech. 1,9. † 10,11.

Nolo mortem morientis, dicit Dominus Deus, reuertimini & viuite. † 18,32.

Post hæc reuertentur filij Israel, & quærent Dominum Deum suum. Osee 3,5.

Contaminatus est Israel: non dabunt cogitationes suas vt reuertantur ad Deum suum. † 5,4. † 6,1.

Reuertamur ad Dominum, quia ipse cepit & sanabit nos. † 6,2.

Percussi vos vento vrente, &c. & non fuit in vobis, qui reuerteretur ad me. Agg. 2,18.

Reuersus sum ad Sion, & habitabo in medio Ierusalem. Zach. 8,3.

Reuertar in domum meam vnde exiui. Matthæi 12,44.

REVINCO.

Vehementer enim Iudæos reuincebat [Apollo] publicè, ostendens per Scripturas, esse Christum Iesum. Act. 18,28.

REVIVISCO.

Reuixit spiritus eius,& ait: Sufficit mihi si adhuc Ioseph filius meus viuit: Vadam,& videbo illum antequam moriar. Gen 45,27.3.Reg.17,22.

Cadauer, &c. quod cùm tetigisset ossa Elisei, reuixit homo, & stetit super pedes suos. 4.Regum 13,21.

A quatuor ventis veni spiritus, & insuffla super interfectos istos,& reuiuiscant. Ezech.37,9.

Frater tuus hic, mortuus erat, & reuixit; perierat,& inuentus est. Lucæ 15,24,32.

Cùm venisset mandatum, peccatum reuixit. Rom.7,9.

REVOCO.

Reuocaueruntque Moysen & Aaron ad Pharaonem. Exod.10,8.

Reuocauit eos [Iosaphat] ad Dominum Deum patrum suorum. 2.Par.19,4.

Reuocet animas eorum à corruptione. Iob 33,30.

Ne reuoces me in dimidio dierum meorum. Psal.101,25.

Cùm exierit spiritus, non reuertetur, nec reuocabit animam quæ recepta est. Sap.16,14.

Reuocabo illos in terram, quam iuraui patribus eorum. Baruch 2,34.

Quis descendet in abyssum? hoc est, Christum à mortuis reuocare. Rom.10,7.

REVOLVO.

Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Et respicientes viderunt reuolutum lapidem. Mar.16,3. Lucæ 4,17.

REVS.

Ero peccati reus in te omni tẽpore. Gen.43,9.

Effringens fur domum, &c. percussor non erit reus sanguinis. Exod.22,2.† 28,43.

Oblita fuerit immunditiæ suæ, rea est, & deliquit. Leuit.5,2.

Contempto viro adulterij rea, pertransibunt eam aquæ maledictionis. Num.5,27.

Si cognouerit pater votum quod pollicita est, &c. & tacuerit, voti rea erit. † 30,4.

Ego sum reus omnium animarum patris tui. 1.Reg.22,22.

Qui autem fecerit extra hæc, aut irritum fecerit aliquid horum, reus erit. 1.Mach.14,45.

Menelaum quidem vniuersæ malitiæ reum criminibus absoluit: miseros autem, qui etiamsi apud Scythas causam dixissent, innocentes iudicarentur, hos morte damnauit. 2.Mach.4,47.

Qui autem occiderit, reus erit iudicio. Matthæi 5,21.

Reus est mortis. † 26,66.

Reus erit æterni delicti. Mar.9,29.

Quicumque manducauerit panem hunc, vel biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini. 1.Cor.11,27.

Quicumque autem totam legem seruauerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus: qui enim dixit: Non mœchaberis, dixit ei: Non occides. Iac.2,11.

RHAMNVS.

Dixeruntque omnia ligna ad rhamnum: Veni & impera super nos. Quæ respondit eis: Si verè me regem vobis constituitis, venite,& sub vmbra mea requiescite. si autem non vultis, egrediatur ignis de rhamno, & deuoret cedros Libani. Iudic.9,15.

Priusquam intelligerent spinæ vestræ rhamnum. Psal.57,10.

RHEDA.

Equorum & rhedarum,& mancipiorum. Apocalypsis 18,13.

RHINOCEROS.

Cuius fortitudo similis est rhinocerotis. Numer.23,22.Deut.33,17.

Núquid volet rhinoceros seruire tibi? Iob 39,9.

RHODE.

Processit puella ad audiendum, nomine Rhode. Act.12,13.

RHOMPHAEA.

Quasi rhomphæa bis acuta omnis iniquitas. Eccli.21,4.

Et qui transgreditur à iustitia ad peccatum, Deus parauit eum ad romphæam. † 26,27.

Serpentes & rhomphæa vindicans in exterminium impios. † 39,36. † 40,9.

Hæc dicit qui habet rhomphæam vtraque parte acutam. Apoc.2,12.

RIDEO.

Cecidit Abraham in faciem suam, & risit dicens in corde suo: Putásne centenario nascetur filius? Gen.17,17.

Sara risit post ostium tabernaculi. † 18,10.

Risum fecit mihi Deus: quicumque audierit, corridebit mihi. † 21,6.

Ne rideant ad ruinam nostram. Esth.14,11.

Donec impleatur risu os tuum, & labia tua iubilo. Iob 8,21.

Pòst mea si videbitur, verba ridete. † 21,3.

Ridebunt & dicent: Ecce homo, qui non posuit Deum adiutorem suum. Psal.51,8.

Ego quoq; in interitu vestro ridebo. Prou.1,26.

Risus dolore miscebitur,& extrema gaudij luctus occupat. † 14,13.

Ridebit in die nouissimo. † 31,24.

Risum reputaui errorem: & gaudio dixi: Quid frustrà deciperis? Eccles.2,2.

Tempus flendi, & tempus ridendi. † 3,4.

Melior est ira risu: quia per tristitiam vultus, corrigitur animus delinquentis. † 7,4.

Sicut sonitus spinarum ardentium sub olla, sic risus stulti. 7.

In risum faciunt panem, & vinum, vt epulentur viuentes, & pecuniæ obediunt omnia. † 10,19.

Fatuus

Fatuus in risu exaltat vocem suam: vir autem sapiens vix tacitè ridebit. Eccli.21,23.

Narratio peccantium odiosa, & risus illorum in delictis peccati. † 27,14.

Vana sunt, & opus risu dignum: in tempore visitationis suæ peribunt. Ier.10,15.

Et risit Daniel,& tenuit regem ne ingrederetur intrò. Dan.14,18.

Væ vobis, qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis. Luc.6,25.

Miseri estote, & lugete, & plorate: risus vester in luctum conuertatur,& gaudium in mœrorem. Iac.4,9.

RIGIDE.

Cum obsecrationibus loquetur pauper: & diues effabitur rigidè. Prou.18,23.

RIGO.

Quos imbres montium rigant, & non habentes velamen,amplexantur lapides. Iob 24,8.

Lacrymis meis stratum meum rigabo. Psal.6,7.

Rigans montes de superioribus suis.† 103,13.

Dixi:Rigabo hortum meum plantationum & inebriabo prati mei fructum. Eccli.24,42.

Lacrymis cœpit rigare pedes eius. Luc.7,38.

Ego plantaui, Apollo rigauit: sed Deus incrementum dedit. 1 Cor.3,6.

Neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat. 7.

Qui autem plantat,& qui rigat,vnum sunt. 8.

RIPA.

Pascebantur in ipsa amnis ripa,in locis virentibus. Gen.41,3. Exod.2,3. Ios.3,15.

Transierunt Iordanem mense primo, quando inundare consueuit super ripas suas: & omnes fugauerunt. 1.Par.12,15 Isa.8,7.Ezech.47,6.

Vnus hinc super ripam fluminis, & alius inde ex alia parte fluminis. Deut.12,3.1.Mach.9,45.

RITVS.

Ostendasque populo ceremonias & ritum colendi, viamque per quam ingredi debeant. Exodi 18,28.

Incidebant se iuxta ritum suum cultris. 3.Regum 18,28.

Ambulauerunt iuxta ritum gentium,quas consumpserat Dominus in conspectu filiorum Israel. 4.Reg.17,8.

Eo quòd ignorent ritum Dei terræ. 26.

Omne quod ad ritum Dei cæli pertinet tribuatur diligenter in domo Dei cæli: ne fortè irascatur contra regnum regis, & filiorum eius. 1.Esd.7,23.

Susceperuntque Iudæi in solemnem ritũ cuncta quæ eo tempore facere cœperant. Esth.9,23.

Statim ad gentilem ritum contribules suos transferre cœpit. 2.Mach.4,10,13.

RIVVS.

Obturauerunt cunctos fontes, & riuum qui fluebat de medio terræ. 2.Par.32,4. Iob 20,17.

Riuos eius inebria. Psal.6,11.

Oculi eius sicut columbæ super riuulos aquarum. Cant.5,12.

Obaudite me diuini fructus,& quasi rosa plantata super riuos aquarũ fructificate. Eccli.39,17.

Exiccaui vestigio pedis mei omnes riuos aggerum. Isa.37,25.

Ponam desertum in stagna aquarum,& terram inuiam in riuos aquarum. † 41,18.

Per omnes riuos Iuda ibunt aquæ. Ioel 3,18. Amos 9,5.

RIXA, RIXOR.

Facta est rixa inter pastores Abram & Lot. Gen.13,7.

Rixantes: dixitque ei qui faciebat iniuriam: Quare percutis proximum tuum? Exod.2,13.

Si rixati fuerint viri, & percusserit alter proximum suum lapide vel pugno,& ille mortuus non fuerit,&c. operas eius, & impensas in medicos restituat. † 21,18.

Ancillæ tuæ erant duo filij, qui rixati sunt aduersum se in agro, nullusque erat qui eos prohibere posset. 2.Reg.14,6.

Odium suscitat rixas:& vniuersa delicta operit charitas. Prou.10,12.

Vir iracundus prouocat rixas: qui patiens est, mitigat suscitatas. † 15,18.

Labia stulti miscent se rixis: & os eius iurgia prouocat. † 18,6.

Melius est habitare in terra deserta, quàm cum muliere rixosa & iracunda. † 21,19.

Cum iracundo non facies rixam,& cum audace non eas in desertum. Eccli.8,19.

Effusio sanguinis in rixa superborum, & maledictio illarum auditus grauis. † 27,16.

Væ mihi mater mea: quare genuisti me virum rixæ,virum discordiæ? Ier.15,10.

Rixæ,dissensiones, sectæ, inuidiæ, homicidia. Gal.5,20.

ROBOAM.

Fuitque bellum inter Roboam & Ieroboam cunctis diebus. 3.Reg.14,30.

Porrò Roboam erat rudis & corde pauido. 2.Par.13,7.

Et imminutum à prudentia Roboam, qui auertit gentem consilio suo. Eccli.47,28.

ROBVR, ROBVSTVS.

Robustos Moab obtinuit tremor. Exod.15,15.

Iuxta ætatem robur est hominis. Iudic.8,21.

Infirmi accincti sunt robore. 1.Reg 2,4.

Robur non erat in eo[Saule] quia non comederat panem tota die illa. † 28,10.

Quomodo ceciderunt robusti, & perierunt arma bellica? 2.Reg.1,27.

Ager robustorum in Gabaon. † 2,16.

Roboramini,& estote viri fortes. † 13,28.

Omnes robusti exierunt de Ierusalem ad persequendum Seba. † 20,7.

Cum

Cum robusto perfectus. † 22,26.

Robur exercitus Dauid non erat cum Adonia. 3.Reg.1,8.

Filij Vlam viri robustissimi, & magno robore tendentes arcum. 1.Par.8,40.

Docuisti multos, & manus lassas roborasti. Iob 4,3.

Roborasti eum paululùm vt in perpetuum transiret. † 14,20.

Roborarem vos ore meo. † 16,6.

Non roborabitur homo ex impietate: & radix iustorum non commouebitur. Prou.12,3.

Cogitationes consiliis roborantur: & gubernaculis tractanda sunt bella. † 20,18.

Misericordia & veritas custodiunt regem, & roboratur clementia thronus eius. 28.

Sapientia ædificabitur domus, & prudentia roborabitur. † 24,3. † 31,17.

Roborarem vos ore meo. † 16,6.

Auferet à Ierusalem, &c. robur panis, & omne robur aquæ. Isa.3,1.

Confortate manus dissolutas, & genua debilia roborate. † 35,3.

Et effundam indignationem meam super Pelusium robur Aegypti. Ezech.30,15.

Robur autem datum est ei contra iuge sacrificium, propter peccata, & prosternetur veritas in terra. Dan.8,12,24. † 11,1.

Comederunt alieni robur eius, & ipse nesciuit. Osee 7,9.

Qui subridet vastitatem super robustum, & depopulationem super potenté affert. Amos 5,9.

Conforta lumbos, robora virtutem valdè. Nahum 2,1.

RODO.

Egestate & fame steriles, qui rodebant in solitudine, squallentes calamitate & miseria. Iob 30,3.

ROGEL.

Stabant iuxta Fontem Rogel. 2.Reg.17,17. 3.Reg.1,9.

ROGO.

Rogauit me [Dauid] obnixè, vt iret in Bethleem. 1.Reg.20,28.

Rogabis eum, & exaudiet te, & vota tua reddes. Iob 22,27.

Rogate quæ ad pacem sunt Ierusalem. Psalmo 121,6.

Duo rogaui te, ne deneges mihi antequam moriar. Prou.30,7.

Quos rogantes proiecerant, hos tamquã fugitiuos persequebãtur. Sap.19,3. Eccli.4,4 † 33,22

Posui faciem meam ad Dominum Deum meum, rogare & deprecari in ieiuniis, sacco, & cinere. Dan.9,3.

Ego pro eis rogo: non pro mundo rogo, sed pro his, quos dedisti mihi: quia tui sunt. Ioan.17,9.

Ter Dominum rogaui, vt discederet à me. 2.Cor.12,8.

ROHOB.

Percussit Dauid Adarezer filium Rohob regem Soba, quando profectus est, vt dominaretur super flumen Euphraten. 2 Reg.8,3,12.

ROMA, ROMANVS.

Venient super eum trieres, & Romani: & percutietur. Dan.11,30.

Audiuit Iudas nomen Romanorum, quia potentes sunt viribus. 1.Mach.8,1.

Tributum quod Romanis erat dandum. 2.Mach.8,10. † 11,34.

Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum: & venient Romani, & tollent nostrum locum, & gentem. Ioan.11,48.

Annuntiant morem, quem non licet nobis suscipere, neque facere, cùm simus Romani. Act.16,21.

Paulus autem dixit eis: Cæsos nos publicè indemnatos homines Romanos miserunt in carcerem? 37.

Postquam fuero ibi oportet me & Romam videre. † 19,21.

Si hominem Romanum & indemnatum licet vobis flagellare? † 22,25.

Sicut enim testificatus es de me in Ierusalem, sic te oportet, & Romæ testificari. † 23,11.

Omnibus qui sunt Romæ, dilectis Dei, vocatis sanctis. Rom.1,7.

ROMELIA.

Occiditque Phacee, filius Romeliæ, de Iuda centum viginti millia in die vno, omnes viros bellatores: eò quòd reliquissent Dominum. 2.Par 28,6. Isa.7,1. † 8,6.

ROS.

Det tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine terræ, abundantiam frumenti & vini. Gen.27,28.

Ros iacuit per circuitum castrorũ. Exo.16,13.

Cumque descenderet nocte super castra ros, descendebat pariter & man. Num.11,9.

Fluat vt ros eloquium meum. Deut.32,2.

Cælique caligabunt rore. † 33,23.

Et fuit siccitas in solo vellere, & ros in omni terra. Iudic.6,40.

Montes Gelboë, nec ros nec pluuia veniant super vos. 2.Reg.1,21.

Ros morabitur in messione mea. Iob 29,19.

Sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion. Psal.132,3.

Sicut fremitus leonis, ita & regis ira: & sicut ros super herbam, ita & hilaritas eius. Prou.19,12

Caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium. Cant.5,2.

Tamquam momentum stateræ, sic & ante te orbis terrarum, & tamquam gutta roris antelucani, quæ descendit in terram. Sap.11,23.

Nónne ardorem refrigerabit ros? Eccli.18,16.

Ros obuians ab ardore venienti humilem efficit eum. † 43,24.

Ros lucis, ros tuus. Isa.26,19.

Rorate cæli desuper, & nubes pluant iustum. † 45,8.

Rore cæli tingatur, & cum feris pars eius in herba terræ. Dan.4,12.

Fœnum vt bos comedes, & rore cæli infundêris. 22.

Misericordia vestra quasi nubes matutina, & quasi ros manè pertransiens. Osee 6,4.

Erunt quasi nubes matutina, & sicut ros matutinus præteriens. † 13,3.

Ero quasi ros, Israel germinabit sicut lilium, & erumpet radix eius vt Libani. † 14,6.

Erunt reliquiæ Iacob in medio populorum multorum quasi ros à Domino. Mich.5,7.

Propter hoc super vos prohibiti sunt cæli ne darent rorem. Agg.1,10.

ROSA, ROSEVS.

Ipsa autem roseo colore vultum perfusa, ac gratis & nitentibus oculis, tristem celabat animum, & nimio timore contractum. Esth.15,8.

Coronemus nos rosis, antequam marcescant. Sap.2,8.

Quasi plantatio rosæ in Iericho. Eccli.24,18.

Obaudite me diuini fructus, & quasi rosa plantata super riuos aquarũ fructificate. † 39,17.

Et quasi flos rosarum in diebus vernis. † 50,8.

ROTA.

Subuertit rotas curruum, ferebanturque in profundum. Exod.14,24.

Porrò inimicorum tuorum anima rotabitur, quasi in impetu & circulo fundæ. 1.Reg.25,29.

Quatuor rotæ per bases singulas & axes ærei. 3.Reg.7,30.

Pone illos vt rotam. Psal.82,14.

Et confringatur rota super cisternam. Eccles.12,6.

Præcordia fatui quasi rota carri. Eccli.33,5.

Vngulæ equorum eius vt silex, & rotæ eius quasi impetus tempestatis. Isaiæ 5,28.

Nec rota plaustri super cyminum circuibit: sed in virga excutietur gith. † 28,27.

Apparuit rota vna super terram iuxta animalia. Ezech.1,15.

Quasi sit rota in medio rotæ. † 10,10.

Lingua constituitur in membris nostris, quæ maculat totum corpus, & inflammat rotam natiuitatis nostræ. Iac.3,6.

ROTVNDVM.

Atrium maius rotundum. 3.Reg.7,12.

Summitas throni rotunda erat in parte posteriori. † 10,19.

RVBEN.

Incestus Ruben. Gen.35,18.

Abiit Ruben, & dormiuit cum Bala concubina patris sui. Gen.35,2.

Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea. † 49,3.

RVBIGO.

Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas purissimum. Prou.25,4.

Multo labore sudatum est, & non exiuit de ea nimia rubigo eius, neq; per ignem. Ezech 24,12.

RVBOR, RVBRVM, RVBICVNDVM.

Vt absque rubore colligat, & colligentem nemo corripiat. Ruth 2,16.

Dilectus meus candidus & rubicundus. Cantic.5,10.

Perliniens rubrica, & rubicundum faciens fuco colorem illius. Sap.13,14.

Si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabuntur: & si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt. Isaiæ 1,18.

Quare ergo rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari? Torcular calcaui solus, & de Gentibus non est vir mecum. Isaiæ 63,2.

RVBVS.

Videbat quòd rubus arderet, & non combureretur. Exod.3,2.

Benedictio illius qui apparuit in rubo. Deuteron.33,16.

RVDIS.

Roboam erat rudis & corde pauido, nec potuit resistere eis. 2.Par.13,7.

Nemo autem immittit commissuram panni rudis in vestimentum vetus. Mat.9,16 Mar.2,21.

RVFVS.

Rufus erat, & totus in morem pellis hispidus: vocatumque est nomen eius Esau. Gen.25,24.

Erat autem [Dauid] rufus, & pulcher aspectu, decoraque facie. 1.Reg.16,12.

RVGA.

Rugæ meæ testimonium dicunt contra me. Iob 16,9.

Vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi; sed vt sit sancta, & immaculata. Ephes.5,27.

RVGIO.

Irrugiit clamore magno, & consternatus, ait: Benedic etiam mihi, pater mi. Gen.27,34.

Tamquam inundantes aquę, sic rugitus meus. Iob 3,24.

Numquid rugiet onager cùm habuerit herbam? † 6,5.

Incuruantur ad fœtum, & pariunt, & rugitus emittunt. † 39,3.

Rugiebam à gemitu cordis mei. Psal.37,9.

Rugitus eius vt leonis, rugiet vt catuli leonum. Isaiæ 5,29.

Rugiemus quasi vrsi omnes, & quasi columbæ meditantes gememus: expectauimus iudicium, & non est; salutē, & elongata est à nobis. † 59,11.

Prophetabis ad illos omnia verba hæc, & dices ad illos: Dominus de excelso rugiet, & de habita-

culo sancto suo dabit vocem suam. Ierem. 25,30.

Rugiunt autem clamantes contra deos suos, sicut in cœna mortui. Baruch 6,31.

Post Dominum ambulabunt, quasi leo rugiet, & formidabunt filij maris. Osee 11,10.

Dominus de Sion rugiet, & de Ierusalem dabit vocem suam. Ioel. 3,26.

RVINA.

Quod cernens Ioseph, ruit super faciem patris, flens & deosculans eum. Gen. 50,1.

Iungas amicitias, quæ sint tibi in ruinam. Exod. 34,12.

Laudauerunt Dominum ruentes in facies suas. Leuit. 9,24.

Ephod, &c. factum est Gedeoni & omni domui eius in ruinam. Iudic. 8,27.

Ruina magna facta est in populo. 1. Reg. 4,17.

Ne forte veniens occupet nos, & impellat super nos ruinam, & percutiat ciuitatem in ore gladij. 2. Reg. 15,14.

Eruntque in ruinam collium pugnantium ciuitates munitæ. 4. Reg. 19,25.

Si gauisus sum ad ruinam eius qui me oderat. Iob 31,29.

Multiplicata est in eis ruina. Psal. 105,29.

Implebit ruinas. † 109,6.

Non est ruina maceriæ, neque transitus, neque clamor in plateis eorum. † 143,14.

Contritionem præcedit superbia, & ante ruinam exaltatur spiritus. Prou. 16,18.

In via ruinæ non eas, & non offendes in lapides. Eccli. 32,25.

Ruit enim Ierusalem, & Iudas concidit, quia lingua eorum, & adinuentiones eorum contra Dominum. Isaiæ 3,8.

In laqueum & in ruinam habitantibus Ierusalem: & offendent ex eis plurimi. † 8,14.

Aedificabunt deserta à sæculo, & ruinas antiquas erigent, & instaurabunt ciuitates desertas. † 61,4.

Dabo in populum istum ruinas, & ruent in eis patres, & filij simul, vicinus & proximus peribunt. Ierem. 6,21.

A voce ruinæ eorum commota est terra: clamor in Mari rubro auditus est vocis eius. † 49,21.

Numquid non à sonitu ruinæ tuæ & gemitu interfectorum tuorum? Ezech. 26,15. † 27,27.

In ruina enim eius habitauerunt omnia volatilia cæli. † 31,13.

A sonitu ruinæ eius commoui gentes, cùm deducerem eum ad infernum. 16.

Neque ingredieris portam populi mei in die ruinæ eorum. Abd. v. 13.

Ruinæ impiorum erunt, & disperdam homines à facie terræ. Sophon. 1,3.

Sic erit ruina equi & muli & cameli & asini. Zach. 14,15.

Ita vt omnes qui ausi fuerant parere ei, ruentes Dei virtute, in dissolutionem, & formidinem conuerterentur. 2. Mach. 3,24.

Positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel. Lucæ 2,34.

RVMINO.

Omne quod habet diuisam vngulam, & ruminat in pecoribus, comedetis. Leuit. 11,3. Deuteron. 14,6.

De his autem quæ ruminant, & vngulam non findunt, comedere non debetis, vt camelum, leporem, chærogrillum. Deut. 14,7.

Sicut vinum optimum, dignum dilecto meo ad potandum, labijsque & dentibus illius ad ruminandum. Cant. 7,9.

Super triticum & vinum ruminabant, recesserunt à me. Osee 7,14.

RVMOR.

Maior est sapientia & opera tua, quàm rumor quem audiui. 3. Reg. 10,7.

Processit rumor eius statim in omnem regionem Galilææ. Mar. 1,28.

RVMPO.

Rupti sunt omnes fontes abyssi. Gen. 7,11.

Qui ita rupit vincula quasi fila telarum. Iudic. 16,12.

Quasi rupto muro, & aperta ianua, irruerunt super me. Iob 30,14.

Funiculus triplex difficilè rumpitur. Eccles. 4,12.

Antequam rumpatur funiculus argenteus, & recurrat vitta aurea. † 12,6.

Neque dormiet, nec rumpetur corrigia calceamenti eius. Isaiæ 5,27.

Oua aspidum ruperunt. † 59,5.

A sæculo confregisti iugum meum, rupisti vincula, & dixisti: Non seruiam. Ierem. 2,20.

Alioquin rumpuntur vtres, & vinum effunditur. Matth. 9,17.

Rumpebatur autem rete eorum. Luc. 5,6.

Ruptis vinculis agebatur à dæmonio in deserto. † 8,29.

RVNCINA.

Artifex lignarius extendit normam, formauit illud in runcina: fecit illud in angularibus, & in circino tornauit illud. Isaiæ 44,13.

RVPES.

Numquid propter te derelinquetur terra, & transferentur rupes de loco suo? Iob 18,4. Psal. 113,8.

Fodit ferro rupem, & ædificauit ad aquam puteum. Eccli. 48,19.

RVRSVS.

Si dormiero, dicam: Quando consurgam? & rursum expectabo vesperam. Iob 7,4.

Quando euigilabo, & rursus vina reperiam? Prou. 23,35.

Rursus detestatus sum omnem industriam meam. Eccles. 2,18.

Verum-

Verumtamen rursus videbo templum sanctum tuum. Ionæ 2,5.

Habitabitur Ierusalem rursus in loco suo. Zach 12,6.

Iesus autem rursum fremens in semetipso, venit ad monumentum. Ioan. 11,38.

• Non rursum iacientes fundamentum pœnitentiæ. Heb 6,1.

Rursum crucifigentes sibimetipsis filium Dei, & ostentui habentes. 6.

Rursum orauit [Elias] & cælum dedit pluuiam. Iac.5,18.

His rursus implicati superantur: facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. 2.Pet.2,20.

RVS, RVSTICVS, RVSTICATIO.

Operi autem rustico & agricolis, vinearum cultoribus, cellis vinariis, super apothecas, armentis, super boues in vallibus, super camelos, & super asinos super oues quoque: omnes hi, principes substantiæ regis Dauid. 1.Par.27,26.

Si enim rusticus quis erat aut pastor, aut agri laborum operarius præoccupatus esset, ineffugibilem sustinebat necessitatem. Sap.17,16.

Non oderis laboriosa opera, & rusticationem creatam ab Altissimo. Eccli.7,16.

Sicut rusticatio de ligno ostendit fructum illius, sic verbum ex cogitatu cordis hominis. † 27,7.

Conuertam eos ad rura sua, crescent, & multiplicabuntur. Ier.23,3.

RVTA.

Decimatis mentham, & rutam, & omne olus, & præteritis iudicium, & charitatem Dei. Luc. 11,42.

RVTH.

Ruth adhæsit socrui suæ. Ruth 1,14.† 4,10.

Booz autem genuit Obed ex Ruth. Matthæi 1,5.

RVTILO.

Qui autem diligunt te, sicut sol in ortu suo splendet, ita rutilent. Iudic.5,31.

Sicut lux auroræ, oriente sole, manè absque nubibus rutilat, & sicut pluuiis germinat herba de terra. 2.Reg.23,4

Hodie tempestas: rutilat enim triste cælum. Matth.16,3.

SABA.

NON fuerunt aromata talia, vt hæc quæ dedit regina Saba regi Salomoni. 2.Par.9,9.

Considerate semitas Thema, itinera Saba. Iob 6,19.

Reges Arabum, & Saba dona adducent. Psalmo 71,10.

Dedi propitiationem tuam Aegyptum, Aethiopiam & Saba pro te. Isa.43,3.† 60,6.

Vt quid mihi thus de Saba affertis? Ier.6,20. Ezech.27,22. † 38,13. Ioel 3,8.

SABACTHANI.

Eli, Eli, lamma sabacthani? Matth.27,46.

SABAIM.

Labor Aegypti, & negotiatio Aethiopiæ, & Sabaim viri sublimes ad te transibunt, & tui erunt: post te ambulabunt. Isa.45,14.

SABAMA.

Super hoc plorabo in fletu Iazer vineam Sabama: inebriabo te lacryma mea Hesebon. Isa.16,9. Ier.48,32.

SABAOTH.

Tu autem Domine sabaoth, qui iudicas iustè. Ier.11,20. Rom 9,29. Iac.5,4.

SABBATVM.

Sabbati præstantia. Benedixit diei septimo, & sanctificauit illum: quia in ipso cessauerat ab omni opere suo. Gen.2,3.

Dies sabbati sanctificata est Domino cras. Exod.16,23.

Sabbatũ est Domini: non inuenietur hodie. 25.

Sabbatizauit populus die septimo. 30.

Sabbatum meum custodiatis, quia signum est inter me & vos. † 31,13.

Sabbatum requietionis est. Leuit.16,31.

Erit vobis sabbatum, memoriale, clangentibus tubis, & vocabitis sanctum. † 23,24,32.

Requiescet in sabbatis solitudinis suæ, eò quòd non requieueritis in sabbatis vestris, quando habitabatis in ea. † 26,35.

Colligentem ligna in die sabbati, &c. cumque eduxissent eum foras, obruerunt eum lapidibus. Num.15,32.

Die autem sabbati offeretis duos agnos anniculos immaculatos. † 28,9.

Obserua diem sabbati, vt sanctifices eum. Deut.5,12.

Hodie non sunt calendæ, neque sabbatum. 4.Reg.4,23.

Assumentes singuli viros suos, qui ingrediebantur sabbatum, cum his qui egrediebantur sabbato. † 11,9.

Et celebraret terra sabbata sua. 2.Par.36,21.

Sabbatum sanctificatum tuum ostendisti eis. 2.Esd.9,14.

Per diem sabbati, vt vendant, non accipiemus ab eis in sabbato, & in die sanctificato. † 10,31.

Quæ est hæc res mala quam vos facitis, & profanatis diem sabbati. † 13,15,17.

Secunda sabbati. Titulus Psalmi 47.

Custodiens sabbatum ne polluat illud, custodiens manus suas ne faciat omne malum. Isa.56,2.

Et vocaueris sabbatum delicatum, & sanctum Domini gloriosum, & glorificaueris eum, dum non facis vias tuas. † 58,13.

Erit mensis ex mense, & sabbatum ex sabbato: veniet omnis caro vt adoret coram facie mea. † 66,23.

Custodite animas vestras, & nolite portare pondera in die sabbati. Ier.17,21.

Viderunt eam hostes, & deriserunt sabbata eius. Thren.1,7.

Sabbata mea dedi eis, vt essent signum inter me & eos. Ezech.20,12.

Eritque quasi consulens frustrà in oraculum in oculis eorum, & sabbatorum otium imitans. † 21,23.

A sabbatis meis auerterunt oculos suos, & coinquinabar in medio eorum. † 22,26.

Adorabit populus terræ ad ostium portæ illius in sabbatis & in calendis. † 46,3.

Sabbata eius in opprobrium, honores eius in nihilum. 1.Mach.1,42.

Non exibimus, neque faciemus verbum regis vt polluamus diem sabbatorum. † 2,34.

Omnis homo quicumque venerit ad nos in bello die sabbatorum, pugnemus aduersus eum. 41.

Sabbata erant terræ. † 4,49,53.

Neque autem sabbata custodiebantur, neque dies solemnes patrij seruabantur, nec simpliciter Iudæum se esse quisquam confitebatur. 2. Machab.6,6.

Reuersi sunt hora conclusi: nam erat ante sabbatum. † 8,26.

Ille infelix interrogauit, si est potens in cælo, qui imperauit agi diem sabbatorum. † 15,3.

Discipuli tui faciunt quod non licet facere sabbatis. Matth.12,2.

Sabbatis sacerdotes in templo sabbatum violant, & sine crimine sunt? 5.

Sabbatum propter hominem factum est, & non homo propter sabbatum. Mar.2,27.

Factum est in sabbato secundo, primo. Lucæ 6,1,6.

In his ergo venite, & curamini, & non in die sabbati. † 13,14.

Si licet sabbato curare? † 14,3.

Et dies erat parasceues, & sabbatum illucescebat. † 23,54.

Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum tuum. Ioan.5,10.

Non est hic homo à Deo, qui sabbatum non custodit. † 19,6.

Sequenti verò sabbato pænè vniuersa ciuitas conuenit audire verbum Dei. Act.13,44.

Per sabbata tria disserebat eis de scripturis. † 17,2.

Nemo ergo vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbatorum. Col.2,16.

Relinquitur sabbatismus populo Dei. Heb.4,9.

SABVLVM.

Percussum Aegyptium abscondit sabulo. Exod.2,12.

Aquæ istæ, quæ egrediuntur ad tumulos sabuli Orientalis. Ezech.47,8.

SACCVS.

Scindite vestimenta vestra, & accingimini saccis, & plangite ante exequias Abner. 2. Reg.3,31.

Audiuimus quòd reges Israel clementes sint: ponamus itaque saccos in lumbis nostris, & funiculos in capitibus nostris, & egrediamur ad regem Israel. 3.Reg.20,31.

Ieiunauitque [Achab] & dormiuit in sacco, & ambulauit demisso capite. † 21,27.

Quæ cùm audisset Ezechias rex, opertus est sacco, ingressusque est domum Domini. 4.Regum 19,1.

Opertos saccis, ad Isaiam prophetam. 2.

Conuenerunt filij Israel in ieiunio, & saccis, & humus super eos. 2.Esd.9,1.

Quæ cùm audisset Mardochæus, scidit vestimenta sua, & indutus est sacco, spargens cinerem capiti. Esth.4,1.

Non enim erat licitum indutum sacco aulam regis intrare. 2.

Saccum consui super cutem meam, & operui cinere carnem meam. Iob 16,16.

Conscidisti saccum meum, & circumdedisti me lætitia. Psal.29,12.

Obcæcat vultum suum tamquam vrsus, & quasi saccum ostendit. Eccli.25,24.

In triuiis eius accincti sunt sacco: super tecta eius, & in plateis eius omnis vlulatus descendit in fletum. Isa.15,3.

Solue saccum de lumbis tuis, & calceamenta tua tolle de pedibus tuis. † 20,2.

Induam cælos tenebris, & saccum ponam operimentum eorum. † 50,3.

Numquid contorquere quasi circulum caput suum, & saccum & cinerem sternere. † 58,5.

Exui me stola pacis, indui autem me sacco obsecrationis. Baruch 4,20.

Cubate in sacco ministri Dei mei: quoniam interiit de domo Dei vestri sacrificium & libatio. Ioel.1,13.

Inducam super omne dorsum vestrum saccum, & super omne caput caluitium. Amos 8,10.

Prædicauerunt ieiunium, & vestiti sunt saccis à maiore vsque ad minorem. Ionæ 3,5.

Operiantur saccis homines, & iumenta, & clament ad Dominum in fortitudine, & conuertatur vir à via sua mala. 8.

Facite vobis sacculos, qui non veterascunt. Luc.12,33.

Et prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta, amicti saccis. Apoc.11,3.

SACER, SACRA.

Celebrabis hunc morem sacrorum mense isto. Septem diebus vescêris azymis. Exod 13,4.

Vestes sanctas, &c. vt fungantur officio suo in sacris. † 31,10.

Maachan matrem suam amouit [Asa] ne esset princeps in sacris Priapi. 3 Reg.15,13.

Tamquam Deum colere cœpit, & constituit inter seruos suos sacra & sacrificia. Sap.14,15.

Ex-

Exclamauerunt sacris tubis, & in fugam conuersus est Cendebæus, & castra eius. 1.Mach. 16,8.

Cùm Liberi sacra celebrarentur, cogebantur hedera coronati Libero circuire. 2.Mach.6,7.

Eum qui sacras ianuas incenderat, &c. incenderunt. † 8,33.

Ab infantia sacras literas nosti, quæ te possunt instruere ad salutem. 2.Tim.3,15.

SACERDOS.

Vendentibus singulis possessiones suas, &c. præter terram sacerdotum, quæ à rege tradita fuerat eis: quibus & statuta cibaria ex horreis publicis præbebantur. Gen.47,22.

Iethro, sacerdos Madian. Exod.18,1.

Sacerdotes quoque qui accedunt ad Dominum, sanctificentur, ne percutiat eos. † 19,22. † 28,1.

Filiis Aaron tunicas lineas parabis, & balteos ac tiaras in gloriam, & decorem, &c. & cunctorum consecrabis manus, sanctificabisque illos, vt sacerdotio fungantur mihi. † 28,41. † 29,1.

Vnctio eorum in sacerdotium sempiternum proficiat. † 40,13.

Si sacerdos, qui vnctus est, peccauerit, delinquere faciens populum, offeret pro peccato suo vitulum immaculatum, Domino. Leuit.4,3.

Ignis in altari semper ardebit, quem nutriet sacerdos subiiciens ligna, manè per singulos dies. † 6,12. † 8,33. † 10,3,17.

Sacerdotum officium. Cur non comedistis hostiam pro peccato in loco sancto, quæ Sancta sanctorum est, & data vobis, vt portetis iniquitatem multitudinis, & rogetis pro ea in conspectu Domini? † 10,17.

Ad sacerdotem pertinet hostia: Sancta sanctorum est. † 14,13.

Sacerdoti offerre debent filij Israel hostias suas quas occident in agro, vt sanctificentur Domino ante ostium tabernaculi. † 17,5.

Ne contaminetur sacerdos in mortibus ciuium suorum. † 21,1.

Sacerdotis filia si deprehensa fuerit in stupro, & violauerit nomen patris sui, flāmis exuretur. 9.

Sacerdotum & Religiosorum vita adumbratur. Num.6,3.

Sacerdotes clangent tubis. † 10,8.

Custodite sacerdotium vestrum, & omnia quæ ad cultum altaris pertinent. † 18,7.

Pro hoc [Iosue] si quid agendum erit, Eleazar sacerdos consulet Dominum ad verbum eius: egredietur & ingredietur ipse, & omnes filij Israel cum eo. † 27,21.

Sacerdotes partem prædæ habent. † 31,37.

Reducetur per sententiam in vrbem, ad quam confugerat, manebitque ibi, donec sacerdos magnus, qui oleo sancto ductus est, moriatur. † 35,25

Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris, &c. veniesque ad sacerdotes Leuitici generis. Deut.17,8.

Qui autem superbierit nolens obedire sacerdotis imperio, &c. & decreto iudicis, morietur homo ille. 12. † 21,5.

Non habebunt sacerdotes & Leuitæ, & omnes qui de eadem tribu sunt; partem & hereditatem cum reliquo Israel. † 18,1.

Appropinquante autē iam prælio, stabit sacerdos ante faciem, & sic loquetur ad populum, &c. nolite metuere, nolite cedere. † 20,2.

Scripsit itaque Moyses legem hanc, & tradidit eam sacerdotibus filiis Leui. † 31,9.

Præcipe sacerdotibus qui portant arcam fœderis. Iol.3,8.

Sacerdotes qui portabant arcam fœderis Domini, stabant super siccam humum. 17.

Sacerdotes tollant septem buccinas, quarum vsus est in iubileo, & præcedant arcam fœderis. † 6,4.

Et moriatur sacerdos magnus, qui fuerit in illo tempore: tunc reuertetur homicida. † 20,6.

Impleuitque vnius filiorum suorum manum, & factus est ei sacerdos. Iudic.17,5,13.

Habeamus te patrem ac sacerdotem. † 18,19.

Posuerunt, &c. Sacerdotes in tribu Dan, vsque ad diem captiuitatis suæ. 30.

Porrò filij Heli, filij Belial, nescientes Dominum, neque officium sacerdotum ad populum. 1.Reg.2,13.

Quod leuabat fuscinula, tollebat sacerdos sibi. 14. † 2,28.

Suscitabo mihi sacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum & animam meam faciet, & ædificabo ei domum fidelem, & ambulauit coram Christo meo cunctis diebus. 35.

Non calcant sacerdotes Dagon, & omnes qui ingrediuntur templum eius super limen Dagon in Azoto. † 5,5.

Conuertimini, & interficite sacerdotes Domini. † 22,17.

Nobe autem ciuitatem sacerdotum percussit in ore gladij, viros & mulieres, & paruulos, & lactentes, bouemque. 19.

Et Achimelech filius Abiathar erant sacerdotes. 2.Reg.8,17.

Fecit [Ieroboam] de nouissimis populi sacerdotes excelsorum: quicumque volebat implebat manum suam, & fiebat sacerdos excelsorum. 3.Reg.13,33. 2.Par.11,14.

Sacerdotem Baal occiderunt coram altari. 4.Reg.11,18.

Pecuniam pro peccatis non inferebant in templum Domini, quia sacerdotum erat. † 12,16.

Ducite illuc vnum de sacerdotibus, &c. doceat eos legitima Dei terræ. † 17,27.

Fecerunt autē sibi de nouissimis sacerdotes excelsorū, & ponebant eos in fanis sublimibus. 32.

Vade ad Helciam sacerdotem magnũ. † 22,4.
Sacerdotibus secundi ordinis. † 23,4.
Verumtamen non ascendebant sacerdotes excelsorum ad altare Domini in Ierusalem: sed tantùm comedebant azyma in medio fratrum suorum. 9.
Occidit [Iosias] vniuersos sacerdotes excelsorum, qui erant ibi super altaria: & combussit ossa humana super ea. 20.
Tulit quoque Princeps militiæ Saraiam sacerdotem primum, & Sophoniam sacerdotem secundum, & tres ianitores. † 25,18.
Sacerdotio functus est [Azarias] in domo quam ædificauit Salomon. 1. Par.6,10.
Filij autem sacerdotum vnguenta ex aromatibus conficiebant. † 9,30.
Sacerdotes clangebant tubis coram arca Dei. † 15,24.
Sacerdotum multitudo in veteri Lege numerantur triginta octo millia. † 23,3.
Sacerdotes autẽ super panes propositionis. 29.
Intulerunt sacerdotes arcam fœderis Domini in locum suum. 2. Par.5,7.
Sacerdotes, centum viginti canentes tubis. 12.
Fecistis vobis sacerdotes sicut omnes populi terrarum. † 13,9.
Transibunt autem multi dies in Israel absque Deo vero, & absque sacerdote doctore, & absque lege. † 15,3.
Constituit Iosaphat Leuitas & Sacerdotes, *&c.* inter cognationem & cognationem; vbicumque quæstio est de lege, de mandato, de ceremoniis, de iustificationibus; ostendite eis, vt non peccent in Dominum, & ne veniat ira super vos. † 19,8.
Amarias autem sacerdos & pontifex vester, in his quæ ad Deum pertinent, præsidebit. 11.
Et quem primus sacerdos cõstituerat. † 24,11.
Non est tui officij Ozia, vt adoleas incensum Domino, sed sacerdotum. † 26,18.
Præcepit etiam populo habitantium Ierusalem vt darent partes sacerdotibus & Leuitis, vt possent vacare legi Domini. † 31,4.
Quæsierunt scripturam genealogiæ suæ, & non inuenerunt, & eiecti sunt de sacerdotio. 1. Esd 2,62.
Vt non comederent de sancto sanctorum donec surgeret sacerdos doctus atque perfectus. 63.
Steterunt sacerdotes in ornatu suo cum tubis. † 3,10.
Sacerdotes, Leuitæ, cantores, ianitores, Nathinæi, ministri domus Dei, immunes à vectigalibus, tributis, annonis, iussu Artaxerxis. † 7,24.
Aedificauerunt sacerdotes, vnusquisque contra domum suam. 2. Esd.3,28.
Hi quæsierunt scripturam suam in censu, & non inuenerunt: & eiecti sunt de sacerdotio. † 7,64.
Sacerdotes in regno Darij Persæ. † 12,22.

Recordare Domine Deus meus aduersum eos, qui polluunt sacerdotium, iusque sacerdotale & Leuiticum. † 13,29.
Ducit sacerdotes inglorios, & optimates supplantat. Iob 12,19.
Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt. Psalmo 77,64.
Moyses & Aaron in sacerdotibus eius, & Samuel inter eos qui inuocant nomen eius. † 98,6.
Tu es sacerdos in æternum, secundùm ordinem Melchisedech. † 109,4.
Sacerdotes tui induantur iustitiam. † 131,9,16.
Time Dominum, & sacerdotes illius sanctifica. Eccli.7,31.
Dedit illi sacerdotium gentis, & beatificauit illum in gloria. † 45,9,26.
Fungi sacerdotio, & habere laudem. 19.
Principem sanctorum & gentis suæ, vt sit illi & semini eius sacerdotij dignitas in æternum. 30.
Simon Oniæ filius sacerdos magnus, qui in vita sua suffulsit domum. † 50,1.
Et erit sicut populus, sic sacerdos: & sicut seruus, sic dominus eius. Isaiæ 24,2.
Vos autem sacerdotes Domini vocabimini: Ministri Dei nostri, dicetur vobis: Fortitudinem Gentium comedetis, & in gloria earum superbietis. † 61,5,6.
Assumã ex eis in sacerdotes & Leuitas. † 66,21.
De sacerdotibus qui fuerunt in Anathoth. Ierem.1,1.
Sacerdotes non dixerunt: Vbi est Dominus? & tenentes legem nescierunt me, & pastores præuaricati sunt in me. † 2,8.
Inebriabo animas sacerdotum pinguedine, & populus meus bonis meis adimplebitur. † 31,14.
De sacerdotibus, & de Leuitis non interibit vir à facie mea, qui offerat holocautomata & incendat sacrificium. † 33,18.
Sacerdotes eius gementes. Thren.1,4.
Si occiditur in sanctuario Domini sacerdos, & propheta? † 2,20.
Subtrahunt sacerdotes ab eis aurum, & argentum, & erogant illud in semetipsos. Baruch 6,9.
Sacerdotes sedent, habentes tunicas scissas, & capita & barbam rasam, quorum capita nuda sunt. 30.
Sacerdotes eius contempserunt legem meam. Ezech.22,26.
Porrò gazophylacium, quod respicit ad viam Aquilonis, sacerdotum erit, qui excubant in custodiis templi. † 40,46.
Cùm autem ingressi fuerint sacerdotes, non egredientur de sanctis in atrium exterius: & ibi reponent vestimenta sua, in quibus ministrant, quia sancta sunt. † 42,14.
Non appropinquabunt ad me vt sacerdotio fungantur mihi. † 44,13,25.
Vinum non bibet omnis sacerdos, quando ingressu-

gressurus est atrium interius. 21.

Sanctificatum de terra erit sacerdotibus ministris sanctuarij. † 45,4.

Benedicite sacerdotes Domini Domino. Dan, 3, 84.

Erant autem sacerdotes Bel septuaginta, exceptis vxoribus,& paruulis & filiis. † 14,9.

Quia tu scientiam repulisti, repellam te ne sacerdotio fungaris mihi. Osee 4,6.

Audite hoc sacerdotes, & attendite domus Israel, & domus regis auscultate: quia vobis iudicium est, quoniam laqueus facti estis speculationi,& rete expansum super Thabor. † 5,1.

Quasi fauces virorum latronum, particeps sacerdotum in via interficientium pergentes de Sichem. † 6,9.

Plangite sacerdotes,vlulate ministri altaris:ingredimini, cubate in sacco ministri Dei mei. Ioel.1,13.

Inter vestibulum & altare plorabunt sacerdotes ministri Domini, & dicent: Parce Domine. † 2,17.

Sacerdotes eius polluerunt sanctum, iniustè egerunt contra legem. Sophon.3,4.

Interroga sacerdotes legem, dicens: Si tulerit homo carnem sanctificatam. Agg.2,13.

Dominabitur super solio suo :& erit sacerdos super solio suo. Zach.6,13.

Ad vos, ô sacerdotes qui despicitis nomen meum. Mal.1,6.

Ad vos mandatum, ô sacerdotes. † 2,1.

Labia enim sacerdotis custodient scientiam,& legem requirent ex ore eius: quia Angelus Domini exercituum est. 7.

Phinees pater noster, zelando zelum Dei, accepit testamentum sacerdotij æterni. 1.Machab.2,54.

Sancta tua conculcata sunt, & contaminata sunt, & sacerdotes tui facti sunt in luctum & in humilitatem. † 3,51.

Et elegit sacerdotes sine macula, voluntatem habentes in lege Dei, & mundauerunt sancta. † 4,43.

Alcimum impium constituit in sacerdotium, & mandauit ei facere vltionem in filios Israel. † 7,9.

Constituimus te hodie summum sacerdotem gentis tuæ. 10,20.

Statuit ei [Ionathæ] principatum sacerdotij, & quæcumque alia habuit prius pretiosa, & fecit eum principem amicorum. † 11,27.

Constituo tibi sacerdotium, & constituo te super quatuor ciuitates, vt sis de amicis regis. 57.

Congregauit Ionathas gentem suam,& factus est illis sacerdos magnus, & appositus est ad populum suum. † 14,30.

Sacerdotes autem psallebant hymnos, vsquequò consumptum esset sacrificiu. 2.Mach.1,30.

Sacerdotes autem ante altare cum stolis sacerdotalibus iactauerunt se, & inuocabant de cælo eum qui de depositis legem posuit. † 3,15.

Ita vt sacerdotes iam non circa altaris officia dediti essent, sed contempto templo, & sacrificiis neglectis, festinarent participes fieri palęstræ. † 4,14.

In semetipsum retorsit summum sacerdotium. 24.

Ostende te sacerdoti, & offer munus. Matthæi 8,4.

Sacerdos quidam nomine Zacharias. Luc.1,5.

Sacerdos quoque Iouis, qui erat ante ciuitatem,tauros & coronas ante ianuas afferens, cum populis volebat sacrificare. Act.14,12.

Hic enim Melchisedech rex Salem, sacerdos Dei summi. Heb.7,1.

Translato enim sacerdotio, necesse est vt & legis translatio fiat. 12.

Alij quidem plures facti sunt sacerdotes,idcircò quod morte prohiberentur permanere. 23.

Si ergo esset super terram, nec esset sacerdos. † 8,4.

Et sacerdotem magnum super domum Dei. † 10,21.

Domus spiritualis, sacerdotium sanctum, offerre spirituales hostias. 1.Pet.2,5.

Fecit nos regnum, & sacerdotes Deo & Patri suo. Apoc.1,6.

Erunt sacerdotes Dei & Christi, & regnabunt cum illo mille annis. † 20,6.

SACRAMENTVM.

Sacramentum regis abscondere bonum est: opera autem Dei reuelare & confiteri honorificum est. Tob.12,7.

Nescierunt sacramenta Dei, neque mercedem sperauerunt iustitiæ. Sap.2,22.

Non abscondam à vobis sacramenta Dei. † 6, 24.

Deuoratores sanguinis à medio sacramento tuo. † 12, 5.

Omne sacramentum non est impossibile tibi: visiones somniorum meorum, quas vidi, & solutionem earum narra. Dan.4,6.

Vt notum faceret nobis sacramentum voluntatis suæ,secundùm beneplacitum eius,quod proposuit in eo. Ephes.1,9.

Secundùm reuelationem notum mihi factum est sacramentum. † 3, 3.

Illuminare omnes quæ sit dispensatio sacramenti absconditi à sæculis in Deo, qui omnia creauit. 9.

Sacramentum hoc magnum est,ego autem dico in Christo,& in Ecclesia. † 5,32.

Quibus voluit Deus notas facere diuitias gloriæ sacramenti huius in gentibus. Col.1,27.

Manifestè magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne. 1.Tim. 3,16.

Ego

Ego dicam tibi sacramentum mulieris, & bestiæ, quæ portat eam. Apoc.17,7.

SACRARIVM.

Nescitis quoniam qui in sacrario operantur, quę de sacrario sunt, edunt. 1.Cor 9,13.

SACRATVS.

Sacratisque ædibus mulieres se vltrò ingerebant, introferentes ea, quæ non licebat. 2.Machab.6,4.

SACRIFICO, SACRIFICIVM,

Dimitte populum meum, vt sacrificet mihi in deserto. Exod.5,1.

Sacrificemus Domino Deo nostro: ne fortè accidat nobis pestis, aut gladius. 3.

Sacrificate Deo vestro in terra hac. † 8,25.

Sacrificate Domino: oues tantùm vestræ, & armenta remaneant. † 10,24. † 30,20.

Sacrificium pro peccato. Leuit.14,19.

Sacrificium recordationis, & oblationem zelotypiæ. Num.5,18.

Non fecit Phase, exterminabitur anima illa de populis suis, quia sacrificium Domino non obtulit tempore suo. † 9,13.

Sacrificium similæ, decimam partem ephi. † 15,4.

Ne respicias sacrificia eorum. † 16,15.

Nec recedas hinc donec reuertar ad te portans sacrificium, & offerens tibi. Iudic.6.18.

Sacrificium est hodie populi in excelso. 1.Regum 9,12.

Sacrificium solemne est in ciuitate, vnus de fratribus meis accersiuit me. † 20,29.

Si Dominus incitat te aduersum me, odoretur sacrificium. † 26,19.

Fiat verbum Domini mei regis sicut sacrificium. 2.Reg.14,17.

Adhuc enim populus sacrificabat, & adolebat incensum in excelsis. 3.Reg.22,44.

Factum est igitur manè, quando sacrificium offerri solet. 4.Reg.3,20.

Sacrificiũ enim grande est mihi Baal.† 10,19.

Dereliquerunt me, & sacrificauerunt diis alienis, † 22,17.

Deleuit [Iosias] aruspices, quos posuerunt reges Iuda ad sacrificandum in excelsis per ciuitates Iuda. † 23,5.

Leuate sacrificium, & venite in conspectu eius. 1.Par.16,29. † 21,28.

Sacrificabat quoque [Achaz] & thymiama succendebat in excelsis, & in collibus, & sub omni ligno frondoso. 2.Par.28,4.

Num sacrificabunt, & complebunt in vno die? 2.Esd.4,2.

Ad sacrificium sempiternum, & in holocaustum sempiternum in sabbatis, in calendis, in solemnitatibus. † 10,33.

Sacrificium tibi laudis tuæ, & suæ sanitatis offerre, vt cognoscat vniuersitas gentium, quia tu es Deus solus in vniuersa terra. Tob.8,19.

Præcincti ciliciis offerrent sacrificia Domino. Iudith 4,16.

Sacrificate sacrificium iustitiæ. Psal.4,6.

Memor sit Dominus sacrificij tui: & holocaustum tuum pingue fiat. † 19,4.

Sacrificium, & oblationem noluisti. † 39,7.

Non in sacrificiis tuis arguam te. † 49,8.

Sacrificium laudis honorificabit me. 23.

Si voluisses sacrificium, dedissem vtique. † 50,18.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus. 19.

Acceptabis sacrificium iustitiæ. 21.

Sacrificauerunt sculptilibus Chanaan. † 105,38.

Sacrificent sacrificium laudis. † 106,22.

Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis. † 115,8.

Aut enim filios suos sacrificantes, aut obscura sacrificia facientes. Sap.14,23.

Absconsè enim sacrificabant iusti pueri bonorum. † 18,9.

Datum brachiorum tuorum, & sacrificium sanctificationis offeres Domino, & initia sanctorum. Eccli.7,35.

Lignum offensionis est aurum sacrificantium: væ illis qui sectantur illud. † 31,7.

Dona iniquorum non probat Altissimus, nec respicit in oblationes iniquorũ, nec in multitudine sacrificiorũ eorum propitiabitur peccatis.† 34,23.

Sacrificium salutare est attendere mandatis, & discedere ab omni iniquitate. † 35,2.

Sacrificium iusti acceptum est, & memoriam eius non obliuiscetur Dominus. 9.

Sacrificia ipsius consumpta sunt igne quotidie. † 45,17.

Ne offeratis vltrà sacrificium frustrà. Isa.1,13.

Et ipsis effudisti libamen, obtulisti sacrificium, numquid super his non indignabor? † 57,6.

Sacrificauerunt super montes, & super colles exprobrauerunt mihi, & remetiar opus eorum primum in sinu eorum. † 65,7.

Viri, scientes quòd sacrificarent vxores eorum diis alienis, & vniuersæ mulieres quarum stabat multitudo grandis. Ier.44,15.

Sacrificemus reginæ cæli, & libemus ei libamina. 17.

Numquid non sacrificium quod sacrificastis in ciuitatibus Iuda, & in plateis Ierusalem, vos & patres vestri, reges vestri, & principes vestri, & populus terræ, horum recordatus est Dominus, & ascendit super cor eius? & non poterat Dominus vltrà portare propter malitiam studiorum vestrorum. 21.

Propterea quòd sacrificaueritis idolis, & peccaueritis Domino. 23.

Auferam de Moab, ait Dominus, offerentem in excelsis, & sacrificantem diis eius. † 48,35.

De

De sacrificiis eorum fœtæ & menstruatæ contingunt. Baruch 6,28.

Et arietem vnum de grege ducentorum de his, quæ nutriunt Israel in sacrificium, & in holocaustum, & in pacifica, ad expiandum pro eis. Ezechiel.45,15.

Sacrificium ephi per vitulum, & ephi per arietem faciet. 24.

Nabuchodonosor cecidit in faciem suam, & Danielem adorauit, & hostias & incensum præcepit vt sacrificarent ei. Dan.2,46.

Et vsque ad principem fortitudinis magnificatum est: & ab eo tulit iuge sacrificium, & deiecit locum sanctificationis eius. † 8,11.

Ecce vir Gabriel, quem videram in visione à principio, citò volans tetigit me in tempore sacrificij vespertini. † 9,21.

Auferent iuge sacrificium. † 11,31.

A tempore cùm ablatum fuerit iuge sacrificium, & posita fuerit abominatio in desolationem, dies mille ducenti nonaginta. † 12,11.

Dies multos sedebunt filij Israel sine rege, & sine principe, & sine sacrificio. Osee 3,4.

Super capita montium sacrificabant, & super colles accendebant thymiama. † 4,13.

Misericordiam volui, & non sacrificium. † 6,6.

Non libabunt Domino vinum, & non placebunt ei: sacrificia eorum quasi panis lugentium, omnes qui comedent eos contaminabuntur. † 9,4.

Periit sacrificium, & libatio de domo Domini: luxerunt sacerdotes. Ioel.1,9.

Quis scit si conuertatur, & ignoscat, & relinquat post se benedictionem, sacrificium & libamen Domino Deo vestro. † 2,14.

Immolabit sagenæ suæ, & sacrificabit reti suo, quia in ipsis incrassata est pars eius, & cibus electus. Habac.1,16.

In omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda. Mal.1,11.

Ita vt non respiciam vltrà ad sacrificium, neque accipiam placabile quid de manu vestra. † 2,13.

Colabit eos quasi aurum, & quasi argentum, & erunt Domino offerentes sacrificia in iustitia. † 3,3.

Multi ex Israel consenserunt seruituti eius, & sacrificauerunt idolis, & coinquinauerunt sabbatum. 1.Mach.1,45.

Et in plateis incendebant thura, & sacrificabant. 58.

Sacrificabant super aram quæ erat contra altare. 62.

Accessit quidam Iudæus in omnium oculis sacrificare idolis super aram in ciuitate Modin. † 2,23.

Obtulerunt sacrificium secundùm legem super altare holocaustorum nouum. † 4,53.

Memores sumus vestri in sacrificiis, quæ offerimus, & in obseruationibus. † 12,11.

Orauimus ad Dominum, & exauditi sumus, & obtulimus sacrificium, & similaginem, & accendimus lucernas, & proposuimus panes. 2.Machab. 1,8.

Sacrificia quæ imposita erant iussit sacerdos Nehemias aspergi ipsa aqua, & ligna quæ erant superposita. 21.

Accipe sacrificium pro vniuerso populo tuo Israel, & custodi partem tuam, & sanctifica. 26.

Portantes argenti didrachmas trecentas in sacrificium Herculis. † 4,19.

Duodecim millia drachmas argenti misit Ierosolymam offerri pro peccatis mortuorum sacrificium. † 12,43.

Reconciliatus obtulit sacrificium, honorauit templum, & munera posuit. † 13,23.

Et diligere proximum tamquam seipsum, maius est omnibus holocautomatibus & sacrificiis. Mar.12,33.

Tauros & coronas ante ianuas afferens, cùm populus volebat sacrificare. Act.14,12.

Sed & si immolor supra sacrificium & obsequium fidei vestræ, gaudeo, & congratulor omnibus vobis. Philip.2,17.

In priori quidem tabernaculo semper introibant sacerdotes sacrificiorum officia consummantes. Heb.9,6.

SACRILEGIVM, SACRILEGVS.

Quæ percussa est in die plagæ pro sacrilegio Phogor. Num.25,18.

Aedificantes altare sacrilegum, & à cultu illius recedentes. Iosue.22,16.

In eodem loco, in quo in Oniam impietatem commiserat, sacrilegú vita priuari. 2.Mach.4,38.

Inde in cinerem deiici iussit sacrilegum, omnibus eum propellentibus ad interitum. † 13,6.

Adduxistis enim homines istos, neque sacrilegos, neque blasphemantes deam vestram. Act.19,37.

Qui abominaris idola, sacrilegium facis? Rom.2,22.

SADDVCAEI.

A fermento panum, sed à doctrina Pharisæorum, & Sadducæorum? Matth.16,12.

Princeps sacerdotum, & omnes qui cum illo erant (quæ est hæresis Sadducæorum.) Act.5,17.

Sadducæi enim dicunt, non esse resurrectionem, neque Angelum, neque Spiritum: Pharisæi autem vtraque confitentur. † 23,8.

SADOC.

Reportauerunt ergo Sadoc & Abiathar arcam Dei in Ierusalem. 2.Reg.15,29.

Vngat eum ibi Sadoc sacerdos, & Nathan propheta in regem super Israel. 3.Reg.1,34.

Isti sunt filij Sadoc, qui accedunt de filiis Leui ad Dominum, vt ministrent ei. Ezech.40,46.

SAEPE.

Neque vt sæpè offerat semetipsum, quemadmodum Pontifex intrat in Sancta per singulos annos. Heb.9,25.† 10,11.

SAECVLARIS.

Nescitis quoniam Angelos iudicabimus? quantò magis sæcularia? 1.Cor.6,3.

Gratiam, quæ data est nobis in Christo ante ante tempora sæcularia. 2.Tim.1,9.

Nemo militans Deo implicat se negotiis sæcularibus: vt ei placeat, cui se probauit. † 2,4.

Abnegantes impietatem & sæcularia desideria. Tit.2,12.

Iustificationes culturæ, & Sanctum sæculare. Heb.9,1.

SAECVLVM.

Isti sunt potentes à sæculo. Gen.6,4.

Erit ei seruus in sæculum. Exod.21,6.

Regemque sæculorum exaltate in operibus vestris. Tob.13,6.

Indicatum est omni sæculo, quoniam tu solus bonus. Iudith 11,6.

Numquid semitam sæculorum custodire cupis, quam calcauerunt viri iniqui? Iob 22,15.

Tribuisti ei longitudinem dierum in sæculum. Psal.20,5.

Sedes tua Deus in sæculum sæculi. † 44,7.

Deus autem rex noster ante sæcula, operatus est salutem in medio terræ. † 73,12.

In terra, quam fundauit in sæcula. † 77,69.

Ponam in sæculum sæculi semen eius. † 88,30.

Sæculum nostrum in illuminatione vultus tui. † 89,8.

Præcessit in sæculis quæ fuerunt ante nos. Ecclesf.1,10.

In partes vade sæculi sancti, cum viuis, & dantibus confessionem Deo. Eccli.15,25.

Tu es Deus conspector sæculorum. † 36,19.

Recordamini prioris sæculi quoniam ego sum Deus, & non est vltrà Deus, nec est similis mei. Isa.46,9.

Qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, vt eriperet nos de præsenti sæculo nequam. Gal.1,4

Secundùm præfinitionem sæculorum, quam fecit in Christo Iesu. Ephes.3,11.

Fide intelligimus aptata esse sæcula verbo Dei, vt ex inuisibilibus visibilia fierent. Heb.11,3. Iac.1,27. Apoc.22,5.

SAEVIO.

Apparuit catulus leonis sæuus, & rugiens. Iudic.14,5.

Amaro animo, veluti si vrsa raptis catulis in saltu sæuiat. 2.Reg.17,8.

Eum qui in nos cœpit sæuire, disperde. Esther 14,11. Sap.17,6.

Qui eisdem vsi erant iustitiis, sæuissimis afflixerunt doloribus. Sap.19,15.

Habentes dæmonia, de monumentis exeuntes, sæui nimis. Matthæi 8,28.

Factum est vulnus sæuum, & pessimum in homines. Apoc.16,2.

SAGENA.

Siccatio sagenarum erit in medio maris. Ezech.26,5.

Simile est regnum cælorum sagenæ missæ in mare. Matth.13,47.

SAGINA, SAGINATVS.

Melius est vocari ad olera cum charitate, quàm ad vitulum saginatum cum odio. Prou.15,17.

Vigilia eius in sagina vaccarum. Eccli.38,27.

Quasi vituli saginati versi sunt, & fugerunt simul. Ier.46,21.

Occidisti illi vitulum saginatum. Luc.15,30.

SAGITTA.

Ismael. Moratus est in solitudine, factusque est iuuenis sagittarius. Gen.21,20.

Ossaque eorum confringent, & perforabunt sagittis. Num.24,8.

Sagittas meas complebo in eis. Deut.32,23.

Sagittæ vltra te sunt; vade in pace, quia dimisit te Dominus. 1.Reg.20,22.

Consecuti sunt eum [Saulem] viri sagittarij. † 31,3.

Sagitta Ionathæ numquam rediit retrorsum. 2.Reg.1,22.

Direxerunt iacula sagittarij ad seruos tuos ex muro desuper. † 11,24.

In incertum sagittam dirigens, & casu percussit regem Israel. 3.Reg.22,34.

Egressa est sagitta per cor eius, statimque corruit in curru suo. 4.Reg.9,24.

Sagitta salutis Domini, & sagitta salutis contra Syriam, percutiesque Syriam in Aphec, donec consumas eam. † 13,17.

Non ingredietur vrbem hanc, nec mittet in eam sagittam. † 19,32.

Sagittæ Domini in me sunt, quarum indignatio ebibit spiritum meum, & terrores Domini incitant contra me. Iob 6,4.

Violenta sagitta mea absque vllo peccato. † 34,6.

Non fugabit eum vir sagittarius. † 41,19.

Sagittas suas ardentibus effecit. Psal.7,14.

Misit sagittas suas, & dissipauit eos. † 17,15.

Sagittæ tuæ infixæ sunt mihi. † 37,3.

Sagittæ tuæ acutæ. † 44,6.

Vt sagittent in occultis immaculatum. † 63,5.

Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorũ. 8.

Sagittæ tuæ transeunt, vox tonitrui tui in rota. † 76,19.

A sagitta volante in die. † 90,6.

Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus desolatoriis. † 119,4.

Sicut sagitta in manu potentis. † 126,4.

Emitte sagittas tuas, & conturbabis eos. † 143,6.

Donec

Donec transfigat sagitta iecur eius. Prou.7,23.

Aut tamquam sagitta emissa in locum destinatum. Sap.5,12.

Sagitta infixa femori carnis, sic verbum in corde stulti. Eccli.19,12.

Sagittæ eius acutæ, & omnes arcus eius extenti. Isa.5,28.

Cum sagittis, & arcu ingredientur illuc. †7,24.

Sagittis paruulos interficient, & lactantibus vteris non miserebuntur, & super filios non parcet oculus eorum. †13,18.

Sagitta vulnerans lingua eorum, dolum locuta est. Ier.9,8.

Sagitta eius, quasi viri fortis interfectoris, non reuertetur vacua. †50,9.

Acuite sagittas, implete pharetras, suscitauit Dominus spiritum regum Medorum: & contra Babylonem mens eius est, vt perdat eam. †51,11.

Quando misero sagittas famis pessimas in eos, quæ erunt mortiferæ. Ezech.5,14.

Stetit enim rex Babylonis in biuio, in capite duarum viarum, diuinationem quærens, commiscens sagittas: interrogauit idola, exta consuluit. †21,2. 1.Mach.19,11.

SAGVM.

Saga cilicina vndecim, adoperiendum tectum tabernaculi. Exod.26,7. †36,14. Iudic.3,16.

SAL.

Respiciensque vxor eius post se, versa est in statuam salis. Gen.19,26.

In omni oblatione offeres sal. Leuit.2,13.

Pactum salis est sempiternum coram Domino, tibi ac filiis tuis. Num.18,19.

Ciuitas salis. Iosu.15,62.

Ipsaque destructa, ita vt sal in ea dispergeret, Iudic.9,45.

Afferte ad me vas nouum, & mittite in illud sal. 4.Reg.2,20.

Nos autem memores salis quod in palatio comedimus, & quia læsiones regis videre nefas ducimus. 1.Esd.4,14.

Sal verò absque mensura. †7,22.

Aut poterit comedi insulsum, quod non est sale conditum. Iob 6,6.

Tabernacula eius in terra salsuginis. †39,6.

Terram fructiferam in salsuginem, à malitia inhabitantium in ea. Psal.106,34.

Incredibilis animæ memoria stans figmentum salis. Sap.10,7.

Arenam, & salem, & massam ferri facilius est ferre quàm hominẽ imprudentem. Eccli.22,18.

Aqua non es lota in salutem, nec sale salita, nec inuoluta pannis. Ezech.16,4.

Mittent sacerdotes super eos sal, & afferent eos holocaustum Domino. †43,24.

In littoribus autem eius, & paludibus non sanabuntur, quia in salinas dabuntur siccitas spinarum, & aceruí salis. Soph.2,9.

Absoluo vos, & omnes Iudæos à tributis: & pretia salis indulgeo, & coronas remitto, & tertias seminis. 1.Mach.10,29.

Vos estis sal terræ: quòd si sal euanuerit, in quo salietur? Matth.5,13.

Bonum est sal: quòd si sal insulsum fuerit, in quo illud condietis. Habete in vobis sal, & pacem habete inter vos. Mar.9,49.

SALATHIEL.

Iechonias genuit Salathiel. Matth.1,12.

SALE.

Arphaxad autem genuit Sale, qui & ipse genuit Heber. 1.Par.1,18.

SALEM.

At verò Melchisedech rex Salem, proferens panem & vinum. Gen.14,18.

Transiuitque in Salem vrbem Sichimorum, quæ est in terra Chanaan. †33,18. Heb.7,1.

SALIM.

Transierunt etiam per terram Salim. 1.Regum 9,4. Ioan.3,23.

SALIO.

Vox dilecti mei, ecce iste venit saliens in montibus. Cant.2,8.

Egredíemini & salietis sicut vituli de armento. Mal.4,2. Ioan.4,14.

SALISA.

Per terram Salisa. 1.Reg.9,4.

SALIVA.

Defluebantque saliuæ eius in barbam. 1.Regum 21,13.

Vsquequò non parcis mihi, nec dimittis me vt glutiam saliuam meam? Iob 7,19.

SALIX.

In salicibus in medio eius suspendimus organa nostra. Psal.136,1.

Secundùm magnitudinem operis, & visitatio eorum: ad torrentem salicũ ducent eos. Isa.15,7.

SALMANA.

Sicut vastatus est Salmana à domo eius. Osee 10,14.

SALMANASAR.

Ascendit Salmanasar rex Assyriorum in Samariam, & oppugnauit eam, & cepit. 4.Reg.18,9. Tob.1,18.

SALMON.

Naasson genuit Salmon. Ruth 4,20. Mat.1,4.

SALOME.

Maria Iacobi, & Salome emerunt aromata. Mar.16,1.

SALOMON.

Vocauit nomen eius Salomon, & Dominus dilexit eum. 2.Reg.12,24. 3.Reg.10,1.

In Salomonem. Titulus Psalmi 71.

Salomon imperauit in diebus pacis, cui subiecit Deus omnes hostes, vt conderet domum in nomine suo. Eccli.47,15.

Nec Salomon in omni gloria sua coopertus est

 sicut

ficut vnum ex iftis. Matth.6,19. Act.7,47.

SALPHAAD.

Iuftam rem poftulant filiæ Salphaad: da eis poffeffionem inter cognatos patris fui. Nũ.27,6.

SALSVS, SALSVGO.

Habebit terminos contra Orientem mare falfiffimum. Num.34,3.

Tabernacula eius in terra falfuginis. Iob 39,6.

Terram fructiferam in falfuginem, à malitia inhabitantium in ea. Pfal.106,34.

Habitabit in ficcitate in deferto, in terra falfuginis & inhabitabili. Ier.17,6.

Sic neque falfa dulcem poteft facere aquam. Iac.3,12.

SALTO.

Dauid faltabat totis viribus ante Dominum. Porrò Dauid erat accinctus ephod lineo. 2.Regum 6,14.

Tempus plangendi, & tempus faltandi. Eccleſ.3,14.

Cum faltatrice ne affiduus fis: nec audias illam, ne fortè pereas in efficacia illius. Eccli.9,4.

Die autem natalis Herodis faltauit filia Herodiadis in medio, & placuit Herodi. Matth.14,6.

Cantauimus vobis tibiis, & non faltaftis. Lucæ 7,32.

SALTVS, *prop.*

Percuffit Adeodatus filius faltus polymitarius Bethleemites Goliath Gethæum. 2.Reg.21,19.

SALTVS, *appell.*

Ingreffus eft itaque populus faltum, & apparuit fluens mel. 1.Reg.14,26.

Multò plures erant quos faltus confumpferat de populo, quàm quos gladius vorauerat. 2.Regum 18,8.

Saltũ Carmeli eius ego fuccidi. 4.Reg.19,23.

Succiderunt faltum eius, ait Dominus, qui fupputari non poteft. Ier.46,23.

Ponam eam in faltum, & comedet eam beftia agri. Ofee 2,12.

SALVO, SALVS, SALVTARE.

In monte faluum te fac. Gen.19,17.

Per falutem Pharaonis non egrediemini hinc donec veniat frater vefter minimus. † 42,15.

Salus noftra in manu tua eft: refpiciat nos tantùm dominus nofter, & læti feruiemus regi. † 47,25.

SALVTARE tuum expectabo Domine. † 49,18.

Saluos faceret multos populos. † 50,20.

Factus eft mihi in falutem. Exod.15,3.

Receffit à Deo falutari fuo. Deut.32,15.

Clamauerunt ad Dominum, qui fufcitauit eis faluatorem, & liberauit eos, Othoniel. Iudic.3,9,15.

Si faluum facis per manum meam Ifrael, ficut locutus es, ponam hoc vellus lanæ in area. † 6,37.

Sitienfque valdè clamauit ad Dominum, & ait: Tu dedifti in manu ferui tui falutem hanc maximam atque victoriam: en fiti morior, incidámque in manus incircumcifforum. † 15,18.

Lætata fum in falutari tuo. 1.Reg.2,1.

Quis nos faluabit de manu deorum fublimium iftorum? † 4,8.

Ne ceffes clamare ad Dominum Deum noftrum, vt faluet nos de manu Philifthinorum. † 7,8.

Saluabit populum meum de manu Philifthinorum: quia refpexi populum meum. † 9,16.

Filij verò Belial dixerunt: Num faluare nos poterit ifte? & defpexerunt eum, & non attulerunt ei munera. † 10,29.

Cras erit vobis falus, cùm incaluerit fol. † 11,9.

Hodie fecit Dominus falutem in Ifrael. 13.

Non eft Domino difficile faluare vel in multis, vel in paucis. † 14,6.

Saluauit Dominus in die illa Ifrael. 23.

Viuit Dominus faluator Ifrael. 39.

Quia non in gladio, nec in hafta faluat Dominus: ipfius enim eft bellum, & tradet vos in manus noftras. † 17,47.

Nifi faluaueris te nocte hac, cras morieris. † 19,11.

Percuties Philifthæos, & Ceilam faluabis. † 23,2.

Saluauit Dauid habitatores Ceilæ. 5.

Saluauit manum tuam tibi. † 25,26.

Vt fugiam, & faluer in terra Philifthinorum. † 27,1.

Saluabo populum meum Ifrael de manu Philifthiim. 2.Reg.3,18.

Per falutem animæ tuæ. † 14,19. † 16,16.

Saluauit nos de manu Philifthinorum. † 19,9.

Salue, mi frater. † 20,9.

Cuncta enim falus mea, & omnis voluntas: nec eft quidquã ex ea quod non germinet. † 23,5.

Fecitque Dominus falutem magnam in die illa, & populus qui fugerat, reuerfus eft ad cæforum fpolia detrahenda. 10.

Per illam enim dedit Dominus falutem Syriæ. 4.Reg.5,1.

Mulier quædam exclamauit ad eum, dicens: Salua me Domine mi rex. † 6,26.

Non te faluat Dominus: vnde te poffum faluare? de area vel de torculari? 27.

Dedit Dominus Saluatorem Ifraeli, & liberatus eft de manu regis Syriæ. † 13,5.

Saluauit eos in manu Ieroboam filij Ioas. † 14,27.

Protegamque vrbem hanc, & faluabo eam propter me & propter Dauid feruum meum. † 19,14.

Dedit Dominus falutem magnam. 1.Par. 11,14.

Salua nos Deus faluator nofter, & congrega nos. † 16,35.

Sal-

Saluum conductum erubescit Esdras petere à rege. 1. Esd. 8, 22.
Dedisti nobis salutem sicut est hodie. † 9, 13.
Saluus perueniet filius noster. Tob. 5, 26.
Benedico te Deus Israel, quia tu castigasti me, & tu saluasti me. † 11, 17.
Castigauit nos propter iniquitates nostras: & ipse saluabit nos propter misericordiam suam. † 13, 5.
Non est qui possit tuæ resistere voluntati, si decreueris saluare Israel. Esth. 13, 9.
Cumque regio fulgeret habitu, & inuocasset omnium rectorem, & saluatorem Deum. † 15, 5.
Longè fient filij eius à salute, & conterentur in porta. Iob 5, 4.
Ipse erit saluator meus. † 13, 16.
Saluabitur innocens; saluabitur autem in mũditia manuum suarum. † 22, 30.
Velut nubes pertransiit salus mea. † 30, 15.
Non saluat impios, & iudicium pauperibus tribuit. † 36, 6.
Saluabit te de ore augusto latissimè. 16.
Et ego confitebor quòd saluare te possit dextera tua. † 40, 9
Non est salus ipsi in Deo eius. Psal. 3, 2.
Domini est salus, & super populum tuum benedictio tua. 9.
Exultabo in salutari tuo. † 9, 16.
Quis dabit ex Sion salutare Israel? † 13, 7. † 52, 7.
Deus salutis meæ. † 17, 47.
Magnificans salutes regis eius. 51.
Lætabimur in salutari tuo. † 19, 6.
Saluum fecit Dominus Christum suum. 7.
Lætabitur rex, & super salutare tuum exultabit vehementer. † 20, 2.
Protector saluationum Christi sui est. † 27, 8.
Dic animæ meæ: Salus tua ego sum. † 34, 3.
Salus autem iustorum à Domino. † 36, 39.
Saluauit eos, quia sperauerunt in eo. 40.
Salutare tuum dixi. † 39, 11.
Salutare vultus mei, & Deus meus. † 41, 7.
Saluasti enim nos de affligentibus nos. † 43, 8.
Illic iter quo ostendã illi salutare Dei. † 49, 23.
Vana salus hominis. † 59, 13.
Nónne Deo subiecta erit anima mea? ab ipso enim salutare meum. † 61, 2, 8.
Vt cognoscamus in terra viam tuam, in omnibus gentibus salutare tuum. † 66, 3.
Deus noster, Deus saluos faciendi. † 67, 21.
Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam. † 68, 2.
In veritate salutis tuæ. 14.
Deus saluam faciet Sion. 36.
Os meum annuntiabit iustitiam tuam, tota die salutare tuum. † 70, 15.
Deus autem rex noster ante sæcula operatus est salutem in medio terræ. † 73, 12.
Salutare tuum da nobis. † 84, 8.
Deus salutis meæ, in die clamaui & nocte coram te. † 87, 2.
Ostendam illi salutare meum. † 90, 16.
Saluauit sibi dextera eius. † 97, 1.
Notum fecit Dominus salutare suum. 2.
Saluauit eos propter nomen suum. † 105, 8.
Saluos nos fac Domine Deus noster. 47.
Saluum fac dextera tua. † 107, 8.
Vana salus hominis. 13.
Factus est mihi in salutem. † 117, 14.
Veniat super me misericordia tua Domine, salutare tuum secundùm eloquium tuũ † 118, 41.
Defecit in salutare tuum anima mea. 81.
Adiuua me, & saluus ero. 117.
Oculi mei defecerunt in salutare tuum. 123.
Longè à peccatoribus salus: quia iustificationes tuas non exquisierunt. 155.
Fiat manus tua vt saluet me. 173.
Expectabam salutare tuum. 166.
Qui das salutem regibus. † 143, 10.
Saluos faciet eos. † 144, 19.
Semen autem iustorũ saluabitur. Prou. 11, 21.
Erit salus vbi multa consilia sunt. † 24, 6.
Neque saluabit impietas impium. Eccles. 8, 8.
Mirabuntur in subitatione insperatæ salutis. Sap. 5, 2.
Super salutem & speciem dilexi illam. † 7, 10.
Potens es ex omnibus saluare. † 14, 4.
Signum habentes salutis ad commemorationem mandati legis tuæ. † 16, 6.
Qui enim conuersus est, non per hoc quod videbat, sanabitur, sed per te omnium saluatorẽ. 7.
Iudicium patris audite filij, & sic facite, vt salui sitis. Eccli. 3, 2.
Salus animæ in sanctitate iustitiæ; melior est omni auro & argento, & corpus validum quàm census immensus. † 30, 15.
In ira flammæ deuoretur qui saluatur. † 36, 11.
Non est minoratio in salute ipsius. † 39, 23.
Ecce Deus saluator meus, fiducialiter agam, & non timebo. Isaiæ 12, 2.
• Clamabunt enim ad Dominum à facie tribulantis, & mittet eis saluatorem, & propugnatorem, qui liberet eos. † 19, 20.
Saluator ponetur in ea murus & antemurale. † 26, 1.
Concepimus, & quasi parturiuimus, & peperimus spiritum: salutes non fecimus in terra. 18.
Deus ipse veniet & saluabit vos. † 35, 4.
Ego sum, ego sum Dominus, & non est absque me saluator. † 43, 11.
Israel saluatus est in Domino salute æterna. † 45, 17.
Rogant Deum non saluantem. 20.
Non est vltrà Deus absque me? Deus iustus & saluans non est præter me. 21.
Non potuerunt saluare portantem. † 46, 2.

Salus mea non morabitur. Dabo in Sion salutem. 13.

In die salutis auxiliatus sum tui. † 49,8.

Quod ablatum fuerit à robusto saluabitur: eos verò qui iudicauerunt te, ego iudicabo, & filios tuos ego saluabo. 25.

Salus autem mea in sempiternum erit, & iustitia mea non deficiet. † 51, 6.

Custodite iudicium, & facite iustitiam: quia iuxtà est salus mea vt veniat & iustitia mea vt reueletur. † 56, 1.

Scies quia ego Dominus saluans te, & redemptor tuus fortis Iacob. † 60,16.

Propter Sion non tacebo, & propter Ierusalem non quiescam, donec egrediatur vt splendor iustus eius, & saluator eius vt lampas accendatur. † 62,1.

Dicite filiæ Sion: Ecce saluator tuus venit: ecce merces eius cum eo, & opus eius coram illo. 11.

Ego qui loquor iustitiam, & propugnator sum ad saluandum. † 63,1.

Saluauit mihi brachium meum, & indignatio mea ipsa auxiliata est mihi. 5.

Verumtamen populus meus est, filij non negantes: & factus est eis saluator: in omni tribulatione eorum non est tribulatus, & angelus faciei eius saluauit eos. 9.

Verè in Domino Deo nostro salus Israël. Ierem. 3, 23.

Laua à malitia cor tuum Ierusalem vt salua fias. † 4, 14.

Transiit messis, finita est æstas, & nos saluati non sumus. † 8, 20.

Clamabunt ad deos quibus libant, & non saluabunt eos in tempore afflictionis eorũ. † 11, 12.

Saluabitur Iuda, & Israel habitabit confidenter. † 23, 6.

Peribit fuga à pastoribus, & saluatio ab optimatibus gregis. † 25, 35.

Saluabo te de terra longinqua, & semen tuum de terra captiuitatis eorum. † 30, 10.

Salua Domine populum tuum, reliquias Israel. † 31, 7.

Saluabitur Iuda, & Israel habitabit confidenter. † 33, 16.

Dabo tibi animam tuam in salutem, in omnibus locis ad quæcumque perrexeris. † 45, 5.

Saluum te faciam de longinquo, & semen tuum de terra captiuitatis tuæ, & reuertetur Iacob & requiescet. † 46, 28.

Fugite, saluate animas vestras: & eritis quasi myricæ in deserto. † 48, 6.

Bonum est præstolari cum silentio salutare Dei. Thren. 3, 26.

Captiuitatem vestram à Deo: sic videbunt & in celeritate salutem vestram à Deo, quæ superueniet vobis cum honore magno, & splendore æterno. Baruch 4, 24.

Tamen relinquetur in ea saluatio educentium filios & filias. Ezech. 14, 22.

Saluabo gregem meum, & non erit vltra in rapinam. † 34, 22.

Saluos eos faciam de vniuersis sedibus in quibus peccauerunt, & emundabo eos, & erunt mihi populus. † 37, 23.

Ipse liberator atque saluator, faciens signa & mirabilia in cælo & in terra. Dan. 6, 27.

Saluabitur populus tuus, omnis qui inuentus fuerit scriptus in libro. † 12, 1.

Domui Iuda miserebor, & saluabo eos in Domino Deo suo. Osee 1, 7.

Deum absque me nescies, & saluator non est præter me. † 13, 4.

Vbi est rex tuus? maximè nunc saluet te in omnibus vrbibus tuis. 10. † 14, 4.

In monte Sion erit saluatio, & erit sanctus. Abd. v. 17.

Ascendent saluatores in montem Sion, iudicare montem Esau, & erit Domino regnum. 21.

Vox Domini ad ciuitatem clamat, & salus erit timentibus nomen tuum. Mich. 6, 9.

Ego autem ad Dominum aspiciam, expectabo Deum saluatorem meum. † 7, 7.

Egressus es in salutem populi tui, in salutem cum Christo tuo. Hab. 3, 13.

Saluabo populum meum de terra Orientis & de terra Occasus solis. Zach. 8, 7.

Saluabit eos Dominus Deus eorum in die illa, vt gregem populi sui. † 9, 16.

Confortabo domum Iuda & domum Ioseph saluabo: & conuertam eos, quia miserebor eorum. † 10, 6.

Saluabit Dominus tabernacula Iuda, sicut in principio. † 12, 7.

Directa est salus in manu eius. 1 Mach. 3, 6.

Mementote qualiter salui facti sunt patres nostri in Mari rubro, cùm sequeretur eos Pharao. † 4, 9.

Ipsi autem non erant de semine virorum illorum, per quos salus facta est in Israel. † 5, 62.

Fratribus qui sunt per Aegyptum, Iudæis, salutem dicunt fratres qui sunt in Ierosolymis. 2. Mach. 1, 1.

Vocauit rex matrem, & suadebat ei vt adolescenti fieret in salutem. † 7, 25. † 12, 46.

Vocabis nomen eius Iesum: ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorũ. Mat. 1, 21.

Qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. † 10, 22.

Venit enim filius hominis saluare quod perierat. † 18, 11.

Quis ergo poterit saluus esse? † 19, 25. Mar. 10, 25

Salua temetipsum, si filius Dei es, descende de cruce. † 27, 40, 41.

Exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. Lucæ 1, 47.

Erexit

Erexit cornu salutis nobis in domo Dauid pueri sui. 69.

Quia viderunt oculi mei salutare tuum. † 2,30

Domine, si pauci sunt, qui saluantur? † 13,23.

Hodie salus domui huic facta est: eò quòd & ipse sit filius Abrahæ. † 19,9.

Non enim misit Deus Filium suum in mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Ioan. 3,17.

Salus ex Iudæis est. † 4,22.

Ipsi enim audiuimus, & scimus quia hic est verè Saluator mundi. 42.

Ego autem non ab hominibus testimonium accipio: sed hæc dico vt vos salui sitis. † 5,34.

Per me si quis introierit, saluabitur. † 109.

Pater, saluifica me ex hac hora. † 12,27,4.

Et exhortabatur eos, dicens: Saluamini à generatione ista praua. Act. 2,40.

Dominus autem augebat qui salui fierent quotidie in idipsum. Act. 2,47.

Existimabant autem intelligere fratres, quoniam Deus per manum ipsius daret salutem illis: at illi non intellexerunt. † 7,25.

Eduxit Israel Saluatorem Iesum, prædicante Ioanne ante faciem aduentus eius. † 13,23.

Vobis verbum salutis huius missum est. 26.

Isti homines serui Dei excelsi sunt qui annuntiant vobis viam salutis. † 16,17.

Domini, quid me oportet facere, vt saluus fiam? 30.

Et tempestate non exigua imminente iam ablata erat spes omnis salutis nostræ. † 27,20.

Gentibus missum est hoc salutare Dei, & ipsi audient. † 28,28.

Multò igitur magis nunc iustificati in sanguine ipsius, salui erimus ab ira per ipsum. Rom. 5,9.

Illorum delicto, salus est Gentibus, vt illos æmulentur. † 11,11.

Nunc enim propior est nostra salus quàm cùm credidimus. † 13,11.

Salutate inuicem in osculo sancto. Salutant vos omnes Ecclesiæ Christi. † 16,16.

Si cuius opus arserit, detrimentum patietur: ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. 1. Cor. 3,15.

Tradere huiusmodi satanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die Domini nostri Iesu Christi. † 5,5.

Vnde enim scis mulier si virum saluum facies? † 7,16.

Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. 2. Cor. 6,2.

Gratia enim estis saluati per fidem, & hoc non ex vobis; Dei enim donum est. Ephes. 2,8.

Cum metu & tremore vestram salutem operamini. Philip. 2,12.

Saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum? † 3,20.

Charitatem veritatis non receperunt, vt salui fierent. 2. Thess. 2,10.

Qui omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. 1. Tim. 2,4.

Qui est saluator omnium hominum, maximè fidelium. † 4,10.

Saluum faciet in regnum suum cæleste. 2. Timoth. 4,18.

Quando nos effugiemus si tantam neglexerimus salutem? Heb. 2,3.

Factus est omnibus obtemperantibus sibi, causa salutis æternæ. † 5,9.

Saluare in perpetuum potest accedentes per semetipsum ad Deum. † 7,25.

Qui in virtute Dei custodimini per fidem in salutem, paratam reuelari in tempore nouissimo. 1. Pet. 1,5.

Reportantes finem fidei vestræ salutem animarum. 9.

Si iustus vix saluabitur; impius & peccator vbi parebunt. † 4,18.

Testificamur quoniam Pater misit Filium suum saluatorem mundi. 1. Ioan. 4,14.

Iesus populum de terra Aegypti saluans, secundò eos, qui non crediderunt, perdidit. Iudæ v. 5.

Hos quidem arguite iudicatos: illos verò saluate, de igne rapientes. 23.

Salus Deo nostro, qui sedet super thronum, & Agno. Apoc. 7,10.

Nunc facta est salus, & virtus, & regnum Dei nostri, & potestas Christi eius. † 12,10.

Salus, & gloria, & virtus Deo nostro est. † 19,1.

SALVTO.

Salutaueruntque se verbis pacificis. Exo. 18,7. Iudic. 18,15.

Cùmque te salutauerint, dabunt tibi duos panes, & accipies de manu eorum. 1. Reg. 10,4.

Salutabitis eũ ex nomine meo pacificè. † 25,5.

Salutauit eos pacificè. † 30,21.

Misit Thou Ioram filium suum ad Dauid, vt salutaret eum, congratulans, & gratias ageret, eò quòd expugnasset Adarezer. 2. Reg. 8,10.

Salue rex, salue rex. † 16,16.

Salue mi frater. † 20,9.

Si salutauerit te quispiam, non respondeas illi: & pones baculum meum super faciem pueri. 4. Reg. 4,29.

Descendimus ad salutandos filios regis, & filios reginæ. † 10,13.

Amicum salutarẽ non confundar, à facie illius non me abscondam. Eccli. 22,31.

A salutantibus de silentio. † 41,25.

Si salutaueritis fratres vestros tantùm, quid amplius facitis? nónne & Ethnici hoc faciunt? Matth. 5,47.

Salutate eam, dicentes: Pax huic domui. † 10,12.

Et

Et primas cathedras in synagogis,& salutationes in foro,& vocari ab hominibus Rabbi.† 23,7.

Omnis populus videns Iesum, stupefactus est, & expauerunt, & accurrentes salutabant eum. Mar.9,14.

Vt audiuit salutationem Mariæ Elisabeth,exultauit infans in vtero eius. Luc.1,41.

Neminem per viam salutaueritis. † 10,4.

Attendite à Scribis, qui volunt ambulare in stolis,& amant salutationes in foro,& primas cathedras in synagogis,& primos discubitus in conuiuiis. † 20,46.

Salutauit Ecclesiam,& descendit Antiochiam. Act.18,22.

Salutate Priscam & Aquilam, adiutores meos in Christo Iesu. Rom.16,3.

Salutant vos Ecclesiæ Asiæ. 1.Cor.10,19.

Salutatio mea manu Pauli. † 16,21.

Salutat vos Epaphras. Col.4,12.

Saluta eos qui nos amant in fide. Tit.3,15.

Salutant vos de Italia fratres. Heb.13,24.

Salutat vos Ecclesia,quæ est in Babylone coëlecta,& Marcus filius meus. 1.Pet.5,13.

Salutant te amici. Saluta amicos nominatim. 3.Ioan.v.14.

SAMAA.

Blasphemauit Israel: percussit autem eum Ionathan filius Samaa fratris Dauid.3.Reg.21,21.

SAMARIA, SAMARITANVS.

Cepit rex Assyriorum Samariam, & transtulit Israel in Assyrios: posuitque eos in Hala. 4.Regum 17,6.

Dixit coram fratribus suis, & frequentia Samaritanorum. 2.Esd.4,2.

Soror tua maior Samaria, ipsa & filiæ eius. Ezech.16,46.

Samaria Oolla,& Ierusalem Ooliba. † 23,4.

Proiectus est vitulus tuus Samaria, iratus est furor meus in eos. Osee 8,5.

Ponam Samariam quasi aceruum lapidum in agro cùm plantatur vinea. Mich.1,6.

In viam Gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis. Matth.10,5.

Samaritanus quidam iter faciens, venit secus eum, & videns eum, misericordia motus est. Luc.10,33.

Venit mulier de Samaria haurire aquam. Ioan.4,7.

Nónne benè dicimus nos quia Samaritanus es tu,& dæmonium habes? † 8,48.

SAMSON.

Vocauit nomen eius Sampson, &c. cœpitque Spiritus Domini esse cum eo. Iudic.13,24.

Deficiet enim me tempus enarrantem de Gedeon,Barac,Samson,Iephte, Dauid, Samuel & Prophetis. Heb.11,32.

SAMVEL.

Vocauitque nomen eius Samuel, eò quòd à Domino postulasset eum. 1.Regum 1,20.

Mortuus est autem Samuel,&c.& planxerunt eum, & sepelierunt eum in domo sua. † 25,1.

Samuel inter eos qui inuocat nomen eius. Psal.98,6.

Dilectus à Domino Deo suo Samuel propheta Domini. Eccli.46,16.

Si steterit Moyses & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum. Ierem.15,1. Act.13,20. Heb.11,32.

SANCTIFICO.

Sanctifica mihi omne primogenitum. Exodi 13,2.

Sanctifica illos hodie & cras, lauentque vestimenta sua. † 19,10.

Sanctificabis eos eleuans coram Domino. † 29,23.

Sanctificabitur altare in gloria mea. 43.

Sanctificabor in iis qui appropinquant mihi. Leuit.10,3.

Ne polluatis nomen meum sanctum, vt sanctificer in medio filiorum Israel. Ego Dominus qui sanctifico vos, & eduxi de terra Aegypti, vt essem vobis in Deum. † 22,32.

Sanctificaui mihi quidquid primùm nascitur in Israel. Num.3,13.

Sanctificaui eos mihi; & tuli Leuitas pro cunctis primogenitis filiorum Israel. † 8, 18.

Sanctificamini,cras comedetis carnes:ego enim audiui vos dicere: Quis dabit nobis escam carnium? benè nobis erat in Aegypto. † 11,18.

Sanctificata sunt in mortibus peccatorum. † 36,37.

Quia non credidistis mihi, vt sanctificaretis me coram filiis Israel, non introducetis hos populos in Terram quam dabo eis. † 20,12.

Quæ autem sanctificaueris & voueris Domino, tolles & venies ad locum quem elegerit Dominus: & offeres oblationes tuas. Deut.12,27.

Sanctificamini in crastinum. Ios.5,13.

Sanctificauerunt, vt custodiret arcam Domini. 1.Reg.7,1.

Si hæc iniquitas est in populo tuo, da sanctitatem. † 14,41.

Sanctificamini,& venite mecum vt immolem. † 16,5.

Dedit ergo ei sacerdos sanctificatum panem. † 21,6.

Quæ & ipsa sanctificauit rex Dauid Domino cum argento & auro quæ sanctificauerat de vniuersis gentibus quas subegerat. 2.Reg.8,11.

Statimque sanctificata est ab immunditia sua. † 11,4.

Intulit quæ sanctificauerat Dauid pater suus, argentum & aurum,& vasa.3.Reg.7,51.† 15,15.

Sanctificauit rex medium atrij. † 8,64.

Sanctificaui domum hanc. † 9,3.

Sanctificate diem solemnē Baal.4.Reg.10,20.

Tulit

Tulit Ioas rex Iuda omnia sanctificata, quæ consecrauerant Iosaphat, & Ioram, & Ochozias. † 12,18.

Vos qui estis principes familiarum Leuiticarum, sanctificamini cum fratribus vestris, & afferte arcam Domini Dei Israel. 1. Par. 15, 12.

Super thesauros sanctorum, quæ sanctificauit Dauid rex. 1. Par. 26, 26

Sanctificauerant ea per manum Selemith, & fratrum eius. 28.

Non habitabit vxor mea in domo Dauid regis Israel, eò quòd sanctificata sit, quia ingressa est in eam arca Domini. 2. Par. 8, 11.

Audite me Leuitæ, & sanctificamini, mundate domum Domini. † 29, 5.

Sanctificaueruntque Domino boues sexcentos. 33.

Leuitæ faciliori ritu sanctificantur quàm sacerdotes. 34.

Aedificauerunt portam gregis, & sanctificauerunt eam, & statuerunt valuas eius. 2. Esd. 3, 1.

Leuitæ interpretantes vniuerso populo: Dies sanctificatus est Domino Deo nostro, nolite lugere, & nolite flere. † 8, 9.

Sanctificabant Leuitas, & Leuitæ sanctificabant filios Aaron. † 12, 46.

Vt domus tua in sanctificatione tua permaneat. Iudith 9, 18.

Mittebatque ad eos Iob, & sanctificabat illos. Iob 1, 5.

Confitemini memoriæ sanctitatis eius. Psalmo 29, 5.

Sanctificauit tabernaculum suum Altissimus. † 45, 5.

Induxit eos in montem sanctificationis suæ, montem quem acquisiuit dextera eius. † 77, 54.

Aedificauit sicut vnicornium sanctificium suum. 69.

Domum tuam decet sanctitudo in longitudinem dierum. † 92, 5.

Sanctimonia & magnificentia in sanctificatione eius. † 95, 6.

Facta est Iudæa sanctificatio eius, Israel potestas eius. † 113, 2.

Super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea. † 131, 18.

Magnificentiam gloriæ sanctitatis tuæ loquentur. † 144, 5.

Sicut enim in conspectu eorum sanctificatus es in nobis, sic in conspectu nostro magnificaberis in eis. Eccli. 36, 4.

Cum viro irreligioso tracta de sanctitate. † 37, 12.

Vt conderet domum in nomine suo, & pararet sanctitatem in sempiternum. † 47, 15.

Deus sanctus sanctificabitur in iustitia. Isa. 5, 16.

Ipse pauor vester, ipse terror vester. Et erit vobis in sanctificationem. † 8, 14.

Ego mandaui sanctificatis meis, & vocaui fortes meos in ira mea, exultantes in gloria mea. † 13, 13.

Erunt negotiationes eius, & mercedes eius sanctificatæ Domino: non condentur neque reponentur. † 23, 18.

Sanctificabunt sanctum Iacob, & Deum Israel prædicabunt. † 29, 23.

Quasi nihilum possederunt populum sanctum tuum: hostes nostri conculcauerunt sanctificationem tuam. † 63, 18.

Domus sanctificationis nostræ, & gloriæ nostræ, vbi laudauerunt te patres nostri, facta est in exustionem ignis. † 64, 11.

Priusquam te formarem in vtero, noui te: & antequam exires de vulua sanctificaui te. Ier. 1, 5

Sanctificate super eam bellum: consurgite. † 6, 4.

Congrega eos quasi gregem ad victimam, & sanctifica eos in die occisionis. † 12, 3.

Solium gloriæ altitudinis à principio, locus sanctificationis nostræ. † 17, 12.

Sanctificabo super te, interficientem virum & arma eius. † 22, 7.

Sanctificate contra eam Gentes, reges Mediæ, duces eius. † 51, 28.

Venerunt alieni super sanctificationem domus Domini. 51.

Ero eis in sanctificationem modicam in terris ad quas venerunt. Ezech. 11, 16.

Et scirent quia ego Dominus sanctificans eos. † 20, 12.

Sanctificabor in vobis in oculis nationum. 41.

In multitudine iniquitatum tuarum, & iniquitate negotiationis tuæ polluisti sanctificationem tuam. † 28, 18.

Sanctificabo nomen meum magnum, quod pollutum est inter Gentes. † 36, 23.

Dabo sanctificationem meam in medio eorum in perpetuum. † 37, 26.

Et sanctificatus fuero in eis, in oculis gentium plurimarum. † 39, 27.

Et erit ex omni parte sanctificatum quingentos per quingentos. † 45, 2.

Erit eis locus in domos, & in sanctuarium sanctitatis. 4.

Sanctificate ieiunium, vocate cœtum, congregate senes. Ioel. 1, 14.

In Bethel non adiicies vltrà, vt prophetes; quia sanctificatio regis est, & domus regni est. Amos 7, 13.

Si quis non dederit in ore eorum quippiam, sanctificant super eum prælium. Mich. 3, 5.

Præparauit Dominus hostiam, sanctificauit Dominus vocatos suos. Soph. 1, 7.

Si tulerit homo carnem sanctificatam in ora vestimenti sui. Agg. 2, 13.

Numquid flendum est mihi in quinto mense

vel sanctificare me debeo, sicut iam feci multis annis? Zach.7,3.

Erit omnis lebes in Ierusalem, & in Iuda sanctificatus Domino exercituum. † 14,21.

Contaminauit Iudas sanctificationem Domini, quam dilexit. Mal.2,11.

Intrauit [Antiochus] in sanctificationem cum superbia, & accepit altare aureum, & candelabrum luminis, & vniuersa vasa eius. 1.Mach.1,23.

Et effuderunt sanguinem innocentem per circuitum sanctificationis, & contaminauerunt sanctificationem. † 39.

Sanctificatio eius desolata est sicut solitudo. 41.

Viderunt sanctificationem desertam, & altare profanatum, & portas exustas, & in atriis virgulta nata. † 4,38.

Quid enim maius est, donum, an altare quod sanctificat donum? Matth.23,19.

Quem Pater sanctificauit, & misit in mundum, vos dicitis: Quia blasphemas. Ioan.10,36.

Ascenderunt multi Ierosolymam de regione, ante Pascha, vt sanctificarent seipsos. † 11,55.

Sanctifica eos in veritate. † 17,17.

Pro eis ego sanctifico meipsum, vt sint & ipsi sanctificati in veritate. 19.

Qui potens est ædificare, & dare hereditatem in sanctificatis omnibus. Act.20,32.

His assumptis, sanctifica te cum illis: & impende in illis, vt radant capita. † 21,24.

Secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Christi. Rom.1,4.

Liberati à peccato, serui autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem verò vitam æternam. † 6,22.

Sanctificatis in Christo Iesu, vocatis sanctis. 1.Cor.1,12.

Et hæc quidam fuistis: sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine Domini Iesu. † 6,11.

Sanctificatus est enim vir infidelis per mulierem fidelem. † 7,14.

Viri diligite vxores vestras sicut Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret. Ephes.5,26.

Ad confirmanda corda vestra sine querela in sanctitate. 1.Thess.3,13.

Hæc est enim voluntas Dei sanctificatio vestra, vt abstineatis vos à fornicatione. † 4,3.

Ipse autem Deus pacis sanctificet vos per omnia. † 5,22.

Sanctificatur enim per verbum Dei & orationem. 1.Tim.4,5.

Qui enim sanctificat, & qui sanctificantur, ex vno omnes. Heb.2,11.

In qua voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel. † 10,10.

Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum. † 12,14.

In sanctificationem spiritus, in obedientiam & aspersionem sanguinis Iesu Christi. 1.Pet.1,2.

Dominum autem Christum sanctificate in cordibus vestris. † 3,15.

Qui habet hanc spem in eo, sanctificat se, sicut & ille sanctus est. 1.Ioan.3,3.

SANCTVARIVM.

Sanctuarium tuum Domine, quod firmauerunt manus tuæ. Exod.15,17.

Facientque mihi sanctuarium, & habitabo in medio eorum. 25,8.

Sanctuarium, & sanctuarij sanctuaria diuidentur. † 26,33. † 30,34.

Loquere ad Aaron fratrem tuum ne omni tempore ingrediatur sanctuarium. Leuit.16,2

Profectique sunt & Caathitæ portantes sanctuarium. Num.10,21.

Ædificate sanctuarium Domino Deo, vt introducatur arca fœderis Domini, & vasa Domino consecrata, in domum quæ ædificatur nomini Domini. 1.Par.22,19.

Extruxerunt in illa sanctuarium nomini tuo, dicentes: Si irruerint super nos mala. 2.Par.20,8.

Venite ad sanctuarium eius, quod sanctificauit in æternum. † 30,8.

Donec intrem in sanctuarium Dei, & intelligam in nouissimis eorum. Psal.72,17.

Incenderunt igni sanctuarium tuum. † 73,7.

Vidit Gentes ingressas sanctuarium suum, de quibus præceperas ne intrarent in Ecclesiam tuam. Thren.1,10.

Dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnium platearum? † 4,1.

A sanctuario meo incipite. Ezech.9,6.

Stilla ad sanctuaria, & propheta contra humum Israel. † 21,2.

Sanctuaria mea spreuisti, & sabbata mea polluisti. † 22,8.

Polluerunt sanctuarium meum in die illa, & sabbata mea profanauerunt. † 23,38.

Ecce ego polluam sanctuarium meum, superbiam imperij vestri, & desiderabile oculorum vestrorum. † 24,21.

Et in die introitus sui ad sanctuariũ ad atrium interius, vt ministret mihi in sanctuario, offeret pro peccato suo. † 44,27

Ostende faciem tuam super sanctuarium tuum quod desertum est. Dan.9,17.

Polluent sanctuarium fortitudinis. † 11,31.

SANCTVM, SANCTVS.

Sculpes opere cælatoris, Sanctum Domino. Exod.28,36.

Septem diebus expiabis altare, & sanctificabis, & erit Sanctum sanctorum: omnis qui tetigerit illud sanctificabitur. † 29,37.

Sanctificabisque omnia, & erunt Sancta sanctorum: qui tetigerit ea, sanctificabitur. † 30,29.

San-

Sancti estote, quia ego sanctus sum. Leuit. 11,44.

In sanguine purificationis suæ: omne sanctum non tanget, nec ingredietur in sanctuarium. † 12,4. † 16,4.

Sancti estote, quia ego sanctus sum, Dominus Deus vester. † 19,2.

Omnibus diebus separationis suæ [Nazaræus] sanctus erit Domino. Num 6,8.

Sanctos applicabit sibi, & quos elegerit, appropinquabunt ei. † 16,5.

Sanctum iure perpetuo. † 19,10.

Populus sanctus es Domino Deo tuo. Deuter. 14,2.

Et cum eo sanctorum millia. † 33,2.

Omnes sancti in manu illius sunt. 3.

Solue calceamentum tuum de pedibus tuis; locus enim in quo stas, sanctus est. Ios. 5,15.

Non est sanctus vt est Dominus. 1. Reg. 2,2.

Pedes sanctorum suorum seruabit. 9.

Quis poterit stare in conspectu Domini Dei sancti huius? † 6,20.

Non habeo laicos panes ad manum, sed tantùm panem sanctum. † 21,4.

Intulerunt sacerdotes arcam, &c. in sanctum sanctorum, subter alas cherubim. 3. Reg. 8,6.

Animaduerto quòd vir Dei sanctus est iste, qui transit per nos frequenter. 4 Reg. 4,9.

Omnem pecuniam sanctorum, quæ illata fuerit in templum Domini à prætereuntibus. † 12,4.

Eleuasti in excelsum oculos tuos? contra sanctum Israel. 4. Reg. 19,22.

Super thesauros sanctorum, quæ sanctificauit Dauid rex. 1. Par. 26,26.

Et in thesauros sanctorum. † 28,12.

Fecit quoque domum Sancti sanctorum. 2. Par. 3,8.

Decimasque sanctorum, quæ vouerant Domino Deo suo. † 31,6.

Vt non comederent de sancto sanctorum, donec surgeret sacerdos doctus atque perfectus. 1. Esd. 2,63. † 2,7,65.

Vos sancti Domini, & vasa sancta. † 8,28.

Sanctus dies Domini est, & nolite contristari: gaudium etenim Domini est fortitudo nostra. 2. Esd. 8,10.

Filij sanctorum sumus. Tob. 2,17.

Filij quippe sanctorum sumus, & non possumus ita coniungi, sicut gentes quæ ignorant Deum. Tob. 8,5.

Sancta eorum in pollutionem. Iudith 4,10.

Faciem sanctorum tuorum attende. † 6,15.

Ora pro nobis, quoniam mulier sancta es, & timens Deum. † 8,29.

Qui promittunt se violare sancta tua. † 9,11.

Sit nomen tuum in numero sanctorum & iustorum. † 10,8.

Sancta Domini Dei sui, quæ præcepit Deus non contingi. † 11,12.

Erat autem populus iucundus secundùm faciem sanctorum. † 16,24.

Dies autem victoriæ huius festiuitatis, ab Hebræis in numero sanctorum dierum accipitur, & colitur à Iudæis. 31.

Voca ergo, si est qui tibi respondeat, & ad aliquem sanctorum conuertere. Iob 5,1.

Inter sanctos eius nemo est immutabilis. † 15,15.

Saluum me fac Domine, quoniam defecit sanctus, quoniam diminutæ sunt veritates à filiis hominum. Psal. 11,2.

Nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. † 15,10.

Cum sancto sanctus eris, & cum viro innocente innocens eris; & cum electo electus eris, & cum peruerso peruertêris. † 17,26.

In sancto habitas, laus Israel. † 21,4.

Pro populo, qui à sanctis longè factus est. Titulus Psalmi 55.

Deus locutus est in sancto suo. † 59,8.

In terra deserta, inuia & inaquosa, sic in sancto apparui tibi. † 62,3.

Replebimur in bonis domus tuæ, sanctum est templum tuum, mirabile in æquitate. † 64,5.

Psallam tibi in cithara sanctus Israel. † 70,22.

In sancto via tua. † 76,14.

Sanctum Israel exacerbauerunt. † 77,41.

Super sanctos suos, & in eos qui conuertuntur ad cor. † 84,9.

Custodi animam meam, quoniam sanctus sum. † 84,1.

Deus qui glorificatur in consilio sanctorum. † 88,8.

Sancti Israel regis nostri. 20.

Semel iuraui in sancto meo. 36.

Sanctum & terribile nomen eius. † 110,10.

Sancti tui exultent. † 131,9,16.

Et sancti tui benedicant tibi. † 144,10.

Sanctus in omnibus operibus suis. 13.

Laus eius in Ecclesia sanctorum. † 149,1.

Gloria hæc est omnibus sanctis eius. 9. † 150,1.

Vias sanctorum custodiens. Prou. 2,8.

Ruina est homini deuorare sanctos, & post vota retractare. Prou. 20,25.

Vidi impios sepultos: qui etiam cùm adhuc viuerent, in loco sancto erant, & laudabuntur in ciuitate quasi iustorum operum, sed & hoc vanitas est. Eccles. 8,10.

Quoniam gratia Dei, & misericordia in sanctos eius, & respectus in electos illius. Sap. 4,14.

Quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est. † 5,5.

Est enim in illa Spiritus intelligentiæ, sanctus, vnicus, multiplex, subtilis. † 7,22.

Sanctis autem tuis maxima erat lux. † 18,1.

Nominatio verò Dei non sit assidua in ore tuo, & nominibus sanctorum non admiscearis: quoniam non eris immunis ab eis. Eccli.23,10.

In plenitudine sanctorum detentio mea. † 24,16.

Homo sanctus in sapientia manet sicut sol, nam stultus sicut luna mutatur. † 27,12.

Cum viro sancto assiduus esto, quemcumque cognoueris obseruantem timorem Dei, cuius anima est secundùm animam tuam: & qui cùm titubaueris in tenebris, condolebit tibi. Cor boni consilij statue tecum. † 37,15.

Hæc omnia sanctis in bona, sic & impiis & peccatoribus in mala conuertentur. † 39,32.

In fide & lenitate ipsius sanctum fecit illum, & elegit eum ex omni carne. † 45,4.

Principem sanctorum, & gentis suæ, vt sit illi & semini eius sacerdotii dignitas in æternum. 30.

Sanctus vocabitur omnis qui scriptus est in vita in Ierusalem. Isaiæ 4,3.

Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus exercituum. † 6,3.

Erit lumen Israel in igne, & sanctus eius in flamma. † 10,17.

Magnus in medio tui sanctus Israel. † 12,6.

Cùm apparuerit quòd laborauit Moab super excelsis suis, ingredietur ad sancta sua vt obsecret, & non valebit. † 16,12.

Misereamini impio, & non discet iustitiam: in terra sanctorum iniqua gessit, & non videbit gloriam Domini. † 26,10.

Cesset à facie nostra sanctus Israel. † 30,11.

Hæc dicit Dominus redemptor vester, sanctus Israel. † 43,14.

De ciuitate enim sancta vocati sunt, & super Deum Israel constabiliti sunt. † 48,2.

Et vocaueris sabbatum delicatum, & sanctum Domini gloriosum. † 58,13.

Afflixerunt spiritum sancti eius. † 63,10.

Sanctus Israel Domino, primitiæ frugum eius: omnes qui deuorant eum delinquunt. Ier.2,3.

Numquid carnes sanctæ auferent à te malitias tuas, in quibus gloriata es. † 11,15.

Sancti pro nobis orant. Si steterit Moyses & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum: eiice illos à facie mea. Ierem.15,1.

Hic est qui multùm orat pro populo, & vniuersa sancta ciuitate, Ieremias propheta Dei. 2.Mach.15,14.

Phialas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorum. Apoc 5,8.

Vt daret de orationibus sanctorum omnium super altare aureum, quod est ante thronum Dei. † 8,3.

Propter eorum preces multa nobis largitur Deus, quamuis illi vita functi sint. BENEDICENTVR in semine tuo omnes gentes terræ, eò quod obedierit Abraham voci meæ, & custodierit præcepta & mandata mea. Gen.26,5.

Recordare Abraham, Isaac, & Israel, seruorum tuorum, quibus iurasti per temetipsum. Exod.32,13.

In diebus tuis non faciam, propter Dauid patrem tuum. 3.Reg 11,12.

Protegam ciuitatem istam, vt saluem eam propter me, & propter Dauid seruū meū. Isa.37,35.

Sanctum Domini, non euelletur & non destruetur vltrà in perpetuum. † 31,40.

Sanctum meum violasti in omnibus offensionibus tuis. Ezech.5,11.

Inter sanctum & profanum non habuerunt distantiam. † 22,26.

Quando congregauero domum Israel de populis, in quibus dispersi sunt, sanctificabor in eis coram gentibus. † 28,25.

Qui appropinquant ad Dominum in sancta sanctorum, & oblationem pro peccato † 42,13.

Ista est lex domus in summitate montis, omnis finis eius in circuitu, sanctum sanctorum est. † 43,12.

Quòd autem vidit rex vigilem & sanctum descendere de cælo. Dan.4,20.

Dixit vnus sanctus alteri nescio cui loquenti: Vsquequò visio & iuge sacrificium? † 8,13.

Et vngatur sanctus sanctorum. † 9,24.

Periit sanctus de terra, & rectus in hominibus non est. Mich.7,2.

Numquid tu à principio Domine Deus meus sancte meus, & non moriemur? Habac.1,12.

Et veniet Dominus Deus meus, omnesque sancti eius cum eo. Zach.14,5.

Erit quod super frenum equi est, sanctum Domino. 20.

Sancta nostra, & pulchritudo nostra, & claritas nostra desolata est, & coinquinauerunt ea gentes. 1.Mach 2,12.

Iussit coinquinari sancta, & sanctum populum Israel. 46

Sancta in manu extraneorum facta sunt: templum eius sicut homo ignobilis. † 2,8.

Sancta tua conculcata sunt & contaminata sunt. † 3,51.

Aedificauerunt sancta & quæ intra domum erant intrinsecus, & ædem & atria sanctificauerunt. † 4,48.

Et Ierusalem sit sancta, & libera cum finibus suis. † 10,31.

Sancta glorificauit, & multiplicauit vasa sanctorum. † 14,15.

Restiterunt aduersariis gentis suæ, vt starent sancta ipsorum & lex.29.

Scelestis manibus sumens sancta vasa. 2 Machab.5,16.

Pacem simulans, quieuit vsque ad diem sanctum sabbati, & tunc feriatis Iudæis, arma capere suis præcepit. 25.

Sancte sanctorum omnium Domine, conserua in æternum impollutam domum istam, quæ nuper mundata est. † 14,36.

Nolite dare sanctum canibus. Matth.7,6.

Venisti perdere nos? scio qui sis, sanctus Dei. Mar.1,24.

Quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei. Luc.1,35.

Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius. 49.

Omne masculinum adaperiens vuluam sanctum Domino vocabitur. † 2,23.

Sanctum & iustum negastis, & petistis virum homicidam donari vobis. Act.3,14.

Conuenerunt enim in ciuitate ista aduersus sanctum puerum tuum Iesum, quem vnxisti. † 4,27.

Sancti dicuntur Christiani, quia sanctitatem profitentur. Cùm vocasset sanctos & viduas, assignauit eam viuam. Act.9,41.

Dilectis Dei, vocatis sanctis. Rom.1,7.

Omnibus sanctis, qui sunt Ephesi. Eph.1,1.

Si sanctorum pedes lauit. 1.Tim.5,10.

Ita dixit: quia dabo vobis sancta Dauid fidelia. † 13,34.

Multos sanctorum ego in carceribus inclusi. † 26,10.

Sancti de hoc mundo iudicabunt. 1.Cor.6,2.

Cum omnibus sanctis, qui sunt in vniuersa Achaia. 2.Cor.1,1.

Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate. Eph.1,4.

Mihi omnium sanctorum minimo data est gratia hæc. † 3,8.

Aut auaritia, nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos. † 5,3.

Salutate omnem sanctum in Christo Iesu. Philip.4,21.

Habuit quidem & prius, iustificationes cultura, & sanctum sæculare. Heb.9,1.

Post velamentum autem secundum, tabernaculum, quod dicitur Sancta sanctorum. 3.

Non enim in manu facta sancta Iesus introiuit. 24.

Salutate omnes præpositos vestros, & omnes sanctos. † 13,24.

Secundum eum, qui vocauit vos, sanctum, & ipsi in omni conuersatione sancti sitis. 1.Pet.1,15.

Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus omnipotens, qui erat & qui est & qui venturus est. Apoc.4,8.

Qui iustus est, iustificetur adhuc, & sanctus sanctificetur adhuc. † 22,11.

SANDALIA.

Sandalia eius rapuerunt oculos eius. Iudith 16,11.

Sed calceatos sandaliis, & ne induerentur duabus tunicis. Marci 6,9.

SANGVIS.

Carnem cum sanguine non comedetis. Sanguinem enim animarum vestrarum requiram de manu cunctarum bestiarum. Gen.9,4.

Quicumque effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius. 6.

Lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vuæ pallium suum. † 49,11.

Percutiam virga, quæ in manu mea est, aquam fluminis, & vertetur in sanguinem. Pisces quoque, qui sunt in fluuio morientur. Exod.7,17.

Et sument de sanguine eius, ac ponent super vtrumque postem, & in superliminaribus domorum. † 12,7.

Erit autem sanguis vobis in signum in ædibus in quibus eritis: & videbo sanguinem, & transibo vos: nec erit in vobis plaga disperdens. 13.

Fasciculumque hyssopi tingite in sanguine qui est in limine, & aspergite ex eo superliminare. 22.

Cumque viderit sanguinem in superliminari & in vtroque poste, transcendet ostium. 23.

Dimidiam partem sanguinis, & misit in crateras: partem autem residuam fudit super altare. † 24,6.

Sumptum sanguinem respersit in populum, & ait: Hic est sanguis fœderis quod pepigit Dominus vobiscum. 8.

Sanguinem eius fundentes per altaris circuitum. Leuit.1,5,11.

Sanguinem, nec adipem omnino comedetis. † 3,17.

Cumque intinxerit digitum in sanguine, asperget eum septies. † 4,6.

Sanguinem quoque omnis animalis non sumetis in cibo. † 7,26.

Anima carnis in sanguine est. † 17,11.

Tingens digitum in sanguine eius, asperget contra fores tabernaculi septem vicibus. Numer.19,4.

Non accubabit donec deuoret prædam, & occisorum sanguinem bibat. † 23,24.

Nec aliter expiari potest, nisi per eius sanguinem, qui alterius sanguinem fuderit. † 35,33.

Hoc solùm caue ne sanguinem comedas: sanguis enim eorum pro anima est. Deut.12,23.

Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris inter sanguinem & sanguinem, causam & causam. † 17,8.

Sanguinem vuæ biberet meracissimũ. † 32,14.

Sanguinem seruorum suorum vlciscetur. 43.

Sanguis ipsius erit in capite eius. Ios.2,19.

Comedit que populus cum sanguine. 1.Regum 14,32.

Quare ergo peccas in sanguine innoxio, interficiens Dauid? † 19,5.

Prohibuit te ne venires in sanguinem. † 25,26.

Non erit tibi hoc in singultũ, & in scrupulum

cordis Domino meo quòd effuderis sanguinem innoxium. 31.

Non effundatur sanguis meus in terram coram Domino. † 26,20.

Sanguis tuus super caput tuum: os enim tuum locutum est aduersum te. 2. Reg. 1,16.

De sanguine interfectorum, ab adipe fortium, sagitta Ionathæ numquam rediit retrorsum. 22.

A sanguine Abner filij Ner, & veniat super caput Ioab. † 3,29.

Propter Saul & domum eius sanguinum, quia occidit Gabaonitas. † 21,1.

Propitius sit mihi Dominus ne faciam hoc: num sanguinem hominum istorum qui profecti sunt, & animarum periculum bibam? † 23,17.

Effudit sanguinem belli in pace. 3 Reg. 2, 5.

Interfice eum & sepeli: & amouebis sanguinem innocentem, qui effusus est a Ioab, à me, & à domo patris mei. 31.

Reddet Dominus sanguinem eius super caput eius, quia interfecit duos viros iustos, melioresque se. 32.

Sanguis tuus erit super caput tuum. 37.

Incidebant se iuxta ritum suum cultris & lanceolis, donec perfunderentur sanguine. † 18,28.

Fluebat autem sanguis plagæ in sinum curtus. † 22, 35.

Viderunt Moabitæ è contrà aquas rubras quasi sanguinem: dixeruntque: Sanguis gladij est: pugnauerunt reges contra se, & cæsi sunt mutuò. 4. Reg. 3,22.

Vlciscar sanguinem seruorum meorum prophetarum. † 9,7.

Si non pro sanguine Naboth, & pro sanguine filiorum eius, quem vidi heri, ait Dominus, reddam tibi in agro isto. 26.

Præcipitauerunt eam, aspersusque est sanguine paries, & equorum vngulæ conculcauerunt eam. 33. † 16,15.

Sanguinem innoxium fudit Manasses multum nimis, donec impleret Ierusalé vsque ad os: absque peccatis suis, quibus peccare fecit Iudā. † 21.16.

Multum sanguinem effudisti, & plurima bella bellasti, non poteris ædificare domum nomini meo. 1. Par. 22,8

Asperseruntque sanguinem eorum coram altare pro piaculo vniuersi Israelis. 2. Par. 29,24.

Exquiret sanguinem nostrum de afflictionibus inimicorum nostrorum. Iudith 8,27.

Quando cunctis Iudæis interfectio parabatur, & hostes eorum inhiabant sanguini. Esther 9,1.

Alienusque à Persarum sanguine. † 16,10.

Terra ne operias sanguinem meum. Iob 16,19.

Virum sanguinum, & dolosum abominabitur Dominus. Psal. 5,7.

Requirens sanguinem eorum recordatus est: non est oblitus clamorem pauperum. 9,13.

Non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus. † 15,4.

Quæ vtilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem. † 29,10.

Libera me de sanguinibus. † 50,16.

Manus suas lauabit in sanguine peccatoris. † 57, 11.

De viris sanguinum salua me. † 58,3.

Vt intingatur pes tuus in sanguine. † 67,24

Conuertit in sanguinem flumina eorum. † 77,44.

Effuderunt sanguinem eorum tamquam aquam. † 78,3.

Sanguinem innocentem condemnabunt. † 93,21.

Effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum. † 105,38.

Pedes illorum ad malum currunt, & festinant vt effundant sanguinem. Prou. 1,16.

Qui vehementer emungit, elicit sanguinem. † 30,33.

Nam pro fonte quidem sempiterni fluminis, sanguinem dedisti iniustis. Sap. 11,7.

Omnia commista sunt, sanguis, homicidium, furtum, & fictio, corruptio & infidelitas. † 14,25.

A scintilla vna augetur ignis, & ab vno doloso augetur sanguis: homo verò peccator sanguini insidiatur. Eccli. 11,34.

Manus enim vestræ sanguine plenæ sunt. Isa. 1,15.

Reuelabit terra sanguinem suum. † 26,21.

Gladius Domini repletus est sanguine, & incrassatus est adipe, de sanguine agnorum... 34,6.

Cibabo hostes tuos carnibus suis: & quasi musto, sanguine suo inebriabuntur. † 49,26.

Manus enim vestræ pollutæ sunt sanguine, & digiti vestri iniquitate. † 59,3.

Aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea, & omnia indumenta mea inquinaui. † 63,3.

Qui offert oblationem, quasi qui sanguinem suillum offerat. † 66,3.

In alis tuis inuentus est sanguis animarum pauperum, & innocentum. Iere. 2,34.

Repleuerunt locum istum sanguine innocentum. † 19,4.

Si occideritis me, sanguinem innocentem tradetis contra vosmetipsos. † 26,15.

Sanguinem verò eius de manu tua requiram. Ezech. 3,20.

Pestilentia & sanguis transibunt per te. † 5,17.

Dixi tibi, cùm esses in sanguine tuo: Viue: dixi inquam tibi, in sanguine tuo viue. † 16,6.

Videbunt omnes turpitudinem tuam: iudicabo te iudiciis adulterarum, & effundentium sanguinem: & dabo te in sanguinem furoris & zeli. 38.

Mater tua quasi vinea in sanguine tuo super aquam plantata est. † 19,10.

Igni eris cibus, sanguis tuus erit in medio terræ,

terræ, oblitioni tradêris. † 21, 32.

In ſanguine tuo qui à te effuſus eſt deliquiſti: & in idolis tuis quæ feciſti polluta es. † 22,4.

Sanguis in manibus earum, & cum idolis ſuis fornicatæ ſunt. † 23,37.

Sanguis enim eius in medio eius eſt. † 24, 7.

Sanguinem autem eius de manu ſpeculatoris requiram. † 33,6.

Qui in ſanguine comeditis, & oculos veſtros leuatis ad immunditias veſtras. 25.

Cum ſanguinem oderis, ſanguis perſequetur te. † 35,6.

Carnes fortium comedetis,& ſanguinem principum terræ bibetis. † 39,18.

Aſſumens de ſanguine eius pones ſuper quatuor cornua eius. † 43,20.

Tollet ſacerdos de ſanguine,quod erit pro peccato,& ponet in poſtibus domus,& in quatuor angulis crepidinis altaris, & in poſtibus portæ atrij interioris. † 45,19.

Interfecerunt eos,& ſaluatus eſt ſanguis innoxius in die illa. Dan.13,62.

Sanguis ſanguinem tetigit. Oſee 4,2.

Sanguis eius ſuper eum veniet, & opprobrium eius reſtituet ei Dominus ſuus. † 12,14.

Effundetur ſanguis eorum ſicut humus,& corpora eorum ſicut ſtercora. Soph.1,17.

Auferam ſanguinem eius de ore eius. Zachar.9,7.

Tu quoque in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vinctos tuos de lacu in quo non eſt aqua. 11.

Effuderunt ſanguinem innocentem per circuitum ſanctificationis 1.Mach.1,3,9.

Elephantis oſtenderunt ſanguinem vuæ & mori, ad acuendos eos in prælium. † 6,34.

Portam ſuccenderunt,& effuderūt ſanguinem innocentem. 2.Mach.1,8.

Vocem ſanguinis ad ſe clamantis audiret.† 8,3.

Ita vt adiacens ſtagnum ſtadiorum duorum latitudinis ſanguine interfectorum fluere videretur. † 12,16.

Sanguine indutum facere metuebat. † 14,18.

Mulier quæ ſanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, acceſſit retrò, & tetigit fimbriam veſtimenti eius. Matth.9,20.

Vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus, qui effuſus eſt ſuper terram. † 23,35.

Hic eſt enim ſanguis meus noui teſtamenti. † 26,28.

Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros. † 27,25.

Mulier quæ erat in profluuio ſanguinis annis duodecim, & fuerat multa, perpeſſa à compluribus medicis,& erogauerat omnia ſua, nec quidquam profecerat. Marc.5,26.

Vt inquiratur ſanguis omnium prophetarum, qui effuſus eſt à conſtitutione mundi à generatione iſta. Luc.11,50.

Nuntiantes illi de Galilæis, quorum ſanguinem Pilatus miſcuit cum ſacrificiis eorū.† 13,1.

Factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram. † 22,44.

Sed vnus militum, lancea latus eius aperuit,& continuò exiuit ſanguis & aqua. Ioan.19,34.

Vultis inducere ſuper nos ſanguinem hominis iſtius. Act.5,28.

Et blaſphemantibus,excutiens veſtimenta ſua, dixit ad eos. Sanguis veſter ſuper caput veſtrum, mundus ego ex hoc ad Gentes vadam. † 18,6.

Cùm funderetur ſanguis Stephani teſtis tui, ego aſtabam. † 22,20.

Calix benedictionis cui benedicimus, nónne cōmunicatio ſanguinis Chriſti eſt. 1.Cor.10,16.

Per eum reconciliare omnia in ipſum, pacificans per ſanguinem crucis eius, ſiue quæ in terris, ſiue quæ in cælis ſunt. Col.1,20.

In ſecundo autem ſemel in anno ſolus Pontifex,non ſine ſanguine,quem offert pro ſua & populi ignorantia. Heb.9,7.

Sed per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta, æterna redemptione inuenta. 12.

Hic ſanguis teſtamenti,quod mandauit ad vos Deus. 20.

Omnia penè in ſanguine ſecundùm legem mundantur: & ſine ſanguinis effuſione non fit remiſſio. 22.

Habentes itaque fratres fiduciam in introitu ſanctorum in ſanguine Chriſti. † 10,19.

Et ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit in quo ſanctificatus eſt? 29.

Nondum enim vſque ad ſanguinem reſtitiſtis, aduerſus peccatum repugnantes. † 12,4.

Teſtamenti noui mediatorem Ieſum, & ſanguinis aſperſionem meliùs loquentem quàm Abel. 24.

Quorum enim animalium infertur ſanguis pro peccato in ſancta per Pontificem. † 13,11.

Deus autem pacis qui eduxit de mortuis paſtorem magnum ouium, in ſanguine teſtamenti æterni. 20.

In ſanctificationem ſpiritus, in obedientiam & aſperſionem ſanguinis Ieſu Chriſti.1.Pet.1,2.

Non corruptibilibus auro vel argento redempti eſtis de vana veſtra conuerſatione paternæ traditionis: ſed pretioſo ſanguine quaſi agni immaculati Chriſti. 19.

Sanguis Ieſu Chriſti filij eius emundat nos ab omni peccato. 1.Ioan 1,7.

Redemiſti nos Deo in ſanguine tuo. Apoc.5,9.

Luna facta eſt tota ſicut ſanguis. † 6,12.

Et calcatus eſt lacus extra ciuitatem, & exiuit ſanguis de lacu vſque ad frenos equorum per ſtadia mille ſexcenta. † 14,20.

Secundus angelus effudit phialam ſuam in mare, & factus eſt ſanguis tamquam mortui. † 16,3.

San-

Sanguinem sanctorum & prophetarum effuderunt. 6.

In ea sanguis prophetarum, & sanctorum inuentus est, & omnium qui interfecti sunt in terra. † 18, 24.

Vestitus erat veste aspersa sanguine. † 19, 13.

Beati qui lauant stolas suas in sanguine agni. † 22, 14.

SANGVINO.

Et sermo pessimo latus sanguinare. Eccli. 42, 5.

SANGVISVGA.

Sanguisugæ duæ sunt filiæ, dicentes: Affer, Affer. Prou. 30, 15.

SANIES.

Qui testa saniem radebat. Iob 2, 8.

Dabo carnes tuas super montes, & implebo colles tuos sanie tua. Ezech. 32, 5.

SANIR.

Abietibus de Sanir extruxerunt te cum omnibus tabulatis maris. Ezech. 27, 5.

SANO, SANITAS.

Orante autem Abraham, sanauit Deus Abimelech. Gen. 20, 17. Num. 12, 13.

SERPENTEM AENEVM, & posuit eum pro signo: quem cùm percussi aspicerent, sanabantur. Num. 21, 9.

Percutiam, & ego sanabo. Deut. 32, 39. Ios. 5, 8.

Sanaui aquas has, & non erit vltrà in eis mors neque sterilitas. 4. Reg 2, 21.

Dic ei: Sanaberis: porrò ostendit mihi Dominus quia morte morietur. † 8, 10.

Sanaui te, die tertio ascendes templum Domini. † 20, 5.

Sanum ducam, & sanum tibi reducam filium tuum. Tob. 5, 20.

Instanter orabant ambo simul, vt sanitas daretur eis. † 8, 6.

Numquid qui non amat iudicium, sanari potest. Iob 34, 17.

Sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea. Psal. 6, 3.

Non est sanitas in carne mea, à facie peccatorum meorum. † 37, 4.

Qui sanat contritos corde. † 146, 3.

Lingua autē sapientiū sanitas est. Prou. 12, 18.

Sanabiles fecit nationes orbis terrarum. Sap. 1, 14.

Multitudo autem sapientium sanitas est orbis terrarum. † 6, 26.

Pro sanitate quidem infirmum deprecatur. † 13, 18.

Neque herba, neque malagma sanauit eos: sed tuus Domine sermo, qui sanat omnia. † 16, 12.

Suscepta est autem à populo tuo sanitas quidem iustorum, iniustorum autem exterminatio. † 18, 7.

Melior est pauper sanus & fortis viribus, quàm diues imbecillis & flagellatus malitia. Eccli. 30, 14.

Sanitas est animæ & corpori sobrius potus. † 31, 37.

Dans sanitatem, & vitam, & benedictionem. † 34, 20.

Vias eius vidi, & sanaui eum, & reduxi eum, & reddidi consolationes ipsi, & lugentibus eius. Isaiæ 57, 18.

Sana me Domine & sanabor, saluum me fac, & saluus ero. Ierem 17, 14.

Obducam eis cicatricem, & sanitatem, & curabo eos. † 33, 6.

Frustrà multiplicas medicamina, sanitas non est tibi. † 46, 11.

Brachium Pharaonis regis Aegypti confregi, & ecce non est obuolutum vt restitueretur ei sanitas, & ligaretur pannis, & fasciaretur linteolis. Ezech. 30, 21.

Intrabunt mare, & exibunt, & sanabuntur aquæ. † 47, 8.

Misit ad regem Vltorem, ipse non poterit sanare vos. Osee 5, 13.

Cùm sanare vellem Israel, reuelata est iniquitas Ephraim, & malitia Samariæ. † 7, 1.

Sanabo contritiones eorum, diligam eos spontaneè. † 14, 5.

Orietur vobis timentibus nomen meum sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius. Malach. 4, 2.

Et his qui in Aegypto sunt, Iudæis, salutem & sanitatem. 2. Mach. 1, 10.

Sanans omnem languorem, & infirmitatem in populo. Matth. 4, 23.

Vade, & sicut credidisti, fiat tibi, & sanatus est puer in illa hora. † 8, 13.

O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut vis: & sanata est filia eius ex illa hora. † 15, 28.

Fides tua te saluam fecit: vade in pace, & esto sana à plaga tua. Mar. 5, 34.

Omnis turba quærebat eum tangere, quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Luc. 6, 19.

Dicite vulpi illi: Ecce eiicio dæmonia, & sanitates perficio hodie & cras, & tertia die consummor? † 13, 32.

Cùm tetigisset auriculam eius sanauit eum. † 22, 51.

Inuenit eum Iesus in templo, & dixit illi: Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Ioan. 5, 14.

Si circumcisionem accipit homo in sabbato, vt non soluatur lex Moysi: mihi indignamini quia totum hominem sanum feci in sabbato. † 7, 23.

Fides quæ per eum est, dedit integram sanitatem istā in conspectu omniū vestrûm. Act. 3, 16.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, quem vos crucifixistis, quem Deus suscitauit à mortuis, in hoc ipse astat coram vobis sanus. † 4, 10.

In eo quòd manum tuam extendas ad sanitates, & signa, & prodigia fieri. 30.

Aenea, sanat te Dominus Iesus Christus: surge

surge & sterne tibi. † 9,34.
Qui pertransiit benefaciendo, & sanando omnes oppressos à diabolo, quoniam Deus erat cum illo. † 10,38.
Alij gratia sanitatum. 1. Cor. 12,9.
Formam habe sanorum verborum. 2. Timoth. 1,13.
Potens sit exhortari in doctrina sana. Tit. 1,9. † 2,8. Heb. 12,13.
Cuius liuore sanati estis. 1. Pet. 2,24.
Folia ligni ad sanitatem Gentium. Apocal. 22,2.

SAPIENS SAPIENTIA, SAPIO.

Sapientia Ada. Omne enim quod vocauit Adam animæ viuentis, ipsum est nomen eius. Gen. 2,19.
Numquid sapientiorem & consimilem tui inuenire potero? † 41,39.
Quisquis vestrûm sapiens est veniat, & faciat quod Dominus imperauit. Exod. 35,10.
Hæc est enim vestra sapientia, & intellectus coram populis, vt audientes vniuersa præcepta hæc, dicant: En populus sapiens & intelligens, gens magna. Deut. 4,6.
Vtinam saperent, & intelligerent, & nouissima prouiderent. † 32,29.
Vna sapientior ceteris vxoribus eius. Iudic. 5,29.
Tulit inde sapientem. 2. Reg. 14,1.
Sapiens es, sicut habet sapientiam Angelus Dei, vt intelligas omnia super terram. 20.
Sedens in cathedra sapientissimus princeps inter tres. † 23,8.
Vir autem sapiens es, vt scias quæ facies ei. 3. Reg. 2,9.
Postulasti tibi sapientiam ad discernendum iudicium. † 3,11.
Timuerunt regem videntes sapientiam Dei esse in eo ad faciendum iudicium. 28.
Dedit quoque Deus sapientiam Salomoni, & prudentiam multam nimis. † 4,29.
Sapientior Ethan. 31.
Artificem ærarium, & plenum sapientia, & intelligentia, & doctrina ad faciendum omne opus ex ære. † 7,14.
Videns autem regina Saba omnem sapientiam Salomonis, vt domum quam ædificauerat, & cibos mensæ eius, & habitacula seruorum, & ordines ministrantium, vestesque eorum, & pincernas, & holocausta, quæ offerebat in domo Domini, non habebat vltrà spiritum: dixitque ad regem: Verus est sermo quem audiui in terra mea super sermonibus tuis, & super sapientia tua: & non credebam narrantibus mihi, donec ipsa veni, & vidi oculis meis, & probaui quòd media pars mihi nuntiata non fuerit. † 10,5.
Maior est sapientia, & opera tua, quàm rumor, quem audiui. 8.
In cunctis ad quæ procedebat, sapienter se agebat. 4. Reg. 18,7.
Propheriæ præerat, ad præcinendam melodiam: erat quippe valdè sapiens. 1. Par. 15,22.
Tu autem Esdra, secundùm sapientiam Dei tui, quæ est in manu tua, constitue iudices, & præsides, vt iudicent omni populo. 1. Esd. 7,25.
Omnes qui poterant sapere, spondentes pro fratribus suis. 2. Esd. 10,28.
Mirabantur sapientiam eius. Iudith 11,18.
Interrogauit sapientes. Esther 1,13.
Cui responderunt sapientes, quos habebat in consilio, & vxor eius. † 6,13.
Qui apprehendit sapientes in astutia eorum, & consilium prauorum dissipat. Iob 5,13.
Sapiens corde est, & fortis robore, quis restitit ei, & pacem habuit? † 9,4.
Ergo vos estis soli homines, & vobiscum morietur sapientia? † 12,2.
In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia. 12.
Numquid sapiens respondebit quasi in ventum loquens. † 15,2.
Sapientes confitentur, & non abscondunt patres suos. 18.
Sapientia ergo vbi inuenitur? 28,12.
Nescit homo pretium eius [sapientiæ] nec inuenitur in terra suauiter viuentium. 13.
Trahitur autem sapientia de occultis. 18.
Ecce timor Domini ipsa est sapientia, & recedere à malo, intelligentia. 28.
Ostendam vobis etiam ego meam sapientiam. † 32,10.
Timebunt eum viri, & non audebunt contemplari omnes, qui sibi videntur esse sapientes. † 37,24.
Qui posuit in visceribus hominis sapientiam? † 38,36.
Priuauit enim eam Deus sapientia. † 39,17.
Numquid per sapientiam tuam plumescit accipiter, expandens alas suas ad Austrum? 26.
Omnia in sapientia fecisti. Psal. 103,24.
Quis sapiens, & custodiet hæc? 106,43.
Initium sapientiæ timor Domini. † 110,10.
Sapientiæ eius non est numerus. † 146,5.
Ad sciendam sapientiam, & disciplinam. Prouerb. 1,2.
Audiens sapiens sapientior erit, & intelligens gubernacula possidebit. 5.
Sapientiam atque doctrinam stulti despiciunt. 7.
Sapientia foris prædicat. 20.
Si enim sapientiam inuocaueris. † 2,3.
Ne sis sapiens apud temetipsum. † 3,7.
Beatus homo, qui inuenit sapientiam, & qui affluit prudentia. 13.
Sapientia illius eruperunt abyssi, & nubes rore concrescunt. 20.

Posside sapientiam, posside prudentiam. † 4, 5.

Dic sapientiæ: Soror mea es: & prudentiam voca amicam tuam. † 7, 4.

Numquid non sapientia clamitat, & prudentia dat vocem suam. † 8, 1.

Melior est enim sapientia cunctis pretiosissimis; & omne desiderabile ei non potest comparari. Ego sapientia habito in consilio, & eruditis intersum cogitationibus. 11.

Sapientia ædificauit sibi domum, excidit columnas septem. † 9, 1.

Si sapiens fueris, tibimet ipsi eris. 12.

In labiis sapientis inuenitur sapientia. † 10, 13.

Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit. † 13, 20.

In ore stulti virga superbiæ: labia autem sapientium custodiunt eos. † 14, 3.

In corde prudentis requiescit sapientia. 33. † 15, 7.

In facie prudentis lucet sapientia: oculi stultorum in finibus terræ. † 17, 24.

Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum. † 21, 30.

Vir sapiens, fortis est, & vir doctus, robustus & validus. † 24, 5.

Vidisti hominem sapientem sibi videri? magis illo spem habebit insipiens. † 26, 12.

Quatuor sunt minima terræ: & ipsa sunt sapientiora sapientibus. † 30, 24.

Os suum aperuit sapientiæ, & lex clementiæ in lingua eius. † 31, 26.

Præcessi omnes sapientia. Eccles. 1, 16.

Sapientia quoque perseuerauit mecum. † 2, 9.

Vidi quòd tantùm præcederet sapientia stultitiam, quantum differt lux à tenebris. 13.

Quid habet amplius sapiens à stulto; & quid pauper, nisi vt pergat illuc, vbi est vita? † 6, 8.

Vtilior est sapientia cum diuitiis, & magis prodest videntibus solem. † 7, 12.

Neque plus sapias quàm necesse est, ne obstupescas. 17.

Sapientia confortauit sapientem super decem principes ciuitatis. 20.

Dixi: Sapiens efficiar: & ipsa longiùs recessit à me. 24.

Quis talis vt sapiens est? & quis cognouit solutionem verbi? 30.

Sapientia hominis lucet in vultu eius. † 8, 1.

Nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quò tu properas. † 9, 10.

Sapientiam, & probaui maximam: ciuitas parua, & pauci in ea. 14.

In maleuolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Sap. 1, 4.

Sapientiam enim & disciplinam qui abiicit, infelix est. † 3, 11.

Melior est sapientia quàm vires: & vir prudens quàm fortis. † 6, 1.

Clara est, & quæ numquam marcescit sapientia, & facilè videtur ab his qui diligunt illam. 13.

Quid est autem sapientia, & quemadmodum facta sit, referam. 24.

Multitudo autem sapientium sanitas est orbis terrarum. 26.

Inuocaui, & venit in me spiritus sapientiæ: & præposui illam regnis & sedibus. † 7, 8.

Sapientiam autem non vincit malitia. 30.

Nam etsi quis erit consummatus inter filios hominum, si ab illo abfuerit sapientia tua, in nihilum computabitur. † 9, 6.

Tecum sapientia tua, quæ nouit opera tua 9.

Per sapientiam sanati sunt quicumque placuerunt tibi Domine à principio. 19.

Sapientia autem hos qui se obseruant à doloribus liberauit. † 10, 9.

Multorum nobis, & magnorum, *&c.* sapientia demonstrata est. Prologus Eccli.

Omnis sapientia à Domino Deo est, & cum illo fuit semper, & est ante æuum. Eccli. 1, 1.

Plenitudo sapientiæ est timere Deum, & plenitudo à fructibus illius. 20.

Fili, concupiscens sapientiam conserua iustitiam, & Deus præbebit illam tibi. 33.

Cor sapientis intelligitur in sapientia. † 3, 31.

Sapientia filiis suis vitam inspirat. † 4, 12.

Quàm aspera est nimiùm sapientia indoctis hominibus, & non permanebit in illa excors. † 6, 21.

Quibus autem cognita est, permanet vsque ad conspectum Dei. 23.

Sapientia humiliati exaltabit caput illius. † 11, 1.

Noli esse humilis in sapientia tua, ne humiliatus in stultitiam seducaris. † 13, 11.

Beatus vir qui in sapientia morabitur, & qui in iustitia sua meditabitur. † 14, 22.

Melior est homo qui minuitur sapientia, & deficiens sensu in timore, quàm qui abundat sensu, & transgreditur legem Altissimi. † 19, 21.

Sapiens in verbis producet seipsum, & homo prudens placebit magnatis. † 20, 29.

Sapientia absconsa & thesaurus inuisus: quæ vtilitas in vtrisque. 32.

Est autem sapientia quæ abundat in malo: & non est sensus vbi est amaritudo. † 21, 15.

Sapientia laudabit animam suam. 24, 1.

Quàm speciosa veteranis sapientia, & gloriosis intellectus & consilium. † 25, 7.

Homo sanctus in sapientia manet sicut sol: nam stultus vt luna mutatur. † 27, 12.

Vir sapiens plebem suam erudit, & fructus sensus illius fideles sunt. † 37, 26.

Sapientia scribæ in tempore vacuitatis, & qui minoratur actu sapientiam percipiet. † 38, 25.

Sapientiam omnium antiquorum exquiret sapiens,

piens, & in prophetis vacabit. † 39,1,4.

Magnalia sapientiæ suæ decorauit. † 42,21.

Omnia autem Dominus fecit, & piè agentibus dedit sapientiam. † 43,37.

Sapientiam ipsorum narrent populi, & laudem eorum nuntiet Ecclesia. † 44,15.

Multam inueni in meipso sapientiam, & multùm profeci in ea. † 51,22.

Væ qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobismetipsis prudentes. Isaiæ 5,21.

Quomodo dicetis Pharaoni: Filius sapientium ego, filius regum antiquorum? vbi nunc sunt sapientes tui. † 19,11.

Peribit enim sapientia à sapientibus eius, & intellectus prudentium eius abscondetur. † 19,14.

Conuertens sapientes retrorsum, & scientiam eorum stultam faciens. † 44,25.

Sapientes sunt vt faciant malum, benè autem facere nescierunt. Ierem. 4, 22.

Quomodo dicitis: Sapientes nos sumus, & lex Domini nobiscum est. † 8,8.

Confusi sunt sapientes, perterriti & capti sunt: verbum enim Domini proiecerunt, & sapientia nulla est in eis. 9.

Quis est vir sapiens qui intelligat hoc? † 9,12.

Non glorietur sapiens in sapientia sua, & non glorietur fortis in fortitudine sua. 23.

Præparat orbem in sapientia sua, & prudentia sua extendit cælos. † 10,12.

Numquid non vltrà est sapientia in Theman? † 49,7.

Quoniam non habuerunt sapientiam, interierunt propter suam insipientiam. Baruch 3,28.

Sapientes tui Tyre, facti sunt gubernatores tui. Ezech. 27,8.

Sapientior es tu Daniele: omne secretum non est absconditum à te. † 28,3.

Perdidisti sapientiam tuam in decore tuo, in terram proieci te. 17.

Pueros in quibus nulla esset macula, decoros forma, & eruditos omni sapientia. Dan. 1,4.

Sapientes Babylonis ne perdas; introduc me in conspectu regis, & solutionem regi narrabo. † 2, 24.

Mihi quoque non in sapientia, quæ est in me plus quàm in cunctis viuentibus sacramentum hoc reuelatum est. 30.

Perdam sapientes de Idumæa, & prudentiam de monte Esau? Abd. v. 8.

Emath quoque in terminis eius, & Tyrus & Sidon assumpserunt quippe sibi sapientiam valdè. Zach. 9,2.

Magnificè enim sapientiam tractabat, & vt sapientiam habẽs obtulit sacrificium. 2. Mach. 2,9.

Abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Matth. 11,25.

Vnde huic sapientia hæc & virtutes? † 13,54.

Vade post me satana, scandalum es mihi: quia non sapis ea quæ Dei sunt, sed quæ hominum. † 16,23.

Quæ est sapientia quæ data est illi, & virtutes tales quæ per manus eius efficiuntur? Mar. 6,2.

Puer autem crescebat & confortabatur plenus sapientia. Lucæ 2,40.

Sapientia Dei dixit: Mittam ad illos prophetas. † 11,49.

Ego enim dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere & contradicere omnes aduersarij vestri. † 21,15.

Disputantes cum Stephano, & non poterant resistere sapientiæ, & Spiritui qui loquebatur. Act. 6,10.

Dicentes enim se esse sapientes stulti facti sunt. Rom. 1,22.

Sapientia carnis inimica est Deo: legi enim Dei non est subiecta. † 8,7.

Noli altùm sapere, sed time. † 11,20.

Non plus sapere quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. † 12, 3.

Qui sapit diem, Domino sapit. † 14,6.

Deus autem patientiæ & solatij det vobis idipsum sapere in alterutrum. † 15,5.

Volo vos sapientes esse in bono, & simplices in malo. † 16,19.

Euangelizare: non in sapientia verbi, vt non euacuetur crux Christi. 1. Cor. 1,17.

Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo. 19.

Quia in Dei sapientia non cognouit mundus per sapientiam Deum: placuit Deo per stultitiam prædicationis, saluos facere credentes. 21.

Ex ipso autem vos estis in Christo Iesu, qui factus est nobis sapientia à Deo, & iustitia, & sanctificans. 30.

Sapientiam autem loquimur inter perfectos: sapientiam verò non huius sæculi. † 2,6.

Sapientia enim huius mundi, stultitia est apud Deum. † 3,19.

Sic non est inter vos sapiens quisquam, qũ possit iudicare inter fratrem suum. † 6,5.

Confido vobis in Domino quòd nihil aliud sapietis. Gal. 5,10.

Det vobis spiritum sapientiæ & reuelationis. Eph. 1,17.

Euodiam rogo & Syntychen deprecor idipsum sapere in Domino. Philip. 4,2.

Quæ sunt rationem quidem habentia sapientiæ in superstitione & humilitate. Col. 2,23.

In sapientia ambulate ad eos qui foris sunt. † 4,5.

Diuitibus huius sæculi præcipe non sublime sapere. 1. Timoth. 6,17.

Si quis autem vestrûm indiget sapientia, postulet à Deo. Iac. 1,5.

Quis sapiens & disciplinatus inter vos? ostendat ex bona conuersatione operationem suam

in mansuetudine sapientiæ. † 3,13.

Quæ autem desursum est sapientia, primùm quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens, plena misericordia, & fructibus bonis, non iudicans, sine simulatione. 17.

Hic sapientia est. Apoc.13,18.

SAPOR.

Faciens ex eo [Man] tortulas saporis quasi panis oleati. Num.11,8.

Nónne auris verba diiudicat, & fauces comedentes, saporem? Iob 12,11. Sap.16,2,20.

SAPPHIRVS.

Portæ Ierusalem ex sapphiro, & smaragdo ædificabuntur. Tob.13,21.

Locus sapphiri lapides eius. Iob 28,6. Cantic.5,14.

Sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in sapphiris. Isa.54,11. Thren.4,7.

Quasi aspectus lapidis sapphiri similitudo throni. Ezech.1,26.

Fundamentum primum, iaspis: secundum, saphirus. Apoc.21,9.

SARA.

Flagellauit autem Dominus Pharaonem plagis maximis, & domum eius propter Sarai vxoram Abram. Gen.12,17.

Sarai vxorem tuam non vocabis Sarai, sed Saram. Et benedicam ei, & ex illa dabo tibi filium cui benedicturus sum. † 17,16. † 20,14.

Dixitque Sara: Risum fecit mihi Deus. † 21,7,9.

Omnia quæ dixerit tibi Sara, audi vocem eius, quia in Isaac vocabitur tibi semen. 12.

Vixit autem Sara centum viginti septem annis. Et mortua est in ciuitate Arbee. † 23,1.

Sara, &c. audiret improperium ab vna ex ancillis patris sui. Tob.3,7. † 7,8.

Attendite ad Abraham patrem vestrum, & ad Saram quæ peperit vos. Isa.51,2. Rom.4,19.

Fide & ipsa Sara sterilis virtutem in conceptionem seminis accepit. Heb.11,11.

Sicut Sara obediebat Abrahæ, dominum eum vocans. 1.Pet.3,6.

SARABALA.

Capitis capillus eorum non esset adustus, & sarabala eorum non fuissent immutata. Dan.3,94.

SARCINA.

Sub manu custodis ad sarcinas, cucurrit ad locum certaminis. 1.Reg.17,22.

Ducenti remanserunt ad sarcinas. † 25,13. † 30,24.

Narratio fatui quasi sarcina in via. Eccli.21,19.

Ipsi vno digito vestro non tangitis sarcinas. Luc.11,46.

SARCVLVM.

Omnes montes qui in sarculo sarcientur. Isa.7,25.

SARDIS.

Angelo Ecclesiæ Sardis scribe, &c. nomen habes quòd viuas, & mortuus es. Apoc.3,1.

SARDIVS.

In primo versu erit lapis sardius. Exod.28,17. Ezech.28,13.

Sextum [fundamentum] sardius: septimum, chrysolithus. Apoc.21,20.

SARDONIX.

Quintum [fundamentum] sardonix: sextum, sardius. Apoc.21,20.

SAREPHTA.

Vade in Sarephta Sidoniorum, & manebis ibi. 3.Reg.17,9. Luc.4,26.

SARON.

Factum est Saron sicut desertum: & concussa est Basan. Isa.33,9.

Decor carmeli, & Saron, ipsi videbunt gloriam Domini. † 35,2.

SARTAGO.

Sume tibi sartaginem ferream, & pones eam in murum ferreum. Ezech 4,3. 2.Mach.7,5.

SARTATECTA.

Ad instauranda saratecta templi. 4.Reg.22,5.

SARVIA.

Filij Saruiæ duri sunt mihi. 2.Reg.3,39.

Tu quoque nosti quæ fecerit mihi Ioab filius Saruiæ. 3.Reg.2,5.

SATA.

Descendit [Holofernes] in campos Damasci in diebus messis, & succendit omnia sata, omnésque arbores & vineas fecit incidi. Iudith 2,17.

Cùm transiret per sata, vellebant discipuli eius spicas. Luc.6,1.

SATAGO.

Dole & satage filia Sion quasi parturiens, quia nunc egredieris de ciuitate, & habitabis in regione, & venies vsque ad Babylonem. Mich.4,10.

Martha autem satagebat circa frequens ministerium. Luc.10,40.

Magis satagite, vt per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis. 2.Petri 1,10.

Satagite immaculati & inuiolati ei inueniri in pace. † 3,14.

SATAN.

Cur efficimini mihi hodie in satan? 2.Regum 19,22.

Non est satan, neq; occursus malus. 3.Reg.5,4

Affuit inter eos etiam satan. Iob 1,6.

Increpet Dominus in te satan, & increpet Dominus in te, qui elegit Ierusalem. Zach.3,2.

Vade post me satana, scandalum es mihi: quia non sapis ea quæ Dei sunt, sed quæ hominum. Matth.16,23.

Quo-

Quomodo potest satanas satanam eiicere? Mar.3,23.

Videbam satanam sicut fulgur de cælo cadentem. Luc.10,18.

Intrauit autem satanas in Iudam qui cognominabatur Iscariotes. † 22,3.

Post buccellam introiuit in eum satanas. Ioan.13,27.

Deus autem pacis conterat satanam sub pedibus vestris velociter. Rom 16,20.

Tradere huiusmodi satanæ in interitum carnis. 1.Cor.5,4.

Satanas transfigurat se in Angelum lucis. 2.Cor.11,14.

Sed impediuit nos satanas. 1.Thess.2,18.

Ex quibus est Hymenæus,& Alexander: quos tradidi satanæ, vt discant non blasphemare. 1.Tim.1,20.

Qui non cognouerunt altitudines satanæ, quemadmodum dicunt, non mittam super eos aliud pondus. Apoc 2,24.

Cùm consummati fuerint mille anni, soluetur satanas de carcere suo, & exibit, & seducet Gentes. † 20,7.

SATELLES.

Misit ergo Saul satellites suos in domum Dauid, vt custodirent eum, & interficeretur manè. 1.Reg.19,11.

SATVRO.

Deuoratis & consumptis prioribus nullum saturitatis dedere vestigium. Gen.42,21.

Cumque comederint,& saturati,crassique fuerint, auertentur ad deos alienos. Deut.31,20.

SATIO, SATVRO.

Nec est satiatus venter eius. Iob 20,20.

Saturati sunt filiis. Psal.16,14.

Satiabor cùm apparuerit gloria tua. 15.

Si verò non fuerint saturati,& murmurabunt. † 58,16.

Manducauerunt & saturati sunt nimis. † 77,29.

Saturabuntur ligna campi,& cedri Libani quas plantauit. † 103,16.

Misit saturitatem in animas eorum. † 105,15.

Satiauit animam inanem. † 106,9.

Ne fortè satiatus illicior ad negandum. Prouerb.30,9.

Saturitas autem diuitis non finit eum dormire. Eccles.5,11.

Et quis satiabitur videns gloriam eius? Eccli.42,26.

Quare appenditis argentum non in panibus, & laborem vestrum non in saturitate? Isa.55,2.

Canes impudentissimi nescierunt saturitatem. † 56,11.

Saturaui eos,& mœchati sunt:& in domo meretricis luxuriabantur. Ier.5,7.

Et Galaad saturabitur anima eius. † 50,19.

Saturabo de te bestias vniuersæ terræ. Ezech. 32,4.

Saturabimini super mensam meam, de equo & equite forti. † 39,20.

Comedes,& non saturaberis. Mich.6,14.

Væ vobis qui saturati estis, quia esurietis. Luc.6,25.

Satiati cibo alleuiabant nauem, iactantes triticum in mare. Act.27,30.

SATISFACIO.

Quod cùm audisset Moyses recepit satisfactionem. Leuit.10,20.

Alloquens satisfac seruis tuis. 2.Reg.19,7.

Bono animo pro me satisfaciam. Act.24,10.

Parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea, quæ in vobis est, spe. 1.Pet.3,15.

SATRAPA.

Quinque satrapæ Philisthinorum viderunt, & reuersi sunt in Accaron. 1.Reg.6,16.

Satrapæ quidem Philisthiim incedebant in centuriis & millibus. † 29,2.

Placuit Dario, & constituit super regnum satrapas centum viginti, vt essent in toto regno suo. Dan.6,1,7.

SATVM.

Tria sata similæ commisce. Gen.18,6.

Olei quoque sata viginti millia. 2.Par.2,10.

Fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinæ satis tribus. Matth.13,33.

SAVCIVS.

Et grauissimis vulneribus esset saucius, cursu turbam pertransiit. 2.Mach.14,45.

SAVL.

Regnauit pro eo Saul de fluuio Rohoboth. Gen.36,37.

Num & Saul inter prophetas? 1.Regum 10,11.

Arripuit itaque Saul gladium, & irruit super eum. † 31,4.

Factus est etiam super eum [Saulem] spiritus Domini,& ambulabat ingrediens. † 19,23.

Domus autem Saul decrescens quotidie. 2.Reg.3,1.

Mortuus est ergo Saul propter iniquitates suas, eò quòd præuaricatus sit mandatum Domini, quod præceperat,& non custodierit illud: sed insuper etiam pythonissam consuluerit, nec sperauerit in Domino. 1.Par.10,13. Psal.17,1.

Dedit illis Deus Saul filium Cis, virum de tribu Beniamin, annis quadraginta. Act.13,21.

SAVLVS.

Saulus autem erat consentiens neci eius. Act. 7,59.

Saulus autem adhuc spirans minarum, & cædis in discipulos Domini. † 9,2.

Cadens in terram audiuit vocem dicentem sibi: Saule, Saule, quid me persequeris? 4. † 22,13.

SAXVM.

Habueruntque lateres pro saxis. Gen. 11,3.

Proiecerunt in speluncam in qua iacuerant, & posuerunt super os eius saxa ingentia. Iof. 10,27.

Voluite ad me iam nunc saxum grande. 1. Regum 14,33.

Graue est saxum, & onerosa arena: sed ira stulti vtroque grauior. Prou. 27,3.

Audiuit illum magnus & sanctus Deus in saxis grandinis virtutis valdè fortis. Eccli. 46,6. Isa. 2,21. † 33,16.

Aduoluit saxum magnum ad ostium monumenti. Matth. 27,60.

SCABELLVM.

Cogitaui vt ædificarem domum, in qua requiesceret arca fœderis Domini, & scabellum pedum Dei nostri. 1. Par. 28,2.

Scabellum aureum, & brachiola duo altrinsecus. 2. Par. 9,18.

Adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est. Psal. 98,5.

Cælum sedes mea: terra autem scabellum pedum meorum. Esa. 66,1.

Non est recordatus scabelli pedum suorum in die furoris sui. Thren. 2,1.

Neque per terram, quia scabellum est pedum eius. Matth. 5,35. Act. 7,49.

Sede sub scabello pedum meorum. Iac. 2,3.

SCABIES.

Et non creuerit in cute, mundabit eum, quia scabies est. Leuit. 13,6. † 21,20.

Scabie quoque & prurigine: ita vt curari nequeas. Deut. 28,27.

SCALA.

Viditque in somnis scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens cælũ. Gen. 28,12.

SCANDALVM.

Vsquequò patimur hoc scandalum? dimitte homines vt sacrificent. Exod. 10,7.

Ne fortè peccare te faciant in me, si seruieris diis eorum: quod certè tibi erit in scandalum. † 23,33. Leuit. 4,3.

Scandala publica vindicanda. Iudic. 20,13.

Dabo eam illi, vt fiat ei in scandalum, & sit super eum manus Philisthinorum. 1. Reg. 18,21.

Scandali pœna. 2. Esd. 13,1.

Hæc via illorum scandalum ipsis. Psal. 48,14.

Aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum. † 49,20.

In retributiones, & in scandalum. † 68,23.

Factum est illis in scandalum. † 105,36.

Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum. † 118,165.

Iuxta iter scandalum posuerunt mihi. † 139,6.

Et à scandalis operantium iniquitatem. † 140,9. Prou. 22,25.

Ne fueris hypocrita in conspectu hominum, & non scandalizeris in labiis tuis. Eccli. 1,37.

Et ponas scandalum in æquitate tua. † 7,6.

Scandalum iniquitatis eorum factum est. Ezech. 7,19.

Viri isti posuerunt immunditias suas in cordibus suis, & scandalum iniquitatis suæ statuerunt contra faciem suam. † 14,3.

Vos autem recessistis de via, & scandalizastis plurimos in lege. Mal. 2,8.

Et recordatus est malitiam filiorum Bean, qui erant populo in laqueum, & in scandalum insidiantes ei in via: & conclusi sunt ab eo. 1. Machab. 5,4.

Scandalum iubet etiam à licitis abstinere. 2. Mach. 6,24. Rom. 14,20,21. 1. Cor. 8,13.

Si dextera manus tua scandalizat te, abscinde eam, & proiice abs te. Matth. 5,30.

Beatus est qui non fuerit scandalizatus in me. † 11,6.

Colligent de regno eius omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatem, & mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus & stridor dentium. † 13,42.

Scandalizabantur in eo. 57.

Scis quia Pharisæi audito verbo hoc scandalizati sunt? † 15,12.

Qui conuersus dixit Petro: Vade post me satana: scandalum es mihi. † 16,23.

Vt autem non scandalizemus eos. † 17,26.

Scandalizauerit vnum de pusillis istis, expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius. † 18,6.

Væ mundo à scandalis. 7.

Tunc scandalizabuntur multi, & inuicem tradent. † 24,10.

Omnes vos scandalum patiemini in me in ista nocte. † 26,31.

Et si omnes scandalizati fuerint in te, ego numquam scandalizabor. 33.

Sciens autem Iesus apud semetipsum quæ murmurarent de discipuli eius, dixit eis: Hoc vos scandalizat? Ioan. 6,62.

Ecce pono in Sion lapidem offensionis, & petram scandali. Rom. 9,33.

Ne ponatis offendiculum fratri, vel scandalum. † 14,13.

Nos autem prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum: Gentibus autem stultitiam: ipsis autem vocatis Iudæis atque Græcis Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam. 1. Cor. 1,24.

Si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum. † 8,13.

Quis scandalizatur, & ego non vror. 2. Cor. 11,29.

Lapis offensionis, & petra scandali, his qui offendunt verbo. 1. Pet. 5,8.

Qui diligit fratrem suum, in lumine manet, & scandalum in eo non est. 1. Ioan. 2,10.

Habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat mittere scandalum coram filiis Israel; edere, & fornicari. Apoc.2,14.

SCAPVLA.

Percussit Ioram inter scapulas, & egressa est sagitta per cor eius. 4 Reg.9,24.

Sagittam in incertum iaceret, & percuteret regē Israel inter ceruicē & scapulas.2.Par.18,33.

Scapulis suis obumbrabit tibi. Psal.90,4.

Auerterunt scapulam recedentem, & aures suas aggrauauerunt, ne audirent. Zach.7,11.

SCATEO.

Scatere cœpit vermibus atque computruit. Exod.16,20.

Ingrediatur putredo in ossibus meis, & subter me scateat. Hab.3,16.

SCELVS.

Quibus polluta est terra: cuius ego scelera visitabo, vt euomant habitatores suos. Leuit.18,25.

Absit à nobis hoc scelus, vt recedamus à Domino, & eius vestigia relinquamus. Ios.22,29.

Cœperunt eum detestari, & scelus interfectionis septuaginta filiorum Ierobaal, & effusionem sanguinis eorum conferre in Abimelech fratrem suum. Iudic 9,24.

Et quasi scelus idololatriæ, nolle acquiescere. 1.Reg.15,23.

Dies boni nuntij est. Si tacuerimus, *&c.* sceleris arguemur. 4 Reg.7,9.

Quasi per risum stultus operatur scelus. Prouerb.10,23.

In multiplicatione impiorum multiplicabuntur scelera: & iusti ruinas eorū videbunt. † 29,16.

Abscissus de terra viuentium: propter scelus populi mei percussi eum. Isaiæ 53,8.

Et cum sceleratis reputatus est. 12.

Quid est quòd dilectus meus in domo mea fecit scelera multa. Ierem 11,15.

Et enarrent omnia scelera eorum in Gentibus. Ezech.12,16. † 16,5.

Neque secundùm scelera earum fecisti pauxillum minus: pænè sceleratiora fecisti illis in omnibus viis tuis, † 16,47.

Super montes comederunt in te, scelus operati sunt in medio tui. † 22,9.

Requiescere faciam scelus tuum de te. † 23,27.

Auferam scelus de terra, & discent omnes mulieres ne faciant secundùm scelus earum. 48.

Iuxta immunditiam eorum & scelus feci eis, & abscondi faciem meam ab illis. † 39,24.

Sufficiant vobis omnia scelera vestra domus Israel: eò quòd inducitis filios alienos incircumcisos corde & incircumcisos carne, vt sint in sanctuario meo, & polluant domum meam. † 44,7.

Super tribus sceleribus Damasci, & super quatuor non conuertam eum. Amos 1,3,9.

SCENOPEGIA.

Induit se Ionathas stola sancta septimo mense, anno centesimo sexagesimo, in die solemni scenopegiæ, & congregauit exercitum, & fecit arma bellica. 1.Mach.10,21.

Frequentate dies scenopegiæ mensis Casleu. 2.Mach.1,9.

Vt & vos quoque agatis diem scenopegiæ, & diem ignis. 18. Ioan.7,2.

SCEPTRVM.

Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius. Gen.49,10.

Sceptrum patris tui sume tecum, præstoque sint & ministrent tibi. Num.18,1.

At ille ex more sceptrū aureum protendit manu, quo signū clementiæ monstrabatur. Esth.8,4.

Ne tradas Domine sceptrum tuum his qui non sunt, ne rideant ad ruinam nostram. † 14,11.

Et in vinculis non dereliquit eum, donec afferret illi sceptrum regni, & potentiam aduersus eos qui eum deprimebant. Sap.10,14.

Iugum enim oneris eius, & virgam humeri eius, & sceptrum exactoris eius superasti. Isa.9,4.

Israel sceptrum hereditatis eius, Dominus exercituum nomen eius. Ierem.51,19.

Sceptrum autem habet vt homo, sicut iudex regionis, qui in se peccantem non interficit. Baruch 6,13.

Factæ sunt ei virgæ solidæ in sceptra dominantium, & exaltata est statura eius inter frondes. Ezech.19,11.

Subiiciam vos sceptro meo, & inducam vos in vinculis fœderis. † 20,37.

Qui moues sceptrum filij mei, succidisti omne lignum. † 21,10.

In Taphnis nigrescet dies, cùm contriuero ibi sceptra Aegypti, & defecerit in ea superbia potentiæ eius. † 30,18.

Tenentem sceptrum de domo voluptatis, & transferetur populus Syriæ Cyrenen. Amos 1,5.

SCEVA.

Sceuæ principis sacerdotum septem filij, qui hoc faciebant. Act.19,13.

SCHINVS.

Qui ait: Sub schino. Dan.13,54.

SCHISMA.

Schisma. Diuisus est populus in duas partes: media pars populi sequebatur Thebni. 3.Regum 16,21.

Schisma erat inter eos. Ioan.9,16.

Idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata. 1.Cor.1,10.

Vt non sit schisma in corpore, sed idipsum pro inuicem solicita sint membra. † 12,25.

SCHOLA.

Quotidie disputans in schola tyranni cuiusdam. Act.19,9.

SCIBBOLETH.

Dic ergo: Scibboleth, quod interpretatur Spica. Qui respondebat, Sibboleth. Iudic.12,6.

SCIN-

SCINDO.

Scissisque vestibus, indutus est cilicio, lugens filium suum multo tempore. Gen.37,34.

Vestimenta nolite scindere, ne fortè moriamini. Leuit.10,6.

Qui & ipsi lustrauerant terram, sciderunt vestimenta sua, & ad omnem multitudinem filiorum Israel locuti sunt: Terra quam circuiuimus valdè bona est. Num.14,6.

Occurrit ei vnigenita filia sua, &c. qua visa scidit vestimenta sua. Iudic.11,35.

Scissa veste & conspersus puluere caput. 1. Regum 4,12.

Scidit Dominus regnum Israel à te hodie, & tradidit illud proximo tuo meliori te. † 15,28.

Scindite vestimenta vestra, & accingimini saccis, & plangite ante exequias Abner. 2. Regum 3,31.

Quæ [Thamar] aspergens cinerem capiti suo, scissa talari tunica. † 13,19.

Scissa veste, & terra pleno capite. † 15,32.

Scindam regnum tuum, & dabo illud seruo tuo. 3.Reg.11,11.

Tolle tibi decem scissuras. 31.

Scindam regnum de manu Salomonis, & dabo tibi decem tribus. 35.

Altare scindetur, & effundetur cinis qui in eo est. † 13,3.

Cùm audisset Achab sermones istos, scidit vestimenta sua, & operuit cilicio carnem suam, ieiunauitque, & dormiuit in sacco, & ambulauit demisso capite. † 21,27.

Apprehenditque [Eliseus] vestimenta sua, & scidit illa in duas partes. 4 Reg.2,12. † 5,7.

Rex, scidit vestimenta sua, & transibat pèr murum. † 6,30.

Scidit [Athalia] vestimenta sua, clamauitque: Coniuratio. † 11,14.

Ad Ezechiam, scissis vestibus & nuntiauerunt ei verba Rabsacis. † 18,37.

Quæ cùm audisset Ezechias rex, scidit vestimenta sua, & opertus est sacco, & ingressus est in domum Domini. † 19,1.

Et audisset rex verba libri legis Domini, scidit vestimenta sua. † 22,11.

Scidi pallium meum, & tunicam, & euelli capillos capitis mei & barbę, & sedi mœrens. 1. Esdræ 9, 3.

Ecce enim Holofernes iacet in terra, &c. sciderunt omnes vestimenta sua, & intolerabilis timor & tremor cecidit super eos. Iudith 14,17.

Quæ cùm audisset Mardochæus scidit vestimenta sua, & indutus est sacco, spargens cinerem capiti: & in platea mediæ ciuitatis voce magna clamabat, ostendens amaritudinem animi sui, & hoc eiulatu vsq; ad fores palatij gradiēs. Esth.4,1.

Tunc surrexit Iob, & scidit vestimenta sua, & tonso capite corruens in terrā adorauit. Iob 1,20.

Scissisque vestibus sparserunt puluerem super caput suum in cælum. † 2,12.

Et non timuerunt neque sciderunt vestimenta sua, rex & omnes serui eius, qui audierunt vniuersos sermones istos. Ierem.36,24.

Scindite corda vestra, & non vestimenta vestra, & conuertimini ad Dominum Deum vestrū, quia benignus & misericors est. Ioel.2,13.

Scindetur Mons oliuarum. Zach.14,4.

Scidit vestimenta sua Mathathias, & filij eius: & operuerunt se ciliciis, & planxerunt valdè. 1.Mach.2,14.

Scidit Ionathas vestimenta sua, & posuit terram in capite suo, & orauit. † 11,71.

Scidit vestimenta sua, dicens: Blasphemauit. Matth.26,65.

Conuenientibus vobis in Ecclesiam, audio scissuras esse inter vos, & ex parte credo. 1. Cor.11,18.

SCINIPHES.

Percussitque puluerem terræ, & facti sunt sciniphes in hominibus, & in iumentis. Exod.8,17.

Feceruntque malefici similiter incantationibus suis, vt educerent sciniphes, & non potuerunt. 10.

SCINTILLA.

Quærunt extinguere scintillam meam. 2. Regum 14,7.

Sermo scintilla ad commouendum cor nostrum. Sap.2.2.

Fulgebunt iusti, & tamquam scintillæ in arundineto discurrent. † 3,7.

A scintilla vna augetur ignis: & ab vno doloso augetur sanguis. Eccli.11, 34.

Si sufflaueris in scintillam, quasi ignis exardebit: & si ex pueris super illam extinguetur: vtraque ex ore proficiscuntur. † 28,14. † 42,23.

Erit fortitudo vestra, vt fauilla stuppæ, & opus vestrum quasi scintilla: & succendetur vtrumque simul, & non erit qui extinguat. Isaiæ1, 31. Ezech.1,7.

SCIO, SCIENTIA.

Scientque Aegyptij quia ego sum Dominus. Exod.14,4.

Vt habeatis scientiam discernendi inter sanctum & profanum, inter pollutum & mundum. Leuit.10,10.

Deus scientiarum Dominus est. 1.Reg.2,3.

Samuel necdum sciebat Dominum. † 3,7.

Scietis quare non recedat manus eius à vobis. † 6, 3.

Sciat omnis terra quia est Deus in Israel. † 17,46.

Nemo sciat rem propter quam missus es à me. † 21,2.

Non enim sciuit seruus tuus quidquam super hoc negotio vel modicum vel grande. † 22,15.

Vnde scis quia mortuus est Saul? 2. Reg.1,5.

Tu enim scis seruū tuū Domine Deus. † 7,20.

Saluos

Saluos nos fac de manu eius, vt sciant omnia regna terrę quia tu es Dominus. 4.Reg.19,19.

Scire cupiens quid significaret somnium. Esth.11,12.

Adiuua me nullum aliud auxilium habentem, nisi te, Domine, qui habes omnium scientiam. † 14,14.

Secundùm scientiam vestram, & ego noui, nec inferior vestri sum. Iob 13,2.

In puncto ad inferna descendunt, qui dixerũt Deo Recede à nobis, & scientiam viarum tuarum nolumus. † 21,14.

Numquid Deo potest comparari homo, etiam cùm perfectæ fuerit scientiæ? 22,2.

Ipse verò scit viam meam, & probauit me quasi aurum quod per ignem transit. † 23,10.

Repetam scientiam meam à principio. † 36,3.

Ecce, Deus magnus vincens scientiam nostram. 26.

Quomodo scit Deus, & si est scientia in excelso? Psal.72,11.

Qui docet hominem scientiam? † 93,10.

Mirabilis facta est scientia tua ex me. † 138,6.

Vbi non est scientia animæ, non est bonum. Prou.19,2.

Non didici sapientiam, & non noui scientiam sanctorum. † 30,3.

Qui addit scientiam, addit & laborem. Eccles.1,18.

Promittit se scientiam Dei habere. Sap.2,13.

Ponam in lucem scientiam illius. † 6,24.

Dedit illi scientiam Sanctorum. † 10,10.

Vani autem sunt omnes homines in quibus non subest scientia Dei. † 13,1.

Si enim tantum potuerunt scire, vt possent æstimare sæculum: quomodo huius Dominum non faciliùs inuenerunt? 9.

Scientiam & intellectum prudentiæ sapientia compartietur. Eccli.1,24.

Creauit illis scientiam spiritus, sensu impleuit cor illorum, & mala & bona ostendit illis. † 17,6.

Repleta est terra scientia Domini, sicut aquæ maris operientes. Isa.11,9.

Numquid non scitis? numquid non audistis? numquid non annuntiatum est vobis ab initio? numquid non intellexistis fundamenta terræ? † 40,21.

Habitatio tua in medio doli: in dolo rénuerunt scire me. Ier.9,6.

In hoc glorietur, qui gloriatur scire & nosse me. 24.

Stultus factus est omnis homo à scientia. † 51,17.

Cautos scientia, & doctos disciplina. Dan.1,4,17.

Multiplex erit scientia. † 12,4.

Conticuit populus, eò quòd non habuerit scientiam: quia tu scientiam repulisti, repellam te ne sacerdotio fungaris mihi. Osee 4,5.

Misericordiam volui, & non sacrificium; & scientia Dei plus quàm holocausta. † 6,6.

Labia enim sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore eius. Mal.2,7.

Scit enim pater vester, quid opus sit vobis, antequam petatis eum. Matth.6,8.

Videte ne quis sciat. † 9,30.

De die autem illa & hora nemo scit, neque Angeli cælorum, nisi solus Pater. † 24,36. Mar.13,32.

Præcepit illis vehementer, vt nemo id sciret. Mar.5,43.

Non enim sciebat quid diceret: erant enim timore exterriti. † 9,5.

Vnde hoc sciã? ego enim sum senex. Luc.1,18.

Ad dandam scientiam salutis plebi eius. 77.

Docens & dicens: Et me scitis, & à meipso non veni. Ioan.7,28.

Scio eum, & sermonem eius seruo. 8,55.

Quod ego facio tu nescis modò, scies autem postea. † 13,7.

Nunc scimus quia scis omnia, & non opus est tibi, vt quis te interroget. † 16,30.

Repleti omni scientia, ita vt possitis alterutrum monere. Rom.15,14.

Non enim iudicaui me scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. 1.Corinth.2,2.

Quis enim hominum scit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est? 11.

Scientia inflat, charitas verò ædificat. † 8,1.

Verumtamen existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Iesu Christi. Philip.3,8.

Et oppositiones falsi nominis scientiæ, quam quidam promittentes circa fidem exciderunt. 1.Tim.6,21.

SCIRPVS.

Numquid virere potest scirpus absque humore. Iob 8,11.

SCISCITOR.

Non declinetis ad magos, nec ab ariolis aliquid sciscitemini, vt polluamini per eos. Leuit.19,31. 1.Reg.28,7. Dan.2,10.

Sciscitabatur ab eis vbi Christus nasceretur. Matth.2,4.

SCOPAE, SCOPO.

Scopebam spiritum meum. Psal.76,7.

Ponam eam in possessionem ericij, & in paludes aquarum, & scopabo eam in scopa terens. Isa.14,23.

Inuenit eam scopis mundatam, & ornatam. Luc.11,25.

SCOPVLVS.

Scopuli torrentium inclinati sunt, vt requiescerent in Ar. Num.21,15.

Vnus scopulus prominens ad Aquilonem. 1.Reg.14,5.

SCORIA.

Argentum tuũ versum est in scoriam. Isa.1,22.

Conuertam manum meam ad te, & excoquam ad purum scoriam tuam, & auferam omne stannum tuum. 25.

Versa est mihi domus Israel in scoriam: omnes isti æs, & stannum, & ferrum, & plumbũ in medio fornacis: scoria argenti facti sunt. Ezech.22,18.

SCORPIO.

Scorpio ac dipsas, & nullæ omnino aquæ. Deut.8,15.

Ego autem cædam vos scorpionibus. 3.Regum 12,11. Eccli.39,36.

Increduli & subuersores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas. Ezech.2,6.

Dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes, & scorpiones, & super omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit. Luc.10,19.† 11,12. Apoc.9,3,10.

SCORTVM.

Dixerunt mihi numquam sedisse ibi scortum. Gen.38,22.

Scortum & vile prostibulum non ducent vxorem. Leuit.21,7.

Vnus de filiis Israel intrauit coram fratribus suis ad scortum, *&c.* perfodit ambos simul. Numer.25,8.

Non erit meretrix de filiabus Israel, nec scortator de filiis Israel. Deut.23,17.

Scortum alterius fit vxor mea. Iob 31,10.

Pretium enim scorti vix est vnius panis: mulier autem viri pretiosam animam capit. Prou.6,26.

Qui autem nutrit scorta, perdet substantiam. † 29,3.

SCRIBA, SCRIBO, SCRIPTVRA.

Scriptura sacra vnde sit, & quis eius vsus. Dixit autem Dominus ad Moysen: Scribe hoc ob monumentum in libro, & trade auribus Iosue. Exod.17,14.

Scribe tibi verba hæc, quibus & tecum, & cum Israel pepigi fœdus. † 34,27. Deut.41.

Describet sibi [rex] Deuteronomium legis huius in volumine, accipiens exemplar à sacerdotibus Leuiticæ tribus, & habebit secum, legetque illud omnibus diebus vitæ suæ, vt discat timere Dominum. Deut.17,18.

Scripsit itaque Moyses legem hanc, & tradidit eam sacerdotibus filiis Leui. † 31,9.

Non recedat volumen legis huius ab ore tuo, sed meditaberis in eo diebus ac noctibus, vt custodias & facias omnia quæ scripta sunt in eo: tunc diriges viam tuam, & intelliges eam. Ios.1,8. Isa.30,8.† 34,16. Matth.4,4.

Omnis scriptura diuinitus inspirata, vtilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia: vt perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus. 1.Timoth.3,15.

Difficilis intellectu. Sicut & charissimus frater noster Paulus secundùm datam sibi sapientiam scripsit vobis, sicut & in omnibus epistolis, loquẽs in eis de his: in quibus sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & instabiles deprauant, sicut & ceteras Scripturas, ad suam ipsorum perditionem. 2.Pet.3,16.

Nec omnia scriptis Apostoli mandarunt. Multa quidem & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc. Ioan.20,30.† 21,24. 1.Cor.11,34.

Plura habens vobis scribere, nolui per chartam & atramentum: spero enim me futurum apud vos, & os ad os loqui. 2.Ioan.v.12.

Nec Scriptura nec lex est iudex, sed sacerdos. Deuter.17,18.

Sacerdotes autem & Leuitæ, *&c.* populum meum docebunt quid sit inter sanctum, & pollutum, & inter mundum, & immundum ostendent eis. Et cùm fuerit controuersia, stabunt in iudiciis meis, & iudicabunt. Ezech 44,23.

Labia enim sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum est. Mal.2,7.

Portans duas tabulas testimonij in manu sua scriptas ex vtraque parte, & factas opere Dei, scriptura quoque Dei erat sculpta in tabulis. Exod.32,16.

Scribe tibi verba hæc, quibus & tecum, & cum Israel pepigi fœdus. † 34,27.

Scripsit in tabulis verba fœderis decem. 28.

Scripseruntque in ea opere gemmario, Sanctum Domini. † 39,31.

Scribesque ea in limine, & ostiis domus tuæ. Deut.6,9.

Scribam in tabulis verba, quæ fuerunt in his quas antè cõfregisti, ponesque eas in arca.† 10,2.

Scribes ea super postes, & ianuas domus tuæ. † 11,20.

Ingentes lapides, & calce leuigabis eos, vt possis in eis scribere omnia verba legis huius. † 27,2.

Scripsit itaque Moyses legem hanc, & tradidit eam sacerdotibus filiis Leui. † 31,9.

Scribe vobis canticum istud, & docete filios Israel, vt memoriter teneant, & ore decantent, & sit mihi carmen istud pro testimonio inter filios Israel. 19.

Scripsit super lapides Deuteronomium legis Domini, quod ille digesserat coram filiis Israel. Ios.8,32.

Scripsit quoque omnia verba hæc in volumine legis Domini. † 24,26.

Locutus est autem Samuel ad populum legem regni, & scripsit in libro, & reposuit coram Domino. 1.Reg.10,25.

Et Saraias, scriba. 2.Reg.8,17.

Scripsit itaque [Iezabel] literas ex nomine Achab, & signauit eas annulo eius, & misit ad maiores natu, & optimates. 3.Reg.21,8.

Scripta sunt in libro verborum dierum regum Iuda? † 22,46.

Scriba regis & pontifex, effundebantque & numerabant pecuniam, quæ inueniebatur in domo Domini. 4.Reg.12,10. † 22,4.

Omnia, inquit, venerunt scripta manu Domini ad me, vt intelligerem vniuersa opera exemplaris. 1.Par.28,19.

Scripta sunt in verbis Iesu filij Hanani, quæ egessit in libros regum Israel. 2.Par.20,34.

Scripta sunt in sermonibus Hozai. 33,19.

Hi quæsierunt scripturam genealogiæ suæ, & non inuenerunt, & eiecti sunt de sacerdotio. 1.Esdræ 2, 62.

Ipse Esdras ascendit de Babylone, & ipse scriba velox in lege Moysi. † 7,6. 1.Esd.8,14.

Scribite ergo Iudæis sicut vobis placet, regis nomine. Esther 8,8.

Scriptura testatur & certa expetunt tempora. † 9,27.

Scripta sunt in libris Medorum atque Persarum. † 10,2.

Scribis enim contra me amaritudines. Iob 13, 26.

Quis mihi tribuat vt scribantur sermones mei? † 19,23.

Deleantur de libro viuentium, & cum iustis non scribantur. Psal.68,29.

Dominus narrabit in scripturis populorum, & principum horum qui fuerunt in ea. † 86,6.

Scribãtur hæc in generatione altera. † 101,19.

In libro tuo omnes scribentur. † 138,16.

Voluit & ipse scribere aliquid horum quæ ad doctrinam & sapientiam pertinent. Prolog. Ecclesiastici.

In manu Dei prosperitas hominis, & super faciem scribæ imponet honorem suum. Eccli.10,5.

Sapientia scribæ in tempore vacuitatis: & qui minoratur actu, sapientiam percipiet. † 38,25.

Consiliatus sum, & cogitaui, & scripta dimisi. † 39,38.

Qui scriptus es in iudiciis temporum lenire iracundiam Domini. † 48,10.

Residuus in Ierusalem, sanctus vocabitur, omnis qui scriptus est in vita in Ierusalem. Isaiç 4, 3.

Sume tibi librum grandem, & scribe in eo stylo hominis: Velociter spolia detrahe, citò prędare. † 8,1.

Scribe ei super buxum, & in libro diligenter exara illud. † 30,8.

Scriptura Ezechiæ regis Iuda, cùm ægrotasset & conualuisset de infirmitate sua. † 38,9.

Ille vocabit in nomine Iacob: & hic scribet manu sua: Domino: & in nomine Israel assimilabitur. † 44,5.

Ecce scriptum est coram me: non tacebo, sed reddam, & retribuam in sinum eorum, iniquitates vestras, & iniquitates patrum vestrorum simul. † 65,6.

Verè mendacium operatus est stylus mendax scribarum. Ierem.8,8.

Recedentes à te, in terra scribentur. † 17,13.

Scribe virum istum [Iechoniam] sterilem, virum qui in diebus suis nõ prosperabitur. † 22,30.

Scribe tibi omnia verba, quæ locutus sum ad te in libro. † 30,2.

Scripsi in libro & signaui, & adhibui testes, & appendi argentum in statera. † 32,9.

Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam. † 32,12.

Scripsit Baruch ex ore Ieremiæ omnes sermones Domini. † 36,4.

Rursum tolle volumen aliud, & scribe in eo omnes sermones priores, qui erant in primo volumine, quod combussit Ioachim rex Iuda. 28.

Scripsit Ieremias omne malum, quod venturum erat super Babylonem in libro vno. † 51,60.

Scribe legem tuam coram filiis Israel. Baruch 2,28.

In consilio populi mei non erunt, & in scriptura domus Israel non scribentur. Ezech.13,9.

Scribe tibi nomen diei huius, in qua confirmatus est rex Babylonis aduersum Ierusalem hodie. † 24,2.

Scribe super illud Ioseph filio Ephraim. † 37,16.

Saluabitur populus tuus, omnis qui inuentus fuerit scriptus in libro. Dan.12,1.

Scribe visum, & explana eum super tabulas. Habac.2,2.

Cœpit populus Israel scribere in tabulis, & gestis publicis. 1.Mach.13,42.

Scribantur in nomine eius omnes conscriptiones in regione. † 14,43.

Desperans scripsit ad Iudæos in modum deprecationis. 2.Mach.9,18.

Omnis scriba doctus in regno cælorum, similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua & vetera. Matth.13,52.

Quomodo ergo implebuntur scripturæ, quia sic oportet fieri? † 26,54.

Hodie impleta est hæc scriptura in auribus vestris. Luc.4,21.

Necesse est impleri omnia, quæ scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis, & Psalmis de me. † 24, 44.

Scrutamini Scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere. Ioan.5,39.

Iesus autem inclinans se deorsum, digito scribebat in terra. † 8,6,8.

Quod scripsi, scripsi. † 19,22.

Nondum enim sciebãt Scripturam, quia oportebat eum à mortuis resurgere. † 20,9.

Oportet impleri Scripturam quam prædixit Spiritus sanctus. Act.1,6.

Locus autem Scripturæ, quam legebat erat hic: Tamquam ouis ad occisionem ductus est.† 8,32.

Scribentes per manus eorum: Apostoli & seniores fratres, his, qui sunt Antiochiæ. † 15,23.

Qui susceperunt verbum cum omni auiditate, quotidie scrutantes Scripturas, si hæc ita se haberent. † 17,11.

Apollo nomine Alexandrinus genere, vir eloquens, deuenit Ephesum, potens in scripturis. † 18, 24.

Exhortati fratres, scripserunt discipulis vt susciperent eum. 27.

Vehementer enim Iudæos reuincebat publicè [Apollo] ostendens per scripturas, esse Christum Iesum. 28.

Qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis. Rom.2,15.

Quæcumque enim scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt: vt per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus.† 15,4.

Saluto vos ego Tertius, qui scripsi epistolam, in Domino. † 16,22.

Vbi sapiens? vbi scriba, vbi conquisitor huius sæculi? Nonne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi? 1.Cor.1,20.

Nam ex multa tribulatione & angustia cordis scripsi vobis per multas lacrymas. 2.Cor.2,4.

Scripta non atramento, sed spiritu Dei viui. † 3,3.

Omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, vt perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus. 2.Tim.3,16.

Ego Paulus scripsi mea manu: ego reddam. Philem.v.19.

Sicut & charissimus frater noster Paulus, secundùm datã sibi sapientiã scripsit vobis. 2.Pet.3,15.

Non scripsi vobis quasi ignorantibus veritatem. 1.Ioan.2,21.

Plura vobis scribere nolui per chartam & atramentum, spero enim me futurum apud vos & os ad os loqui. 2.Ioan. v.12.

Quod vides, scribe in libro, & mitte septem Ecclesiis. Apoc.1,11.

SCRVPVLVS.

Non erit tibi hoc in singultum, & in scrupulum cordis. 2.Reg.25,31.

SCRVTOR.

Scrutari noli sacra. Alij nulla curiositate videant quæ sunt in Sanctuario priusquam inuoluantur, alioquin morientur. Num.4,20.

Vos autem nolo vt scrutemini actum meum. Iudith 8,33.

Et peccatum meum scruteris? Iob 10,6.

Quis poterit scrutari vias eius? † 36,23.

Scrutans corda & renes Deus. Psal.7,10.

Scrutati sunt iniquitates, defecerunt scrutantes scrutinio. † 63,7.

Beati qui scrutantur testimonia eius. † 118,2.

Qui scrutator est maiestatis, opprimetur à gloria. Prou.25,2,7.

In superuacuis rebus noli scrutari multipliciter. Eccli.3,24.

Ego Dominus scrutans cor, & probans renes, qui do vnicuique iuxta viam suam. Ierem.17,10.

Scrutemur vias nostras, & quæramus, & reuertamur ad Dominum. Thren.3,40.

Quomodo scrutati sunt Esau, inuestigauerunt abscondita eius? Abd.v.6.

Scrutabor Ierusalem in lucernis. Soph.1,12.

Scrutamini Scripturas: quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere. Ioan.5,39.

Qui autem scrutatur corda, scit quid desideret Spiritus. Rom.8,27.

Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei. 1.Cor.2, 10.

SCRVTVM.

Talentorum auri, excepto eo quod adferebant viri qui super vectigalia erant, & negotiatores, vniuersique scruta vendentes. 3.Reg.10,15.

SCVLPO, SCVLPTILE.

Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem, quæ est in cælo desuper. Exod.20,3.

Opere sculptoris & cælatura gẽmarij.† 28,11.

Sculptam similitudinem eorum, quæ fieri Dominus prohibuit. Deut.4,23,24.

Non facies sculptile, &c. non adorabis ea, & non coles. † 5,8.

Sculptilia eorum igne combures: non concupisces argentum & aurum de quibus facta sunt, neque assumes ex eis quidquam, ne offendas, propterea quia abominatio est Domini Dei tui. † 7,25.

Maledictus homo qui facit sculptile. † 27,15.

Vt faceret ex eis sculptile atque conflatile, quod fuit in domo Michæ. Iudic.17,4.

Posueruntque sibi sculptile, & Ionatham filium Gersam filij Moysi, ac filios eius sacerdotes in tribu Dan, vsque ad diem captiuitatis suæ. † 18, 30.

Reliquerunt ibi sculptilia sua, quæ tulit Dauid, & viri eius. 2.Reg.5,21.

Sculpsit variis cælaturis & torno. 3.Reg.6,26.

Sculpsit in eis picturam cherubim. 32.

Sculptile quoque & conflatile signum posuit [Manasses] in domo Dei. 2.Par.33,7.

In sculptilibus suis ad æmulationem eum prouocauerunt. Psal.77,58.

Sculpat diligenter per vacuitatem suam. Sap. 13, 13.

Qui sculpit signacula sculptilia, & assiduitas eius variat picturam. Eccli.38,28.

Numquid sculptile conflauit faber? aut artifex auro figurauit illud? Isaiæ 40,19.

Quare

Quare ergo me ad iracundiam concitauerunt in sculptilibus suis, & in vanitatibus alienis? Ier. 8,19.

Confusus est artifex omnis in sculptili, quia falsum est quod conflauit, & non est spiritus in eis. † 10,14.

Numquid sunt in sculptilibus gentium qui pluant? † 14,22.

Terra sculptilium est, & in portentis gloriantur. † 50,38.

Visitabo super sculptilia Babylonis. † 51,47.

Sculptilia eius concidentur, & omnes mercedes eius comburentur igne. Mich. 1,7.

Quid prodest sculptile, quia sculpsit illud fictor tuus, conflatile & imaginem falsam? quia sperauit in figmento fictor eius. Habac. 2,18.

Cælabo sculpturam eius. Zach. 3,9,

Aut lapidi, aut sculpturæ artis Diuinum esse simile. Act. 17,29.

SCVRRA, SCVRRILITAS.

Nudatus est quasi si nudetur vnus de scurris? 2. Reg. 6,20.

Aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas quæ ad rem non pertinet. Ephes. 5,4.

SCVTVM.

Scutum auxilij tui, & gladius gloriæ tuæ. Deut. 33,29.

Scutum meum, & cornu salutis meæ. 2. Regum 22,3.

Fecit quoque rex Salomon ducenta scuta de auro purissimo, sexcentos auri siclos dedit in laminas scuti vnius. 3. Reg. 10,16.

Scuta quoque aurea, quæ fecerat Salomon: pro quibus fecit rex Roboam scuta ærea. † 14,26.

Post habitaculum scutariorum. 4. Regum 11,6.

Domine, vt scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos. Psal. 5,13.

Scuta comburet igni. † 45,10.

Scuto circumdabit te veritas eius. † 90,5.

Sumet scutum inexpugnabile, æquitatem. Sap. 5,20. Eccli. 29,16.

Præparate scutum, & clypeum, & procedite ad bellum. Ier. 46,3.

Dabis eis scutum cordis laborem tuum. Thren. 3,65.

In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Ephes. 6,16.

SCYPHVS.

Scyphum meum argenteum, & pretium quod dedit tritici, pone in ore sacci, iunioris. Gen. 44,2.

Tres scyphi quasi in maris modum. Exo. 25,33. † 37,19.

Tolle hastam quę est ad caput eius, & scyphum aquæ, & abeamus. 1. Reg. 26,11. Ier. 35,5.

SCYTHA.

Etiamsi apud Scythas causam dixissent, innocentes iudicarentur, hos morte damnauit. 2. Machab. 4,47.

Non est Gentilis, & Iudæus, &c. Barbarus & Scytha. Col. 3,11.

SEBA.

Abscissum caput Seba filij Bochri proiecerunt ad Ioab. 2. Reg. 20,22.

SEBOIM.

In exemplum subuersionis Sodomæ & Gomorrhæ, Adamæ & Seboim, quas subuertit Dominus in ira est furore suo. Deut. 29,23. Osee 11,8.

SECEDO.

Secessit in partes Tyri & Sidonis. Mat. 15,21.

Ipse autem secedebat in desertum, & orabat. Luc. 5,16. Act. 26,31.

SECESSVS.

Omne quod in os intrat, in ventrem vadit, & in secessum emittitur? Matth. 15,17. Mar. 7,19.

SECO.

Si altare lapideum feceris mihi, non ædificabis illud de sectis lapidibus. Exod. 20,25.

Ipsum autē arietem secabis in frusta. † 29,17. Leuit. 22,24.

Numquid gloriabitur securis contra eum, qui secat in ea? Isa. 10,15.

Manet enim Angelus Domini, gladium habeus, vt secet te medium. Dan. 13,59.

Lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt. Heb. 11,37.

SECRETVM.

Secreta cur reuelantur Sanctis. Num celare potero Abraham, quę gesturus sum, &c. scio enim quòd præcepturus sit filiis suis, & domui suæ post se, vt custodiant viam Domini. Gen. 18,17.

Verbum secretum habeo ad te, ô rex. Et ille imperauit silentium. Iudic. 3,19. † 14,16.

Percussit in secretiori parte natium Azotum, & fines eius. 1. Reg. 5,6.

Secreta Syriæ regis reuelat Elisæus regi Israel. 4. Reg. 6,12.

Secretum seruat Nehemias. 2. Esd. 2,12.

In superioribus domus suæ fecit sibi secretum cubiculum, in quo cum puellis suis clausa morabatur. Iudith 8,3.

Vadam ad faciem principis Holofernis, vt indicem illi secreta illorum, & ostendam illi quo aditu possit obtinere eos, ita vt non cadat vir vnus de exercitu eius. † 10,13.

Vt ostenderet tibi secreta sapientiæ, & quòd multiplex esset lex. Iob 11,6.

Causam tuam tracta cum amico tuo, & secretum extraneo ne reueles. Prou. 25,9.

Nullum secretū est, vbi regnat ebrietas, † 31,4

Secretum meum mihi, secretum meum mihi. Isa. 24,16.

Qui dat secretorum scrutatores quasi non sint, iudices terræ velut inane fecit. † 40,23.

Dabo tibi thesauros absconditos & arcana secretorum. † 45,3.

Sapientior es tu Daniele: omne secretum non est absconditum à te. Ezech.28,3.

Quia non facit Dominus Deus verbum, nisi reuelauerit secretum suum ad seruos suos prophetas. Amos 3,7.

SECTA.

Vt plures alterius gentis & sectæ, eorum religioni, & ceremoniis iungerentur. Esther 8,17.

Secundùm sectam quam dicunt hæresim, sic deseruio Patri. Act.24,14.

De secta hac notum est nobis quia vbique ei contradicitur. † 28,22.

Sicut & in vobis erunt magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis. 2.Pet.2,1.

SECTOR.

Et quod fecero sectamini. Iudic.7,17. Prou.11,17.

Quod bonum est, sectamini in inuicem, & in omnes. 1.Thes.5,15.

Sectare verò iustitiam, pietatem, fidem. 1.Timoth.6,11.

SECVNDAE.

Inuidebit viro suo, qui cubat in sinu eius, super filij & filiæ carnibus, & illuuie secundarum. Deut.28,57.

SECVNDVS, SECVNDO.

Et ego ero tibi secundus. 1.Reg.23,17.

Quæ habitabat in Ierusalem in Secunda. 4.Reg.22,14.

Quomodo Mardochæus Iudaici generis secundus à rege Assuero fuerit. Esther 10,3.

Erat post regem secundus, Aman nomine. † 13,3.

Semel loquitur Deus, & secundò idipsum non repetit. Iob 33,14.

Cum adolescente secundo, qui consurget pro eo. Eccles.4,15.

Factum est verbum Domini ad Ionam secundò. Ionæ 3,1.

Vox clamoris à porta piscium & vlulatus à Secunda. Sophon.1,10.

Secundùm certissimam sectam nostræ religionis vixi pharisæus. Act.26,5.

SECVRIS.

Securis fugerit manu, ferrumque lapsum de manubrio amicum eius percusserit, & occiderit, hic ad vnam supradictarum vrbium confugiet, & viuet. Deut.19,5.

Arrepta securi, præcidit arboris ramum, impositumque ferens humero, dixit ad socios: Quod me videritis facere, citò facite. Iudic.9,48. 4.Reg.6,5.

Securibus exciderunt ianuas eius in idipsum: in securi & ascia deiecerunt eam. Psal.73,6.

Numquid gloriabitur securis contra eum qui secat in ea? Isaiæ 10,15.

Cum securibus venient ei quasi cędentes ligna. Ierem.46,22.

Iam enim securis ad radicem arborum posita est. Matth.3,10.

SECVRVS.

Intrabimus ad securos, in regionem latissimam. Iudic.18,10,27. 2.Par.20,10. Iob 11,18.

Omnes dies pauperis mali: secura mens quasi iuge conuiuium. Prou.15,15.

Sunt impij, qui ita securi sunt, quasi iustorum facta habeãt. Eccles.8,14. Sap.7,23. Zach.14,11.

Suadebimus ei, & securos vos faciemus. Matthæi 28,14.

SEDECIAS.

Ponat te Dominus sicut Sedeciam, & sicut Achab. Ierem.29,22.

Clauserat enim eum [Ieremiam] rex Iuda, dicens: Quare vaticinaris? † 32,3.

Comprehenderunt Sedeciam in campo solitudinis Ierichontinæ. † 39,5.

Filius viginti & vnius anni erat Sedecias cùm regnare cœpisset, & vndecim annis regnauit. † 52,1.

Oculos Sedeciæ eruit, & vinxit eum compedibus. 11.

SEDEO.

Quando sedebamus super ollas carnium, & comedebamus panem in saturitate? Exod.16,3.

Vt sedeat cum principibus. 1.Reg.2,8.

Heli sedebat super sellam contra viam spectans. Erat enim cor eius pauens pro arca Dei. † 4,13.

Fecerunt sibi sedes pelliceas. † 5,9.

Sedere soleo iuxta regem ad vescendum. † 20,5,19.

Ingressus est autem rex Dauid, & sedit coram Domino, & dixit: Quis ego sum Domine Deus? 2.Reg.7,18.

Surrexit ergo rex, & sedit in porta. † 19,8.

Sedebit [Salomon] super solium meum, & ipse regnabit pro me, illique præcipiam vt sit dux super Israel & super Iudam. 3.Reg.1,35.

Stetique pro Dauide patre meo, & sedi super thronum Israel. † 8,20.

Elisæus autem sedebat in domo sua, & senes sedebant cum eo. 4.Reg.6,32.

Non solùm non assurrexisse sibi [Mardochæum] sed nec motum quidem de loco sessionis suæ. Esth.5,9.

Sederunt cum eo in terra septem diebus & septem noctibus, & nemo loquebatur ei verbum: videbant enim dolorẽ esse vehementẽ. Iob 2,13.

Non sedi cum concilio vanitatis. Psal.25,1.

Sedes tua Deus in sæculum sæculi. † 44,7.

Deus sedet super sedem sanctam suam. † 46,9.

Qui sedes super cherubim. † 79,2.

Aedificabo in generationem & generationem sedem tuam. † 88,5.

Sedem

Sedem eius in terra collisisti. 45.

Parata sedes tua ex tunc: à sęculo tu es. † 92,2.

Numquid adhæret tibi sedes iniquitatis, qui fingis laborem in præcepto? † 93,20.

Qui sedes super Cherubim, moueatur terra. † 98,1.

Dominus in cælo parauit sedem suam, & regnum ipsius omnibus dominabitur. † 102,19.

Sedentes in tenebris, & vmbra mortis. † 106,10.

Sede à dextris meis. † 109,1.

Sederunt principes & aduersum me loquebantur. † 118,23.

Quia illic sederunt sedes in iudicio, sedes super domum Dauid. † 121,5.

Filij eorum vsque in sæculum sedebunt super sedem tuam. † 131,12.

Tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam. † 138,1.

A regalibus sedibus. Sap. 18,15.

Sedes ducum superborum destruxit Deus, & sedere fecit mites pro eis. Eccli. 10,17.

A residente super sedem gloriosam, vsque ad humiliatum in terra & cinere. † 40,3.

Sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis. Isa. 14,13.

Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta. † 32,18.

Cælum sedes mea, terra autem scabellum pedum meorum. † 66,1.

Quæ sedes in Libano, & nidificas in cedris, quomodo congemuisti cùm venissent tibi dolores. Ier. 22,23.

Sederunt in terra, conticuerunt senes filiæ Sion. Thren. 2,10.

Descendent de sedibus suis omnes principes maris, & auferent exuuias suas. Ezech. 26,16.

Collocauit eum rex sedere secum. 1. Mach. 10,62.

Sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Matth. 19,28. Luc. 22,30.

Dic vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad sinistram in regno tuo. † 20,21.

Inuenietis pullum ligatum, super quem nemo adhuc hominum sedit: soluite illum, & adducite. Mar. 11,2.

Post triduum inuenerunt illum in templo sedentem in medio Doctorum, audientem illos & interrogantem eos. Luc. 2,46.

Ex hoc autem erit filius hominis sedens à dextris virtutis Dei. † 22,69.

Sedete in ciuitate, quoadusque induamini virtute ex alto. † 24,49.

Sedet ad dexteram maiestatis in excelsis. Heb. 1,3.

Tu sede hîc benè. Iac. 2,3.

Scio vbi habitas, vbi sedes est satanæ. Apocal. 2,13.

Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo. † 3,21.

Sedes posita erat in cælo, & supra sedem sedens. † 4,2.

Vidi sedes, & sederunt super illas, & iudicium datum est illis. † 20,4.

Omne maledictum non erit ampliùs, sed sedes Dei & Agni in illa erunt. † 22,3.

SEDITIO.

Seditio. Congregatus aduersus Aaron, dixit: Surge, fac nobis deos. Exod. 32,1.

Seditio oritur. Vociferans omnis turba fleuit nocte illa, & murmurati sunt contra Moysen & Aaron cuncti filij Israel. Num. 14,2.

Seditio Core. Cumque stetissent aduersus Moysen & Aaron, dixerunt: Sufficiat vobis, quia omnis multitudo sanctorum est, & in ipsis est Dominus. Cur eleuamini super populum Domini? † 16,3,19.

Cumque oriretur seditio, & tumultus increscceret, Moyses & Aaron fugerunt ad tabernaculum fœderis. 42.

Et versi in seditionem dixerunt: Vtinam periissemus inter fratres nostros coram Domino. Cur eduxistis Ecclesiam Domini in solitudinem? † 20,3. † 21,5.

In Ephraim orta est seditio, &c. Quare vadēs ad pugnam contra filios Ammon vocare nos noluisti, vt pergeremus tecum? Igitur incendemus domum tuam. Iudic. 12,1. 2. Reg. 20,1.

Seditionem conantur Assyrij excitare contra regem Ezechiam. 2. Par. 32,11.

Seditiones & prælia concitantur in ea: nam & reges fortissimi fuerunt in Ierusalem, qui & dominati sunt omni regioni quæ trans Fluuium est. 1. Esd. 4,19.

Seditio inchoatur. Iudith 7,12.

Contigit Tharsenses & Mallotas seditionem mouere, eò quòd Antiochidi regis concubinæ dono essent dati. 2. Mach. 4,30.

Barabbam, qui erat propter seditionem quamdam factam in ciuitate, & homicidium missus in carcerem. Luc. 23,19.

Facta ergo seditione non minima Paulo & Barnabæ aduersus illos. Act. 15,2.

Nam & periclitamur argui seditionis hodiernæ, cùm nullus obnoxius sit, (de quo possimus reddere rationem) concursus istius. † 19,40.

Inuenimus hunc hominem pestiferum, & concitantem seditiones omnibus Iudæis in vniuerso orbe, & auctorem seditionis sectæ Nazarenorum. 24,5.

SEDO.

Festinanter itaque rex venit sedare illos. 2. Mach. 4,31.

Vix sedauerunt turbas ne sibi immolarent. Act. 14,17. † 19,36.

SEDVCO.

Si seduxerit quis virginem necdum desponsatam, dormieritque cum ea: dotabit eam, & habebit eam vxorem. Exod.22,16.

Seductores vt tractandi. Deut.13,2,14.

Non te seducat deus tuus in quo habes fiduciam. 4.Reg.19,10.

Manasses seduxit Iudam, & habitatores Ierusalem, vt facerent malum super omnes gentes, quas subuerterat Dominus à facie filiorum Israel. 2.Par.33,9.

Quare seduceris fili mi ab aliena? Prou.5,20.

Custodiuit illum ab inimicis, & à seductoribus tutauit illum. Sap.10,12.

Attende ne seductus in stultitiam humilieris. Eccli.13,10.

Seduxisti me Domine, & seductus sum: fortior me fuisti, & inualuisti: factus sum in derisum tota die. Ier.20,7.

Seduxerunt populum meum in mendacio suo, & in miraculis suis. † 23,32.

Seduxerunt te, & præualuerunt aduersum te viri pacifici tui, demerserunt in cœno, & in lubrico pedes tuos, & recesserunt à te. † 38,22.

Super prophetas, qui seducunt populum meum, qui mordent dentibus suis? Mich.3,5.

Videte ne quis vos seducat. Matth.24,4. Mar.13,6.

Seductor ille dixit adhuc viuens: Post tres dies resurgam. † 27,63.

Quidam enim dicebant: Quia bonus est: alij autem dicebant: Non, sed seducit turbas. Ioan.7,12.

Numquid & vos seducti estis? 47.

Super languidos deferrentur à corpore eius sudaria, & semicinctia, & recedebant ab eis languores. Act.19.12.

SEMINIVERBIVS.

Quid vult seminiuerbius hic dicere? Act. 17,18.

SEMITA.

In diebus Iahel quieuerunt semitæ, & qui ingrediebantur per eas, ambulauerunt per calles deuios. Iudic.5,6.

Considerate semitas Thema, itinera Saba. Iob 6,19.

Ecce enim breues anni transeunt, & semitam per quam non reuertar ambulo. † 16,23.

Semitam meam circumsepsit. † 19,8.

Numquid semitam sæculorum custodire cupis? † 22,15.

Semitam ignorauit auis. † 28,7.

Post eum lucebit semita, æstimabit abyssum quasi senescentem. † 41,23.

Semitæ tuæ in aquis multis. Psal.76,20.

Semitam meam, & funiculum meum inuestigasti. † 138,3.

Dirige semitam pedibus tuis, & omnes viæ tuæ stabilientur. Prou.4,26.

Ne abstrahatur in viis illius mens tua: neque decipiaris semitis eius. † 7,25.

Semita vitæ super eruditum. † 15,24.

Considerauit semitas domus suæ. † 31,27.

Semita iusti recta est, rectus callis iusti ad ambulandum. Isaiæ 26,7.

Erit ibi semita & via, & via sancta vocabitur: non transibit per eam pollutus. † 35,8.

Semitæ eorum incuruatæ sunt eis, omnis qui calcat in eis ignorat pacem. † 59,8.

Interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea. Ierem.6,16.

Semitas meas subuertit, & confregit me. Thren.3,11. Osee 2,6. Mich.4,2. Mar.1,3.

SEMIVIVVS.

Alius alibi proiectus semiuiuus, propter quem moriebatur, causam demonstrabat mortis. Sap. 18,18.

Plagis impositis abierunt semiuiuo relicto. Lucæ 10,30.

SEMPITERNVS.

Celebrabitis eam solemnem Domino in generationibus vestris cultu sempiterno. Exodi 12,14.

Domus patris tui ministraret in conspectu meo vsque in sempiternum. 1.Reg.2,30.

Detraxero te cum his qui descendunt ad lacum ad populum sempiternum. Ezech.26,20.

SENATOR.

Nobilis in portis vir eius, quando sederit cum senatoribus terræ. Prou.31,23.

Satrapæ, senatores, & iudices. Dan.6,7.

SENECTA, SENEX.

Vocauit autem Moyses omnes seniores Israel, &c. & immolate Phase. Exod.12,21.

Coram cano capite consurge, & honora personam senis. Leuit 19,32.

Sicut dies iuuentutis tuæ, ita & senectus tua. Deut.33,25.

Senuisti & longæuus es, terraque latissima derelicta est, quæ necdum sorte diuisa est. Ios.13,1.

Ego senui, & progressioris ætatis sum. † 23,2.

Habeas qui consoletur animam tuam, & enutriat senectutem. Ruth 4,15.

Heli autem erat senex valdè. 1.Reg.2,22.

Vt non sit senex in domo tua. 31.

Senex enim erat & grandæuus. † 4,18.

Cùm senuisset Samuel, posuit filios suos iudices Israel. † 8,1. † 12,1.

Senex & grandæuus inter viros, † 17,12.

Vir senex ascendit, & ipse amictus est pallio. † 28,14.

Senex

Senex valdè, id est, octogenarius. 2. Regum 19,32,35.

Et rex Dauid senuerat, habebatque ætatis plurimos dies. 3. Reg. 1,1.

Dereliquit [Roboam] consilium senum quod dederant ei, & adhibuit adolescentes, qui nutriti fuerant cum eo. † 12,8.

In tempore senectutis suæ doluit [Asa] pedes. 3. Reg. 15,23.

Igitur Dauid senex & plenus dierum regem constituit Salomonem. 1. Par. 23,1.

Et cùm sim vnicus parentibus meis, deponam senectutem illorum cum tristitia ad inferos. Tob. 6,15.

Inuenitque eos incolumes in senectute bona, & curam eorum gessit, & ipse clausit oculos eorum. † 14,15.

Et senes & antiqui sunt in nobis, multò vetustiores quàm patres tui. Iob 15,10.

Videbant me iuuenes, & abscondebantur, & senes assurgentes stabant. † 29,8.

Non sunt longæui sapientes, nec senes intelligunt iudicium. † 32,9.

Ne proiicias me in tempore senectutis: cùm defecerit virtus mea ne derelinquas me. Psalmo 70,9.

Vsque in senectam & senium Deus ne derelinquas me. 18.

Senectus mea in misericordia vberi. † 91,11.

Adhuc multiplicabuntur in senecta vberi. 15.

Senes eius prudentiam doceret. † 104,22.

Super senes intellexi. † 118,99.

Virgines, senes cum iunioribus laudent nomen Domini. † 148,12.

Corona dignitatis senectus, quæ in viis iustitiæ reperietur. Prou. 16,31.

Exultatio iuuenum, fortitudo eorum: & dignitas senum, canities. † 28,29.

Sine honore erit nouissima senectus illorum. Sap. 3,17.

Senectus enim venerabilis est non diuturna, neque annorum numero computata: cani autem sunt sensus hominis, & ætas senectutis vita immaculata. † 4,8.

Fili, suscipe senectam patris tui. Eccli. 3,14.

Ne spernas hominem in sua senectute, etenim ex nobis senescunt. † 8,7.

Pauperem superbum, diuitem mendacem, senem fatuum & insensatum. † 25,4.

Quæ in iuuentute tua non congregasti, quomodo in senectute tua inuenies? 5.

Corona senum multa peritia, & gloria illorum timor Dei. 8.

Zelus & iracundia minuunt dies, & ante tempus senectam adducet cogitatus. † 30,26.

In medio magnatorum non præsumas, & vbi sunt senes non multum loquaris. † 32,13.

De senioribus qui iudicantur ab adolescentibus. † 42,8.

Vsque ad senectam ego ipse, & vsque ad canos ego portabo. Isaiæ 46,4.

Non erit ibi amplius infans dierum, & senex qui non impleat dies suos. † 65,20.

Senes defecerunt de portis, iuuenes de choro psallentium. Thren. 5,14.

Gentem improbam & alterius linguę: qui non sunt reueriti senem. Baruch 4,16.

Certè vides fili hominis quæ seniores domus Israel faciunt in tenebris. Ezech. 8,12.

Senes Giblij, & prudentes eius habuerunt nautas ad ministerium variæ supellectilis tuæ. † 27,9.

Constituti sunt de populo duo senes iudices in illo anno. Dan. 13,45.

Veni & sede in medio nostrûm, & indica nobis: quia tibi Deus dedit honorem senectutis. 50.

Adhuc habitabunt senes & anus in plateis Ierusalem. Zach. 8,4.

At ille cogitare cœpit ætatis ac senectutis suæ eminentiam dignam, & ingenitæ nobilitatis canitiem, atque à puero optimæ conuersationis actus. 2. Mach. 6,23.

Seniorem ne increpaueris, sed obsecra vt patrem, iuuenes vt fratres; anus vt matres; iuuenculas, vt sorores in omni castitate. 1. Tim. 5,1.

Senes, vt sobrij sint, pudici, prudentes, sani in fide, in dilectione, in patientia. Tit. 2,2.

Dicendo autem nouum, veterauit prius: quod autem antiquatur & senescit, prope interitum est. Heb. 8,13.

Senior Electæ dominę, & natis eius. 2. Ioan. v. 1.

Super thronos, vigintiquatuor seniores sedentes circumamicti vestimentis albis. Apoc. 4,4.

SENI.

Duodecim panes, &c. quorum senos altrinsecus super mensam purissimam coram Domino statues. Leuit. 24,6.

Vir fuit excelsus, qui senos in manibus pedibusque habebat digitos, id est, vigintiquatuor 2. Reg 21,20.

Quatuor animalia, singula eorum habebant alas senas. Apoc. 4,8.

SENNAAR.

Inuenerunt campum in terra Sennaar, & habitauerunt in eo. Gen 11,2.

Partem vasorum domus Dei: & asportauit ea in terram Sennaar in domum Dei sui. Dan. 1,2.

Vt ædificetur ei domus in terra Sennaar. Zach. 5,11.

SENNACHERIB.

Ascendit Sennacherib rex Assyriorum ad vniuersas ciuitates Iuda munitas, & cepit eas. 4. Regum 18,13.

Audi omnia verba Sennacherib, qui misit vt exprobraret nobis Deum viuentem. † 19,16.

Quæ deprecatus es me super Sennacherib rege Assyriorum, audiui. 20.

Mansit in Niniue. Cumque adoraret [Sennache-

nacherib] in templo Nesroch Deum suũ, Adramelech & Sarasar filij eius percusserunt eum gladio. 36. 2.Par.32,10.

Cùm reuersus esset rex Sennacherib, fugiens à Iudæa plagam, quam circa eum fecerat Deus propter blasphemiam suam, & iratus multos occideret ex filiis Israel, Tobias sepeliebat corpora eorum. Tob.1,21,24.

Pro quibus rogasti me de Sennacherib rege Assyriorum, hoc est verbum quod locutus est Dominus super eum: Despexit te, & subsannauit te virgo filia Sion. Isa.37,21,16 1.Mach.7,41.

Misisti Angelum tuum sub Ezechia rege Iuda, & interfecisti de castris Sennacherib centũ octoginta quinque millia. 2.Mach.15,22.

SENSVS.

Sensus enim & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua. Gen.8,21.

Numquid vigent sensus mei ad discernendum suaue aut amarum, aut delectare potest seruum tuum cibus & potus, vel audire possum vltrà vocem cantorum, atque cantatricum? quare seruus tuus sit oneri Domino meo regi? 2.Reg.19,35.

Cani autem sunt sensus hominis, & ætas senectutis vita immaculata. Sap.4,8.

Optaui, & datus est mihi sensus: inuocaui, & venit in me spiritus sapientiæ. † 7,7. † 9,15.

Sensum autem tuum quis sciet, nisi tu dederis sapientiam. † 9,17.

Bonus sensus vsque in tempus abscondet verba illius. Eccli.1,30.

Fili suscipe senectam patris tui, & non contristes eum in vita illius: & si defecerit sensu, veniam da, & ne spernas eum in virtute tua. † 3,15.

Plurima enim super sensum hominum ostensa sunt tibi. 25.

Si videris sensatum euigila ad eum, & gradus ostiorum illius extruat pes tuus. † 6,36. † 9,23.

Ab vno sensato inhabitabitur patria, tribus impiorum deseretur. † 16,5.

Creauit illis scientiam spiritus, sensu impleuit cor illorum. † 17,6.

Sensati in verbis, & ipsi sapiẽter egerũt. † 18,29

Qui pungit, producit sensum. † 22,24.

Cogitatus præscientiæ auertit sensum, & infirmitas grauis sobriam facit animam. † 31,2.

Ventrem meum, ventrem meum doleo, sensus cordis mei turbati sunt in me. Ier.4,19.

Sicut enim fuit sensus vester, vt erraretis à Deo, decies tantum iterùm conuertentes requiretis eum. Baruch 4 28.

Oculos meos ad cælum leuaui, & sensus meus redditus est mihi, & Altissimo benedixi. Danielis 4,31.

Euerterunt sensum suum, & declinauerunt oculos suos, vt non viderent cælum, neque recordarentur iudiciorum iustorum. † 13,9.

Vnusquisque in suo sensu abũdet. Rom.14,5.

Quis enim cognouit sensum Domini, qui instruat eum? 1.Cor.2,16. † 14,19.

Vt non citò moueamini à vestro sensu, neque terreamini. 2.Thess.2,12. Heb.5,14.

Filius Dei venit, & dedit nobis sensum, vt cognoscamus verum Deum, & simus in vero Filio eius. 1.Ioan.5,20. Apoc.17,9.

SENTENTIA.

Venit ad me populus quærens sententiam Dei. Exod.18,15.

Sequerisque sententiam eorum, nec declinabis ad dexteram, neque ad sinistram. Deut.17,11.

Domini enim sententia fuerat, vt indurarentur corda eorum, & pugnarent contra Israel, & caderent, & non mererentur vllam clementiam, ac perirent, sicut præceperat Dominus Moysi. Ios.11,20.

Ferte sententiam, & in commune decernite quid facto opus sit. Iudic.19,30.

Si inuestigauero sententiam patris mei. 1.Regum 20,12.

Literarum autem hæc erat sententia: Prædicate ieiunium, & sedere facite Naboth inter primos populi, & submittite duos viros Belial contra eum & falsum testimonium dicant. 3.Reg.21,9.

Nunc ergo audite sententiam: Prohibeatis viros illos, vt vrbs illa non ædificetur, donec si fortè à me iussum fuerit. 1.Esd.4,21.

Cui sentẽtię Vasthi regina subiaceret. Esth.1,15

Dei quoque cuncta cernentis arbitrantur se posse fugere sententiam. † 16,4.

Sententiam puram labia mea loquentur. Iob 33,3.

Quis est iste inuoluens sententias sermonibus imperitis? † 38,2.

Lætatur homo in sententia oris sui: & sermo opportunus est optimus. Prou.15,23. † 26,16.

Profertur citò contra malos sententia, absque timore vllo filij hominum perpetrant mala. Eccles.8,11.

Aues cæli portabunt vocem tuam, & qui habet pennas annuntiabit sententiam. † 10,20.

Mihi autem dedit Deus dicere ex sententia, & præsumere digna horum quæ mihi dantur. Sapient.7,15.

Sententia dura contra Sedeciam, & alios impios. Ier.21,7.

In sententia vigilum decretum est, & sermo sanctorum, & petitio, donec cognoscant viuentes, quoniam dominatur excelsus in regno hominum. Dan.4,14. † 13,55. 1.Cor.1,10.

SENTIO.

Dabit enim ignem & vermes in carnes eorum, vt vrantur, & sentiant vsque in sempiternum. Iudith 16,21.

Si non humiliter sentiebam: sed exaltaui animam meam. Psal.130,2.

Qui autem inconsideratus est ad loquendum,

dum, sentiet mala. Prouerb.13,3.

Verberauerunt me, sed non dolui: traxerunt me, & ego non sensi. † 23,35. † 29,21.

Iustum est subditum esse Deo, & mortalem non paria Deo sentire. 2.Mach.9,12.

Siccatus est fons sanguinis eius: & sensit corpore quia sanata esset à plaga. Mar.5,29. Rom.9,5.

Idipsum inuicem sentientes: Non alta sapientes. Rom.12,16.

Sentite de Domino in bonitate. Sap.1,1.

Malè senserunt de Deo, attendentes idolis, & iurauerunt iniustè. † 14,30.

Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Iesu. Philip.1,5.

Refloruistis pro me sentire, sicut & sentiebatis: occupati enim eratis. † 4,10.

SENTIS.

Esse sub sentibus delicias computabant. Iob 30,7.

SEORSVM.

Ponitè panes. Quibus appositis, seorsum Ioseph, & seorsum fratribus. Gen.43,31.

Planget terra: familiæ & familiæ seorsum: familiæ domus Dauid seorsum. Zach.12,12. Matth.17,1.

Seorsum autem discipulis suis disserebat omnia. Mar.4,34.

Venite seorsum in desertum locum, & requiescite pusillum. † 6,31.

Apprehendens eum de turba seorsum, misit digitos suos in auriculas eius. † 7,33. Gal.2,2.

SEPARO.

Separauit in die illa, capras, & oues, & hircos, & arietes, varios. Gen.30,35.

Separabis omne quod aperit vuluam, Domino. Exod.13,12. Leuit.13,46.

Separaui vos à ceteris populis. Leuit.20,24.

Separetur septem diebus extra castra. Num.12,14.

Separamini de medio congregationis huius, vt eos repente disperdam. † 16,21.

Separetur à tabernaculis Core & Dathan, & Abiron. 24.

Separauit tribum Leui, vt portaret arcam fœderis Domini, & staret coram eo in ministerio. Deut.10,8.

Quando separabat filios Adam. † 32,8. Iudic.18,7.

Separamini vos in partem vnam, & ego cum Ionatha filio meo ero in parte altera. 1.Regum 14,40.

Separatus est omnis Israel à Dauid 2.Reg.20,2

Separauit enim Ieroboam Israel à Domino, & peccare eos fecit peccatū magnum. 4.Reg.17,21.

Non est separatus populus Israel, sacerdotes & Leuitæ, à populis terrarum, & abominationibus eorum, Chananæi videlicet. 1.Esd.9,1.

Separamini à populis terræ, & ab vxoribus alienigenis. † 10,11.

Separatum est semen filiorum Israel ab omni filio alienigena. 2.Esd.9,2.

Separantur filij earum, & pergunt ad pastum. Iob 39,4.

In multitudine disciplinæ Dominus separauit eos, & immutauit vias eorum. Eccli.33,11.

Separate illos ab inuicem procul, & diiudicabo eos. Dan.13,51.

Exite de medio eorum, & separamini, dicit Dominus, & immundum ne tetigeritis: & ego recipiam vos. 2.Cor.6,18.

SEPELIO, SEPVLCHRVM, SEPVLTVRA.

Sepeli mortuum tuum. Gen.23,15.

Sepelierunt eum Isaac & Ismael filij sui in spelunca duplici. † 25,9.

Mortua est ergo Rachel, & sepulta in via quæ ducit Ephratham, hæc est Bethleem. † 35,19.

Sepelierunt eum Esau & Iacob filij sui. 29.

Facies mihi misericordiam & veritatem, vt non sepelias me in Aegypto. † 47,29.

Sepelite me cum patribus meis in spelunca duplici. † 49,29.

Sepeliam patrem meum, ac reuertar. † 50,5.

Forsitan non erant sepulchra in Aegypto, ideò tulisti nos, vt moreremur in solitudine. Exodi 14,11.

Vocatusque est ille locus: Sepulchra concupiscentię: ibi enim sepelierunt populum qui desiderauerat. Num.11,34.

Videntibus cunctis Aegyptiis, & sepelientibus primogenitos, quos percusserit Dominus. † 33,4.

Mortuusque est ibi Moyses, &c. iubente Domino: & sepeliuit eum in valle Terræ Moab contra Phogor: & non cognouit homo sepulchrum eius. Deut.34,6

Ossa quoque Ioseph, quæ tulerant filij Israel de Aegypto, sepelierunt in Sichem. Ios.24,32.

Fratres eius, & vniuersa cognatio tulerunt corpus eius [Samsonis] & sepelierunt inter Saraa & Esthaol, in sepulchro patris sui Manue. Iudic. 16,31.

Planxerunt eum [Samuelem] & sepelierunt eum in domo sua in Ramatha. 1.Reg.25,1. † 31,12.

Nuntiatum est Dauid, quòd viri Iabes Galaad sepelissent Saul. 2.Reg.2,4. † 21,14.

Sepelierunt eum [Asael] in sepulchro patris sui in Bethleem. 32.

Cumque sepelissent Abner in Hebron, leuauit rex Dauid vocem suam, & fleuit super tumulum Abner, fleuit autem & omnis populus. † 3,32.

Caput autem Isboseth tulerunt, & sepelierunt in sepulchro Abner in Hebron. † 4,12.

Sepultus est [Achitophel] in sepulchro patris sui. † 17,23.

Moriar in ciuitate mea, & sepeliar iuxta sepulchrum

Corpora eorum in pace sepulta sunt. † 44,34.
Erit sepulchrum eius gloriosum. Isa. 11,10.
Tu autem proiectus es de sepulchro tuo, quasi stirps inutilis pollutus, & obuolutus cum his qui interfecti sunt gladio, & descenderunt ad fundamenta laci, quasi cadauer putridum. † 14,19.
Non habebis consortium, neque cum eis in sepultura. 20.
Quid tu hic, aut quasi quis hic? quia excidisti tibi hic sepulchrum, excidisti in excelso memoriale diligenter, in petra tabernaculum tibi. † 22,16.
Qui habitant in sepulchris, & in delubris idolorum dormiunt. † 65,4.
Sepelient in Topheth, eò quòd non sit locus. Ier. 7,32.
Non sepelientur: in sterquilinium super faciem terræ erunt. † 8,2.
Erunt proiecti in viis Ierusalem præ fame & gladio, & non erit qui sepeliat eos. † 14,16.
Mortibus ægrotationum morientur: non plangentur, & non sepelientur. † 16,4.
Qui non me interfecit à vulua, vt fieret mihi mater mea sepulchrum, & vulua eius conceptus æternus. † 20,17.
Sepultura asini sepelietur [Ioakin] putrefactus, & proiectus extra portas Ierusalem. † 22,19.
Non plangentur & non colligentur neque sepelientur. † 25,33.
Proiecit cadauer eius [Vriæ] in sepulchris vulgi ignobilis. Ier. 26,23.
Aut sicut ad sepulchrum adductum mortuum, ita tutantur sacerdotes ostia clausuris & seris. Baruch 6,17.
Ibi Assur, & omnis multitudo eius: in circuitu illius sepulchra eius. Ezech. 32,22.
Dabo Gog locum nominatum sepulchrum in Israel: vallem viatorum. † 39,11.
Sepeliet autem eum omnis populus terræ, & erit eis nominata dies. 13.
Ponam sepulchrum tuum, quia inhonoratus es. Nahum 1,14.
Sepultus est [Mathathias] à filiis suis in sepulchris patrum suorum in Modin. 1. Mach. 2,70.
Sepelierunt eum [Iuda] in sepulchro patrum suorum in ciuitate Modin. † 9,19.
Misit Simon, & accepit ossa Ionathæ fratris sui, & sepeliuit ea in Modin ciuitate patrum eius. Et planxerunt eum omnis Israel planctu magno. † 13,26.
Hoc est sepulchrum quod fecit in Modin vsque in hanc diem. 30.
Tyrij quoque indignati, erga sepulturam eorum liberalissimi extiterunt. 2. Mach. 4,49.
Et qui insepultos multos abiecerat, ipse & illamentatus & insepultus abiicitur, sepultura neque peregrina vsus, neque patrio sepulchro participans. † 5,10.
Se venturum Ierosolymam, & congeriem sepulchri Iudæorum eam facturum. † 9,4.
Venit cum suis Iudas, vt corpora tolleret, & cum parentibus poneret in sepulchris paternis. † 12,39.
Discipuli eius tulerunt corpus eius [Ioannis] & sepelierunt illud. Matth. 14,12.
Similes estis sepulchris dealbatis, quæ à foris parent hominibus speciosa, intus verò plena sunt ossibus mortuorum. † 23,27.
Aedificatis sepulchra prophetarum, & ornatis monumenta iustorum. 29.
Mittens enim hæc vnguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit. † 26,12.
Emerunt ex illis agrum figuli, in sepulturam peregrinorum. † 27,7.
Iube ergo custodiri sepulchrum. 64.
Sinite illam, vt in diem sepulturæ meæ seruet illud. Ioan. 12,7.
Acceperunt ergo corpus Iesu, & ligauerunt illud cum aromatibus, sicut mos est Iudæis sepelire? † 19,40.
Sepulchrum eius [Dauidis] est apud nos vsque in hodiernum diem. Act. 2,29.
Iuuenes amouerunt eum, & efferentes sepelierunt. † 4,6,10.
Translati sunt in Sichem, & positi sunt in sepulchro quod emit Abraham. † 7,16.

SEPES.

Et daret nobis sepem in Iuda & Ierusalem. 1. Esd. 9,9.
Destruxisti omnes sepes eius. Psal. 88,41.
Qui dissipat sepem, mordebit eum coluber. Eccles. 10,8.
Vbi non est sepes diripietur possessio. Eccli. 36,27.
Sepiuit eam & lapides elegit ex illa, & plantauit eam electam. Isa. 5,2.
Auferam sepem eius, & erit in direptionem: diruam maceriam eius, & erit in conculcationem. 6.
Vocaberis ædificator sepium, auertens semitas in quietem. † 58,12. Luc. 14,23.

SEPHARVAIM.

Vbi est Deus Sepharuaim, Ana, & Aua? 4. Regum 18,34.
Et rex ciuitatis Sepharuaim, Ana, & Aua? † 19,13. Isa. 37,13.

SEPHOR.

Nisi fortè melior es Balac filio Sephor, rege Moab. Iudic. 11,25.

SEPHORA.

Tulit illicò Sephora acutissimam petram, & circumcidit præputium filij sui. Exod. 4,25.

SEPIO.

Sepi aures tuas spinis, linguam nequam noli audire. Eccli. 28,28. Isa. 5,2.
Sepiam viam tuam spinis, & sepiam eam maceria,

Sederunt cum eo in terra septem diebus, & septem noctibus. Iob 2,13.

Sumite ergo vobis septem tauros, & septem arietes, & ite ad seruum meum Iob. † 42,8.

Fuerunt ei septem filij, & tres filiæ. 13.

Redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum. Psal.78,12.

Septies in die laudem dixi tibi super iudicia iustitiæ tuæ. † 118,164.

Sapientia ædificauit sibi domum, excidit columnas septem. Prou.9,1.

Septies enim cadet iustus, & resurget: impij autem corruent in malum. † 24,16.

Da partem septē, nec non & octo. Eccles.11,2.

Apprehendent septem mulieres virum vnum. Isaiæ 4,1.

Infirmata est quæ peperit septem. Ierem.15,9.

Mansi ibi septem diebus, mœrens in medio eorum. Ezech.3,15.

Et contos, & succendent ea igni septem annis. † 39,9.

Sepelient eos domus Israel vt mundent terram septem mensibus. 12.

Septem diebus facies hircum pro peccato quotidie. Ezech.43,25,26.

Septē tempora mutentur super eū. Dan.4,13.

Septem isti oculi sunt Domini, qui discurrunt in vniuersam terram. Zach.4,10.

Septem fratres vnà cum matre sua apprehensos compelli à rege edere contra fas carnes porcinas. 2.Mach.7,1.

Assumit septem alios spiritus secum nequiores se, & intrantes habitant ibi. Matth.12,45.

Destruens septem Gentes in terra Chanaan. Act.13,19.

SEPTEMTRIO.

Dilataberis ad Occidentem, & Orientem, & Septemtrionem, & Meridiem. Gen.28,14.

Ad plagam Septemtrionalem quingenta & quatuor millia. Ezech.48,16.

SEPTIMANA.

Venerunt Ierosolymam die solemni septimanarum instante. 2.Mach.12,31.

SEPTVAGINTA.

Omnes animæ domus Iacob, quæ ingressæ sunt in Aegyptum, fuere septuaginta. Gen.46,27

Venerunt autem in Elim filij Israel, vbi erant duodecim fontes aquarum, & septuaginta palmæ. Exod.15,27.

Septuaginta senes ex Israel, & adorabitis procul. † 24,1.

Congrega mihi septuaginta viros de senibus, quos tu nosti quòd senes populi sint ac magistri. Num.11,16.

In septuaginta animabus descenderunt patres tui in Aegyptum. Deut.10,22.

Dixitque Adonibezec: Septuaginta reges amputatis manuum ac pedum summitatibus colligebant sub mensa mea ciborum reliquias: sicut feci, ita reddidit mihi Deus. Adduxeruntque eum in Ierusalem, & ibi mortuus est. Iudic.1,7.

Descripsit septuaginta septem viros. † 8,16.

Erant autem Achab septuaginta filij in Samaria. 4.Reg.10,1. Ierem.25,11.

Cùm cœperint impleri in Babylone septuaginta anni, visitabo vos: & suscitabo super vos verbum meum bonum, vt reducam vos ad locum istum. Ierem.29,10.

Septuaginta hebdomades abbreuiatæ sunt super populum tuum. Dan.9,24.

Non dico tibi vsque septies: sed vsque septuagies septies. Matth.18,22.

Post hæc autem designauit Dominus & alios septuaginta duos. Lucæ 10,1.

SEPTVM.

Si quis autem ingressus fuerit septum templi, interficiatur. 4.Reg.11,8.

SEQVESTER.

Ego sequester & medius fui inter Dominum & vos. Deut.5,5.

SEQVOR.

Dominum Deum vestrum sequimini, & ipsum timete, & mandata illius custodite. Deut.13,4. Ruth 1,16.

Quicumque non exierit & secutus fuerit Saul & Samuel, sic fiet bobus eius. 1.Reg.11,7.

Eritis & vos & rex qui imperat vobis, sequentes Dominum. † 12,14.

Secuti sunt Dauid quasi quadringenti viri: porrò ducenti remanserunt ad sarcinas. † 25,13.

Secutus est [Eliseus] Eliam, & ministrabat ei. 3.Reg.19,21.

Sequimini me, & ostendam vobis virum quem quæritis. 4 Reg.6,19.

Quicumque eam secutus fuerit, feriatur gladio. 4.Reg 11,15.

Quid est inquam vt sequi possit regem factorem suum? Eccles.2,12.

Gloria magna est sequi Dominum: longitudo enim dierum assumetur ab eo. Eccli.23,38.

Secutus est à tergo potentis. † 46,8.

Sequimur te in toto corde, & timemus te, & quærimus faciem tuam. Dan.3,41.

Sciemus, sequemurque vt cognoscamus Dominum: quasi diluculum præparatus est egressus eius. Osee 6,3.

Cùm autem descendisset de monte, secutæ sunt eum turbæ multæ. Matth.8,1.

Sequar te quocumque ieris. † 8,19.

Sequere me: & surgens secutus est eum. † 9,9.

Cùm audissent turbæ, secutæ sunt eum pedestres de ciuitatibus. † 14,13.

Non admisit quemquam se sequi, nisi Petrum, & Iacobum, & Ioannem. Mar.5,37.

Relictis omnibus secuti sunt eum. Lucæ 5,11.

Sequar te Domine, sed permitte mihi primum

renuntiare his quæ domi sunt. † 9,61.
Egressus erat secundùm consuetudinem in Montem oliuarum. Secuti sunt autem illum & discipuli. † 22,39.
Inuenit Philippum: & dixit ei Iesus: Sequere me. Ioan. 1,43.
Sequebatur eum multitudo magna, quia videbant signa, quæ faciebat super his qui infirmabantur. † 6,2.
Qui sequitur me nõ ambulat in tenebris. † 8,12.
Quare non possum te sequi modò? animam meam pro te ponam. † 13,37.
Quid ad te? tu me sequere. † 21,22. 1. Pet. 2,21.
Virgines enim sunt. Hi sequuntur Agnum quocumque ierit. Apoc. 14,4.
Exercitus qui sunt in cælo, sequebantur eum in equis albis. † 19,14.

SERA.

Confortauit seras portarum tuarum. Psal. 147,2. Eccli. 28,28.

SERAPHIM.

Seraphim stabant super illud: sex alæ vni, & sex alæ alteri. Isaiæ 6,2,6.

SERMO.

Sermo Domini erat pretiosus. 1. Reg. 3,1.
Quis est sermo, quem locutus est Dominus ad te? 17.
Posuit autem Dauid sermones istos in corde suo. † 21,12.
Sermonem quoque intulit Abner ad seniores Israel. 2. Reg. 3,17.
Ecce sermo Domini ad Nathan dicens: Vade & loquere ad seruum meum Dauid. † 7,4.
Videntur mihi sermones tui boni & iusti, sed non est qui te audiat constitutus à rege, dicebatque Absalom: Quis me constituat iudicem super terram? † 15,2.
Sermo dicebatur in veteri prouerbio: Qui interrogant, interrogent in Abela. † 20,18.
Sermo mihi est ad te. 3. Reg. 2,14.
Sermo Domini ad eum, dixitque illi: Quid hîc agis Elia? † 9,9.
Quære, oro te, hodie sermonẽ Domini. † 22,5.
Cumque pergerent, & incedentes sermocinarentur, ecce currus igneus & equi ignei diuiserunt vtrumque. 4. Reg. 2,11.
Est apud eum sermo Domini. † 3,12.
Sermo Domini est, quem locutus est per seruum suum Eliam. † 9,36.
Placuerat enim sermo omni populo. 1. Paralip. 13,4.
Omnes isti filij Heman Videntis regis in sermonibus Dei, vt exaltaret cornu. † 25,5.
Præcepitque Ezechias, & principes Leuitis vt laudarent Dominum sermonibus Dauid & Asaph Videntis. 2. Par. 29,30.
Vt compleretur sermo Domini ex ore Ieremiæ. † 36,21.
Tribue sermonem compositum in ore meo in conspectu leonis. Esther 14,13.
Conceptum sermonem tenere quis poterit? Iob 4,2.
Non est sermo in lingua mea. Psal. 138,4.
Velociter currit sermo eius. † 147,4.
Iusti sunt omnes sermones mei. Prou. 8,8.
Sermo opportunus est optimus. † 15,23.
Omnis sermo Dei ignitus. † 30,5.
Nec temerè quid loquaris, neque cor tuum sit velox ad proferendum sermonem coram Deo. Deus enim in cęlo, & tu super terram, idcircò sint pauci sermones tui. Eccles. 5,1.
Cunctis sermonibus qui dicuntur, ne accommodes cor tuum. † 7,22.
Non natiuitatis fructus pascunt homines, sed sermo tuus hos qui in te crediderunt, conseruat. Sap. 16,26.
Omnipotens sermo tuus de cælo à regalibus sedibus. † 18,15.
Honor & gloria in sermone sensati: lingua verò imprudentis subuersio est ipsius. Eccli. 5,15.
Ante sermonem non laudes virum: hæc enim tentatio est hominum. † 27,8.
Vbi auditus non est, non effundas sermonem. † 32,6.
Inuenti sunt sermones tui, & comedi eos, & factum est mihi verbum tuum in gaudium, & in lætitiam cordis mei. Ierem. 15,16.
Qui habet sermonem meum, loquatur sermonem meum verè. † 23,28.
Additi sunt sermones multò plures quàm antè fuerant. † 36,32.
Sermonem quem locutus es ad nos in nomine Domini non audiemus ex te: sed facientes faciemus omne verbum, quod egredietur de ore nostro. † 44,17.
Cuius sermo compleatur, meus an illorum. 28.
Sermones meos, quos ego loquor ad te assume in corde tuo, & auribus tuis audi. Ezech. 3,10.
Audiens ergò ex ore meo sermonem, annuntiabis eis ex me. † 33,7.
Audiamus quis sit sermo egrediens à Domino. 30.
Audiunt sermones tuos & non faciunt eos: quia in canticum oris sui vertunt illos, & auaritiam suam sequitur cor eorum. 31.
Ascendent sermones super cor tuum, & cogitabis cogitationem pessimam. † 38,10.
Sermo enim quem tu quæris rex, grauis est, nec reperietur quisquam qui iudicet illũ. Dan. 2,11.
Aspiciebam propter vocem sermonum grandium, quos cornu illud loquebatur. † 7,11.
Sermones contra Excelsum loquetur, & sanctos Altissimi conteret. 25.
Erubuerunt vehementer: quia numquam dictus fuerat sermo huiuscemodi de Susanna. † 13,27.

Non

Non poterit terra sustinere vniuersos sermones eius. Amos 7,10.

Confortentur manus vestræ, qui auditis in his diebus sermones istos per os prophetarum, in die qua fundata est domus Domini. Zach.8,9.

Legentibus si semper exactus sit sermo, non erit gratus. 2 Mach.15,40.

Sit autem sermo vester, est, est: non, non, quod autē his abundantius est, à malo est. Matth.5,37.

Quicumque non receperit vos, neque audierit sermones vestros. † 10,14.

Abeuntes Pharisæi, consilium inierunt, vt caperent eum in sermone. † 22,15.

Durus est hic sermo, & quis potest eum audire? Ioan.6,61.

Sermo meus non capit in vobis. † 8,37.

Quare loquelam meam non accipitis? quia non potestis audire sermonem meum. 43.

Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum. 51.

Si illos dixit deos, ad quos sermo Dei factus est. † 10,35.

Sermo quem locutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo die. † 12,48.

Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & Pater meus diliget eum. † 14,23.

Sermonem quem audistis non est meus, sed eius qui misit me, Patris. 24.

Si sermonem meum seruauerunt, & vestrum seruabunt. † 15,20.

Qui ergo receperunt sermonem eius, baptizati sunt. Act.2,41.

Paulus disputabat cum eis profecturus in crastinum, protraxitque sermonem vsque ad mediam noctem. † 20,7.

Non enim in sermone est regnum Dei, sed in virtute. 1 Cor.4,10.

Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiæ: alij autem sermo scientiæ. † 12,8.

Nam etsi imperitus sermone, sed non scientia. 2.Cor.11,6.

Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat: sed si quis bonus ad ædificationem fidei, vt det gratiam audientibus. Ephes.4,29.

Obsecratione pro omnibus sanctis, & pro me, vt detur mihi sermo in apertione oris mei cum fiducia. † 6,19.

Sermo vester semper in gratia sale sit conditus, vt sciatis quomodo oporteat vos vnicuique respondere. Col.4,6.

A vobis enim diffamatus est sermo Domini. 1.Thess.1,8.

Orate pro nobis, vt sermo Dei currat, & clarificetur. 2.Thess.3,1.

Sermo eorum vt cancer serpit, ex quibus est Hymenæus. 2.Tim.2,17.

Si enim qui per Angelos dictus est sermo factus est firmus. Heb.2,2.

Non profuit illis sermo auditus, non admistus fidei ex iis, quæ audierunt. † 4,2.

Viuus est enim sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti: & pertingens vsque ad diuisionem animæ ac spiritus. 12.

De quo nobis grandis sermo, & ininterpretabilis ad dicendum. † 5,11.

Omnis enim qui lactis est particeps, expertus est sermonis iustitiæ. 13.

SERO, *verb.*

Seuit autem Isaac in terra illa, & inuenit in ipso anno centuplum. Gen.26,12.

Non seres vineam tuam altero semine. Deut.22,9.

Succendit [Holofernes] omnia sata, omnesque arbores & vineas fecit incidi. Iudith 2,17.

Seram, & alius comedat. Iob 31,8.

Gratiam & speciem desiderabit oculus tuus, & super hæc virides sationes. Eccli.40,22.

Seret gith, & cyminum sparget. Isa.28,25.

Nouate vobis nouale, & nolite serere super spinas. Ier.4,3.

Disperdite satorem de Babylone, & tenentem falcem in tempore messis. † 50,16.

SERO, SEROTINVS.

Factaque sunt ea quæ erant serotina Laban: & quæ primi temporis Iacob. Gen.30,42.

Os suum aperiebant quasi ad imbrem serotinum. Iob 29,23. Ier.2,31. Ioel.2,23.

Nescitis enim quando Dominus domus veniat; serò an media nocte, an gallicantu, an manè. Mar.13,35. Ioan.6,16.

SERPENS.

Serpens erat callidior cunctis animantibus terræ. Gen.3,1.

Misit Dominus in populum ignitos serpentes: ad quorum plagas, & mortes plurimorum venerunt ad Moysen atque dixerunt: Peccauimus contra Dominum & te. Num.21,7.

Serpentem æneum, & pone eum pro signo: qui percussus aspexerit eum, viuet. 8.

Ductor tuus fuit in solitudine magna atque terribili; in qua erat serpens flatu adimens, & scorpio, ac dipsas, & nullæ omnino aquæ: qui eduxit riuos de petra durissima. Deut.8,15.

Cum furore trahentium super terram atque serpentium. † 32,24.

Confregitque serpentem æneum, quem fecerat Moyses: siquidem vsque ad illud tempus filij Israel adolebant ei incensum. 4.Reg.18,4.

Serpentes & volucres pennatæ. † 148,10.

Cùm enim morietur homo hereditabit serpentes, & bestias, & vermes. Eccli.10,13.

Visitabit, &c. super Leuiathan serpentem tortuosum. Isa.27,1.

Et serpenti puluis panis eius. † 65,25.

Mittam vobis serpentes regulos, quibus non est incantatio: & mordebunt vos. Ier.8,17.

Domino Deo nostro seruiemus, & obedientes erimus præceptis eius. 24.

Regis Mesopotamiæ, seruieruntque ei octo annis. Et clamauerunt ad Dominum: qui suscitauit eis saluatorem, & liberauit eos, Othoniel. Iudic. 3,8.

Seruieruntque filij Israel Eglon regi Moab decem & octo annis. 15.

Ne seruiatis Hebræis, sicut & illi seruierunt nobis. 1.Reg.4,9.

Seruite ei soli, & eruet vos de manu Philisthiim. † 7,3.

Seruos etiam vestros, & ancillas, & iuuenes optimos, & asinos auferet [rex] & ponet in opere suo. † 8, 16.

Habeto nos fœderatos, & seruiemus tibi. † 11, 1.

Si timueritis Dominũ, & seruieritis ei. † 12,14.

Seruite Domino in omni corde vestro. 20.

Numquid ego non sum Philisthæus, & vos serui Saul? † 17,8.

Serui eritis, & seruietis nobis. 9.

Hodie increuerunt serui qui fugiunt dominos suos. † 25,10, 25.

Mala operatus est contra populum suum Israel; erit igitur mihi seruus sempiternus. † 27,12.

Facta est vniuersa Idumæa seruiens Dauid. 2.Reg.8,14.

Fecerunt pacem cum Israel, & seruierunt eis. † 10,19.

Seruus tuus sum rex. † 15,34.

Cui ego seruiturus sum? nónne filio regis? sicut parui patri tuo, ita parebo & tibi. † 16,19.

De filiis autem Israel non constituit Salomon seruire quemquam, sed erant viri bellatores & ministri eius, & principes, & duces, & præfecti curruum & equorum. 3.Reg.9,22.

Seruiuit [Achab] Baal, & adorauit eum. 3.Regum 16,31.

Seruus tuus Benadad dicit: Viuat, oro te, anima mea. † 20, 32.

Seruiuit quoque [Ochozias] Baal & adorauit eum, & irritauit Dominum Deum Israel, iuxta omnia quæ fecerat pater eius. † 22,54.

Serui tui sumus, quæcumque iusseris faciemus, nec constituemus nobis regem. 4.Reg.10,5.

Surrexerunt autem serui eius, & coniurauerunt inter se, percusseruntque Ioas. † 12,20.

Seruus tuus & filius tuus ego sum: ascende & saluum me fac de manu regis Syriæ. † 16,7.

Factus est ei Osee seruus, reddebatque illi tributa. † 17,3.

Rebellauit quoque [Ezechias] contra regem Assyriorum, & non seruiuit ei. † 18,7.

Factus est ei Ioakim seruus tribus annis: & rursum rebellauit. † 24,1.

Manete in terra, & seruite regi Babylonis. † 25,24.

Seruum Aegyptium nomine Ieraa, deditque ei filiam suam vxorem. 1.Par.2,34.

Tu autem Salomon fili mi, scito Deum patris tui, & seruito ei corde perfecto. † 28,9.

Per manum Sesach; verumtamen seruient ei, vt sciant distantiam seruitutis meæ, & seruitutis regni terrarum. 2.Par.12,8. † 15,13.

Insuper filios Iuda & Ierusalem vultis vobis subiicere in seruos & ancillas. † 28,10.

Seruite Domino Deo patrum vestrorum, & auertetur à vobis ira furoris eius. † 30,8.

Fecit omnes qui residui erant in Israel seruire Domino Deo suo. † 34,33.

Si quis euaserat gladium, ductus in Babylonem seruiuit regi, & filiis eius, donec imperaret rex Persarum. † 36,20.

Nos sumus serui Dei cæli, & terræ, & ædificamus templum, quod erat extructum ante hos annos multos. 1.Esd.5,11.

Quia serui sumus, & in seruitute nostra non dereliquit nos Deus noster. † 9,9. 2.Esd.9,36.

Seruilia opera sabbato vetat Nehemias. 2.Esdræ 13,15.

Si meipsum tradam tibi seruum, non ero condignus prouidentiæ tuæ. Tob.9,2.

Seruite Domino in veritate, & inquirite vt faciatis quæ placita sunt illi: & filiis vestris mandate vt faciant iustitias, & eleemosynas, vt sint memores Dei, & benedicant eum in omni tempore, in veritate, & in tota virtute sua. † 14,10.

Melius est enim vt viuentes seruiamus Nabuchodonosor regi magno, & subditi simus tibi. Iudith 3, 2.

Nos & filij nostri serui tui sumus. 6.

Ad suum seruitium reuocare. † 5,11.

Quibus nos quasi serui corripimur, ad emendationem, & non ad perditionem nostram euenisse credamus. † 8,27.

Numquam nocui viro, qui voluit seruire Nabuchodonosor. † 11,1.

Non solùm homines seruiunt illi per te, sed & bestiæ agri obtemperant illi. 5.

Tibi seruiat omnis creatura tua. † 16,17.

Atque vtinam in seruos & famulas venderemur: esset tolerabile malum, & gemens tacerem. Esther 7,4.

Non eis sufficit quòd durissima nos opprimunt seruitute, sed robur manuum suarum idolorum potentiæ deputantes, volunt tua mutare promissa. † 14,8.

Paruus & magnus ibi sunt, & seruus liber à domino suo. Iob 3,19.

Ecce qui seruiunt ei non sunt stabiles, & in angelis suis reperit prauitatem: quantò magis hi qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum consumentur velut à tinea? † 4,18.

Sicut seruus desiderat vmbram. † 7,2.

Seruum meum vocaui, & non respondit, ore pro-

proprio deprecabar illum. † 19,16.
Quis est Omnipotens, vt seruiamus ei? † 21,15. † 22,22.
Accipies eum seruum sempiternum? † 40,23.
Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. Psal.2,11.
Seruo Domini ipsi Dauid. Tit.Psalmi 35.
Seruite Domino in lætitia. † 99,2.
Seruus tuus sum ego. † 118,125.
Laudate serui Dominum. † 134,1.
In seruis suis deprecabitur. 14.
Seruus tuus sum. † 142, 2.
Filio doloso nihil erit boni: seruo autē sapienti prosperi erunt actus. Prou.14,15.
Seruus sapiens dominabitur filiis stultis, & inter fratres hereditatem diuidet. † 17,2.
Seruus verbis non potest erudiri. † 29,19.
Mouetur terra, &c. & per seruum, cùm regnauerit. † 30,22.
Possedi seruos & ancillas, multamque familiam habui. Eccles.2,7.
Vidi seruos in equis, & principes ambulantes super terram quasi seruos. † 10,7.
Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Eccli.2,1.
Qui timet Dominum honorat parentes, & quasi dominis seruiet his qui se genuerunt. † 3,8.
Non lædas seruum in veritate operantem, neque mercenarium dantem animam suam. † 7,22.
Ab ipsis enim disces sapientiam & doctrinam intellectus, & seruire magnatis sine querela. † 8,10.
Seruo sensato liberi seruient. † 10,28.
Beatus, &c. & qui non seruiuit indignis se. Eccli.25,11.
Cibaria & virga & onus asino: panis & disciplina & opus seruo. † 33,25.
Cum seruo pigro de multa operatione: non attendas his in omni consilio. † 37,14.
Et à seruitute dura, qua antè seruisti, sumes parabolam istam cōtra regem Babylonis. Isa.14,3.
Seruient Aegyptij Assur. † 19,23.
Seruus meus es tu, elegi te, & non abieci te. † 41,9.
Ecce seruus meus suscipiam eū: electus meus, complacuit sibi in illo anima mea. † 42,1.
Quis cæcus, nisi seruus meus? 19.
Seruire me fecisti in peccatis tuis, prębuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis. † 43,24.
Seruus meus es tu, formaui te, seruus meus es tu Israel, ne obliuiscaris mei. † 44,21.
Seruus meus es tu Israel, quia in te gloriabor. † 49,3.
Formans me ex vtero seruum sibi, vt reducam Iacob ad eum, & Israel non congregabitur. 5.
Ecce intelliget seruus meus, exaltabitur, & eleuabitur, & sublimis erit valdè. † 52,13.
Gens enim & regnum quod non seruierit tibi, peribit, & Gentes solitudine vastabūtur. † 60,12.
Ecce serui mei comedent, & vos esurietis: ecce serui mei bibent, & vos sitietis: ecce serui mei lætabuntur, & vos confundemini. † 65,13.
Interficiet te Dominus Deus, & seruos suos vocabit nomine alio. 15.
Numquid seruus est Israel, aut vernaculus: quare ergo factus est in prædam? Ierem.2,14.
A sæculo confregisti iugum, rupisti vincula, & dixisti: Non seruiam. 20.
Seruietis ibi diis alienis die ac nocte, qui non dabunt vobis requiem. † 16,13.
Seruire te faciam inimicis tuis, in terra quam ignoras. † 17, 4.
Assumam vniuersas cognationes Aquilonis, & Nabuchodonosor regem Babylonis, seruum meum. † 25,9.
Seruient omnes gentes istæ regi Babylonis septuaginta annis. 11.
Quia seruierunt eis, cùm essent gentes multæ & reges magni: & reddam eis secundùm opera eorum. 14.
Seruient ei omnes gentes, & filio eius, & filio filij eius. † 27, 7.
Seruite regi Babylonis, vt viuatis. 17.
Seruient Domino Deo suo, & Dauid regi suo quem suscitabo eis. † 30,9.
Retraxerunt seruos & ancillas suas, quos dimiserant liberos, & subiugauerunt in famulos & famulas. † 34,11,16.
Migrauit Iudas propter afflictionem & multitudinem seruitutis. Thren.1,3.
Serui dominati sunt nostri: non fuit qui redimeret de manu eorum. † 5,8.
Vt viuamus sub vmbra Nabuchodonosor regis Babylonis, & sub vmbra Balthassar filij eius, & seruiamus eis multis diebus. Baruch 1,12.
Fili hominis, Nabuchodonosor rex Babylonis seruire fecit exercitum suum seruitute magna aduersus Tyrum. Ezech.29,18.
Seruus meus Dauid rex super eos, & pastor vnus erit omnium eorum. † 37,24.
Seruientes autem ciuitati, operabuntur ex omnibus tribubus Israel. † 48,19.
Serui Dei excelsi, egredimini & venite. Dan. 3,93.
Quia eduxi te de terra Aegypti, & de domo seruientium liberaui te. Mich.6,4.
Tunc reddam populis labium electum, vt inuocent omnes in nomine Domini, & seruiant ei humero vno. Soph.3,9.
Adducam seruum meum Orientem. Zach.3,8.
Quid locuti sumus contra te? Dixistis: Vanus est qui seruit Deo: & quod emolumentum quia custodiuimus præcepta eius? Mal.3,14.
Videbitis quid sit inter iustum & impium: & inter

Inter seruientem Deo, & non seruientem ei. 18.

Multi ex Israel consenserunt seruituti eius, & sacrificauerunt idolis. 1. Mach. 1, 45.

Venerunt in castra, vt acciperent filios Israel in seruos. † 3, 41.

Et vt auferrent ab eis iugum Græcorum, quia viderunt quòd in seruitutem premerent regnum Israel. † 8, 18.

Non potestis Deo seruire, & mammonæ. Matth. 6, 24.

Non est discipulus super magistrum, nec seruus super dominum suum. † 10, 24.

Serue nequam, omne debitum dimisi tibi quoniam rogasti me. † 18, 32.

Agricolæ apprehensis seruis eius, alium ceciderunt, alium occiderunt, alium verò lapidauerunt. † 21, 35.

Inutilem seruum eiicite in tenebras exteriores. † 25, 30.

Quicumque voluerit in vobis primus esse, erit omnium seruus. Mar. 10, 44.

Seruiamus illi, in sanctitate, & iustitia coram illo. Luc. 1, 75.

Ecce tot annis seruio tibi, & numquam mandatum tuum præteriui, & numquam dedisti mihi hœdum, vt cum amicis meis epularer. † 15, 29.

Cùm feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite: Serui inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus. † 17, 10.

Semen Abrahæ sumus, & nemini seruiuimus vmquam. Ioan. 8, 33.

Omnis qui facit peccatũ, seruus est peccati. 34.

Non est seruus maior domino suo: neque Apostolus maior est eo, qui misit illum. † 13, 16.

Iam non dicam vos seruos; quia seruus nescit quid faciat dominus eius. † 15, 15.

Post hæc exibunt & seruient mihi in loco isto. Act. 7, 7.

Isti homines serui Dei excelsi sunt, qui annuntiant vobis viam salutis. † 16, 17.

Seruiens Domino cum omni humilitate, & lacrymis, & tentationibus, quæ mihi acciderunt ex insidiis Iudæorum. † 20, 19.

Paulus seruus Iesu Christi, vocatus Apostolus. Rom. 1, 1.

Nescitis quoniam cui exhibetis vos seruos ad obediendum, serui estis eius cui obeditis? † 6, 16.

Mente seruio legi Dei, carne autem legi peccati. † 7, 25.

Huiuscemodi enim Christo Domino nostro non seruiunt, sed suo ventri. † 16, 18.

Seruus vocatus es? non sit tibi curæ, sed & si potes fieri liber, magis vtere. 1. Cor. 7, 21.

Pretio empti estis, nolite fieri serui hominũ. 23.

Omnium me seruum feci, vt plures lucrifacerem. † 9, 19.

Nos autem seruos vestros per Iesum. 2. Corinth. 4, 5.

Sustinetis enim si quis vos in seruitutem redigit, si quis deuorat, si quis accipit, si quis extollitur. † 11, 20.

Non est seruus neque liber. Gal. 3, 28.

Iam non est seruus, sed filius. † 4, 7.

Hæc enim sunt duo testamenta: vnum quidem in monte Sina in seruitutem generans, quæ est Agar. 24.

State & nolite iterùm iugo seruitutis contineri. † 5, 1.

Per charitatem spiritus seruite inuicem. 13.

Serui, obedite dominis carnalibus cum timore & tremore, in simplicitate cordis vestri, sicut Christo, non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed vt serui Christi, facientes voluntatem Dei ex animo. Ephes. 6, 5.

Semetipsum exinaniuit formam serui accipiens. Philip. 2, 7.

Sicut patri filius mecum seruiuit in Euangelio. 22.

Serui, obedite per omnia dominis carnalibus. Col. 3, 22.

Et quomodo conuersi estis ad Deum à simulacris, seruire Deo viuo & vero. 1. Thess. 1, 9.

Quicumque sunt sub iugo serui, dominos suos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen Domini, & doctrina blasphemetur. 1. Tim. 6, 1.

Cui seruio à progenitoribus in conscientia pura. 2. Tim. 1, 3.

Seruum autem Domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem. † 2, 24.

Forsitan enim ideò discessit ad horam à te, vt æternum illum reciperes, iam non vt seruum, sed pro seruo charissimum fratrem. Philem. v. 16.

Liberaret eos qui timore mortis per totam vitam obnoxij erant seruituti. Heb. 2, 15.

Regnum immobile suscipientes, habemus gratiam: per quam seruiamus placentes Deo cum metu & reuerentia. † 12, 28.

Serui, subditi estote in omni timore dominis, non tantùm bonis & modestis, sed etiam dyscolis. 1. Pet. 2, 18.

Libertatem illis promittentes, cùm ipsi sint serui corruptionis. 2. Pet. 2, 19.

Ideò sunt ante thronum Dei, & seruiunt ei die ac nocte in templo eius. Apoc. 7, 15.

SESAC.

Ascendit Sesac rex Aegypti in Ierusalem (quia peccauerant Domino) cũ mille ducentis curribus, & sexaginta millibus equitum, &c. quia humiliati sunt, non disperdam eos, &c. recessit itaque Sesac rex Aegypti ab Ierusalem, sublatis thesauris domus Domini, & domus regis. 2. Par. 12, 2.

SESACH.

Rex Sesach bibet post eos. Ier. 25, 26.

Quomodo capta est Sesach, & comprehensa est inclyta vniuersæ terræ. † 51, 41.

SETH.

SETH.

Vocauit nomen eius Seth, dicens: Posuit mihi Deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain. Gen.4,25.

Facti sunt omnes dies Seth nongentorum duodecim annorum, & mortuus est. † 5,8.

Percutiet duces Moab, vastabitque omnes filios Seth. Num.24,17.

Seth & Sem apud homines gloriam adepti sunt: & super omnem animam in origine Adam. Eccli.49,19.

SETIM.

Facies & altare de lignis setim. Exod. 27,1.

Feci igitur arcam de lignis setim. Deut.10,3.

SEVERITAS.

Vide ergo bonitatem, & seueritatem Dei: in eos quidem, qui ceciderunt, seueritatem: in te autem bonitatem Dei, si permanseris in bonitate, alioquin & tu excidêris. Rom.11,22.

SEX, SEXAGINTA, SEXCENTI.

Sexcenta ferè millia peditum virorum. Exodi 12,37.

Sex diebus colligite: die autem septimo sabbatum est. † 46,26.

Sex diebus operaberis. † 20,9. † 34,21.

Sex annis seminabis terram tuam, & congregabis fruges eius: anno autem septimo dimittes eam. † 23,10.

Sex nomina in lapide vno. † 28,10.

Sexaginta sex diebus manebit in sanguine purificationis suæ. Leuit.12,5.

Sex annis putabis vineam tuam, colligesque fructus eius. † 25,3.

Sexcenti autem viri, ita vt erant armati, stabant ante ostium. Iudic.18,15.

Quasi sexcentos viros. 1.Reg.13,15.

Senos in manibus pedibusque habebat digitos. 2.Reg.21,20.

Habebat [thronus] sex gradus. 3.Regum 10,19.

Vxores decem & octo habuerat, concubinas autem sexaginta. 2.Par.11,21.

En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortibus Israel. Cantic.3,9.

Sexaginta sunt reginæ, & octoginta concubinæ, &c. vna est columba mea. † 6,7.

Adhuc sexaginta & quinque anni, & desinit Ephraim esse populus. Isa.7,8.

Fecit frontes per sexaginta cubitos. Ezech. 40,14.

Post hebdomades sexaginta duas occidetur Christus. Dan.9,26.

Congregauit Lysias virorum electorum sexaginta millia, & equitum quinque millia. 1.Machab.4,28. Mar.4,8. Luc.1,36.

In spatio stadiorum sexaginta. Luc.24,13.

Prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta, amicti saccis. Apoc.11,3.

Vt ibi pascant eam diebus mille ducentis sexaginta. † 12,6.

Numerus eius sexcenti sexaginta sex. † 13,18.

SEXVS.

Dederisque seruæ tuæ sexum virilem: dabo eum Domino. 1.Reg.1,11.

SI.

Si non Moyses electus eius stetisset in confractione. Psal.105,23.

Si custodierint filij tui testamentum meum. † 131,12.

SIBA.

Omnis verò cognatio domus Sibæ seruiebat Miphiboseth. 2.Reg.9,12.

Tu & Siba diuidite possessiones. † 19,29.

SIBBOLETH.

Qui respondebat Sibboleth: eadem litera spicam exprimere non valens. Iudic.12,6.

SIBILO.

Stupebit & sibilabit. 3.Reg.9,8.

Et post ignem sibilus auræ tenuis. † 19,12.

Sibilabit super illum intuens locum eius. Iob 27,23.

Serpentium sibilatione commoti, tremebundi peribant. Sap.17,9.

Sibilabit Dominus muscæ, quæ est in extremo fluminum Aegypto. Isa.7,18.

Plauserunt super te manibus omnes transeuntes per viam: sibilauerunt & fremuerunt dentibus. Thren.2,15.

Negotiatores populorum sibilauerunt super te, ad nihilum deducta es, & non eris vsque in perpetuum. Ezech.27,36.

Ambulasti in voluntatibus eorum, vt darem te in perditionem, & habitantes in ea in sibilum: & opprobrium populi mei portabitis. Mich.6,16.

Omnis qui transit per eam, sibilabit & mouebit manum suam. Soph.2,15.

SIBIMET.

Anima illius super semetipso lugebit. Iob 14,22.

Iudicia Domini vera, iustificata in semetipsa. Psal.18,10. † 35,2.

Vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus. Prou.14,6.

Omnis consiliarius prodit consilium, sed est consilium in semetipso. Eccli.37,8.

Væ pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos. Ezech.34,2.

Qui habet spiritum Deorum sanctorum in semetipso. Dan.4,5.

Abneget semetipsum. Matth.16,24.

Consilium Dei spreuerunt in semetipsos. Luc.7,30.

Rursum fremens in semetipso. Ioan.11,38.

Dedit semetipsum pro nobis. Tit.2,14. Heb.6,6.

Fides, si non habeat opera, mortua est in semetipsa. Iac.2,17.

SICA-

SICARIVS.

Eduxisti in desertum quatuor millia virorum sicariorum. Act.21,38.

SICCO.

Non reuertebatur donec siccarentur aquæ. Gen.8,7.

Extende manum tuam super mare & diuide illud, vt gradiantur in medio eius per siccum. Exod.14,16.

Oro vt solum vellus siccum sit. Iudic.6,39.

Siccatus est torrens, non enim pluerat super terram. 3.Reg. 17,7.

Transierunt ambo per siccum. 4.Reg.2,8.

Stipulam siccam persequeris. Iob 13,25.

Siccam manus eius formauerunt. Psal.94,5.

Quòd factus est sermo Domini ad Ieremiam de sermonibus siccitatis. Ier.14,1.

Siccitas super aquas eius erit. † 50, 38. Ezech.26,5.

Vocaui siccitatem super terram, & super montes. Agg.1,11.

SICELEG.

Facta est Siceleg regum Iuda. 1.Reg 27,6.

SICERA.

Hoc vobis signum. † 44,29.

Leuate signum, prædicate & nolite celare. † 50,2.

Super muros Babylonis leuate signum, augete custodiam: leuate custodes, præparate insidias. † 51,12.

Leuate signum in terra, clangite buccina in gentibus. 27.

Tetendit arcum suum, & posuit me quasi signum ad sagittam. Thren.3,12.

Signum est domui Israel. Ezech.4,3.

Sabbata mea dedi eis vt essent signum inter me & eos. † 20,12.

Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia & perfectus decore. † 28,12.

Signa & mirabilia fecit apud me Deus excelsus. Dan.3,98.

Tu autem Daniel claude sermones, & signa librum, vsque ad tempus statutum. † 12,4.

Deum Danielis, quia ipse est saluator, faciens signa & mirabilia in terra, qui liberauit Danielem de lacu leonum. † 14,41.

Assumam te Zorobabel, fili Salathiel, serue meus: dicit Dominus; & ponam te quasi signaculum, quia te elegi, dicit Dominus. Agg.2,24.

Dato signo suis Dei victoriæ, iuuenibus fortissimis electis, nocte aggressus aulam regiam, in castris interfecit viros quatuor millia. 2. Machab.13,15.

Suspendit autem Nicanoris caput in summa arce, vt euidens esset & manifestum signum auxilij Dei. † 15,35.

Generatio mala & adultera signum quærit, & signum non dabitur ei nisi signum Ionæ prophetæ. Matth.12,39.

Rogauerunt eum vt signum de cælo ostenderet eis. † 16,1.

Quod signum aduentus tui, & consummationis sæculi? † 24,3.

Surgent enim pseudochristi, & pseudoprophetæ, & dabunt signa & prodigia. 24.

Tunc parebit signum filij hominis in cælo. 30.

Hoc vobis signum: Inuenietis infantem pannis inuolutum. Lucæ 2,12.

Et in signum cui contradicetur. 34.

Sicut fuit Ionas signum Niniuitis: ita erit & filius hominis generationi isti. † 11,30.

Erunt signa in sole, & luna, & stellis, & in terris pressura gentium. † 21,25.

Sperabat signum aliquod videre ab eo fieri. † 23,8.

Hoc fecit initium signorum Iesus. Ioan.2,11.

Quod signum ostendis nobis, quia hæc facis? 18.

Nemo enim potest hæc signa facere, nisi fuerit Deus cum eo. † 3,2.

Qui accepit eius testimonium, signauit quia Deus verax est. 33.

Nisi signa & prodigia videritis, non creditis. † 4,48.

Hoc iterùm secundum signum fecit Iesus. 54.

Sequebatur eum multitudo magna, quia videbant signa quæ faciebat super his qui infirmabantur. † 6, 2.

Quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus. 26.

Hunc enim Pater signauit Deus. 27.

Quod ergo tu facis signum, vt videamus & credamus tibi? quid operaris? 30.

Christus cùm venerit, numquid plura signa faciet quàm quæ hic facit? † 7,31.

Quomodo potest homo peccator hæc signa facere? † 9,16.

Quia Ioannes quidem signum fecit nullum. † 10,41.

Quid facimus quia hic homo multa signa facit? † 11,47.

Cùm autem tanta signa fecisset coram eis, non credebant in eum, vt sermo Isaiæ prophetæ impleretur. † 12,37.

Notum signum factum est per eos. Act.4,16.

Per manus autem Apostolorum fiebant signa & prodigia multa in plebe. † 5,12.

Videns etiam signa, & virtutes maximas fieri, stupens admirabatur. † 8,13.

Signum accepit circumcisionis, signaculum iustitiæ fidei. Rom.4,11.

In virtute signorum & prodigiorum in virtute Spiritus sancti. † 15,19.

Iudæi signa petunt, & Græci sapientiam quærunt. 1.Cor.1,22.

Signaculum Apostolatus mei vos estis in Domino. † 9,2.

Signauit nos, & dedit pignus Spiritus in cordibus nostris. 2.Cor.1,22.

Signa tamen Apostolatus mei facta sunt super vos. † 12,2.

In quo & credentes signati estis Spiritu promissionis sancto. Eph.1,13.

Nolite contristare Spiritum sanctum, in quo signati estis in diem redemptionis. † 4,30.

Cuius est aduentus secundùm operationem satanæ, in omni virtute in signis & prodigiis

mendacibus, & in omni seductione iniquitatis iis qui pereunt. 2.Thess.2,10.

Firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc: cognouit Dominus qui sunt eius. 2.Tim.2,19.

Contestante Deo signis & portentis. Heb.2,4.

Librum scriptum intus & foris, signatum sigillis septem. Apoc.5,1.

Vidi quòd aperuisset Agnus vnum de septem sigillis. † 6,1.

Habentem signum Dei viui. † 7,2.

Nolite nocere terræ, & mari, neque arboribus, quoadusque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum. 3.

Audiui numerum signatorum centum quadraginta quatuor millia signati. 4.

Nisi tantùm homines, qui non habent signum Dei in frontibus suis. † 9,5.

Signa quæ locuta sunt septem tonitrua, & noli ea scribere. † 10,4.

Signum magnum apparuit in cælo: Mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius. † 12,1.

Fecit signa magna, vt etiam ignem faceret de cælo descendere. † 13,13.

Vidi aliud signum in cælo magnum & mirabile. † 15,1.

Apprehensa est bestia, & cum ea pseudopropheta: qui fecit signa coram ipso, quibus seduxit eos, qui acceperunt characterem bestiæ. † 19,20.

Ne signaueritis verba prophetiæ libri huius: tempus enim propè est. † 22,10.

SILAS.

Visum est autem Silæ ibi remanere. Act.15,34.

Media autem nocte, Paulus & Silas orantes, laudabant Deum. † 16,25.

Tremefactus procidit Paulo & Silæ ad pedes. 29. † 17,10.

SILEO, SILENTIVM.

Imperauit silentium. Iudic.3,19.

Et ego noui, silete. 4 Reg.2,3,5.

Siluerunt, nec inuenerunt quid responderent. 2.Esd.5,8.

Leuitæ silentium faciebant in populo ad audiendam legem: populus autem stabat in gradu suo. † 8,7.

Illa autem ascendens in eminentiorem locum, iussit fieri silentium. Iudith 13,16.

Et non portem in diebus silentij mei. Esth. 14,16.

Silui à bonis. Psal.38,3.

Ne sileas, quoniã aduena ego sum apud te. 13.

Iudicium determinat causas, & qui imponit stulto silentium, iras mitigat. Prou.26,10.

Cùm enim quietum silentium contineret omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet, omnipotens sermo tuus de cælo à regalibus sedibus, durus debellator in mediam exterminij terram prosiliuit. Sap.18,15.

Vide vt sileas: noli timere, & cor tuum ne formidet à duabus caudis titionum fumigantium istorũm in ira furoris Rasin. Isa.7,4.

Si reuertamini, & quiescatis, salui eritis: in silentio & spe erit fortitudo vestra. † 30,15.

Et erit opus iustitiæ, pax & cultus iustitiæ, silentium & securitas vsque in sempiternum. † 32,17.

Qui reminiscimini Domini, ne taceatis: & ne detis silentium ei. † 62,6,7.

Ingrediamur ciuitatem munitam, & sileamus ibi: quia Dominus silere nos fecit, & potum dedit nobis aquam fellis. Ier.8,14.

Bonum est pręstolari cum silentio salutare Dei. Thren.3,26.

Multi morientur: in omni loco proiicietur silentium. Amos 8,3.

Silete à facie Domini Dei. Soph.1,7.

Silebit in dilectione sua. † 3,17.

Sileat omnis caro à facie Domini: quia consurrexit de habitaculo sancto suo. Zach.2,13.

Siluit terra in conspectu eius. 1.Mach.1,3.

Siluit omnis terra Iuda omnibus diebus Simonis. † 14,4.

Surgens autem Paulus & manu silentium indicens. Act.13,16.

Paulus stans in gradibus, annuit manu ad plebem, & magno silentio facto, allocutus est lingua Hebræa. † 21,40.

Factum est silentium in cælo quasi media hora. Apoc.8,1.

SILEX.

Dabit pro terra silicem, & pro silice torrentes aureos. Iob 22,24.

SILIQVA.

Cupiebat implere ventrem suum de siliquis, quas porci manducabant, & nemo illi dabat. Luc.15,16.

SILO.

Repulit tabernaculum Silo. Psal.77,60.

Ite ad locum meum in Silo, vbi habitauit nomen meum à principio: & videte quæ fecerim ei propter malitiam populi mei Israel. Ier.7,12.

SILOE.

Pro eo quòd abiecit populus iste aquas Siloë, quæ tradunt cum silentio, & assumpsit magis Rasin. Isa.8,6.

Sicut illi decem & octo, super quos cecidit turris in Siloë. Luc.13,4.

Laua in natatoria Siloë (quod interpretatur Missus.) Ioan.9,7.

SILONITES.

Inueniret eum Ahias Silonites propheta in via. 3.Reg.11,29.

SILVA.

Mansitque Dauid in silua. 1 Reg.23,18.

Quasi in silua lignorum securibus exciderunt ianuas eius in idipsum. Psal.73,6.

Exultabunt omnia ligna siluarum. † 95,12.

Ex-

Extruxi mihi piscinas aquarum, vt irrigarem siluam lignorum germinantium. Ecclef.2,6.

Sicut malus inter ligna siluarum, sic dilectus meus inter filios. Cant.2,3.

Secundùm enim ligna siluę sic ignis exardescit. Eccli.28,12. Isa.7,2.

Obumbrauerunt autem & siluæ, & omne lignum suauitatis Israel ex mandato Dei. Bar.5,8. Ezech.15,6. Mar.1,6.

Quantus ignis quàm magnam siluam incendit? Et lingua ignis est, vniuersitas iniquitatis. Iac.3,5.

SIMEON.

Simeon & Leui fratres: vasa iniquitatis bellantia. Gen.49,5. Iudith 9,2.

Homo erat in Ierusalem, cui nomen Simeon, & homo iste iustus & timoratus, expectans consolationem Israel. Luc.2,25.

SIMIA.

Deferens inde aurum & argentum, & dentes elephantorum, & simias, & pauos. 3.Reg.10,22.

SIMILA.

Simila erit eius oblatio, funderque super ea oleum. Leuit.2,1. Ezech.16,13.

Impendebantur in eo per dies singulos similæ artabæ duodecim. Dan.14,2.

SIMILAGO.

Retribuet gratiam qui offert similaginem. Eccli.35,4. † 38,11.

Initium necessariæ rei vitæ hominis, &c. sal, lac, & panis similagineus, & mel. † 39,31.

SIMILIS, SIMILITVDO, SIMVLACHRVM.

Vt scias quòd non sit similis mei in omni terra. Exod.9,14.

Quis similis tui in fortibus Domine? † 15,11.

Iuxta omnem similitudinem tabernaculi, quod ostendam tibi. † 25,9.

Non vidistis aliquam similitudinem in die qua locutus est vobis Dominus in Horeb de medio ignis: ne fortè decepti faciatis vobis sculptam similitudinem, aut imaginem masculi vel feminæ: similitudinem omnium iumentorum, quæ sunt super terram, vel auium sub cælo volantium. Deut.4,15.

Deceptique feceritis vobis aliquam similitudinem, patrantes malum. 25.

Similes tui, & vnus ex eis quasi filius regis. Iudic.8,18.

Facietisque similitudines anorum vestrorum, & similitudines murium. 1.Reg.6,5.

Quoniam non sit similis illi in omni populo. † 10,24.

Inuentum est simulachrum super lectum. 1.Reg.19,16.

Non est huic alter similis, da mihi eum [gladium.] † 21,9.

Non est similis tui, neque est Deus extra te. 2.Reg.7,22.

Exemplar eius & similitudinem iuxta omne opus eius. 4.Reg.16,10.

In Domino Deo Israel sperauit [Ezechias.] Itaque post eum non fuit similis ei de cunctis regibus Israel. † 18,5.

Similis non fuit ante eum [Iosiam] rex, qui reuerteretur ad Dominum in omni corde suo, & in tota anima sua, & in vniuersa virtute sua. † 23,25.

¶ Aurum purissimum dedit: vt ex ipso fieret similitudo quadrigæ cherubim. 1.Par.28,18.

Similitudo quoque boum erat subter illud. 2.Par.4,3.

Quàm similis est iuuenis iste consobrino meo? Tob.7,2.

Numquid considerasti seruum meum Iob, quòd non sit ei similis in terra? Iob 1,8.

Posuisti nos in similitudinem gentibus. Psal.43,15.

Deus quis similis erit tibi? † 82,2.

Non est similis tui in diis Domine, & non est secundùm opera tua. † 85,8.

Similis erit Deo in filiis Dei? † 88,7.

Qui gloriantur in simulachris suis. † 96,7.

Similis factus sum pellicano solitudinis. † 101,7.

Simulachra gentium argentum & aurum. † 113, 12.

Similes illis fiant qui faciant ea. 16.

Similis ero descendentibus in lacum. † 142,7.

Filiæ eorum compositæ, circumornatæ vt similitudo templi. † 143,12.

Dixi in corde meo de filiis hominum, vt probaret eos Deus, & ostenderet similes esse bestiis. Eccles.3,18.

Similis est dilectus meus capreæ. Cant.2,9.

Nemo enim sibi similem homo poterit Deum fingere. Sap.15,16.

Omne animal diligit simile sibi. Eccli.13,19.

Commouebuntur simulachra Aegypti à facie eius. Isa.19,1.

Interrogabunt simulachra sua, & diuinos, & pythones, & ariolos. 3.

Cui ergo similem fecistis Deum, aut quam imaginem ponetis ei? † 40,18.

Artifex sapiens quærit quomodo statuat simulachrum quod non moueatur. 20.

Ecce omnes iniusti, & vana opera eorum: ventus & inane simulachra eorum. † 41,29.

Quis similis mei? vocet & annuntiet, & ordinem exponat mihi, ex quo constitui populum antiquum, ventura & quæ futura sunt annuntient eis. † 44,7.

Facta sunt simulachra eorum bestiis & iumentis, onera vestra graui pondere vsque ad lassitudinem. † 46,1.

Cui assimilatis me & adæquastis, & comparastis me, & fecistis similem? 5.

Non est similis tui Domine, magnus es tu, & magnum

magnum nomen tuum in fortitudine. Ier.10,6.

Quis enim similis mei, & quis sustinebit me? & quis est iste pastor qui resistat vultui meo? †49,19.

Melior est homo iustus qui non habet simulachra; nam erit longè ab opprobriis Baruch 6,72.

Similitudo reptilium & animalium, abominatio & vniuersa idola domus Israel depicta erant in pariete. Ezech 8,10.

Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia & perfectus decore. † 28,12.

Dic Pharaoni regi Aegypti & populo eius: Cui similis factus es in magnitudine tua? † 31,2.

Species quarti similis filio Dei. Dan.3,92.

Simulachra locuta sunt inutile, & diuini viderunt mendacium. Zach.10,2.

Cui autem similem æstimabo generationem istam? similis est pueris sedentibus in foro, qui clamantes coæqualibus dicunt: Cecinimus vobis & non saltastis. Matth 11,17.

Sed scribere ad eos vt abstineant se à contaminationibus simulachrorum, & fornicatione, & suffocatis & sanguine. Act.15,20.

Præteriens enim videns simulachra vestra, inueni & aram in qua scriptum erat: Ignoto Deo. † 17,23.

Sculpturæ artis & cogitationis hominis Diuinum esse simile. 29.

Debuit per omnia fratribus similari vt misericors fieret, & fidelis pontifex ad Deũ. Heb.2,17.

Filioli, custodite vos à simulachris. Amen. 1.Ioan.5,21.

Similem filio hominis vestitum podêre. Apocalypsis 1,13.

Clamauerunt videntes locum incendij eius, dicentes: Quàm similis huic ciuitati magnæ? † 18,18.

SIMON.

Simon Oniæ filius sacerdos magnus, qui in vita suffulsit domum. Eccli.50,1.

Tunc Simon & ipse credidit: & cùm baptizatus esset, adhærebat Philippo. Act.8,13.

SIMPLEX, SIMPLICITAS.

In simplicitate cordis mei, & munditia manuum mearum feci hoc. Gen.20,5.

Iacob autem vir simplex habitabat in tabernaculis. † 25,27.

Simplici corde, & causam penitus ignorantes. 2.Reg.15,11.

In simplicitate cordis, & in æquitate. 3.Regum 9,4.

Scio enim quòd probes corda, & simplicitatem diligas, vnde ego in simplicitate cordis mei lætus obtuli vniuersa hæc: & populum tuum qui hic repertus est, vidi cum ingenti gaudio tibi offerre donaria. 1.Par.29,17.

Aures principum simplices. Esth.16,6.

Simplex, & rectus. Iob 1,1.

Dixit autem illi vxor sua: Adhuc tu permanes in simplicitate tua. † 2,9.

Deus non proiiciet simplicem, nec porriget manum malignis. † 8,20.

Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea, & tædebit me vitæ meæ. † 9,21.

Deridetur enim iusti simplicitas. † 12,4.

Appendat me in statera iusta, & sciat Deus simplicitatem meam. † 31,6.

Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter: qui autem deprauat vias suas, manifestus erit. Prou.10,9.

Simplicitas iustorum diriget eos. † 11,3.

Qui ambulat simpliciter, saluus erit. † 28,18.

Viri sanguinum oderunt simplicem: iusti autem quærunt animam eius. † 29,10.

In simplicitate cordis quærite illum. Sap.1,1.

Daniel in sua simplicitate liberatus est de ore leonum. 1.Mach.2,60.

Abundetis in omnem simplicitatem, quæ operatur per nos gratiarum actionẽ Deo. 2.Cor.9,11.

SIMVLO.

Cuba super lectum tuum, & languorem simula. 2.Reg.13,5. † 14,2.

Simulatores & callidi prouocant iram Dei. Iob 36,13.

Simulator ore decipit amicum suum: iusti autem liberabuntur scientia. Prou.11,9.

Stultus enim fatua loquetur, & cor eius faciet iniquitatem, vt perficiat simulationẽ. Isaiæ 32,6.

Impij in testamentum simulabunt fraudulenter: populus autem sciens Deum suum, obtinebit & faciet. Dan.11,32.

Afferri carnes, quibus vesci ei licebat, vt simularetur manducasse, sicut rex imperauerat, de sacrificij carnibus. 2.Mach.6,21. Lucæ 20,20.

Dilectio sine simulatione. Rom.12,9. 1.Pet.2,1.

SINA.

Dominus in eis in Sina in sancto. Psal.67,18.

Qui audis in Sina iudicium. Eccli.48,7. Act.7,30.

Sina enim mons est in Arabia. Gal.4,25.

SINAI.

Dominus de Sinai veniet, & de Seir ortus est nobis. Deut.33,2. Psal.67,9.

SINAPI.

Simile est regnum cælorum grano sinapis. Matth.13,31.

Si habueritis fidem sicut granum sinapis. Lucæ 17,6.

SINCERVS.

Et non ambulauimus sinceriter coram te. Tob.3,5. 1.Cor.5,8.

Sed ex sinceritate, sed sicut ex Deo, coram Deo in Christo loquimur. 2.Cor.2,17.

Vt sitis sinceri, & sine offensa in diem Christi. Philip.1,10.

Neminem enim habeo tam vnanimem, qui sincera affectione pro vobis solicitus sit. † 2,20.

SIN-

SINDON.

Dabo vobis triginta sindones & totidem tunicas. Iudic.14,12.

Sindonem fecit & vendidit. Prou.31,24.

Accepto corpore, Ioseph inuoluit illud in sindone munda. Matth.27,59.

At ille reiecta sindone nudus profugit ab eis. Mar.14,51.

SINGVLI.

Delectabar per singulos dies. Prou.8,30.

Multi requirunt faciem principis: & iudicium à Domino egreditur singulorum. † 29,26.

Iudices singuli suo nomine, quorum non est corruptũ cor. Eccli.46,13. Heb.3,13. Apoc.20,13.

SINGVLARIS.

Descendat ad singulare certamẽ. 1.Reg.17,9.

Quoniam tu Domine singulariter in spe constituisti me. Psal.4,10.

Singularis ferus depastus est eam. † 79,14.

Singulariter sum ego, donec transeã. † 140,10.

SINGVLTVS.

Non erit tibi hoc in singultum & in scrupulum cordis Domino meo, quòd effuderis sanguinem innoxium. 1.Reg.25,31.

SINISTRA.

Sinistram manum misit [Iahel] ad clauum, & dexteram ad fabrorum malleos, percussitque Sisaram, quęrens in capite vulneri locum, & tempus validè perforans. Iudic.5,26.

Nec ad sinistram, nec ad dexteram est, ex omnibus his, quæ locutus est Dominus meus rex. 2.Reg.14,19.

Si ad sinistram, quid agam? non apprehendam eum. Iob 23,9.

SINO.

Sine me, & indicabo tibi, quæ locutus sit Dominus ad me nocte. 1.Reg.15,16.

Sine modò; sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Matth.3,15.

SINOPIS.

Facit laquearia cedrina, pingitque sinopide. Ierem.22,14.

SINVS.

Dormire eum fecit super genua sua, & in sinu suo reclinare caput. Iudic.16,19.

Fluebat autem sanguis plagæ in sinum currus. 3.Reg.22,35.

Excussi sinum meum & dixi: Sic excutiat Deus omnem virum qui non compleuerit verbũ istud, de domo sua, & de laboribus suis: sic excutiatur & vacuus fiat. 2 Esd.5,13.

Reposita est hæc spes mea in sinu meo. Iob 19,27.

Dexteram tuam de medio sinu tuo in finem? Psal.73,11.

Memor esto Domine opprobrij seruorum tuorum (quod continui in sinu meo) multarum gentium. † 88,51.

SION.

Dominus in Sion magnus. Psal.98,2.

Propter Sion non tacebo. Isaiæ 62,1.

Sion quasi ager arabitur, & Ierusalem in aceruum lapidum erit. Ierem.26,18.

In Sion interrogabunt viam, huc facies eorum. † 50,5.

O Sion fuge, quæ habitas apud filiam Babylonis. Zach.2,7.

SIRACH.

Doctrinam sapientiæ & disciplinæ scripsit in codice isto Iesus filius Sirach. Eccli.50,29. † 51,1.

SISARA.

Perterruitque Dominus Sisaram, & omnes currus eius, vniuersamque multitudinem in ore gladij.* Iudic.4,15.

Et ecce Barac sequens Sisaram. 22.

Vidit Sisaram iacentem mortuum. 22.

Stellæ manentes in ordine & cursu suo, aduersus Sisaram pugnauerunt. † 5,20,26. 1.Reg.12,9. Psal.82,10.

SIREN.

Respondebunt ibi vlulæ in ædibus eius, & sirenes in delubris voluptatis. Isaiæ 13,22.

SISTRVM.

In tympanis lætitiæ, & in sistris. 1.Reg.18,6.

SITARCIVM.

Panis defecit in sitarciis nostris. 1.Reg.9,7.

SITIO.

Sitiuit ergo populus præ aquæ penuria, & murmurauit. Exod.17,3.

Sitiensque valdè [Samson] clamauit ad Dominum, &c. in siti morior, incidamque in manus incircumcisorum. Iudic.15,18.

Cùm prosternamur ante oculos eorum in siti. Iudith 7,11.

Tunc vlulauerunt castra Assyriorum, quando apparuerunt humiles mei arescentes in siti. † 16,13.

Tenebitur planta eius laqueo, & exardescet contra eum sitis. Iob 18,9.

Qui calcatis torcularibus sitiunt. † 24,11.

Sitiuit anima mea ad Deum fortem, viuum. Psal.41,3.

Sitiuit in te anima mea, quàm multipliciter tibi caro mea. † 62,2.

In siti mea potauerunt me aceto. † 68,22. Prou.25,21.

Sitierunt, & inuocauerunt te, & data est illis aqua de petra altissima. Sap.11,4.

Ostendens per sitim quæ tunc fuit quemadmodum tuos exaltares, & aduersarios eorum necares. 9.

Qui bibunt me, adhuc sitient. Eccli.24,29.

Occurrentes sitienti ferte aquam, qui habitatis terram Austri, cum panibus occurrite fugienti. Isaiæ 21,14.

Sicut

Sicut æstus in siti, tumultum alienorum humiliabis. † 25,5.

Redemit Dominus seruum suum Iacob, non sitierunt in deserto. † 48,21.

Omnes sitientes venite ad aquas. † 55,1.

Per terram sitis, & imaginem mortis, per terram in qua non ambulauit vir. Ier.2,6.

Prohibe pedem tuum à nuditate, & guttur tuum à siti. 25. † 48,18.

Adhæsit lingua lactentis ad palatum eius in siti. Thren.4,4.

Statuam eam velut terram inuiam, & interficiam eam siti. Osee 2,3.

Mittam famem in terram: non famem panis, neque sitim aquæ, sed audiendi verbum Domini. Amos 8,11. Ioan.4,13. † 19,28. Rom.12,20. Apoc.7,16. † 22,17.

SITVLA.

Fluet aqua de situla eius. Num.24,7.

Ecce Gentes quasi stilla situlæ, & quasi momentum stateræ reputatæ sunt. Isa.40,15.

SMARAGDVS.

In primo versu erit lapis sardius, & topazius, & smaragdus. Exod.28,17.

Portæ Ierusalem ex sapphiro & smaragdo ædificabuntur. Tob.13,21. Iudith 10,19.

In fabricatione auri signum est smaragdi, sic numerus musicorum in iucundo & moderato vino. Eccli.32,8. Ezech.28,3. Apoc.4,3.

SMYRNA.

Angelo Ecclesiæ Smyrnæ scribe. Apoc.2,8.

SOBA.

Percussisse videlicet Dauid omnem exercitum Adarezer regis Soba. 1.Par.18,9. † 19,6.

SOBOLES.

In sobole vteri tui, & in fructu iumentorum tuorum. Deut.30,9.

In testimonium inter nos & vos, & sobolem nostram, vestramque progeniem. Iosu.22,27.

SOBRIVS, SOBRIETAS.

Sobrietatem enim & prudentiam docet, & iustitiam & virtutem. Sap.8,7.

Infirmitas grauis sobriam facit animam. Eccli.31,2.

Aequa vita hominibus vinum in sobrietate: si bibas illud moderatè eris sobrius. 32.

Qui ebrij sunt nocte ebrij sunt: nos autem qui diei sumus, sobrij simus, induti loricam fidei. 1.Thess.5,8.

Opus fac Euangelistæ, ministerium tuum imple, sobrius esto. 2.Tim.4,5.

Senes, vt sobrij sint, pudici, prudentes. Titi 2,2.

Iuuenes similiter hortare vt sobrij sint. 6.

Sobriè & iustè & piè viuamus in hoc sæculo, expectantes beatam spem, & aduentum gloriæ magni Dei. 13.

Sobrij estote, & vigilate. 1.Pet.5,8.

SOCER.

Monentes eum honorare soceros, diligere maritum, regere familiam. Tob.10,13.

Reuersus est ad soceros suos. † 14,14. Ezech.22,11.

SOCIO, SOCIVS.

Socius fuit itineris mei. Gen.35,3.

Dedique ei socium, Ooliab. Exod.31,6.

Sociauerunt se cum suis in prælio. 1.Regum 14,22.

Quemcumque viderat Saul virum fortem, & aptum ad prælium, sociabat eum sibi. 52.

Habitent in tabernaculis eius socij eius, qui non est. Iob 18,15.

Melius est ergo duos esse simul quàm vnum: habent enim emolumentum societatis suæ. Eccles.4,9.

Ditiori te ne socius fueris. Eccli.13,2.

A socio & amico de iniustitia. † 41,22.

Et populus Iudæorum miserunt nos ad vos, statuere vobiscũ societatem, & pacem, & conscribere nos socios, & amicos vestros. 1.Mach.8,20.

Vt renouaremus amicitiam, & societatem secundùm pristinum. † 12,3.

Fidelis Deus per quem vocati estis in societatem filij eius Iesu Christi Domini nostri. 1.Corinth.1,9.

Dexteras dederunt mihi & Barnabę societatis: vt nos in Gentes, ipsi autem in circumcisionem. Gal.2,9.

Societas nostra sit cum Patre & Filio eius. 1.Ioan.1,3.

SOCOTH.

Ac tribulos, & contriuit eum eis, atque comminuit viros Socoth. Iudic.8,16.

SOCRVS.

Hæc socrui verba respondit: Forsitan nunc diuidit spolia. Iudic.5,29.

Filia consurgit aduersus matrem suam, nurus aduersus socrum suam. Mich 7,6.

Vidit socrum eius iacentem & febricitantem. Matth.8,14.

Socrus Simonis tenebatur magnis febribus. Luc 4,38.

SODALIS.

Dederunt ei sodales triginta, vt essent cum eo. Iudic.14,11.

Vbi cubes in meridie, ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum. Cant.1,6.

Sodalis autem & amicus ad inimicitiam conuertentur. Eccli.37,2.

Sodalis amico coniucundatur in oblectationibus: & in tempore tribulationis aduersarius erit. † 40,23.

SODOMA.

Lot verò moratus est in oppidis, quæ erant circa Iordanem, & habitauit in Sodomis. Homines autem Sodomitæ pessimi erant, & peccatores coram

ram Domino nimis. Gen.13,12.

Rex Sodomorum & Gomorrhæ terga verterunt. † 14,10.

Dominus pluit super Sodomam & Gomorrham sulphur & ignem à Domino de cælo. † 19,24.

De vinea Sodomorum vinea eorum. Deuter.32,32.

Audite verbum Domini principes Sodomorum. Isa.1,10.

Facti sunt mihi omnes vt Sodoma. Ier.23,14.

Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, superbia, saturitas panis, & abundantia, & otium ipsius. Ezech.16,49.

Moab vt Sodoma erit. Soph.2,9.

Tolerabilius erit terræ Sodomorum. Matthæi 10,15.

Si in Sodomis factæ fuissent virtutes quæ factæ sunt in te, fortè mansissent vsque in hanc diem. † 11,23. Rom.9,29. Iudæ v.7.

Quæ vocatur spiritualiter Sodoma & Aegyptus. Apoc.11,8.

SOL.

Vidi per somnium quasi solem, & lunam, & stellas vndecim adorare me. Gen.37,9.

Sol contra Gabaon ne mouearis, & luna contra vallem Aialon, &c. non festinauit occumbere spatio vnius diei. Iosi.10,13.

Qui autem diligunt te, sicut sol in ortu suo splendet, ita rutilent. Iudic.5,31.

Cras erit vobis salus cùm incaluerit sol. 1.Reg.11,9. 2.Reg.2,24.

Dormiet cum vxoribus tuis in oculis solis huius. 2.Reg.12,11.

Præco insonuit in vniuerso exercitu antequam sol occumberet. 3.Reg.22,36.

Et eos qui adolebant incensum Baal & Soli, & duodecim signis. 4.Reg.23,5.

Abstulit quoque equos, quos dederant reges Iuda Soli, &c. currus autem Solis combussit igni.11.

Qui stare fecit solem. 1.Par.4,22.

Vt dum sol occubuisset, cautè sepeliret eum. Tob.2,4.

Paruus fons qui creuit in fluuium, & in lucem, solemque conuersus est. Esth.10,6. † 11,11.

Qui præcipit soli, & non oritur. Iob 9,7.

Si vidi solem cùm fulgeret, & lunam incedentem clarè. † 31,26.

In sole posuit tabernaculum suum. Psal.18,6.

Ante solem permanet nomen eius. † 71,17.

Sol cognouit occasum suum. † 103,19.

A solis ortu & occasu, ab aquilone & mari. † 106,3.

A solis ortu vsque ad occasum laudabile nomen Domini. † 112,3.

Per diem sol non vret te, neque luna per noctem. † 120,6.

Solem in potestatem diei. † 135,8.

Laudate eum sol & luna. † 148,3.

Oritur sol & occidit, & ad locum suum reuertitur, ibique renascens gyrat per Meridiem, & flectitur ad Aquilonem. Eccles.1,5.

Errauimus à via veritatis, & iustitiæ lumen non luxit nobis, & sol intelligentiæ non est ortus nobis. Sap.5,6.

Solem sine læsura boni hospitij præstitisti. † 18,3

Quid lucidius sole? & hic deficiet. Aut quid nequius quàm quod excogitauit caro & sanguis? & hoc arguetur. Eccli.17,32.

Sicut sol oriens mundo in altissimis Dei. † 26,21.

Sol illuminans per omnia respexit, & gloria Domini plenum est opus eius. † 42,16.

Sol in aspectu annuntians in exitu, vas admirabile opus Excelsi. In meridiano exurit terram, & in conspectu ardoris eius quis poterit sustinere? Fornacem custodiens in operibus ardoris, tripliciter sol exurens montes, radios igneos, exufflans & refulgens radiis suis obcæcat oculos. Magnus Dominus qui fecit illum, & in sermonibus eius festinauit iter. † 43,2.

Non in iracundia eius impeditus est sol, & vna dies facta est quasi duo? † 46,5.

In diebus ipsius retrò rediit sol, & addidit regi vitam. † 48,26.

Quasi sol refulgens, sic ille effulsit in templo Dei. † 50,7.

Obtenebratus est sol in ortu suo, & luna non splendebit in lumine suo. Isa.13,10.

Ciuitas solis vocabitur vna. † 19,18.

Non occidet vltrà sol ad lucendum per diem, nec splendor lunæ illuminabit te: sed erit tibi Dominus in lucem sempiternam, & complebuntur dies luctus tui. † 60,20.

Occidit ei sol, cùm adhuc esset dies: confusa est & erubuit. Ier.15,9.

Qui dat solem in lumine diei, ordinem lunæ & stellarum in lumine noctis. † 31,35.

Conteret statuas domus solis, quæ sunt in terra Aegypti. † 43,13.

Adorabant ad ortum solis. Ezech.8,16.

Solem nube tegam, & luna non dabit lumen suum. † 32,7.

Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem. Ioel.2,31.

Occidet sol in meridie, & tenebrescere faciam terram in die luminis. Amos 8,9.

Percussit sol super caput Ionæ, & æstuabat, & petiuit animæ suæ, vt moreretur. Ionæ 4,8.

Occumbet sol super prophetas, & obtenebrabitur super eos dies. Mich.3,6.

Sol ortus est, & auolauerunt, & non est cognitus locus eorum. Nahum 3,17.

Sol & luna steterunt in habitaculo suo. Habac.3,11.

Orietur vobis timentibus nomen meum sol iusti-

iustitiæ,& sanitas in pennis eius. Mal.4,2.

Et vt refulsit sol in clypeos aureos, & æreos, & resplenduerunt montes ab eis. 1.Mach.6,39.

Vt sitis filij patris vestri,qui in cælis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos. Matth.5,45.

Sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum. † 24,29.

Obscuratus est sol. Luc.23,45.

Sol conuertetur in tenebras,& luna in sanguinem. Act.2,20.

Irascimini, & nolite peccare: sol non occidat super iracundiam vestram. Ephes.4,26.

Sol factus est niger tamquam saccus cilicinus. Apoc.6,12.

Signum magnum apparuit in cælo, mulier amicta sole,& luna sub pedibus eius. † 12,1.

SOLARIVM.

Ipsa autem fecit ascendere viros in solarium domus suæ. Iosf.2,6.

Strauit Saul in solario,& dormiuit.1.Reg.9,25

Surgeret Dauid de strato suo post meridiem, & deambularet in solario domus regiæ: viditque mulierem se lauantem. 2.Reg.11,2.† 16,22.

Baculum senectutis nostræ, solatium vitæ nostræ? Tob.10,4.

Habentes solatio sanctos libros.1.Mach.12,9.

Deus autem patientiæ & solatij. Rom.15,2.

Si qua ergo consolatio in Christo,si quod solatium charitatis. Philip.2,1.

Hi soli sunt adiutores mei in regno Dei, qui mihi fuerunt solatio. Col.4,11.

Vt per duas res immobiles,quibus impossibile est mentiri Deum, fortissimum solatium habeamus, qui confugimus ad tenendam propositam spem. Heb.6,18.

Rogo autem vos fratres vt sufferatis verbum solatij.Etenim perpaucis scripsi vobis. † 13,22.

SOLEMNIS, SOLEMNITAS.

Est enim solemnitas Domini Dei nostri. Exod.10,9.

Habebitis autem hunc diem in monumentum, & celebrabitis eam solemnem Domino in generationibus vestris cultu sempiterno. † 12,14.

Dies prima erit sancta atque solemnis, & dies septima eadem solemnitate venerabilis. 16.

In die septimo erit solemnitas Domini.† 13,6.

Solemnitatem azymorum custodies. † 23,14. † 34,18.

Solemnitatem quoque in exitu anni, quando congregaueris omnes fruges tuas de agro. 16. † 32,6.

Solemnitatem hebdomadarum facies tibi. † 34,22.

In solemnitatibus vestris adolentes odorem suauitatis Domino. Num.15,3.

Solemnitatem quoque tabernaculorum celebrabis per septem dies, quando collegeris de area & de torculari fruges tuas. Deut.16,13.

Solemnitas Domini est in Silo anniuersaria. Iudic.21,19.

Ascendit autem vir eius Elcana, & omnis domus eius, vt immolaret Domino hostiam solemnem & votum suum. 1.Reg.1,21.

Conuenitque ad regem Salomonem vniuersus Israel in mense Ethanim, in solemnitate. 3.Reg.8,2. 2.Par.5,3.

Constituitque diem solemnem in mense octauo,quintadecima die mensis,in similitudinem solemnitatis quæ celebrabatur in Iuda. † 12,32.

Sanctificate diem solemnem Baal. 4.Regum 10,20.

Solemnitas in arcæ translatione. 1.Par.13,5.

Leuitæ verò, vt stent manè ad confitendũ,&c. quàm in sabbatis & calendis, & solemnitatibus reliquis. † 23,31.

Feceruntque filij Israel qui reperti fuerant ibi, Phase in tempore illo, & solemnitatem azymorum septem diebus. 2.Par.35,17.

Fecerunt solemnitatem azymorum septem diebus in lætitia. 1.Esd.6,22.

Vt habitent filij Israel in tabernaculis, in die solemni mense septimo. 2.Esd.8,14.

Fecerunt solemnitatem septem diebus, & in die octauo collectam iuxta ritum. 18.

Solemnis dedicatio ciuitatis Ierusalem.† 12,27.

Quartadecima die cædere desierunt. Quem constituerunt esse solemnem, vt in eo omni tempore deinceps vacarent epulis, gaudio atque conuiuiis. Esther 9,17.

Omnis autem prouincia,& ciuitas quæ noluerit solemnitatis huius esse particeps,gladio & igne pereat. † 16,24.

Gloriati sunt qui oderunt te in medio solemnitatis tuæ. Psal.73,4.

In insigni die solemnitatis vestræ. † 80,4.

Cõstituite diem solemnem in condensis vsque ad cornu altaris. † 117,27.

Solemnitates euolutæ sunt. Isa.29,1.

Canticum erit vobis sicut nox sanctificatæ solemnitatis, & lætitia cordis, sicut qui pergit cum tibia,vt intret in montẽ Domini ad fortem Israel. † 30,29.

Respice Sion ciuitatem solemnitatis nostræ: oculi tui videbunt Ierusalem habitationem opulentam. † 33,20.

Viæ Sion lugent,eò quòd non sint qui veniant ad solemnitatem. Thren.1,4.

Legite librum istum,quem misimus ad vos recitari in templo Domini,in die solemni, & in die opportuno. Baruch 1,14.

Super principem erunt holocausta, & sacrificium, & libamina in solemnitatibus, & in calendis,& in sabbatis? Ezech.45,17.

Cessare faciam omne gaudium eius,solemnitatem eius,neomeniã eius,sabbatũ eius. Osee 2,11.

Quid

Quid facietis in die solemni, in die festiuitatis Domini? † 9,5.

Ieiunium quarti, & ieiunium quinti, & ieiunium septimi, & ieiunium decimi erit domui Iuda in gaudium & lætitiam, & in solemnitates præclaras. Zach. 8,19.

Proijciam vobis brachium, & dispergam super vultum vestrum stercus solemnitatum vestrarum. Mal. 2,3.

Diebus octo egerunt in modum tabernaculorum, recordantes quòd ante modicum temporis diem solemnem tabernaculorum in montibus & in speluncis more bestiarum egerant. 2. Machab. 10,6.

SOLEO, SOLITVS.

Cur tristior est hodie solito facies vestra? Genesis 40,7.

Sit duplũ quàm colligere solebant. Exod. 16,5.

Vt doleri solet in morte primogeniti. Zach. 12,10.

Per diem autem festum solebat dimittere illis vnum ex vinctis. Mar. 15,6.

SOLERTIA.

Est solertia certa & ipsa iniqua: & est qui emittit verbum certum enarrans veritatẽ Eccli. 19,22.

SOLICITO, SOLICITVS.

Quare Moyses & Aaron solicitatis populum ab operibus suis? ite ad onera vestra. Exod. 5,4.

Si deprehensus fuerit homo solicitans fratrem suũ de filiis Israel *&c.* interficeretur. Deut. 24,7.

Estote soliciti: vt custodiatis cuncta quæ scripta sunt in volumine legis Moysi. Iosue 23,6.

Solicitus est pro vobis & dicit: Quid faciam de filio meo? 1. Reg. 10,2.

Solicitabat [Absalom] corda virorum Israel. 2. Reg. 15,6.

Cùm verò moras faceret Tobias, causa nuptiarum, solicitus erat pater eius Tobias, dicens: Putas quare moratur filius meus, aut quare detentus est ibi? Tob. 10,1.

Figulus, *&c.* qui in solicitudine positus est semper propter opus suum, & in numero est omnis operatio eius. Eccli. 38,32.

Solicitus sum propter Iudæos, qui transfugerunt ad Chaldæos: ne fortè tradar in manus eorum & illudant mihi. Ierem. 38,19.

Panem suum in solicitudine comedent, & aquam suam in desolatione bibent. Ezech. 12,19.

Indicabo tibi ô homo, quid sit bonum, & quid Dominus requirat à te: vtique facere iudicium, diligere misericordiam, & solicitum ambulare cum Deo tuo. Mich. 6,8.

Ne soliciti sitis animæ vestræ quid manducetis. Matth. 6,25.

Martha, Martha solicita es, & turbaris erga plurima: porrò vnum est necessarium. Luc. 10,41.

Vt non sit schisma in corpore, sed idipsum pro inuicem solicita sint membra. 1. Cor. 12,25.

Ad manifestandam solicitudinem nostram, quam habemus pro vobis. 2 Cor. 7,12.

Cùm solicitior esset, sua voluntate profectus est ad vos. † 8,17.

Nunc autem multò solicitiorem, confidentia multa in vos. 22.

Instantia mea quotidiana, solicitudo omnium ecclesiarum. † 11,28.

Nihil soliciti sitis, sed in omni oratione & obsecratione cum gratiarum actione petitiones vestræ innotescant apud Deum. Philip. 4,6.

Volo enim vos scire qualem solicitudinem habeam pro vobis. Col. 2,1.

Omnem solicitudinem vestram proiicientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis. 1. Pet. 5,7. Iudæ v. 7.

SOLIDO, SOLIDVS.

Ipsum autem altare non erat solidum, sed cauum ex tabulis, & intus vacuum. Exod. 38,7.

Tu forsitan cum eo fabricatus es cælos, qui solidissimi quasi ære fusi sunt. Iob 37,18.

Fundamenta æterna super petram solidam, & mandata Dei in corde mulieris sanctæ. Eccli. 26,24.

Quasi vas auri solidum, ornatum omni lapide pretioso. † 50,10.

Ad te habitatricem vallis solidæ atque campestris. Ierem. 21,13.

Factæ sunt ei virgæ solidæ in sceptra dominantium. Ezech. 19,11.

Ex parte regnum erit solidum, & ex parte contritum. Dan. 2,42.

Perfectorum autẽ est solidus cibus. Heb. 5,14.

SOLIDVS, *pro nummo.*

Dederuntque in opera domus Dei auri talenta quinq; millia, & solidos decẽ millia. 1 Par. 29,7.

Crateres aureos viginti, qui habebant solidos millenos. 1. Esd. 8,27.

Si autem potuerit reddere, aduersabitur, solidi vix reddet dimidium, & computabit illud quasi inuentionem. Eccli 29,7.

SOLIVM.

Vno tantùm regni solio te præcedam. Gen. 41,40.

Vt sedeat cum principibus, & solium gloriæ teneat. 1. Reg. 2,8.

Sublimius faciat solium eius à solio domini mei regis Dauid. 3. Reg. 1,37.

Rex autem Israel & Iosaphat rex Iuda sedebant vnusquisque in solio suo, vestiti cultu regio. † 22,10.

Vidi Dominum sedentem super solium suum, & omnem exercitum cæli assistentem ei à dextris & à sinistris. 19.

Eum ponite super soliũ patris sui. 4 Reg. 10,3.

Quando sedit in solio regni sui. Esther 1,2.

Posuit solium eius [Aman] super omnes principes quos habebat. † 3,1.

Ille sedebat super solium suum in consistorio palatij contra ostium domus. † 5,1.

Et festinus, & metuens exiliuit de solio, & sustentans eam vlnis suis, donec rediret ad se. † 15,1.

Veniam vsque ad solium eius? Iob 23,3.

Qui tenet vultum solij sui, & expandit super illud nebulam suam. † 26,9.

Super solium Dauid, & super regnum eius sedebit: vt confirmet illud, & corroboret in iudicio & iustitia. Isa.9,7.

Omnes principes terræ surrexerunt de soliis suis, omnes principes nationum. † 14,9.

Præparabitur in misericordia solium, & sedebit super illud in veritate, in tabernaculo Dauid, iudicans & quærens iudicium. † 16,5.

Ponet vnusquisque solium suum in introitu portarum Ierusalem. Ier.1,15.

In tempore illo vocabunt Ierusalem Solium Domini, & congregabuntur ad eam omnes Gentes in nomine Domini in Ierusalem. † 3,17.

Solium gloriæ altitudinis à principio, locus sanctificationis nostræ. † 17,12.

Hæc dicit Dominus contra Ioakim regem Iuda: Non erit ex eo qui sedeat super solium Dauid, & cadauer eius proiicietur ad æstum. † 36, 30.

Ponam solium meum in Aelam, & perdam inde reges, & principes. † 49,38.

Solium tuum in generationem & generationem. Thren.5,19.

Locus solij mei, & locus vestigiorum pedum meorum. Ezech.43,7.

Et peruenit verbum ad regem Niniue, & surrexit de solio suo, & abiecit vestimentum suum à se. Ionæ 3,6.

Subuertam solium regnorum, & conteram fortitudinem regni Gentium. Agg.2,23.

SOLVM.

Cùm messueris segetes terræ tuæ, non tondebis vsque ad solum superficiem terræ. Leuit.19,9.

Et omnes homines de solo, & ex terra, vnde creatus est Adam. Eccli.33,10.

SOLVO.

Vt solueret filios interemptorum. Psal.101,21.

Misit rex, & soluit eum. † 104,20.

Quis talis vt sapiens est, & quis cognouit solutionem verbi? Ecclef.7,30.

Quodcumque solueris super terram erit solutum & in cælis. Matth.16,19.

Soluite eum, & finite abire. Ioan.11,44.

Alligatus es vxori? noli quærere solutionem: solutus es ab vxore? noli quærere vxorem. 1.Cor.7,27.

Oportet illum solui modico tempore. Apocal.20, 3.

Et cùm consummati fuerint mille anni, soluetur satanas de carcere suo, & exibit, & seducet Gentes. † 20,7.

SOLVS, SOLITARIVS, SOLITVDO.

Mansit solus, & ecce vir luctabatur cum eo vsque manè. Gen.32,24.

Fundat preces super eo, & emittat eum in solitudinem. Leuit.16,10.

Non valeo solus negotia vestra sustinere, & pondus ac iurgia. Deut 1,12.

In loco horroris & vastæ solitudinis. † 32,10.

Videte quòd ego sim solus, & non sit alius Deus præter me. 39.

Solitudo, quæ ascendit de Iericho. Iof.16,1.

Sin autem solus ire formidas, descendat tecum Phara puer tuus. Iudic.7,10.

Quare tu solus, & nullus est tecũ? 1.Reg.21,1.

Si solus est, bonus est nuntius in ore eius. 2.Reg.18,25.

Iste enim solus inferetur de Ieroboam in sepulchrum. 3.Reg.14,13.

Derelictus sum ego solus. † 19,10.

Num ergo solus poteris liberari? 4 Reg.19,11.

Et extrueret solitudines eius, & daret nobis sepem in Iuda & Ierusalem. 1 Esd.9,9.

Solus Mardochæus non flectebat genua, neque adorabat eum. Esth.3,2.

Adiuua me solitariam, & cuius præter te nullus auxiliator est alius. † 14,3.

Somno meo requiescerem cum regibus & consulibus terræ, qui ædificant sibi solitudines. Iob 3,14.

Ipse enim solus est, & nemo auertere potest cogitationem eius. † 23,13.

Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine. Psal.54,8.

Qui facit mirabilia magna solus. † 135,4.

Si vnus ceciderit, ab altero fulcietur: væ soli, quia cùm ceciderit, non habet subleuantem se. Ecclef.4,10.

Relicta est in vrbe solitudo, & calamitas opprimet portas. Isa.24,12.

Lætabitur deserta & inuia, & exultabit solitudo, & florebit quasi lilium. † 35,1.

Numquid solitudo factus sum Israeli, aut terra serotina? Ier.2,31.

Quis dabit me in solitudine diuersorium viatorum, & derelinquam populum meum, & recedam ab eis. † 9,2.

Solus sedebam, quoniam comminatione repleſti me. † 15,17.

Quare datur hæc ciuitas in solitudinem? † 27, 17.

Versæ sunt in solitudinẽ, & vastitatem. † 44,6.

Bonum est viro cùm portauerit iugum ab adolescentia sua, sedebit solitarius, & tacebit, quia leuauit super se. Thren.3,28. Dan.11,41.

Lactabo eam, & ducam eam solitudinem, & loquar ad cor eius. Osee 2,14.

Non sum solus, quia Pater mecum est. Ioan. 16,32.

Soli

Soli sapienti Deo. Rom.16,27.2.Cor.11,26.

Solus potens, rex regum. 1.Timoth.6,16. Apoc 12,6.

SOMNIVM.

Somnium referret fratribus suis. Gen.37,5,9.

Somniator venit, venite occidamus eum, & mittamus in cisternam veterem. 20.

Videruntq; ambo somnium nocte vna, iuxta interpretationem congruam sibi. † 40,6.

Vidit Pharao somnium, &c. septem boues pulchræ & crassæ nimis: & pascebantur in locis palustribus. Aliæ quoque septem emergebant de flumine fœdæ, confectæque macie. † 41,1,15.

Si surrexerit in medio prophetes aut qui somnium vidisse se dicat, & prædixerit signum atque portentum, & euenerit quod locutus est, & dixerit tibi: Eamus & sequamur deos alienos, quos ignoras & seruiamus eis, non audies verba prophetæ illius, &c. & fictor somniorum interficietur. Deut.13,2.

Narrabat aliquis somnium, & videbatur mihi quasi subcinericius panis ex hordeo volui, & in castra Madian descendere. Iudic.7,13.

Non respondit ei, neque per somnia, neque per sacerdotes, neque per prophetas. 1.Reg.28,6.

Apparuit autem Dominus Salomoni per somnium nocte. 3.Reg.3,5.

Obseruabat [Manasses] somnia. 2.Par.33,6.

Et hoc eius somnium fuit: Apparuerunt voces, & tumultus, & tonitrua, & terræmotus, & conturbatio super terram, & ecce duo dracones. Esther 11,5.

Terrebis me per somnia, & per visiones horrore concuties. Iob 7,14.

Velut somnium auolans non inuenietur, transiet sicut visio nocturna. † 20,8.

Per somnium in visione nocturna. † 33,15.

Velut somnium surgentium Domine. Psalmo 72,20.

Multas curas sequuntur somnia. Eccles.5,2.

Vbi multa sunt somnia, plurimæ sunt vanitates. 6.

Tunc continuò visus somniorum malorum turbauerunt illos. Sap.18,17.

Somnia extollunt imprudentes. Eccli.34,1.

Multos enim errare fecerunt somnia, & exciderunt sperantes in illis. † 34,7.

Sicut somniat esuriens, & comedit; cùm autem fuerit expergefactus, vacua est anima eius: & sicut somniat sitiens, & bibit, & postquam fuerit expergefactus, lassus adhuc sitit, & anima eius vacua est: sic erit multitudo omnium Gentium, quæ dimicauerunt contra montem Sion. Isa.29,8.

Audiui quæ dixerunt prophetæ prophetantes in nomine meo mendacium, atque dicentes: Somniaui, somniaui. Ier.23,25.

Ecce ego ad prophetas somniantes mendacium. 32.

Ne attendatis ad somnia vestra, quæ vos somniatis. † 29,8.

Vidit Nabuchodonosor somnium, & conterritus est spiritus eius, & somnium eius fugit ab eo. Dan.2,1.

Somnium tuum, & visiones capitis tui in cubili tuo huiuscemodi sunt. 28.

Somnium vidi, quod perterruit me. † 4,2.

Somnium his qui te oderunt, & interpretatio eius hostibus tuis sit. 16.

Senes vestri somnia somniabunt, & iuuenes vestri visiones videbunt. Ioel.2,28. Act.2,17.

Exposito digno fide somnio, per quod vniuersos lætificauit. 2 Mach.15,11.

SOMNVS.

Quasi de graui somno euigilans, tamen non credebat eis. Gen.45,26. Iudic.16,20.

Cùm dederit dilectis suis somnum, ecce hereditas Domini. Psal.126,3.

Si dedero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem. † 131,4.

Noli diligere somnum, ne te egestas opprimat. Prou.20,13.

Dulcis est somnus operanti, siue parum, siue multum comedat. Eccles.5,11.

Est homo qui diebus ac noctibus somnum non capit oculis. † 8,16.

Somnus sanitatis in homine parco; dormiet vsque manè, & anima illius cum ipso delectabitur. Eccli.31,24.

In tempore refectionis in cubili somnus noctis immutat scientiam eius. † 40,5.

Quasi de somno suscitatus sum: & vidi, & somnus meus dulcis mihi. Ier.31,26.

Recessit somnus ab oculis meis, & còncidi, & corrui corde præ sollicitudine. 1.Mach.6,10. Matth.1,24.

Responso accepto in somnis ne redirent ad Herodem. Matth.2,12. Ioan.11,11. Rom.13,11.

SONO, SONITVS.

Populus videbat voces, & lampades, & sonitum buccinæ, montemque fumantem, & perterriti ac pauore concussi. Exod.20,18.

Vt audiatur sonitus quando ingreditur & egreditur sanctuarium in conspectu Domini, & non moriatur. † 28,35.

Terrebit eos sonitus folij volantis. Leuit.26,36.

Quis est hic sonitus tumultus huius? 1.Regum 4,14.

Cùm audieris sonitum gradientis in cacumine pyrorum, tunc inibis prælium: quia tunc egredietur Dominus ante faciem tuam, vt percutiat castra Philisthiim. 2.Reg.5,24.

Sonitus pedum domini eius post eum est. 4.Reg.6,32.

Dominus sonitum audiri fecerat in castris Syriæ, curruū & equorū, & exercitus plurimi. † 7,6.

Periit memoria eorum cum sonitu, & Domi-

nus in æternum permanet. Psal.9,7.

In omnem terram exiuit sonus eorum.† 18,5.

Sonus epulantis. † 41,5.

Sonuerunt, & turbatæ sunt aquæ eorum. † 45,4. † 64,8.

Multitudo sonitus aquarum, vocem dederunt nubes. † 76,18.

Ecce inimici tui sonuerunt, & qui oderunt te extulerunt caput. † 82,3.

Sonitus descendẽs perturbabat illos. Sap.17,4.

Sonus validus præcipitatarum petrarum. 18.

Omnia suum sonum custodiunt. † 19,17.

Intonuit de cęlo Dominus, & in sonitu magno auditam fecit vocem suam. Eccli.46,20.

Sonabit super eum in die illa sicut sonitus maris. Isa.5,30. † 17,13.

Peruenit sonitus vsque ad extrema terræ: quia iudicium Domino cum gentibus: iudicatur ipse cum omni carne. Ier.25,31.

Quasi sonum sublimis Dei: cùm ambularent quasi sonus erat multitudinis, vt sonus castrorum. Ezech.1,24.

Sonitus alarum cherubim audiebatur vsque ad atrium exterius. † 10,5.

Sicut sonitus quadrigarum super capita montium exilient. Ioel.2,5.

Factus est repentè de cælo sonus tamquam aduenientis spiritus vehementis. Act.2,2.

SOPHISTICE.

Qui sophisticè loquitur, odibilis est: in omni re defraudabitur. Eccli.37,23.

SOPIOR.

Et quasi sopitus gubernator amisso cluuo. Prou.23,34.

Nimia ebrietate sopitus. Iudith 13,4.

Inebriabo eos vt sopiantur, & dormiant somnum sempiternum. Ier.51,39.

SOPOR.

Immisit ergo Dominus Deus soporem in Adam, cumque obdormisset, tulit vnam de costis eius, & repleuit carnem pro ea. Gen.2,21.

Sopor irruit super Abram, & horror magnus & tenebrosus inuasit eum. † 15,12. † 41,21.

Soporem morti consocians defecit & mortuus est. Iudic.4,21.

Sopor Domini irruerat super eos. 1.Regum 26,12.

In horrore visionis nocturnæ, quando solet sopor occupare homines. Iob 4,13.

Ego dormiui, & soporatus sum, & exurrexi. Psal.3,6.

Pigredo immittit soporem, & anima dissoluta esuriet. Prou.19,15.

Miscuit vobis Dominus spiritum soporis. Isa 29,10.

Tuli de manu tua calicem soporis, fundum calicis indignationis meæ. † 51,22.

Quid tu sopore deprimeris? Ionæ 1,6.

SORBEO.

Thamar, soror mea, vt faciat in oculis meis duas sorbitiunculas. 2 Reg.13,6.

Feruens & fremens [equus] sorbet terram, nec reputat tubæ sonare clangorem. Iob 39,24.

SORDES, SORDESCO.

Spoliauerat enim eum Aaron propter ignominiam sordis. Exod.32,25.

Docebitis ergo filios Israel, vt caueant immunditiam, & non moriantur in sordibus suis, cùm polluerint tabernaculum meum. Leuit.15,31. Deut.32,5.

Induta est caro mea putredine, & sordibus pulueris. Iob 7,5.

Tamen sordibus intinges me. † 9,31.

Quomodo si argento sordido ornare velis vas fictile, sic labia tumentia cum pessimo corde sociata. Prou.26,23.

Generatio quæ sibi munda videtur, & tamen non est lota à sordibus suis. † 30,12.

Si abluerit Dominus sordes filiarum Sion, & sanguinem Ierusalem lauerit de medio eius, in spiritu iudicij, & spiritu ardoris. Isa.4,4.

Sordes eius in pedibus eius, nec recordata est finis sui. Thren.1,9. Ezech.24,13.

Fractus iudicio: quoniam cœpit abire post sordes. Osee 5,11.

Iesus erat indutus vestibus sordidis, &c. auferte vestimenta sordida ab eo. Zach.3,3. Iac.2,2.

Qui nocet, noceat adhuc: & qui in sordibus est, sordescat adhuc. Apoc.22,11.

SOROR.

Dic obsecro quòd soror mea sis. Gen.12,13.

Habet sororem quæ iunior & pulchrior illa est: sit tibi pro ea vxor. Iudic.15,2.

Et nunc Domine, tu scis, quia non luxuriæ causa accipio sororem meam coniugem, sed sola posteritatis dilectione, in qua benedicatur nomen tuum in sæcula sæculorum. Tob.8,9.

Vulnerasti cor meum soror mea sponsa. Cant.4,9,12. † 5,1.

Soror nostra paruula est, & vbera non habet. † 8,8.

Soror sororum tuarum es tu, quæ proiecerunt viros suos. Ezech.16,45.

Sorores eius, nónne omnes apud nos sunt? Matth.13,56. Ioan.11,1.

Commendo autem vobis Phœben sororem nostram, quæ est in ministerio Ecclesiæ. Rom.16,1. 1.Cor.7,15.

Numquid non habemus potestatem mulierem sororem circumducendi, sicut & ceteri Apostoli? 1.Cor.9,5.

Iuuenculas, vt sorores in omni castitate. 1.Tim.5,2. Iac.2,15.

SORS.

Mittensque super vtrumque sortem vnam Domino, & alteram capro emissario. Leuit.16,8.

Sors

Sors terram tribubus diuidat & familiis. Numeror. 26, 55.

Sorte diuides populo huic terram. Iof. 1, 6.

Quamcumque tribum sors inuenerit, &c. combur etur igni. † 7, 14 † 14, 2.

Sors filiorum Iudæ. † 15, 1.

Tribus Dan, &c. inter ceteras tribus sortem non acceperat. † 18, 1.

Mittite sortem inter me & inter Ionatham filium meum. Et captus est Ionathas. 1. Reg 14, 12.

Exiuit autem sors prima Ioiarib. 1. Par. 24, 7.

Miseruntque sortes per vices suas, ex æquo tam maior quàm minor, doctus pariter & indoctus. † 25, 8.

Partitus es eis sortes. 2. Esdræ 9, 22.

Sortes ergo misimus super oblationem lignorum. † 10, 34. † 11, 1.

Missa est sors in vrnam, quæ Hebraicè dicitur phur, coram Aman, quo die & quo mense gens Iudæorum deberet interfici: & exiuit mensis duodecimus qui vocatur Adar. Esth. 3, 7.

Ex illo tempore dies isti appellati sunt phurim, id est, sortium. † 9, 26.

Duas sortes esse præcepit, vnam populi Dei, & alteram cunctarum Gentium. † 10, 10.

In vestem meam miserunt sortem. Psal. 21, 19.

In manibus tuis sortes meæ. † 30, 15.

Sorte diuisit eis terram in funiculis distributionis. † 77, 54.

Non relinquet Dominus virgam peccatorum super sortem iustorum. † 124, 5.

Sortem mitte nobiscum. Prou. 1, 14.

Sortes mittuntur in sinum, sed à Domino temperantur. † 16, 33.

Contradictiones comprimit sors, & inter potentes quoque diiudicat. † 18, 18.

Hæc est pars nostra & hæc est sors. Sap. 2, 9.

Et spado, qui non operatus est per manus suas iniquitatem, nec cogitauit aduersus Deum nequissima: dabitur enim illi fidei donum electum, & sors in templo Dei acceptissima. † 3, 14.

Vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore: ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est. † 5, 5.

Ipse misit eis sortem, & manus eius diuisit eam illis in mensuram. Isaiæ 34, 17.

Hæc sors tua, parsque mensuræ tuæ à me, dicit Dominus, quia oblita es mei, & confisa es in mendacio. Ierem. 13, 25.

Tu autem vade ad præfinitum, & requiesces, & stabis in sorte tua in finem dierum. Dan. 12, 13.

Super populum meũ miserunt sortẽ. Ioel. 3, 3.

Cecidit sors super Ionam. Ionæ 1, 7.

Non erit tibi mittens funiculum sortis in cœtu Domini. Mich. 2, 5.

Paruuli eius elisi sunt in capite omnium viarum, & super inclytos eius miserunt sortem. Naum 3, 10.

Sorte distribueret terrã eorum. 1. Mach. 3, 36.

Diuiserunt vestimenta eius sortem mittentes. Matth. 27, 35.

In vestem meam miserunt sortẽ. Ioan. 19, 24.

Sortitus est sortem ministerij huius. Act. 1, 17.

Cecidit sors super Matthiam, & annumeratus est cum vndecim Apostolis. Act. 1, 26.

Vt accipiant remissionem peccatorum, & sortem inter sanctos, per fidẽ quæ est in me. † 26, 18.

Qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine. Colos. 1, 12.

SOSPES.

Sospes est seruus tuus pater noster. Gen. 43, 28.

Qui ponit humiles in sublime, & mœrentes erigit sospitate. Iob 5, 11.

Qui autem profugerit ad Chaldæos, viuet, & erit anima eius sospes. Ierem. 38, 2.

SPADO.

Et spado, qui non est operatus per manus suas iniquitatem. Sap. 3, 14.

Concupiscentiam spadonis deuirginabit iuuenculam: sic qui facit per vim iudicium iniquum. Eccli. 20, 2.

Sicut spado complectens virginem & suspirans. † 30, 21.

Sitque inter vos & arcam spatium cubitorum duûm millium. Iof. 3, 4.

SPATIVM.

Statuisti in loco spatioso pedes meos. Psal. 30, 9.

Donum hominis dilatat viam eius, & ante principes spatium ei facit. Prou. 18, 16.

Omnia tempus habent, & suis spatiis transeunt vniuersa sub cælo. Eccles. 3, 1.

Nemini mandauit impiè agere, & nemini dedit spatium peccandi. Eccli. 15, 21.

Spatium mihi vt habitem. Isa 49, 20.

Spatiosa via est quæ ducit ad perditionem. Matth. 7, 13.

SPECIES, SPECIOSVS.

Erat autem species gloriæ Domini, quasi ignis ardens super verticem montis, in conspectu filiorum Israel. Exod. 24, 17.

Nomen vxoris eius Abigail: eratque mulier illa prudentissima, & speciosa. 1. Reg. 25, 3.

Absalom filij Dauid sororem speciosissimam, vocabulo Thamar, adamaret Amnon filius Dauid. 2 Reg. 13, 1.

Quærantur regi puellæ virgines speciosæ. Esth. 2, 2.

Non sunt autem inuentæ mulieres speciosæ sicut filiæ Iob. Iob 42, 15.

Speciosus forma præ filiis hominũ. Psal. 44, 3.

Specie tua, & pulchritudine tua. † 44, 5.

Speciem Iacob, quam dilexit. † 46, 5.

Ex Sion species decoris eius. Psal. 49, 2.

Pinguescent speciosa deserti. † 64, 13.

Species eius vt Libani, electus vt cedri. Cantic. 5, 15.

Est

Est enim hæc speciosior sole. Sap.7,29.

Quorum si specie delectati, deos putauerunt, sciant quantò his dominator eorum speciosior est. † 13,3.

Lucerna splendens super candelabrum sanctum, & species faciei super ætatem stabilem. Eccli.26,22.

Speciosa misericordia Dei in tempore tribulationis, quasi nubes pluuiæ in tempore siccitatis. † 35,26.

Non est species ei neque decor: & vidimus eum, & non erat aspectus. Isa.53,2.

Speciosæ & delicatæ assimilaui filiam Sion. Ier.6,2.

Super montes assumam fletum, ac lamentum, & super speciosa deserti planctum. † 9,10.

Præcipitauit Dominus, nec pepercit, omnia speciosa Iacob. Thren.2,2.

Speciosum feci eum, & multis condensisque frondibus. Ezech.31,9.

Ad te Domine clamabo, quia ignis comedit speciosa deserti. Ioel.1,19.

Ponet speciosam in solitudinem & in inuium. Soph.2,13.

Quàm speciosi pedes euangelizantium pacem? Rom.10,15.

Ab omni specie mala abstinete vos. 1 Thess. 5,21.

SPECTABILIS.

Fecisti me spectabilem super omnes homines: Domine Deus. 1.Par.17,17.

SPECTACVLVM.

Interfecit [Banaias] virum Aegyptium, virum dignum spectaculo, habentem in manu hastam: itaque cùm descendisset ad eum in virga, vi extorsit hastam de manu Aegyptij, & interfecit eum hasta sua. 2.Reg.23,21.

Omnesque qui ad spectaculum processerant, trucidauit. 2.Mach.5,26.

Spectaculum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus. 1.Cor.4,9.

Et in altero quidem opprobriis, & tribulationibus spectaculum facti. Heb.10,33.

SPECVLA, SPECVLATOR.

Eleuauit puer speculator oculos suos, & aspexit. 2.Reg.13,34.

Vidit speculator hominem alterum currentem. † 18,26.

Speculam, quæ respicit solitudinem. 2.Par. 20,24.

Pone speculatorem, & quodcumque viderit, annuntiet. Isa.21,6.

Clamauit leo: Super speculam Domini ego sum stans iugiter per diem. 8.

Vox speculatorum tuorum, leuauerunt vocem, simul laudabunt. † 52,8.

Speculatores eius cæci omnes, nescierunt vniuersi: canes muti non valentes latrare, videntes vana, dormientes & amantes somnia. † 56,10.

Constitui super vos speculatores. Audite vocem tubæ. Et dixerunt: Non audiemus. Ier.6,17.

Statue tibi speculam, pone tibi amaritudines: dirige cor tuum in viam rectam in qua ambulasti. † 31,21.

Speculatorē dedi te domui Israel. Ezech.3,17.

Si speculator viderit gladium venientem, & non insonuerit buccina, & populus se non custodierit. † 33 6.

Speculator Ephraim cum Deo meo: propheta laqueus ruinæ factus est. Osee 9,8.

Dies speculationis tuæ, visitatio tua venit. Mich.7,4.

SPECVLVM.

Fecit & labrum æneum cum basi sua, de speculis mulierum, quæ excubabant in ostio tabernaculi. Exod.38,8.

Candor est enim lucis æternæ, & speculum sine macula. Sap.7,26.

Auferet Dominus, &c. & specula, & sindones, & vittas, & theristra. Isa.3,23.

Videmus nunc per speculum in ænigmate: tunc autem facie ad faciem. 1.Cor.13,12.

Si quis auditor est verbi, & non factor: hic comparabitur viro consideranti vultum natiuitatis suæ in speculo: considerauit enim se, & abiit, & statim oblitus est qualis fuerit. Iac.1,23.

SPECVS.

Subuertitque specum eius [Priapi] & confregit simulachrum turpissimum, & combussit in Torrente Cedron. 3.Reg 15,13.

Quando cubant in antris, & in specubus insidiantur? Iob 38,40.

SPELVNCA.

Intercedite pro me apud Ephron filium Seor, vt det mihi speluncam duplicem quam habet in extrema parte agri sui: pecunia digna tradat mihi coram vobis in possessionē sepulchri. Gen.23,9.

Sepelite me cum patribus meis in spelunca duplici, quæ est in agro Ephron Hethæi. † 49,29.

Habitauit in spelunca petræ Etam. Iudic.15,8.

Absconderunt se in speluncis. 1.Reg.13,6.

Eratque ibi spelunca, quam ingressus est Saul, vt purgaret ventrem. † 24,4.

Mansit in spelunca. 3.Reg.19,9.

Neque enim quæ continebat illos spelunca, sine timore custodiebat, quoniam sonitus descendens perturbabat illos. Sap.17,4.

Introibunt in speluncas petrarum, & in voragines terræ à facie formidinis Domini. Isa 2,18.

Numquid ergo spelunca latronum facta est domus ista, in qua inuocatum est nomen meum. Ier.7,10.

Impleuit præda speluncas suas. Nahum 2,12.

Domus mea domus orationis vocabitur: vos autem fecistis illam speluncam latronum. Matthæi 21,13. Ioan.11,38. Heb.11,38.

Et

Et fortes, & omnis seruus & liber, absconderunt se in speluncis, & in petris montium: & dicunt montibus, & petris: Cadite super nos. Apoc. 6, 15.

SPERNO.

Spreuit te, & subsannauit te virgo filia Sion: post tergum tuum caput mouit filia Ierusalem. 4. Reg. 19, 21.

Non spreuit, neque despexit deprecationem pauperis. Psal. 21, 25.

Confusi sunt, quoniam Deus spreuit eos. † 52, 6.

Audiuit Deus, & spreuit. † 77, 59.

Non laudes virum in specie sua, neque spernas hominem in visu suo. Eccli. 11, 2.

Qui spernit modica, paulatim decidet. † 19, 1.

Omnes amici eius spreuerunt eam, & facti sunt ei inimici. Thren. 1, 2.

Et qui spernis, nōne & ipse sperneris. Isa. 33, 1.

Et qui spreuit eos, & polluit, & locutus est superbè. 1. Mach. 7, 34.

Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Lucæ 10, 16.

Spreuit autem illum Herodes cum exercitu suo. † 23, 11.

Qui spernit me, & non accipit verba mea, habet qui iudicet eum: sermo quem locutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo die. Ioan. 12, 48.

Quid iudicas fratrem tuum? aut tu quare spernis fratrem tuum? Rom. 14, 10.

Ne quis ergo illum spernat. 1. Cor. 16, 11.

Itaque qui hæc spernit, non hominem spernit, sed Deum. 1. Thess. 4, 8.

SPERO, SPES.

In Domino Deo Israel sperauit [Ezechias] itaque post eum non fuit similis ei de cunctis regibus Iuda. 4. Reg. 18, 5.

An speras in baculo arundineo atque confracto, Aegypto, super quem si incubuerit homo, comminutus ingredietur manum eius, & perforabit eam. 21.

Non sperauit [Iosaphat] in Baalim, sed in Deo patris sui. 2. Par. 17, 4.

Nec erat vltrà spes aliqua, vt de stirpe quis regnaret Ochoziæ. † 22, 9.

Vbi est spes tua, pro qua eleëmosynas & sepulturas faciebas? Tob. 2, 16.

Vxor eius irata respondit: Manifestè vana facta est spes tua, & eleëmosynæ tuæ modò apparuerunt. 22.

Spem posteritatis nostræ. † 10, 4.

Exaudi vocem eorum, qui nullam aliam spem habent. Esth. 14, 19.

Erit egeno spes: iniquitas autem contrahet os suum. Iob 5, 16.

Confusi sunt, quia speraui. † 6, 20.

Spes hypocritæ peribit. † 8, 13.

Etiam si occiderit me, in ipso sperabo. † 13, 15.

Lignum habet spem: si præcisum fuerit rursum virescit. † 14, 7.

Quasi euulsæ arbori abstulit spem meam. † 19, 10.

De terra surrecturus sum, *&c.* Reposita est hæc spes mea in sinu meo. 27.

Spes eius frustrabitur eum, & videntibus cunctis præcipitabitur. † 40, 28.

Sperate in Domino. Psal. 4, 6.

Singulariter in spe constituisti me. 10. † 5, 12.

Sperent in te qui nouerunt nomen tuum. † 9, 11.

In te sperauerunt patres nostri. † 21, 5.

Sperauit in Domino, eripiat eum. 9.

In Domino sperans non infirmabor. † 25, 1.

Sperantem autem in Domino misericordia circumdabit. † 31, 10.

Spera in Domino, & fac bonitatem. † 36, 3.

Quoniam in te Domine speraui: tu exaudies me Domine Deus meus. † 37, 16.

Spera in Deo: quoniam adhuc confitebor illi. † 41, 6, 12. † 42, 5.

Sperauit in multitudine diuitiarum suarum. † 51, 9.

Speraui in misericordia Dei in æternum. 10.

In Deo speraui, non timebo quid faciat mihi caro. † 55, 5.

Moab olla spei meæ. † 59, 10.

Factus es spes mea: turris fortitudinis à facie inimici. † 60, 4.

Spes mea in Deo est: Sperate in eo omnis congregatio populi. † 61, 8.

Nolite sperare in iniquitate. 11.

Spes omnium finium terræ, & in mari longè. † 64, 6.

Defecerunt oculi mei dum spero in Deum viuum. † 68, 4.

In te Domine speraui, non confundar in æternum. † 70, 1.

Ego autem semper sperabo, & adiiciam super omnem laudem tuam. 14.

Mihi autem adhærere Deo bonum est, ponere in Domino Deo spem meam. † 72, 28.

Vt ponant in Deo spem suam. † 77, 7.

Nec sperauerunt in salutari eius. 22.

Deduxit eos in spe, & non timuerunt. 53.

Quoniam in me sperauit, liberabo eū. † 90, 14.

Moab lebes spei meæ. † 107, 10.

Paratum cor eius sperare in Domino. † 111, 8.

Domus Israel sperauit in Domino. † 113, 9.

Bonum est sperare in Domino, quàm sperare in principibus. † 117, 9.

Speraui in sermonibus tuis. † 118, 42.

In iudiciis tuis supersperaui. 43.

Memor esto verbi tui seruo tuo, in quo mihi spem dedisti: Hæc me consolata est in humilitate mea. 50.

Spreuisti omnes discedentes à iudiciis tuis, quia

quia iniusta cogitatio eorum. 118.
Sperauit anima mea in Domino. † 129,5. † 130,5.
Tu es spes mea. † 141,6.
Spes eius in Domino Deo ipsius. † 144,7.
Oculi omnium in te sperant Domine. 15.
Beneplacitum est Domino super timentes eum: & in eis qui sperant super misericordia eius. † 146,11.
Spes autem impiorum peribit. Prou. 10,28.
Spes quæ differtur affligit animam. † 13,12.
Sperat autem iustus in morte sua. † 24,32.
Qui sperat in Domino, beatus est. † 16,20.
Non habent futurorum spem mali, & lucerna impiorum extinguetur. † 24,20.
Dens putridus, & pes lassus, qui sperat super infideli in die angustiæ. † 25,29.
Qui se iactat, & dilatat, iurgia concitat: qui verò sperat in Domino, sanabitur. † 28,25.
Et si coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorum immortalitate plena est. Sap. 3,4.
Si celeriùs defuncti fuerint, non habebunt spem, nec in die agnitionis allocutionem. 18.
Spes impij tamquam lanugo est, quæ à vento tollitur. † 5,15.
Bonæ spei fecisti filios tuos. † 12,19.
Inter mortuos spes illorum est. † 13,10.
Ab initio cùm perirent superbi gigantes, spes orbis terrarum ad ratem confugiens, remisit sæculo semen natiuitatis. † 14,6.
Qui timetis Dominũ, sperate in illũ. Eccli. 2,1.
Scitote quia nullus sperauit in Domino, & confusus est. 11.
Felix qui non habuit animi sui tristitiam, & non excidit à spe sua. † 14,2.
Illuminabo omnes sperantes in Domino. † 24,45.
In benedictione Dei & ipse speraui: & quasi qui vindemiat, repleui torcular. † 33,17.
Vana spes & mendaciũ viro insensato. † 34,1.
Omnes hi in manibus suis sperauerunt, & vnusquisque in arte sua sapiens est. † 38,35.
Timebunt & confundentur ab Aethiopia spe sua, & ab Aegypto gloria sua. Isaiæ 20,5.
Hæc erat spes nostra, ad quos confugimus in auxilium vt liberarent nos à facie regis Assyriorum: & quo modo effugere poterimus nos? 6.
Sperastis in Domino in sæculis æternis, in Domino Deo forti in perpetuum. † 26,4.
Deficient pueri & laborabunt, & iuuenes in infirmitate cadent: qui autem sperant in Domino, mutabunt fortitudinem, assument pennas sicut aquilæ, current & non laborabunt, ambulabunt & non deficient. † 40,31.
Qui ambulauit in tenebris, & non est lumen ei, speret in nomine Domini, & innitatur super Deum suum. † 50,10.
Non sis tu mihi formidini, spes mea tu in die afflictionis. Ierem. 17,17.
Est spes nouissimis tuis, ait Dominus, & reuertentur ad terminos suos. † 31,17.
Periit finis meus, & spes mea à Domine. Thren. 3,18.
Ponet in puluere os suũ, si fortè sit spes. † 3,29.
Speraui in æternum salutem vestram: & venit mihi gaudium à sancto super misericordia, quæ veniet vobis ab æterno salutari nostro. Baruch 4,22.
Exclamauit itaque omnis cœtus voce magna, & benedixerunt Deum qui saluat sperantes in se. Dan. 13,60.
Misericordiam & iudicium custodi, & spera in Deo tuo semper. Osee 12,6.
Bonus Dominus, & confortans in die tribulationis: & sciens sperantes in se. Nahum 1,7.
Sperauit in figmento fictor eius. Habac. 2,18.
Derelinquam in medio tui populum pauperem, & egenum, & sperabunt in nomine Domini. Soph. 3,12.
Confusa est spes eius, & peribit rex de Gaza. Zach. 9,5.
Omnes qui sperant in eum non infirmantur. 1. Mach. 2,61.
Quæ pereuntes septem filios sub vnius diei tempore conspiciens, bono animo ferebat propter spem quam in Deũ habebat. 2. Mach. 7,20.
Non desperans memetipsum, sed spem multam habens effugiendi firmitatem. † 9,22.
In nomine eius Gentes sperabunt. Mat. 12,21.
Sperabamus, quia ipse esset redempturus Israel. Lucæ 24,21.
Spem habens in Deum, quam & hi ipsi expectant, resurrectionẽ futuram iustorũ. Act. 24,15.
In spe, quæ ad patres nostros repromissionis facta est à Deo, sto iudicio subiectus. † 26,6.
Propter spem enim Israel catena hac circumdatus sum. † 28,20.
Contra spem in spem credidit, vt fieret pater multarum gentium. Rom. 4,18.
Patientia autem probationem, probatio verò spem, spes autem non confundit. † 5,5.
Spe enim salui facti sumus: spes autem quæ videtur non est spes. † 8,24.
Spe gaudentes. † 12,12.
Si in hac vita tantùm sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus. 1. Cor. 15,19.
Vt spes nostra firma sit pro vobis. 2. Cor. 1,7.
Habentes igitur talem spem, multa fiducia vtimur. 2. Cor. 3,12.
Nos enim spiritu ex fide, spem iustitiæ expectamus. Gal. 5,5.
Vt simus in laudem gloriæ eius nos, qui antè sperauimus in Christo. Ephes. 1,12.
Et dilectionem, quam habent in sanctos omnes, propter spem, quæ reposita est vobis in cælis. Coloss. 1,5.

Si tamen permanetis in fide fundati, & stabiles, & immobiles à spe Euangelij. 23.

Quæ est enim nostra spes, aut gaudium, aut corona gloriæ? nónne vos ante Dominum? 1.Thess.2,19.

Et Christi Iesu spei nostræ. 1.Tim.1,1.

In hoc enim laboramus, & maledicimur quia speramus in Deum viuum. † 4,10.

Diuitibus huius sæculi præcipe non sublimè sapere, neque sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo) qui præstat nobis omnia abundè ad fruendum) benè agere. 1.Tim.6,18.

In spem vitæ æternæ, quam promisit, qui non mentitur Deus. Tit.1,2.

Nihil enim ad perfectum adduxit lex: introductio verò melioris spei, per quam proximamus ad Deum. Heb.7,19.

Teneamus spei nostræ confessionem. † 10,23.

Sobrij perfectè sperate in eam, quæ offertur vobis, gratiam. 1.Pet.1,3.

Regenerauit nos in spem viuam per resurrectionem Iesu Christi. 3.

Omnes qui habet hanc spem in eo, sanctificat se, sicut & ille sanctus est. 1.Ioan.3,3.

SPHAERA.

Sphærulæque simul & lilia. Exod.25,33.

Circumdabo quasi sphæram in circuitu tuo, & iaciam contra te aggerem. Isa.29,3.

SPICA.

Septem spicæ pullulabant in culmo vno. Gen.41,5.

Si obtuleris munus primitiarum tuarum Domino de spicis adhuc virentibus, torrebis igni. Leuit.2,14.

Non tondebis vsque ad solum superficiem terræ: nec remanentes spicas colliges. † 19,10.

Si intraueris in segetem amici tui, franges spicas, & manu conteres: falce autem non metes. Deut.25,25.

Nudis & incedentibus absque vestitu, & esurientibus, tulerunt spicas. Iob 24,10.

Erit sicut congregans in messe quod restiterit, & brachium eius spicas leget. Isa.17,5.

Quid sunt duæ spicæ oliuarum? Zach.4,12.

Discipuli autem eius esurientes cœperunt vellere spicas & manducare. Matth.12,1.

SPICVLATOR.

Misso spiculatore præcepit afferri caput eius in disco. Mar.6,27.

SPINA

Conteram carnes vestras cum tribulis spinisque deserti. Iudic.8,7.

Præuaricatores autem quasi spinæ euellentur vniuersi: quæ non tollũtur manibus. 2.Reg.23,6.

Pro frumento oriatur mihi tribulis, & pro hordeo spina. Iob 31,40.

Conuersus sum in ærumna mea dum configitur spina. Psal.31,4.

Priusquam intelligerent spinæ vestræ thamnum. † 75,10.

Sicut sonitus spinarum ardentium sub olla, sic risus stulti. Eccles.7,7.

Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. Cant.2,2.

Sepi aures tuas spinis, linguam nequam noli audire. Ezech.28,18.

Indignatio non est mihi: quis dabit me spinam & veprem in prælio? Isa.27,4.

Super humum populi mei spinæ & vepres adscendent: quantò magis super omnes domos gaudij ciuitatis exultantes. † 32,13.

Orientur in domibus eius spinæ, & vrticæ, & paliurus in munitionibus eius. † 34,13.

Hæc enim dicit Dominus viro Iuda, & Ierusalem: Nouate vobis nouale, & nolite serere super spinas: circumcidimini Domino, & auferte præputia cordium vestrorum. Ier.4,3.

Seminauerunt triticum, & spinas messuerunt. † 12,13.

Ita sunt dij illorum lignei, argentei, & inaurati. Eodem modo & in horto spina alba, supra quam omnis auis sedet. Baruch 6,70.

Non erit vltrà domus Israel offendiculum amaritudinis, & spina dolorem inferens vndique per circuitum eorum, qui aduersantur eis. Ezech.28,24.

Siccitas spinarum, & aceruí salis, & desertum vsque in æternum. Soph.2,9.

Numquid colligunt de spinas vuas, aut de tribulis ficus? Matth.7,16.

Alia autem ceciderunt in spinas, & creuerunt spinæ, & suffocauerunt ea. † 13,7.

Induunt eum purpura, & imponunt ei plectentes spineam coronam. Mar.15,17.

Exiuit ergo Iesus portans coronam spineam, & purpureum vestimentum. Ioan.19,5.

SPIRACVLVM.

Inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ. Gen.2,7. † 7,22.

Ne spiraculum quidem incedit per eas. Iob 41,7.

Lucerna Domini spiraculum hominis, quæ inuestigat omnis secreta ventris. Prou.20,27.

SPIRAMENTVM.

Quem docere voluisti? nónne eum qui fecit spiramentum? Iob 26,4.

SPIRITVS.

Spiritus Domini ferebatur super aquas. Genes.1,2.

Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est, eruntque dies illius centum viginti annorum. † 6,3.

Recordatus Deus Noë, cunctorumque animantium, adduxit spiritum super terram, & imminutæ sunt aquæ. † 8,2.

Num poterimus inuenire talem virum, qui

ſpiritu Dei plenus ſit. † 41, 38.

Reuixit ſpiritus eius. † 45,27.

Spiritum Dei habuerunt Apoſtoli & Prophetæ.

Perge igitur, & ego ero in ore tuo: doceboque te quid loquaris. Exod.4,12.

Spiritus Domini locutus eſt per me, & ſermo eius per linguam meam. Dixit Deus Iſrael mihi, locutus eſt fortis Iſrael. 2.Reg.23,2.

Et non audiuimus vocem Domini Dei noſtri, vt ambularemus in lege eius, quam poſuit nobis per ſeruos ſuos prophetas. Dan.9,10.

Numquid non ſunt verba, quæ locutus eſt Dominus in manu prophetarum priorũ? Zach.7,7.

Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis. Matth.10,20. Act.1,5.

Non enim voluntate humana allata eſt aliquando prophetia: ſed Spiritu ſancto inſpirati, locuti ſunt ſancti Dei homines. 2 Pet.1,21.

In ſpiritu furoris tui congregatæ ſunt aquæ. Exod.15,8.

Impleui eum Spiritu Dei, ſapientia & intelligentia, & ſcientia in omni opere. † 31,2.

Loquar tibi, & auferam de ſpiritu tuo, tradamque eis vt ſuſtentent tecum onus populi, & non tu ſolus graueris. Num.11,17.

Cumque requieuiſſet in eis ſpiritus, prophetauerunt. 25.

Seruum meum Caleb, qui plenus alio ſpiritu ſecutus eſt me, inducam in terram hanc. † 14,24.

Irruente in ſe ſpiritu Dei, aſſumpta parabola ait: Dixit Balaam filius Beor. † 24,2.

Ioſue verò filius Nun repletus eſt Spiritu ſapientiæ. Deut.35,9.

Fuitque in eo [Othoniele] ſpiritus Domini, & iudicauit Iſrael. Iudic.3,10.

Spiritus autem Domini induit Gedeonem, qui clangens buccina conuocauit domum Abiezer, vt ſequeretur ſe. † 6,34.

Requieuit ſpiritus eorum, quo tumebant contra eum. † 8,3.

Miſitque Dominus ſpiritum peſſimum inter Abimelech, & habitatores Sichem: qui cœperunt eum deteſtari. † 9,23.

Factus eſt ergo ſuper Iephte ſpiritus Domini. † 11,29.

Cœpitque Spiritus Domini eſſe cum eo [Samſone] in caſtris Dan. † 13,25.

Irruit autem Spiritus Domini in Samſon, & dilacerauit leonem quaſi hœdum in fruſta diſcerpens, nihil omnino habens in manu: & hoc patri & matri noluit indicare? † 14,6.

Irruit itaque in eum Spiritus Domini, deſcenditque Aſcalonem, & percuſſit ibi triginta viros. 19.

Et Philiſthiim vociferantes occurriſſent ei, irruit Spiritus Domini in eum: & ſicut ſolent ad odorem ignis lina conſumi, ita vincula quibus ligatus erat, diſſipata ſunt & ſoluta. † 15,14.

Refocillauit ſpiritum, & vires recepit. 19.

Inſiliet in te ſpiritus Domini, & prophetabis cum eis: & mutaberis in virum alium. 1.Regum 10,6,10.

Inſiluit ſpiritus Domini in Saul, cùm audiſſet verba hæc, & iratus eſt furor eius nimis. † 11,6.

Et directus eſt ſpiritus Domini à die illa in Dauid, & deinceps: ſpiritus autem Domini receſſit à Saul, & exagitabat eum ſpiritus nequam, à Domino. † 16,13.

Vt quando arripuerit te ſpiritus Domini malus, pſallat manu ſua, & leuiùs feras. 16.

Quandocumque ſpiritus Domini malus arripiebat Saul, Dauid tollebat citharam. 23.

Inuaſit ſpiritus Dei malus Saul, & prophetabat in medio domus ſuæ. † 18,10.

Factus eſt ſpiritus Domini malus in Saul. † 19,9.

Factus eſt etiam ſpiritus Domini in illis, & prophetare cœperunt etiam ipſi. † 20,21.

Reuerſus eſt ſpiritus eius, & refocillatus eſt. † 30,12.

Spiritus Domini locutus eſt per me, & ſermo eius per linguam meam. 2.Reg.23,2.

Non habebat vltrà ſpiritum. 3 Reg.10,5.

Spiritus Domini aſportabit te in locum quem ego ignoro. † 18,12.

Dominus tranſit, & ſpiritus grandis, & fortis, ſubuertens montes, & conterens petras ante Dominum. † 19,11.

Egreſſus eſt autem ſpiritus, & ſtetit coram Domino, & ait: Ego decipiam illum. † 22,21.

Ero ſpiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. 22.

Méne ergo dimiſit ſpiritus Domini, & locutus eſt tibi? 24.

Fiat in me duplex ſpiritus tuus. 4.Reg.2,9.

Requieuit ſpiritus Eliæ ſuper Eliſeum. 25.

Immittam ei ſpiritum, & audiet nuntium, & reuertetur in terram ſuam, & deiiciam eum gladio in terra ſua. † 19,7.

Spiritus verò induit Amaſai principem inter triginta, & ait: Tui ſimus ô Dauid, & tecum fili Iſai; Pax, pax tibi, & pax adiutoribus tuis: te enim adiuuat Deus tuus. 2.Par.12,18.

Facto in ſe ſpiritu Dei egreſſus eſt in occurſum Aſa: & dixit ei: Audite me Aſa. 2.Par.15,2,3.

De filiis Aſaph, ſuper quem factus eſt ſpiritus Domini in medio turbæ. † 20,14.

Spiritus itaque Dei induit Zachariam filium Ioiadæ ſacerdotem, & ſtetit in conſpectu populi, & dixit eis: Hæc dicit Dominus: Quare tranſgredimini præceptum Domini, quod vobis non proderit, & dereliquiſtis Dominum, vt derelinqueret vos? † 24,20.

Suſcitauit Dominus ſpiritum Cyri regis Perſarum. † 36,22.

Et omnis, cuius Deus suscitauit spiritum, vt adscenderetur ad ædificandum templum Domini. 1. Esd. 1, 5.

Spiritum tuum bonum dedisti eis qui doceret eos. 2. Esd 9, 20.

In spiritu constituti humiliato, seruientes illi, dicamus flentes Domino. Iudith 8, 16.

Resumpto spiritu recreatus est. † 13, 30.

Misisti spiritum tuum, & creata sunt. † 16, 17.

Cùm spiritus me præsente transiret, inhorruerunt pili carnis meæ. Iob 4, 15.

In cuius manu anima omnis viuentis, & spiritus vniuersæ carnis hominis. † 12, 10.

Spiritus meus attenuabitur. † 17, 1.

Spiritus eius ornauit cælos. † 26, 13.

Spiritus est in hominibus, & inspiratio Omnipotentis dat intelligentiam. † 32, 8.

Spiritus Dei fecit me, & spiraculum Omnipotentis viuificauit me. † 33, 42.

In manus tuas commendo spiritum meum. Psal. 30, 6.

Spiritu oris eius omnis virtus eorum. † 32. 6.

In spiritu vehementi conteres naues Tharsis. † 47, 8.

Spiritum rectum innoua in visceribus meis. † 50, 12.

Spiritum sanctum tuum ne auferas à me. 13.

Spiritu principali confirma me. 14.

Terribili, & ei qui aufert spiritum principum: terribili apud reges terræ. † 75, 13.

Non est creditus cum Deo spiritus eius. † 77, 8.

Spiritus vadens & non rediens. 39.

Spiritus pertransibit in illo, & non subsistet. † 102, 16.

Auferes spiritum eorum, & in puluerem suum reuertentur. † 103, 29.

Emittes spiritum tuum, & creabuntur. 30.

Os meum aperui, & attraxi spiritum, quia mandata tua desiderabam. † 118, 131.

Anxiatus est super me spiritus meus, in me turbatum est cor meum. † 142, 4.

Defecit spiritus meus. 7.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. 10.

Exibit spiritus eius, & reuertetur in terram suam. † 145, 4.

Flabit spiritus eius, & fluent aquæ. † 147, 7.

Omnis spiritus laudet Dominum. † 150, 6.

En proferam vobis spiritum meũ. Prou. 1, 23.

Spirituum ponderator est Dominus. † 16, 2.

Totum spiritum suum profert stultus: sapiens differt & reseruat in posterum. † 29, 11.

Quis continuit spiritũ in manibus suis. † 30, 4.

Lustrans vniuersa in circuitu pergit spiritus. Ecclef. 1, 6.

Quis nouit si spiritus filiorum Adam ascendat sursum? † 3, 21.

Non est in hominis potestate prohibere spiritum. † 8, 8.

Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne diuiseris: quia curatio cessare faciet peccata maxima. † 10, 4.

Quomodo ignoras quæ sit via spiritus. † 11, 5.

Et reuertatur puluis in terram suam vnde erat, & spiritus redeat ad Deum qui dedit illũ. † 12, 7.

Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet fictum. Sap. 1, 5.

Rerum illius testis est Deus, & cordis eius scrutator est verus, & linguæ eius auditor, quoniam Spiritus Domini repleuit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia scientiam habet vocis. 7.

Spiritus diffundetur tamquam mollis aër. † 2, 3.

Contra illos stabit spiritus virtutis, & tamquam turbo venti diuidet illos. † 5, 24.

Est enim in illa spiritus intelligentiæ, sanctus, vnicus, multiplex, subtilis, disertus, mobilis. † 7, 22.

Sensum autem tuum quis sciet, nisi tu dederis sapientiam, & miseris Spiritum sanctum tuum de altissimis, & sic correctæ sint semitæ eorum. † 9, 17.

Sed & sine his vno spiritu poterant occidi persecutionem passi ab ipsis factis suis, & dispersi per spiritum virtutis tuæ. † 11, 21.

O quàm bonus & suauis est Domine spiritus tuus in omnibus? † 12, 1.

Et qui spiritum mutuatus est, is finxit illos. † 15, 16.

Siue spiritus sibilans, aut inter spissos arborum ramos auium sonus suauis. † 17, 17.

Ipse creauit illam in Spiritu sancto. Eccli. 1, 9.

Humilia valdè spiritum tuum: quoniam vindicta carnis impij ignis & vermis. † 7, 19.

Spiritus enim meus super mel dulcis. † 24, 27.

Spiritus timentium Deum quæritur, & in respectu illius benedicetur. † 34, 14.

Sunt spiritus qui ad vindictam creati sunt, & in furore suo confirmauerunt tormenta sua: in tempore consummationis effundent virtutem, & furorem eius qui fecit illos, placabunt. † 39, 33.

In Eliseo cõpletus est spiritus eius. Eccli 48, 13.

Spiritu magno vidit vltima, consolatus est lugentes in Sion. Eccli. 48, 27.

Requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientię & intellectus, spiritus consilij, & fortitudinis, spiritus scientiæ, & pietatis, & replebit eum spiritus timoris Domini. Isaiæ 11, 2.

Dirumpetur spiritus Aegypti in visceribus eius. † 89, 3.

Quoniam miscuit vobis Dominus spiritum soporis. † 29, 10.

Gaudium onagrorum pascua gregum, donec effundatur super nos spiritus de excelso, & erit desertum in Charmel, & Charmel in saltum reputabitur. † 32, 15.

Quis adiuuit spiritum Domini, aut quis consilia-

siliarius eius fuit, & ostendit illi. Isa.40,15.
Dedi spiritum meum super eum, iudicium Gentibus proferet. Isaiæ 42,1.
Effundam spiritum meum super semen tuum, & benedictionem meam super stirpam tuam: & germinabunt inter herbas, quasi salices iuxta præterfluentes aquas. † 44.3.
Dominus misit me & Spiritus eius. † 48,16.
Spiritu magno vidit vltima. 27.
Spiritus à facie mea egredietur, & flatus ego faciam. † 57,16.
Spiritus meus qui est in te, & verba quæ posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore seminis tui, & de ore seminis seminis tui. † 59,21.
Spiritus Domini super me, eò quòd vnxerit Dominus me. † 61,1.
Ipsi verò ad iracundiam prouocauerunt, & afflixerunt Spiritum sancti eius: & conuersus est eis in inimicum, & ipse debellauit eos. † 63,10.
Vbi est qui posuit in medio eius Spiritum sancti sui? 11.
Quasi animal in campo descendens, spiritus Domini ductor eius fuit. 14.
Spiritus plenus ex his veniet mihi, & nunc ego loquar iudicia mea cum eis. Ierem 4,12.
Falsum est quod conflauit, & non est spiritus in eis. † 10,14.
Spiritus oris nostri Christus Dominus captus est in peccatis nostris. Thren.4,20.
Vbi erat impetus spiritus illuc gradiebantur, nec reuertebantur cùm ambularent. Ezech.1,12.
Spiritus enim vitæ erat in rotis. 21.
Ingressus est in me spiritus postquam locutus est mihi. † b,2.
Spiritus quoque leuauit me, & assumpsit me. † 4.14.
Spiritus leuauit me, adduxitque in Chaldæam. † 11,24.
Et dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum ponam in medio vestri. † 36,26.
Hæc dicit Dominus ossibus his: Ecce ego intromittam in vos spiritum, & viuetis. † 37,5.
Dedero spiritum meum in vobis, & vixeritis, & requiescere vos faciam super humum vestram. 14.
Non abscondam vltrà faciem meam ab eis: eò quòd effuderim spiritum meum super omnem domum Israel. † 39,29.
Qui habet spiritum deorum sanctorum in semetipso. Dan.4,5.
Est vir in regno tuo, qui spiritum deorum sanctorum habet in se. † 5,11.
Daniel superabat omnes principes & satrapas, quia spiritus Dei amplior erat in illo. † 6,3.
Cumque duceretur ad mortem, suscitauit Dominus Spiritum sanctum pueri iunioris, cui nomen Daniel. † 13,45.
Ligauit enim spiritus in alis suis, & confundentur à sacrificiis suis. Osee 4,19.
Spiritus fornicationum decipit eos, & fornicati sunt à Deo suo. 12.
Scitote Israel stultum prophetam, insanum virum spiritualem. † 9,7.
Effundam spiritum meum super omnem carnem, & prophetabunt filij vestri. Ioel 2,28.
Vtinam non essem vir habens spiritum, & mendacium potiùs loquerer. Mich.2,11.
Repletus sum fortitudine spiritus Domini, iudicio & virtute vt annuntiem Iacob scelus suum. † 3,8.
Mutabitur spiritus, & pertransibit, & corruet: hæc est fortitudo eius Dei sui. Habac.1,11.
Suscitauit Dominus spiritum Zorobabel filij Salathiel ducis Iuda. Agg.1,14.
Spiritus meus erit in medio vestrûm, nolite timere. † 2,6.
Hoc est verbum Domini ad Zorobabel dicens: Non in exercitu, nec in robore, sed in spiritu meo. Zach.4,6.
Qui egrediuntur in terram Aquilonis, requiescere fecerunt spiritum meum in terra Aquilonis. † 6,8.
Fundans terram, & fingens spiritum hominis in eo. † 12,1.
Effundam super domum Dauid, & super habitatores Ierusalem, spiritum gratiæ & precum. 10.
Pseudoprophetas, & spiritum immundum auferam de terra. † 13,2.
Nónne vnus fecit, & residuum spiritus eius est? Mal.2,15.
Custodite ergo spiritum vestrum, & vxorem adolescentiæ tuæ noli despicere. 15.
Et accensus est spiritus populi simul vt audiuit sermones istos. 1.Mach.13,7.
Spiritus omnipotentis Dei magnam fecit suæ ostensionis euidentiam. 2.Mach.3,24.
Spiritum vobis iterum cum misericordia reddet, & vitam, sicut nunc vosmetipsos despicitis propter leges eius. † 7,23.
Inuenita est in vtero habens de Spiritu sancto. Matth.1,18.
Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igni. † 3,11.
Conuocatis duodecim discipulis suis, dedit illis potestatem spirituum immundorum, vt eiicerent eos. † 10,1.
Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. 20.
Ponam spiritum meum super eum. † 12,18.
Quicumque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit verbum contra Spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc sæculo, neque in futuro. 32.
Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. † 26,41.
Spiritus expulit eum in desertum. Mar.1,12.
Spiri-

Spiritus immundi, cùm illum videbant procidebant ei. † 3,11.

Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ. Luc.1,15.

Ipse præcedet ante illum in spiritu & virtute Eliæ. 17.

Spiritus sanctus superueniet in te. 35.

Venit in spiritu in templum. † 2,27.

Iesus autem plenus Spiritu sancto regressus est à Iordane: & agebatur à Spiritu in desertū. † 4,1.

Spiritus Domini super me, propter quod vnxit me. 18.

Spiritus apprehendit eum, & subitò clamat, & elidit. † 9,39.

Nescitis cuius spiritus estis. 55.

Quantò magis pater vester de cælo dabit spiritum bonum petentibus se? † 11,13.

Conturbati verò & conterriti existimabant se spiritum videre. † 24,37.

Super quem videris Spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est qui baptizat in Spiritu sancto. Ioan 1,33.

Quod natum est ex carne, caro est: & quod natum est ex spiritu, spiritus est. † 3,6.

Spiritus vbi vult spirat. 8.

Non enim ad mensurā dat Deus spiritum. 34.

Venit hora, & nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu & veritate. † 4,23.

Spiritus est Deus: & eos qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare. 24.

Spiritus est qui viuificat; caro non prodest quidquam. † 6,64.

Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. † 7,39.

Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere. † 14,17.

Paracletus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia. 26.

Inclinato capite tradidit spiritum. † 19,30.

Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. † 20,23.

Accipietis virtutem superuenientis Spiritus sancti in vos. Act.1,8.

Repleti sunt omnes Spiritu sancto, & cœperunt loqui variis linguis. † 2,4.

Effundam de Spiritu meo super omnem carnem. 27.

Spiritum sanctum accipiunt baptizati. Act. 2,38. † 19,3.

Repletus Spiritu sancto Petrus dixit ad eos. † 4,8.

Concurrebat autem & multitudo vicinarum ciuitatum Ierusalem, afferentes ægros & vexatos à spiritibus immundis, qui curabantur omnes. † 5,16.

Nos sumus testes horum verborum, & Spiritus sanctus quem dedit Deus omnibus obedientibus sibi. 32.

Dura ceruice, & incircumcisis cordibus & auribus, vos semper Spiritui sancto resistitis. † 7,51.

Spiritus Domini rapuit Philippum, & amplius non vidit eum Eunuchus. † 8,39.

Petro autem cogitante de visione dixit Spiritus ei: Ecce viri tres quærunt te. † 10,19.

Adhuc loquente Petro verba hæc, cecidit Spiritus sanctus super omnes qui audiebant verbum. 44.

Paulus repletus Spiritu sancto intuens in eum dixit: O plene omni dolo, & omni fallacia. † 13,10.

Visum est enim Spiritui sancto, & nobis, nihil vltrà imponere vobis oneris. † 15,28.

Dolens autem Paulus, & conuersus, spiritui dixit: Præcipio tibi in nomine Iesu Christi exire ab ea. † 16,18.

Paulus autem cùm Athenis eos expectaret, incitabatur spiritus eius in ipso, videns idololatriæ deditam ciuitatem. † 17,16.

Sed neque si Spiritus sanctus est, audiuimus. † 19,2.

Spiritus sanctus per omnes Ecclesias mihi protestatur, dicens: quoniam vincula & tribulationes Ierosolymis me manent. † 20,23.

Quid si Spiritus locutus est ei, aut Angelus? † 23,9.

Qui enim secundùm carnem sunt, quæ carnis sunt, sapiunt: qui verò secundùm spiritum sunt, quæ sunt spiritus, sentiunt. Rom.8,5.

Vos autem in carne non estis, sed in spiritu, si tamen spiritus Dei habitat in vobis: Si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. 9.

Quicumque enim spiritu Dei aguntur, ij sunt filij Dei. 14.

Spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quòd sumus filij Dei. 16.

Spiritus adiuuat infirmitatem nostram. 26.

Quid oremus, sicut oportet, nescimus, sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. 26.

Spiritu feruentes, Domino seruientes. † 12,11

Si spiritualium eorum participes facti sunt gentiles: debent & in carnalibus ministrare illis. † 15,27.

Non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis: sed in ostēsione spiritus & virtutis. 1.Cor.4,2.

Sed in doctrina spiritus spiritualibus spiritualia comparantes. 13.

Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est, vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis. 12.

Spiritualis autem iudicat omnia, & ipse à nemine iudicatur. 15.

Puto autem quòd & ego spiritum Dei habeam. † 7,40.

Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum est si nos carnalia vestra metamus? † 9,11.

De

De spiritualibus autem nolo vos ignorare fratres. † 12,1.
Vnicuique autem datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. 7.
Etenim in vno spiritu omnes nos in vnum corpus baptizati sumus. 13.
Sectamini charitatem, æmulamini spiritalia. † 14, 1.
Spiritus prophetarũ prophetis subiecti sunt. 32.
Seminatur corpus animale, surget corpus spiritale. † 15,44.
Factus est primus homo Adam in animam viuentem, nouissimus Adam in spiritum viuificantem. 45.
Sed non prius quod spiritale est, sed quod animale: deinde quod spiritale. 46.
Dominus autem spiritus est: vbi autem spiritus Domini, ibi libertas. 2.Cor.3,17.
Habentes autem eumdem spiritũ fidei. † 4,13.
Nónne eodem spiritu ambulauimus? † 12,18.
Sic stulti estis, vt cùm spiritu cœperitis, carne nunc consummemini? Gal.3,3.
Vt pollicitationem spiritus accipiamus per fidem. 14.
Quoniam autem estis filij, misit Deus spiritum filij sui in corda vestra, clamantem: Abba, Pater. † 4,6.
Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis. † 5,16.
Caro enim concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem. 17.
Si spiritu ducimini, non estis sub lege. 18.
Si spiritu viuimus, spiritu & ambulemus. 25.
Impleti Spiritu sancto, loquentes vobismetipsis in psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus. Ephes.5,19.
Quia statis in vno spiritu vnanimes, collaborantes fidei Euangelij. Philip.1,27.
Qui hæc spernit, non hominem spernit, sed Deum: qui etiam dedit Spiritum suum sanctum in nobis. 1.Thess.4,8.
Spiritum nolite extinguere. † 5,19.
Vt integer spiritus vester, & anima, & corpus, sine querela in aduentu Domini nostri Iesu Christi seruetur. 23.
Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abundè per Iesum Christum Saluatorem nostrum. Tit.3,6.
Quantò magis sanguis Christi, qui per Spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis? Heb.9,14.
Sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ contumeliam fecerit. † 10,29.
Ad inuidiam concupiscit spiritus qui habitat in vobis? Iac.4,5.
Spiritu sancto misso de cælo in quem desiderant Angeli prospicere. 1.Pet.1,12.
Spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines. 2.Pet.1,21.
In hoc scimus quoniam manet in nobis, de Spiritu, quem dedit nobis. 1.Ioan.3,24.
Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex Deo sint. † 4,1.
In hoc cognoscimus quoniam in eo manemus, & ipse in nobis: quoniam de spiritu suo dedit nobis. 13.
Spiritus est qui testificatur quoniam Iesus est veritas. † 5,6.
Tres sunt qui testimonium dant in terra: Spiritus, & aqua, & sanguis. 8.
Hi sunt qui segregant semetipsos, animales, spiritum non habentes. Iudæ v.19.
A septem spiritibus, qui in conspectu throni eius sunt. Apoc.1,4.
Fui in spiritu in Dominica die. 10.
Spiritus vitæ à Deo intrauit in eos. † 11,11.
Datum est illi, vt daret spiritum imagini bestiæ, & vt loquatur imago bestiæ. † 13,15.
Spiritus tres immundos in modum ranarum. † 16,13.
Testimonium enim Iesu est spiritus prophetiæ. † 19,10.
Spiritus & sponsa dicunt, Veni. † 22,17.

SPIRO.

Similiter spirãt omnia. Eccle.3,19.2.Mach.7,5
Spiritus vbi vult spirat. Ioan.3,8.
Saulus autem adhuc spirans minarũ. Act.9,1.

SPLENDEO, SPLENDOR.

Cui etiam Dominus contulit splendorem: quia omnis ista compositio non ex libidine, sed ex virtute pendebat. Iudith 10,4,14.
Et sit splendor Domini Dei nostri super nos, & opus manuum nostrarum dirige. Psal.89,17.
In splendoribus sanctorum. † 109,3.
Splendidam in panibus benedicent labia multorum. Eccli.31,28.
Requiem tibi dabit Dominus semper, & implebit splendoribus animam tuam, & ossa tua liberabit. Isaiæ 58,11.
Expectauimus lucem, & ecce tenebræ: splendorem, & in tenebris ambulauimus. † 59,9.
Deus enim ostendet splendorem suum in te. Baruch 5,3.
Atrium repletum est splendore gloriæ Domini. Ezech.10,4.
Splendor eius vt lux erit: cornua in manibus eius. Habac.3,4.
Qui cùm sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius. Heb.1,3.

SPOLIO, SPOLIVM.

Spoliabitis Aegyptum. Exod.3,22.
Diuidam spolia, implebitur anima mea. † 15,9. Ios. 6,18.

For-

Forsitan nunc diuidit spolia. Iudic.5,30.
Vt spoliarent interfectos. 1.Reg.31,8.
Populus qui fugerat, reuersus est ad cæsorum spolia detrahenda. 2.Reg.23,10. 2.Par.14,14.
Ad detrahenda spolia mortuorum. 2.Paralip. 20,25.† 25,24.
Per dies autem triginta vix collecta sunt spolia Assyriorum à populo Israel. Iudith 15,13.
Interficerent atque delerent, & spolia eorum diriperent. Esth.8,11. † 9,10.
Speciei domus diuidere spolia. Psal.67,13.
Confidit in ea cor viri sui, & spoliis non indigebit. Prou.31,11.
Ideò iusti tulerunt spolia impiorũ Sap.10,19.
Sume tibi librum grandem, & scribe in eo stylo hominis: velociter spolia detrahe, citò prædare. Isaiæ 8,1.
Congregabuntur spolia vestra sicut colligitur bruchus. † 33,4.
Dispertiam ei plurimos,& fortium diuidet spolia: pro eo quòd tradidit in mortem animam suam. † 53,12.
Erit ei anima sua quasi spolium. Ierem.21,9.
Diripiet spolia eius, & erit merces exercitui illius, & operi quo seruiuit aduersus eam. Ezech. 29,19.
Quia tu spoliasti gentes multas, spoliabunt te omnes qui reliqui fuerint de populis. Habac.2,8.
Ecce venient dies Domini, & diuidentur spolia tua in medio tui. Zach.14,1.
Comprehendit ciuitates munitas in terra Aegypti: & accepit spolia terræ Aegypti. 1.Machab.1,20.
Accepit spolia ciuitatis, & succendit eam igni, & destruxit domos eius. 33.
Non concupiscatis spolia, quia bellum contra nos est. †4,17.
Et Iudas reuersus est ad spolia castrorum, & acceperunt aurum multum, & argentum, & hyacinthum, & purpuram marinam, & opes magnas. 23.

SPONDEO, SPONSOR.

Clamauit Moyses ad Dominum pro sponsione ranarum. Exod.8,12.
Iurate,ait,& spondete mihi, quòd non interficiatis me. Iudic.15,12.
Omnes, qui poterant sapere, spondentes pro fratribus suis. 2.Esd.10,29.
Si spoponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum animam tuam, illaqueatus es verbis oris tui. Prou.6,1.
Stultus homo plaudet manibus, cùm spoponderit pro amico suo. † 17,18.
Tolle vestimentum eius,qui spopondit pro extraneo: & pro alienis, aufer ei pignus. † 27,13.
Sponsiones posuerunt ad illam. Sap.1,16.
Non spondeas super virtutem tuam: quòd si spoponderis,quasi restituens cogita. Eccli.8,16.
Sponsabo te mihi in sempiternum:& sponsabo te mihi in iustitia,& iudicio, & in misericordia,& in miserationibus. Osee 2,19.
Prosperitatis sponsorem cum virtute Dominum habentes: illi autem ducem belli animum habebant. 2.Mach.10,28.
In tantum melioris testamenti sponsor factus est Iesus. Heb.7,22.

SPONSVS.

Sponsus sanguinum tu mihi es. Exod.4,26. Deut.20,5.† 26,27.
Non habet rex sponsalia necesse, nisi tantùm centum præputia Philisthinorum, vt fiat vltio de inimicis regis. 1 Reg.18,25.
Tamquam sponsus procedens de thalamo suo. Psal.18,6.
Hanc amaui & exquisiui à iuuentute mea, & quæsiui sponsam assumere. Sap.8,2. Isaiæ 49,18.
Induit me vestimentis salutis, & indumento iustitiæ circumdedit me, quasi sponsum decoratum corona,& quasi sponsam ornatam monilibus suis. Isaiæ 61,10.
Gaudebit sponsus super sponsam, & gaudebit super te Deus tuus. † 62,5.
Numquid obliuiscetur virgo ornamenti sui, aut sponsa fasciæ pectoralis suæ? Ierem.2,32.
Quiescere faciam de vrbibus Iuda & de plateis Ierusalem, vocem gaudij & vocem lætitiæ, vocem sponsi & vocem sponsæ,in desolationem enim erit terræ. † 7,34.
Egrediatur sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo. Ioel.2,16.
Fornicabuntur filiæ vestræ, & sponsæ vestræ adulteræ erunt. Osee 4,13.
Sponsus processit, & amici eius, & fratres eius obuiàm illis cum tympanis, & musicis, & armis multis. 1.Mach.9,39.
Numquid possunt filij sponsi lugere quamdiu cum illis est sponsus? Matth.9,15.
Media autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit,exite obuiàm ei. † 25,6.
Amicus autem sponsi, qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi. Ioan.3,29.
Vox sponsi & sponsæ non audietur adhuc in te. Apoc.18,23.
Vidi sanctam ciuitatem Ierusalem nouam descendentem de cęlo à Deo,paratam sicut sponsam ornatam viro suo. † 21,2.

SPONGIA.

Illi autem spongiam plenam aceto, hyssopo circumponentes,obtulerunt ori eius. Ioan.19,29.

SPONTE, SPONTANEVS.

Sponte sua obtulerant se ad faciendum opus. Exod.36,2.
Quæ sponte gignet humus,non metes. Leuit. 25,5. Num.29,39.
Qui sponte obtulistis de Israel animas vestras ad periculum,benedicite Domino.Iudic.5,2,18.

Sponte & arbitrio cordis sui inferunt in templum. 4.Reg.12,5.

Suade Hebræam illam, vt sponte consentiat habitare mecum. Iudith 12,10.

Cùm autem fecerit princeps spontaneum holocaustum, aut pacifica voluntaria Domino; aperietur ei porta quæ respicit ad Orientem. Ezech. 46,12.

Sanabo contritiones eorum, diligam eos spontaneè. Osee 14,5.

Pascite qui in vobis est gregem Dei, prouidentes non coactè, sed spontaneè secundùm Deum. 1.Pet.5,2.

SPORTA.

Sportulam non habemus vt demus homini Dei, nec quidquam aliud. 1.Reg.9,7.

Quod superfuit de fragmentis, tulerunt septem sportas plenas. Matth.15,37.

Per murum dimiserunt eum, submittentes in sporta. Act.9,25.

SPVMA.

Tamquam spuma gracilis, quæ à procella dispergitur. Sap.5,15.

Transire fecit Samaria regem suum, quasi spumam super faciem aquæ. Osee 10,7.

Dissipat eum cum spuma. Luc.9,39.

SPVO.

Si pater eius spuisset in faciem illius, nónne debuerat saltem septem diebus rubore suffundi. Num.12,14.

Tollet calceamentum à pede eius, spuetque in faciem illius. Deut.25,9.

Lutum fecit, & vnxit oculos meos. Ioan.9,11.

SPVRCITIA.

Quasi spurcitiam detestaberis, & velut inquinamentum ac sordes abominationi habebis, quia anathema est. Deut.7,26. Matth.23,23.

SPVRIVS.

Egressus est vir spurius de castris Philisthinorum nomine Goliath. 1.Reg.17,4.

Spuria vitulamina non dabunt radices altas, nec stabile firmamentum collocabunt. Sap.4,3.

SQVALOR.

Septem boues, &c. nullum saturitatis dedere vestigium: sed simili macie & squalore torpebant. Gen.41,21.

Qui rodebant in solitudine squalentes calamitate & miseria. Iob 30,3.

Rasi barba, & scissis vestibus, & squalentes. Ierem.41,5.

Sacerdotes eius gementes: virgines eius squalidæ. Thren.1,4.

SQVAMA.

Quidquid autem pinnulas & squamas non habet eorum quæ in aquis mouentur & viuunt, abominabile vobis execrandumq; erit. Leuit.11,10.

Compactum squamis se prementibus. Iob 41,6. Ezech.29,4.

Ceciderunt ab oculis eius tamquam squamæ, & visum recepit. Act.9,18.

STABILIO.

Omnibus enim diebus quibus filius Isai vixerit super terram, non stabilieris tu, neque regnum tuum. 1.Reg.20,31.

Qui fundauit terram super stabilitatem suam. Psal.103,5.

Dominus sapientia fundauit terram, stabiliuit cælos prudentia. Prou.3,19.

Rex sapiens stabilimentũ populi est. Sap.6,26.

Firmamentum gentis, rector fratrum, stabilimentum populi. Eccli.49,17.

Extendens cælos solus, stabiliens terram, & nullus mecum. Isaiæ 44,24. Zach.5,11.

Stabiles estote & immobiles, abundantes in opere Domini semper. 1.Cor.15,58. 2.Cor.7,10.

Optimum est enim gratia stabilire cor. Heb. 13,9.

STABVLVM.

Duxit in stabulũ, & curã eius egit. Luc.10,34.

STACTE.

Portantes aromata, & resinam, & stacten. Genesis 37,25.

Sume tibi aromata, stacten, & onycha. Exod. 30,34.

Stacte & calamus in negotiatione tua. Ezech. 27,19.

STADIVM.

Quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab Ierusalem. Lucæ 24,13.

STAGNVM.

Qui conuertit petram in stagna aquarum. Psal.113,8.

Quæ erat arida, erit in stagnum. Isaiæ 35,7. † 41,18.

Ponam flumina in insulas, & stagna arefaciam. † 42,15.

Viui missi sunt hi duo in stagnum ignis ardentis sulphure. Apoc.19,20.

Et veneficis & idololatris, & omnibus mendacibus, pars illorum erit in stagno ardenti igne & sulphure, quod est mors secunda. † 21,8.

STAMEN.

Vestis lanea siue linea, quæ lepram habuerit in stamine, vel in subtegmine. Leuit.13,47.

STANNVM.

Excoquam ad purum scoriam tuam, & auferam omne stannum tuũ. Isa.1,25. Ezech.22,18.

Videbunt lapidem stanneum in manu Zorobabel. Zach.4,10.

STATER.

Inuenta est in manu mea quarta pars stateris argenti, demus homini Dei. 1 Reg.9,8.

Modius similæ vno statere erit. 4 Reg.7,1.

Appendi & argentum septem stateres, & decem argenteos. Ierem.32,9.

Cibus autem tuus quo vesceris, erit in pondere

re viginti stateres in die. Ezech.4,10.

Aperto ore eius [piscis] inuenies staterem: illum sumens da eis pro me & te. Matth.17,26.

STATERA.

Statera iusta, & æqua sint pondera, iustus modius, æquusque sextarius, ego Dominus. Leuit.19,36.

Vtinam appenderentur peccata mea quibus iram merui: & calamitas quam patior in statera. Iob 6,2.

Appendat me in statera iusta, & sciat Deus simplicitatem meam. † 31,6.

Filij hominum mendaces in stateris. Psalmo 61,10.

Statera dolosa abominatio est apud Dominum. Prou.11,1.

Verbis tuis facito stateram. Eccli.28,29.

De æqualitate stateræ & ponderum. † 42,4.

Assumes tibi stateram ponderis, & diuides eos. Ezech 5,1.

Statera iusta, & ephi iustum, & batus iustus erit vobis. † 45,10.

Appensus es in statera, & inuentus es minus habens. Dan.5,27.

In manu eius statera dolosa, calumniam dilexit. Osee 12,7.

Numquid iustificabo stateram impiam, & sacelli pondera dolosa? Mich.6,11.

Superbia repletus, & montium altitudines in statera appendere: nunc humiliatus ad terram in gestatorio portabatur. 2.Mach.9,8.

STATVA.

Non facies opera eorum, sed destrues eos, & confringes statuas eorum. Exod.23,24.

Confringite titulos, & statuas comminuite. Num.33,52.

Nec facies tibi neque constitues statuam: quæ odit Dominus. Deut.16,22.

Tulit autem Michol statuam, & posuit eam super lectum, & pellem pilosam caprarum posuit ad caput eius, & operuit eam vestimentis. 1.Regum 19,13.

Tulit enim statuas Baal, quas fecerat pater eius. 4.Reg.3,2.

Protulerunt statuam de fano Baal, & combusserunt, & comminuerunt eam. † 10,26.

Feceruntque sibi statuas, & lucos in omni colle sublimi, & subter omne lignum nemorosum. † 17,10.

Ipse dissipauit [Ezechias] excelsa, & contriuit statuas. † 18,4.

Statuas fudit [Achaz] Baalim. 2.Par.28,2.

Et conteret statuas domus Solis, quæ sunt in Terra Aegypti. Ier.43,13.

Populum tuum gladio cædet, & statuæ tuæ nobiles corruent. Ezech.26,11.

Statua illa magna, statura sublimis stabat contra te, & intuitus eius erat terribilis. Dan.2,31.

Nabuchodonosor rex fecit statuam auream, altitudine cubitorum sexaginta, latitudine cubitorum sex. † 3,1.

Statuam auream quam erexisti non adoramus. 18.

STATVO.

Statuisti in loco spatioso pedes meos Ps.30,9.

Statuit super petram pedes meos, & direxit gressus meos. † 39,3.

Et statuam contra faciem tuam. † 49,21.

Statuit ea in æternum. † 148,6.

Aufert primum vt sequens statuat. Heb.10,9.

STATVRA.

Statura Saulis. Ab humero & sursum eminebat super omnem populum. 1.Reg 9,2.

Ne respicias vultum eius, neque altitudinem staturæ eius. † 18,7.

Statura tua assimilata est palmæ, & vbera tua botris. Cant.7,7.

Statura quoque erat rotis & altitudo. Ezech 1,18.

Exaltata est statura eius inter frondes, & vidit altitudinem suam in multitudine palmitum suorum. † 19,11.

Quis autem vestrûm cogitans potest adiicere ad staturam suam cubitum vnum? Matth 6,27.

STATVS.

Suscitauerunt domum Domini in statum pristinum. 2.Par.24,13.

Fugit velut vmbra, & numquam in eodem statu permanet. Iob 14,2.

Nondum propalatam esse sanctorum viam, adhuc priore tabernaculo habente statum. Heb.9,8.

STELLA.

Et stellas. Et posuit eos in firmamento, vt lucerent super terram, & præessent diei ac nocti, & diuiderent lumen ac tenebras. Gen.1,16.

Stellæ manentes in ordine & cursu suo, aduersus Sisaram pugnauerunt. Iudic.5,20.

Obtenebrentur stellæ caligine eius. Iob 3,9.

Et stellas claudit quasi sub signaculo. † 9,7.

Stellæ non sunt mundæ in conspectu eius: quantò magis homo putredo, & filius hominis vermis? † 25,5.

Stellas Pleïadas. † 38,31.

Lunam & stellas in potestatem noctis. Psalmo 135,9.

Qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina vocat. † 146,4.

Laudate eum omnes stellæ, & lumen. † 148,3.

Species cæli gloria stellarum, mundum illuminans in excelsis Dominus. Eccli.43,10.

Quasi stella matutina in medio nebulæ, & quasi luna plena in diebus suis lucet. Eccli.50,6.

Sicuti enumerari non possunt stellæ cæli, & metiri arena maris: sic multiplicabo semen Dauid. Ier.33,22.

Stellæ autem dederunt lumen in custodiis suis, & lætatæ sunt, vocatæ sunt, & dixerunt: Adsumus, & luxerunt ei cum iucunditate qui fecit illas. Baruch 3,34.

Operiam cùm extinctus fueris, cælum, & nigrescere faciam stellas eius. Ezech. 32,7.

Deiecit de fortitudine, & de stellis, & conculcauit eas. Dan. 8,10.

Qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. † 12,3.

Vidimus stellam eius in Oriente. Matth. 2,2.

Stellæ cadent de cælo. † 24,29.

Stella enim à stella differt in claritate: sic & resurrectio mortuorum. 1 Cor. 15,42.

Habebat in dextera sua stellas septem. Apoc. 1,16.

Septem stellæ, Angeli sunt septem Ecclesiarum. 20.

Dabo illi stellam matutinam. † 2,28.

Stellæ de cælo ceciderunt super terram. † 6,13.

Cecidit de cælo stella magna, ardens tamquam facula. † 8,10.

Vidi stellam de cælo cecidisse in terram. † 9,1.

Ego sum radix, & genus Dauid, stella splendida & matutina. † 22,16.

STELLIO.

Stellio manibus nititur, & moratur in ædibus regis. Prou. 30,28.

STEPHANVS.

Elegerunt Stephanum virum plenum fide, & Spiritu sancto. Act. 6,3. † 7,58.

Cùm funderetur sanguis Stephani testis tui, ego astabam & consentiebam, & custodiebam vestimenta interficientium illum. † 22,20.

STERCVS.

Partem corporis per quam stercora egeruntur, scabie quoque & prurigine ita vt curari nequeas. Deut. 28,27.

Suscitat de puluere egenum, & de stercore eleuat pauperem. 1. Reg 8,2.

Et erunt carnes Iezabel sicut stercus super faciem terræ. 4. Reg. 9,37.

Vt comedant stercora sua, & bibant vrinam suam vobiscum. † 18,27.

Fletibus & luctui apta indumenta suscepit: & pro vnguentis variis, cinere & stercore impleuit caput. Esth. 14,2.

Facti sunt vt stercus terræ. Psal. 82,11.

De stercore erigens pauperem. † 112,7.

De stercore boum lapidatus est piger, & omnis qui tetigerit eum excutiet manus. Eccli. 22,2.

Non colligentur, & non sepelientur: in sterquilinium super faciem terræ erunt. Ier. 8,2.

In sterquilinium super faciem terræ erunt, & gladio & fame consumentur. † 16,4. † 25,33.

Qui nutriebantur in croceis amplexati sunt stercora. Thren. 4,5.

Stercore quod egreditur de homine operies illud in oculis eorum. Ezech. 4,12.

Computruerunt iumenta in stercore suo, demolita sunt horrea. Ioel. 1,17.

Proiiciam vobis brachium, & dispergam super vultum vestrum stercus solemnitatum vestrarum. Mal. 2,3.

Dimitte illam & hoc anno, vsque dum fodiam circa illam & mittam stercora. Luc. 13,8.

Propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror vt stercora, vt Christum lucri faciam. Philip. 3,8.

STERILIS.

Sterilitas sanatur inducta ob sublatam Abrahæ vxorem. Gen. 20,18.

Deprecatusque est Isaac Dominum pro vxore sua, eò quòd esset sterilis: qui exaudiuit eum. † 25,21,26.

Non erit infecunda nec sterilis in terra tua: numerum dierum tuorum implebo. Exod. 23,26. Deut. 7,14. † 11,17.

Sterilis es & absque liberis; sed concipies & paries filium. Iudic. 13,3. 1. Reg. 1,5.

Donec sterilis peperit plurimos. 1. Reg. 2,5. 2. Reg. 6,23.

Sanaui aquas has, & non erit vltrà in eis mors, neque sterilitas. 4. Reg. 2,21.

Sterilitatem amouet hospitalitas. † 4,14.

Pauit enim sterilem, quæ non parit, & viduæ benè non fecit. Iob 24,21.

Retribuebant mihi mala pro bonis, sterilitatem animæ meæ. Psal. 34,12.

Qui habitare facit sterilem in domo. † 112,9.

Omnes gemellis fetibus, & sterilis non est inter eas. Cant. 4,2. † 6,5.

Felix est sterilis: & incoinquinata, quæ nesciuit torum in delicto. Sap. 3,13.

Quis genuit mihi istos? ego sterilis, & non pariens, transmigrata & captiua, & istos quis enutriuit? Isa. 49,21.

Lauda sterilis quæ non paris: decanta laudem, & hinni quæ non pariebas. † 54,1.

Si ego qui generationem aliis tribuo sterilis ero? † 66,9.

Scribe virum istum sterilem, virum, qui in diebus suis non prosperabitur. Ier. 22,30.

Beatæ steriles, & ventres qui non genuerunt, & vbera quæ non lactauerunt. Luc. 23,29.

STERNO.

Sternet sibi aurum quasi lutum. Iob 41,21.

Subter te sternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes. Isa. 14,11.

Sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in sapphiris. † 54,11.

Mittam ei ordinatores & stratores lagunculatum, & sternent eum, & vasa eius exhaurient. Ier. 48,12. Ezech. 40,17.

Plurima autem turba strauerunt vestimenta sua in via. Matth. 21,8. Mar. 11,8.

Ipse

Ipse vobis demonstrabit cœnaculum grande, stratum. Mar.14,15.

STERNVTATIO.

Sternutatio eius [Behemoth] splendor ignis. Iob 41,9.

STERQVILINIVM.

Qui testa saniem radebat, sedens in sterquilinio. Iob 2,8.

Quasi sterquilinium in fine perdetur [impius] & qui eum viderant, dicent: Vbi est. † 20,7. Ierem.8,2.

Argentum eorum foras proiicietur, & aurum eorum in sterquilinium erit. Ezech.7,19.

Si autem sal euanuerit, &c. neque in sterquilinium vtile erit, sed foras mittetur. Lucæ 14,35.

STERTO.

Qui autem stertit æstate, filius confusionis. Prou.10,5.

STIBIVM.

Depinxit [Iezabel] oculos suos stibio. 4.Regum 9,31.

Et circumliniſti stibio oculos tuos, & ornata es mundo muliebri. Ezech.23,40.

STIGMA.

Non incidetis carnem vestram, neque figuras aliquas aut stigmata facietis. Leuit.19,28.

Ego enim stigmata Domini Iesu in corpore meo porto. Gal.6,17.

STILLO, STILLA.

Quasi stillæ super gramina. Deuteron.32,2. 2.Reg.21,10.

Ad Deum stillat oculus meus. Iob 16,21.

In stillicidiis eius lætabitur germinans. Psalmo 64,11.

Sicut stillicidia stillantia super terram. † 71,6.

Manus meæ stillauerunt myrrham. Cant.5,5.

Ecce gentes quasi stilla situlæ, & quasi momentum stateræ reputatæ sunt. Isaiæ 40,15.

Stilla ad Aphricum, & propheta ad saltum agri meridiani. Ezech.20,46, Amos 7,16.

Quasi stillæ super herbam, quæ non expectat virum. Mich.5,7.

STIMVLVS.

Vsque ad stimulum corrigendũ. 1.Reg.13,21.

Verba sapientum sicut stimuli. Eccles.12,11.

Vitula elegans atque formosa Aegyptus, stimulator ab Aquilone veniet ei. Ierem.46,20.

Durum est tibi contra stimulum calcitrare. Act.9,5.

Vbi est mors victoria tua? vbi est mors stimulus tuus? stimulus autem mortis peccatum est: virtus verò peccati lex. 1.Cor.15,55.

Datus est mihi stimulus carnis meæ Angelus satanæ qui me colaphizet. 2.Cor.12,7.

STIPENDIVM.

Dedit stipendia exercitui in annum. 1.Machab.3,28.

Estote contenti stipendiis vestris. Lucæ 3,14.

Stipendia enim peccati, mors. Rom.6,23.

STIPO.

Fulcite me floribus, stipate me malis: quia amore langueo. Cant.2,5.

STIPVLA.

Ipsi vadant & colligant stipulas. Exod.5,7,12.

Deuorauit eos sicut stipulam. † 15,7.

Operuitque eos stipula lini. Iof.2,6.

Stipulam siccam persequeris. Iob 13,25.

In stipulã versi sunt ei lapides fundæ. † 41,19.

Sicut stipulam ante faciem venti. Psal.82,14.

Sicut deuorat stipulam lingua ignis, & calor flammæ exurit, sic radix eorum quasi fauilla erit. Isaiæ 5,24.

Facti sunt quasi stipula, ignis combussit eos: non liberabunt animam suam de manu flammæ. † 47,14.

Disseminabo eos quasi stipulam quæ vento raptatur in deserto. Ierem.13,24.

STIPVLATIO.

Et accepi librum possessionis signatum, & stipulationes & rata, & signa forinsecus. Ier.32,11.

STIRPS.

De qua stirpe descendit hic adolescens? 1.Regum 17,55.

De stirpe Thola viri fortissimi numerati sunt in diebus Dauid viginti duo millia sexcenti. 1.Par.7,2,4.

Fuisset quasi arena semen tuum, & stirps vteri tui vt lapilli eius. Isaiæ 48,19.

STO, STATIO.

Zabulon in littore maris habitabit, & in statione nauium. Gen.49,13.

Nec poterant malefici stare coram Moyse propter vlcera. Exod.9,10.

Stetit inter castra Aegyptiorum & castra Israel. † 14,19.

Stetitque populus de longè. † 20,21.

Stabis supra petram. † 33,21.

Stetit Moyses cum eo inuocans nomen Domini. † 34,5.

Sta paulisper iuxta holocaustum tuum. Numeror.23,3.

Sta mecũ, & loquar tibi omnia mandata mea, & ceremonias atque iudicia. Deut.5,31.† 6,2.

Nullus stabit contra vos: terrorem vestrum ac formidinem dabit Dominus super omnem terram. † 11,25.

Stabant ex vtraque parte arcæ. Iof.8,33.

Steti corã te hîc orans Dominũ. 1.Reg.1,26.

Quis poterit stare in conspectu Domini Dei sancti huius? & ad quem ascendet à nobis? † 6,20.

State, vt iudicio contendam aduersum vos coram Domino, de omnibus misericordiis Domini. † 12,7.

Percussit Ionathas stationem Philisthinorum. † 13,3.

Egressa est autem statio Philisthiim. 23.

Venit Dauid ad Saul & ſtetit coram eo: at ille dilexit eum nimis, & factus eſt eius armiger. † 16,21.

Stetit & percuſſit Philiſthæos, donec deficeret manus eius, & obrigeſceret cum gladio. 2. Regum 23,10.

Porrò ſtatio Philiſthinorum tunc erat in Bethleem. 14.

Stà in monte coram Domino. 3. Reg. 19,11.

Steriſſet ante oſtium. 4. Reg. 4,15.

Stetit ad oſtium domus Eliſei. † 5,9.

Stare fecit ſolem. 1. Par. 4,22.

Stetit ergo coram altari Domini ex aduerſo vniuerſæ multitudinis Iſrael. 2. Par. 6,12.

Omnis verò Iuda ſtabat coram Domino cum paruulis, & vxoribus, & liberis ſuis. † 20,13.

Congregaui eos, & feci ſtare in ſtationibus ſuis. 2. Eſd. 13,11.

Ecce qui ſeruiunt ei non ſunt ſtabiles, & in angelis ſuis reperit prauitatem. Iob 4,18.

Eris ſtabilis & non timebis. † 11,15. † 14,2.

Stetit Phinees, & placauit, & ceſſauit quaſſatio. Pſal. 105,30.

Stantes erant pedes noſtri in atriis tuis Ieruſalem. † 121,3.

Qui ſtatis in domo Domini. † 133,1. † 134,2.

En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum. Cant. 2,9.

Stabunt iuſti in magna conſtantia aduerſus eos qui ſe anguſtiauerunt. Sap. 5,1.

Víque ad cælum attingebat ſtans in terra. † 18,16.

Expellam te de ſtatione tua, & de miniſterio tuo deponam te. Iſa. 22,19.

Leuate ſignum in Sion, confortamini, nolite ſtare. Ier. 4,6.

Recordare quòd ſteterim in conſpectu tuo, vt loquerer pro eis bonum, & auerterem indignationem tuam ab eis. † 18,20.

Non deficiet vir de ſtirpe Ionadab filii Rechab ſtans in conſpectu meo cunctis diebus. † 35,19.

Fili hominis, ſta ſuper pedes tuos, & loquar tecum. Ezech. 2,1.

Stantibus illis ſtabant, & cum eleuatis eleuabantur. † 10,17.

Vt enutriti tribus annis, poſteà ſtarent in conſpectu regis. Dan. 1,5,19.

Sta in gradu tuo; nunc enim ſum miſſus ad te. † 10,11.

Tu quis es, qui iudicas alienum ſeruum? Domino ſuo ſtat aut cadit. Rom. 14,4.

Qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat. 1 Corinth. 10,12.

Nunc viuimus, ſi vos ſtatis in Domino. 1. Theſſ. 3,8.

Sto ad oſtium, & pulſo: ſi quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipſe mecum. Apocal. 3,20.

STOICI.

Quidam autem Epicurei, & Stoici philoſophi diſſerebant cum eo [Paulo.] Act. 17,18.

STOLA.

Veſtiuitque eum [Ioſeph] ſtola byſſina, & collo torquem auream circumpoſuit. Gen. 41,42.

Singulis proferri iuſſit binas ſtolas: Beniamin verò dedit trecentos argenteos cum quinque ſtolis optimis: tantumdem pecuniæ & veſtium mittens patri ſuo. † 45,22.

Porrò Dauid erat indutus ſtola byſſina. 1. Par. 15,27.

Accepit ſtolam nouam ad decipiendum illum. Iudith 16,10.

Feſtina, & ſumpta ſtola & equo, fac vt locutus es, Mardochæo Iudæo. Eſther 6,10.

Stolam gloriæ indues eam. Eccli. 6,32.

Stola gloriæ veſtiet illum. † 15,5.

Circumcinxit eum zona gloriæ, & induit eum ſtolam gloriæ. † 45,9.

Stolam ſanctam, auro & hyacintho, & purpura, opus textile, viri ſapientis iudicio, & veritate præditi. 12.

In accipiendo ipſum ſtolam gloriæ, & veſtiri eum in conſummationem virtutis. † 50,11.

Exui me ſtola pacis, indui autem me ſacco obſecrationis, & clamabo ad Altiſſimum. Baruch 4,20.

Exue te Ieruſalem ſtola luctus, & vexationis tuæ, & indue te decore eius, quæ à Deo tibi eſt, ſempiternæ gloriæ. † 5,1.

Induit ſe Ionathas ſtola ſancta ſeptimo menſe, anno centeſimo ſexageſimo, in die ſolemni ſcenopegiæ. 1. Mach. 10,21.

Citò proferte ſtolam primam, & induite illum, & date annulum in manum eius, & calceamenta in pedes eius: & adducite vitulum ſaginatum. Luc. 15,22.

Attendite à Scribis qui volunt ambulare in ſtolis, & amant ſalutationes in foro, & primas cathedras in ſynagogis, & primos diſcubitus in conuiuiis. † 20,46.

Datæ ſunt illis ſingulæ ſtolæ albæ. Apoc. 6,11.

Amicti ſtolis albis, & palmæ in manibus eorum. † 7,9,13.

STOMACHVS.

Guſta prius pauxillum panis & conforta ſtomachum, & ſic proficiſcêris. Iudic. 19,5.

Implebit ardore ſtomachum ſuum? Iob 15,2.

STORAX.

Deferte viro munera, modicum reſinæ, & mellis, & ſtoracis, ſtactes, & terebinthi, & amygdalarum. Gen. 43,11.

Et quaſi ſtorax, & galbanus, & vngula, & gutta. Eccli. 24,21.

STRAGVLVM.

Tulit ſtragulum, & infudit aquam, & expandit ſuper faciem eius. 4. Reg. 8,15.

Stra-

Stragulatam vestem fecit sibi, byssus & purpura indumentum eius. Prou.31,22.

STRATVM.

Ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius. Gen.49,4.

Strauitque Saul in solario & dormiuit. 1.Regum 9,25.

Obtulerũt ei stratoria & tapetia. 2.Reg.17,28.

Vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius. Psal.40,4.

Coangustatum est enim stratum, ita vt alter decidat, & pallium breue vtrumque operire non potest. Isa.28,20.

STREPITVS.

Egressi sunt cum grandi strepitu & vlulatu. Iudith 14,7. Ier.47,3.

STRIATVS.

Duo ordines sculpturarum striatarum erant fusiles. 3 Reg.7,24.

STRIDEO.

Stridebit super eum dentibus suis. Psal.36,12.

Stridebo subter vos, sicut stridet plaustrum onustum fœno. Amos 2,13.

Stridebunt cardines templi in die illa. † 8,3.

Ibi erit fletus, & stridor dentium. Matth.13,42.

Dissecabantur cordibus suis, & stridebant dentibus in eum. Act.7,54.

STRINGO.

Currens itaque Esau obuiàm fratri suo, amplexatus est eum: stringensque collum eius, & osculans fleuit. Gen.33,4.

Stringatur rationale annulis suis cum annulis superhumeralis vitta hyacinthina. Exod.28,28.

Stringet super eum [impiũ] manus suas, & sibilabit super illum, intuens locũ eius. Iob 27,23.

STRVO, STRVCTVRA.

Non litiges cum homine linguato, & non struas in ignem illius ligna. Eccli.8,4.

Venerunt structores tui: destruentes te, & dissipantes à te exibunt. Isa.49,17. Ezech.24,5.

Magister, aspice quales lapides, & quales structuræ. Mar.13,1.

Erat structura muri illius ex lapide iaspide: ipsa verò ciuitas, aurum mundum. Apoc.21,18.

STRVTHIO.

Comedere non debetis, &c. struthionem, & noctuam, & larum. Leuit.11,16.

Frater fui draconum, & socius struthionum. Iob 30,29. Isa.13,21.

Filia populi mei crudelis, quasi struthio in deserto. Thren.4,3.

Faciam planctum velut draconum, & luctum quasi struthionum. Mich.1,8.

STVDIVM.

Quia studiosè egisti quod rectum erat, & placebat in oculis meis. 4.Reg.10,30.

Et reuersi sunt à studiis suis pessimis. 2.Esd 9,35.

Ex studiis suis intelligitur puer, si munda & recta sint opera eius. Prou.20,11.

Attention studio lectionem facere. Prolog. Eccli.

Tu autem Domine demonstrasti mihi, & cognoui: tunc ostendisti mihi studia eorum. Ierem.11,18.

STVLTVS, STVLTITIA.

Stultè operatus es, & nunc quidem valet manus mea reddere tibi malum. Gen.31,28.

Stulto labore consumeris, & tu & populus iste qui tecum est. Exod.18,17.

Ne imponas nobis hoc peccatum, quod stultè commisimus. Num.12,11.

In gente stulta irritabo illos. Deut.32,21.

Stultè egisti, nec custodisti mandatum Domini. 1.Reg.13,13. † 21,12.

Stultus est [Nabal] & stultitia est cum eo. † 25,25.

Apparet enim quòd stultè egerim, & ignorauerim multa nimis. † 26,21.

Vt transferas iniquitatem serui tui, quia stultè egi nimis. 2.Reg.24,10.

Stultè igitur egisti, & propter hoc ex præsenti tempore aduersum te bella consurgent. 2.Par.15,9. † 25,15.

In omnibus his non peccauit Iob labiis suis, neque stultum quid contra Deum locutus est. Iob 1,22.

Quasi vna de stultis mulieribus locuta es. † 2,10.

Verè stultum interficit iracundia, & paruulum occidit inuidia. † 5,2.

Non inuenietis in lingua mea iniquitatem, nec in faucibus meis stultitia personabit. † 6,30.

Stulti quoque despiciebant me. † 19,18.

Iob autem stultè locutus est. † 34,35.

Vt non vobis imputetur stultitia. † 42,8.

Stultus non intelliget hæc. Psal.91,7.

Stulti aliquando sapite. † 93,8.

Vsquequò paruuli diligitis infantiam, & stulti ea, quæ sibi sunt noxia cupient? Prou.1,22.

Sapiens corde præcepta suscipit: stultus cæditur labiis. † 10,8.

Qui stultus est, seruiet sapienti. † 11,29.

Via stulti recta in oculis eius: qui autem sapiens est, audit consilia. † 12,15.

Qui cum sapientibus graditur sapiens erit, amicus stultorum similis efficietur. † 13,20.

Stultitia colligata est in corde pueri, & virga disciplinæ fugabit eam. † 22,15.

Stultissimus sum virorum. † 30,2.

Mouetur terra, &c. per stultum, cùm saturatus fuerit cibo. 22.

Est qui stultus apparuit postquam eleuatus est in sublime. 32.

Peruersi difficilè corriguntur, & stultorum infinitus est numerus. Eccles.1,15.

Cogi-

Cogitaui in corde meo abstrahere à vino carnem meam vt animum meum transferrem ad sapientiam, deuitaremque stultitiam. † 2,3.

Cum stulto ne multum loquaris, & cum insensato ne abieris. Eccli. 22, 14.

Homo sanctus in sapientia permanet sicut sol: nam stultus sicut luna mutatur. † 27,12.

Dereliquit post se de semine suo, gentis stultitiam, & imminutum à prudentia Roboam, qui auertit gentem consilio suo. † 47,28.

Stultus populus qui habitat in Sichimis. † 50,28.

Stulti principes Taneos, sapientes consiliarij Pharaonis, dederunt consiliũ insipiẽs. Isa. 19,11.

Et cor stultorum intelliget scientiam, & lingua balborum velociter loquetur & planè. Isa. 32,4.

Stultus enim fatua loquetur, & cor eius faciet iniquitatem, vt perficiat simulationem, & loquatur ad Dominum fraudulenter, & vacuam faciat animam esurientis. 6.

Et hæc erit vobis directa via, ita vt stulti non errent per eam. † 35,8.

Quia stultus populus meus me non cognouit: filij insipientes sunt & vecordes. Ierem. 4,22.

Stultus factus est omnis homo à scientia, confusus est artifex omnis in sculptili. † 10,14.

Pro eo quòd fecerint stultitiã in Israel. † 29,23.

Stultus factus est omnis homo à scientia. † 51,17.

Reuelabo stultitiam eius in oculis amatorum eius. Osee 2,10.

Stulti, nónne qui fecit quod deforis est, etiam id quod de intus est, fecit? Luc. 11,40.

Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te: quæ autem parasti, cuius erunt? † 12,20.

O stulti, & tardi corde ad credendum in omnibus quæ locuti sunt prophetæ. † 24,25.

Placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes. 1. Cor. 1. 21.

Quod stultum est Dei, sapientius est hominibus. 25.

Si quis videtur inter vos esse sapiens in hoc mundo, stultus fiat vt sit sapiens. † 3,18.

Nos stulti propter Christum, vos autem prudentes in Christo. † 4,10.

Sic stulti estis, vt cùm spiritu cœperitis, carne nunc consummemini? Gal. 3,3.

Aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas quæ ad rem non pertinet. Eph. 5,4.

STVPEO, STVPOR.

Percussitque eos ingenti plaga, ita vt stupentes suram femori imponerent. Iudic. 15,8.

Stupebant & metuebant nimis. 1. Reg. 17,11.

Quod videlicet fierent in stuporem, & in maledictum. 4. Reg. 22,19.

Erat in oculis eorum stupor, quoniam pulchritudinem eius mirabantur nimis. Iudith 10,14.

Stupebunt iusti super hoc. Iob 17,8.

Ponam ciuitatem hanc in stuporem & in sibilum. Ierem. 19, 8.

Interficiam eos & ponam eos in stuporem & in sibilum, & in solitudines sempiternas. † 25,9.

Stupebit & sibilabit super omnes plagas eius. † 49, 17.

Omnis qui transibit per Babylonem stupebit, & sibilabit super vniuersis plagis eius. † 50,13.

Stupescere faciam super te populos multos. Ezech. 32,10.

Ego dedi vobis stuporem dentium in cunctis vrbibus vestris. Amos 4,6.

Impleti sunt stupore & extasi in eo quod contigerat illi. Act. 3,10.

STVPPA.

Stuppa collecta synagoga peccantium, & consummatio illorum flamma ignis. Eccli. 21,10.

STVPRVM.

Sacerdotis filia si deprehensa fuerit in stupro, & violauerit nomen patris sui, flammis exuretur. Leuit. 21,9. Deut. 22,29.

STYLVS.

Delens vertam, & ducam crebriùs stylum super faciem eius. 4. Reg. 21,13.

Quis mihi det vt exarentur in libro, stylo ferreo? Iob 19, 24.

Verè mendacium operatus est stylus mendax scribarum. Ierem. 8,8.

Peccatum Iuda scriptum est stylo ferreo in vngue adamantino. † 17,1.

SVADEO.

Blandire viro tuo, & suade ei, vt indicet tibi quid significet problema. Iudic. 14,15.

Suade Hebræam illam vt sponte consentiat habitare mecum. Iudith 12,10.

Cùm ei suadere non possemus, quieuimus, dicentes: Domini voluntas fiat. Act. 21,14.

Modò enim hominibus suadeo, an Deo. Gal. 1,10.

Quoniam ex veritate sumus: & in conspectu eius suadebimus corda nostra. 1. Ioan. 3,19.

Suadeo tibi emere à me aurum ignitum probatum, vt locuples fias, & vestimentis albis induaris. Apoc. 3,18.

Vnus cuneus pergebat contra viam Ephra ad Terram Saul. 1. Reg. 13,17.

SVAVIS.

Suauis & mitis & multæ misericordiæ. Psalmo 85,5.

Suauis est Dominus. † 99,5.

Suauis est misericordia tua. † 108,20.

Psallite nomini eius, quoniam suaue. † 134,3.

Memoriam abundantiæ suauitatis tuæ eructabunt. † 144,7.

Suauis Dominus vniuersis. 9.

Attingit ergo à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Sap. 8,1.

O quàm bonus & suauis est Domine spiritus

tûs tuus in omnibus? † 12,1.

Suauis & verus es, patiens & in misericordia disponens omnia. † 15,1.

Da suauitatem & memoriam similaginis, & impingua oblationem,& da locum medico. Eccli. 38,11.

In odorē suauitatis suscipiā vos. Ezech. 20,41.

Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue. Matth. 11,30.

SVBCINERICIVS.

Fecerunt subcinericios panes azymos. Exod. 12,39.

Videbatur mihi quasi subcinericius panis ex hordeo volui, & in castra Madian descendere. Iudic. 7,13.

Mihi primùm fac de ipsa farinula subcinericium panem paruulum. 3.Reg.17,13.

Ecce ad caput suum subcinericius panis & vas aquæ. † 19,6.

Quasi subcinericium hordaceum comedes illud. Ezech.4,12.

SVBDO, SVBDITVS.

Subditi quo affectu regendi. Numquid ego concepi omnem hanc multitudinem,vel genui eam, vt dicas mihi: Porta eos in sinu tuo sicut portare solet nutrix infantulum, & defer in terram,pro qua iurasti patribus eorum. Num.11,12.

Subditi imitantur Superiores. Quod etiam populus videns, laudabat Deum suum, eademque dicebat. Iudic. 16,24.

Melius est enim vt viuentes seruiamus Nabuchodonosor regi magno, & subditi simus tibi. Iudith 3,2.

Subditus esto Domino,& ora eum. Psal.36,7.

Deo subiecta esto anima mea, quoniam ab ipso patientia mea. 6.

Qui subdit populum meum sub me. † 143,2.

Disponam populos, & nationes mihi erunt subditæ. Sap.8,14.

Iustum est subditum esse Deo, & mortalem non paria Deo sentire. 2.Mach.9,12.

Et venit Nazareth, & erat subditus illis. Lucæ 2,51.

Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Rom.13,1.

Cùm autem subiecta fuerint illi omnia, tunc & ipse Filius subiectus erit ei qui subiecit sibi omnia,vt sit Deus omnia in omnibus. 1.Cor.15,28.

Vt & vos subditi sitis huiusmodi, & omni cooperanti & laboranti. † 16,16.

Admone illos Principibus & potestatibus subditos esse, dicto obedire. Tit.3,1.

Subditi ergo estote Deo: resistite autem diabolo,& fugiet à vobis. Iac.4,7.

SVBDOLVS.

Eiusmodi pseudoapostoli, sunt operarij subdoli, transfigurantes se in Apostolos Christi. 2.Corinth. 11,13.

SVBIACEO.

Cuncta subiacent vanitati, & omnia pergunt ad vnum locum. Eccles.3,19.

Obedite præpositis vestris, & subiacete eis. Heb.13,17.

SVBIGO.

Ibi subacta sunt vbera earum. Ezech.23,3.

Intra in lutum,& calca,subigens tene laterem. Nahum 3,14.

SVBIICIO.

Terram Aegypti, subiecitque eam Pharaoni, & cunctos populos eius. Gen.47,20.

Vsquequò non vis subiici mihi? dimitte populum meum. Exod.10,3.

Cuncti filij regis Dauid dederunt manum, & subiecti fuerunt Salomoni regi. 1.Par.29,24.

Subiecit populos nobis. Psal.46,4.

Nónne Deo subiecta erit anima mea? ab ipso enim salutare meum. † 61,2.

Ne sequaris in fortitudine tua concupiscentiam cordis tui, & ne dixeris: Quomodo potui? aut quis me subiiciet propter facta mea. Eccli.5,2.

Subiiciam ante faciem eius gentes. Isaiæ 45,1.

Non fuimus subiectibiles illi. Baruch 1,18.

Omnia subiecit sub pedibus eius. Eph.1,2.

Subiecti inuicem in timore Christi. † 5,21.

Secundùm operationem qua possit subiicere sibi omnia. Phil.3,21.

In eo enim quòd omnia ei subiecit,nihil dimisit non subiectum ei. Heb.2,8.

Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter Deum. 1.Pet.2,13.

SVBLEVO.

Dominus pauperem facit & ditat, humiliat & subleuat. 1.Reg.2,7.

Cognouitque Dauid quòd confirmasset eum Dominus in regem super Israel, & subleuatum esset regnum suum. 1.Par.14,2.

Qui sperat in Domino, subleuabitur. Prouerb.29,25.

Væ soli, quia cùm ceciderit, non habet subleuantem se. Eccles.4,10.

Quasi amictum sic subleuabit te. Isaiæ 22,17.

Subleuabuntur auxilio paruulo. Dan.11,34.

Ad iniquitatem eorum subleuabunt animas eorum. Osee 4,8.

Subleuabis de corruptione vitā meā. Ionæ 2,7.

Totum in hamo subleuauit. Hab.1,15.

Subleuatis oculis in cælum. Ioan.17,1.

SVBLIMIS.

Sublimius faciat solium eius à solio Domini mei regis Dauid. 3.Reg.1,37.

Omne sublime videt. Iob 41,25.Prou.6,17. Eccles.10,6.

Confringet laguneulam in terrore, & excelsi statura succidentur, & sublimes humiliabuntur. Isaiæ 10,33.

Qui ambulat in iustitiis, &c. iste in excelsis

habitabit, munimenta saxorum sublimitas eius. † 33,16.

Intelliget seruus meus exaltabitur, & eleuabitur, & sublimis erit valdè. † 52,13. Ezech. 31,10.

Potuisti aperire hoc sacramentum. Tunc rex Danielem in sublime extulit. Dan.2,48.

Secundùm gloriam eius multiplicata est ignominia eius, & sublimitas eius conuersa est in luctum. 1.Mach. 1,42.

Nolite in sublime tolli. Luc.12,29.

Veni, non in sublimitate sermonis aut sapientiæ annuntians vobis testimonium Christi. 1.Cor.2,1.

Nemo vos decipiat in sublimitate sermonum. Col.2,4.

SVBMERGO.

Submersi sunt quasi plumbum. Exod.15,10.

Sic submergetur Babylon, & non consurget à facie afflictionis. Ier.51,64. 2.Mach.12,4.

SVBNERVO.

Subneruauit omnes iugales curruum: dereliquit autem ex eis centum currus. 2.Reg.8,4.

SVBREPO.

Caue ne fortè subrepat tibi impia cogitatio. Deut.15,9.

SVBRIDEO.

Supplantabit te, & subridens spem dabit, narrans tibi bona. Eccli.13,7,14.

Qui subridet vastitatem super robustum. Amos 5,9.

SVBSANNO.

Spreuit te, & subsannauit te virgo filia Sion. 4.Reg.19,21.

Subsannabant nuntios Dei, & paruipendebant sermones eius, illudebantque prophetis, donec ascenderet furor Domini in populum eius, & esset nulla curatio. Adduxit enim super eos regem Chaldæorum. 2.Par.36,16.

Subsannauerunt nos & despexerunt. 2.Esd. 2,19.

Quòd ædificaremus murum, iratus est valdè: & motus nimis subsannauit Iudæos. † 4,2.

Quis est vir, vt est Iob, qui bibit subsannationem quasi aquam. Iob 34,7.

Subsannauerũt me subsannatione. Psal.34,16.

Subsannationem & derisum his qui sunt in circuitu nostro. † 43,14.

Inimici nostri subsannauerunt nos. † 79,7.

Subsannabo, cùm vobis id quod timebatis, aduenerit. Prou.1,26.

Oculum, qui subsannat patrem, & qui despicit partum matris suæ, effodiant eum corui de torrentibus, & comedant eum filij aquilæ. † 30,17.

Ne fortè inducat super te subsannationem in perpetuum. Eccli.11,35.

Non sunt beneplacitæ subsannationes iniustorum. Eccli.34,21.

Ista subsannatio eorum in Terra Aegypti. Osee 7,16.

SVBSEQVOR.

Misericordia tua subsequetur me. Psal.22,6.

Quorumdam hominum peccata manifesta sunt, præcedentia ad iudicium: quosdam autem & subsequuntur. 1.Tim.5,24.

SVBSIDIVM.

De ipsis autem vrbibus, quæ ad fugitiuorum subsidia separantur, tres erunt trans Iordanem. Num.35,13.

SVBSILIENS.

Vidit regem Dauid subsilientem atque saltantem coram Domino, & despexit eum in corde suo. 2.Reg.6,16.

SVBSISTO.

Subsiste paulisper, vt indicem tibi verbum Domini. 1.Reg.9,27.

Subsisteret populus. 2.Reg.20,12.

Si manè me quæsieris, non subsistam. Iob 7,21.

SVBSTANTIA.

Substantia eorum multa, & nequibant habitare communiter. Gen.13,6.

Numquid dixi: Afferte mihi: & de substantia vestra donate mihi? Iob 6,22.

Substantia mea tamquam nihilum ante te. Psal.38,6.

Substantia mea apud te est. 8.

Infixus sum in limo profundi: & non est substantia. † 68,3.

Memorare quæ mea substantia. † 88,48.

Substantia mea in inferioribus terræ. † 138,15.

Substantia festinata minuetur. Prou.13,11.

Custoditur iusto substantia peccatoris. 22.

Et est homo qui honorificatur propter substantiam suam. Eccli.10,33.

Obiurgatio & iniuriæ, annullabunt substantiam: & domus quæ nimis locuples est, annullabitur superbiâ. † 21,5.

Participes enim Christi effecti sumus: si tamen initium substantiæ eius vsque ad finem firmum retineamus. Heb.3,14.

Rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscentes vos habere meliorem, & manentem substantiam. † 10,34.

SVBSTERNO.

Cilicium substrauit sibi supra petram. 2.Regum 21,10.

Eunte autem illo, substernebant vestimenta sua in via. Luc.19,36.

SVBSVM.

Subest enim tibi, cùm volueris, posse. Sap.12,18

Vani autem sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei. † 13,1.

SVBTER.

Pone manum tuam subter femur meum. Gen.24,2.

De

De ore angusto latissimè, & non habente fundamentum subter se. Iob 36,16.

Subter omnes cælos ipse considerat. † 37,3.

Subter te sternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes. Isa.14,11. Ionæ 4,5.

Vocabit vir amicum suum subter vitem, & subter ficum. Zach.3,10.

SVBTERFVGIO.

Non enim subterfugi, quò minùs annuntiarem omne consilium Dei vobis. Act.20,27.

SVBTERO.

Pes tuus non est subtritus, en quadragesimus annus est. Deut.8,4.

SVBTILIS.

Est enim in illa spiritus intelligentiæ, sanctus, vnicus, multiplex, subtilis, disertus, mobilis. Sap.7,22.

Confundentur qui operabantur linum, pectentes, & texentes subtilia. Isa.19,9.

Cinxi te bysso, & indui te subtilibus. Ezech. 16,10.

SVBTRAHO.

Aquam lasso non dedisti, & esurienti subtraxisti panem. Iob 22,7.

Qui subtrahit aliquid à patre suo. Prou.28,24.

Bonum est te sustentare iustum, sed & ab illo ne subtrahas manum tuam. Ecclesi.7,19.

Non enim subtrahet personam cuiusquam Deus. Sap.6,8.

Noli subtrahere verbum, si fortè audiant & conuertantur. Ier.26,2. Act.20,30.

Vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè. 2.Thess.3,6.

Iustus autem meus ex fide viuit: quòd si subtraxerit se non placebit animæ meæ. Nos autem non sumus subtractionis filij in perditionem, sed fidei in acquisitionem animæ. Heb.10,38.

SVBTVS.

Dilatabis gressus meos subtus me. 2.Regum 22,37.

Facti sumus subtus, & non suprà: quia peccauimus. Baruch 2,5.

Consumentur montes subtus eum. Mich.1,4.

Vidi subtus altare animas interfectorum. Apoc.6,9.

SVBVCVLA.

Vestiuit Pontificem subucula linea succingens eum balteo. Leuit.8,7.

SVBVEHO.

Asinos decem, qui subueherent ex omnibus diuitiis Aegypti. 23. Exod.25,28.

SVBVENIO.

Subueni quæso te Domine Deus meus mihi viduæ. Iudith 9,3.

Subuenisti ruinæ ante conspectum Dei nostri. † 13,25.

Quærite iudicium, subuenite oppresso. Isa.1,17.

SVBVERTO.

Nec accipies munera, quæ etiam excæcant prudentes, & subuertunt verba iustorũ. Exo.23,8.

Cur subuertitis mentes filiorum Israel, ne transire audeant in locum quem eis daturus est Dominus? Num.32,7.

Tu quæris subuertere ciuitatem, & euertere matrem in Israel? 2.Reg.20,19.

Qui transtulit montes, & nescierunt hi quos subuertit in furore suo? Iob 9,5.

Si subuerterit omnia, vel in vnum coarctauerit, quis contradicet ei? † 11,10.

Qui multiplicat gentes & perdit eas, & subuersas in integrum restituit. † 12,23.

Cum subuersione tua ambulas. Eccli.13,16.

Quare computruit fortis tuus? non stetit, quoniam Dominus subuertit eum. Ier.46,15.

Et maior effecta est iniquitas populi mei peccato Sodomorum, quæ subuersa est in momento. Thren.4,6.

Subuerti vos, sicut subuertit Deus Sodomam & Gomorrham, & facti estis quasi torris raptus ab incendio, & non redistis ad me. Amos 4,11.

SVBVLA.

Nolo egredi, &c. assumes subulam, & perforabis aurem eius in ianua domus tuæ, & seruiet tibi vsque in æternum. Deut.15,17.

SVBVRBANVS.

Suburbana Hesebon deserta sunt, & vineam Sabama Domini Gentium exciderunt. Isa.16,8.

Quinquaginta cubitis in suburbana eius per gyrum. Ezech.45,2. † 48,17.

SVCCEDO, SVCCESSOR, SVCCESSVS.

Successorem petit Moyses. Prouideat Dominus Deus spirituum omnis carnis, hominem, qui sit super multitudinem hanc, & possit exire & intrare ante eos, & educere eos vel introducere, &c. virum, in quo est spiritus, & pone manum tuam super eum. Num.27,15.

Successores animandi. Hunc [Iosue] exhortare, & robora, & ipse sorte Terram diuidet Israeli. Deut.1,38.

Benedictus Dominus, qui non est passus vt deficeret successor familiæ tuæ, & vocaretur nomen eius in Israel. Ruth 4,14.

Appositus est [Achior] ad populum Israel, & omnis successio generis eius. Iudith 14,6.

Cor ingrediens duas vias non habebit successus, & prauus corde in illis scãdalizabitur. Eccli.3,28.

Datio Dei permanet iustis, & profectus illius successus habebit in æternum. † 11,17.

Viri veraces inueniuntur in illa, & successum habebunt vsque ad inspectionem Dei. † 15,8.

SVCCENDO.

Ignis succensus est in furore meo. Deuter. 32,22.

Quare succenderunt serui tui segetem meam igni? 2.Reg.14,31.

Deuorabit eum ignis, qui non succenditur. Iob 20,26.

Ipsi Dauid in doctrinam, cùm succendit Mesopotamiam Syriæ. Titulus Psalmi 59.

Qui derelinquunt legem, laudant impium: qui custodiunt, succenduntur contra eum. Prou.28,4.

Flatus Domini sicut torrens sulphuris succendens eam [Topheth.] Isaiæ 30,33.

Succendam in te ignem, & comburam in te omne lignum viride. Ezech.20,47. Dan.3,19.

Omnes adulterantes, quasi clibanus succensus à coquente. Osee 7,4. Mal.4,1. Matth.22,7.

SVCCIDO.

Excelsi statura succidentur. Isaiæ 10,33.

Dum adhuc ordiretur, succidit me. † 38,12.

Succidite arborem, & præcidite ramos eius. Dan.4,11.

Succidi tres pastores, &c. quod succiditur, succidatur. Zach.11,8.

Quærens fructum in ficulnea hac, & non inuenio: succide ergo illam. Luc.13,7.

SVCCINGO.

Quasi capitio tunicæ succinxerunt me. Iob 30,18.

Gallus succinctus lumbos. Prou.30,31.

State ergo succincti lumbos vestros in veritate. Eph.6,14.

Succincti lumbos mentis vestræ. 1.Pet.1,13.

SVCCLAMO.

Cumque ego succlamassem, & audisset vocem meam, reliquit pallium. Gen.39,15.

At illi succlamabant dicentes: Crucifige. Lucæ 23,21.

SVCCRESCO.

Succrescere faciã super vos carnes. Ezech.37,6.

Cornua excelsa, & vnum excelsius altero atque succrescens. Dan.8,3.

SVDARIVM.

Mna tua, quam habui repositam in sudario. Lucæ 19,20.

Facies illius sudario erat ligata. Ioan.11,44. † 20,7.

Ita vt etiam super languidos deferrentur à corpore eius [Pauli] sudaria, & semicinctia, & recedebant ab eis languores. Act.19,12.

SVDES.

Offendiculum ex latere vestro, & sudes in oculis vestris, donec vos auferat atque disperdat. Iosue 23,13.

Sudibus perforabit nares eius. Iob 40,19.

Ne fortè mittat sudem in terram, & dicat tibi: Bona est via tua, & stet è contrario videre quid tibi eueniat. Eccli.37,10.

SVDO, SVDOR.

In sudore vultus tui vescêris pane, donec reuertaris in terram de qua sumptus es: quia puluis es & in puluerem reuertêris. Gen.3,19.

Factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Lucæ 22,44.

SVFFERO, SVFFERENTIA.

Sufferentiam Iob audistis, & finem Domini vidistis, quoniam misericors Dominus est & miserator. Iac.5,11.

SVFFICIO.

Ait Angelo percutienti populum: Sufficit: nũc contine manum tuam. 2.Reg.24,16.

Nec suffecit ei vt ambularet in peccatis Ieroboam filij Nabal: insuper duxit vxorem Iezabel filiam Ethbaal regis Sidoniorum. 3.Reg.16,31.

Ne dicas: Sufficiens mihi sum, & quid ex hoc pessimabor? Eccli.11,25.

Sufficientia nostra ex Deo est. 2.Cor.3,5.

Ego enim didici in quibus sum, sufficiens esse. Philip.4,11.

SVFFLO.

Si sufflaueris in scintillam, quasi ignis exardebit: & si expueris super illam, extinguetur: vtraq; ex ore proficiscuntur. Eccli.28,14.

Exiccatum est fœnum, & cecidit flos, quia spiritus Domini sufflauit in eo. Isaiæ 40,7.

Creaui fabrum sufflantem in igne prunas. † 54,16. Ierem.6,29.

In igne furoris mei sufflabo in te, daboque te in manus hominum insipientium. Ezech.21,31.

SVFFOCO.

Apprehendebam mentum eorum, & suffocabam, interficiebamque eos. 1.Reg.17,35.

Tenens suffocabat eum dicens: Redde quod debes. Matth.18,28.

SVFFODIO.

In voluntate sua suffoderunt murum. Genes. 49,6.

Si effringens fur domum siue effodiens fuerit inuentus, & accepto vulnere mortuus fuerit: percussor non erit reus sanguinis. Exod.22,2.

In oculis suis lacrymatur inimicus, & quasi adiuuans suffodiet plantas tuas. Eccli.12,18. Ezech.36,35.

SVFFVLCIO.

Simon Oniæ filius, sacerdos magnus, qui in vita sua suffulsit domum. Eccli.50,1.

SVFFVNDOR, SVFFVSIO.

Si pater eius spuisset in faciem illius, nónne debuerat saltem septem diebus rubore suffundi? Num.12,14.

Conturbatus est [Eliseus] vsque ad suffusionem vultus, fleuitque vir Dei. 4.Reg.8,11.

Cui sine causa vulnera? cui suffusio oculorum? Nónne his qui commorantur in vino? Prouerb.23,29.

SVFFVSORIVM.

Iuxta duo rostra aurea in quibus sunt suffusoria ex auro? Zach.4,12.

SVGGERO.

Quo modo malis quorumdam suggestionibus regum studia deprauentur. Esth.16,7.

Loquar

Loquar paulisper quodcumque mens mihi suggesserit. Iob 13,13. Ioan.14,26.

SVGGILLO.

Quia molesta est mihi hæc vidua, vindicabo illam, ne in nouissimo veniens suggillet me. Luc.18,5.

SVGO.

Vt sugeret mel de petra. Deut.32,13.

Inundationem maris quasi lac sugent. † 33,19.

Caput aspidum suget. Iob 20,16.

Quis mihi det te fratrem meum sugentem vbera matris meæ? Cant.8,1.

Suges lac gentium. Isa.60,16. † 66,11. Ioel.2,16.

Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti. Luc.11,27.

SVILLVS.

Qui comedunt carnem suillam, & ius profanum in vasis eorum. Isa.65,4.

Qui offert oblationem, quasi qui sanguinem suillum offerat. † 66,3. 1.Mach.1,50.

SVLAMITIS.

Reuertere Sulamitis: reuertere, reuertere, vt intueamur te. Cant.6,12.

Quid videbis in Sulamite, nisi choros castrorum? † 7,1.

SVLCVS.

Si aduersum me terra mea clamat, & cum ipsa sulci eius deflent. Iob 3,38.

Cor suum dabit ad versandos sulcos, & vigilia eius in sagina vaccarum. Eccli.38,27.

SVLPHVR.

Sulphure & salis ardore cōburens. Deut.29,23.

Aspergatur in tabernaculo eius sulphur. Iob 18,15.

Sulphur, & spiritus procellarum pars calicis eorum. Psal.10,6.

Conuertentur torrentes eius in picem, & humus eius in sulphur. Isa.34,9.

Iudicabo eum peste & sanguine, & imbre vehementi, & lapidibus immensis: ignem & sulphur pluam super eum, & super exercitum eius. Ezech.38,22.

Homicidis, & fornicatoribus, & veneficis, &c. pars illorum erit in stagno ardenti igne & sulphure: quod est mors secunda. Apoc.21,8.

SVM.

Qui optimè nouerat Dominum esse cum eo. Gen.39,3.

Ego sum Ioseph: adhuc pater meus viuit? † 45,3.

EGO SVM QVI SVM. Ait: Sic dices filiis Israel: QVI EST, misit me ad vos. Exod.3,14.

Si Dominus sit vobiscum, quomodo ego dimittam vos? † 10,10.

Nos enim quid sumus? nec contra nos est murmur vestrum, sed contra Dominum. † 16,8.

Est ne Dominus in nobis, an non? † 17,7.

Si quis est Domini, iungatur mihi. &c. ite, redite de porta ad portam. † 32,26.

Sicut fui cum Moyse, ita ero tecum: non dimittam, nec derelinquam te. Iof.1,5.

Non ero vltrà vobiscum, donec conteratis eum qui huius sceleris reus est. † 7,12.

Ego sum, ego sum, quæ Domino canam, psallam Domino Deo Israel? Iudic.5,3.

Ego ero tecum: & percuties Madian quasi vnum virum. † 6,16.

Creuit autem Samuel, & Dominus erat cum eo. 1.Reg.3,19.

Erimus nos quoque, sicut omnes gentes: & iudicabit nos rex noster. † 8,20.

Ero tecum vbicumque volueris. † 14,7.

Dominus est cum eo. † 16,18.

Timuit Saul Dauid eò quòd Dominus esset cum eo, & à se recessisset. † 18,12,28.

Cras autem tu & filij tui mecū eritis. † 28,19.

Fui tecum in omnibus vbicumque ambulasti. 2.Reg.7,9.

Ero tecum, & ædificabo tibi domum fidelem, quomodo ædificaui Dauid. 3.Reg.11,38.

Non fuit alter talis sicut Achab, qui venumdatus est, vt faceret malum in conspectu Domini: concitauit enim eum Iezabel vxor sua. † 21,25.

Sicut ego sum, ita & tu: populus tuus & populus meus vnum sunt; & equites mei, equites tui. † 22,5.

Erat Dominus cum eo [Ezechia] & in cunctis ad quæ procedebat, sapienter se agebat. 4.Regum 18,7.

Qui estis vos, qui tentatis Dominum. Iudith 8,11.

Quis mihi tribuat, vt sim iuxta menses pristinos? Iob 29,2.

Vbi eras quando ponebam fundamenta terræ? † 38,4.

Transiui, & ecce non erat. Psal.36,36.

Refrigerer priusquam abeam, & amplius non ero. † 38,14.

Nisi quia Dominus erat in nobis, &c. cùm exsurgerent homines in nos, fortè viuos deglutissent nos. † 123,1.

Cum eo eram cuncta componens. Prou.8,30.

Quid est quod fuit? ipsum quod futurum est. Eccles.1,9.

Post hoc erimus tamquam non fuerimus. Sap.2,2.

Ecce vos estis ex nihilo, & opus vestrum ex eo quod non est. Isa.41,24.

Vt sciatis & credatis mihi, & intelligatis quia ego ipse sum. † 43,10.

Ego sum, ego sum Dominus, & non est absque me saluator. 11.

Ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor. 25.

Ego, ego sum, ego vidi, dicit Dominus. Ier. 7, 11.

Obstupescent super te: nihil factus es, & non eris in perpetuum. Ezech. 28, 19.

Erunt quasi non sint. Abd. v. 16.

Quæ dicebat in corde suo: Ego sum, & extra me non est amplius. Soph. 2, 15.

Ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi. Matth. 28, 20.

Qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei. Luc. 3, 38.

Ego sum, nolite timere. Ioan. 6, 20.

Ego scio eum, quia ab ipso sum, & ipse me misit. † 7, 29.

Antequã Abraham fieret ego sum. Ioan. 8, 58.

Vt cùm factum fuerit, credatis quia ego sum. † 13, 19.

Accipiam vos ad meipsum, vt vbi sum ego, & vos sitis. † 14, 3.

Cognoscetis quia ego sum in Patre meo, & vos in me, & ego in vobis. 20.

Hæc autem vobis ab initio non dixi, quia vobiscum eram. † 16, 5.

Pater, quos dedisti mihi, volo vt vbi sum ego, & illi sint mecum, vt videant claritatem meam, quam dedisti mihi. † 17, 24.

Ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Rom. 11, 36.

Ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt, destrueret. 1. Cor. 1, 28.

Volo enim omnes vos esse sicut meipsum. † 7, 7.

Non fuit EST & NON, sed EST in illo fuit. 2. Cor. 1, 19.

Seorsum autem iis qui videbantur aliquid esse. Gal. 2, 2.

Estote sicut ego, quia & ego sicut vos. † 4, 12.

Nam si quis existimat se aliquid esse, cùm nihil sit, ipse se seducit. † 6, 3.

Quod fuit ab initio, quod audiuimus, quod vidimus. 1. Ioan. 1, 1.

Qui autem seruat verbum eius, verè in hoc charitas Dei perfecta est: & in hoc scimus quoniam in ipso sumus. † 2, 5.

Ex nobis prodierũt, sed non erant ex nobis. 19.

Vos ex Deo estis filioli, & vicistis eum. † 4, 4.

Scimus quoniam ex Deo sumus: & mundus totus in maligno positus est. † 5, 19.

Sanctus Dominus Deus omnipotens, qui erat, & qui est, & qui venturus est. Apoc. 1, 4, 8.

SVMMA.

Quando tuleris summam filiorum Israel, iuxta numerum. Exod. 30, 12.

Tollite summam vniuersæ congregationis filiorum Israel. Num. 1, 2.

SVMMITAS.

Apprehendit summitatem pallij eius, quæ & scissa est. 1. Reg. 15, 27. Dan. 11, 45.

SVMMVS.

Pono in Sion lapidem summum. 1. Pet. 2, 6.

A summo cælo egressio eius. Psal. 18, 6.

SVMO.

Vocabitur Virago, quia de viro sumpta est. Gen. 2, 23.

Datum est ei, vt sumeret pacem de terra. Apoc. 6, 4.

SVMPTVS.

Sumptibus regis offertur. Holocaustum manè semper & vespere. Sabbatis quoque & calendis, & solemnitatibus ceteris. 2. Par. 31, 3.

Sumptus autem de domo regis dabuntur. 1. Esd. 6, 4.

Sumptus in idolum Bel. Et impendebantur in eo per dies singulos similæ artabæ duodecim, & oues quadraginta vinique amphoræ sex. Daniel. 14, 2.

Ita vt Seleucus Asiæ rex de reditibus suis præstaret omnes sumptus ad ministerium sacrificiorum pertinentes. 2. Mach. 3, 3.

Quis enim ex vobis volens turrim ædificare, non priùs sedens computat sumptus, qui necessarij sunt, si habeat ad perficiendum. Luc. 14, 28.

Sine sumptu ponam Euangelium. 1. Cor. 9, 18.

SVNA.

Transibat Eliseus per Sunam. 4. Reg. 4, 8.

SVNAMITIS.

Inuenerunt Abisag Sunamitidem. 3. Reg. 1, 3.

Detur Abisag Sunamitis Adoniæ fratri tuo vxor. † 2, 20.

Voca Sunamitidem hanc, &c. adorauit super terram, tulitque filium suum. 4. Reg. 4, 36.

SVPELLEX.

Nec dimittatis quidquam de supellectili vestra, quia omnes opes Aegypti vestræ erunt. Genes. 45, 20.

Vnges, &c. supellectilem, quæ ad cultum eorum pertinet. Exod. 30, 28.

Quidquid etiam supellectilis fuerit, congregabis in medio platearum eius, & cum ipsa ciuitate succendes. Deut. 13, 15.

Supellex varia ad ornanda colla congeritur. Iudic. 5, 30.

Vniuersa supellex domus saltus Libani de auro purissimo. 3. Reg. 10, 21.

Cunctamque templi supellectilem, quam polluerat rex Achaz. 2. Par. 29, 19.

Quæ Holofernis peculiaria fuisse probata sunt, dederunt Iudith in auro, & argento, & vestibus, & gemmis, & omni supellectili. Iudith 15, 14.

Habuerunt nautas ad ministerium variæ supellectilis tuæ. Ezech. 27, 9. † 38, 13.

SVPERABVNDO.

Cessatum est à muneribus offerendis, eò quòd oblata sufficerent, & superabundarent. Exo. 36, 7. Ezech. 18, 17.

Vbi autem abundauit delictum, superabundauit

dauit gratia. Rom. 5,20. Ephes. 3,20.

Superabundo gaudio in omni tribulatione nostra. 2.Cor.7,4. 1.Timoth.1,14.

SVPERADVLTVS.

Turpem se videri existimat super virgine sua, quòd sit superadulta. 1.Cor.7,36.

SVPERAEDIFICO.

Si quis autem superædificat super fundamentum hoc, aurum, argentum, &c. vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit. 1.Cor.3,13.

Domestici Dei: superædificati super fundamentũ Apostolorum & Prophetarum. Eph.2,20.

Radicati, & superædificati in ipso. Col.2,7.

Et ipsi tamquam lapides viui superædificamini. 1.Pet.2,5.

Vos autem charissimi, superædificantes vosmetipsos sanctissimæ vestræ fidei. Iudæ v.20.

SVPERBIA, SVPERBVS.

Eo quòd superbè egerint contra illos. Exod. 18,11.

Conteram superbiam duritiæ vestræ. Leuit. 26,19.

Anima verò quæ per superbiam aliquid commiserit, siue ciuis ille sit, siue peregrinus (quoniam aduersus Dominum rebellis fuit) peribit de populo suo: verbum enim Domini contempsit, & præceptum illius fecit irritum: idcircò delebitur, & portabit iniquitatem suam. Num.15,30.

Superbia Core. Non venimus, &c. reuerà induxisti nos in terram, quæ fluit riuis lactis. Numer.16,12.

Qui autem superbierit nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo, & decreto iudicis, morietur homo ille: & auferes malum de Israel; cunctúsque populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumescat superbia. Deut.17,12.

Nec eleuetur cor eius [regis] in superbiam super fratres suos. 20.

Noui superbiam tuam. 1.Reg.17,28.

Superbia tua ascendit in aures meas. 4.Reg. 19,28. 2.Par.26,16.

Cognouisti enim quia superbè egerant contra eos. 2.Esd.9,10.

Superbiam numquam in tuo sensu aut tuo verbo dominari permittas: in ipsa enim initium sumpsit omnis perditio. Tob.4,14.

Domine Deus cæli & terræ, intuere superbiam eorum, & respice ad nostram humilitatem. Iudith 6,15.

Vt sicut conturbatum est cor nostrum in superbia eorum; ita etiam de nostra humilitate gloriemur. † 8,17.

Fac Domine vt gladio proprio eius superbia amputetur. † 9,12.

Nec superbi ab initio placuerunt tibi: sed humilium & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio. 16.

Qui in contemptu superbiæ suæ Deum Israel contempsit. † 13,28.

Superbia, & contemptus inobedientia Vasthi. Esth. 1,12.

Superbia Aman. † 3,5.

Cuncta nosti, & scis quia non pro superbia & contumelia, & aliqua gloriæ cupiditate fecerim hoc vt non adorarem Aman superbissimum; (libenter enim pro salute Israel etiam vestigia pedum eius deosculari paratus essem) sed timui ne honorem Dei mei transferrem ad hominem, & ne quemquam adorarem excepto te, Deo meo. † 13,12.

Quòd abominer signum superbiæ. † 14,16.

Propter superbiam quasi leænam capies me. Iob 10,16.

Vir vanus in superbiam erigitur. † 11,12.

Cunctis diebus suis impius superbit. † 15,20.

Si ascenderit vsque ad cælum superbia eius, & caput eius nubes tetigerit, quasi sterquilinium in fine perdetur: & qui eum viderant, dicent: Vbi est? † 20,6.

Prudentia eius percussit superbum. † 26,12.

Liberet eum de superbia. † 33,17.

Disperge superbos in furore tuo, & respiciens omnem arrogantem humilia. † 40,6.

Ipse [Behemoth] est rex super vniuersos filios superbiæ. † 41,25.

Dum superbit impius, incenditur pauper. Psalmo 9,23.

In superbia, & in abusione. † 30,19.

Comprehendantur in superbia sua. † 58,13.

Ideò tenuit eos superbia: operti sunt iniquitate & impietate sua. † 72,6.

Leua manus tuas in superbias eorum. † 73,3.

Superbia eorum qui te oderunt, ascendit semper. 23.

Redde retributionem superbis. † 93,2.

Superbo oculo, & insatiabili corde, cum hoc non edebam. † 100,5.

Non habitabit in medio domus meæ qui facit superbiam. 7.

Increpasti superbos. † 118,21.

Superbi iniquè agebant vsquequaque. 51.

Confundantur superbi, quia iniustè iniquitatem fecerunt in me. 78.

Vbi fuerit superbia, ibi erit & contumelia. Prouerb.11,2.

Inter superbos semper iurgia sunt. † 13,10.

Domum superborum demolietur Dominus. † 15,25.

Contritionem præcedit superbia, & ante ruinam exaltatur spiritus. † 16,18.

Superbus & arrogans vocatur indoctus, qui in ira operatur superbiam. † 21,24.

Superbum sequitur humilitas. † 29,23.

Quid nobis profuit superbia? Sap.5,8.

Omnes enim insipientes & infelices supra modum

dum animę superbi, sunt inimici populi tui, & imperantes illi. † 15,14.

Synagogæ superborum non erit sanitas: frutex enim peccati radicabitur in illis. Eccli.3,30.

Odibilis coram Deo est & hominibus superbia, & execrabilis omnis iniquitas gentium. † 10,7.

Quid superbit terra & cinis? 9.

Initium superbiæ hominis apostatare à Deo: quoniam ab eo qui fecit illum recessit cor eius. 14.

Sedes ducum superborum destruxit Deus, & sedere fecit mites pro eis. 17.

Initium omnis peccati est superbia, qui tenuerit illam, adimplebitur maledictis, & subuertet eum in finem, propterea ex honorauit Dominus conuentus malorum, & destruxit eos vsque in finem. 16.

Radices gentium superbarũ arefecit Deus. 18.

Non est creata hominibus superbia, neque iracundia nationi mulierum. 22.

Qui tangit picem inquinabitur ab ea, & qui communicauerit superbo induet superbiam. † 13,1.

Domus quæ nimis locuples est, annullabitur superbiâ: sic substantia superbi eradicabitur. † 21,5.

In vanitate sua apprehenditur peccator, & superbus & maledicus scandalizabitur in illis. † 23,8.

Illusio & improperium superborum, & vindicta sicut leo insidiabitur ipsi. † 27,31.

Gentibus reddet vindictam, donec tollat plenitudinem superborum, & sceptra iniquorum contribulet. † 35,23.

Dies Domini exercituum super omnem superbum, & excelsum, & super omnem arrogantem, & humiliabitur. Isaiæ 2,12.

Habitantes Samariam in superbia & magnitudine cordis, dicentes: Lateres ceciderunt, sed quadris lapidibus ædificabimus. † 9,9.

Conuoluetur superbia fumi. 18.

Quiescere faciam superbiam infidelium, & arrogantiam fortium humiliabo. † 13,11.

Detracta est ad inferos superbia tua, concidit cadauer tuum. † 14,11.

Audiuimus superbiam Moab, superbus est valdè: superbia eius & arrogantia eius & indignatio eius, plusquam fortitudo eius. † 16,6.

Dominus cogitauit hoc vt detraheret superbiam omnis gloriæ, & ad ignominiam deduceret vniuersos inclytos terræ. † 23,9.

Væ coronæ superbiæ, ebriis Ephraim, & flori decidenti gloriæ exultationis eius, qui erant in vertice vallis pinguissimæ, errantes à vino. † 28,1,3.

Superbia tantùm est, quiesce. † 30,7.

Numquid tu percussisti superbum, vulnerasti draconem? † 51,9.

Pro eo quòd fuisti derelicta, & odio habita, & non erat qui per te transiret, ponam te in superbiam sæculorum, gaudium in generationem & generationem. † 60,15.

Ministri Dei nostri, dicetur vobis: Fortitudinem Gentium comedetis, & in gloria earum superbietis. † 61,6.

Cùm autem in terra pacis securus fueris, quid facies in superbia Iordanis? Ierem. 12,5.

Sic putrescere faciam superbiam Iuda, & superbiam Ierusalem multam. † 13,9.

In abscondito plorabit anima mea à facie superbiæ. 17.

Et omnes viri superbi, dicentes ad Ieremiam: Mendacium tu loqueris, non misit te Dominus. † 43,2.

Audiuimus superbiam Moab, superbus est valdè, sublimitatem eius & arrogantiam & superbiam & altitudinem cordis eius. † 48,29.

Quasi leo ascendet de superbia Iordanis ad pulchritudinem robustam. † 49,19.

Ecce ego ad te superbe, dicit Dominus Deus exercituum: quia venit dies tuus. † 50,31.

Cadet superbus, & corruet, & non erit qui suscitet eum. 32.

Quiescere faciam superbiam potentium, & possidebunt sanctuaria eorum. Ezech.7,24.

Hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, superbia. † 16,49.

Ecce ego polluam sanctuarium meum, superbiam imperij vestri. † 24,21.

Et corruent facientes Aegyptum, & destruetur superbia imperij eius. † 30,6.

Superbia depressa. † 31,10. Dan.4,27.

Dabo terram in solitudinem, & in desertum, & deficiet superba fortitudo eius. Ezech. 33,28.

Quando autem eleuatum est cor eius [Nabuchodonosor] & spiritus illius obfirmatus est ad superbiam, depositus est de solio regni sui, & gloria eius ablata est. Dan.5,20.

Humiliabitur superbia Israel in facie eius: nec reuersi sunt ad Dominum Deum suũ. Osee 7,10.

Et ascendet fœtor eius, & ascendet putredo eius, quia superbè egit. Ioel.2,20.

Detestor ego superbiam Iacob, & domos eius odi, & tradam ciuitatem cum habitatoribus suis. Amos 6,8.

Iurauit Dominus in superbiam Iacob: si oblitus fuero vsque ad finem omnia opera eorum. † 8,7.

Superbia cordis tui extulit te, habitantem in scissuris petrarum, exaltantem solium tuum; qui dicis in corde tuo: Quis detrahet me in terram? Abd.v.3.

Et non ambulabitis superbi, quoniam tempus pessimum est. Mich.2,3.

Reddidit Dominus superbiam Iacob, sicut superbiam Israel, quia vastatores dissipauerunt eos. Nahum 2,2.

Et

Et quomodo vinum potantem decipit, sic erit vir superbus, & non decorabitur. Habac.2,5.

Hoc eis eueniet pro superbia sua, quia blasphemauerunt. Soph.2,10.

Auferam de medio tui magniloquos superbiæ tuæ, & non adiicies exaltari amplius in monte sancto meo. † 3,11.

Sedebit separator in Azoto, & disperdam superbiam Philisthinorum. Zach.9,6.

Humiliabitur superbia Assur, & sceptrum Aegypti recedet. † 10,11. † 11,3.

Dies veniet succensa quasi caminus: & erunt omnes superbi, & omnes facientes impietatem stipula, & inflammabit eos dies veniens. Malach.4,1.

Nunc confortata est superbia, & castigatio, & tempus euersionis, & ira indignationis. 1.Machab.2,49.

Existimans se præ superbia terram ad nauigandum, pelagus verò ad iter agendum deducturum. 2.Mach.5,21.

Super hoc autem superbia repletus ignem spirans animo in Iudæos, & præcipiens accelerari negotium. † 9,7.

Hinc igitur cœpit ex graui superbia deductus ad agnitionem sui venire. 11.

Fecit potentiam in brachio suo, dispersit superbos. Luc.1,51.

Superbos, elatos, inuentores malorum, parentibus non obedientes. Rom.1,30.

Non neophytum, ne in superbiam elatus, in iudicium incidat diaboli. 1.Tim.3,6.

Et non acquiescit sermonibus Domini, &c. superbus est nihil sciens, sed languens circa quæstiones. † 6,4.

Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Iac.4,6.

Exultatis in superbiis vestris, omnis exultatio talis maligna est. 16.

Omnes autem inuicem humilitatem insinuate: quia Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. 1.Pet.5,5.

Superba enim vanitatis loquentes, pelliciunt in desideriis carnis luxuriæ eos, qui paululum effugiunt, qui in errore conuersantur. 2.Pet.2,18.

SVPERCERTOR.

Deprecans supercertari semel traditæ sanctis fidei. Iudæ v.3.

SVPERCILIVM.

Die septimo radet capillos capitis, barbamque & supercilia. Leuit.14,9.

SVPERCRESCO.

Supercrescit fides vestra. 2.Thess.1,3.

SVPERDVCO.

Superducentes sibi celerem perditionem. 2.Pet.2,1.

SVPEREFFLVENS.

Mensuram bonam, & confertam, & coagitatam, & supereffluentem dabunt in sinum vestrum. Luc.6,38.

SVPEREMINENS.

Quæ sit supereminens magnitudo virtutis eius in nos. Ephes.1,19.

Scire etiam supereminentem scientiæ charitatem Christi, vt impleamini in omnem plenitudinem Dei. † 3,19.

SVPEREROGO.

Quodcumque supererogaueris, ego cùm rediero, reddam tibi. Luc.10,35.

SVPEREXALTO.

Superexaltat autem misericordia iudicium. Iac.2,13.

SVPEREXTENDO.

Superextendam in vobis cutem, & dabo vobis spiritum, & viuetis. Ezech.37,6.

Non enim quasi non pertingentes ad vos, superextendimus nos. 2.Cor.10,14.

SVPEREXTOLLOR.

Superextolletur super Libanum fructus eius. Psal.71,16.

SVPERFICIES.

Viditque quòd exiccata esset superficies terræ. Gen.8,13.

Superficies abyssi constringitur. Iob 38,30.

Operuerant superficiem eius spinæ. Prou. 24,31. Ezech.17,5. Dan.5,5.

SVPERFLVVS.

Peccatori autem dedit afflictionem & curam superfluam. Eccles.2,26.

Superfluos vulgi qui remanserant, transtulit Nabuzardan. Ier.39,9.

Nisi enim eos qui ceciderant, resurrecturos speraret, superfluum videretur & vanum orare pro mortuis. 2.Mach.12,43.

SVPERGAVDEO.

Nequando supergaudeant mihi inimici mei. Psal.37,17.

SVPERGLORIOSVS.

Superlaudabilis, & supergloriosus in sæcula. Dan.3,53.

SVPERGREDIOR.

Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum. Psal.37,5.

Multæ filiæ congregauerunt diuitias: tu supergressa es vniuersas. Prou.31,29.

Supergressus sum opibus omnes, qui ante me fuerunt in Ierusalem. Eccles.2,9.

Ne quis supergrediatur, neque circumueniat in negotio fratrem suum. 1.Thess.4,6.

SVPERHVMERALE.

Lapides onychinos, & gemmas ad ornatum superhumeralis & rationalis. Exod.35,9.

SVPERIMPENDOR.

Impendam, & superimpendar ipse pro animabus vestris. 2.Cor.12,15.

SVPERINDVCO.

Ponam trullam in medio populi mei Israel: non adiiciã vltrà superinducere eum. Amos 7,8.

SVPERINDVOR.

Habitationem nostram, quæ de cælo est, superindui cupientes. 2.Cor.5,2.

SVPERIOR.

Superior quo affectu reget subditos. Cur imposuisti pondus vniuersi populi huius super me? Numquid ego concepi omnem hanc multitudinem, vel genui eam, vt dicas mihi: Porta eos in sinu tuo, sicut portare solet nutrix infantulum? Num.11,11. Deut.31,23.

Superior bonus Dei cultum promouet. Iosue 24,31. Iudic.2,6. † 8,33.

Si leuaui super pupillum manum meam, etiam cùm viderem me in porta superiorem. Iob 31,21.

Nihil per contentionem, neque per inanem gloriam: sed in humilitate superiores sibi inuicem arbitrantes. Philip.2,3.

SVPERLAVDABILIS.

Superlaudabilis & superexaltatus in sæcula. Dan.3,54.

SVPERLIMINARE.

Sument de sanguine eius [agni] ac ponent super vtrumque postem, & in superliminaribus domorum. Exod.12,7.

Aspergite ex eo superliminare & vtrumque postem. 22.

Commota sunt superliminaria cardinum à voce clamantis. Isa.6,4.

Vox cantantis in fenestra, coruus in superliminari. Soph.2,14.

Ponam Ierusalem superliminare crapulæ omnibus populis in circuitu. Zach.12,2.

SVPERLVCROR.

Alia quinque [talenta] superlucratus sum. Matth.25,20.

SVPERNVS.

Vos de deorsum estis, ego de supernis sum. Ioan.8,23.

Ad destinatum persequor, ad brauium supernæ vocationis. Phil.3,13.

SVPERO.

Et quomodo eum superare valeamus, & vinctum affligere. Iudic.16,5.

Quocumque se verterat [Saul] superabat. 1.Reg.14,47.

Et quem superare nemo potest. Iudith 16,16.

Nec superauit illum [Eliseum] verbum aliquod. Eccli.48,14. Rom.8,37.

A quo enim quis superatus est, huius & seruus est. 2.Pet.2,19.

SVPERORDINO.

Hominis confirmatum testamentum nemo spernit aut superordinat. Gal.3,15.

SVPERPONO.

Superposuit Eliseus manus suas manibus regis. 4.Regum 13,16.

SVPERSCRIBO.

Vniuscuiusque nomen superscribes virgæ suæ. Num.17,2.

Cuius est imago hæc, & superscriptio? Matthæi 22,20.

Erat autem & superscriptio scripta super eum literis Græcis, & Latinis, & Hebraicis. Luc.23,38. Heb.10,16.

SVPERSEMINO.

Superseminauit zizania in medio tritici, & abiit. Matth.13,25.

SVPERSPERO.

In verbum tuum supersperaui. Psal.118,114.

Præueni in maturitate, & clamaui, quia in verba tua supersperaui. 147.

SVPERSTES.

Iam lætus moriar, quia vidi faciem tuam, & superstitem te relinquo. Gen.46,30.

SVPERSTITIO.

Viri Athenienses per omnia quasi superstitiosiores vos video. Act.17,22.

Quæstiones verò quasdam de sua superstitione habebant aduersus eum. † 25,19.

Cùm autem venissent in Terram Suph. 1.Reg.9,5.

SVPPLANTO.

Supplantauit me en altera vice: primogenita mea antè tulit, & nunc secundò surripuit benedictionem meam. Gen.27,36.

Præueni eum, & supplanta eum. Psal.16,13.

Supplantasti insurgentes in me subtus me. † 17.40.

Magnificauit super me supplantationem. † 40,10.

Qui cogitauerunt supplantare gressus meos. † 139,6.

Simplicitas iustorum diriget eos: & supplantatio peruersorum vastabit illos. Prou.11,3.

SVPPLEX.

Vltra flumina Aethiopiæ inde supplices mei. Soph.3,10.

SVPPLICIVM.

Ibunt hi in supplicium æternum; iusti autem in vitam æternam. Matth.25,46.

Quantò magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit? Heb.10,29.

Alij etiam gregatim de domibus confluebant, publica supplicatione obsecrantes, pro eo quòd in contemptum locus esset venturus. 2.Mach.3,18.

SVPPONO.

Cùm ceciderit, non collidetur; quia Dominus supponit manum suam. Psal.36,24.

SVPRA.

Constituet te Dominus in caput, & non in caudam: eris semper supra, & non subter, si tamen audieris mandata Domini. Deut.28,13.

SVR.

Sur, quæ est è regione Aegypti. 1.Reg. 15,7.

SVRA.

Percutiat te Dominus vlcere pessimo in genibus, & in suris, sanarique non possis. Deut.28,35.

SVRDVS.

Non maledices surdo, nec coram cæco pones offendiculum, sed timebis Dominum. Leuit. 19,14.

Tamquam surdus non audiebam. Psalmo 37,14.

Surdi audite, & cæci intuemini ad videndum. Isa.42,18.

Adducunt ei surdum & mutum, & deprecabantur eum, vt imponat illi manum. Mar.7,32.

SVRGO.

Surrexitque Pharao nocte, & omnes serui eius, cunctaque Aegyptus, & ortus est clamor magnus. Exod.12,30.

Cessauerunt fortes in Israel, & quieuerunt, donec surgeret Debbora, surgeret mater in Israel. Iudic.5,7.

Surge, surge Debbora, & loquere canticum: surge Barac & apprehende captiuos. 12.

Surrexit itaque Dauid manè. 1.Reg.17,20.

Surrexit ergo Ionathas à mensa in ira furoris. † 20,34.

Surrexit [Saul] de terra, & sedit super lectum. † 28,23.

Accidit vt surgeret Dauid de strato suo post meridiem. 2.Reg.11,2.

Surgite, & transite citò fluuium. † 17,21.

Surrexit rex in occursum eius, adorauitque eam, & sedit super thronum suum: positusque est thronus matri regis, quæ sedit ad dexteram eius. 3.Reg.2,19.

Non surrexit puer. 4.Reg.4,31.

Surge Deus, iudica terram. Psal.81,8.

Vanum est vobis ante lucem surgere: surgite postquam sederitis. † 126,2.

Surge Domine in requiem tuam. † 131,8.

En dilectus meus loquitur mihi: Surge, propera amica mea. Cant.2,10.

Hora surgendi non te trices, præcurre autem prior in domum tuam. Eccli.32,15.

Surge, illuminare Ierusalem, quia venit lumen tuum. Isa.60,1.

Ante matutinum surrexerunt, quinta & vigesima die mensis noni. 1.Mach.4,52.

Cùm eiecta esset turba, intrauit: & tenuit manum eius, & surrexit puella. Matth.9,25.

Non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista. † 11,11.

Hic est Ioannes Baptista, ipse surrexit à mortuis, & ideò virtutes operantur in eo. † 14,2.

Surge, tolle grabatum tuum, & vade in domum tuam. Mar.2,11.

Puella (tibi dico) surge, & confestim surrexit puella, & ambulabat, erat enim annorum duodecim. † 5,42.

Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Ephes.5,14.

SVS.

Non comedetis illud, &c. Sus: qui cùm vngulam diuidat, non ruminat. Leuit.11,7.

Sus lota in volutabro luti. 2.Pet.2,22.

SVSAN.

Susan ciuitas regni eius exordium fuit. Esth.1,2.

SVSANNA.

Susannam filiam Helciæ, pulchram nimis, & timentem Deum. Dan.13,2.

Venit [Susanna] cum parentibus, & filiis, & vniuersis cognatis suis. Porrò Susanna erat delicata nimis, & pulchra specie. 30.

SVSCIPIO, SVSCEPTOR.

Susceptumque Noëmi puerum posuit in sinu suo, & nutricis ac gerulæ fungebatur officio. Ruth 4,16.

Suscepit ergo Dauid de manu eius omnia, quæ attulerat; dixitque ei: Vade pacificè in domum tuam. 1.Reg.25,35.

Suscepit eos Raguel cum gaudio. Tob.7,1.

Susceptor meus es, gloria mea, & exaltans caput meum. Psal.3,4.

Pro susceptione matutina. Tit. Psalmi 21.

Susceptor meus es. † 41,10.

Suscepimus Deus misericordiã tuam. † 47,10.

Susceptor meus, & refugium meum in die tribulationis meæ. † 58,17.

Suscipiant montes pacem populo. † 71,3.

Susceptor salutis meæ. † 88,27.

Ephraim susceptio capitis mei. † 107,9.

Suscipe me secundùm eloquium tuum, & viuam. † 118,116.

Suscipe seruum tuum in bonum. 122.

Suscepisti me de vtero matris meæ. † 138,13.

Quasi à facie colubri fuge peccata: & si accesseris ad illa, suscipient te. Eccli.21,2.

Suscepit te dextera iusti mei. Isa.41,10. † 42,1. Ier.3,1.

Noli in patientia tua suscipere me. Ierem. 15,15.

In odorem suauitatis suscipiam vos, cùm eduxero vos de populis. Ezech.20,41.

Si quo modo suscipiat facies vestras. Mal.1,9.

Qui susceperit vnum paruulum talem in nomine meo, me suscipit. Matth.18,5.

Quicumque me susceperit, non me suscipit, sed eum qui misit me. Mar.9,36.

Principis Insulæ nomine Publij, qui nos suscipiens, triduo benignè exhibuit. Act.28,7.

Suscipiebat [Paulus] omnes qui ingrediebantur ad eum, prædicans regnum Dei. 31.

Propter quod suscipite inuicem, sicut & Christus suscepit vos in honorem Dei. Rom.15,7.

Vt eam [Phœben] suscipiatis in Domino dignè sanctis. † 16,2.

Si ergo habes me socium, suscipe illum [Onesimum] sicut me. Philem.v.17.

Neque ipse [Diotrephes] suscipit fratres, & eos qui suscipiunt prohibet, & de Ecclesia eiicit. 3.Ioan.v.10.

SVSCITO.

Suscitabit semen fratris sui. Deut.25,5.

Suscitat de puluere egenum. 1.Reg.2,8.

Suscitabo aduersum Heli omnia quæ locutus sum. † 2,12.

Suscitauerit filius meus seruum meum aduersum me insidiantem mihi vsque hodie? † 22,8.

Quem suscitabo tibi? qui ait: Samuelem mihi suscita. † 28,11.

Quare inquietasti me vt suscitarer? 15.

Suscitabis eum de medio fratrum suorum, & introduces in interius cubiculum. 4.Reg.9,2.

Suscitarent verba fœderis huius. † 23,3.

Suscitauit ergo Dominus contra Ioram spiritum Philisthinorum. 2.Par.21,16.

Suscitauerunt domum Domini in statum pristinum. † 24,13.

Suscitauit Dominus spiritum Cyri regis Persarum. † 36,22.

Suscitans à terra inopem. Psal.112,7.

Quis suscitauit omnes terminos terræ. Prouerb. 30,4.

Ne suscitetis neque euigilare faciatis dilectam, quoadusque ipsa velit. Cant.2,7. † 3,5.

Sub arbore malo suscitaui te: ibi corrupta est mater tua. † 8,5.

Viuificabit nos post duos dies: in die tertia suscitabit nos, & viuemus in cõspectu eius. Osee 6,3.

Suscitabo eos de loco in quo vendidistis eos, & conuertam retributionem vestram in caput vestrum. Ioel.3,7.

Suscitauit me quasi virum qui suscitatur de somno suo. Zach.4,1.

Quem Deus suscitauit solutis doloribus inferni. Act.2,24.

Qui suscitauit Iesum Christum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra, propter inhabitantem Spiritus eius in vobis. Rom.8,11.

Nos cum Iesu suscitabit, & constituet vobiscum. 2.Cor.4,14.

Suscitans illum à mortuis, & constituens ad dextram suam in cælestibus. Ephes.1,20.

Expectare Filium eius de cælis (quem suscitauit ex mortuis Iesum) 1.Thess.1,10.

SVSPENDO.

Suspende eos contra solem in patibulis, vt auertatur furor meus ab Israel. Num.25,4.

Suspendite ea [verba] pro signo in manibus, & inter oculos vestros collocate. Deut.11,18. † 21,22.

Regem quoque eius suspendit in patibulo vsque ad vesperam, & solis occasum. Ios.8,29.

Suspendit super quinque stipites: fueruntque suspensi vsque ad vesperum. † 10,26.

Posuerunt arma eius [Saulis] in templo Astaroth: corpus verò eius suspenderunt in muro Bethsan. 1.Reg.31,10.

Præcidentesque manus & pedes eorum suspenderunt eos super piscinam in Hebron. 2.Regum 4,12.

Achitophel, &c. disposita domo sua, suspendio interiit. † 17,23.

Illo [Absalone] suspenso inter cælum & terram, mulus cui insederat, pertransiuit. † 18,9.

Suspendite caput hoc super muros nostros. Iudith 14,1

Suspensus est itaque Aman in patibulo. Esth.7,10.

Quamobrem elegit suspendium anima mea, & mortem ossa mea. Iob 7,15.

Suspendebant pueros à ceruicibus per vniuersas domos eorum. 1.Mach.1,64.

Suspendit autem Nicanoris caput in summa arce. 2.Mach.15,35.

Et abiens laqueo se suspendit [Iudas.] Matth. 27,5.

Suspensus crepuit medius. Act.1,18.

SVSPICIO, *verbum*.

Suspice cælum & intuere, & contemplare æthera quòd altior te sit. Iob 35,5.

Non suspexistis ad eum qui fecerat eam. Isa.22,11. † 38,14.

Quæ [Susanna] flens suspexit ad cælum. Dan.13,35. Mar.7,34.

SVSPICOR.

Suspicati sunt quòd ipse esset rex Israel. 3.Reg.22,32.

Cùm pax sit, ille semper insidias suspicatur. Iob 15,21.

Vt quid suspicamini montes coagulatos? Psal.67,17.

Multos quoque supplantauit suspicio illorum. Eccli.3,26.

Nullamque causam & suspicionem reperire potuerunt, eò quòd fidelis esset [Daniel] & omnis culpa & suspicio non inueniretur in eo. Daniel.6,4.

SVSPIRO.

Suspirauitque vt sedebat in asino, &c. Da mihi benedictionem: Terram australem, & arentem dedisti mihi. Ios.15,19.

Antequam comedam, suspiro. Iob 3,24.

Amaro animo suspirans, & eiulans. Thren. præamb.

SVSTENTO.

Et sustentas brachium eius qui non est fortis? Iob 26,2.

Bonum est te sustentare iustum. Eccles. 7,19.

Sus

Sustine sustentationes Dei: coniungere Deo, & sustine. Eccli.2,3.

Non est qui sustentet eam ex omnibus filiis quos genuit. Isa.51,18. Rom.3,26.

SVSTINEO.

Quæ est enim fortitudo mea, vt sustineam? Iob 6,11.

Sustinuit anima mea in verbo eius. Psal.129,5.

Qui autem pauper est, increpationem non sustinet. Prou.13,8. † 30,21.

Væ his qui perdiderunt sustinentiam, & qui dereliquerunt vias rectas. Eccli.2,16.† 17,20. Isa.1,1.

Debemus autem nos firmiores imbecillitates infirmiorum sustinere, & non nobis placere. Rom.15,1.

Ideò omnia sustineo propter electos, vt & ipsi salutem consequantur, quæ est in Christo Iesu. 2.Tim.2,10.

Et patientiam tuam, & quia non potes sustinere malos, *&c.* patientiam habes, & sustinuisti propter nomen meum, & non defecisti. Apoc.2,2.

SVSTOLLO.

Sustollam te super altitudines terræ. Isa.58,14.

SVSVRRO.

Non eris criminator nec susurro in populo. Leuit.19,16.

Aduersum me susurrabant omnes inimici mei. Psal.40,8.

Susurrone subtracto iurgia conquiescent. Prou.26,20.

Non appellêris susurro, & lingua tua ne capiaris, & confundaris. Eccli.5,16.

Susurro coinquinabit animam suam, & in omnibus odietur, & qui cum eo manserit, odiosus erit. † 21,31.

Susurro & bilinguis maledictus: multos enim turbabit pacem habentes. † 28,15.

SVVS.

Nemo quod suum est quærat, sed quod alterius. 1.Cor.10,24.

Omnes enim quæ sua sunt, quærunt, non quæ sunt Iesu Christi. Philip.2,21.

SYCOMORVS.

Sycomoros succiderunt, sed cedros immutabimus. Isa.9,10.

Armentarius ego sum vellicans sycomoros. Amos 7,14.

SYMBOLVM.

Vacantes potibus, & dantes symbola consumentur, & vestietur pannis dormitatio. Prouerb.23,21.

In hora qua audieritis sonitum tubæ, *&c.* & symphoniæ, & vniuersi generis musicorum, cadentes adorate statuam. Dan.3,5.

SYMPHONIA.

Audiuit symphoniam & chorum. Lucæ 15,25.

SYNAGOGA.

Congregata est ad eos synagoga Assidæorum fortis viribus ex Israel omnis voluntarius in lege. 1.Mach.2,42.

Synagogam ipse ædificauit nobis. Luc.7,5.

Iam enim conspirauerant Iudæi, vt si quis eum confiteretur esse Christum, extra synagogam fieret. Ioan.9,22.

Propter Iudæos non confitebantur, vt è synagoga non eiicerentur. † 12,42.

Absque synagogis facient vos. † 16,2.

Dabo de synagoga satanæ, qui dicunt se Iudæos esse, & non sunt. Apoc.3,9.

SYNTYCHE.

Euodiam rogo, & Syntychen deprecor, idipsum sapere in Domino. Philip.4,2.

SYRIA.

Sed caput Syriæ Damascus. Isa.7,8.

Reliquiæ Syriæ sicut gloria filiorum Israel erunt. † 17,3.

Transferetur populus Syriæ Cyrenen. Amos 1,5.

SYROPHOENISSA.

Mulier Gentilis, Syrophœnissa genere. Et rogabat eum, vt dæmonium eiiceret de filia eius. Mar.7,26.

SYRVS.

Syrus persequebatur patrem meum qui descendit in Aegyptum. Deut.26,5.

TABEFACIO.

VIGILIA honestatis tabefaciet carnes. Eccli.31,1. 1.Mach 4,32.

TABERNACVLVM.

Montem qui erat contra orientem Bethel, tendit ibi tabernaculum suum. Gen.12,8.

Iuxta omnem similitudinem tabernaculi, quod ostendam tibi, & omnium vasorum in cultum eius. Exod.25,9.

Tabernaculum verò ita facies: decem cortinas. † 26,1.

Vocauitque nomen eius, tabernaculum fœderis. † 33,7.

Nullus hominum sit in tabernaculo, quando Pontifex sanctuarium ingreditur, vt roget pro se, & pro domo sua, & pro vniuerso cœtu Israel. Leuit.16,17.

A quintodecimo die mensis huius septimi, erunt feriæ tabernaculorum septem diebus. † 23,34.

Vt discant posteri vestri, quòd in tabernaculis habitare fecerim filios Israel. 43.

Leuitæ per gyrum tabernaculi figent tentoria. Num.1,53. † 2,17.

Die qua erectum est tabernaculum operuit illud nubes. A vespere autem super tentorium erat quasi species ignis vsque manè. † 9,15.

Recedite à tabernaculis hominum impiorum. † 16,26.

Vt tabernacula quæ fixit Dominus. † 24,6.
Solemnitatem quoque tabernaculorum celebrabis per septem dies. Deut. 16,13.
In Silo, ibique fixerunt tabernaculum testimonij, & fuit eis Terra subiecta. Iosu. 18,1.
Cumque peruenisset [panis] ad tabernaculum, percussit illud, atque subuertit, & terræ funditus coæquauit, &c. Non est hoc aliud nisi gladius Gedeonis. Iudic. 7,13.
Sed ambulabam in tabernaculo, & in tentorio. 2. Reg. 7,6.
Tetenderunt ergo Absalom tabernaculum in solario. † 16,22.
Habitaueruntque filij Israel in tabernaculis suis sicut heri & nudiustertius. 4. Reg. 13,5.
Tabernaculum, &c. ea tempestate erat in excelso Gabaon. Et non præualuit Dauid ire ad altare, vt ibi obsecraret Deum: nimio enim fuerat timore perterritus, videns gladium Angeli Domini. 1. Par. 21,30.
Feceruntque solemnitatem tabernaculorum. 1. Esd. 3,4.
Feras argentum, & aurum quod rex & consiliatores eius sponte obtulerunt Deo Israel, cuius in Ierusalem tabernaculum est. † 7,15.
Præcepisse Dominum in manu Moysi vt habitent filij Israel in tabernaculis in die solemni mense septimo. 2. Esd. 8,14.
Et frondes ligni nemorosi, vt fiant tabernacula sicut scriptum est. Et egressus est populus, & attulerunt, feceruntque sibi tabernacula, vnusquisque in domate suo, & in atriis suis, & in atriis domus Dei, & in platea portæ aquarum. 15.
Habitauerunt in tabernaculis: non enim fecerant à diebus Iosue filij Nun taliter filij Israel vsque ad diem illum. 17.
Benedic Deum sæculorum, vt reædificet in te tabernaculum suum, & reuocet ad te omnes captiuos, & gaudeas. Tob. 13,12.
Induxerunt illum serui eius in tabernaculum, quod præceperat. Iudith 12,4.
Et tabernaculum impiorum non subsistet. Iob 8,22.
Sicut fui in diebus adolescentiæ meæ, quando secretò Deus erat in tabernaculo meo. † 29,4.
In circuitu eius tabernaculum eius. Psal. 17,12. † 48,12.
Et repulit tabernaculum Silo. † 77,60.
Tabernacula Idumæorum. † 82,7.
Donec inueniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob. † 131,5.
Nigra sum sed formosa, filiæ Ierusalem, sicut tabernacula Cedar. Cant. 1,4.
Tabernaculum quod nequaquam transferri poterit, nec auferentur claui eius in sempiternum, & omnes funiculi eius non rumpentur. Isaiæ 33,20.
Tabernaculum meum vastatum est, omnes funiculi mei dirupti sunt. Ierem. 10,20.
In tabernaculis habitabitis cunctis diebus vestris. † 35,7.
Tabernacula eorum, & greges eorum capient: pelles eorum & omnia vasa eorum, & camelos eorum tollent sibi. † 49,29.
Tabernaculum meum in eis, & ero eis Deus. Ezech. 37,27.
Portastis tabernaculum Moloch vestro. Amos 5,26.
Suscitabo tabernaculum Dauid, quod decidit, & reædificabo aperturas murorum eius. † 9,11.
Celebrent festiuitatem tabernaculorum. Zach. 14,16.
Tabernaculum, & arcam, & altare incensi intulit illuc, & ostium obstruxit. 2. Mach. 2,5.
Faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, Moysi vnum, & Eliæ vnum. Matth. 17,4.
Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cùm defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Lucæ 16,9.
Suscepistis tabernaculum Moloch, & sidus Dei vestri Rempham. Act. 7,43.
Tabernaculum testimonij fuit cum patribus nostris in deserto. 44.
Sanctorum minister & tabernaculi veri, quod fixit Deus & non homo. Heb. 8,2.
Tabernaculum factum est primum, in quo erant candelabra, & mensa, & propositio panum. † 9,2.
Per amplius & perfectius tabernaculum non manufactum, id est, non huius creationis. 11.
Tabernaculum & omnia vasa ministerij sanguine similiter aspersit. 21.
Certus quòd velox est depositio tabernaculi mei. 2. Pet. 1,14.
Apertum est templum tabernaculi testimonij in cælo. Apoc. 15,5.
Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis. † 21,3.

TABESCO.

Tabescent iniquitatibus suis in terra inimicorum suorum, & propter peccata patrum suorum, & sua, affligentur. Leuit. 26,39.
Tabescat anima tua. 1. Reg. 2,33.
Longa consumptus tabe ita vt egereret viscera sua, languore pariter & vita caruit. 2. Par. 21,19.
Tabescet caro eius, & ossa quæ tecta fuerant, nudabuntur. Iob 33,21.
Tabescere fecisti sicut araneam animam meam. Psal. 38,12.
Anima eorum in malis tabescebat. † 106,26.
Tabescet, desiderium peccatorum peribit. † 111,10.
Tabescere me fecit zelus meus. † 118,139.
Vidi præuaricantes, & tabescebam, quia eloquia tua non custodierunt. 158.
Super inimicos tuos tabescebam? † 138,21.

Ta-

Tabeſcet militia eorum. Iſa.34,4.

Sicut exuſtio ignis tabeſcerent, aquæ arderent igni. † 64,2.

Tabeſcet omne cor, & diſſoluentur vniuerſæ manus. Ezech.21,7.

TABITHA.

Orauit: & conuerſus ad corpus, dixit: Tabitha, ſurge. At illa aperuit oculos ſuos: & viſo Petro, reſedit. Act.9,40.

TABVLA.

Daboque tibi tabulas lapideas, & legem ac mandata quæ ſcripſi: vt doceas eos. Exod.24,12. † 31,18.

Facies & tabulas ſtantes tabernaculi. † 26,15.

Iratuſque valdè, proiecit de manu tabulas, & confregit eas. † 32,19.

Tabulas lapideas inſtar priorum. Exod.34,1. Deut.9,11.

Delebo Ieruſalem ſicut deleri ſolent tabulæ. 4.Reg.21,13.

Miſericordia & veritas te non deſerant, circumda eas gutturi tuo, & deſcribe in tabulis cordis tui. Prou.3,3.

TABVLATVM.

Tabulatis cedrinis veſtiuit totam cameram. 3.Reg.7,3.

Abietibus de Sanir extruxerunt te cum omnibus tabulatis maris. Ezech.27,5.

TACEO.

Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis. Exod.14,14.

Tace, & pone digitum ſuper os tuum. Iudic 18,19.

Tace, frater tuus eſt, neque affligas cor tuum pro hac re. 2.Reg.13,20. 4.Reg.18,36.

Si tacuerimus, & noluerimus nuntiare vſque manè, ſceleris arguemur. 4.Reg.7,9.

Tacete, quia dies ſanctus eſt, & nolite dolere. 2.Eſd.8,11.

Vtinam taceretis, vt putaremini eſſe ſapientes. Iob 13,5.

Tacete paulisper vt loquar quodcumque mens mihi ſuggeſſerit. 13.

Attende Iob, & audi me, & tace dum ego loquor. † 33,31.

Ne quando taceas à me, & aſſimilabor deſcendentibus in lacum. Pſal.27,1.

Quoniam tacui, inueterauerunt oſſa mea. † 31,3.

Hæc feciſti & tacui. Exiſtimaſti iniquè quòd ero ſimilis tui. † 49,21.

Vir autem prudens tacebit. Prou.11,12.

Stultus quoque ſi tacuerit, ſapiens reputabitur. † 17,28.

Tempus tacendi, & tempus loquendi. Eccleſ.3,7.

Tacentem me ſuſtinebunt. Sap.8,12.

Eſt tacens, & ipſe eſt prudens. Eccli.19,28. † 20,5.

Tacitus & ſenſatus honorabitur. † 21,31.

In multis eſto quaſi inſcius, & audi tacens ſimul & quærens. † 32,12.

Væ mihi quia tacui, quia vir pollutus labiis ego ſum. Iſa.6,5.

Tacui ſemper, ſilui, patiens fui, ſicut parturiens loquar. Diſſipabo & abſorbebo ſimul. † 42,14.

Sede tacens, & intra in tenebras, filia Chaldæorum. † 47,5.

Quia ego tacens, & quaſi non videns, & mei oblita es. † 57,11.

Qui reminiſcimini Domini, ne taceatis, & ne detis ſilentium ei. Iſa.62,6,7.

Figet tabernaculum ſuum Apadno. Dan.11,45.

Nocte tacere feci matrem tuam. Oſee 4,5,6.

Prudens in tempore illo tacebit, quia tempus malum eſt. Amos 5,13.

Quare reſpicis iniqua agentes, & taces deuorante impio iuſtiorem ſe? Habac.1,13.

Ieſus autem tacebat. Matth.26,63.

Si hi tacuerint, lapides clamabũt. Luc.19,40.

Si autem non fuerit interpres, taceat in Eccleſia, ſibi autem loquatur & Deo. 1.Cor.14,28.

TAEDET, TAEDIVM.

Tædet me vitæ meæ propter filias Heth: ſi acceperit Iacob vxorem de ſtirpe huius terræ, noli viuere. Gen.27,46.

Tædere cœpit populum itineris ac laboris, locutuſque contra Deum & Moyſem ait: Cur eduxiſti nos de Aegypto, vt moreremur in ſolitudine? deeſt panis, non ſunt aquæ: anima noſtra iam nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo. Num.21,5.

Cœpit Dominus tædere ſuper Iſrael; percuſſitque eos Hazael in vniuerſis finibus Iſrael. 4.Regum 10,32.

Forti animo eſto filia mea: Dominus cæli det tibi gaudium pro tædio quod perpeſſa es. Tobiæ 7,20.

Tædet animam meam vitæ meæ. Iob 10,1.

Dormitauit anima mea præ tædio: confirma me in verbis tuis. Pſal.118,28.

Idcircò tæduit me vitæ meæ, videntem mala vniuerſa eſſe ſub ſole. Eccleſ.2,17.

Exiguum, & cum tædio eſt tempus vitæ noſtræ. Sap.2,1.

Mecum communicabit [ſapientia] de bonis, & erit allocutio cogitationis, & tædij mei. † 8,9.

Tædium & gemitus cum memoria præteritorum. † 11,13.

Supra modum grauati ſumus ſupra virtutem, ita vt tæderet nos etiam viuere. 2.Cor.1,8.

TALARIS.

Quæ [Thamar] induta erat talari tunica. 2.Reg.13,19.

TALENTVM.

Talentum auri appendebat candelabrum. Exod.37,24.

Fue-

Fuerunt prætereà centum talenta argenti, de quibus conflatæ sunt bases sanctuarij. † 38,26.

Erit anima tua pro anima eius; aut talentum argenti appendes. 3.Reg.20,39.

Tulisset secum [Naaman] decem talenta auri, & sex millia aureos, & decem mutatoria vestimentorum. 4.Reg.5,5.

Da eis talentum argenti, & vestes mutatorias duplices. 22.

Talentum plumbi portabatur. Zach.5,7.

Misit pueros, & centum talenta, & mentitus est, & non dimisit Ionathan. 1.Mach.13,19.

Sin autem, date pro illis quingenta talenta argenti. 1 Mach.15,31.

Vniuersa autem argenti talenta esse quadringenta, & auri ducenta. 2.Mach.3,11.

Antiochus mille & octingentis ablatis de templo talentis. † 5,21.

Tollite itaque ab eo talentum, & date ei qui habet decem talenta. Matth.25,28.

Quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum. † 25,20.

TALIS.

Quis talis vt sapiens est? & quis cognouit solutionem verbi. Eccles.7,30.

Totus desiderabilis: talis est dilectus meus, & ipse est amicus meus. Cantic.5,16.

Qualis rector est ciuitatis, tales & inhabitantes in ea. Eccli.10,2.

Terra Chaldæorum talis populus non fuit, Assur fundauit eam. Isa.23,13.

Qui facit malum, bonus est in conspectu Domini, & tales ei placent. Mal.2,17.

Qualis terrenus, tales & terreni. 1.Cor. 15,48.

TALITHA.

Ait illi: Talitha cumi, quod est interpretatum: Puella (tibi dico) surge. Mar.5,41.

TALPA.

Inter polluta reputabuntur, &c. lacerta, & talpa. Leuit.11,30.

Quæ fecerat sibi vt adoraret, talpas, & vespertiliones. Isa.2,20.

TALVS.

Traduxit me per aquam vsque ad talos. Ezech.47,3.

Non deficient tali mei. 2.Reg.22,37.

TANGO.

Cede huc, vt tangam te, fili mi, & probem vtrùm tu sis filius meus Esau. Gen.27,21.

Vox quidem, vox Iacob est, sed manus, manus sunt Esau. 22.

Circumcidit præputium filij sui, tetigitque pedes eius. Exod.4,25.

Omnis qui tetigerit montem, morte morietur. † 19,12.

Anima quæ tetigerit aliquid immundum, siue quod occisum à bestia est. Leuit.5,2.

Nec cadauera contingetis, quia munda sunt vobis. † 11,8.

Et tangeret manu sua locum lepræ. 4. Regum 5,11.

Tange cuncta quæ possidet, nisi in faciem benedixerit tibi. Iob 1,11.

Tange os eius, & carnem, & tunc videbis quòd in faciem benedicat tibi. † 2,5.

Nunc autem venit super te plaga, & defecisti: tetigit te, & conturbatus es. † 4,5.

Quæ priùs nolebat tangere anima mea, nunc præ angustia cibi mei sunt. † 6,7.

Qui tangit montes, & fumigant. Psal.103,32.

Tange montes, & fumigabunt. Psal.143,5.

Ecce tetigit hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur. Isa.6,7.

Misit Dominus manum suam, & tetigit os meum. Ier.1,9.

Qui tangit terram, & tabescet, & lugebunt omnes habitantes in ea. Amos 9,5.

Et tetigerit de summitate eius panem aut pulmentum aut vinum. Agg.2,13.

Qui enim tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei. Zach.2,8.

Multos enim sanabat, ita vt irruerent in eum, vt illum tangerent, quotquot habebant plagas. Mar.3,10.

Quotquot tangebant eum, salui fiebant. Mar.6,56.

Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem meum. Ioan.20,17.

Ne tetigeritis, neque gustaueritis, neque contrectaueritis, quæ sunt omnia in interitum ipso vsu. Col.2,21.

TANIS.

Stulti facti sunt principes Taneos, emarcuerunt principes Mempheos. Isa.19,13.

TANTVM, TANTVS.

Quod præcipio tibi, hoc tantùm facito Domino: nec addas quidquam nec minuas. Deut. 12,32.

Non inueni tantam fidem in Israel. Matth. 8,10.

Sed hæc quid inter tantos? Ioan.6,9.

Cùm autem tanta signa fecisset coram eis, non credebant in eum. † 12,37. † 21,11.

Quomodo non effugiemus, si tantam neglexerimus salutem? Heb.2,3.

TAPES.

Obtulerunt ei stratoria & tapetia. 2.Reg. 17,28.

Intexui funibus lectulum meum, straui tapetibus pictis ex Aegypto. Prou.7,15.

Dedan institores tui in tapetibus ad sedendum. Ezech.27,20.

TAPHNE.

Et in Taphnis nigrescit dies, cùm contriuero ibi sceptra Aegypti. Ezech.30,17.

TARDO.

Non tardes conuerti ad Dominum. Eccli.5,8. Lucæ 24,15. Iac.1,19.

TARSVS.

Ego homo sum quidem Iudæus à Tarso Ciliciæ. Act.21,39.

TARTARVS.

Angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos. 2.Pet.2,4.

TAVRVS.

Quasi primogeniti tauri pulchritudo eius. Deut.33,17.

Congregatio taurorum in vaccis populorum. Psal.67,31.

Effusi estis sicut vituli super herbam,& mugistis sicut tauri. Ierem.50,11. 2.Mach.7,1.

TECVM.

Vidimus tecum esse Dominum: & idcircò diximus: Sit iuramentum inter nos. Gen.26,28.

Dominus tecum est. 1.Reg.10,7.

Sit Dominus tecum. † 20,13.

Dominus Deus est tecum. 2.Reg.14,17.

Sit Dominus tecum, & prosperare, & ædifica domum Domino. 1.Par.22,11.

Tecum sum, ait Dominus, vt liberem te. Ierem.1,19.

TAEDA.

De ore eius lampades procedunt, sicut tædæ ignis accensæ. Iob 41,11.

TEGO, TECTVM.

Expandit tectum super tabernaculum. Exod.40,17.

Ac de tecto & solario circiter tria millia vtriusque sexus spectantes ludentē Samson. Iud.16,27.

Aurum erat probatissimum de cuius laminis texit domum, & trabes eius. 2.Par 3,7.

Beati quorum tecta sunt peccata. Psal.31,1.

In tegmine alarum tuarum sperabunt. † 35,8.

Dextera sua teget eos, & brachio sancto suo defendet illos. Sap.5,17.

Qui in tecto, non descendat tollere aliquid de domo sua. Matth.24,17. Lucæ 5,19.

TELA.

Dies mei velociùs transierunt quàm à texente tela succiditur. Iob 7,6.

Præcipitabit in monte isto faciem vinculi colligati super omnes populos, & telam quam ordītus est super omnes nationes. Isaiæ 25,7.

Et ordiremini telam, & non per spiritum meum. † 30,1,2.

Telæ eorum non erunt in vestimentum, neque operientur operibus suis. † 59,6.

TELONIVM.

Vidit hominem sedentem in telonio, Matthæum nomine. Matth.9,9.

TELVM.

Scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Ephes.6,16.

TEMERITAS.

Percussit eum [Ozam] super temeritate: qui mortuus est. 2.Reg.6,7.

Ne temerè quid loquaris. Eccles.5,1.

Temerarius in verbo suo odibilis erit. Eccli.9,25. Act.19,36.

TEMPERO.

Dilexit eam, vt dolorem, qui ex morte matris eius acciderat, temperaret. Gen.24,67.

Sortes mittuntur in sinum, sed à Domino temperantur. Prou.16,33. Ezech.13,11.

Vineas & arietes temperabit in muros tuos. Ezech.26,9.

Deus temperauit corpus ei, cui deerat abundantiorem tribuendo honorem. 1.Cor.12,24.

TEMPESTAS.

Quia post tempestatem tranquillum facis. Tob.3,22.

Nocte opprimet eum tempestas. Iob 27,20.

Tempestas demersit me. Psal.68,3.

Non me demergat tempestas aquæ. 16.

Quasi tempestas transiens non erit impius. Prou.10,25.

Ecce quasi nubes ascendet, & quasi tempestas currus eius. Ierem.4,13.

Erumpere faciam spiritum tempestatum in indignatione mea, & imber inundans in furore meo erit. Ezech.13,13.

Tempestate perculsi mutauerunt vultus. † 27,35.

Dominus autem misit ventum magnum in mare, & facta est tempestas magna in mari. Ionæ 1,4.

Scio enim ego quoniam propter me tempestas hæc grandis venit super vos. 12.

Dominus in tempestate & turbine viæ eius, & nebulæ puluis pedum eius. Nahum 1,3.

Hodie tempestas, rutilat enim triste cælum. Matth.16,3.

TEMPLVM.

Non enim ædificatum erat templum nomini Domini vsque in diem illum. 3.Reg.3,2.

Cogito ædificare templum nomini Domini. † 5,5.

Templum cæptum ædificari quadringentesimo & octogesimo anno egressionis filiorum Israel de Terra Aegypti. † 6,1.

Nihilque erat in templo quod non auro tegeretur. 22.

Posuitque cherubim in medio templi interioris. 27.

Templa manufacta non inhabitat Deus, quasi ijs concludi possit, vel illis indigeat, vt homo aedibus. Si enim cælum & cæli cælorum te capere non possunt, quantò magis domus hæc quam ædificaui? 3.Reg.8,27.

Quæ est ista Domus, quam ædificabitis mihi?

& quis est iste locus quietis meæ? Omnia hæc manus mea fecit. Isaiæ 66, 1.

Numquid non cælum & terram ego impleo, dicit Dominus? Ierem. 23, 24. Act. 7, 48. † 17, 24.

Templi priuilegia. 3. Reg. 8, 31. 2. Par. 7, 13.

Colueritis deos alienos, *&c.* templum, quod sanctificaui nomini meo, proiiciam à conspectu meo, eritque Israel in prouerbium. † 9, 7.

Posuit [Achab] aram Baal in templo Baal, quod ædificauerat in Samaria. † 16, 32.

Quando ingredietur Dominus meus templum Remmon vt adoret, & illo innitente super manum meam, si adorauero in templo Remmon adorante eo in eodem loco, [illegible] ignoscat mihi Dominus. 4. Reg. 5, 18.

Quod erit signum quia Dominus me sanabit, & quia ascensurus sum die tertia in templum Domini? † 20, 8.

Et vt emantur ligna & lapides de lapicidinis ad instaurandum templum Domini. † 22, 6.

Ascenditque rex [Iosias] templum Domini, & omnes viri Iuda, vniuersique qui habitabant in Ierusalem cum eo sacerdotes & prophetæ, & omnis populus à paruo vsque ad magnum. † 23, 2.

Templo extruendo parat Dauid ferrum, ligna, aurum. 1. Par. 22, 3.

Excepto quòd non est ingressus templum Domini, & adhuc populus delinquebat. 2. Par. 27, 2.

Clausit [Achaz] ianuas templi Dei, & fecit sibi altaria in vniuersis angulis Ierusalē. † 28, 24.

Sanctificati templum mundant. † 29, 15.

Templum iubet Deus ædificari per Cyrum. † 36, 23.

Porrò templum Dei nondum fundatum erat. 1. Esd. 3, 6.

Cœperunt ædificare templum Dei in Ierusalem, & cum eis prophetæ Dei adiuuantes eos. † 5, 2. † 6, 7.

Pergebat [Tobias] in Ierusalem ad templum Domini, & ibi adorabat Dominum Deum Israel. Tob. 1, 6.

Templi restauratio. † 14, 7.

Atque extinguere gloriam templi & altaris tui. Esther 14, 9.

Dominus in templo sancto suo, Dominus in cælo sedes eius. Psal. 10, 4.

Sanctum est templum tuum, mirabile in æquitate. † 64, 5.

A templo tuo in Ierusalem. † 67, 30.

Dixisti me ædificare templum in monte sancto tuo. Sap. 9, 8. Eccli. 47, 15.

Qui in diebus suis ædificauerunt domum, & exaltauerunt templum sanctum Domino, paratum in gloriam sempiternam. Eccli. 49, 14.

In diebus suis [Simon] corroborauit templum. † 50, 1.

Qui dico Ierusalem: Aedificaberis; & templo: Fundaberis. Isaiæ 44, 28.

Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes: Templum Domini, templum Domini, templum Domini est. Ierem. 7, 4.

Aedificabitur ciuitas in excelso suo, & templum iuxta ordinem suum fundabitur. † 30, 18. † 31, 39.

Introduxit me in templum, & mensus est frontes, sex cubitos latitudinis. Ezech. 41, 1.

Fili hominis, ostende domui Israel templum, & confundantur ab iniquitatibus suis. † 43, 10.

Benedictus es in templo sancto gloriæ tuæ. Dan. 3, 53.

Tradidit Bel in potestatem Danielis: qui subuertit eum & templum eius. † 14, 21.

Abiectus sum à conspectu oculorum tuorum: verumtamen rursus videbo templum sanctum tuum. Ionæ 2, 5.

Ierusalem quasi aceruus lapidum erit, & mons templi in excelsa siluarum. Mich. 3, 12.

Templum ad solum dirutum. Nahum 2, 6.

Dominus autem in templo sancto suo: sileat à facie eius omnis terra. Habac. 2, 20.

Ecce vir, Oriens nomen eius, & subter eum orietur, & ædificabit templū Domino. Zach. 6, 12.

Statim veniet ad templum suum dominator, quem vos quæritis. Mal. 3, 1.

Sancta in manu extraneorum facta sunt: templum eius sicut homo ignobilis. 1 Mach. 2, 8.

Templumque in ea locuples valdè, & illic velamina aurea & loricæ & scuta, quę reliquit Alexander. † 6, 2.

Templum Dagon, & omnes qui fugerunt in illud succendit igni. † 10, 84.

Fecit ei templum, vt probaret quod factum erat. 2. Mach. 1, 34.

De templi magni purificatione, & de aræ dedicatione. † 2, 20, 23.

Ausus est etiam intrare templum vniuersa terra sanctius. † 5, 15.

Templum luxuria & comessationibus Gentium erat plenum. † 6, 4.

Et misereretur templo, quod contaminabatur ab impiis. † 8, 2.

Tentauit expoliare templum, & ciuitatem opprimere. † 9, 2.

Templum etiam sanctum, quod priùs expoliauerat, optimis donis ornaturum. 16.

Templum quidem, & ciuitatem recepit. † 10, 1.

Templum restitui illis, vt agerent secundùm suorum maiorum consuetudinem. † 11, 25.

Templū hoc Libero patri consecrabo. † 14, 33.

Maximus verò & primus pro sanctitate timor erat templi. † 15, 18.

Templo maior est hic. Matth. 12, 6.

Intrauit Iesus in templum Dei, & eiiciebat omnes vendentes & ementes in templo. † 21, 12.

Possum destruere templum Dei, & post triduum reædificare illud. † 26, 61.

Dissol-

Diſſoluam templum hoc manufactum. Mar. 14,58.

Non diſcedebat de templo. Luc.2,37.

Erant ſemper in templo, laudantes & benedicentes Deum. Amen. † 24,53.

Quadraginta & ſex annis ædificatum eſt templum hoc, & in tribus diebus excitabis illud? Ioan.2,20.

Non in manufactis templis habitat, nec manibus humanis colitur, indigens aliquo. Act.17,25.

Sed & magnæ Dianæ templum in nihilum reputabitur. † 19,27.

Gentiles induxit in templum. † 21,28.

Qui etiam templū violare conatus eſt. † 24,6.

Neſcitis quia templum Dei eſtis vos, & ſpiritus Dei habitat in vobis? 1.Cor.3,16.

Vos eſtis templum Dei viui, ſicut dicit Deus. 2.Cor.6,16.

In quo omnis ædificatio conſtructa creſcit in templum ſanctum in Domino. Epheſ.2,21.

Extollitur ſupra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita vt in templo Dei ſedeat, oſtendens ſe tamquam ſit Deus. 2.Theſſ.2,4.

Templum non vidi in ea. Dominus enim Deus omnipotens templum illius eſt, & Agnus. Apoc.21,22.

TEMPVS, *pars capitis.*

Poſuit ſupra tempus capitis eius clauum, percuſſumque malleo defixit in cerebrum vſque ad terram. Iudic 4,21. † 5,26.

Et requiem temporibus meis: donec inueniam locum Domino. Pſal.131,4.

TEMPVS.

Statuto tempore à diebus in dies. Exod.13,10.

Dabo conſilium quid populus tuus populo huic faciat extremo tempore. Num.24,14.

Occurrent vobis mala in extremo tempore. Deut.31,29.

Adeſſe feſtinant tempora. † 32,35.

Multo tempore pugnauit Ioſue contra reges iſtos. Ioſ.11,17.

Quare tanto tempore nihil ſuper hac petitione tentaſtis? Iudic.11,26.

In tempore iſto, & in hac eadem hora, ſi vita comes fuerit, habebis in vtero filium. 4.Reg.4,16.

De filiis quoque Iſſachar viri eruditi qui nouerant ſingula tempora ad præcipiendum quid facere deberet Iſrael. 1.Par.12,32.

Vſque ad quod tempus erit iter tuū? 2.Eſd.2,6.

Poſuiſtis vos tempus miſerationis Domini, & in arbitrium veſtrum diem conſtituiſtis ei. Iudith 8,13.

Quis nouit vtrùm idcircò ad regnum veneris, vt in tali tempore parareris? Eſth.4,14.

Quam calcauerunt viri iniqui, qui ſublati ſunt ante tempus ſuum. Iob 22,16.

Ab Omnipotente non ſunt abſcondita tempora. † 24,1.

Tempus poſuit tenebris. † 28,3.

Tempus beneplaciti Deus. † 68,14.

Pro hac orabit ad te omnis ſanctus in tempore opportuno. Pſal.31,6.

Erit tempus eorum in ſæcula. † 80,16.

Tempus faciendi Domine, diſſipauerunt legem tuam. † 118,126.

Futura tempora obliuione cuncta pariter operient. Eccleſ.2,16.

Omnia tempus habent, & ſuis ſpatiis tranſeunt vniuerſa ſub cælo. † 3,1.

Tempus omnis rei tunc erit. 17.

Quid putas cauſæ eſt, quòd priora tempora meliora fuere quàm nunc ſunt? † 7,11.

Tempus, & reſponſionem cor ſapientis intelligit. † 8,5.

Tempus putationis aduenit. Cant.2,12.

Conſummatus in breui, expleuit tempora multa. Sap.4,13.

Fili conſerua tempus, & deuita à malo. Eccli.4,23.

Neſcit quòd tempus præteriet, & mors appropinquet, & relinquat omnia aliis, & morietur. † 11,20.

A manè vſque ad veſperam immutabitur tempus, & hæc omnia citata in oculis Dei. † 18,26.

In medio inſenſatorum ſerua verbum tempori. † 27,13.

Immutauit tempora, & dies Feſtos ipſorum, & in illis dies feſtos celebrauerunt ad horam. † 33,9.

Feſtina tempus, & memento finis. † 36,10.

Omnia in tempore ſuo quærentur. † 39,26.

Luna in omnibus in tempore ſuo, oſtenſio temporis, & ſignum æui. † 43,6.

Propè eſt vt veniat tempus eius, & dies eius non elongabuntur. Iſa.14,1.

Vocauit aduerſum me tempus, vt contereret electos meos. Thren.1,15.

In tempora longa iſte prophetat. Ezech. 12,27.

Tempus redimitis, ſcientes quòd receſſerit à me ſermo. Dan.2,8.

Ipſe mutat tempora, & ætates: transfert regna atque conſtituit. 21.

Eſt Deus in cælo reuelans myſteria, qui indicauit tibi rex Nabuchodonoſor, quæ ventura ſunt in nouiſſimis temporibus. 28.

Septem tempora mutentur ſuper eum. † 4,13.

Tribus temporibus in die flectebat [Daniel] genua ſua, & adorabat. † 6,10.

Putabit quòd poſſit mutare tempora, & leges, & tradentur in manu eius vſque ad tempus, & tempora, & dimidium temporis. † 7,25.

Veniet tempus quale non fuit ab eo ex quo gentes eſſe cœperunt. † 12,1.

Numquid tempus vobis eſt, vt habitetis in domibus laqueatis, & domus iſta deſerta? Agg. 1,4.

Tempus meum nondum aduenit. Ioan.7,6.

Tanto tempore vobiscum sum,& non cognouistis me? † 14,9.

Non est vestrum nosse tempora,vel momenta quæ Pater posuit in sua potestate. Act. 1,7.

Definiens statuta tempora, & terminos habitationis eorum. † 17,26.

Tempus breue est: reliquum est, vt & qui habent vxores, tamquam non habentes sint. 1.Cor.7,29.

Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te. 2.Cor.6,2.

In dispensatione plenitudinis temporum. Ephes.1,10.

De temporibus autem & momentis, fratres, non indigetis vt scribamus vobis. 1.Thess.5,1.

Et gratiam, quæ data est nobis in Christo Iesu ante tempora sæcularia. 2.Tim.1,9.

Instabunt tempora periculosa: erunt homines seipsos amantes,cupidi,elati,superbi.2.Tim.3,1.

In nouissimo tempore venient illusores secundùm desideria sua ambulantes in impietatibus. Iudæ v.18.

Tempus non erit ampliùs. Apoc.10,6.

Vbi alitur per tempus, & tempora, & dimidium temporis,à facie serpentis. † 12,14.

TEMVLENTVS.

Aestimauit ergo eam Heli temulentam. 1.Reg.1,13.

Cùm temulentus fuerit Amnon vino,& dixero vobis, Percutite eum, & interficite eum: nolite timere,ego enim sum qui præcipio.2.Reg.13,28.

Benadad autem bibebat temulentus in vmbraculo suo,& reges triginta duo cum eo, qui ad auxilium eius venerant. 3.Reg.20,16.

TENAX.

Viro cupido & tenaci sine ratione est substantia, & homini liuido ad quid aurum? Eccli.14,3.

Ptolomæus, *&c.* iusti tenax erga Iudæos esse constituit. 2.Mach 10,12.

TENDO.

Tetendit [Moyses] manus ad Dominum: & cessauerunt tonitrua & grando. Exod.9,33.

Tetendit enim aduersus Deum manum suam. Iob 15,25.

Quis posuit mensuras eius [terræ] si nosti? vel quis tetendit super eam lineam? † 38,5.

Manus meæ tetenderunt cælos, & omni militiæ eorum mandaui. Isa.45,12.

Non tendat qui tendit arcum suum, & non ascendat loricatus. Ier.51,3.

Tetendit arcum suum quasi inimicus, firmauit dexteram suam quasi hostis. Thren.2,4.

TENDICVLA.

Insidiemur sanguini, abscondamus tendiculas contra insontem, *&c.* ne ambulet cum eis. Prou.1,11.

TENEBRAE.

Extende manum tuam in cælum,& sint tenebræ super terram Aegypti tam densæ, vt palpari queant. Exod.10,21.

Impij in tenebris conticescent. 1.Reg.2,9.

Fugerunt in tenebris. 4.Reg.7,7.

In tenebris sedeo, & lumen cæli non video? Tob.5,12.

Tenebræ fatigauerunt eos. Iudith 9,7.

Fuitque dies illa tenebrarum, & discriminis, tribulationis, & angustiæ, & ingens formido super terram. Esth.11,8.

Dies illa vertatur in tenebras. Iob 3,4.

Per diem incurrent tenebras, & quasi in nocte, sic palpabunt in meridie. † 5,14.

Antequam vadam & non reuertar ad terram tenebrosam,& opertam mortis caligine. † 10,21.

Non credit quòd reuerti possit de tenebris ad lucem. † 15,22.

Expellet eum de luce in tenebras, & de orbe transferet eum. † 18,18.

Omnes tenebræ absconditæ sunt in occultis eius. † 20,26.

Rursum post tenebras spero lucem. † 17,12.

Putabas te tenebras non visurum. † 22,11.

Sic in tenebris quasi in luce ambulant. † 24,17.

Nos quippe inuoluimur tenebris. † 37,19.

Posuit tenebras latibulum suum. Psal.17,12.

Deus meus illumina tenebras meas. 29.

Contexerunt me tenebræ. † 54,6.

Numquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua? † 87,13.

Posuisti tenebras,& facta est nox. † 103,20.

Misit tenebras, & obscurauit. † 104,28.

Forsitan tenebræ conculcabunt me. † 138,11.

Tenebræ non obscurabuntur à te, & nox sicut dies illuminabitur, sicut tenebræ eius, ita & lumen eius. 12.

Si annis multis vixerit homo, meminisse debet tenebrosi temporis. Eccles.11,8.

Antequam tenebrescat sol, & lumen, & luna, & stellæ,& reuertantur nubes post pluuiã.† 12,2.

Percussi sunt autem cæcitate, sicut illi in foribus iusti, cùm subitaneis cooperti essent tenebris, vnusquisque transitum ostij sui quærebat. Sap. 19,16.

Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum: ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras. Isa.5,20.

Tenebræ & palpatio factæ sunt super speluncas vsque in æternum. † 32,14.

Induam cælos tenebris,& saccum ponam operimentum eorum. † 50,3.

Qui ambulauit in tenebris,& non est lumen ei, speret in nomine Domini, & innitatur super Deum suum. 10.

Orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt sicut meridies. † 58,10.

Tenebræ operient terram, & caligo populos: super

super te autem orietur Dominus, & gloria eius in te videbitur. † 60,2.

In tenebrosis collocauit me, quasi mortuos sempiternos. Thren.3,6.

Inimicos eius persequentur tenebræ. Nah.1,8.

Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine. Matth.10,27.

A sexta autem hora tenebræ factæ sunt super vniuersam terram. † 27,45.

Quæ in tenebris dixistis, in lumine dicentur. Luc.12,3.

Erat autem ferè hora sexta, & tenebræ factæ sunt in vniuersam terram. † 23,44.

Lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Ioan.1,5.

Ambulate dum lucem habetis, vt non vos tenebræ comprehendant, & qui ambulat in tenebris nescit quò vadat. † 12,35.

Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. Ephes.5,8.

Vos autem fratres non estis in tenebris, vt vos dies illa tamquam fur comprehendat: omnes enim vos filij lucis estis, & filij diei. Non sumus noctis, neque tenebrarum. 1.Thess.5,5.

Si dixerimus quoniam societatem habemus cum eo, & in tenebris ambulamus, mentimur. 1.Ioan.1,6.

TENEO.

Erat ibi mulier magna, quæ tenuit eum, vt comederet panem. 4.Reg.4,8.

Tenuisti manum dexteram meam. Psal.72,24.

Tenui eum, nec dimittam. Cant.3,4.

Et cùm audissent sui, exierunt tenere eum: dicebant enim quoniam in furorem versus est. Mar.3,21.

Mysterium operatur iniquitatis, tantùm vt qui tenet nunc teneat. 2.Thess.2,7.

Tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam. Apoc.3,1.

TENER.

Tenera mulier & delicata, quæ super terram ingredi non valebat, nec pedis vestigium figere. Deut.28,56.

Ipse est quasi tenerrimus ligni vermiculus, qui octingentos interfecit impetu vno. 2.Reg.23,8.

Salomonem filium meum elegit Deus, adhuc puerum & tenellum. 1.Par.29,1.

Super vnam quidem innitebatur, quasi præ delicijs, & nimia teneritudine corpus suum ferre non sustinens. Esth.15,6.

Filius fui patris mei, tenellus, & vnigenitus coram matre mea. Prou.4,3.

Repleuit ventrem suum teneritudine mea, & eiecit me. Ier.51,34.

TENTO.

Tentatio Eua. Gen.3,1.

Tentauit Deus Abraham, *&c.* Tolle filium tuum vnigenitum quem diligis Isaac, & offer eum in holocaustum. † 22,1.

Tentationibus occurrendum. Exod.13,17.

Tentatorũ voces audaces, & ingratæ. † 14,10.

Tentauit eum, dicens: Si audieris vocem Domini Dei tui. † 15,26.

Tentem eum: vtrùm ambulet in lege mea an non. † 16,4.

Cur tentatis Dominum? † 17,2.

Vocauit nomen loci illius, Tentatio: propter iurgium filiorum Israel. 7.

Tentauerunt me iam per decem vices. Numer.14,22.

Tentationes tendentium ad perfectionem. † 21,5.

Tentat vos Dominus Deus vester, vt palàm fiat vtrùm diligatis eum an non, in toto corde, & in tota anima vestra. Deut.13,3.

Non tentabis Dominum Deum tuum, sicut tentasti in loco tentationis. † 6,16.

Tentatio Dei. Si quidem per viam finium suorum ascenderit contra Bethsames, ipse fecit nobis hoc malum grande, sin autẽ minimè. 1.Reg.6,9.

Cœpit [David] tentare si armatus posset incedere. † 17,39.

Tentationi restitit Dauid. Cogitaui, vt occiderem te, sed pepercit tibi oculus meus. Dixi enim: Non extendam manum meam in Dominum meum. † 24,11.

Regina Saba audita fama Salomonis, venit tentare eum in ænigmatibus. 3.Reg.10,1.

In legatione principum Babylonis, qui missi fuerant ad eum [Ezechiam] vt interrogarent de portento, quod acciderat super terram, dereliquit eum Deus, vt tentaretur, & nota fierent omnia quæ erant in corde eius. 2.Par.32,31.

Hanc autem tentationem ideò permisit Dominus euenire illi, vt posteris daretur exemplum patientiæ eius, sicut & sancti Iob. Tob.2,12.

Quia acceptus eras Deo, necesse fuit vt tentatio probaret te. † 12,13.

Et qui estis vos qui tentatis Dominum? Iudith 8,11.

Vt memores sint quia tentati sunt patres nostri, vt probarentur, si verè colerent Deum suum. † 8,21.

Illi autem qui tentationes non susceperunt cum timore Domini, & impatientiam suam, & improperium murmurationis suæ contra Dominum protulerunt, exterminati sunt. 24.

In te eripiar à tentatione, & in Deo meo transgrediar murum. Psal.17,30.

Proba me Domine, & tenta me: vre renes meos & cor meum. † 25,2.

Tentauerunt Deum in cordibus suis, vt peterent escas animabus suis, *&c.* Numquid poterit Deus parare mensam in deserto? † 77,18.

Tentauerunt & exacerbauerunt Deum excelsum. 56.

Tentauerunt me patres vestri, probauerunt & viderunt opera mea. † 94,9.

Tentauerunt Deum in inaquoso. † 105,14.

Inuenitur ab his qui non tentant illũ. Sap.1,2.

Tentemus quæ ventura sunt illi. † 2,17.

Deus tentauit eos, & inuenit illos dignos se. † 3,5.

Tetigit autem tunc & iustos tentatio mortis, & commotio facta est multitudinis; sed non diu permansit ira tua. † 18,20.

Erat enim sola tentatio iræ sufficiens. 25.

Fili, accedens ad seruitutem Dei sta in iustitia, & timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Deprime cor tuum, & sustine, inclina aurem, & suscipe verba intellectus: & ne festines in tempore obductionis. Sustine sustentationes Dei, coniungere Deo, & sustine, vt crescat in nouissimo vita tua. Omne quod tibi applicitum fuerit, accipe, & in dolore sustine, & in humilitate tua patientiam habe: quoniam in igne probatur aurum & argentum, homines verò receptibiles in camino humiliationis. Crede Deo, & recuperabit te, & dirige viam tuam, & spera in illum. Serua timorem illius, & in illo veterasce. Eccli.2,1.

Timenti Dominum non occurrent mala, sed in tentatione Deus illum conseruabit. † 33,1.

Qui non est tentatus, quid scit? vir in multis expertus cogitabit multa, & qui multa didicit, enarrabit intellectum. † 34,9.

Fili, in vita tua tenta animam tuam: & si fuerit nequam, non des illi potestatem. † 37,30.

In carne eius [Abrahæ] stare fecit testamentum, & in tentatione inuentus est fidelis. † 44,21.

Et dixit Achaz: Non petam [signum] & non tentabo Dominum. Isaiæ 7,12.

Tenta nos obsecro seruos tuos diebus decem, & dentur nobis legumina ad vescendum. Daniel.1,12.

Ductus est Iesus in desertum à spiritu, vt tentaretur à diabolo. Matth.4,1.

Non tentabis Dominum Deum tuum. 7.

Vigilate & orate, vt non intretis in tentationem. † 26,41.

Regressus est à Iordane, & agebatur à Spiritu in desertum, & tentabatur à diabolo. Lucæ 4,2.

Et consummata omni tentatione, diabolus recessit ab illo vsque ad tempus. 13.

Vos autem estis qui permansistis mecum in tentationibus meis. † 22,28.

Hoc autem dicebat tentans eum. Ioan.6,6.

Hoc autem dicebant tentantes eum, vt possent accusare eum. † 8,6.

Anania, cur tentauit satanas cor tuũ? Act.5,3.

Quid vtique conuenit vobis tentare spiritum Domini? 9.

Neque tentemus Christum: sicut quidam eorum tentauerunt, & à serpentibus perierunt. 1.Cor.10,9.

Tentatio vos non apprehendat nisi humana. 13.

Fidelis autem Deus est, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione prouentum vt possitis sustinere. 13.

Vosmetipsos tentate si estis in fide: ipsi vos probate. 2.Cor.13,5.

Tentationem vestram in carne mea non spreuistis. Gal.4,14.

Huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans teipsum ne & tu tenteris. † 6,1.

Ne fortè tentauerit vos is, qui tentat: & inanis fiat labor noster. 1.Thes.3,5.

In eo enim in quo passus est ipse & tentatus, potens est & eis qui tentantur, auxiliari. Heb.2,18.

Non enim habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris: tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato. † 4,15.

Omne gaudium existimate fratres, cùm in tentationes varias incideritis. Iac.1,2.

Beatus vir, qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ. 12.

Deus enim intentator malorum est: ipse autem neminem tentat. Iac.1,13.

Modicum nunc si oportet contristari in variis tentationibus. 1.Pet.1,6.

Nouit Dominus pios de tentatione eripere. 2.Pet.2,9.

Ecce missurus est diabolus aliquos ex vobis in carcerem, vt tentemini. Apoc.2,10.

Quoniam seruasti verbum patientię meæ, ego seruabo te ab hora tentationis. † 3,10.

TENTORIVM.

Fixis tentoriis, appellauit nomen loci illius, Socoth, id est, tabernacula. Gen.33,17.

Facies & tentorium in introitum tabernaculi. Exod.26,36.

In introitu verò atrij fiet tentorium cubitorum viginti. † 27,16.

Fugerunt in tenebris, & dereliquerunt tentoria sua, & equos & asinos in castris. 4.Reg.7,7.

Pendebant ex omni parte tentoria aërij coloris. Esther 1,6.

Si voluerit extendere nubes quasi tentorium suum. Iob 36,29.

Nec ponet ibi tentoria Arabs, nec pastores requiescent ibi. Isaiæ 13,20.

Dilata locum tentorij tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende. † 54,2.

Non est qui extendat vltrà tentorium meum, & erigat pelles meas. Ierem.10,20.

Dissipauit quasi hortum tentorium suum, demolitus est tabernaculum suum. Thren.2,6.

Pro iniquitate vidi tentoria Aethiopiæ, turbabuntur pelles terræ Madian. Habac.3,7.

TENVIS.

Spicæ tenues & percussæ vredine oriebantur. Gen.41,6.

Ego autem sum vir pauper & tenuis. 1.Regum 18,23.

Post ignem sibilus auræ tenuis. 3.Reg.19,12.

Mittet dominator Dominus exercituum in pinguibus eius tenuitatem. Isaiæ 10,16.

Erit sicut puluis tenuis multitudo ventilantium te. † 29,5.

TEPIDVS.

Vtinam frigidus esses aut calidus: sed quia tepidus es, & nec frigidus, nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo. Apoc.3,16.

TER.

Ter in anno apparebit omne masculinum tuum coram Domino. Exod 23,17.

Confundet te in cibis suis, donec te exinaniat bis & ter. Eccli.13,8.

Deiecit de cælo ignem ter. † 48,3.

Ter me negabis. Matth.26,34.

Factum est per ter. Act.10,16.

Ter virgis cæsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci. 2.Cor.11,25.

Stimulus carnis meæ, *&c.* ter Dominum rogaui vt discederet à me. † 12,8.

TEREBINTHVS.

Ego quasi terebinthus extendi ramos meos. Eccli.24,22.

Adhuc in ea decimatio, & conuertetur, & erit in ostensionē sicut terebinthus. Isa.6,13. Osee 4,13.

TERGO.

Mulieris adulteræ, quæ comedit, & tergens os suum dicit: Non sum operata malū. Prou.30,20.

Lacrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat. Lucæ 7,38.

TERGVM.

Priora dimittens post tergum. Exod.14,19.

Aspiciebantque tergum Moysi, donec ingrederetur tentorium. † 33,8.

Nolite recedere à tergo Domini. 1.Reg.12,20.

Verterunt ad me terga, & non facies, cùm docerem eos diluculo. Ierem.32,33.

TERMINVS.

Issachar asinus fortis, accubans inter terminos. Gen.49,14.

Constituensque terminos populo per circuitum. Exod.19,12, 24.

Ponam autem terminos tuos à Mari rubro vsque ad Mare Palæstinorum. † 23,31.

Termini terræ promissionis. Num.34,2. Iosf.1,4.

Cùm autem dilatauerit Dominus terminos tuos. Deut.19,8.

Non assumes, & transferes terminos proximi tui, quos fixerunt priores in possessione tua. 14.

Maledictus qui transfert terminos proximi sui. † 27,17.

Constituit terminos populorum, iuxta numerum filiorum Israel. † 32,8.

Conuocauerunt [Moabitæ] omnes qui accincti erant balteo desuper, & steterunt in terminis. 4.Reg.3,21.

Ipse restituit terminos Israel ab introitu Emath vsque ad mare solitudinis. † 14,25.

Constituisti terminos eius qui præteriri non poterunt. Iob 14,5.

Alij terminos transtulerunt, diripuerunt greges. † 24,2.

Terminum circumdedit aquis. † 26,10.

Vt ducas vnumquodque ad terminos suos. † 38,20.

Tu fecisti omnes terminos terræ. Psal.73,17.

Terminum posuisti quem non transgredientur: neque conuertentur operire terram. † 103,9.

Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui. Prou.22,28.

Facti sunt principes Iuda quasi assumentes terminum. Osee 5,10.

Ad optima quæque regna horum: si latior terminus eorum termino vestro est? Amos 6,2.

Vsque ad terminum emiserunt te. Abd.v.7.

Vocabuntur termini impietatis. Malach 1,4. Heb.4,7.

TERO.

Non ligabis os bouis terentis. Deut.25,4.

Homo apostata, *&c.* annuit oculis, terit pede, digito loquitur, prauo corde machinatur malum. Prou.6,13.

Scopabo eam in scopa terens. Isaiæ 14,23.

TERRA.

Terra autem erat inanis & vacua. Gen.1,2.

Terram in qua dormis, tibi dabo & semini tuo. † 28,13.

Terra Aegypti in conspectu tuo est: in optimo loco fac eos habitare. † 47,5.

Præter terram sacerdotum, quæ à rege tradita fuerat eis. 22.

Locus enim in quo stas, terra sancta est. Exodi 3, 5.

In terram, quæ fluit lacte & melle. 8.

Venimus ad terram ad quam misisti nos, quæ reuerà fluit lacte & melle. Num.13,28.

Non videbunt terram pro qua iuraui patribus eorum. † 14,23,30.

Vt aperiens terra os suum deglutiat eos, & omnia quæ ad illos pertinent. † 16,30.

Transibo igitur & videbo terram hanc optimam trans Iordanem, & montem istum egregium, & Libanum. Deut.3,25.

Terram riuorum, aquarumque & fontium. † 8,7.

Terra, quam calcauit pes tuus, erit possessio tua & filiorum tuorum in æternum: quia secutus es Dominum Deum meum. Iosf.14,9.

Terram australem & arentem dedisti mihi, iunge & irriguam. † 15,19.

Sorte

Sorte diuisit omnem Terram, &c. Multæque adhuc supersunt nationes. † 13,4.

Quòd si etiam in terram se abstruserit, perscrutabor eum in cunctis millibus Iuda. 1.Regum 23,23.

Scissa veste & terra pleno capite. 2.Reg.15,32.

Mittens lapides aduersus eum, terramque spargens. 2.Reg.16,13.

Appellauit eas [ciuitates] terram Chabul. 3.Reg.9,13.

Terram panis & vinearum, terram oliuarum & olei ac mellis, & viuetis, & non moriemini. 4.Reg.18,32.

Terram tuam in sanctificationem habebunt. Tob.13,14.

Dixitque cogitationem suam in eo esse, vt omnem terram suo subiugaret imperio. Iudith 2,3.

Qui commouet terram de loco suo, & columnæ eius concutiuntur. Iob 9,6.

Terra data est in manus impij, vultum iudicum eius operit. 24.

Terram miseriæ & tenebrarum. † 10,22.

Terra, de qua oriebatur panis in loco suo, igni subuersa est. † 28,5.

Domini est terra, & plenitudo eius: orbis terrarum, & vniuersi qui habitant in eo. Psal.23,1.

In terra deserta, inuia, & inaquosa, sic in sancto apparui tibi. † 62,3.

Terra dedit fructum suum. † 66,7.

Terra mota est: etenim cæli distillauerunt. † 67,9.

Terra tremuit & quieuit: cùm exurgeret in iudicium Deus. † 75,9.

Pro nihilo habuerunt terram desiderabilem. † 105,14.

Terram fructiferam in salsuginem, à malitia inhabitantium in ea. † 106,34.

Cælum cæli Domino: terram autem dedit filiis hominum. † 113,16.

Fundasti terram, & permanet. † 118,90.

Qui firmauit terram super aquas. † 135,6.

Anima mea sicut terra sine aqua tibi. † 142,6.

Laudate Dominum de terra, dracones & omnes abyssi. † 148,7.

Dominus sapientia fundauit terram. Prou. 3,19.

Terra autem in æternum stat. Eccles.1,4.

Penetrabo omnes inferiores partes terræ. Eccli.24,45.

Omnia quæ de terra sunt, in terram conuertentur. Eccli.40,11.

Terra vestra deserta, ciuitates vestræ succensæ igni. Isa.1,7.

Ad terram intuebitur, & ecce tribulatio, & tenebræ. † 8,22.

Non habebis consortium, neque cum eis in sepultura: tu enim terram tuam disperdidisti, tu populum tuum occidisti: non vocabitur in æternum semen pessimorum. † 14,20.

Dominus dissipabit terram, & nudabit eam. † 24,1.

Ipse Deus formans terram, & faciens eam, ipse plastes eius: non in vanum creauit eam: vt habitaretur, formauit eam. † 45,18.

Non dixerunt: Vbi est Dominus qui ascendere nos fecit de Terra Aegypti, qui traduxit nos per desertum, per terram inhabitabilem & inuiam. Ier.2,6.

Et induxi vos in terram Carmeli, vt comederetis fructum eius, & optima illius. 7.

Posuerunt terram eius in solitudinem. 15.

Numquid solitudo factus sum Israeli, aut terra serotina? 31.

Quomodo ponam te in filios, & tribuam tibi terram desiderabilem, hereditatem præclaram exercituum gentium? † 3,19.

Aspexi terram, & ecce vacua erat, & nihili: & cælos, & non erat lux in eis. † 4,23.

Vsquequò lugebit terra, & herba omnis regionis siccabitur, propter malitiam habitantium in ea? † 12,4.

Mittam te & matrem tuam quæ genuit te, in terram alienam, in qua nati non estis, ibique moriemini. † 22,26.

Terra, terra, terra, audi sermonem Domini. 29.

Facta est terra vestra in desolationem, & in stuporem, & in maledictum, eò quòd non sit habitator. † 44,22.

Terra in qua nullus habitet, nec transeat per eam filius hominis. † 51,43.

Præparauit terram in æterno tempore, & repleuit eam pecudibus. Baruch 3,32.

Dedero terram in uiam & desolatam, eò quòd præuaricatores extiterint. Ezech.15,8.

In terra bona super aquas multas plantata est, vt faciat frondes. † 17,8.

In terram quam prouideram eis, fluentem lacte & melle, quæ est egregia inter omnes terras. † 20,6,15.

Tu es terra immunda, & non compluta in die furoris. † 22,24.

Collocauero te in terra nouissima, sicut solitudines veteres. † 26,20.

Cùm dedero gloriam in terra viuentium, in nihilum redigam te, & non eris. 21.

Qui descenderunt incircumcisi ad terram vltimam. † 32,24.

Cùm dedero terram eorum desolatam, & desertam propter vniuersas abominationes suas. † 33,29.

De terra erit ei possessio in Israel, & non depopulabuntur vltrà principes populum meum: sed terram dabunt domui Israel secundùm tribus eorum. † 45,8.

Introibit in terram gloriosam, & multæ corruent. Dan.11,41.

Et

Et statuam eam velut terram inuiam, & interficiam eam siti. Osee 2,3.

Terra exaudiet triticum, & vinum, & oleũ. 22.

A facie eius contremuit terra, moti sunt cæli. Ioel 2,10.

Numquid super isto non commouebitur terra, & lugebit omnis habitator eius? Amos 8,8.

Terra erit in desolationem propter habitatores suos. Mich 7,13.

Posuerunt terram desiderabilem in desertum. Zach 7,14.

Conuersus est in terram suam, & cogitatio eius periit. 1. Mach. 2,63.

Existimans se præ superbia terram ad nauigandum, pelagus verò ad iter agendum deductum, propter mentis elationem. 2. Mach. 5,21.

Deprecabantur Dominum, caput terra aspergentes, lumbósque ciliciis præcincti, ad altaris crepidinem prouoluti. † 10,26.

Ascendens autem vnam nauim, quæ erat Simonis, rogauit eum à terra reducere pusillum. Luc. 5,3.

Qui de sursum venit, super omnes est. Qui est de terra, de terra est, & de terra loquitur. Ioan. 3,31.

Terra enim sæpè venientem super se bibens imbrem, & generans herbam opportunam illis à quibus colitur; accipit benedictionem à Deo, proferens autem spinas ac tribulos, reproba est, & maledicto proxima: cuius consummatio in combustionem. Confidimus autem dilectissimi de vobis meliora. Heb. 6,8.

TERRAEMOTVS.

Fugietis, sicut fugistis à facie terræmotus in diebus Oziæ. Zach. 14,5.

Viso terræmotu, & his quæ fiebant, timuerunt valdè. Matth 27,54.

Et ecce terræmotus factus est magnus. † 28,2.

Terræmotus magni erant per loca. Luc. 21,11.

Terræmotus factus est magnus, ita vt mouerentur fundamenta carceris. Act. 16,26.

Terræmotus magnus factus est. Apoc. 6,12.

Terræmotus, & decima pars ciuitatis cecidit. † 11,13.

Facta sunt fulgura & voces, & tonitrua, & terræmotus factus est magnus qualis numquam fuit. † 16,18.

TERRENVS.

Si terrena dixi vobis, & non creditis, quomodo si dixero vobis cælestia, credetis? Ioan. 3,12.

TERRIGENA.

Quique terrigenę & filij hominum. Psal. 48,2.

TERREO, TERROR, TERRIBILIS.

Terror vester ac tremor sit super cũcta animalia terræ, & super omnes volucres cæli. Gen. 9,2.

Terror Dei inuasit omnes per circuitum ciuitates. † 35,5.

Non poterant respondere fratres, nimio terrore perterriti. † 45,3.

Terribilis atque laudabilis. Exod. 15,11.

Vt terror illius esset in vobis, & non peccaretis. † 20,20.

Terrorem meum mittam in præcursum tuum, & occidam omnem populum ad quem ingredieris. † 23,27.

Hodie incipiam mittere terrorem atque formidinem tuam in populos, qui habitant sub omni cælo. Deut. 2,25.

Irruit in nos terror vester, & elanguerunt omnes habitatores terræ. Ios. 2,9.

Vir Dei venit ad me, habens vultum angelicum, terribilis nimis. Iudic. 13,6.

Fuerat enim nimio terrore perterritus. 1. Regum 31,4.

Territi sunt ergo, & surrexerunt omnes, qui inuitati fuerant ab Adonia. 3. Reg. 1,49.

Non erat pax egredienti & ingredienti, sed terrores vndique. 2. Par. 15,5.

Terrebant nos, cogitantes quòd cessarent manus nostræ ab opere, & quiesceremus. 2. Esd. 6,7.

Acceperat enim pretium, vt territus facerem & peccarem. 13.

Grandis enim cunctos Iudaici nominis terror inuaserat. Esth. 8,17.

Auroque fulgens & lapidibus pretiosus, eratque terribilis aspectu. † 15,9.

Terrores Domini militant contra me. Iob. 6,4.

Turbabit vos, & terror eius irruet super vos. † 13,11.

Sonitus terroris semper in auribus illius. † 15,12.

Terrebit eum tribulatio. † 15,24.

Terribilis, rex magnus super omnem terram. Psal. 46,3.

Dicite Deo, quàm terribilia sunt opera tua! † 65,3.

Terribilis in consiliis super filios hominum. 5.

Tu terribilis es, & quis resistet tibi? † 75,8.

Terribili, & ei qui aufert spiritum principũ. 13.

Terrores tui conturbauerunt me. † 87,17.

Terribilis super omnes qui in circuitu eius sunt. † 88,8.

Terribilis est super omnes Deos. † 95,4.

Virtutem terribilium tuorum dicent, & magnitudinem tuam narrabunt. † 144,6.

Sicut rugitus leonis, ita & terror regis. Prou. 20,2.

Terribilis vt castrorum acies ordinata. Cantic. 6,3,9.

Terribilis Dominus, & magnus vehementer, & mirabilis potentia ipsius. Eccli. 43,31.

Mille homines à facie terroris vnius: & à facie terroris quinque fugietis. Isa. 30,17.

Auditam faciet Dominus gloriam vocis suæ, & terrorem brachij sui ostendet in comminatione furoris, & flamma ignis deuorantis, allidet in turbine, & in lapide grandinis. 30.

Fortitudo eius à terrore transibit. † 31,8.
Misi super ciuitates repentè terrorē. Ier.15,8.
Vocem terroris audiuimus: formido, & non est pax. † 30,5.
Fugerunt conciti, nec respexerunt: terror vndique, ait Dominus. † 46,5.
Inducam super te terrorem. † 49,5.
Dedi terrorem meum in terra viuentium. Ezechiel.32,32.
Terror nimius irruit super eos, & fugerunt in absconditum. Dan.10,7.
Horribilis & terribilis est: ex semetipsa iudicium & onus eius egredietur. Habac.1,6.
In nullo terreamini ab aduersariis: quæ illis est causa perditionis, vobis autem salutis, & hoc à Deo. Philip.1,28.

TERTIVS.

Quidquid autem tertius inuenerit dies, ignis absumet. Leuit.7,17.
Erit Israel tertius Aegyptio & Assyrio. Isa.19,24.
In die tertia suscitabit nos. Osee 6,3.
Ducam tertiam partem per ignem. Zach.13,9. Ioan.2,1.

TERTVLLVS.

Tertullo quodam oratore, &c. citato Paulo cœpit accusare Tertullus. Act.24,1.

TESTA.

Testa saniem radebat. Iob 2,8.
Non inuenietur de fragmentis eius testa, in qua portetur igniculus de incendio. Isaiæ 30,14.
Væ qui contradicit fictori suo, testa de samiis terræ. † 45,9.

TESTIFICOR, TESTOR.

Testificatus es & iussisti. Exod.19,23.
Ponesque in arca testificationem, quam dabo tibi. † 25,16.
Nónne testificatus sum tibi per Dominum, & prædixi tibi: Quacumque die egressus ieris huc & illuc, scito te esse moriturum? 3.Reg.2,42.
Testificatus est Dominus in Israel & in Iuda, per manum omnium prophetarum & videntium. 4.Reg.17,13.
Testificationes quibus testificatus est eos. 15.
Testificabor tibi, Deus Deus tuus ego sum. Psal.49,7.
Aedificatis monumenta Prophetarum, &c. testificamini quòd consentitis operibus patrum vestrorum. Lucæ 11,48.
Habeo enim quinque fratres, vt testetur illis ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum. † 16,28.
Quòd scimus loquimur, & quod vidimus testamur. Ioan.3,11.
Et quod vidit & audiuit, hoc testatur: & testimonium eius nemo accipit. 32.
Constans esto: sicut enim testificatus es de me in Ierusalem, sic te oportet & Romæ testificari. Act.23,11.
Auxilio autem adiutus Dei vsque in hodiernum diem sto, testificans minori atque maiori, nihil extra dicens, quàm ea quæ Prophetæ locuti sunt futura, & Moyses. † 26,22.
Quibus exponebat testificans regnum Dei. † 28,23.

TESTAMENTVM.

Testamentum condit Iacob. Gen.49,2.
Testamentum Dauidis. 3.Reg.2,3. *Tobiæ.* Tob.1,2.
Memento Domine testamēti tui. Iudith 9,18.
Qui ordinant testamentum eius super sacrificia. Psal.49,5.
Respice in testamentum tuum. † 73,20.
Disposui testamentum electis meis. † 88,4.
Testamentum meum fidele ipsi. 29.
Euertisti testamentum serui tui. 40.
Et iustitia eius in filios filiorum, his qui seruant testamentum eius. † 102,8.
Memor fuit in sæculum testamenti sui, &c. quod disposuit ad Abraham. † 104,9.
Memor erit in sæculū testamenti sui. † 110,6.
Sta in testamento tuo, & in illo colloquere. Eccli.11,21.
Memor esto quoniam mors non tardat, & testamentum inferorum quia demonstratum est tibi. † 4,12.
Longè enim est testamentum à quibusdam. † 16,22.
Testamentum æternum constituit cum illis, & iustitiam, & iudicia sua ostendit illis. † 17,10.
Non sunt absconsa testamenta per iniquitatem illorum, & omnes iniquitates illorum in conspectu Dei. 17.
Testamenta sæculi posita sunt apud illum, ne deleri posset diluuio omnis caro. † 44,19.
In carne eius [Abrahæ] stare fecit testamentum, & in tentatione inuentus est fidelis. 21.
Et testamentum Dauid regi. † 45,31.
Statuam illis testamentum alterum sempiternum, vt sim illis in Deum. Baruch 2,34.35.
Ne dissipes testamentum tuum. Dan.3,35.
Cor eius aduersum testamentum sanctum. † 11,28.
Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu. Zach.9,11.
Exierunt ex Israel filij iniqui, & suaserunt multis dicentes: Eamus & disponamus testamentum cum Gentibus. 1 Mach.1,12.
Omnis qui zelum habet legis, statuens testamentum, exeat post me. † 2,27.
Date animas vestras pro testamento patrum vestrorum. 50.
Fratres mei, modico nunc dolore sustentato, sub testamento æternæ vitæ effecti sunt. 2.Machab.7,36.
Et si non propter eos, propter testamentum tamen quod erat ad patres eorum, & propter inuoca-

uocationem sancti & magnifici nominis eius super ipsos. † 8,15.
Hic est calix nouum testamentum in sanguine meo, qui pro vobis fundetur. Lucæ 22,20.
Qui sunt Israelitæ, quorum adoptio est filiorum, & gloria, & testamentum, & legislatio, & obsequium, & promissa. Rom. 9,4.
Et hoc illis à me testamentum, cùm abstulero peccata eorum. † 11,27.
Hominis confirmatum testamentum nemo spernit aut superordinat. Gal. 3,15.
Abraham duos filios habuit, &c. hęc enim sunt duo testamenta. Gal. 4,24.
In tantum melioris testamenti sponsor factus est Iesus. Heb 7,22.
Nunc autem melius sortitus est ministerium, quantò & melioris testamenti mediator est. † 8,6.
Et ideò noui testamenti mediator est. † 9,15.
Vbi enim testamentum est, mors necesse est intercedat testatoris. 16.
Testamentum enim in mortuis confirmatum est. 17.
Testamenti noui mediatorem Iesum, & sanguinis aspersionem meliùs loquentem quàm Abel. † 12,24.

TESTIMONIVM.

Testimonium quoniam ego fodi puteum istum. Gen. 21,30.
Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium. Exod. 20,14.
Ad vnius testimonium nullus condemnabitur. Num. 35,30.
Et hæc testimonia, & ceremonię, atque iudicia, quæ locutus est ad filios Israel. Deut. 4,45. † 5,1.
Nemo occidatur vno contra se dicente testimonium. † 17,6.
Sed in testimonium inter nos & vos & sobolem nostram, vestramque progeniem vt seruiamus Domino. Iosue 22,27.
Testimonium nostrum, quòd Dominus ipse est Deus. 34.
En lapis iste erit vobis in testimonium, quòd audierit omnia verba Domini. Iosue 24,27.
Hoc erat testimonium cessionis. Ruth 4,7.
Posuit super eum diadema, & testimonium. 4. Reg. 11,12.
Deus Israel, cui tu testimonium dedisti. Iudith 13,27.
Oculus videns testimonium reddebat mihi. Iob 29,11.
Suscitauit testimonium in Iacob. Psal. 77,5.
Testimonium in Ioseph posuit illud. † 80,6.
Testimonia tua credibilia facta sunt nimis. † 92,5.
Custodiebant testimonia eius. † 98,7.
Testimonia tua exquisiui. † 118,22.
Custodiuit anima mea testimonia tua, & dilexit ea vehementer. 167.
Testimonium Israel ad confitendum nomini Domini. † 121,4.
Quibus in testimonium nequitiæ fumigabunda constat deserta terra. Sap. 10,7.
Da testimonium his qui ab initio creaturæ tuæ sunt. Eccli. 36,17.
Testimonium præbuit [Samuel] in conspectu Domini, & Christi. Eccli. 46,22.
Liga testimonium, signa legem in discipulis meis. Isaiæ 8,16.
Quòd si nolueris, dicemus contra te testimonium, quòd fuerit tecum iuuenis. Dan. 13,21.
Tu scis quoniam falsum testimonium tulerunt contra me. 43.
Quærebant falsum testimonium contra Iesum, vt eum morti traderent. Matth. 26,59.
Non erat conueniens testimonium illorum. Mar. 14,59.
Omnes testimoniũm illi dabant, & mirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore ipsius. Lucæ 4,22.
Vt testimonium perhiberet de lumine. Ioannis 1,8.
Si ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum non est verum. † 5,31.
Et si ego testimonium perhibeo de meipso, verum est testimonium meum, quia scio vnde veni, & quò vado. † 8,14.
Ille Paraclitus testimonium perhibebit de me, & vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis. † 15,27.
Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his & scripsit hæc, & scimus quia verum est testimonium eius. † 21,24.
Testimonium perhibente verbo gratiæ suæ, dante signa & prodigia fieri per manus eorum. Act. 14,3.
Non sine testimonio semetipsum reliquit, benefaciens de cælo, dans pluuias & tempora fructifera, implens cibo & lætitia corda nostra. 16.
Exi velociter de Ierusalem: quoniam non recipient testimonium tuum de me. † 22,18.
Creditum est testimonium nostrum super vos in die illo. 2. Thes. 1,10.
Oportet autem illum [Episcopum] & testimonium habere bonum ab iis qui foris sunt. 1. Timoth. 3,7.
Ante translationem enim testimonium habuit [Henoch] placuisse Deo. Heb. 11,5.
Aurum & argentum vestrum æruginauit: & ærugo eorum in testimonium vobis erit, & manducabit carnes vestras sicut ignis. Iac. 5,3.
Tres sunt qui testimonium dant in cælo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus. 1. Ioan. 5,7.
Sed & nos testimonium perhibemus, & nosti quoniam testimonium nostrum verum est. 3. Ioan. v. 12.
Qui testimoniũ perhibuit verbo Dei. Apoc. 1,2.

TESTIS.

Nullus sermonis nostri testis est absque Deo, qui præsens respicit. Gen.31,50.

Testes inuoco hodie cælum & terram, citò perituros vos esse de Terra, quam transito Iordane possessuri estis. Deut.4,26.

Falsum testem dixisse contra fratrem suum mendacium; reddent ei sicut fratri suo facere cogitauit. † 19,18.

Testes inuoco hodie cælum & terram, quòd proposuerim vobis vitam & mortem. † 30,19.

Testes vos estis, quia ipsi elegeritis vobis Dominum, vt seruiatis ei. Responderuntque: Testes. Nunc ergo, ait, auferte deos alienos de medio vestri, & inclinate corda vestra ad Dominũ Deum Israel. Iosu.24,22,27.

Testes vos estis hodie quòd possederim omnia quæ fuerunt Elimelech. Ruth 4,9.

Testis est Dominus aduersum vos, & testis Christus eius in die hac, quòd non inueneritis in manu mea quippiam? & dixerunt: Testis. 1.Regum 12,5.

Instauras testes tuos contra me. Iob 10, 17.

Ecce enim in cælo testis meus, & conscius meus in excelsis. † 6,20.

Insurrexerunt in me testes iniqui: & mentita est iniquitas sibi. Psal.26,12.

Surgentes testes iniqui, quæ ignorabam interrogabant me. † 34,11.

Testis in cælo fidelis. † 88,38.

Qui autem testis est repentinus concinnat linguam mendacij. Prou.12,19.

Testis fidelis non mentitur. † 14,5.

Falsus testis non erit impunitus, & qui loquitur mendacia, peribit. † 19,9.

Ex iniquis enim somnis, filij, qui nascuntur, testes sunt nequitiæ aduersus parentes in interrogatione sua. Sap.4,6.

Adhibui mihi testes fideles, Vriam sacerdotem, & Zachariam filium Barachiæ. Isa.8,2.

Dent testes eorum, iustificentur, & audiant, & dicant: Verè. Vos testes mei dicit Dominus, & seruus meus quem elegi: vt sciatis & credatis mihi. † 43,9.

Ipsi sunt testes eorum, quia non vident, neque intelligunt, vt confundantur. † 44,9.

Testem populis dedi eum: ducem ac præceptorem Gentibus. † 55,4.

Sit Dominus inter nos testis veritatis, & fidei, si non iuxta omne verbum in quo miserit te Dominus Deus tuus ad nos, sic faciemus. Ier.42,5.

Huius rei testes sumus. Dan.13,40.

Iudas autem testis descendit cum Deo, & cum sanctis fidelis. Osee 11,12.

Sit Dominus Deus vobis in testem. Michee 1,2.

Accedam ad vos in iudicio, & ero testis velox maleficis, & adulteris, & periuris, & qui calumniantur mercedem mercenarij. Mal.3,5.

Moriamur omnes in simplicitate nostra, & testes erunt super nos cælum & terra, quòd iniustè perditis nos. 1.Mach.2,37.

Vos autem testes estis horum. Luc.24,48.

Eritis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudæa & Samaria. Act.1,8.

Testem resurrectionis eius nobiscum fieri vnum ex istis. 22.

Cuius nos testes sumus. † 3,15.

Statuerunt falsos testes qui dicerent: Homo iste non cessat loqui verba aduersus locum sanctum & legem. † 6,13.

Testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes adolescentis, qui vocabatur Saulus. † 7,57.

Nos testes sumus omnium quæ fecit in regione Iudæorum. † 10,39.

Inuenimur autem & falsi testes Dei. 1.Cor.15,15.

Testem Deum inuoco in animam meam, quòd parcens vobis non veni vltrà Corinthum. 2.Cor.1,23.

In ore duorum vel trium testium stabit omne verbum. † 13,1.

Testis enim mihi est Deus quomodo cupiam omnes vos in visceribus Iesu Christi. Philip.1,8.

Vos testes estis & Deus, quàm sanctè & iustè, & sine querela vobis, qui credidistis, fuimus. 1.Thess.2,10.

Quæ audisti à me per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus. 2.Tim.2,2.

Ideoque & nos tantam habentes impositam nubem testium. Heb.12,1.

Et à Iesu Christo qui est testis fidelis. Apoc.1,5.

Hæc dicit: Amen, testis fidelis & verus, qui est principium creaturæ Dei. † 3,14.

Dabo duobus testibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta amicti saccis. † 11,3.

TETRARCHA.

Audiuit Herodes tetrarcha famam Iesu. Matth.14,1. Act.13,1.

TEXO.

Textura & cuncta operis varietas erit ex auro. Exod.28,8.

Destruxit quoque [Iosias] ædiculas effeminatorum, quæ erant in domo Domini, pro quibus mulieres texebant quasi domunculas luci. 4.Regum 23,7.

Anna verò vxor eius ibat ad opus textrinum quotidie. Tob.2,19.

Dies mei velociùs transierunt quàm à texente tela succiditur. Iob 7,6.

Confundentur qui operabantur linum, pectentes & texentes subtilia. Isa.19,9.

THABOR.

Quales fuerunt viri quos occidistis in Thabor? Iudic.8,18.

Tha-

Thabor & Hermon in nomine tuo exultabunt. Psal.88,14.

Sicut Thabor in montibus, & sicut Carmelus in mari veniet. Ier.46,18. Osee 5,1.

THADDAEVS.

Iacobus Alphæi, & Thaddæus. Matth.10,3.

THALAMVS.

Quasi in thalamo tota die morabitur. Deut. 33,12.

Et ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo. Psal.18,6.

Thalamum vno calamo in longum, & vno calamo in latum. Ezech.40,7.

Egrediatur sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo. Ioel 2,16.

THAMAR.

Fornicata est Thamar nurus tua. Gen.38,24.

Oderat enim Absalom Amnon, eò quòd violasset Thamar sororem suam. 2.Reg.13,22.

Mansit itaque Thamar contabescens in domo Absalom. 20. Matth.1,5.

THAMNATHA.

Descendit ergo Samson in Thamnatha. Iudic.14,1. † 15,6.

THAMNATHSARE.

Sepelieruntque eum [Iosue] in finibus possessionis suæ in Thamnathsare. Ios.24,30.

THARACA.

Cumque audisset de Tharaca rege Aethiopiæ, dicentes: Ecce egressus est, vt pugnet aduersum te. 4.Reg.19,9.

THARE.

Thare genuit Abram, *&c.* mortuusque est Aran ante Thare patrem suum. Gen.11,27.

Facti sunt dies Thare ducentorum quinque annorum, & mortuus est in Haran. 32.

Thare pater Abraham, seruieruntque diis alienis. Ios.24,2. Luc.3,34.

THARSIS.

Classis regis per mare cum classe Hiram semel per tres annos ibat in Tharsis, deferens inde aurum. 3.Reg.10,22.

Prædauitque [Holofernes] omnes filios Tharsis. Iudith 2,13.

In spiritu vehementi conteres naues Tharsis. Psal.47,8.

Reges Tharsis & insulæ munera offerent. † 71,10.

Dies Domini exercituum super omnem superbum, *&c.* & super omnes naues Tharsis. Isa.2,16.

Argentum inuolutum de Tharsis affertur. Ier.10,9. Ezech.38,13.

Surrexit Ionas vt fugeret in Tharsis. Ionæ 1,3. † 4,2.

THAV.

Et signa thau super frontes virorum gementium, & dolentium super cunctis abominationibus, quæ fiunt in medio eius. Ezech.9,4.

Omnem autem super quem videritis thau, ne occidatis. 6.

THEATRVM.

Impetu fecerunt vno animo in theatrum. Act.19,29,31.

THEBES.

Venit [Abimelech] ad oppidum Thebes, quod circumdans obsidebat exercitu. Iudic.9,50. 2.Reg.11.

THECEL.

THECEL, appensus es in statera, & inuentus es minus habens. Dan.5,27.

THECVA.

In Thecua clangite buccina, & super Bethacaren leuate vexillum. Ier.6,1.

Verba Amos, qui fuit in pastoribus de Thecue. Amos 1,1.

THECVITIS.

Dixitque mulier Thecuitis ad regem: In me, Domine mi rex, sit iniquitas. 2.Reg.14,9.

THEGLATHPHALASAR.

Perrexitque rex Achaz in occursum Teglathphalasar regi Assyriorum in Damascum. 4.Regum 16,10. 1.Par.5,26.

THEMA.

Considerate semitas Thema. Iob 6,19.

THEODAS.

Extitit Theodas dicens se esse aliquem. Act. 5,36.

THEOPHILVS.

Ex ordine tibi scribere, optime Theophile. Luc.1,3. Act.1,1.

THERAPHIM.

Fecit Ephod, & Theraphim. Iudic.17,5.

Siue altari, siue ephod, & siue theraphim. Osee 3,4.

THERISTRVM.

Depositis viduitatis vestibus, assumpsit [Thamar] theristrum: & mutato habitu sedit in biuio. Gen.38,14. Isa.3,23.

THERSA.

Dormiuit ergo Baasa cum patribus suis, sepultusque est in Thersa. 3.Reg.16,6.

THESAVRVS.

Inundationem maris quasi lac sugent, & thesauros absconditos arenarum. Deut.33,19.

Tollens itaque Asa omne aurum, & argentum quod remanserat in thesauris domus Domini, & in thesauris domus regiæ, dedit illud in manus seruorum suorum, & misit ad Benadad. 3.Reg. 15,18. 4.Reg.7,8.

Argentum quod inueniri potuit in thesauris templi Domini, & in palatio Regis, misitque Hazaeli regi Syriæ, & recessit ab Ierusalem. 4.Regum 12,18.

Vasa quæ inuenta sunt in domo Domini, & in thesauris regis, & obsides, & reuersus est in Samariam. † 14,14.

In thesauris suis. Non fuit quod non monstraret eis Ezechias, &c. auferentur omnia quæ sunt in domo tua. † 20,13.

Protulit inde omnes thesauros domus Domini, & thesauros domus regiæ: & concîdit vniuersa vasa aurea, quæ fecerat Salomon rex Israel in templo Domini. † 24,13.

Achias erat super thesauros domus Dei, & vasa sanctorum. 1.Par.26,20.

Super thesauros autem regis fuit Asmoth. His autem thesauris qui erant in vrbibus, & in vicis, & in turribus præsidebat Ionathan. † 27,25.

Athersatha dedit in thesaurum auri drachmas mille, phialas quinquaginta, tunicas sacerdotales quingentas triginta. 2.Esd.7,70.

Intellexi malum quod fecerat Eliasib Tobiæ, vt faceret ei thesaurum in vestibulis domus Dei. Et malum mihi visum est valdè. 2.Esd.13,7

Iussit eam [Iudith] introire vbi repositi erant thesauri eius. Iudith 12,1.

Quasi effodientes thesaurum, gaudentque vehementer cùm inuenerint sepulchrum Iob 3,21.

Numquid ingressus es thesauros niuis? † 38,22.

Thesaurizat, & ignorat cui congregabit ea. Psal.38,7.

Vt ditem diligentes me, & thesauros eorum repleam. Prou.8,21.

Nihil proderunt thesauri impietatis: iustitia verò liberabit à morte. † 10,2.

Melius est parum cum timore Domini, quàm thesauri magni & insatiabiles. † 15,16.

Thesaurus desiderabilis, & oleum in habitaculo iusti. † 21,20.

Infinitus enim thesaurus est hominibus. Sap 7,14.

Pone thesaurum tuum in præceptis Altissimi; & proderit tibi magis quàm aurum. Eccli.29,14. † 41,17.

Repleta est terra argento & auro: & non est finis thesaurorum eius. Isa.2,7.

Super gibbum camelorum thesauros suos ad populum qui eis prodesse non poterit. † 30,6.

Dabo tibi thesauros absconditos, & arcana secretorum, vt scias quia ego Dominus. † 45,3.

Fortitudinem tuam & omnes thesauros tuos in direptionem dabo, excelsa tua propter peccata in vniuersis finibus tuis. Ier.17,3.

Aperuit Dominus thesaurum suum, & protulit vasa iræ suæ. † 50,25.

Qui argentum thesaurizant, & aurum, in quo confidunt homines, & non est finis acquisitionis eorum. Baruch 3,18.

Vasa intulit in domũ thesauri dei sui. Dan.1,2.

Dominabitur thesaurorum auri & argenti, & in omnibus pretiosis Aegypti. † 11,43.

Siccabit venas eius, & desolabit fontem eius, & ipse diripiet thesaurum omnis vasis desiderabilis. Osee 13,15.

Adhuc ignis in domo impij thesauri iniquitatis, & mensura minor iræ plena. Mich.6,10.

Accepit thesauros occultos quos inuenit. 1.Mach.1,24.

Vidit quòd defecit pecunia de thesauris suis, & tributa regionis modica propter dissensionem & plagam. † 3,29.

Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra. Matth.6,19.

Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro. † 13,44.

Quæcumque habes, vende, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo: & veni, sequere me. Mar.10,21.

Facite vobis sacculos qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in cælis. Luc.12,33.

Habemus autem thesaurum istum in vasis fictilibus, vt sublimitas sit virtutis Dei, & non ex nobis. 2.Cor.4,7.

Nec enim debent filij parentibus thesaurizare, sed parentes filiis. † 12,14.

In quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Col.2,3.

Diuites fieri in bonis operibus, facilè tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant veram vitam. 1.Tim.6,19. Heb.11,26.

THESBITES.

Zona pellicea accinctus renibus. Qui ait: Elias Thesbites est. 4.Reg.1,8.

THESSALONICA.

Demas enim me reliquit, diligens hoc sæculum, & abiit Thessalonicam. 2.Tim.4,9.

THOLA.

De stirpe Thola viri fortissimi numerati sunt in diebus Dauid, viginti duo millia sexcenti. 1.Par.7,2.

THOMAS.

Dicit Thomæ: Infer digitum huc, & vide manus meas. Ioan.20,26.

THORAX.

Induet pro thorace iustitiam, & accipiat pro galea iudicium certum. Sap.5,19.

THOV.

Aduersarius quippe erat Thou Adarezer. 1.Par.18,10.

THRONVS.

Et eleuetur thronus Dauid super Israel. 2.Regum 3,10.

Stabiliam thronum regni eius vsque in sempiternum. † 7,13.

Salomon autem sedit super thronum Dauid patris sui. 3.Reg.2,12.

Posituśque est thronus matri regis, quæ sedit ad dexteram eius. 19.

Fecit etiam rex Salomon thronum de ebore grandem: & vestiuit eum auro fuluo nimis: qui habebat sex gradus: & summitas throni rotun-

da

da erat in parte posteriori. † 10, 18.

Sedit [Ioas] super thronū regū. 4. Reg. 11, 19.

Posuit thronum eius [Ioachim] super thronos regum qui erant cum eo in Babylone. † 25, 28.

Iurauit per thronum & regnum suum. Iudith 1, 12.

Sedisti super thronum qui iudicas iustitiam. Psal. 9, 5.

Et thronum eius sicut dies cæli. † 88, 30.

Thronus eius sicut sol in conspectu meo. 38.

Rex qui iudicat in veritate pauperes, thronus eius in æternum firmabitur. Prou. 29, 14.

Thronus meus in columna nubis. Eccli. 24, 7.

Non interibit de Dauid vir, qui sedeat super thronum domus Israel. Ierem. 33, 17.

Assumam Nabuchodonosor regem Babylonis seruum meum, & ponam thronum eius super lapides istos, quos abscondi, & statuet solium suum super eos. † 43, 10.

Quasi aspectus lapidis sapphiri similitudo throni: & super similitudinem throni, similitudo quasi aspectus hominis desuper. Ezech. 1, 26.

Benedictus es in throno regni tui. Dan. 3, 54.

Aspiciebam donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit. † 7, 9.

Thronus eius flammæ ignis. 9.

Non iurare omnino, neque per cælum, quia thronus Dei est. Matth. 5, 34.

Et qui iurat in cælo iurat in throno Dei, & in eo qui sedet super eum. † 23, 22.

Siue Throni, siue Dominationes, siue Principatus. Col. 1, 16.

Thronus tuus Deus in sæculū sæculi. Heb. 1, 8.

Vidi thronum magnum candidum, & sedentem super eum, à cuius conspectu fugit terra. Apoc. 20, 11.

THVBAL.

Ibi Mosoch, & Thubal, & omnis multitudo eius: in circuitu eius sepulchra illius. Ezech. 32, 26

THVRIBVLVM.

Tollat vnusquisque thuribula sua, tu Core, & omne concilium tuum. Num. 16, 6.

Tolle thuribulum, & hausto igne de altari mitte incensum desuper. 46.

Vnusquisque habebat thuribulum in manu sua: & vapor nebulæ de thure consurgebat. Ezechiel. 8, 11.

Habens thuribulum aureum, & data sunt illi incensa multa. Apoc. 8, 3.

THVS.

Sume tibi aromata, &c. thus lucidissimum. Exod. 30, 34.

Thus lucidissimum: vt sit panis in monimentum oblationis Domini. Leuit. 24, 7.

Quasi thus redolens in diebus æstatis. Eccli 50, 8.

Qui recordatur thuris, quasi qui benedicat idolo. Isaiæ 66, 3.

Vt quid mihi thus de Saba affertis, & calamum suauè olentē de terra longinqua? Ier. 6, 20.

THYATIRA.

Angelo Thyatiræ Ecclesiæ scribe. Apoc. 2, 18.

THYINVS.

De lignis scilicet thyinis, gradus in domo Domini, & in domo regia. 2. Par. 9, 11.

THYMIAMA.

Aromata in vnguentum, & thymiamata boni odoris. Exod. 25, 6.

Non offeretis super eo thymiama compositionis alterius. † 30, 9.

Facietisque thymiama compositum. 35.

Qui dixit patri suo, & matri suæ: Nescio vos, &c. ponent thymiama in furore meo, & holocaustum super altare meum. Deut. 33, 10.

Excepto quòd in excelsis immolabat, & accendebat thymiama. 3. Reg. 3, 3.

Thymiama meum, & vnguentum meum posuisti super eam. Ezech. 23, 41.

THYRSVS.

Thyrsos & ramos virides, & palmas præferebant ei. 2. Mach. 10, 7.

TIARA.

Erit super tiaram imminens fronti pontificis. Exod. 28, 37.

Tiaram in capite eius & laminam sanctam super tiaram, & oleum vnctionis fundes super caput eius. † 29, 6.

Tiaras tinctas in capitibus eorum, formam ducum omnium. Ezech. 23, 15. Dan. 3, 21.

TIBIA.

Nec in tibiis viri beneplacitum erit ei. Psalmo 146, 10.

Quomodo pulchras frustrà habet claudus tibias: sic indecens est in ore stultorum parabola. Prou. 26, 7.

Tibiæ & psalterium suauem faciunt melodiam, & super vtraque ligna suauis. Eccli. 40, 21.

Cithara, & lyra, & tympanum, & tibia, & vinum in conuiuiis vestris: & opus Domini non respicitis. Isaiæ 5, 12.

Tibiæ autem ferreæ, pedum quædam pars erat ferrea. Dan. 2, 33.

Cantauimus vobis tibiis, & non saltastis. Lucæ 7, 32. 1. Cor. 14, 7.

Et musicorum & tibia canentium, & tuba non audietur in te amplius. Apoc. 18, 22.

TIBERIAS.

Abiit Iesus trans mare Galileæ, quod est Tiberiadis. Ioan. 6, 1.

TIBERIVS.

Anno autem quintodecimo imperij Tiberij Cæsaris. Lucæ 3, 1.

TIBICEN.

Et vidisset tibicines, & turbam tumultuantem, dicebat: Recedite, non est enim mortua puella, sed dormit. Matth. 9, 23.

TIGNVM.

Tigna domorum nostrarū cedrina. Cant.1,16.

TIGRIS.

Tigris periit eò quòd non haberet prædam. Iob 4,11.

Sicut tigris in diebus nouorum. Eccli.24,35. Dan.10,4.

TIMOR.

Et timor Isaac affuisset mihi. Gen.31,42.

Timuit Iacob valdè, & perterritus diuisit populum qui secum erat. † 32,7.

Timentes fratres eius,& mutuò colloquentes: ne fortè memor sit iniuriæ quam passus est, & reddat nobis omne malum quod fecimus. † 50,15.

Timuerunt autem obstetrices Deum, & non fecerunt iuxta præceptum regis Aegypti,sed conseruabant mares. Exod.1,17.

Noui quòd & tu & serui tui necdum timeatis Dominum. † 9,30.

Nolite timere, state & videte magnalia Domini. † 14,13.

Timuitque populus Dominum,& crediderunt Domino & Moysi seruo eius. 31. Leuit.26,36.

Discant timere me omni tempore quo viuunt in terra, doceantque filios suos. Deut.4,10.

Quis det eos talem habere mentem vt timeant me,& custodiant vniuersa mandata mea in omni tempore vt benè sit eis & filiis eorum in sempiternum? † 5,29. † 6,2.

Timuistis enim ignem,& non ascendistis in montem. 5.

Quid Dominus Deus tuus petit à te,nisi vt timeas Dominum Deum tuum, & ambules in viis eius,& diligas eum,ac seruias? † 10,12. † 20,8.

Timebis nocte & die, & non credes vitæ tuæ. † 28,67.

Timens autem domum patris sui, & homines illius ciuitatis, per diem noluit id facere, sed omnia nocte compleuit. Iudic.6,27.

Et timidus, reuertatur, &c. & reuersi sunt de populo viginti duo millia virorum. † 7,3.

Habitantem in ea absque timore, iuxta consuetudinem Sidoniorum. † 18,7,27.

Timebat indicare visionem Heli. 1.Reg 3,15.

Timueruntque Philisthiim dicentes: Venit Deus in castra. † 4,7.

Timuerunt à facie Philisthinorum. † 7,7.

Inuasit ergo timor Domini populum,& egressi sunt quasi vir vnus. † 11,7.

Si timueritis Dominū,& seruieritis ei.† 12,14.

Timuit omnis populus nimis Dominum, & Samuelem. 19.

Timuit Saul Dauid, eò quòd Dominus esset cum eo,& à se recessisset. † 18,12.

Saul magis cœpit timere Dauid. 29.

Nos hic in Iudæa consistentes timemus,quantò magis si ierimus in Ceilam aduersus agmina Philisthinorum. † 23,3.

Et vidit Saul castra Philisthiim, & timuit, & expauit cor eius nimis. † 28,5.

Timueruntque Syri auxilium præbere vltrà filiis Ammon. 2.Reg.20,19.

Timeant te cunctis diebus, quibus viuunt, 3.Reg.8,40.

Abdias autē timebat Dominum valdè.† 18,3.

Seruus autem tuus timet Dominum ab infantia sua. 12.

Timuit ergo Elias,& surgens abiit quocumque eum ferebat voluntas. † 19,3.

Seruus tuus fuit timens Dominū. 4 Reg.4,1.

Timuerunt illi vehementer. † 10,4.

Non timebant Dominum: & immisit in eos Dominus leones. † 17,25.

Non timent Dominum, neque custodiunt ceremonias eius. 34.

Timentes quidem Dominum: sed nihilominùs & idolis seruientes. 41.

Noli timere à facie sermonum quos audisti, quibus blasphemauerunt pueri regis Assyriorum me. † 19,6.

Nolite timere seruire Chaldæis: manete in terra,& seruite regi Babylonis. † 25,24.

Sit timor Domini vobiscum, & cum diligentia cuncta facite. 2.Par.19,7.

Iosaphat autem timore perterritus totum se contulit ad rogandum Dominum,& prædicauit ieiunium vniuerso Iuda. † 20,3.

Conuenerunt autem ad me omnes qui timebant verbum Dei Israel, pro transgressione eorum. 1.Esd.9,4.

Ad orationem seruorum tuorum qui volunt timere nomen tuum. 2.Esd.1,11.

Timui valdè, ac nimis. † 2,2.

Nolite timere à facie eorum: Domini magni, & terribilis mementote,& pugnate pro fratribus vestris, filiis vestris,& filiabus vestris. † 4,14.

Quare non in timore Dei nostri ambulatis? † 5,9.

Factum est ergo cùm audissent inimici nostri, vt timerent vniuersæ gentes, quæ erant in circuitu nostro,& conciderent intra semetipsos.† 6,16.

Quem ab infantia timere Deum docuit,& abstinere ab omni peccato. Tob.1,10.

Tobias plus timens Deum quàm regem, rapiebat corpora occisorum. † 2,9.

Immobilis in Dei timore permansit, agens gratias Deo omnibus diebus vitæ suæ. 14.

Cum timore & tremore cōfitemini illi.† 13,6.

Cecidit timor illius [Holofernis] super omnes inhabitantes terram. Iudith 2,18. † 4,1.

Erat in omnibus famosissima [Iudith] quoniam timebat Dominum valdè. † 8,8.

Intolerabilis timor & tremor cecidit super eos, & turbati sunt animi eorum valdè. † 14,17.

Qui autem timent te,magni erunt apud te per omnia. † 16,19.

Ex-

Extollebant Iudæos timore Mardochæi. Esth 9,3.

Conturbataque est gens iustorum timentium mala sua,& præparata ad mortē. † 11,9.† 15,9.

Quia timor quem timebam euenit mihi, & quod verebar,accidit. Iob 3,25.

Vbi est timor tuus,fortitudo tua, patientia tua, & perfectio viarum tuarum? † 4,6.

Qui tollit ab amico suo misericordiam, timorem Domini derelinquit. † 6,14.

Quantum in te est,euacuasti timorem.† 15,4.

A facie eius turbatus sum, & considerans eum timore solicitor. † 23,15.

Ecce timor Domini ipsa est sapientia: & recedere à malo intelligentia. † 28,28.

Semper enim quasi timentes super me fluctus timui Deum. † 33,23.

Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. Psal.2,11.

Trepidauerunt timore, vbi non erat timor. † 13,5.

Timor Domini sanctus,permanens in sæculum sæculi. † 18,10.

Quis est homo qui timet Dominum; legem statuit ei in via quam elegit. † 24,12.

Timeat Dominum omnis terra. † 32,8.

Timete Dominum omnes sancti eius.† 33,10.

Timorem Domini docebo vos. 12.

Non timebimus dum turbabitur terra.† 45,3.

Cur timebo in die mala? iniquitas calcanei mei circumdabit me. † 48,6.

Timor & tremor venerunt super me. † 54,6.

Non timebo quid faciat mihi caro. † 55,5.12.

A timore inimici eripe animam meam.† 63,2.

Timebunt qui habitant terminos à signis tuis. † 64,9.† 76,7.

Non timebis à timore nocturno. † 90,5.

Timebunt gentes nomen tuum Domine. † 101,16.

Initium sapientiæ timor Domini. † 110,10. † 111,1.

Qui timent Dominum sperauerunt in Domino. † 113,19.

Qui timent te, videbunt me, & lætabuntur. † 118,74.

Confige timore tuo carnes meas, à iudiciis enim tuis timui. 120.

Beati omnes qui timent Dominum, qui ambulant in viis eius. † 127,1.

Voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet, & saluos faciet eos. † 144,19.

Beneplacitum est Domino super timentes eum. † 146,11.

Timor Domini principium sapientiæ. Prouerb.1,7.

Tunc intelliges timorem Domini. † 2,5.

Time Deum,& recede à malo. † 3,7.

Timor Domini odit malum: arrogantiam, & superbiam, & viam prauam, & os bilingue detestor. † 8,13.

Quod timet impius veniet super eum.† 10,24.

Timor Domini apponet dies, & anni impiorum breuiabuntur. 27.

Timens Deum despicitur ab eo qui infami graditur via. † 14,2.

Sapiens timet & declinat à malo: stultus transilit & confunditur. 16.

In timore Domini fiducia fortitudinis, & filiis eius erit spes. Timor Domini fons vitæ, vt declinent à ruina mortis. 26.

Per misericordiam & fidem purgantur peccata: per timorem autem Domini declinat omnis à malo. † 15,27.

Timor Domini ad vitam. † 19,23.

Non æmuletur cor tuum peccatores, sed in timore Domini esto tota die. † 23,17.

Time Dominum,fili mi,& regem. † 24,21.

Qui timet hominem citò corruet: qui sperat in Domino,subleuabitur. † 29,25.

Qui timet Deum nihil negligit. Eccles.7,19.

Quasi vmbra transeant qui non timent faciem Domini. † 8,13.

Finem loquendi pariter omnes audiamus: Deum time & mandata eius obserua. † 12,13.

Vniuscuiusque ensis super femur suum propter timores nocturnos. Cant.3,8.

Timebunt me audientes reges horrendi. Sap.8,15.

Timore perculsi illius, quæ non videbatur, faciei, æstimabant deteriora esse quæ videbantur. † 17,6.

Nihil est enim timor, nisi proditio cogitationis auxiliorum. 11.

Continuò visus somniorum malorum turbauerunt illos, & timores superuenerunt insperati. † 18,17.

Timor Domini gloria & gloriatio,& lætitia,& corona exultationis. Eccli.1,11.

Timenti Dominum benè erit in extremis, & in die defunctionis suæ benedicet. 13.

Timor Domini expellit peccatum: nam qui sine timore est non poterit iustificari. 28.

Qui timetis Dominum,credite illi. † 2,8.

In tota anima tua time Dominum,& sacerdotes illius sanctifica. † 7,31.

Semen hominum honorabitur, hoc quod timet Deum. † 10,23.

Gloria diuitum, honoratorum & pauperum, timor Dei est. 25.

Posuit timorem illius super omnem carnem. † 17,4.

Da locum timori Altissimi: quia omnis sapientia timor Dei, & in illa timere Deum. † 19,18.

Consummatio timoris Dei sapientia & sensus. † 21,13.

Expellit à se timorem Dei huiusmodi hominis timor. † 23,27.

Nihil melius est quàm timor Dei, & nihil dulcius quàm respicere in mandatis Domini. 37.

Quàm magnus qui inuenit sapientiam & scientiam? sed non est super timentem Dominum. † 25,13.

Timor Dei super omnia se superposuit. 14.

A tribus timuit cor meum, & in quarto facies mea metuit: delaturam ciuitatis, & collectionem populi, calumniam mendacem, super mortem omnia grauia: dolor cordis & luctus mulier zelotypa. † 26,5.

Si non in timore Domini tenueris te instanter, citò subuertetur domus tua. † 27,4.

Qui timet Dominum excipiet doctrinam eius: & qui vigilauerint ad eum inuenient benedictionem. † 32,18.

Timenti Dominum non occurrent mala, sed in tentatione Deus illum conseruabit, & liberabit à malis. † 33,1.

Spiritus timentium Deum quæritur, & in respectu illius benedicetur. † 34,14.

Qui timet Dominum nihil trepidabit, & non pauebit, quia ipse est spes eius. 16.

Immitte timorem tuum super gentes, quæ non exquisierunt te. † 36,2.

Cum timido, de bello. † 37,12.

Facultates & virtutes exaltant cor: & super hæc timor Domini. † 40,26.

Vide vt sileas; noli timere, & cor tuum ne formidet à duabus caudis titionum. Isa.7,4.

Timorem eius ne timeatis, neque paueatis: Dominum exercituum, ipsum sanctificate, ipse pauor vester, & ipse terror vester. † 8,13.

Nolite timere popule meus habitator Sion, ab Assur: in virga percutiet te, & baculum suum leuabit super te in via Aegypti. † 10,24.

Erit fides in temporibus tuis: diuitiæ salutis sapientia & scientia; timor Domini ipse est thesaurus eius. † 33,6.

Cor tuum meditabitur timorem. 18.

Nolite timere, neque conturbemini, ex tunc audire te feci, & annuntiaui: vos enim testes mei. † 44,8.

Quis ex vobis timens Dominum, audiens vocem serui sui? † 50,10.

Ego, ego ipse consolabor vos: quis tu vt timeres ab homine mortali? † 51,12.

Ego eligam illusiones eorum, & quæ timebant, adducam eis. † 66,4.

Ne timeas à facie eorum: quia tecum ego sum, vt eruam te. Ier.1,8,17.

Me ergo non timebitis, ait Dominus, & à facie mea non dolebitis? † 5,22.

Quis non timebit te, ô rex gentium? tuum est enim decus. † 10,7.

Numquid non timuerunt Dominum, & deprecati sunt faciem Domini? † 26, 19.

Tu ergo ne timeas, serue meus Iacob, ait Dominus, neque paueas Israel: quia ecce ego saluabo te de terra longinqua, & semen tuum de terra captiuitatis eorum. † 30,10.

Timorem meum dabo in corde eorum, vt non recedant à me. † 32,40.

Nolite timere à facie regis Babylonis. † 42,11.

Ne timeas eos, neque sermones eorum metuas, quoniam increduli & subuersores sunt tecum. Ezech.2,6.

Sic faciebatis filiabus Israel, & illæ timentes loquebantur vobis. Dan.13,57.

Non est rex nobis: non enim timemus Dominum, & rex quid faciet nobis? Osee 10,3.

Timebunt fortes tui à Meridie, vt intereat vir de monte Esau. Abd.v.9.

Timuerunt viri timore magno Dominum, & immolauerunt hostias Domino, & vouerunt vota. Ionæ 1,16.

Attamen timebis me, suscipies disciplinam, & non peribit habitaculum eius. Soph.3,7.

Noli timere Sion, non dissoluantur manus tuæ. 16.

Timuit populus à facie Domini. Agg. 1,12.

Dedi ei timorem, & timuit me, & à facie nominis mei pauebat. Mal.2,5.

Ne timueritis multitudinem eorum, & impetum eorum ne formidetis. 1.Mach.4,8.

Incubuit timor & tremor in omnem populum: quia dixerunt, Non est veritas, & iudicium in eis. † 7, 18.

Timor hostibus incussus est ex præsentia Dei, qui vniuersa conspicit. 2.Mach.12,22.

Nolite timere eos qui occidunt corpus. Matth.10,28. Luc.12,4.

Timete eum qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam. Luc.12,5.

Iudex quidam erat in quadam ciuitate, qui Deum non timebat, & hominem non reuerebatur. † 18,2.

Arescentibus hominibus præ timore & expectatione quæ superuenient vniuerso orbi. † 21,26.

Fiebat autem omni animæ timor. Act.2,43.

Factus est timor magnus in vniuersa Ecclesia, & in omnes qui audierunt hæc. † 5,11.

In omni gente qui timet eum, & operatur iustitiam, acceptus est illi. † 10,35.

Timueruntque audito quòd Romani essent. † 16,38.

Tribunus quoque timuit postquam resciuit, quia ciuis Romanus esset, & quia alligasset eum. 22,29.

Vis autem non timere potestatem? bonum fac, & habebis laudem ex illa. Rom.13,3.

Et ego in infirmitate, & timore, & tremore multo fui apud vos. 1.Cor.2,3.

Scien-

Scientes ergo timorem Domini hominibus suademus. 2.Cor.5,11.

Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis & dilectionis. 2.Tim.1,7.

In timore incolatus vestri tempore conuersamini. 1.Pet.1,17.

Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem. 1.Ioan.4,18.

Timete Dominum, & date illi honorem, quia venit hora iudicij eius. Apoc.14,7.

Quis non timebit te Domine, & magnificabit nomen tuum? † 15,4.

TIMOTHEVS.

Timotheus verò confugit in Gazaram præsidium munitum. 2.Mach.10,32.

Ipse verò Timotheus incidit in partes Dosithei. † 12,24.

Salutat vos Timotheus adiutor meus. Roman.16,21.

Timotheo dilecto filio in fide. 1.Tim.1,2.

O Timothee, depositum custodi. † 6,20. Heb.13,23.

TINEA.

Quasi vestimentum quod comeditur à tinea. Iob 13,28.

Sicut tinea vestimento, & vermis ligno: ita tristitia viri nocet cordi. Prou.25,20.

Detracta est ad inferos superbia tua, concidit cadauer tuum: subter te sternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes. Isaiæ 14,11.

Et ego quasi tinea Ephraim, & quasi putredo domui Iuda. Osee 5,12.

TINGO, TINCTVRA.

Tunicam eius, & in sanguine hœdi, quem occiderant, tinxerunt. Gen.37,31.

Fasciculumque hyssopi tingite in sanguine qui est in limine. Exod.12,22.

De hyacintho ac purpura, coccoque bis tincto. † 35,35.

Tincto digito aspergens septies contra velum. Leuit.4,17.

Tinget in sanguine passeris immolati. † 14,6.

Sit placens fratribus suis, & tingat in oleo pedem suum. Deut.33,24.

Non conferetur tinctis Indiæ coloribus, &c. nec tincturæ mundissimæ cõponetur. Iob 28,16.

Quis est iste qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra? Isaiæ 63,1.

Numquid auis discolor hereditas mea mihi? numquid auis tincta per totum? Ierem. 12,9. Ezech.23,15. Dan.4,12.

TINNIO.

Tinnient ambæ aures eius. 1.Regum 3,11. 4.Reg.21,12.

Inducam afflictionem super locum istũ, ita vt omnis qui audierit illã, tinniãt aures eius. Ier.19,3

TINTINNABVLVM.

Ita vt tintinnabulum sit aureum. Exod.28,34.

Tintinnabula de auro purissimo. † 39,25.

Cinxit illum tintinnabulis aureis plurimis in gyro, dare sonitum in incessu suo. Eccli.45,10.

TITAN.

Nec filij Titan percusserunt eum. Iudith 16,8.

TITIO.

Cor tuum ne formidet à duabus caudis titionum fumigantium. Isaiæ 7,4.

TITVBO.

Cum viro sancto assiduus esto, &c. qui, cùm titubaueris in tenebris, condolebit tibi. Eccli.37,16.

TITVLVS.

Tulit lapidem quem supposuerat capiti suo, & erexit in titulum, fundens oleum desuper. Genes.28,18,22. † 31,45.

Ille verò erexit titulum lapideum in loco, quo locutus fuerat ei Deus. † 35,14.

Hic est titulus monumenti Rachel vsque in præsentem diem. 20.

Aedificauit altare ad radices montis, & duodecim titulos per duodecim tribus Israel. Exo.24,4.

Nec titulos erigetis, nec insignem lapidem ponetis in terra vestra. Leuit.26,1.

Confringite titulos, statuas comminuite. Numeror.33,52.

Porrò Absalom erexerat sibi cùm adhuc viueret, titulum qui est in Valle regis: dixerat enim: Non habeo filium, & hoc erit monimentum nominis mei. Vocauitque titulum nomine suo, & appellatur manus Absalom, vsque ad hanc diem. 2.Reg.18,18.

Quis est titulus ille quem video, &c. sepulchrum est hominis Dei, qui venit de Iuda, & prædixit verba hæc, quæ fecisti super altare Bethel. 4.Reg.23,17.

Erit altare Domini in medio Terrę Aegypti, & titulus Domini iuxta terminum eius, erit in signum, & in testimonium Domino exercituum in Terra Aegypti. Isaiæ 19,20.

Cumque viderint os hominis, statuent iuxta illud titulum, donec sepeliant illud pollinctores in valle multitudinis Gog. Ezech.39,15.

Et erat titulus causæ eius inscriptus; Rex Iudæorum. Mar.15,26.

TITVS.

Et migrans inde, intrauit in domum cuiusdam nomine Titi Iusti, colentis Deum; cuius domus erat coniuncta Synagogæ. Act.18,7.

TOB.

Habitauit in terra Tob. Iudic.11,3.

TOBIAS.

Proieci vasa domus Tobiæ. 2.Esd.13,8.

Video Tobiam filium meum. Tob 11,17.

Post obitum matris suæ, Tobias abscessit ex Niniue. † 14,14. Zach.6,10. 2.Mach.3,11.

TOLERANTIA.

Non receperit vos, &c. tolerabilius erit terræ So-

Sodomorum & Gomorrhæorum in die iudicij. Matth.10,15.

Quæ operatur tolerantiam earumdem passionum. 2.Cor.1,6.

TOLLO.

Tolle tibi decem scissuras. 3.Reg.11,31.

Propterea me diligit Pater, quia ego pono animam meam, vt iterū n sumam eam. Nemo tollit eam à me: sed ego pono eā à meipso. Ioan.10,17.

Tolle de terra huiusmodi: non enim fas est eum viuere. Act.22,22.

TONDEO, TONSOR.

Post luctum ascendebat ad tonsores ouium suarum. Gen.38,12.

Totonderunt [Ioseph] ac veste mutata obtulerunt ei. † 41,14.

Non tondebis primogenita ouium. Deuteron.15,19.

Vocauitque tonsorem, & rasit septem crines eius, & cœpit abigere eum, & à se repellere. Iudic.16,19.

Audiui quòd tonderent pastores tui. 1.Regum 25,7.

Tondentur oues serui tui: veniat oro rex cum seruis suis. 2.Reg.13,24.

Quando tondebat [Absalom] capillum (semel autem in anno tondebatur, quia grauabat eum cæsaries) ponderabat capillos capitis sui ducentis siclis, pondere publico. † 14,26.

Tonde capillum tuum, & proiice, & sume in directum planctum. Ierem.7,29.

Neque comam nutrient: sed tondentes attondent capita sua. Ezech.44,20.

Fictor locustæ in principio germinantium serotini imbris, & ecce serotinus post tonsionem regis? Amos 7,1.

Decaluare, & tondere super filios deliciarum tuarum. Mich.1,16.

Qui sibi totonderat in Cenchris caput. Act. 18, 18.

Si nō velatur mulier, tondeatur. 1.Cor.11,6,7.

TONITRV, TONO.

Dominus dedit tonitrua, & grandinem, & discurrentia fulgura. Exod 9,23.

Iamque aduenerat tertius dies, & manè inclaruerat, & ecce cœperunt audiri tonitrua, ac micare fulgura, & nubes densissima operire montem. † 19,16.

Dominum formidabunt aduersarij eius, & super ipsos in cælis tonabit. 1.Reg.2,10.

Hoc eius somnium fuit: apparuerunt voces & tumultus, & tonitrua. Esth.11,5.

Cùm vix paruam stillam sermonis eius audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri? Iob 26,14.

Tonabit voce magnitudinis suæ. † 37,4.

Si habes brachium sicut Deus, & si voce simili tonas? † 40,4.

Vox tonitrui tui in rota. Psal.76,19.

A voce tonitrui tui formidabunt. † 103,7.

Vox tonitrui eius verberabit terram, tempestas aquilonis, & congregatio spiritus. Eccli.43,18.

Visitabitur in tonitruo & commotione terræ, & voce magna turbinis, & tempestatis, & flammæ ignis deuorantis. Isaiæ 29,6.

Turba ergo quæ stabat & audierat dicebat tonitruum esse factum. Ioan.12,29.

Facta sunt tonitrua, & voces, & fulgura. Apocalypsis 8,5.

TOPARCHIA.

Vt immunem faceret Iudæam, & tres toparchias, & Samariam. 1.Mach.11,28.

TOPAZIVS.

Non adæquabitur ei topazius de Aethiopia. Iob 28,19. Apoc.21,20.

TOPHETH.

Contaminauit quoque Topheth, quod est in Conualle filiorum Ennom. 4.Reg.23,10.

Præparata est enim ab heri Topheth, à rege præparata, profunda & dilatata. Isaiæ 30,33.

Aedificauerunt excelsa Topheth, quæ est in valle filij Ennom, vt incenderent filios suos & filias suas igni. Ierem.7,31.

In Topheth sepelientur. † 19,11.

TORCVLAR.

Vnde te possum saluare? de area vel de torculari? 4.Reg.6,27.

Vidi in Iuda calcantes torcularia in sabbato. 2.Esd.13,15.

Pro torcularibus. Tit.Psalmi 8. † 80. † 83.

In benedictione Dei & ipse speraui: & quasi qui vindemiat, repleui torcular. Eccli.33,17.

Torcular extruxit in ea: & expectauit vt faceret vuas, & fecit labruscas. Isaiæ 5,2.

Torcular calcaui solus, & de gentibus non est vir mecum. Calcaui eos in furore meo, & conculcaui eos in ira mea. † 63,3.

Torcular calcauit Dominus virgini filiæ Iuda. Thren.1,15.

Area & torcular non pascet eos, & vinum mentietur eis. Osee 9,2.

Mittite falces quoniam maturauit messis: venite & descendite, quia plenum est torcular: exuberant torcularia, quia multiplicata est malitia eorum. Ioel.3,13.

A turre Hananeel vsque ad torcularia regis. Zach 14,10.

Plantauit vineam, & sepem circumdedit ei, & fodit in ea torcular. Matth.21,33.

Ipse calcat torcular vini furoris iræ Dei omnipotentis. Apoc.19,15.

TORMENTVM.

Etsi coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorum immortalitate plena est. Sap.3,4.

Exiguo enim conceditur misericordia, potentes autem potenter tormenta patientur. † 6,7.

Per

Per hæc quæ coluerunt dedisti summa tormenta. † 12,23.

Passi sunt dignè tormenta, & per multitudinem bestiarum exterminati sunt. † 16,1.

Vt quæ deerant tormentis, repleret punitio. † 19,4.

Tormenta grauia Machabæorum. 2. Mach. 7,4.

Fumus tormentorum eorum ascendet in sæcula sæculorum. Apoc. 14,11.

Quantum glorificauit se, & in deliciis fuit, tantum date illi tormentum & luctum. † 18,7.

TORNO.

Et in circino tornauit illud. Isa. 44,13.

TORNVS.

Parietes templi per circuitum sculpsit variis cælaturis, & torno. 3. Reg. 6,29.

TORQVEO.

Commuto faciem meam, & dolore torqueor. Iob 9,27.

Cogitationes meæ dissipatæ sunt, torquentes cor meum. † 17,11.

Per quæ peccat quis, per hæc & torquetur. Sap. 11,17. Isa. 11,8.

Torto cocco opus artificis. Eccli. 45,13.

Quartum vexabant similiter torquentes. 2. Mach. 7,13,17.

Apprehendit eum dolor viscerum, &c. nouis cruciatibus aliorum torserat viscera. † 9,6.

Puer meus iacet in domo paralyticus, & malè torquetur. Matth. 8,6.

Venisti huc ante tempus torquere nos? 29.

Adiuro te per Deum, ne me torqueas. Mar. 5,7. Act. 22,24.

TORQVES.

Collo torquem auream circumposuit. Genes. 41,42.

Torques aureas camelorum. Iudic. 8,26.

Vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo. Prou. 1,9.

Torques illius in stolam gloriæ. Eccli. 6,30.

TORRENS.

Nehelescol, id est, Torrens botri, eò quòd botrum portassent inde filij Israel. Num. 13,25.

Vsque ad torrentem Ieboc, qui est terminus filiorum Ammon. Deut. 3,16.

Torrens Cison traxit cadauera eorum. Iudic. 5,21.

Venerunt vsque ad torrentem Besor: & lassi quidam substiterunt. 1. Reg. 30,9.

Rex quoque transgrediebatur Torrentem Cedron. 2. Reg. 15,29.

Torrentes Belial tenuerunt me. † 22,4.

Et transieris Torrentem Cedron, scito te interficiendum. 3. Reg. 2,37.

Facite alueum torrentis huius fossas & fossas. 4. Reg. 3,16.

A torrente Mambre vsquequò perueniatur ad mare. Iudith 2,14.

Fratres mei præterierunt me, sicut torrens qui raptim transit in conuallibus. Iob 6,15.

Pro silice torrentes aureos. † 22,24.

Diuidit torrens à populo peregrinante, eos quos oblitus est pes egentis hominis, & inuios. † 28,4.

Torrente voluptatis tuę potabis eos. Psal. 35,9.

De torrente in via bibet. † 109,7.

Torrentem pertransiuit anima nostra, forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem. † 123,4.

Conuerte Domine captiuitatem nostram, sicut torrens in Austro. † 125,4.

Spiritus eius velut torrens inundans vsque ad medium colli ad perdendas gentes in nihilum. Isa. 30,28.

Flatus Domini sicut torrens sulphuris succendens eam. 33.

Conuertentur torrentes eius in picem, & humus eius in sulphur, & erit terra eius in picem ardentem. † 34,9.

In partibus torrentis pars tua, hæc est sors tua: & ipsis effudisti libamen, obtulisti sacrificium: numquid super his non indignabor? † 57,6.

Adducam eos per torrentes aquarum in via recta, & non impingent in ea. Ier. 31,9.

Mensus est mille, torrentem, quem non potui pertransire; quoniã intumuerunt aquæ profundi torrentis, qui non potest transuadari. Ezech. 47,5.

Fons de domo Domini egredietur, & irrigabit torrentem spinarum. Ioel. 3,18.

Egressus est cum discipulis suis trans Torrentem Cedron. Ioan. 18,1.

TORREO.

Si autem obtuleris munus primarum frugum tuarum Domino de spicis adhuc virentibus, torrebis igni. Leuit. 2,14.

Quasi colore sub nube torrente, propaginem fortium marcescere facies. Isa. 25,5.

Adhuc spirantem torreri in sartagine. 2. Machab. 7,5.

TORRIS.

Et facti estis quasi torris raptus ab incendio, & non redistis ad me. Amos 4,11.

Numquid non iste torris erutus de igne? Zach. 3,2.

TORTA.

Tortamque panis vnius. Exod. 29,23. 1. Regum 2,36. 1. Par. 16,3. Ier. 37,20.

TORTOR.

Iratus Dominus eius tradidit eum tortoribus, quoadusque redderet vniuersum debitum. Matth. 18,34.

TORTVOSVS.

Obstetricante manu eius eductus est coluber tortuosus. Iob 26,13.

Visitabit, &c. super Leuiathan serpentem tortuosum. Isa. 27,1.

TORTVRA.

Vigilia, cholera, & tortura viro infrunito. Eccli. 31,23.

Seruo maleuolo tortura, & compedes. † 33,28.

TORVS.

Si non polluta es deserto mariti toro, non te manebunt aquæ istæ amarissimæ. Num. 5,19.

Cùm violasset [Ruben] torum patris sui, data sunt primogenita eius filiis Ioseph. 1. Par 5,1.

Felix est sterilis: & incoinquinata, quæ nesciuit torum in delicto. Sap. 3,13. 1. Mach. 1,28.

Honorabile connubium in omnibus, & torus immaculatus. Heb. 13,4.

TOTVS.

Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. Deut. 6,5.

Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo. Prou. 3,5.

Totum spiritum suum profert stultus: sapiens differt, & reseruat in posterum. † 29,11.

Tota pulchra es amica mea. Cantic. 4,7. † 5,16. Sap. 8,21.

Et Deus totius consolationis. 2. Cor. 1,3.

Modicum fermentum totam massam corrumpit. Gal. 5,9.

Mundus totus in maligno positus est. 1. Ioan. 5,19.

TRABS.

Iube parari excelsam trabem, habentem altitudinis quinquaginta cubitos. Esth. 5,14.

Eiice primùm trabem de oculo tuo. Luc. 6,42.

TRACTO.

Cum viro irreligioso tracta de sanctitate. Eccli. 37,12.

TRADO.

Sed Deus tradidit illum in manus, constituam tibi locum in quem fugere debeat. Exod. 21,13.

Tradidit Deus omnem terram hanc in manus nostras. Ios. 2,24.

Tradidit Deus noster inimicum nostrum Samson in manus nostras. Iudic. 16,23.

Tradite homines de Gabaa, qui hoc flagitium perpetrarunt, vt moriantur, & auferatur malum de Israel. † 20,13.

Tradidit enim Dominus eos in manus Israel. 1. Reg. 14,12.

Et cogitabat tradere Dauid in manus Philisthinorum. † 18,25.

Tradidit eum Dominus in manus meas. † 23,7.

Et non tradidit [Dauidem] eum Deus in manus eius. 14.

Nostrum autem erit, vt tradamus eum in manus regis. 20.

Quòd tradiderit te Dominus in manu mea in spelunca. † 24,11.

Tradens dabo Philisthiim in manu tua. 2. Regum 5,19.

Tradite illum [Seba] solum, & recedemus à ciuitate. † 20,21.

Quid peccaui, inquit, quoniam tradis me seruum tuum in manus Achab, vt interficiat me? 3 Reg. 18,9.

Tradent etiam Moab in manus vestras. 4. Regum 3,18.

Tradiderunt se vt facerent malum coram Domino, vt irritarent eum. † 17,17.

Tradidit eos in manu diripientium, donec proiiceret eos à facie sua. 20.

Tradit se regi Babylonis, rex Ioachin. Egressusq; est Ioachin rex Iuda ad regem Babylonis, ipse & mater eius, & serui eius, & principes eius, & eunuchi eius: & suscepit eum rex Babylonis. † 24,12.

In iniquitatibus nostris traditi sumus ipsi & reges nostri, & sacerdotes nostri, in manum regum terrarum. 1. Esd. 9,7.

Vel certè fatigati tradent ciuitatem suam, quam putant in montibus positam superari non posse. Iudith 7,9.

Congregate vniuersos qui in ciuitate sunt, vt sponte tradamus nos omnes populo Holofernis. 15.

Noli tradere confitentes te populo qui ignorat te. 20.

Quod est hoc verbum, in quo consensit Ozias, vt tradat ciuitatem Assyriis? † 8,10.

Pro eo quòd contemnentes vos noluerunt tradere scipsos, vt inuenirent misericordiam in conspectu vestro. † 10,12.

Tradidit eum in manus feminæ, & confodit eum. † 16,7.

Traditi enim sumus ego, & populus meus, vt conteramur, iugulemur, & pereamus. Esth. 7,4.

Ne tradas me Domine à desiderio meo peccatori. Psal. 139,9.

Trade filiam, & grãde opus feceris. Eccli. 7,27.

Tradam ciuitatem hanc in manus regis Babylonis, & succendet eam igni? Ier. 34,2.

In manus regis Babylonis tradêris. † 37,16.

Tradam Pharaonem Ephree regem Aegypti in manu inimicorum eius. † 44,30.

Tradidi eam in manus amatorum suorum, in manus filiorum Assur, super quorum insaniuit libidine. Ezech. 23,9.

Tradam te in manus eorum quos odisti. 28.

Tradam te in direptionem gentium. † 25,7.

Tradidit eis Danielem, qui miserunt eum in lacum leonum, & erat ibi diebus sex. Dan. 14,30

Tradam homines vnumquemque in manu proximi sui. Zach. 11,6.

Si qui ergo pestilentes refugerunt de regione ipsorum ad vos, tradite eos Simoni principi sacerdotum, vt vindicet in eos secundùm legem suam. 1. Mach. 15,21.

Tra-

Tradite ciuitates quas occupastis,& tributa locorum in quibus dominati estis extra fines Iudeæ. 30.

Tradet autem frater fratrem in mortem. Matth.10,21.

Omnia mihi tradita sunt à Patre meo.† 11,27.

Quare & vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram? † 15,3.

Væ autem homini illi per quem filius hominis tradetur. † 26,24.

Trademini autem à parentibus & fratribus & cognatis. Lucæ 21.16.

Hic enim erat traditurus eum, cùm esset vnus ex duodecim. Ioan.6,72.

Si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei vtique decertarent vt non traderer Iudæis; nunc autem regnum meū non est hinc. † 18,36.

Audiuimus eum dicentem, quoniam Iesus Nazarenus hic, destruet locum istum,& mutabit traditiones quas tradidit nobis Moyses. Act 6,14.

Virum, cuius est zona hæc, sic alligabunt in Ierusalem Iudæi, & tradent in manus gentium. † 21,11.

Tradidit eos Deus in desideria cordis eorum, in immunditiam. Rom.1,24.

Tradidit illos Deus in passiones ignominię.26.

Traditus est propter delicta nostra. † 4,25.

Et sicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis. 1.Cor.11,2.

Ego enim accepi à Domino, quod & tradidi vobis. 23.

Sicut Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret. Ephes.5,26.

Cupidè volebamus tradere vobis non solùm Euangelium Dei, sed etiam animas nostras. 1.Thessal.2,8.

TRADVCO.

Qui traduxit populum suum per desertum. Psal.135,16.

Factus est nobis in traductionem cogitationum nostrarum. Sap.2,14.

Traducent illos ex aduerso iniquitates ipsorum. † 4,20.

TRAGELAPHVS.

Comedere debetis, &c. bubalum, tragelaphum, pygargum. Deut.14,5.

TRAHA.

Populum autem, qui erat in ea, eduxit: & fecit super eos tribulas, & trahas, & ferrata carpenta transire, ita vt dissecarentur. 1.Par.20,3.

TRAHO.

Post se omnem hominem trahet. Iob 21,33.

Trahe me post te. Cant.1,3.

Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Ioan.6,44.

Apprehendentes Paulum trahebant eum extra templū, & statim clausæ sunt ianuæ. Act.21,30.

TRAMES.

Ego quasi trames aquæ immensæ de fluuio. Eccli.24,21.

Factus est mihi trames abundans, & fluuius meus appropinquauit ad mare. 43.

TRANQVILLVS.

Post tempestatem, tranquillū facis. Tob.3,22.

Tu autem dominator virtutis cum tranquillitate iudicas. Sap.12,18.

Imperauit ventis & mari,& facta est tranquillitas magna. Matth.8,26.

Orationes, &c. pro regibus, & omnibus qui in sublimitate sunt, vt quietam & tranquillam vitam agamus, in omni pietate. 1.Tim.2,2.

TRANSCENDO.

Cumq; viderit sanguinē in superliminari,& in vtroq; poste, transcendet ostiū domus. Exo.12,23.

Et pulli de nido auolantes, sic erunt filiæ Moab in transcensu Arnon. Isaiæ 16,2.

TRANSEO, TRANSITVS.

Est enim Phase (id est transitus) Domini. Exod.12,11.

Transibo per Terram Aegypti nocte illa, percutiamque omne primogenitum. 12.

Non transibis per me, alioquin armatus occurram tibi. Num.20,24.

Tantùm est vt nobis concedas transitum. Deut.2,28.

Ascende in montem istum Abarim, id est, transituum. † 32,49.

Surge & transi Iordanem tu & omnis populus tecum. Iof.1,2

Cumque transissent omnes, transiuit & arca Domini. † 4,11.

Obsecro vt me transire permittatis. Iud.12,6.

Transeamus ad stationem incircumcisorum horum. 1.Reg.14,6.

Transierit ad æmulum tuum? † 28,16.

Transite ad Dominum meum regem Assyriorum. 4.Reg.18,23.

Transierunt Iordanem mense primo, quando inundare consueuit super ripas suas:& omnes fugauerūt qui morabantur in vallibus. 1.Par.12,15.

Transireque fecit filios suos per ignem in Valle Benennom. 2.Par.33,6.

Transibo in locum tabernaculi admirabilis, vsque ad domum Dei. Psal.41,5.

Transiuimus per ignem & aquam: & eduxisti nos in refrigerium. † 65,12.

Transierūt omnia illa tamquā vmbra. Sap.5,9.

O vos omnes qui transitis per viam, attendite & videte si est dolor sicut dolor meus. Thren.1,12.

Pater, si possibile est, transeat à me calix iste. Matth.26,39.

TRANSFERO.

Translatus Henoch. Gen.5,24.

Translata est gloria de Israel, quia capta est arca Dei. 1.Reg.4,21.

Do-

Dominus quoque transtulit peccatum tuum: non morieris. 2.Reg.12,13.

Translatum est regnum, & factum est fratris mei: à Domino enim constitutum est ei. 3.Regum 15.

Cepit rex Assyriorum Samariam, & transtulit Israel in Assyrios. 4 Reg.17,6,23.

Bibetis aquas de cisternis vestris, donec veniam & transferam vos in terram quæ similis est terræ vestræ. † 18,32.

Translatus est Iuda de terra sua. 4.Reg.25,21.

Translati sunt in Manahath. 1.Par.8,6.

Translatique sunt in Babylonem propter delictum suum. † 9,1.

Translatus est; raptus est ne malitia mutaret intellectum eius. Sap.4,11.

Deficiunt verba Hebraica quando fuerint translata ad aliam linguam. Prol. Ecclesiastici.

Quod autem adhuc semel dicit, declarat mobilium translationem tamquam factorum. Heb. 12,27.

TRANSFIGO.

Quòd ad vincula stultus trahatur, donec transfigat sagitta iecur eius. Prou.7,23.

Videbunt in quem transfixerunt. Ioan.19,37.

TRANSFIGVRO.

In omnia transfigurata, omnium nutrici gratiæ tuæ deseruiebat. Sap.16,25.

Duxit illos in montem excelsum seorsum, & transfiguratus est ante eos. Matth.17,2.

Non est ergo magnum si ministri eius transfigurentur velut ministri iustitiæ. 2.Cor.11,15.

TRANSFODIO.

Percussit ergo eum [Asaelem] Abner auersa hasta in inguine, & transfodit. 2.Reg.2,23.

TRANSFORMOR.

Gloriam Domini speculantes, in eamdem imaginem transformamur. 2.Cor.3,18.

TRANSFRETO.

Quis ex nobis poterit transfretare mare, &c. sed iuxta te est sermo valdè. Deut.30,13.

In Cethim consurgens transfreta. Isa.23,12.

Transfretauit [Iudas] torrentem prior, & omnis populus post eum. 1.Mach.5,43. † 16,6. Mar.6,53.

TRANSFVGIO.

Transfugiamus ad castra Syriæ. 4.Reg.7,4.

Transfugerunt ad Dauid cùm lateret in deserto, viri robustissimi, & pugnatores optimi. 2.Paral.12,8.

Transfugerunt ad eum [Dauidem] de Manasse, &c. principes millium in Manasse. 20. † 19,19.

Et transfugerit ad Chaldæos, qui obsident vos, viuet, & erit anima sua quasi spolium. Ier.21,9.

TRANSFVSVS.

Requieuit in fæcibus suis: nec transfusus est de vase in vas. Ier.48,11.

TRANSIGO.

Vt absque terrore vitam silentio transigentes, optata cunctis mortalibus pace fruerentur. Esth.13,2.

Faber & architectus, qui noctem tamquam diem transigit. Eccli.38,28.

TRANSILIO.

In Deo meo transiliam murum. 2.Reg.22,30.

Transiliebantque altare quod fecerant. 3.Reg, 18,26.

Si ascenderit vulpes, transiliet murum eorum lapideum. 2.Esd.4,3.

Sapiens timet & declinat à malo: stultus transilit, & confidit. Prou.14,16.

Saliens in montibus, transiliens colles. Cantic.2,8. Eccli.38,37.

TRANSMEO.

Qui volunt hinc transire ad vos, non possint, neque inde huc transmeare. Luc.16,26.

TRANSGREDIOR.

Panem non comedit & aquam non bibit: lugebat enim transgressionem eorum qui venerant de captiuitate. 1.Esd.10,6.

Qui potuit transgredi & non est transgressus, facere mala & non fecit. Eccli.31,10.

Et ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus rogauit. Isa.53,12.

Quid igitur lex? propter transgressiones posita est. Gal.3,19. Iac.2,11.

TRANSMIGRO.

In anno trigesimoseptimo transmigrationis regis Ioachin. 4.Reg.25,27.

Comederunt filij Israel qui reuersi fuerant de transmigratione, & omnes qui se separauerant à coinquinatione Gentium terræ ad eos, vt quærerent Dominum Deum Israel. 1.Esd.6,21.

Transmigra in montem sicut passer. Psal.10,1

Canticum Ieremię & Ezechielis populo transmigrationis, quando incipiebat proficisci. Titulus Psalmi 64.

A volucre cæli vsque ad pecora transmigrauerunt, & recesserunt. Ier.9,10.

Translata est omnis Iuda transmigratione perfecta. † 13,19.

Hæc dicit Dominus Deus Israel: Sicut ficus hæ bonæ: sic cognoscam transmigrationem Iuda, quam emisi de loco isto in Terram Chaldęorum, in bonum. † 24,5.

Et omnem transmigrationem Iuda, qui ingressi sunt in Babylonem, ego conuertam ad locum istum. † 28,3.

Audiens audiui Ephraim transmigrantem: Castigasti me, & eruditus sum, quasi iuuenculus indomitus. † 31,18.

Vasa transmigrationis fac tibi habitatrix filia Aegypti: quia Memphis in solitudinem erit. † 46,19.

Melchom in transmigrationem ducetur, sacerdotes

dotes eius & principes eius simul. † 49,3.

Veni ad transmigrationem, ad acervum nouarum frugum. Ezech.3,15.

Fac tibi vasa transmigrationis, & transmigrabis per diem coram eis. † 12,3.

Nunc migrabunt in capite transmigrantium, & auferetur factio lasciuientium. Amos 6,7.

Sume à transmigratione, ab Holdai & à Tobia. Zach.6,10.

TRANSMVTATIO.

A Patre luminum, apud quem non est transmutatio. Iac.1,17.

TRANSNATO.

Dissiliit Ionathas, & qui cum eo erant in Iordanem, & transnatauerunt ad eos. 1.Mach. 9,48.

TRANSPLANTOR.

Erit quasi lignum quod transplantatur super aquas. Ier.17,8.

Transplantata est in desertum, in terra inuia & sitienti. Ezech.19,13.

Diceretis huic arbori moro: Eradicare, & transplantare in mare. Luc.17,6.

TRANSPORTO.

Aquila, &c. tulit medullam cedri. Summitatem frondium eius auulsit: & transportauit eam in Terram Chanaan. Ezech.17,3.

TRANSTRA.

Quercus de Basan dolauerunt in remos tuos: & transtra tua fecerunt tibi ex ebore Indico. Ezech.27,6.

TRANSVADO.

Mensus est mille, torrentem, &c. qui non potest transuadari. Ezech.47,5.

TRANSVEHO.

Transtulit illos per Mare rubrum, & transuexit illos per aquam nimiam. Sap.10,18.

TRANSVERTO.

Inconstantia concupiscentiæ transuertit sensum sine malitia. Sap.4,12.

Oculos tuos ne transuertas à paupere. Eccli.4,1.

TRANSVOLO.

Sicut auis ad alia transuolans, & passer quò libet vadens: sic maledictum frustrà prolatum in quempiam superueniet. Prou.26,2.

Transierunt omnia illa, &c. aut tamquam auis, quæ transuolat in aëre. Sap.5,11.

TRECENTI.

Trecentorum cubitorum erit longitudo arcæ. Gen.6,15.

Numerauit expeditos vernaculos suos trecentos decem & octo. † 14,14.

In trecentis viris qui lambuerunt aquas, liberabo vos, & tradā in manu tua Madian. Iudic.7,7.

Diuisitque trecentos viros in tres partes. 16.

Quando habitauit in Hesebon, &c. per trecentos annos. † 11,26.

Cepit trecentas vulpes, caudasque earum iunxit ad caudas. † 15,4.

Fueruntque filiorum Israel trecenta millia. 1.Reg.11,8.

Cuius ferrum hastæ trecentas vncias appendebat. 2.Reg.21,16.

Leuauit [Abisai] hastam suam contra trecentos, quos interfecit. † 23,18.

Absque præpositis, &c. numero trium millium trecentorum. 3.Reg.5,16.

Trecentas peltas ex auro probato: trecentæ minæ auri vnam peltam vestiebant. † 10,17.

Fueruntque ei vxores quasi reginæ septingentæ, & concubinæ trecentæ. † 11,3.

Indixit itaque rex Assyriorum Ezechiæ regi Iudæ trecenta talenta argenti, & triginta talenta auri. 4.Reg.18,14.

Fecit igitur rex Salomon ducentas hastas aureas de summa sexcentorum aureorum, qui in singulis hastis expendebantur: trecenta quoque scuta aurea trecentorum aureorum, quibus tegebantur singula scuta. 2.Par.9,16.

In Iuda, &c. robustissimi viri trecenta millia. † 17,14. † 25,5.

Ad faciendum Phase pecora commixtim duo millia sexcenta, & boues trecentos. † 35,8.

Interfecti sunt in Susan treceti viri. Esth.9,15.

Dedi tibi annos iniquitatis eorum, numero dierum trecentos & nonaginta dies; & portabis iniquitatem domus Israel. Ezech.4,5.9.

Vsque ad vesperam & manè, dies duo millia trecenti: & mundabitur sanctuarium. Dan.8,14.

Beatus qui expectat, & peruenit vsque ad dies mille trecentos triginta quinque. Tu autem vade ad præfinitum, & requiesces. † 12,12.

Curiam fecerunt sibi [Romani] & quotidie consulebant trecentos viginti, consilium agentes semper de multitudine. 1.Mach.8,15.

Vt immunem faceret Iudæam, &c. & promisit ei talenta trecenta. † 11,28.

Ambiebat Iason frater Oniæ summum sacerdotium: adito rege, promittens ei argenti talenta trecenta sexaginta, & ex reditibus aliis talenta octoginta, super hæc promittebat & alia centum quinquaginta, si potestati eius concederetur gymnasium, &c. 2.Mach.4,8.

Misit Iason facinorosus, ab Ierosolymis viros peccatores, portantes argenti didrachmas trecentas in sacrificium Herculis. 19.

In semetipsum retorsit summum sacerdotium, superponens Iasoni talenta argenti trecenta. 24.

Elephantos viginti duos, currus cum falcibus trecentos. † 13,2.

Quare hoc vnguentum non væniit trecentis denariis, & datum est egenis? Ioan.12,5.

TREDECIM.

Domum autem suam ædificauit Salomon

tredecim annis. 3.Reg.7,1. 1.Par.6,62.
Et longitudinem portæ, tredecim cubitorum. Ezech.40,11.

TREMO.

Robustos Moab obtinuit tremor. Exod.15,15.
Trementes pro peccato & pluuiis. 1.Esd.10,9.
Cùmque hæc audisset, turbati sunt, & trementes ceciderunt super terram in faciem suam. Tob.12,15.
Tremor & horror inuasit sensus eorum, ne hoc faceret Ierusalem, & templo Domini, quod fecerat ceteris ciuitatibus, & templis earum. Iudith 4,2.
Quoniam sciunt se offendisse Deum suum filij Israel, tremor tuus super ipsos est. † 11,9.
Pauor tenuit me & tremor, & omnia ossa mea perterrita sunt. Iob 4,14.
Pertimesco, & concutit carnem meam tremor. † 21,6.
Tremor apprehendit eos. Psal.47,7.
Terra tremuit, & quieuit. † 75,9.
Qui respicit terram, & facit eam tremere. † 103,32.
Montes simul & colles, & fundamenta terræ: cùm conspexerit illa Deus, tremore concutientur. Eccli.16,20.
Audite verbum Domini, qui tremitis ad verbum eius. Isa.66,5.

TREPIDO.

Trepidauerunt timore vbi non erat timor. Psal.52,6.

TRES.

Tres propagines, tres adhuc dies sunt, post quos recordabitur Pharao ministerij tui, & restituet te in gradum pristinum, dabísque ei calicem iuxta officium tuum. Gen.40,12.
Tribus vicibus per singulos annos mihi festa celebrabitis. Exod.23,14.
Tribus vicibus per annum apparebit omne masculinum tuum in conspectu Domini Dei tui, in loco quem elegerit. Deut.16,16.
Constituit Saul populum in tres partes. 1.Reg.11,11.
Elegit sibi Saul tria millia de Israel. † 13,2.
Trium tibi datur optio. 2.Reg.24,12.
Offerebat quoque Salomon tribus vicibus per annos singulos holocausta, & pacificas victimas, super altare quod ædificauerat Domino. 3.Regum 9,25.
Per tres dies continens esto ab ea. Tob.6,18.
Ecce, hæc omnia operatur Deus tribus vicibus per singulos. Iob 33,29.
Tria sunt difficilia mihi, & quartum penitus ignoro: Viam aquilæ in cælo, viam colubri super terram, viam nauis in medio mari, & viam viri in adolescentia. Talis est & via mulieris adulteræ. Prou 30,18.
Per tria mouetur terra, & quartum non potest sustinere, *&c.* per ancillam cùm fuerit heres dominæ suæ. 21.
Tria sunt quæ benè gradiuntur, & quartum quod incedit feliciter. 29.
Nónne tres viros misimus in medium ignis compeditos? Dan.3,91.
Tres sunt qui testimonium dant in cælo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus. 1.Ioan.5,7.

TRIBVLA.

Fecit super eos tribulas, & trahas, & ferrata carpenta transire. 1.Par.20,3.
Tribulas in ligna, & triticum in sacrificium. † 21,23.

TRIBVLATIO.

Tribulatio vtilis. Meritò hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum, videntes angustiam animæ illius. Gen.42,21. Exod.15,25.
Hodie proiecistis Deum vestrum, qui solus saluauit vos de vniuersis malis, & tribulationibus vestris. 1.Reg.10,19.
Mittite virum istum [Michæam] in carcerem, & sustentate eum pane tribulationis, & aqua angustiæ, donec reuertar in pace. 3.Reg.22,27.
Tribulatus confugiat ad Deum, ad Sanctos, ad orationem. 4.Reg.19,1.
Dies tribulationis & increpationis, & blasphemiæ dies iste. 3.
Tribulationis effectus, fiducia, oratio. 2.Par.20,10. Tob.3,1.
In tempore tribulationis suæ clamauerunt ad te, & tu de cælo audisti. 2.Esd.9,27.
In tribulatione magna sumus. † 9,37.
In tempore tribulationis peccata dimittis his qui inuocant te. Tob.3,13.
Anima mea benedic Dominum, quoniam liberauit Ierusalem ciuitatem suam à cunctis tribulationibus eius. † 13,19.
Tribulatio orationis excitat studium. Clamauit omnis populus ad Dominum instantia magna, & humiliauerunt animas suas in ieiuniis. Iudith 4,8.
Memores esse debent, quomodo pater noster Abraham tentatus est, & per multas tribulationes probatus amicus Dei effectus est. † 8,22.
Fuítque dies illa tenebrarum, & discriminis, tribulationis & angustiæ, & ingens formido super terram. Esth.11,8.
Memento Domine, & ostende te nobis in tempore tribulationis nostræ, & da mihi fiduciam Domine Rex deorum. † 14,12.
In sex tribulationibus liberabit te, & in septima non tanget te malum. Iob 5,19.
Terrebit eum tribulatio, & angustia vallabit eum. † 15,24.
Eripiet de angustia sua pauperem, & reuelabit in tribulatione aurem eius. † 36,15.
Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me, multi insurgunt aduersum me? Psal.3,1.

In tribulatione dilatasti mihi. † 4,2.

Qui tribulant me exultabunt si motus fuero. † 12,5.

In tribulatione mea inuocaui Dominũ. † 17,7.

Exaudiat te Dominus in die tribulationis. † 19,2.

Tribulatio proxima est, quoniam non est qui adiuuet. † 21,12.

Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt. † 24,17.

Iuxtà est Dominus iis qui tribulato sunt corde, & humiles spiritu saluabit. † 33,19.

Multæ tribulationes iustorum, & de omnibus his liberabit eos Dominus. 20.

Ex omni tribulatione eripuisti me. † 53,9.

Posuisti tribulationes in dorso nostro. † 65,11.

Quoniam tribulor, velociter exaudi me. † 68,18.

Quantas ostendisti mihi tribulationes, multas & malas, & conuersus viuificasti me, & de abyssis terræ iterùm reduxisti me. † 70,20.

In die tribulationis meæ Deum exquisiui, manibus meis nocte contra eum, & non sum deceptus. † 76,3.

In tribulatione inuocasti me, & liberaui te. † 80, 8.

Super tribulantes eos misissem manũ meã. 15.

In die tribulationis meæ clamaui ad te, quia exaudisti me. † 85,7.

Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum. † 90,15.

In quacumque die tribulor, inclina ad me aurem tuam. † 101,3.

Tribulauerunt eos inimici eorum. † 105,42.

Vidit cùm tribularentur. 44.

Tribulationem & dolorem inueni, & nomen Domini inuocaui. † 114,3.

De tribulatione inuocaui Dominum. † 117,5.

Tribulatio & angustia inuenerunt me, mandata tua meditatio mea est. † 118,143.

Ad Dominum cùm tribularer clamaui, & exaudiuit me. † 119,1.

Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me. † 137,7.

Effundo in conspectu eius orationem meam, tribulationem meam ante ipsum pronuntio. † 141,3.

Educes de tribulatione animam meã. † 142,11.

Remittet in die tribulationis peccata. Eccli. 2,13.

In die tribulationis commemorabitur tui. † 3,17.

Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. † 27,6.

De portis tribulationum, quæ circumdederunt me. † 51,5.

Vt non derelinquat me in die tribulationis meę, & in tempore superborum sine adiutorio. 14.

Aspiciemus in terram, & ecce tenebræ tribulationis, & lux obtenebrata est in caligine eius. Isaiæ 5,30.

Ad terram intuebitur, & ecce tribulatio, & tenebræ, dissolutio & angustia, & caligo persequens, & non poterit auolare de angustia sua. † 8,22.

Clamabunt ad Dominum à facie tribulantis, & mittet eis saluatorem, & propugnatorem qui liberet eos. † 19, 20.

Coronans coronabit te tribulatione. † 22,18.

Factus est fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione sua: spes à turbine, vmbraculum ab æstu. † 25,4.

In angustia requisierunt te, in tribulatione murmuris doctrina tua eis. † 26,16.

In terra tribulationis & angustiæ leæna & leo ex eis, vipera, & regulus volans, portantes super humeros iumentorum diuitias suas. † 30,6.

Formidasti iugiter tota die à facie furoris eius, qui te tribulabat, & parauerat ad perdendum: vbi nunc est furor tribulantis? † 51,13.

In omni tribulatione eorum non est tribulatus. † 63,9.

Audiuimus famam eius: dissolutæ sunt manus nostræ: tribulatio apprehendit nos. Ierem. 6,24.

Proiiciam habitatores terræ in hac vice: & tribulabo eos ita vt non inueniantur. † 10, 18.

Vide Domine quoniam tribulor, conturbatus est venter meus. Thren. 1,20.

In tribulatione sua manè consurgẽt ad me: Venite & reuertamur ad Dominum, quia ipse cepit & sanabit nos. Osee 6,1.

Tribulabitur, & circuietur terra, & detrahetur ex te fortitudo tua. Amos 3,11.

Clamaui de tribulatione mea ad Dominum, & exaudiuit me, de ventre inferi clamaui, & exaudisti vocem meam. Ionæ 2,3.

Bonus Dominus, & confortans in die tribulationis. Nahum 1,7.

Non consurget duplex tribulatio. 9.

Tribulabo homines, & ambulabunt vt cæci, quia Domino peccauerunt. Soph. 1,17.

Neque exeunti erat pax præ tribulatione. Zachar. 18, 10.

Conuenit ecclesia magna cogitare quid facerent fratribus suis, qui in tribulatione erant, & expugnabantur. 1. Mach. 5,16.

Arbitratus est [Antiochus] se mori, &c. dixi in corde meo: In quantam tribulationem deueni, & in quos fluctus tristitiæ, in qua nunc sum, qui iucundus eram & dilectus in potestate mea? † 6,11.

Facta est tribulatio magna in Israel, qualis non fuit ex die, qua non est visus propheta in Israel. † 9, 27.

Non mihi contingat parcere animæ meæ in omni tempore tribulationis: non enim melior sum fratribus meis. † 13,5.

Scripsimus vobis in tribulatione, & impetu, qui superuenit nobis in istis annis, ex quo recessit Iason à sancta terra. 2.Mach.1,7.

Facta autem tribulatione,& persecutione propter verbum,continuò scandalizatur. Mat.13,21.

Tradent vos in tribulationem,& occident vos. † 24,9.

Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi. 21.

Venit autem fames in vniuersam Aegyptum, & Chanaan, & tribulatio magna. Act 7,11.

Et quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. † 14,21.

Spiritus sanctus per omnes ciuitates mihi protestatur dicens: quoniam vincula & tribulationes Ierosolymis me manent. † 20,23.

Tribulatio & angustia in omnem animam hominis operantis malum. Rom.2,9.

Gloriamur in tribulationibus, scientes quòd tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio verò spem, spes autem non confundit. † 5,4.

In tribulatione patientes. † 12,12.

Si nupserit virgo, non peccauit: tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi. 1.Cor.7,28.

Siue autem tribulamur, pro vestra exhortatione & salute. 2.Cor.1,6.

Ex multa tribulatione,& angustia cordis scripsi vobis per multas lacrymas. † 2,4.

In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur. † 4, 8.

Id enim quod in præsenti momentaneum, & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis. 17.

Quod in multo experimento tribulationis, abundantia gaudij ipsorum fuit. † 8,2.

Ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis: quæ est gloria vestra. Ephes.3,13.

Benè fecistis communicantes tribulationi meę. Philip.4,14.

Vt nemo moriatur in tribulationibus istis: ipsi enim scitis quòd in hoc positi sumus. 1.Thes.3,3.

Si tamen iustum est apud Deum retribuere tribulationem iis qui nos tribulant, & vobis qui tribulamini, requiem nobiscum in reuelatione Domini. 2.Thes.1,7.

Si tribulationem patientibus subministrauit. 1.Tim.5,10.

Ego Ioannes frater vester, & particeps in tribulatione, & regno, & patientia in Christo Iesu. Apoc.1,9.

Scio tribulationem tuam, & paupertatem tuam; sed diues es. † 2,9.

Missurus est diabolus aliquos ex vobis in carcerem, vt tentemini: & habebitis tribulationem diebus decem. 10.

Qui mœchãtur cum ea, in tribulatione maxima erunt, nisi pœnitentiam ab operibus suis egerint. 22.

Hi sunt qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine Agni. † 7,14.

TRIBVLVS.

Maledicta terra in opere tuo, &c. spinas & tribulos germinabit tibi. Gen.3,18.

Conteram carnes vestras cum spinis tribulisque deserti. Iudic.8,7,16.

Et animam agricolarum afflixi: Pro frumento oriatur mihi tribulus. Iob 31,40.

Dum gelauerit, fiet tamquam cacumina tribuli. Eccli.43,21.

Lappa & tribulus ascendet super aras eorum. Osee 10,8.

Numquid colligunt de spinis vuas, aut de tribulis ficus? Matth.7,16.

Proferens autem [terra] spinas ac tribulos, reproba est, & maledicto proxima. Heb.6,9.

TRIBVNAL.

In similitudinem tribunalis. 4 Reg.9,13.

Vidit regem stantem super tribunal, iuxta morem. † 11,14.

Stans [Iosias] in tribunali suo percussit fœdus coram Domino, vt ambularet post eum. 2.Paralipom.34,31.

Adduxit foras Iesum & sedit pro tribunali. Ioan.19,13.

Ad tribunal Cæsaris sto, : ibi me oportet iudicari. Act.25,10.

Quare spernis fratrem tuum? omnes enim stabimus ante tribunal Christi. Rom.14,10.

Contendimus siue absentes, siue præsentes placere illi, omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi. 2.Cor.5,10.

TRIBVNVS.

Constitue ex eis tribunos, & centuriones, & quinquagenarios & decanos. Exod.18,21.

Constituet sibi tribunos,& centuriones,& aratores agrorum suorum. 1.Reg.8,12.

Decem formellas casei has deferes ad tribunum. † 17,18.

Fecit eum [Dauidem] tribunum super mille viros. † 18,13. † 22,7.

Dauid considerato populo suo, constituit super eos tribunos, & centuriones. 2.Reg.18,1.

TRIBVO.

Quis det vt veniat petitio mea: & quod exspecto tribuat mihi Deus? Iob 6,8.

Omni autem petenti te, tribue. Lucæ 6,30.

Diuites fieri in bonis operibus, facilè tribuere. 1.Tim.6,18.

TRIBVS.

Omnes hi in tribubus Israel duodecim. Genesis 49,28.

Lapides duodecim sculpti erant nominibus duodecim tribuum Israel. Exod.39,14.

Nec

Nec sibi misceantur tribus, sed ita maneant, vt à Domino separatæ sunt. Num. 36,10.

Hoc malum in populo tuo, vt hodie vna tribus auferretur ex nobis? Iudic. 21,5.

Numquid non filius Iemini ego sum, de minima tribu Israel, & cognatio mea nouissima inter omnes familias de tribu Beniamin? 1. Regum 9,21.

Venerunt vniuersæ tribus Israel ad Dauid in Hebron, dicentes: Ecce nos, os tuum & caro tua sumus. 2. Reg. 5,1.

Vna tribus remanebit ei, propter seruum meum Dauid, & Ierusalem ciuitatem quam elegi. 3. Reg. 11,32.

Non remansit nisi tribus Iuda tantummodò. Sed nec ipse Iuda custodiuit mandata Domini. 4. Reg. 17,19.

Tribubus præerant Israel, Rubenitis, dux Eliezer. 1. Par. 27,16.

Tribum Ephraim non elegit: sed elegit tribum Iuda. Psal. 77,67.

Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini. † 121,4.

Et erat Anna prophetissa, filia Phanuel, de tribu Aser. Luc. 2,36.

In quo enim hæc dicuntur, de alia tribu est, de qua nullus altari præstò fuit. Heb. 7,13.

Duodecim tribubus, quæ sunt in dispersione, salutem. Iac. 1,1.

TRIBVTVM.

Supposuit [Issachar] humerum suum ad portandum, factusque est tributis seruiens. Gen. 49,15.

Et non interfecerunt filij Ephraim Chananæum, &c. habitauitque Chananæus in medio Ephraim vsque in diem hanc tributarius. Iosue 16,10.

Fecit eos tributarios & delere noluit. Iudic. 1,28.

Qui percusserit eum [Goliath] &c. domum patris eius faciet absque tributo in Israel. 1. Regum 17,25.

Tulit Dauid Frenum tributi de manu Philisthiim. 2. Reg. 8,1.

Factaque est Syria Dauid seruiẽs sub tributo. 6.

Quos scilicet non potuerant filij Israel exterminare: fecit Salomon tributarios. 3. Reg. 9,21. † 2. Par. 8,8.

Aduram, qui erat super tributa, & lapidauit eum omnis Israel, & mortuus est. † 12,18.

Tributum. Soluebat regi Israel centum millia agnorum, & centum millia arietum cum velleribus suis. 4. Reg. 3,4. † 15,19.

Factus est ei Osee seruus, reddebatque illi tributa. † 17,3. † 23,35. 2. Par. 27,5.

Si ciuitas illa ædificata fuerit, & muri eius instaurati, tributum & vectigal, & annuos reditus non dabunt. 1. Esd. 4,13. Esth. 2,18.

Assuerus, omnem terram & cunctas maris insulas fecit tributarias. Esth. 10,1.

Manus fortium dominabitur: quæ autem remissa est, tributis seruiet. Prou. 12,24.

Quomodo cessauit exactor, quieuit tributum? Isa. 14,4.

Princeps prouinciarum facta est sub tributo. Thren. 1,1.

Obtinuit regiones gentium & tyrannos: & facti sunt illi in tributum. 1. Mach. 1,5.

Et cogitauit ire in Persidem, & accipere tributa regionum. † 3,31.

Vt daret ipse, & qui regnarẽt post ipsum tributũ magnum, & daret obsides & constitutũ. † 8,7.

Absoluo vos & omnes Iudæos à tributis, & pretia salis indulgeo, & coronas remitto, & tertias seminis. † 10,29.

Constituit autem Nicanor, vt regi tributum, quod Romanis erat dandum, duo millia talentorum de captiuitate Iudæorum suppleret. 2. Machab. 8,10.

Reges terræ à quibus accipiunt tributum, vel censum. Matth. 17,24.

Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, & prohibentem tributa dari Cæsari. Luc. 23,2.

Reddite omnibus debita, cui tributum, tributum; cui vectigal, vectigal. Rom. 13,7.

TRICLINIVM.

Furata est eum, &c. & nutricem eius de triclinio. 4. Reg. 11,2.

Compositæ de triclinio feminarum ad regis cubiculum transibant. Esth. 2,13.

TRICO.

Hora surgendi non te trices. Eccli. 32,15.

TRIDENS.

Chaldæi, &c. trullas, & tridentes, & scyphos, & mortariola, & omnia vasa ærea, in quibus ministrabant, tulerunt. 4. Reg. 25,14.

TRIDVVM.

Exiret [Iudith] & introiret ad adorandum Deum suum, per triduum. Iudith 12,6.

Petentibus à Domino misericordiam, cum fletu & ieiuniis, per triduum continuum prostratis. 2. Mach. 13,12.

Misereor turbæ, quia triduo iam perseuerant mecum, & non habent quod manducent. Matth. 15,32. Mar. 14,58.

Post triduum inuenerunt illum in templo. Luc. 2,46. Act. 15,1.

TRIENNIS.

Sume, inquit, mihi vaccam triennem, & capram trimam, & arietem annorum trium. Genes. 15,9.

TRIENNIVM.

Miserere mei, quæ te in vtero nouem mensibus portaui, & lac triennio dedi & alui. 2. Machab. 7,27.

Per triennium nocte & die non cessaui, cum lachrymis monens vnumquemque vestrûm. Act.20,31.

TRIERIS.

Venient in trieribus de Italia, superabunt Assyrios, vastabuntque Hebræos, ad extremum etiam ipsi peribunt. Num.24,24.

Non transibit per eum nauis remigum, neque trieris magna transgredietur eum. Isa.33,21.

Egredientur nuntij à facie mea, in trieribus, ad conterendam Aethiopiæ confidentiam, & erit pauper in eis in die Aegypti. Ezech.30,9.

Venient super eum trieres & Romani: & percutietur. Dan.11,30.

TRIGINTA.

Habens triginta filios sedentes super triginta pullos asinarum, & principes triginta ciuitatum. Iudic.10,4.

Acceperunt triginta argenteos pretium appretiati. Matth.27,9.

Dabat [semen] fructũ ascendentem & crescentem, & afferebat vnum triginta, vnum sexaginta, & vnum centum. Mar.4,8.

Erat autem quidam homo ibi triginta & octo annos habens in infirmitate sua. Ioan.5,5.

TRIMVS.

Sume, inquit, mihi vaccam triennem, & capram trimam. Gen.15,9.

TRIPLEX, TRIPLICITER.

Descripsi eam tibi tripliciter. Prou.22,20.

Funiculus triplex difficilè rumpitur. Eccles.4,12.

Fornacem custodiens in operibus ardoris: tripliciter sol exurens montes. Eccli.43,4.

Dupliceturgladius, ac tripliceturgladius interfectorum. Ezech.21,14.

Vbi erat porticus iuncta porticui triplici. †42,4.

TRIPOLIS.

Nauibus, per portum Tripolis ascendisse ad loca opportuna. 2.Mach.14,1.

TRIPVDIVM.

Iudæis autem noua lux oriri visa est, gaudium, honor, & tripudium. Esth.8,16.

TRIREMIS.

In sacrificium Herculis: propter præsentes autem datæ sunt in fabricam nauium triremium. 2.Mach.4,20.

TRISTEGA.

Tristega facies in ea. Gen.6,16.

Tristega enim erant, & non habebant columnas. Ezech.42,6.

TRISTOR, TRISTITIA.

Cur tristior est hodie solito facies vestra? Gen.40,7.

Nesciat hoc Ionathas, ne fortè tristetur. 1.Reg.20,3.

Ego sedebam tristis vsque ad sacrificium vespertinum. 1.Esd.9,4.

Quare vultus tuus tristis est, cùm te ægrotum non videam? Non est hoc frustrà, sed malum nescio quod in corde tuo est. 2.Esd.2,2.

Tristem celabat animum. Esth.15,8.

Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? Psal.41,6.

Quare contristatus incedo dum affligit me inimicus? †41,10. †42,2.

Animus gaudens ætatem floridam facit: spiritus tristis exsiccat ossa. Prou.17,22.

Sicut tinea vestimento, & vermis ligno; ita tristitia viri nocet cordi. †25,20.

Melior est ira risu, quia per tristitiam vultus corrigitur animus delinquentis. Cor sapientium vbi tristitia est, & cor stultorum vbi lætitia. Eccles.7,4.

Beatus vir, qui non est lapsus verbo ex ore suo, & non est stimulatus in tristitia delicti. Felix qui non habuit animi sui tristitiam, & non excidit à spe sua. Eccli.14,1.

In omni dato non des tristitiam verbi mali. †18,15.

Omnis plaga tristitia cordis est: & omnis malitia, nequitia mulieris. †25,17.

Tristitiam non des animæ tuæ, & non affligas temetipsum in consilio tuo. †30,22.

Miserere animæ tuæ placens Deo, & contine: congrega cor tuum in sanctitate eius, & tristitiam longè repelle à te. †30,24.

Multos enim occidit tristitia, & non est vtilitas in illa. 25.

Cor prauum dabit tristitiam, & homo peritus resistet illi. †36,22.

Nónne tristitia inest vsque ad mortẽ? †37,2.

A tristitia enim festinat mors, & cooperit virtutem, & tristitia cordis flectit ceruicem. †38,19.

Ne dederis in tristitia cor tuum, sed repelle eam à te; & memento nouissimorum, noli obliuisci: neque enim est conuersio. 21.

Circumuallabo Ariel, & erit tristis & mœrens, & erit mihi quasi Ariel. Isa.29,2.

Non erit tristis neque turbulentus. †42,4.

Ebrietate & dolore repleberis, calice mœroris & tristitiæ. Ezech.23,33.

Renouata est in eo tristitia magna, & arbitratus est se mori. 1.Mach.6,9.

Propterea inuenerunt me mala ista, & ecce pereo tristitia magna in terra aliena. 13.

Abiit tristis: erat enim habens multas possessiones. Matth.19,22.

Tristis est anima mea vsque ad mortem. †26,38.

Quia hæc locutus sum vobis: tristitia impleuit cor vestrum. Ioan.16,6.

Contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium. 20.

Tristitia mihi magna est, & continuus dolor cordi meo. Rom.9,2.

Vt non cùm venero, tristitiam super tristitiam habeam, de quibus oportuerat me gaudere. 2.Cor.2,3.

Consolemini: ne fortè abundantiori tristitia absorbeatur qui eiusmodi est. 7.

Quasi tristes, semper autem gaudentes. † 6,10.

Quæ enim secundùm Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur: sæculi autem tristitia mortem operatur. † 7,10.

Non ex tristitia, aut ex necessitate: hilarem enim datorem diligit Deus. † 9,7.

Ne tristitiam super tristitiam haberem. Philip.2,27.

Tristatur aliquis vestrûm? oret. Aequo animo est? psallat. Iac.5,13.

TRITICVM.

Triticum & far non sunt læsa, quia serotina erant. Exod.9,32.

Numquid non messis tritici est hodie? 1.Reg. 12,17.

Cyminum sparget, & ponet triticum per ordinem, & hordeum, & milium. Isa.28,25.

Si dedero triticum tuum vltrà cibum inimicis tuis. † 62,8.

Quid paleis ad triticum? Ier.23,28.

Matribus suis dixerunt: Vbi est triticum & vinum? cùm deficerent quasi vulnerati in plateis ciuitatis. Thren.2,12.

Terra exaudiet triticum, & vinum, & oleum. Osee 2,22.

Super triticum & vinum ruminabant. † 7,14.

Conuertentur sedentes in vmbra eius: viuent tritico, & germinabunt quasi vinea. † 14,8.

Congregabit triticum suum in horreum, paleas autem comburet igni inextinguibili. Mat.3,12. Luc.3,17.

Triticum autem congregate in horreum meum. † 13,30.

Satanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum. Luc.22,31.

Bilibris tritici denario. Apoc.6,6.

TRITVRO.

Redegerat quasi puluerem in tritura areæ. 4.Reg.13,7.

Tritura mea & filij areæ meæ. Isa.21,10.

Triturabitur Moab sub eo, sicuti teruntur paleæ in plaustro. † 25,10.

Filia Babylonis quasi area, tempus trituræ eius. Ier.51,33.

Tritura filia Sion, quia cornu tuum ponam ferreum. Mich.4,13.

TRIVIVM.

In triuijs eius accincti sunt sacco. Isa.15,3.

TRIVMPHO.

Erexisset sibi fornicem triumphalem. 1.Regum 15,12.

Triumphator in Israel non parcet. 29.

In perpetuū coronata triumphat, incoinquinatorum certaminum præmium vincens. Sap.4,2.

Triumphabunt de te: sordida, nobilis, grandis interitu. Ezech.22,5.

Ipse de regibus triumphabit, & tyranni ridiculi eius erunt. Habac.1,10.

Deo autem gratias qui semper triumphat nos in Christo Iesu. 2.Cor.2,13.

Expolians principatus & potestates, traduxit confidenter, palàm triumphans in semetipso. Col.2,15.

TROAS.

Sustinuerunt nos Troade. Act.20,5.

TROGLODYTAE.

Nec erat numerus vulgi, quod venerat cum eo, &c. Troglodytæ, & Aethiopes. 2.Par.12,3.

TROPHAEVM.

Arbitrans hostium, & non ciuium se trophæa capturum. 2.Mach.5,6.

Cogitauerat commune trophæum statuere de Iuda. † 15,6.

TROPHIMVS.

Trophimum autem reliqui infirmum Mileti. 2.Tim.4,20.

TRVCIDO.

Doeg Idumæus, irruit in sacerdotes, & trucidauit in die illa octoginta quinque viros. 1.Regum 22,18.

Vt deiiciant pauperem, & inopem: vt trucident rectos corde. Psal.36,14.

Lapidabunt te lapidibus, & trucidabunt te gladiis suis. Ezech.16,40.

Trucidati sunt senes eius in plateis. 1.Mach. 1,9,24. 2.Mach 5,12.

TRVLLA.

Ecce Dominus stans super murum litum, & in manu eius trulla cæmentarij. Amos 7,7.

TRVNCVS.

Dagon solus truncus remanserat in loco suo. 1.Reg.5,5.

Holofernis, & inuenerint eum truncum in suo sanguine volutatum. Iudith 14,4.

TRYPHAENA.

Salutate Tryphænam, & Tryphosam, quæ laborant in Domino. Rom.16,12.

TRYPHON.

Conclusit Tryphonem, ne procederet. 1.Machab.15,25.

Tryphon autem fugit naui. 37.

TRYPHOSA, *vide* TRYPHAENA.

TVBA.

Prima die mensis, erit vobis sabbatum, memoriale, clangentibus tubis, & vocabitis sanctum. Leuit.23,24.

Fac tibi duas tubas argenteas ductiles, quibus conuocare possis multitudinem quando mouenda sunt castra. Num.10,2.

Sacerdotes clangent tubis. 8.

Dedit tubas in manibus eorum. Iudic.7,16.

Et

Et Eliezer sacerdotes, clangebant turbis coram arca Dei. 1.Par.15,24.

De filiis sacerdotum in tubis. 2.Esd.12,34.

In tubis ductilibus, & voce tubæ corneæ. Psalmo 97,5.

Laudate eum in sono tubæ. † 150,2.

Exclamauerunt filij Aaron, in tubis productilibus sonauerunt, & auditam fecerunt vocem magnam in memoriam coram Deo. Eccli.50,18.

In die illa clangetur in tuba magna, & venient qui perditi fuerant de terra Assyriorum, & qui abiecti erant in terra Aegypti, & adorabunt Dominum in monte sancto in Ierusalem. Isa.27,13.

Loquimini & canite tuba in terra, clamate fortiter & dicite: Congregamini & ingrediamur ciuitates munitas. Ierem.4,5.

Canite tuba, præparentur omnes, & non est qui vadat ad prælium. Ezech.7,14.

Clangite buccina in Gabaa, tuba in Rama, vlulate in Bethauen. Osee 5,8.

In gutture tuo sit tuba quasi aquila super domum Domini, pro eo quòd transgressi sunt fœdus meũ, & legem meam præuaricati sunt. † 8,1.

Canite tuba in Sion, vlulate in monte sancto meo. Ioel.2,1.

Canite tuba in Sion, sanctificate ieiunium. 15.

Si clanget tuba in ciuitate, & populus non expauescet? Amos 3,6.

Exclamauerunt sacris tubis, & in fugam conuersus est Cendebæus, & castra eius. 1. Machab.16,8.

Si incertam vocem det tuba, quis parabit se ad bellum? 1.Cor.14,8.

In tuba Dei descendet de cælo. 1.Thes.4,15.

Vox prima quam audiui, tamquam tubæ loquentis mecum. Apoc.4,1.

Primus Angelus tuba cecinit, & facta est grando & ignis. † 8,7.

TVBALCAIN.

Tubalcain, qui fuit malleator & faber in cuncta opera æris & ferri. Gen.4,22.

TVEOR.

Semma, *&c.* stetit ille in medio agri, & tutus est eum, percussitque Philisthæos. 2.Reg 23,12.

Et de Sion tueatur te. Psal.19,3.

Visita me, & tuere me ab his qui persequuntur me. Ierem 15,15.

TVGVRIVM.

Relinquetur filia Sion vt vmbraculum in vinea, & sicut tugurium in cucumerario. Isaiæ 1,8.

TVMEO.

Tumensque Iacob cum iurgio ait: Quam ob culpam meam, & ob quod peccatum meum sic exarsisti post me? Gen.31,36.

Hoc Dominus non est locutus; sed per tumorem animi sui propheta confinxit: & idcircò non timebis eum. Deut.18,22.

Quid tale facere potui quale vos fecistis? quod cùm locutus esset, requieuit spiritus eorum, quo tumebant contra eum. Iudic.8,3. Esther 16,12.

Quid tumet contra Deum spiritus tuus? Iob 15,13. Act.28,6.

TVMVLTVS.

Audiens autem Iosue tumultum populi vociferantis, dixit ad Moysen: Vlulatus pugnæ auditur in castris. Exod.32,17.

Cumque oriretur seditio, & tumultus increscerer, Moyses & Aaron fugerunt ad tabernaculum fœderis. Num.16,42.

Tumultus magnus exortus est in castris Philisthinorum. 1.Reg.14,19.

Quid sibi vult clamor ciuitatis tumultuantis? 3.Reg.1,41.

Hoc eius somnium fuit: Apparuerunt voces, & tumultus, & tonitrua. Esther 11,5.

Ibi impij cessauerunt à tumultu. Iob 3,17.

Tumultuabitur puer contra senem, & ignobilis contra nobilem. Isaiæ 3,5.

Eleuabit Dominus hostes Rasin super eum, & inimicos eius in tumultum vertet. † 9,11.

Tumultus turbarum, sicut sonitus aquarum multarum. † 17,12.

Non in tumultu exibitis, nec in fuga properabitis. † 52,12.

Vocate nomen Pharaonis regis Aegypti, tumultum adduxit tempus. Ierem.46,17.

Visitabo super tumultum Alexandriæ, & super Pharaonem, & super Aegyptum, & super deos eius. 25.

Deuorabit partem Moab, & verticem filiorum tumultus. † 48,45.

Adduc ad eas multitudinem, & trade eas in tumultum, & in rapinam. Ezech.23,46.

Consurget tumultus in populo tuo, & omnes munitiones tuæ vastabuntur. Osee 10,14.

Aufer à me tumultum carminum tuorum, & cantica lyræ tuæ non audiam. Amos 5,23.

Tumultus quadrigæ stuporis habitanti Lachis. Mich.1,13.

Erit tumultus Domini magnus in eis. Zachar.14,13.

Volentes eos qui sunt in regno nostro sine tumultu agere, & rebus suis adhibere diligentiam. 2.Mach.11,23

Non in die festo, ne fortè tumultus fieret in populo. Matth 26,5.

Videt tumultum, & flentes & eiulantes multum. Mar.5,38.

Nónne tu es Aegyptius, qui ante hos dies tumultum concitasti, & eduxisti in desertum quatuor millia virorum sicariorum? Act.21,38.

TVMVLVS.

Quem vocauit Laban tumulum testis, & Iacob, aceruum testimonij. Gen.31,47.

Sit tumulus sempiternus, non ædificabitur amplius. Deut.13,16.

Suc-

Succendit vrbem, & fecit eam tumulum sempiternum. Iof.8,28.

Pertransit vsque ad tumulos, qui sunt è regione ascensus Adommim. † 18,18.

Leuauit rex Dauid vocem suam, & fleuit super tumulum Abner. 2 Reg.3,32.

Sculptilia succidit atque comminuit, & super tumulos eorum qui eis immolare consueuerant fragmenta dispersit. 2.Par.34,4.

Erit Babylon in tumulos, habitatio draconum, stupor & sibilus. Ierem.51,37.

Ecce ego aperiam tumulos vestros, & educam vos de sepulchris vestris, populus meus, & inducam vos in terram Israel. Ezech.37,12.

TVNDO.

Minutum, & quasi pilo tusum, in similitudinem prunæ. Exod.16,14.

Tunde latera eius dum infans est, ne fortè induret, & non credat tibi. Eccli.30,12.

TVNICA.

Fecit quoque Dominus Deus Adæ, & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos. Gen.3,21.

Fecitque ei tunicam polymitam. † 37,3.

Nudauerunt eum [Ioseph] tunica talari & polymita. 23.

Tunicam, & in sanguine hœdi, quem occiderant, tinxerunt. 31.

Facies & tunicam superhumeralis tuam hyacinthinam. Exod.28,31.

Fecerunt autem & tunicas byssinas. † 39,25.

Dabo vobis triginta sindones, & eiusdem numeri tunicas. Iudic.14,12.

Tunicam paruam faciebat ei [Samueli] mater sua, quam afferebat statutis diebus, ascendens cum viro suo vt immolaret hostiam solemnem. 1.Reg.2,19.

Expoliauit se Ionathas tunica qua erat indutus, & dedit eam Dauid, & reliqua vestimenta sua vsque ad gladium, & arcum suum, & vsque ad balteum. † 18,4.

Ioab vestitus erat tunica stricta ad mensuram habitus sui. 2.Reg.20,8.

Phialas quinquaginta, tunicas sacerdotales quingentas triginta. 2.Esd.7,70.

Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? Cant.5,3.

Vocabo seruum meum Eliacim filium Helciæ & induam illum tunica tua. Isaiæ 22,21.

Ei qui vult tecum iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. Matthæi 5,40.

Neque duas tunicas. † 10,10.

Qui habet duas tunicas, det non habenti. Lucæ 3,11.

Erat autem tunica inconsutilis desuper contexta per totum. Ioan.19,23.

Tunica succinxit se (erat enim nudus) & misit se in mare. † 21,7.

Odientes & eam, quæ carnalis est, maculatam tunicam. Iudæ v.23.

TVRBA.

Non sequêris turbam ad faciendum malum. Exod.23,2.

Quem conculcauit turba in introitu portæ, & mortuus est. 4 Reg.7,17.

Præbete aures vos, qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum. Sap.6,3.

Vicit autem turbas, non in virtute corporis. † 18,22.

Ne oblecteris in turbis, nec in modicis. Eccli.18,32.

Cùm eiecta esset turba, intrauit, & tenuit manum eius, & surrexit puella. Matth.9,25.

Multis autem turbis circumstantibus, ita vt se inuicem conculcarent. Lucæ 12,1.

Sed turba hæc quæ non nouit legem maledicti sunt. Ioan.7,49.

Turba facta concitauerunt ciuitatē. Act.17,5.

Vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus. Apoc.7,9.

TVRBIDVS.

A fluuio turbido, qui irrigat Aegyptū. Iof.13,3.

Quid tibi vis in via Aegypti, vt bibas aquam turbidam? Ierem.2,18.

TVRBO.

Qui receptus es in turbine ignis in curru equorum igneorum. Eccli.48,9.

Sicut turbines ab Aphrico veniunt, de deserto venit, de terra horribili. Isaiæ 21,1.

Turbo quasi stipulam auferet eos. † 40,24.

Turbo dominicæ indignationis egredietur, & tempestas erumpens super caput impiorum veniet. Ierem.23,19.

TVRBO, AS.

Turbastis me, & odiosum fecistis me Chananæis. Gen.34,30. Exod 12,30.

Quia turbasti nos, exturbet te Dominus in die hac. Iof.7,25.

Turbauit pater meus terram. 1 Reg 14,29.

Non turbabitur amplius. 2 Reg 7,10.

Non ego turbaui Israel; sed tu & domus patris tui, qui dereliquistis mandata Domini, & secuti estis Baalim. 3.Reg.18.18.

Dum autem ego turbatus huc illucque mè verterem, subitò non comparuit. † 20,40.

Achar, qui turbauit Israel. 1.Par.2,7.

Noli turbari, sanus est filius noster. Tob.10,6.

Cumque hæc audissent, turbati sunt, & trementes ceciderunt super terram in faciem suam. † 12,16.

Rex autem turbabatur, & omnes ministri eius consolabatur eam. Esth.15,19.

Turbabit vos, & terror eius irruet super vos. Iob 3,11.

A facie eius turbatus sum, & considerans eum, timore sollicitor. † 23,15.

Turbatus est à furore oculus meus. Psal.6,8.
Turbabuntur gentes. †64,9.
Turbabuntur à facie eius. †67,5.
Turbati sunt omnes insipientes corde. †75,5.
Turbatus sum, & non sum locutus. †76,5.
Turbati sunt, & moti sunt sicut ebrius. †106,27.
Vidētes turbabuntur timore horribili. Sap.5,2.
Super hoc cælum turbabo, & mouebitur terra de loco suo, propter indignationem Domini exercituū, & propter diem iræ furoris eius. Isa.13,13.
In tempore vesperè, & ecce turbatio; in matutino, & non subsistet. †17,14.
Vt notum fieret nomen tuum inimicis tuis: à facie tua gentes turbarentur. †64,2.
Non sum turbatus te pastorem sequens. Ier.17,16.
Qui turbat mare, & sonant fluctus eius, Dominus exercituum nomen illi. †31,35.
Audiens autem Herodes rex turbatus est. Matth.2,3.
Quid turbamini & ploratis? puella non est mortua, sed dormit. Mar.5,39.
Zacharias turbatus est videns, & timor irruit super eum. Luc.1,12.
Turbata est in sermone eius. 29.
Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra? †24,38.
Et Iudæos qui venerant cum ea, plorantes, infremuit spiritu, & turbauit seipsum. Ioan.11,33.
Nunc anima mea turbata est. †12,27.
Turbatus est spiritu & protestatus est. †13,21.
Non turbetur cor vestrum, neque formidet. †14,1, 27.
Quia quidam ex nobis exeuntes turbauerunt vos verbis, euertentes animas vestras, quibus non mandauimus. Act.15,24.
Commouentes & turbantes multitudinem. †17,13.
Facta est autem illo tempore turbatio non minima de via Domini. †19,33.

TVRMA.

Quænam sunt istæ turmę, quas obuiàm habui? Gen.33,8.
Regem locusta non habet, & egreditur vniuersa per turmas suas. Prou.30,27.

TVRPIS, TVRPITVDO.

Non ascendes per gradus ad altare meum, ne reueletur turpitudo tua. Exod.20,26.
Omnis homo ad proximum sanguinis sui non accedet, vt reuelet turpitudinem eius. Leu.18,6.
Turpes ymagines destruuntur. Simulachrum Principi: quod omne contriuit, & in frusta comminuens, combussit. 2.Par.15,16.
Qui autem adulter est, propter cordis inopiam perdet animam suam: turpitudinem & ignominiam congregat sibi. Prou.6,33.
Et domus protegens turpitudinē. Eccli.29,28.
Masculi in masculos turpitudinem operantes. Rom.1,27.
Si quis autem turpem se videri existimat super virgine sua, quòd sit superadulta. 1.Cor.7,36. Ephes.5,4.
Beatus qui vigilat, & custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet, & videant turpitudinem eius. Apoc.16,15.

TVRRIS.

Faciamus nobis ciuitatem & turrim, cuius culmen pertingat ad cælum. Gen.11,4.
Fixit tabernaculum trans Turrem gregis. †35,21.
Destruam turrim hanc. Iudic.8,9.
Erat autem turris excelsa in media ciuitate, ad quam confugerant. †9,51.
Aedificauerunt sibi excelsa in cunctis vrbibus suis, à Turre custodum vsque ad Ciuitatem munitam. 4 Reg.17,9.
Aedificauitque Ozias turres in Ierusalem. 2.Par.26,9.
Et Turrim Hananeel, & turrim Emath. 3.Esd.12,38.
Turris fortitudinis à facie inimici. Psal.60,4.
Turris fortissima nomen Domini: ad ipsum currit iustus & exaltabitur. Prou.18,10.
Sicut turris Dauid collum tuum. Cant.4,4.
Vbera mea sicut turris. †8,10.
Aedificauit turrim in medio eius. Isa.5,2.
Et tu turris gregis nebulosa filiæ Sion vsque ad te veniet: & veniet potestas prima. Mich.4,8.
A turre Hananael vsque ad torcularia regis. Zach.14,10.
Fodit in ea torcular, & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis. Matth.21,33.
Sicut & illi decem & octo, supra quos cecidit turris in Siloë, & occidit eos. Luc.13,4.
Quis enim ex vobis volens turrim ædificare non priùs sedens computat sumptus? †14,28.

TVRTVR.

Offerat duos turtures, vel duos pullos columbarum. Leuit.5,7. †12,8. Num.6,10.
Passer inuenit sibi domum, & turtur nidum sibi, vbi ponat pullos suos. Psal.83,4.
Vox turturis audita est in terra nostra. Cantic.2,12.
Miluus in cælo cognouit tempus suum, turtur, & hirundo, & ciconia custodierunt tempus aduentus sui. Ier.8,7.
Par turturum aut duos pullos columbarum. Luc.2,24.

TVTVS.

Habitauit [Dauid] in locis tutissimis Engaddi. 1.Reg.24,1.
Spem: quam sicut anchoram habemus animæ tutam. Heb.6,19.

TVTOR.

Sub tutoribus & actoribus est vsque ad præfinitum

finitum tempus à patre. Gal. 4, 2.

TVVS.

Tui erunt, & nomine fratrum suorum vocabuntur. Gen.48,6.

Tua sint omnia quæ fuerunt Miphiboseth. 2.Reg. 16,4.

Tui sumus, ô Dauid, & tecum fili Isai. 1.Paral.12,18.

Tua sunt omnia, & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. † 29,14.

Tui sunt cæli & tua est terra. Psal.88,12.

Tuus sum ego, saluum me fac. † 118,94.

Tui erant, & tu mihi eos dedisti: & sermonem tuum seruauerunt. Ioan.17,6.

Mea omnia tua sunt, & tua mea sunt: & clarificatus sum in eis. 10.

TYCHICVS.

Tychicum autē misi Ephesum. 2.Tim.4,12.

TYMPANVM.

Sumpsit ergo Maria prophetissa, soror Aaron, tympanum in manu sua, egressæque sunt omnes mulieres post eam. Exod.15,20.

Occurrit ei [Iephte] vnigenita filia sua cum tympanis & choris. Iudic.11,34.

In tympanis lætitiæ, & in sistris. 1.Reg.18,6.

Tenent tympanum, & citharam, & gaudent ad sonitum organi. Iob 21,12.

Date tympanum, psalterium iucundum cum cithara. Psal.80,3.

In tympano, & psalterio psallant ei. † 149,3.

Laudate eum in tympano & choro. † 150,4.

Cessauit gaudium tympanorum, quieuit sonitus lætantium, conticuit dulcedo citharæ. Isa.24,8.

Adhuc ornaberis tympanis tuis, & egredieris in choro ludentium. Ier.31,4.

TYPVS.

Diuisitque cultris, & traduxit in typo laterum. 2.Reg.12,31.

TYRANNIS, TYRANNVS.

Reliqua autem sermonum Zambri, & insidiarum eius, & tyrannidis. 3.Reg.16,20. Esth. 12,6. † 16,3.

Oportebat enim illis sine excusatione quidem superuenire interitum exercentibus tyrannidem. Sap.16,4.

Multi tyranni sederunt in throno. Eccli. 11,5.

Ipse de regibus triumphabit, & tyranni ridiculi eius erunt. Habac.1,10.

Nihil quidem habens dignum sacerdotio: animos verò crudelis tyranni, & feræ beluæ iram gerens. 2.Mach.4,25.

TYRO.

Sopher principem exercitus, qui probabat tyrones de populo terræ. 4.Reg.25,19.

Et scribam principem militum qui probabat tyrones. Ier.52,25.

TYRVS, TYRIVS.

Tyrij habitauerunt in ea, inferentes pisces & omnia venalia. 2.Esd.13,16.

Onus Tyri: Vlulate naues maris, quia vastata est domus. Isa.23,1.

Quis cogitauit hęc super Tyrum quondam coronatam, cuius negotiatores principes, institores eius inclyti terræ? 8.

Dissipabitur Tyrus, & Sidon. Ier.47,4.

Ecce ego super te Tyre, & ascendere faciam ad te gentes multas. Ezech 26,3.

Tyri diuitiæ, arma, ornatus, superbia, ruina. † 27,4.

Quid mihi & vobis Tyrus & Sidon, & omnis terminus Palæstinorum? Ioel.3,4.

Si in Tyro & Sidone factæ essent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egissent. Matth.11,21.

VACCA.

SVME, inquit, mihi vaccam triennem, & capram trimam, & arietem annorum trium, turturem quoque & columbam. Gen.15,9.

Vt adducant ad te vaccam rufam ętatis integræ, in qua nulla sit macula, nec portauerit iugum. Num.19,2.

Vaccasque imposuerunt super ea holocaustum Domino. 1.Reg.6,14.

Bos eorum concepit, & non abortiuit, vacca peperit. Iob.21,10.

Sicut vacca lasciuiens declinauit Israel, nunc pascet eos Dominus. Osee 4,16.

Vaccas Bethauen coluerunt habitatores Samariæ. † 10,5.

Audite verbum hoc vaccæ pingues, quæ estis in monte Samariæ. Amos 4,1.

VACILLO.

Vacillantes confirmauerunt sermones tui, & genua trementia confortasti. Iob 4,4.

Fluctuate & vacillate: inebriamini, & non à vino. Isa.29,9.

VACO.

Vacant enim, & idcircò vociferantur, dicentes: Eamus, & sacrificemus Deo nostro. Exod.5,8.

Vacate, & videte quoniam ego sum Deus. Psal.45,11.

Mitte illum [seruum] in operationem, ne vacet. Eccli.33,28. † 39,1.

Inuenit eam vacantem, scopis mundatam. Matth.12,44. Act.17,21.

VACVVS.

Cùm egrediemini, nō exibitis vacui. Exo.3,21.

Non apparebit ante Dominum vacuus, sed offeret vnusquisque secundùm quod habuerit. Deut.16,17.

Egressa sum plena, & vacuam reduxit me Dominus. Ruth 1,21.

Si remittitis arcam Dei Israel, nolite dimittere eam vacuam. 1.Reg.6,2,3.

Ambulabunt in vacuum & peribunt. Iob 6,18.

Qui extendit Aquilonem super vacuum, & appendit terram super nihilū. † 26,7. Sap. 13,13.

Non apparebis ante conspectum Domini vacuus. Eccli. 35,6. † 38,25.

Aspexi terram, & ecce vacua erat. Ierem. 4,23. 2. Cor. 6,1.

VADO.

Vade in hac fortitudine tua, & liberabis Israel de manu Madian. Iudic. 6,11.

Vade in pace, & Deus Israel det tibi petitionem tuam, quam rogasti eum. 1. Reg. 1,17. † 20,42.

Vadam magis ad eum, ille verò non reuertetur ad me. 2. Reg. 12,23.

Vadam quò iturus sum. † 15,20.

Vade in tabernacula tua Israel, nunc vide domum tuam Dauid. 3. Reg. 12,16.

Vade & reuertere: quod enim meum erat, feci tibi. † 19,20.

Dico huic, Vade, & vadit. Lucæ 7,8.

VADVM.

Transiuit vadum Iaboc. Gen. 32,22.

Occupaueruntque Galaaditæ vada Iordanis, per quæ Ephraim reuersurus erat. Iudic. 12,5.

Transferunt vada vt traducerent domum regis. 2. Reg. 19,18.

Vada præoccupata sunt, & paludes incensæ sunt igni, & viri bellatores conturbati sunt. Ierem. 51,32.

VAE.

Væ genti insurgenti super genus meum. Iudith 16,20.

Cui væ, cuius patri væ? cui rixæ? cui foueæ? cui sine causa vulnera? cui suffusio oculorum? Nónne his qui commorantur in vino, & student calicibus epotandis? Prou. 23,30.

Si vnus ceciderit, ab altero fulcietur: væ soli! quia cùm ceciderit, non habet subleuantem se. Eccles. 4,10.

Væ tibi terra cuius rex puer est. † 10,16.

Væ vobis viri impij, qui dereliquistis legem Domini altissimi. Eccli. 41,11.

Væ genti peccatrici. Isaiæ 1,4.

Væ impio in malum; retributio enim manuum eius fiet ei. † 3,11.

Væ Assur, virgo furoris mei & baculus ipse est, in manu eorum indignatio mea. † 10,5.

Væ Ariel, Ariel, ciuitas quam expugnauit Dauid. † 29,1.

Væ mihi mater mea, quare genuisti me, virum rixæ, virum discordiæ? Ierem. 15,10.

Non plangent eum [Ioakim] Væ frater, & væ soror: non concrepabunt ei: Væ Domine, & væ inclyte. † 22,18.

Væ super Nabo, quoniam vastata est & confusa. † 48,1.

Væ eis, quoniam recesserunt à me. Osee 7,13.

Sed & væ eis cùm recessero ab eis. † 9,12.

Væ qui dicit ligno: Expergiscere, surge, lapidi tacenti. Habac. 2,19.

Væ tibi Corozain, væ tibi Bethsaida. Matth. 11,21.

Audiui vocem vnius aquilæ volantis per medium cæli, dicentis voce magna: Væ, væ, væ habitantibus in terra. Apoc. 8,13.

Væ, væ, ciuitas illa magna Babylon, ciuitas illa fortis, quoniam vna hora venit iudicium tuum. † 18,10.

VAGAO.

Dixit ad Vagao eunuchum suum: Vade, & suade Hebræam illam, vt spontè consentiat habitare mecum. Iudith 12,10.

VAGINA.

Egrediens de vagina sua, & fulgurans in amaritudine sua. Iob 20,25.

O mucro Domini, vsquequò non quiesces? ingredere in vaginam tuam. Ierem. 47,6.

VAGIENS.

Cernensque in ea paruulum vagientem, miserta eius, ait: De infantibus Hebræorum est hic. Exod. 2,6.

VAGVS.

Ecce eiicis me hodie à facie terræ, & à facie tua abscondar, & ero vagus & profugus in terra: omnis igitur qui inuenerit me, occidet me. Gen. 4,14.

Vagi sunt gressus eius & inuestigabiles. Prouerb. 5,6.

Ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum. Cant. 1,6.

Quare futurus es velut vir vagus. Ierem. 14,9.

Vsquequò deliciis dissoluêris filia vaga? † 31,22.

Abiiciet eos Deus meus, quia non audierunt eum: & erunt vagi in nationibus. Osee 9,17.

Vbi audierit [equus] buccinam, dicit: Vah, procul odoratur bellum. Iob 39,25.

Vah, calefactus sum, vidi focum. Isaiæ 44,16.

Vah, qui destruis templum Dei. Matth. 27,40.

VALDE.

Viditque Deus cuncta quæ fecerat, & erant valdè bona. Gen. 1,31.

VALE.

Fecit Tobias vale patri suo. Tob 5,22.

Colloqui vobiscum. Benè valete. 2. Mach. 11,21. Act. 15,29.

VALEDICO.

Vocatis Paulus discipulis, & exhortatus eos, valedixit. Act. 20,1.

VALEFACIO.

Fratribus valefaciens, nauigauit in Syriam. Act. 18,18.

VALEO.

Hodie octoginta quinque annorum sum, sic valens, vt eo valebam tempore quando ad explorandum missus sum. Ios. 14,11.

Fel valet ad vngendos oculos. Tob. 6,9.

Mul-

Multum enim valere, tibi soli supererat, semper: & virtuti brachij tui quis resistet? Sap.11,22.

Noli quærere fieri iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates. Eccli.7,6.

Gloriantes ad quid valebimus? † 43, 30. † 50,31.

Valeat deprecatio mea in conspectu tuo. Ier.37,19.

Deus tuus, cui tu seruis semper, putásne valuit te liberare à leonibus? Dan.6,20.

Benè valere, & esse felices. 2.Mach.9,19.

Si valetis, sic estis vt volumus. † 11,28.

Si sal euanuerit, in quo salietur? ad nihilum valet vltrà. Matth.5,13.

Non opus est valentibus medicus, sed malè habentibus. † 9,12.

Fodere non valeo. Luc.16,3.

In Christo enim Iesu, neque circumcisio aliquid valet. Gal.6,15.

Nondum valet [testamentum] dum viuit qui testatus est. Heb.9,17. 3.Ioan.v.2.

Et draco pugnabat, & angeli eius: & non valuerunt. Apoc.12,8.

VALIDE.

Infixitque eam in ventrem eius tam validè, vt capulus sequeretur ferrum in vulnere. Iudic. 3,22. † 5,26.

Baal, & destruxerunt aras eius, & imagines contriuerunt validè. 4.Reg.11,18.

Eleuasti me, & quasi super ventum ponens elisisti me validè. Iob 30,22.

Multi potentes oppressi sunt validè. Eccli. 11,16.

VALIDVS.

Non dimittet vos rex Aegypti vt eatis, nisi per manum validam. Exod.3,19. 2.Esd.1,10.

Substantia diuitis vrbs roboris eius, & quasi murus validus circumdans eum. Prou.18,11.

Et corpus validum, quàm census immensus. Eccli.30,15.

Auferet à Ierusalem, & à Iuda validum, & fortem, omne robur panis. Isa.3,1.

Ecce validus & fortis Dominus, sicut impetus grandinis. † 28,2. Heb.5,7.

VALLIS.

Vallis autem Siluestris habebat puteos multos bituminis. Gen.14,10.

Vt valles nemorosæ, vt horti iuxta fluuios irrigui, vt tabernacula quæ fixit Dominus. Numer.24,6.

Iuxta vallem tendentem & intrantem procul. Deut.11,30.

Vocatumque est nomen loci illius, Vallis Achor. Ios.7,26.

Venerunt in Vallem terebinthi. 1.Reg.17,2.

Valles abundabunt frumento, clamabunt, etenim hymnum dicent. Psal.64,14.

Onus vallis visionis. Quidnam quoque tibi est, quia ascendisti, & tu omnis in tecta? Isa.22,1.

Omnis vallis exaltabitur. † 40,4.

Et vallis Achor in cubile armentorum. † 65, 10.

Non dicetur amplius, Topheth, & Vallis filij Ennom: sed Vallis interfectionis: & sepelient in Topheth, eò quòd non sit locus. Ier.7,32. † 19,6.

Egredere ad vallem filij Ennom, quæ est iuxta introitum portæ fictilis. † 19,2.

Omnem vallem cadauerum, & cineris, & vniuersam regionem mortis vsque ad torrentem Cedron. † 31,40.

Quid gloriaris in vallibus? defluxit vallis tua, filia delicata, quæ confidebas in thesauris tuis. † 49, 4.

Dabo Gog locum nominatum sepulchrum in Israel: vallem viatorum ad Orientem maris. Ezech.39,11.

Dabo ei vinitores eius ex eodem loco, & vallem Achor ad aperiendam spem. Osee 2,15.

Congregabo omnes Gentes, & deducam eas in vallem Iosaphat: & disceptabo cum eis ibi super populo meo, & hereditate mea Israel. Ioel. 3, 2.

Omnis vallis implebitur. Luc.3,5.

VALLO.

Vallabitis eum, habentes arma in manibus vestris. 4.Reg.11,8.

Nónne tu vallasti eum, ac domum eius vniuersamque substantiam per circuitum? Iob 1,10. † 15,24.

Quando certa lege & gyro vallabat abyssos. Prou.8,27.

Vallauit eam, extruxitque munitiones per gyrum. Eccles.9,14.

Venter tuus sicut aceruus tritici, vallatus liliis. Cantic.7,2. Ezech.17,17.

Abyssus vallauit me. Ionæ 2,6. Luc.19,43.

VALVAE.

Confregit Ezechias valuas templi Domini, & laminas auri, quas ipse affixerat, & dedit eas regi Assyriorum. 4.Reg.18,16. 2.Esd.7,1.

VANITAS, VANVS.

Non erit impunitus qui super re vana nomen eius assumpserit. Deut.5,11.

Seruite Domino in toto corde vestro, & nolite declinare post vana, quæ non proderunt vobis, neque eruent vos, quia vana sunt. 1.Reg.12,21.

Prouocantes Dominum Deum Israel in vanitatibus suis. 3.Reg.16,13.

Congregatique sunt ad eum [Ieroboam] viri vanissimi, & filij Belial: & præualuerunt contra Roboam. 2.Par.13,7.

Vanitate seducti sumus. 2.Esd.1,7.

Ipse enim nouit hominum vanitatem. Iob 11, 11.

Vir vanus in superbiam erigitur. 12.

Si ambulaui in vanitate. † 31,5.

Vana locuti sunt. Psal.11,3.
Acceperunt in vano animam suam. †23,4.
Odisti obseruantes vanitates superuacuè.†30,7.
Locuti sunt vanitates,& dolos tota die meditabantur. †37,13.
Non respexit in vanitates, & insanias falsas. †39,5.
Vani filij hominum, mendaces filij hominum in stateris. †61,10.
Defecerunt in vanitate dies eorum. †77,33.
Numquid enim vanè constituisti omnes filios hominum? †88,48.
Homo vanitati similis factus est. †143,3.
Quorum os locutum est vanitatem. †143,8.
Vanitatem & verba mendacia longè fac à me. Prou.30,8.
Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Ecclef.1,2.
Vidi in omnibus vanitatem, & afflictionem animi, & nihil permanere sub sole. †2,11.
Vanitatis arguentur præterita. †11,8[illegible]
Vani autem sunt omnes homines in quibus non subest scientia Dei. Sap.13,1.
Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis. Isa.5,18.
Attrita est ciuitas vanitatis. †24,10.
Ambulauerunt post vanitatem, & vani facti sunt,& non dixerunt: Vbi est Dominus. Ier.2,5.
Vana sunt & opus risu dignum. †10,15.
Vident vana, & diuinant mendacium. Ezech. 13,6.
Vana non videbitis, & diuinationes non diuinabitis amplius. 23.
Cùm tibi viderentur vana, & diuinarentur mendacia. †21,29.
Qui custodiunt vanitates frustrà, misericordiam suam derelinquunt. Ionæ 2,9.
Dixistis: Vanus est qui seruit Deo, & quod emolumentum quia custodiuimus præcepta eius? Mal.3,14.
Annuntiantes vobis ab his vanis conuerti. Act.14,24.
Vanitati enim creatura subiecta est non volens: sed propter eum qui subiecit eam in spe. Rom.8,20. Iac.1,26. 1.Pet.1,18.

VAPOR.

Vt positis super ignem aromatibus, nebula eorum, & vapor operiat oraculum. Leuit.16,13.
Vapor est enim virtutis Dei, & emanatio quædam est claritatis omnipotentis Dei sincera. Sap.7,25.
Vaporaui habitationem meam. Eccli.24,21.
Vapor ignis vret carnes eius. †38,29.
Vapor nebulæ de thure consurgebat. Ezech. 8,11.
Sanguinem, & ignem, & vaporem fumi. Ioel.2,30.
Quæ est enim vita vestra? vapor est ad modicum parens, & deinceps exterminabitur. Iac. 4,15.

VAPVLO.

Vapulabunt ambo,& non morientur,quia non fuit libera. Leuit.19,20.
Populus non intelligens vapulabit. Osee 4,14.
Et in synagogis vapulabitis. Mar.13,9. Luc.12,47.

VARIO, VARIETAS.

Separa cunctas oues varias. Gen.30,32.
Opere polymitario, varium atque distinctum. Exod.36,35.
Et iudicum intra portas tuas videris verba variari. Deut.17,8.
Quod mira varietate pictura decorabat. Esth 1,6.
Cogitationes meæ variæ succedunt sibi. Iob 20,2.
In fimbriis aureis circumamicta varietatibus. Psal.44,15.
Qui sculpit signacula sculptilia, & assiduitas eius variat picturam. Eccli.38,28.
Si mutare potest æthiops pellem suam, aut pardus varietates suas. Ier.13,23.
Aquila,*&c.* plena plumis & varietate. Ezech. 17,3.
Auferent exuuias suas, & vestimenta sua varia abiicient. †26,16.
Equi rufi,varij,& albi. Zach.1,8.
Cœperunt loqui variis linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui il[illegible] Act.2,4.
Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci. Heb.13,9.

VAS, VADIS.

Noli esse cum his qui defigunt manus suas, & qui vades se offerunt pro debitis. Prou.22,26.

VAS, VASIS.

Simeon & Leui fratres, vasa iniquitatis bellantia. Gen.49,4.
Postulet vir ab amico suo, & mulier à vicina sua, vasa argentea & aurea. Exod.11,2.† 12,35.
Sume vas vnum, & mitte ibi Man. †16,33.
Vasa tabernaculi in omnes vsus ex ære. †27,19.
Vas fictile in quo cocta est, confringetur. Leuit.6,28.
Vas autem fictile, in quod horum quidquam introeciderit, polluetur, & idcircò frangendum est. †11,33.
Vas quod non habuerit operculum, nec ligaturam desuper, immundum erit. Num.19,15.
Vasa aurea quæ exoluistis ei pro delicto, ponetis in capsellam ad latus eius. 1.Reg.6,8.
Fuerunt vasa puerorum sancta. †21,5.
Omnia vasa quibus potabat rex Salomon erant aurea. 3.Reg.10,21.
Afferte mihi vas nouum,& mittite in illud sal. 4.Reg.2,20.

Pete

Pete mutuò ab omnibus vicinis tuis vasa vacua non pauca. † 4,3.

Vt proiicerent de templo omnia vasa, quæ facta fuerant Baal. † 23,4.

Vasa Domini transtulit, & posuit ea in templo suo. 2.Par.36,7.

Rex quoque Cyrus protulit vasa templi Domini, quæ tulerat Nabuchodonosor. 1.Esd.1,7.

Vasa quoque quæ dantur tibi in ministerium domus Dei tui, trade in conspectu Dei in Ierusalem. † 7,19. † 8,25.

Ibi erunt vasa sanctificata, & Sacerdotes, & cantores. 2.Esd.10,33.

Retuli ibi vasa domus Dei, sacrificium & thus. † 13,9.

In eo parauit vasa mortis. Psal.7,14.

Factus sum tamquam vas perditum. † 30,13.

Confitebor tibi in vasis psalmi veritatem tuam Deus. † 70,22.

Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas purissimum. Prou.25,4.

Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Eccli.27,6.

Quasi vas auri solidum, ornatum omni lapide pretioso. † 50,10.

Vas paruulum, à vasis craterarum vsque ad omne vas musicorum. Isaiæ 22,24.

Omne vas, quod fictum est contra te, non dirigetur. † 54,17.

Quomodo si inferant Israel munus in vase mundo in domum Domini. † 66,20.

Numquid vas fictile atque contritum vir iste Iechonias: numquid vas absque omni voluptate? Ierem.22,28.

Vasa Domini reuertentur de Babylone nunc citò. † 27,16.

Deuorauit me Nabuchodonosor rex Babylonis, reddidit me quasi vas inane. † 51,34.

Filij Sion inclyti & amicti auro primo: quomodo reputati sunt in vasa testea? Thren.4,2.

Cùm acciperet vasa templi Domini, quæ ablata fuerant de templo, reuocare in terram Iuda. Baruch 1,8.

Vasa mea protuli quasi vasa transmigrantis per diem; & vespere perfodi mihi parietem manu. Ezech.12,7.

Vasa intulit in domum thesauri Dei sui. Dan.1,2.

Tunc allata sunt vasa aurea & argentea, quæ asportauerat de templo quod fuerat in Ierusalem, & biberunt ex eis rex, & optimates eius, vxores & concubinæ illius, bibebant vinum & laudabant deos suos aureos & argenteos. † 5,3.

Deuoratus est Israel: nunc factus est in nationibus quasi vas immundum. Osee 8,8.

Miserunt vasa quæ erant in naui in mare, vt alleuiaretur ab eis. Ionæ 1,5.

Depopulatione vastati sumus, pars populi mei commutata est. Mich.2,4.

Vasa gloriæ eius captiua abducta sunt: trucidati sunt senes eius in plateis. 1.Mach.2,9.

Fecerunt vasa sancta noua. † 4,49.

Vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum coram gentibus, & regibus, & filiis Israel. Act.9,15.

Vas quoddam, velut linteum magnum: quatuor initiis submitti de cælo in terram, in quo erant omnia quadrupedia, & serpentia terræ, & volatilia cæli. Act 10,12.

Habemus autem thesaurum istum in vasis fictilibus. 2.Cor.4,7.

Vt sciat vnusquisque vestrûm vas suum possidere in sanctificatione & honore, non in passione desiderij. 1.Thes.4,4.

Si quis ergo emundauerit se ab istis, erit vas in honorem sanctificatum, & vtile Domino, ad omne opus bonum paratum. 2.Tim.2,21.

Viri similiter cohabitantes secundùm scientiam, quasi infirmiori vasculo muliebri impartientes honorem, tamquam & coheredibus gratiæ vitæ. 1.Pet.3,7.

VASTHI.

Vasthi quoque regina fecit conuiuium feminarum. Esther 1,9.

Introducerent reginam Vasthi, &c. quæ renuit, & ad regis imperium, quod per eunuchos mandauerat, venire contempsit. 11.

Vt nequaquam vltrà Vasthi ingrediatur ad regem. 19.

Quæcumque inter omnes oculis regis placuerit, ipsa regnet pro Vasthi. † 2,4.

Fecitque eam [Esther] regnare pro Vasthi. 17.

VASTO.

Vastauerunt filios Ammon. 2.Reg.11,1.

Ascenderunt in Terram Iuda, & vastauerunt eam, diripueruntque cunctam substantiam. 2.Paralip.21,16. Isaiæ 7,17.

Væ nobis, quoniã vastati sumus. Ierem.4,13.

Contritio super contritionem vocata est, & vastata est omnis terra; repentè vastata sunt tabernacula mea, subitò pelles meæ. 20.

Tu autem vastata quid facies? 30.

Propter terræ vastitatem, quia non venit pluuia in terram. † 14,4.

Qui te vastant, vastabuntur, cunctosque prædatores tuos dabo in prædam. † 30,16.

Vastitas & contritio magna. † 48,3.

Vastauit Dominus Babylonem, & perdidit ex ea vocem magnam, & sonabunt fluctus eorum. † 51,55.

Vastata est Niniue, quis commouebit super te caput? vnde quæram consolatorem tibi? Nahum 3,7.

VATICINOR.

Intellexi quòd Deus non misisset eum, sed quasi vaticinans locutus esset ad me. 2.Esd.6,12.

Vati-

Vaticinantur falsa. Sap.14,28.

VBER.

Qui autem fortiter premit vbera ad eliciendum lac, exprimit butyrum: & qui vehementer emungit, elicit sanguinem: & qui prouocat iras, producit discordias. Prou.30,33.

Meliora sunt vbera tua vino. Cant.1,1.

Memores vberum tuorum super vinum. 3.

Duo vbera tua sicut duo hinnuli. † 4,5. † 7,3.

Erunt vbera tua sicut botri vineæ. † 7,8.

Super vbera plangite, super regione desiderabili, super vinea fertili. Isaiæ 32,12.

Ad vbera portabimini, & super genua blandientur vobis. † 66,12.

Confregerunt vbera pubertatis eius. Ezechiel.23,8.

VBERTAS.

Septem boues pulchræ, & septem spicæ plenæ: septem vbertatis anni sunt. Gen.41,26.

Inuenerunt pascuas vberes. 1.Par.4,40.

Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ. Psalmo 35,9.

Deserta in vbertatem versa aduenæ comedent. Isaiæ 5,17. † 7,21.

Oliuam vberem, pulchram, fructiferam, speciosam, vocauit Dominus nomen tuum. Ierem. 11,16. Ezech.34,14.

Abundantes & vberes vrbes ingredietur. Dan. 11,24. Osee 10,1.

VBI.

Vbi es? Qui ait: Vocem tuam audiui in paradiso: & timui, eò quòd nudus essem. Gen.3,10.

Vbi est Abel frater tuus? Qui respondit: Nescio: Num custos fratris mei sum ego? † 4,9.

Vbi est Deus tuus? Psal.41,4,11.

Vbi est Deus eorum. † 78,10. † 113,10.

Vbi posuistis eum? Ioan.11,33.

VECORS.

Non ei placebit vecordia sua, & sicut tela aranearum fiducia eius. Iob 8,14.

Considero vecordem iuuenem, qui transit per plateam iuxta angulum, & propè viam domus illius. Prou.7,7.

Vecordi locuta est: Aquæ furtiuæ dulciores sunt. † 9,16. Ierem.4,22.

VECTIGAL.

Sed & Philisthæi Iosaphat deferebant munera & vectigal argenti, Arabes quoque adducebant pecora. 2.Par.17,11.

Vobis quoque notum facimus de vniuersis Sacerdotibus & Leuitis, & ianitoribus, Nathinæis & ministris domus Dei huius, vt vectigal & tributum & annonas non habeatis potestatem imponendi super eos. 1.Esd.7,24.

Iuuenes eius vectigales erunt. Isaiæ 31,8. 2 Mach 4,28.

Reddite ergo omnibus debita: cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal. Rom.13,7.

VECTIS.

Vectes facies de lignis setim, & circumdabis auro. Exod.25,28.

Circumdedi illud [mare] terminis meis, & posui vectem, & ostia. Iob 38,10.

Vectes ferreos confregit. Psal.106,16.

Conteram vectem Damasci, & disperdam habitatorem de campo idoli. Amos 1,5.

Ad extrema montium descendi: terræ vectes concluserunt me in æternum. Ionæ 2,7.

VEGETO.

Et cum omni anima viuente quæ carnem vegetat. Gen.9,15.

VEHEMENS.

Iratusque est Cain vehementer. Gen.4,5.

Vimque faciebant Loth vehementissimè. † 19,9.

Videbant enim dolorem esse vehementem. Iob 2,13.

In spiritu vehementi conteres naues Tharsis. Psal.47,8.

Vehementer comminabatur eis ne manifestarent illum. Mar.3,12. Act.2,2.

Propter plagam grandinis: quoniam magna facta est vehementer. Apoc.16,21.

VELLO, VELLICO.

Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus. Isaiæ 50,6.

Non sum filius prophetæ: sed armentarius ego sum vellicans sycomoros. Amos 7,14.

Per sata sabbato: discipuli autem eius esurientes cœperunt vellere spicas. Matth.12,1.

VELLVS.

Si ros in solo vellere fuerit, & in omni terra siccitas, sciam quòd per manum meam, sicut locutus es, liberabis Israel. Iudic.6,37.

Et de velleribus ouium mearum calefactus est. Iob 31,20.

Descendet sicut pluuia in vellus. Psal.71,6.

VELO, VELAMEN, VELVM.

Hoc erit tibi in velamen oculorum ad omnes qui tecum sunt, & quocumque perrexeris: mementoque te deprehensam. Gen.20,16.

Facies & velum de hyacintho & purpura, coccoque bis tincto. Exod.26,31.

Posuit velamen super faciem suam. † 34,33.

Deponent velum, quod pendet ante fores, inuoluentque eo arcam testimonij. Num.4,5.

Fecit quoque velum ex hyacintho, purpura, cocco & bysso: & intexuit ei cherubim. 2.Paralip.3,14.

Fuit illis in velamento diei. Sap.10,17.

Duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius, & duabus volabant. Isaiæ 6,2.

In conspectu eorum in humeris portaberis, in caligine efferêris, faciem tuam velabis, & non videbis terram. Ezech.12,6.

Byssus varia de Aegypto texta est tibi in velum

vt ponerentur in mari: hyacinthus, & purpura de insulis Elisa. † 27,7.

Velum templi scissum est in duas partes. Matth. 27,51.

Velauerunt eum & percutiebant faciem eius. Luc. 22,64.

Omnis vir orans, aut prophetans velato capite, deturpat caput suum. 1 Cor. 11,4.

Si non velatur mulier, tondeatur. 6.

Idipsum velamen in lectione veteris testamenti manet non reuelatum. 2. Cor. 3,14.

VELOX.

Veloces quasi capreę in montibus. 1. Par. 12,8.

Vidisti virum velocem in opere suo? coram regibus stabit, nec erit ante ignobiles. Prou. 22,29.

Vidi sub sole nec velocium esse cursum, nec fortium bellum. Eccles. 9,11.

In omnibus operibus tuis esto velox, & omnis infirmitas non occurret tibi. Eccli. 31,27.

Quasi tempestas currus eius: velociores aquilis equi illius. Ier. 4,13.

Non fugiat velox, nec saluari se putet fortis. † 46,6.

VENA.

Suscepit auris mea venas susurri eius. Iob 4,12.

Habet argentum venarum suarum principia. † 28,1.

Vena vitæ os iusti. † 10,11.

Sit vena tua benedicta. Prou. 5,18.

Fons turbatus pede, & vena corrupta, iustus cadens coram impio. † 25,26.

In terra scribentur: quoniam dereliquerunt venam aquarum viuentium Dominũ. Ier. 17,13.

Desertum faciam mare eius, & siccabo venam eius. † 51,36.

Siccabit venas eius, & desolabit fontem eius. Osee 13,15.

VENALIS.

Qui important venalia, & omnia ad vsum, per diem sabbati vt vendant, non accipiemus ab eis in sabbato. 2. Esd. 10,31.

Vendebant in sabbatis filiis Iuda in Ierusalem: & obiurgaui optimates. † 13,16.

Quàm amare pecuniam. Hic enim & animam suam venalem habet. Eccli. 10,10.

Et per singulos annos venale sacerdotium. 2. Mach. 11,3.

VENATIO, VENATOR.

Prouerbium: Quasi Nemrod robustus venator coram Domino. Gen. 10,9.

Esau vir gnarus venandi. † 27,27.

Affer mihi de venatione tua. † 28,7.

Si venatione atque aucupio ceperit feram vel auem, quibus vesci licitum est, fundat sanguinem eius. Leuit. 27,13.

Inueni amariorem morte mulierem quæ laqueus venatorum est. Eccles. 7,27.

Venatio leonis, onager in eremo: sic & pascua diuitum sunt pauperes. Eccli. 13,23.

Leo venationi insidiatur semper, sic peccata operantibus iniquitates. † 27,11.

Mittam eis multos venatores, & venabuntur eos de omnibus montibus. Ier. 16,16.

Venatione ceperunt me quasi auem inimici mei gratis. Thren. 5,52.

Ibi principes Aquilonis omnes, & vniuersi venatores: qui deducti sunt cum interfectis. Ezech. 32,30.

Similis factus est [Iudas] leoni in operibus suis, & sicut catulus leonis rugiens in venatione. 1. Mach. 3,4.

VENDICO.

Ad se fecit te accedere, &c. vt vobis etiam sacerdotium vendicetis? Num. 16,10.

Volo autem vendicare regnum, & restituere illud sicut erat anteà. 1. Mach 15,3.

VENDO, VENVMDO.

Vendiderunt eum [Ioseph] Ismaelitis, viginti argenteis. Gen. 37,28.

Si quis vendiderit filiam suam in famulam, non egredietur sicut ancillæ exire consueuerunt. Exod. 21,7.

Terra quoque non vendetur in perpetuum: quia mea est, & vos aduenæ, & coloni mei estis. Leuit. 25,23.

Sub redemptionis conditione vendetur. 24.

Vendiderit se ei, &c. post venditionem potest redimi. 48.

Cùm tibi venditus fuerit frater tuus, &c. in septimo anno dimittes eum liberum. Deut. 15,12.

Ibi vendêris inimicis tuis in seruos & ancillas, & non erit qui emat. † 28,68.

Deus suus vendidit eos, & Dominus conclusit illos? † 32,30.

Vendiderunt hostibus qui habitabant per gyrum. Iudic. 2,14.

Eò quòd venumdatus sis, vt faceres malum in conspectu Domini. 3. Reg. 21,20.

Tamdiu obsessa est donec venumdaretur caput asini octoginta argenteis. 4. Reg. 6,25.

Et vos igitur vendetis fratres vestros, & redimemus eos? 2. Esd. 5,8.

Contestatus sum, vt in die qua vendere liceret, venderent. † 13,15.

Atque vtinam in seruos & famulas venderemur. Esth. 7,4.

Vendidisti populum tuum sine pretio. Psalmo 43,13.

Hæc venditum iustum non dereliquit. Sap. 10,13.

Inter medium venditionis & emptionis angustiabitur peccatum. Eccli. 25,2.

Ecce in iniquitatibus vestris venditi estis, & in scceleribus vestris dimisi matrẽ vestram. Isa. 50,1.

Gratis venumdati estis, & sine argento redimemini. † 52,3.

Venumdati estis gentibus non in perditionem: sed propter quòd in ira ad iracundiam prouocastis Deum traditi estis aduersariis. Baruch 4,6.

Posuerunt puerum in prostibulo, & puellam vendiderunt pro vino vt biberent. Ioel. 3,3.

Suscitabo eos de loco in quo vendidistis filiis Græcorum, vt longè faceretis eos de finibus suis. 7.

Vendam filios vestros, & filias vestras in manibus filiorum Iuda. 8.

Pro eo quòd vendiderit pro argento iustum, & pauperem pro calceamentis. Amos 2,6.

Eriperet eos ab impio Nicanore, qui eos priùs quàm cominus veniret, vēdiderat. 2. Mach. 8,14.

Iussit eum Dominus eius venumdari, & vxorem eius, & filios, & omnia quæ habebat, & reddi. Matth. 18,25.

Potuit enim istud venumdari multò, & dari pauperibus. † 26,9.

Vnum tibi deest: vade, quæcumque habes, vende & da pauperibus. Mar. 10,21.

Vendite quæ possidetis, & date eleēmosynam. Luc 12,33.

Vendentes afferebant pretia eorum quæ vendebant, & ponebant ante pedes Apostolorum. Act. 4,35.

VENENVM, VENEFICVS.

Venenum aspidum insanabile. Deut. 32,33.

Veneficia eius multa vigent. 4. Reg. 9,22.

Venenum aspidum sub labiis eorum. Psal. 13,3. † 139,4.

Venefici incantantis sapienter. † 57,6.

Ingreditur [vinum] blandè. &c. & sicut regulus venena diffundet. Prou. 23,32.

Linguam autem nullus hominum domare potest: inquietum malum, plena veneno mortifero. Iac. 3,8.

In veneficiis tuis errauerunt omnes gentes. Apoc. 18,23.

VENEO.

Suburbana autem eorum non veneant, quia possessio sempiterna est. Leuit. 25,34,42.

Nōnne duo passeres asse veneunt. Matth. 10,29.

Quare hoc vnguentum non veniit trecentis denariis. Ioan. 12,5.

Omne, quod in macello venit, manducate, nihil interrogantes propter conscientiam. 1. Cor. 10,25.

VENEROR, VENERATIO.

Fecerunt & laminam sacræ venerationis. Exod. 39,29. 4. Reg. 16,12.

Semper in venerationem tui mens ista permaneat. 1. Par. 29,18.

Mensis etiam septimi prima dies venerabilis & sancta erit vobis. Num. 29,1.

Senectus enim venerabilis est non diuturna, neque annorum numero computata. Sap. 4,8.

Deum autem Maozim in loco suo venerabitur. Dan. 11,38.

Templo, quod per vniuersum mundum honoratur, pro sui veneratione & sanctitate. 2. Machab. 3,12.

VENIA.

Maior est iniquitas mea quàm vt veniam merear. Gen. 4,13.

Anima vna nesciens peccauerit, &c. impetrabitque ei veniam. Num. 15,27.

Nec timens aliquem, veniam dabas peccatis illorum. Sap. 12,11.

Et veniam habere in illis, in quibus videmur sequentes imaginem sapientiæ, & deficere in verborum compositione. Prol. Eccli.

Suscipe senectam patris tui, &c. & si defecerit sensu, veniam da. Eccli. 3,15.

Nec mulieri nequam veniam prodeundi. † 25,34.

VENIO, VENTVRVS.

Congregamini, vt annuntiem quæ ventura sunt vobis in diebus nouissimis. Gen. 49,1.

Neque ea quæ sunt ventura dixisset. Iudic. 13,23.

Ecce Samuel veniebat: & egressus est Saul obuiàm ei, vt salutaret eum. 1. Reg. 13,10.

Veni ad me, & dabo carnes tuas volatilibus cæli. † 17,44.

Tu venis ad me cum gladio, & hasta, & clypeo, ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum Dei agminum Israel, quibus exprobrasti hodie. 45.

Quia non venerunt nobiscum, non dabimus eis quidquam de præda. † 30,22.

Venerunt vniuersæ tribus Israel ad Dauid. 2. Reg. 5,1.

Quare non venisti mecum Miphiboseth? † 19,25.

Quid causæ est, vt veniat Dominus meus rex ad seruum suum? 2. Reg. 24,21.

Et non credebam narrantibus mihi donec ipsa veni, & vidi oculis meis. 3. Reg. 10,7.

Vnde venis Giezi? Qui respondit: Non iuit seruus tuus quóquam. 4. Reg. 5,25.

Venit quoque Eliseus Damascum. † 8,7.

Per singulos dies veniebant ad Dauid ad auxiliandum ei. 1. Par. 12,22.

Venite, & videte opera Domini. Psal. 45,9.

Venite, exultemus Domino, iubilemus Deo salutari nostro. † 94,1.

Exultabunt omnia ligna siluarum à facie Domini, quia venit: quoniam venit iudicare terram. † 95,13.

Miserabilis prorsus infirmitas: quomodo venit, sic reuertetur. Eccles. 5,13.

Frustrà enim venit, & pergit ad tenebras. † 6,4.

Et dierum multorum, qui cùm venerint, vani-

vanitatis arguentur præterita. † 11,8.

Veni de Libano sponsa mea. Cant.4,8.

Veniat dilectus meus in hortum suum. † 5,1.

Annuntiate quæ ventura sunt in futurum, & sciemus quia dij estis vos, benè quoque aut malè si potestis facite, & loquamur & videamus simul. Isaiæ 41,23.

Quare ergo dixit populus meus: Recessimus, non veniemus vltrà ad te. Ierem.2,31.

Ecce nos venimus ad te: tu enim es Dominus Deus noster. † 3,22.

Veniens veniet, & non tardabit. Habac.2,3.

Veniet Dominus Deus meus, omnesque sancti eius cum eo. Zach.14,5.

Domine si tu es, iube me ad te venire super aquas. Matth.14,28.

Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. † 25,34.

Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie. Luc.9,23.

Non vultis venire ad me vt vitam habeatis. Ioan.5,40.

Si alius venerit in nomine suo, illum accipietis. 43.

Omne quod dat mihi Pater, ad me veniet, & eum qui venit ad me non eiiciam foras. † 6,37.

Nolite murmurare in inuicem: nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit eum. † 4,4.

Omnis qui audiuit à Patre & didicit, venit ad me. 45.

Si non venissem, & locutus fuissem eis, peccatum non haberent. † 15,22.

Hic Iesus qui assumptus est à vobis in cælum, sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cælum. Act.1,11.

Veniet autem cùm ei vacuum fuerit. 1.Corinth.16,12.

Ecce tertio hoc paratus sum venire ad vos, & non ero vobis grauis. 2.Cor.12,14. † 13,1.

Ecce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt. Apoc.1,7.

Et ecce venio velociter. † 22,7.

Etiam venio citò: Amen. Veni Domine Iesu. 20.

VENTER.

Duo populi ex ventre tuo. Gen.25,23 Numeror.5,22. Deut.18,3.

Vt purgaret ventrem. 1.Reg.24,4.

Quia non conclusit ostia ventris. Iob 3,10.

Venter meus quasi mustum absque spiraculo. † 32,19. † 40,11.

De absconditis tuis adimpletus est venter eorum. Psal.16,14.

Tu es, qui extraxisti me de ventre. † 21,10,15.

Cõglutinatus est in terra vẽter noster. † 43,25.

In te confirmatus sum ex vtero: de ventre matris meæ tu es protector meus. † 70,6.

Ecce hereditas Domini, filij; merces, fructus ventris. † 126,3.

De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. † 131,11.

Iustus comedit, & replet animam suam: venter autem impiorum insaturabilis. Prou.13,25.

Verba bilinguis quasi simplicia: & ipsa perueniunt vsque ad interiora ventris. † 18,8. † 20,27.

Et qua ratione compingantur ossa in ventre prægnantis; sic nescis opera Dei. Eccles.11,5.

Aufer à me vẽtris concupiscentias. Eccli.23,6.

Sodalis amico condolet causa ventris, & contra hostem accipiet scutum. † 37,5.

Malè tractauerunt illum, qui à ventre matris consecratus est propheta. † 49,9.

Venter meus conturbatus est quærendo illam [sapientiam] proptereà bonam possidebo possessionem. † 51,26.

Venter meus intremuit ad tactum eius. Cantic.5,4.

Venter eius eburneus, distinctus sapphiris. 14.

Venter tuus sicut aceruus tritici, vallatus liliis. † 7,2.

In ventre matris figuratus sum caro. Sap.7,2.

Venter meus ad Moab quasi cithara sonabit, & viscera mea ad murum cocti lateris. Isa.16,11.

De ventre matris meæ recordatus est nominis mei. † 49,1.

Ventrem meum, ventrem meum doleo: sensus cordis mei turbati sunt in me. Ierem.4,19.

Animam suam non saturabunt, & ventres eorum non implebuntur. Ezech 7,19.

De ventre inferi clamaui. Ionæ 2,3.

Fructum ventris mei pro peccato animæ meæ? Mich.6,7. Hab.3,16.

Quod in os intrat, in ventrẽ vadit. Mat.15,17.

Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Lucæ 1,42.

Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti. † 11,27. † 15,16. † 23,29.

Numquid potest in ventrem matris suæ iterato introire? Ioan.3,4.

Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. † 7,38.

Domino nostro non seruiunt, sed suo ventri. Rom.16,18.

Esca ventri, & venter escis: Deus autem & hunc & has destruet. 1.Cor.6,13.

Quorum finis interitus: quorum Deus venter est. Philip.3,19.

Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri. Tit.1,12.

Cùm deuorassem eum [librum] amaricatus est venter meus. Apoc.10,10.

VENTILO.

In ipsis ventilabo gentes vsque ad terminos terræ. Deut.33,17.

Ventilabit eos trans flumen. 3.Reg.14,15.

Ventilabis Syriam, donec deleas eam. † 22,11.

In te inimicos nostros ventilabimus cornu. Psal. 43,6.

Dispergam eos ventilabro in portis terræ: interfeci & disperdidi populum meum. Ier. 15,7.

Mittam in Babylonem ventilatores, & ventilabunt eos, & demolientur terram eius. † 51,2.

Cuius ventilabrum in manu eius. Matth. 3,12.

VENTVS.

Dominus induxit ventum vrentem tota die illa & nocte. Exod. 10,13.

Non videbitis ventum, neque pluuiam, & alueus iste replebitur aquis. 4. Reg. 3,17.

Per quatuor ventos erant ostiarij. 1. Par. 9,24.

Memento quia ventus est vita mea. Iob 7,7.

Qui fecit ventis pondus. † 28,25.

Qui producit ventos de thesauris suis. Psalmo 134,7.

Qui obseruat ventum, non seminat: & qui considerat nubes numquam metet. Eccles. 11,4.

Si in ramis in tempore germinauerant, infirmiter posita à vento commouebuntur. Sap. 4,4.

Frigidus ventus Aquilo flauit, & gelauit crystallus ab aqua; super omnem congregationem aquarum requiescet, & sicut lorica induet se aquis. Eccli. 43,22.

Onager assuetus in solitudine, in desiderio animæ suæ attraxit ventum amoris sui: nullus auertet eam. Ierem. 2,24.

Dicetur populo huic & Ierusalem: Ventus vrens in viis, quæ sunt in deserto viæ filiæ populi mei, non ad ventilandum & purgandum. † 4,11.

Onagri steterunt in rupibus, traxerunt ventum quasi dracones. † 14,6.

Sicut ventus vrens dispergam eos coram inimico. † 18,17.

Suscitabo super Babylonem & super habitatores eius qui cor suum leuauerunt contra me, quasi ventum pestilentem. † 51,1.

Ventus turbinis veniebat ab Aquilone. Ezechiel. 1,4.

Nónne cùm tetigerit eam ventus vrens siccabitur. † 17,10.

Ventus vrens siccauit fructum eius. † 19,12.

In aquis multis adduxerunt te remiges tui: ventus auster contriuit te in corde maris † 27,26.

A quatuor ventis veni spiritus, & insuffla super interfectos istos, & reuiuiscant. † 37,9.

Per quatuor ventos mensus est murum eius. † 42,20.

Et fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem. Dan. 3,50.

Quatuor venti cæli pugnabant in mari magno. † 7,2.

Ventum seminabunt, & turbinem metent. Osee 8,7.

Ephraim pascit ventum, & sequitur æstum. † 12,1.

Adducet vrentem ventum Dominus de deserto ascendentem, & siccabit venas eius, & desolabit fontem eius. † 13,15.

Dominus autem misit ventum magnum in mare, & facta est tempestas magna in mari. Ionæ 1,4.

Præcepit Dominus vento calido & vrenti, & percussit sol super caput Ionæ. † 4,8.

In quatuor ventos cæli dispersi vos. Zach. 2,6.

Isti sunt quatuor venti cæli, qui egredientur vt stent coram dominatore omnis terræ. † 6,5.

Imperauit ventis & mari, & facta est tranquillitas magna. Matth. 8,26.

Videns verò ventum validum timuit. † 14,30.

Facta est procella magna vẽti, & fluctus mittebat in nauim, ita vt impleretur nauis. Mar. 4,37.

Ascendit ad illos in nauim, & cessauit ventus. † 6,51.

Tenentes quatuor ventos terræ, ne flarent super terram. Apoc. 7,1.

VENVSTVS.

Rachel decora facie, & venusto aspectu. Genesis 29,17.

VEPRES.

Viditque post tergum arietem inter vepres hærentem. Gen. 22,13.

Non fodietur: & ascendent vepres & spinæ. Isaiæ 5,6.

Mille vites, mille argenteis, in spinas & in vepres erunt. † 7,23.

Impietas, veprem & spinam vocabit. † 9,18.

Deuorabitur spina eius, & vepres in die vna. † 10,17.

Quis dabit me spinam & veprem in prælio? † 27,4.

Super humum populi mei spinæ & vepres ascendent: quantò magis super omnes domos gaudij ciuitatis exultantis? † 32,13.

VER.

Aestatem & ver tu plasmasti ea. Psal. 73,17.

VERBERO.

Cur, inquit, tertiò verberas asinam? Nu. 22,32.

Qui peccauit, dignum viderint plagis: prosternent, & coram se facient verberari. Deut. 25,2.

Stultus labiis verberabitur. Prou. 10,10.

Verberauerunt me, sed non dolui: traxerunt me, & ego non sensi: quando euigilabo, & rursus vina reperiam? † 23,35.

Sonitus alarum verberans leuem ventum. Sap. 5,11.

Vox tonitrui eius verberauit terram. Eccli. 43,18. 2. Mach. 3,26.

Sic pugno, non quasi aërem verberans: sed castigo corpus meum. 1 Cor. 9,26.

VERBVM.

Verba filiorum Laban dicentium: Tulit Iacob omnia quæ fuerunt patris nostri. Gen. 31,1.

Verbum istud quod locutus es faciam: inuenisti

nisti enim gratiam coram me, & teipsum noui ex nomine. Exod. 33,17.

Scribam super eas verba quæ habuerunt tabulæ quas fregisti. † 34,1.

Verba querulosa vulgi ingrati murmurantis. Num 11,4.

Verba tentatorum. Vociferans omnis turba fleuit nocte illa, & murmurati sunt contra Moysen & Aaron cuncti filij Israel, dicentes: Vtinam mortui essemus in Aegypto. † 14,1.

Non potero immutare verbum Domini Dei mei, vt vel plus vel minus loquar. Num.22,18.

Posuitque verbum in ore eius. Num.23,16.

Verbum Dei habeo ad te. Qui statim surrexit de throno. Iudic.3,20.

Precorque vt impleat Dominus verbum suum. 1.Reg.1,23.

Ecce ego facio verbum in Israel, quod quicumque audierit, tinnient ambæ aures eius. † 3,11.

Subsiste paulisper, vt indicem tibi verbum Domini. † 9,27.

Quid feci? numquid non verbum est? † 17,29.

Impleui verbum Domini. † 15,13.

De verbo autem quod locuti sumus ego & tu, sit Dominus inter me & te vsque in sempiternum. † 20,23.

Verba prudentiæ cor inflectant. † 25,24.

Verbum, quod locutus es super seruum tuum, & super domum eius, suscita in sempiternum. 2.Reg.7,25.

Posuit autem Ioab verba in ore eius. † 14,3.

Vt fiat verbum Domini mei sicut sacrificiũ. 17.

Hæc autem sunt verba Dauid nouissima. Dixit Dauid filius Isai: Dixit vir, cui constitutum est de Christo Dei Iacob † 23,1.

Festinantes rapuerunt verbum ex ore eius. 3.Reg.20,33.

Verbum mihi ad te, ô Princeps. 4.Reg.9,5.

Offenderunt filij Israel verbis non rectis Dominum. † 17,9.

Audite verba regis magni, regis Assyriorum: Hæc dicit rex: Nõ vos seducat Ezechias. † 18,28.

Pro eo quòd audisti verba voluminis huius, & perterritum est cor tuum, & humiliatus es coram Domino, &c. colligêris ad sepulchrum tuum in pace. † 22,18.

Audi fili mi verba oris mei, & ea in corde tuo quasi fundamentum constitue. Tob.4,2.

Factum est verbum in domo Nabuchodonosor regis Assyriorum, vt defenderet se. Iudith 2,1.

Nec erat qui loqueretur de illa verbum malum. † 8,8.

Da verbum in ore meo, & in corde meo consilium corrobora. † 9,18.

Si secutus fueris verba ancillæ tuæ, perfectam rem faciet Dominus tecum. † 11,4.

Ad me dictũ est verbũ absconditũ, & quasi furtiuè suscepit auris mea verba susurri eius. Iob 4,12

Numquid qui multa loquitur non audiet? aut vir verbosus iustificabitur? † 11,2.

Numquid habebunt finem verba ventosa? † 16,3.

Verbosi amici mei. 21.

Vsque ad quem finem verba iactabitis? † 18,2.

Radicem verbi inueniamus contra eum? † 19,28.

Verbis meis addere nihil audebant. † 29,22.

Iob autem stultè locutus est, & verba eius non sonant disciplinam. † 34,35.

Vt parcam ei, & verbis potentibus, & ad deprecandum compositis. † 41,3.

Verba mea auribus percipe Domine, intellige clamorem meum. Psal.5,2.

Verbo Domini cæli firmati sunt. † 32,6.

Verba oris eius iniquitas & dolus. † 35,4.

Verbum iniquum constituerunt aduersum me. † 40,9.

Verba iniquorum præualuerunt super nos. † 64,4.

A verbo aspero. † 90,3.

Verbi, quod mandauit in mille generationes. † 104,9.

Donec veniret verbum eius. Eloquium Domini inflammauit eum. 19.

Quoniam memor fuit verbi sancti sui. 42.

Misit verbum suum, & sanauit eos, & eripuit eos de interitionibus eorum. † 106,20.

In æternum Domine verbum tuum permanet in cælo. † 118,89.

Principium verborum tuorum veritas. 160.

Emittet verbum suum, & liquefaciet ea. † 147,7.

Qui annuntiat verbum suum Iacob. 8.

Verba impiorum insidiantur sanguini: os iustorum liberabit eos. Prou.12,6.

Vbi autem verba sunt plurima, ibi frequenter egestas. † 14,23.

Verba bilinguis quasi simplicia, & ipsa perueniunt vsque ad interiora ventris. † 18,8.

Qui tantùm verba sectatur, nihil habebit. † 19,7.

Verba Ecclesiastæ filij Dauid. Ecclesf.1,1.

Verba sunt plurima, multamque in disputando habentia vanitatem. † 6,11.

Verba sapientium audiuntur in silentio plus quàm clamor Principis inter stultos. † 9,17.

Quæsiuit verba vtilia, & conscripsit sermones rectissimos. † 12,10.

Verba sapientium sicut stimuli, & quasi claui in altum defixi, quæ per magistrorum consilium data sunt à pastore vno. 11.

Verbo illum qui se vexabat, subiecit, iuramenta parentum, & testamentum commemorans Sap.18,22.

Fons sapientiæ verbum Dei in excelsis. Eccli.1,5.

Nec retineas verbum in tempore salutis. † 4,28.

Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos, vt lingua eucharis in bono homine abundabat. † 6,5.

Noli verbosus esse in multitudine presbyterorum, & non iteres verbum in oratione tua. † 7,15.

Beatus qui non est lapsus verbo ex ore suo, & non stimulatus in tristitia delicti. † 14,1.

Nónne ardorem refrigerabit ros? sic & verbum melius quàm datum. † 18,16.

Audisti verbum aduersus proximum tuum? commoriatur in te, fidens quoniam non te dirumpet. † 19,10.

Ne iteres verbum nequam & durum, & non minoraberis. † 19,7.

Et est qui emittit verbum certum enarrans veritatem. 23.

Qui multis vtitur verbis lædet animam suam. † 20,8.

Sapiens in verbis seipsum amabilem facit: gratiæ autem fatuorum effundentur. 13.

Verbum sapiens quodcumque audierit scius, laudabit, & ad se adiiciet: audiuit luxuriosus, & displicebit illi, & proiiciet illud post dorsum suum. † 21,18.

Qui narrat verbum non audienti, quasi qui excitat dormientem de graui somno. † 22,8.

Sicut iustificatio de ligno ostendit fructum illius; sic verbũ ex cogitato cordis hominis. † 27,7.

In medio insensatorum serua verbum temporis: in medio autem cogitantium assiduus esto. 13.

Aurum tuum & argentum tuum consla, & verbis tui facito stateram, & frenos ori tuo rectos: & attende ne fortè labaris in lingua, & cadas in conspectu inimicorum insidiantium tibi, & sit casus tuus insanabilis in mortem. † 28,29.

Verbum nequam immutabit cor: ex quo partes quatuor oriuntur, bonum & malum, vita & mors: & dominatrix illorum est assidua lingua. † 37,21.

In verbo eius stetit aqua quasi congeries. † 30,22.

De verbo sociorum, & viatorum. † 42,3.

Virtute prudentiæ populis sanctissima verba. † 44,4.

Et surrexit Elias propheta, quasi ignis, & verbum ipsius quasi facula ardebat. † 48,1.

Verbum misit Dominus in Iacob, & cecidit in Israel. Isa. 9,9.

Verbum autem Domini nostri manet in æternum. † 40,8.

Suscitans verbum serui sui, & consilium nuntiorum suorum complens. † 44,26.

Sic erit verbum meum quod egredietur de ore meo; non reuertetur ad me vacuum, sed faciet quæcumque volui. † 55,11.

Spiritus meus qui est in te, & verba quæ posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore seminis tui. † 59,21.

Audite verbum Domini: qui tremitis ad verbum eius. † 66,5.

Verba Ieremiæ filij Helciæ. Ierem. 1,1.

Dedi verba mea in ore tuo. 9.

Ego do verba mea in ore tuo ad ignem, & populum istum in ligna, & vorabit eos. † 5,14.

Verbum Domini factum est eis in opprobrium, & non suscipient illud. † 6,10.

Adducam mala super populum istum, fructum cogitationum eius; quia verba mea non audierunt, & legem meam proiecerunt. 19.

Verbum Domini proiecerunt, & sapientia nulla est in eis. † 8,9.

Factum est mihi verbum tuum in gaudium, & in lætitiam cordis mei. † 15,16.

Vbi est verbum Domini? veniat. † 17,15.

Si stetissent in consilio meo, & nota fecissent verba mea populo meo, auertissem vtique eos à via sua mala. † 23,22.

Numquid non verba mea sunt quasi ignis, dicit Dominus? & quasi malleus conterens petram? 29.

Onus erit vnicuique sermo suus: & peruertistis verba Dei viuentis. 36.

Pro eo quòd non audistis verba mea, ecce ego mittam & assumam vniuersas cognationes Aquilonis. † 25,9.

Noli subtrahere verbum: si fortè audiant, & conuertantur vnusquisque à via sua mala. † 26,3.

Suscitabo super vos verbum meum bonum. † 29,10.

Vos ergo audite verbum Domini omnis transmigratio, quam emisit de Ierusalem. 20.

Suscitabo verbum bonum, quod locutus sum ad domum Israel. † 33,14.

Propter verba ergo tua quæ aduersum illum locutus es, captiuus duceris. † 48,27.

Verba libri quæ scripsit Baruch. Baruch 1,1.

Vide collectos filios tuos ab oriente sole vsque ad occidentem in verbo sancti gaudentes Dei memoria. † 5,5.

Speculatorem dedi te domui Israel, & audies de ore meo verbum, & annuntiabis eis ex me. Ezech. 3,17.

Meretrix audi verbum Domini. † 16,35.

Omne verbum sapientiæ, & intellectus quod sciscitatus est ab eis rex, inuenit in eis decuplum super cunctos ariolos & magos. Dan. 1,20.

Verbum regis immutauerunt, & tradiderunt corpora sua ne seruirent, & ne adorarent omnem deum, excepto Deo suo. † 3,95.

Verbum autem in corde meo conseruaui. † 7,28.

Tollite vobiscum verba, & conuertimini ad Dominum. Osee 14,3.

Mittam famem in terram: non famem panis neque

neque sitim aquæ, sed audiendi verbum Domini. Amos 8, 11.

Factum est verbum Domini ad Ionam secundò. Ionæ 3, 1.

Nónne verba mea bona sunt cum eo qui rectè graditur? Mich. 2, 7.

Verbum Domini super vos Chanaan terra Philisthinorum. Soph. 2, 5.

Verba mea & legitima mea quæ mandaui seruis meis prophetis, numquid non comprehenderunt patres vestros. Zach. 1, 6.

Hoc est verbum Domini ad Zorobabel: non in exercitu nec in robore, sed spiritu meo. † 4, 6.

Locutus est ad eos verba pacifica in dolo, & crediderunt ei. 1. Mach. 1, 31.

A verbis viri peccatoris ne timueritis, quia gloria eius stercus & vermis est. † 2, 62.

Omnis ergo qui audit verba mea hæc & facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui ædificauit domum suam supra petram. Matth. 7, 24.

Omne verbum otiosum quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij. Ex verbis enim tuis iustificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis. † 12, 36.

Omnis qui audit verbum regni, & non intelligit, venit malus, & rapit quod seminatum est. † 13, 19.

Cælum & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt. † 24, 25.

Rescindentes verbum Dei per traditionem vestram, quam tradidistis. Mar. 7, 13.

Factum est verbum Domini super Ioannem Zachariæ filium, in deserto. Luc. 3, 2.

Per totam noctem laborantes nihil cepimus, in verbo autem tuo laxabo rete. † 5, 5.

Mater mea & fratres mei hi sunt, qui verbum Dei audiunt, & faciunt. † 8, 21.

Huic erat soror nomine Maria, quæ etiam sedens secus pedes Domini audiebat verbum illius. † 10, 39.

Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. † 11, 28.

In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Ioan. 1, 1.

Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. 14.

Qui verbum meum audit, & credit ei qui misit me, habet vitam æternam. † 5, 24.

Verbum eius non habetis in vobis manens. 38.

Verba vitæ æternæ habes. † 6, 69.

Qui ex Deo est, verba Dei audit: proptereà vos non auditis, quia ex Deo non estis. † 8, 47.

Hæc verba non sunt dæmonium habentis. † 10, 21.

Verba quæ dedisti mihi dedi eis. † 17, 8.

Multi autem eorum qui audierant verbum, crediderunt: & factus est numerus virorum quinque millia. Act. 4, 4.

Respice in minas eorum, & da seruis tuis cum omni fiducia loqui verbum tuum. 29.

Non est æquum nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis. † 6, 2.

Verbum Domini crescebat, & multiplicabatur numerus discipulorum in Ierusalem valdè. 7.

† 12, 24.

Qui accepit verba vitæ dare nobis. Cui noluerunt obedire. † 7, 38.

Sequenti verò sabbato pænè vniuersa ciuitas conuenit audire verbum Dei. † 13, 44.

Vobis oportebat primùm loqui verbũ Dei. 46.

Disseminabatur autem verbum Domini per vniuersam regionem. 49.

Locuti sunt ei verbum Domini, cum omnibus qui erant in domo eius. † 16, 32.

Qui susceperunt verbum cum omni auiditate, quotidie scrutantes Scripturas, si hæc ita se haberent. † 17, 11.

Ita vt omnes qui habitabant in Asia audirent verbum Domini, Iudæi atque Gentes. † 19, 10.

Ac meminisse verbi Domini Iesu, quoniam ipse dixit: Beatius est magis dare quàm accipere. † 20, 35.

Non autem quòd exciderit verbum Dei. Roman. 9, 6.

Propè est verbum in ore tuo, & in corde tuo: hoc est verbum fidei, quod prædicamus. † 10, 8.

In Ecclesia volo quinque verba sensu meo loqui, vt & alios instruam. 1. Cor. 14, 19.

Neque adulterantes verbum Dei. 2. Cor. 4, 2.

Galeam salutis assumite, & gladium spiritus, (quod est verbum Dei.) Ephes. 6, 17.

Confidentes vinculis meis, abundantiùs auderent sine timore verbum Dei loqui. Philip. 1, 14.

Inter quos lucetis sicut luminaria in mundo, verbum vitæ continentes ad gloriam meam in die Christi. † 2, 16.

Verbum Christi habitet in vobis abundanter. Col. 3, 16.

Imitatores nostri facti estis & Domini, excipientes verbum in tribulatione multa, cum gaudio Spiritus sancti. 1. Thes. 1, 6.

Accepistis illud non vt verbum hominum, sed sicut est verè verbum Dei, qui operatur in vobis, qui credidistis. † 2, 13.

Simul autem & otiosæ discunt circuire domos: non solùm otiosæ, sed & verbosæ & curiosæ, loquentes quæ non oportet. 1. Tim. 5, 13.

Formam habe sanorum verborum, quæ à me audisti in fide & dilectione in Christo Iesu. 2. Timoth. 1, 13.

Sed verbum Dei non est alligatum. † 2, 9.

Operarium inconfusibilem, rectè tractantem verbum veritatis. 15.

Verbum sanum, irreprehensibile, vt is qui ex aduerso est, vereatur, nihil habens malum dicere de nobis. Tit. 2, 8.

Me-

Mementote præpositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum Dei. Heb.13,7.

In mansuetudine suscipite insitum verbum, quod potest saluare animas vestras. Iac.1,21.

Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir; potest etiam freno circumducere totum corpus. † 3,2.

Diligite inuicem attentiùs, renati non ex semine corruptibili, sed incorruptibili, per verbum Dei viui. 1.Pet.1,23.

Verbum autem Domini manet in æternum: hoc est autem verbum quod euangelizatum est in vos. 25.

Commonebo eius opera quæ facit, verbis malignis garriens in nos. 3.Ioan.v.10.

Vos autem charissimi memores estote verborum quæ prædicta sunt ab Apostolis Domini. Iudæ v.17.

Vestitus erat veste aspersa sanguine: & vocabatur nomen eius, Verbum Dei. Apoc.19,13.

Et animas decollatorum propter testimonium Iesu, & propter verbum Dei. † 20,4.

Hæc verba fidelissima sunt & vera. † 22,6.

VERE.

Veréne Sidrach, Misach, & Abdenago, deos meos non colitis? Dan.3,14,91.

Dicebant Petro: Verè ex illis es. Mat.17,40.

Verè hic homo filius Dei erat. † 15,39.

Caro mea verè est cibus. Ioan.6,56.

VERECVNDIA.

Verecundia mea contra me est. Psal.43,16.

Noli discedere à muliere sensata, & bona, quam sortitus es in timore Domini: gratia enim verecundiæ eius super aurum. Eccli.7,21.

Ante verecundiam præibit gratia: & pro reuerentia accedet tibi bona gratia. † 32,14.

VEREDARIVS.

Ipsæque epistolæ quæ regis nomine mittebantur, annulo ipsius obsignatæ sunt, & missæ per veredarios. Esth.8,10.

Egressique sunt veredarij celeres nuntia perferentes. 14.

VERENDA.

Tunica linea vestietur, feminalibus laneis verenda celabit: accingetur zona linea. Leuit.16,4.

Apprehenderit verenda eius: abscides manum illius. Deut.25,12.

VEREOR.

Verebar omnia opera mea, sciens quòd non parceres delinquenti. Iob 9,28.

Quem vereor? delictorum meorum non memorabitur Altissimus. Eccli.23,26.

Verebuntur filium meum. Matth.23,37.

Verbum sanum, irreprehensibile, vt is qui ex aduerso est, vereatur, nihil habens malum dicere de nobis. Tit.2,8.

VERETRVM.

Non intrabit eunuchus, attritis vel amputatis testiculis, & absciso veretro, Ecclesiam Domini. Deut.23,1.

VERMIS, VERMICVLVS.

Dimiserunt quidam ex eis vsque manè, & scatere cœpit vermibus atque computruit. Exod.16,20.

Non computruit, neque vermis inuentus est in eo. 24.

Dederunt hyacinthum, purpuram, & vermiculum ac byssum. † 35,5.

Ipse [David] est quasi tenerrimus ligni vermiculus, qui octingentos interfecit impetu vno. 2.Reg.23,8.

Tentorium ex hyacintho, purpura, vermiculo, ac bysso retorta. † 38,18.

Dabit enim ignem & vermes in carnes eorum, vt vrantur & sentiant vsque in sempiternum. Iudith 16,21.

Putredini dixi: Pater meus es: mater mea, & soror mea, vermibus. Iob 17,14.

Et tamen simul in puluere dormient, & vermes operient eos. † 21,26.

Dulcedo illius vermes. † 24,20.

Ego autem sum vermis, & non homo: opprobrium hominum, & abiectio plebis. Psal.21,7.

Sicut tinea vestimento, & vermis ligno: ita tristitia viri nocet cordi. Prou.25,20.

Murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento. Cant.1,10.

Vindicta carnis impij, ignis & vermis. Eccli.7,19.

Cùm enim morietur homo, hereditabit serpentes, & bestias, & vermes. † 10,13.

Qui se iungit fornicariis, erit nequam: putredo & vermes hereditabunt illum. † 19,3.

Sicut enim vestimentum, sic comedet eos vermis, & sicut lanam, sic deuorabit eos tinea. Isa.51,8.

Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, & erunt vsque ad satietatem visionis omni carni. † 66,24.

Parauit Deus vermem ascensu diluculi in crastinum, & percussit hederã, & exaruit. Ionæ 4,7.

Ita vt de corpore impij vermes scaturirent, ac viuentis in doloribus carnes eius effluerent. 2.Mach.9,9.

Vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Mar.9,45.

Confestim autem percussit eum [Herodem] Angelus Domini; eò quòd non dedisset honorem Deo, & consumptus à vermibus expirauit. Act.12,23.

VERNACVLVS.

Numerauit expeditos vernaculos suos trecentos decem & octo, & persecutus est eos. Gen.14,15.

Qui vernaculus domus eius fuerit, hi comedent ex eis. Leuit.22,11.

Num.

Numquid seruus est Israel, aut vernaculus? Ierem.2,14.

VERNVS.

Venit verno tempore ad terram quæ ducit Ephratam. Gen.35,16.

Eratque vernum tempus. † 48,7.

Mense enim verni temporis egressus de Aegypto. Exod.34,18.

Obserua mensem nouarum frugum, & verni primum temporis. Deut.16,1.

VERSVS.

In primo versu erit lapis sardius. Exod.28,17.

Septena versuum reticula in capitello vno. 3.Reg.7,17.

VERSVTVS.

Homo versutus celat scientiam. Prou.12,23.

Vir versutus odiosus est. † 14,17.

Scit versutias sermonum. Sap.8,8.

In versutias parabolarum simul introibit. Eccli.39,2.

VERTEX.

Fiant in capite Ioseph, & in vertice Nazaræi inter fratres suos. Gen.49,26.

De vertice antiquorum montiũ. Deut.33,15.

Super verticem Nazaræi inter fratres suos. 16.

Verticem capilli perambulantium in delictis suis. Psal.67,22.

VERTIGO.

Dominus miscuit in medio eius spiritum vertiginis, & errare fecerunt Aegyptum in omni opere suo, sicut errat ebrius & vomens. Isa.19,14.

VERTO.

Vos cogitastis de me malum, sed Deus vertit illud in bonum. Gen.50,20.

VERVM.

Verus est sermo quem audiui in terra mea. 3.Reg.10,6.

Ille scit quia vera dicit. Ioan.19,35.

Inimicus factus sum verum dicens vobis? Gal.4,16.

Quæcumque sunt vera, quæcumque pudica, quæcumque iusta. Philip.4,8.

VERAX.

Verax & timens Deum plus ceteris videbatur. 2.Esd.7,2.

Ante omnia opera verbum verax præcedat te, & ante omnem actum consilium stabile. Eccli.37,20.

Verax es, & viam Dei in veritate doces. Matthæi 22,16.

Sed qui me misit verax est. Ioan.8,26.

Est autem Deus verax, omnis autem homo mendax. Rom.3,4.

VERITAS.

Timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiam. Exod.18,21.

Pones in rationali iudicij Doctrinam & Veritatem. † 28,30.

Aut quærat à mortuis veritatem. Deut.18,11. Iudic.16,17.

Timete Dominum & seruite ei in veritate, & ex toto corde vestro. 1.Reg.12,24.

Retribuet quidem Dominus vobis misericordiam & veritatem, sed & ego reddam gratiam. 2.Reg.2,6.

Nonne ego sum quæ respondeo veritatem in Israel? † 20,19.

Et ambulauerint coram me in veritate in omni corde suo, & in omni anima sua, non auferetur tibi vir de solio Israel. 3.Reg.2,4.

Sit pax & veritas in diebus meis. 4.Reg.20,19.

Veritatem fecisti, nos autem impiè egimus. 2.Esd.9,33.

Manifesto ergo vobis veritatem, & non abscondam à vobis occultum sermonẽ. Tob.12,11.

Dicam veritatem in conspectu tuo. Iudith 5,5.

Vt haberent pacem, & susciperent veritatem, Esther 9,30.

Cùm responsio vestra ostensa sit repugnare veritati? Iob 21,34.

Non est in ore eorum veritas. Psal.5,10.

Veritatem requiret Dominus. † 30,24.

Veritas tua vsque ad nubes. † 35,6.

Veritatem tuam, & salutare tuũ dixi. † 39,11.

Propter veritatem, & mansuetudinem. † 44,5.

Veritatem dilexisti. † 50,8.

Et vsque ad nubes veritas tua. † 56,11.

Veritas de terra orta est, & iustitia de cælo prospexit. † 84,12.

Veritas tua in circuitu tuo. † 88,9.

Veritas mea & misericordia mea cum ipso. 25.

Neque nocebo in veritate mea. 34.

Veritatem tuam per noctem. † 91,3.

Et veritatis suæ domui Israel. † 97,3.

Vsque in generationem & generationem veritas eius. † 99,5.

Magna est super cælos misericordia tua, & vsque ad nubes veritas tua. † 107,5.

Opera manuum eius veritas & iudicium. † 110,7.

Veritas Domini manet in æternum. † 116,2.

Ne auferas de ore meo verbum veritatis vsquequaque. † 118,43.

Omnia mandata tua veritas. 86.

In generationẽ & generationẽ veritas tua. 90.

Principium verborum tuorum veritas. 160.

In veritate tua, exaudi me in tua iustitia. † 142,1.

Facit veritatem in sæculum. † 145,7.

Veritatem meditabitur guttur meum, & labia mea detestabuntur impium. Prou.8,7.

In me gratia omnis viæ & veritatis. Eccli.24,25

Volatilia ad sibi similia conueniunt: & veritas ad eos qui operantur illam, reuertetur. † 27,10.

Pater filiis notam faciet veritatem tuam. Isaiæ 38,19.

Corruit in platea veritas,& æquitas non potuit ingredi, & facta est veritas in obliuionem,& qui recessit à malo,prædæ patuit. † 59,14.

In veritate enim misit me Dominus ad vos, vt loquerer in auribus vestris omnia verba hæc. Ierem.26,15.

Iudicium Domino cum habitatoribus terræ: non est enim veritas, & non est misericordia, & non est scientia Dei in terra. Osee 4,1.

Dabis veritatem Iacob, misericordiam Abraham, quæ iurasti patribus nostris à diebus antiquis. Mich.7.20.

Loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo, veritatem & iudicium pacis iudicate in portis vestris. Zach.8,16.

Non est veritas & iudicium in eis. 1.Machab.7,18.

Veritatem quidem de singulis,auctoribus concedentes, ipsi autem secundùm datam formam breuitati studentes. 2.Machab.2,29.

Qui autem facit veritatem, venit ad lucem vt manifestentur opera eius,quia in Deo sunt facta. Ioan.3,21.

Cognoscetis veritatem,& veritas liberabit vos. † 8,32.

Ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit. 44.

Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi? 46.

Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas est. † 17,17.

Ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati: omnis qui est ex veritate,audit vocem meam. † 18,37.

Veritatis & sobrietatis verba loquor. Act.26,25.

Reuelatur enim ira Dei de cælo, super omnem impietatem & iniustitiam hominum eorum, qui veritatem Dei in iniustitia detinent. Rom.1,18.

Commutauerunt veritatem Dei in mendacium. 25.

Veritatem dico in Christo,non mentior.†9,1.

Epulemur non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ, sed in azymis sinceritatis & veritatis. 1.Cor.5,8.

Est veritas Christi in me. 2.Cor.11,10.

Non enim possumus aliquid aduersus veritatem,sed pro veritate. † 13,8.

Currebatis benè, quis vos impediuit veritati non obedire? Gal.5,7.

Veritatem autem facientes in charitate, crescamus in illo per omnia qui est caput Christus. Eph.4,15.

Quemadmodum autem Iannes & Mambres restiterunt Moysi, ita & hi resistunt veritati. 2.Timoth.3,8.

Scientes & confirmatos vos in præsenti veritate. 2.Pet.1,12.

In hoc cognoscimus quoniam ex veritate sumus, & in conspectu eius suadebimus corda nostra. 1.Ioan.3,19.

In hoc cognoscimus spiritum veritatis & spiritum erroris. † 4,6.

Spiritus est qui testificatur quoniam Christus est veritas. † 5,6.

Propter veritatem quæ permanet in vobis, & nobiscum erit in æternum. 2.Ioan.v.2.

Testimonium perhibentibus veritati tuæ, sicut tu in veritate ambulas. 3.Ioan.v.3.

VESANVS.

In tantum vesaniæ proruperunt. Esth.16,5.

Prophetæ eius vesani,viri infideles. Soph.3,4.

Correptionem verò habuit suæ vesaniæ: subiugale mutum animal. 2.Pet.2,16.

VESCOR.

Ex more sedere soleo iuxta regem ad vescendum. 1.Reg.20,5.

Nec in comessationibus eorum, qui carnes ad vescendum conferunt. Prou.23,20.

Beata terra,cuius rex nobilis est, & cuius principes vescuntur in tempore suo, ad reficiendum, & non ad luxuriam. Eccles.10,17.

Qui vescebantur voluptuosè, interierunt in viis. Thren.4,5.

Cibus autem tuus quo vescêris, erit in pondere viginti stateres in die. Ezech.4,10.

Hæc sunt gazophylacia sancta, in quibus vescuntur sacerdotes,qui appropinquant ad Dominum in sancta sanctorum. Ezech.42,13.

Corpulentiores præ omnibus pueris,qui vescebantur cibo regio. Dan.1,15.

Magna arbor, &c. & ex ea vescebatur omnis caro. † 4,9.

Declinaui ad eum vt vesceretur. Osee 11,4. Ioel.2,26.

Fœni cibo vescentes, demorabantur, ne participes essent coinquinationis. 2.Mach.5,27.†6,21.

VESICA.

Vlcera, & vesicæ turgentes, in vniuersa Terra Aegypti. Exod.9,9.

Vesiculam verò gutturis, & plumas proiiciet propè altare ad Orientalem plagam. Leuit.1,16.

VESPA.

Misisti antecessores exercitus tui vespas,vt illos paulatim exterminarent. Sap.12,8.

VESPER, VESPERA.

Ad vesperam comedetis azyma vsque ad diem vigesimam primam. Exod.12,18.

Vespere scietis quòd Dominus eduxerit vos de Terra Aegypti. † 16,6.

Dabit vobis Dominus vespere carnes edere, & manè panes in saturitate. 8.

Alterum verò agnum offeres ad vesperam iuxta ritum matutinæ oblationis. † 29,41.

A vespera vsque ad vesperam celebrabitis sabbata vestra. Leuit.23,32.

Si dormiero, dicam Quando consurgam? & rur-

rursum expectabo vesperam. Iob 7,4.

Et vesperum super filios terræ consurgere facis? † 38,32.

Ad vesperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. Psal. 29,6.

Vesperè, & manè, & meridie narrabo. † 54,18.

Conuertentur ad vesperam. † 58,7,15.

Vesperè decidat, induret & arescat. † 89,6.

Manè semina semen tuum, & vesperè ne cesset manus tua. Eccles. 11,6.

Vsque ad vesperam & manè, dies duo millia trecenti. Dan. 8,14.

Dies vna, quæ nota est Domino, non dies neque nox: & in tempore vesperi erit lux. Zach. 14,6. Matth. 16,2.

Cùm vespera facta esset. Mar. 11,19. † 14,17.

VESPERTILIO.

Comedere non debetis, &c. vpupam quoque & vespertilionem. Leuit. 11,19.

Proiiciet homo idola, &c. talpas & vespertiliones. Isa. 2,20.

VESTIBVLVM.

Mansit autem Ieremias in vestibulo carceris. Ier. 38,28.

Introduxit me in vestibulum templi: & mensus est vestibulum quinque cubitis hinc. Ezech. 40,48.

Inter vestibulum & altare plorabunt sacerdotes ministri Domini. Ioel. 2,17.

VESTIGIVM.

Vestigia præcedentium, repererunt eos in castris super mare: omnis equitatus & currus Pharaonis. Exod. 14,9.

In septima autem vice ecce nubecula parua, quasi vestigium hominis ascendebat de mari. 3. Reg. 18,44.

Forsitan vestigia Dei comprehendes. Iob 11,7.

Vestigia eius secutus est pes meus, viam eius custodiui, & non declinaui ex ea. † 23,11.

Vestigia tua non cognoscentur. Psal. 76,20.

Egredere & abi post vestigia gregum. Cantic. 1,7.

Vestigium cordis boni, & faciem bonam difficilè inuenies. Eccli. 13,32.

Qui odit correptionem, vestigium est peccatoris. † 21,7.

Reuelans vestigia occultorum. † 42,19.

Lux Dei, vestigium eius est. † 50,31.

Adorabunt vestigia pedum tuorum. Isa. 60,14.

Erit omnis terra sine vestigio ab inhabitantibus eam. Baruch 2,23.

Video vestigia virorum ac mulierum. Dan. 14,19. Rom. 4,12. 1. Pet. 2,21.

VESTIO, VESTIS, VESTIMENTVM.

Vestibus Esau valdè bonis, quas apud se habebat domi, induit eum. Gen. 27,15.

Ioseph totonderunt: ac veste mutata, obtulerunt ei. † 41,14.

Cum quali veste intrauerit, cum tali exeat. Exod. 21,3.

Faciesque vestem sanctam Aaron fratri tuo in gloriam & decorem. † 28,2,41.

Vestem autem sanctam qua vtetur Aaron, habebunt filij eius post eum. † 29,29. † 33,4.

Spoliabitur prioribus vestimentis, indutusque aliis efferet eos [cineres] extra castra. Leuit. 6,11.

Vestimenta nolite scindere, ne fortè moriamini, & super omnem cœtum oriatur indignatio. † 10,6.

Vestis lanea siue linea quæ lepram habuerit. † 13,47.

Vestimenta sunt sancta. † 16,4.

Veste, quæ ex duobus texta est, non induêris. † 19,19.

Vestimentum tuum, quo operiebaris, nequaquam vetustate defecit, & pes tuus non est subtritus, en quadragesimus annus est. Deut. 8,4.

Non induetur mulier veste virili, nec vir vtetur veste feminea: abominabilis enim apud Deum est, qui facit hæc. † 22,5.

Non induêris vestimento, quod ex lana linoque contextum est. 11.

Iosue verò scidit vestimenta sua, & pronus cecidit in terram corā arca Domini vsque ad vesperam tam ipse quàm omnes senes Israel. Ios. 7,6.

Vestes diuersorum colorum Sisaræ traduntur in prædam. Iudic. 5,30.

Qua visa, scidit vestimenta sua, & ait: Heu me filia mea, decepisti me, & ipsa decepta es: aperui enim os meum ad Dominum, & aliud facere non potero. Cui illa respondit: Pater mi, si aperuisti os tuum ad Dominum, fac mihi quodcumque pollicitus es, concessa tibi vltione atque victoria de hostibus tuis. † 11,35.

Et teraphim, id est, vestem sacerdotalem & idola. † 17,5.

Ac vestem duplicem, & quæ ad victum sunt necessaria. 10.

Pepercit, &c. vestibus, & arietibus, & vniuersis quæ pulchra erant. 1. Reg. 15,9.

Vestiuit eum lorica. † 17,38.

Vestitusque est aliis vestimentis. † 28,8.

Veste conscissa & puluere conspersus caput. 2. Reg. 1,2.

Apprehendens autem Dauid vestimenta sua, scidit, omnesque viri qui erant cum eo, & planxerunt & fleuerunt, & ieiunauerunt vsque ad vesperam super Saul, & super Ionathan filium eius, & super populum Domini, & super domum Israel, eò quòd corruissent gladio. 12.

Filiæ Israel super Saul flete, qui vestiebat vos coccino in deliciis, qui præbebat ornamenta aurea cultui vestro. 24.

Præscidit vestes eorum medias vsque ad nates, & dimisit eos. † 10,4.

Induere veste lugubri, & ne vngaris oleo. † 14,2.

Vestesque suas non lauerat à die qua egressus fuerat rex, vsque ad diem reuersionis eius in pace. † 19,24.

Ioab vestitus erat tunica stricta ad mensuram habitus sui. † 20,8.

Ordinem ministrantium, vestesque eorum. 3.Reg.10,5.

Apprehenditque [Eliseus] vestimenta sua, & scidit illa in duas partes. 4.Reg.2,12.

Decem mutatoria vestimentorum. † 5,5.

Da eis talentum auri & vestes mutatorias duplices. 22.

Dixitque his qui erant super vestes, Proferte vestimenta vniuersis seruis Baal. † 10,22.

Et scidisti vestimenta tua, & fleuisti coram me, & ego audiui, ait Dominus. † 22,19.

Mutauit vestes eius, quas habuerat in carcere. † 25,29.

Vestiti byssinis, cymbalis, & psalteriis, & citharis concrepabant. 2.Par.5,12.

Apprehendentes captiuos, omnesque qui nudi erant, vestierunt de spoliis: cumque vestissent eos & calceassent, & refecissent cibo ac potu, vnxissentque propter laborem, & adhibuissent eis curam: quicumque ambulare non poterant, & erant imbecilli corpore, imposuerunt eos iumentis, & adduxerunt Iericho. † 28,15.

Vestes sacerdotales centum. 1.Esd.2,69.

Non deponebamus vestimenta nostra, vnusquisque tantùm nudabatur ad baptismum. 2.Esd.4,23.

Vestimenta eorũ non inueterauerunt. † 9,21.

Exuit se vestimento viduitatis, & induit se vestimento lætitiæ in exultatione filiorum Israel. Iudith 16,9.

Induta est Esther regalibus vestimentis, & stetit in atrio domus regiæ. Esth.5,1.

Homo quem rex honorare cupit, debet indui vestibus regiis. † 6,7.

Fulgebat [Mardochæus] vestibus regiis, hyacinthinis videlicet & aëreis, coronam auream portans in capite, & amictus serico pallio atque purpurato. † 8,15.

Abominabuntur me vestimenta mea. Iob 9,31.

† 31,19.

Cùm ponerem nubem vestimentum eius [maris.] † 38,9.

Circumda tibi decorem, & in sublime erigere, & esto gloriosus, & speciosis induere vestibus. † 40,5.

Diuiserunt sibi vestimenta mea: & in vestem meam miserunt sortem. Psal.21,19.

Ipsi peribunt, tu autem permanes: & omnes sicut vestimentum veterascent. † 101,27.

Abyssus sicut vestimentum amictus eius. † 103,6.

Fiat ei sicut vestimentum quo operitur. † 108,19.

Quod descendit in oram vestimenti eius. † 132,2.

Non timebit domui suæ à frigoribus niuis: omnes enim domestici eius vestiti sunt duplicibus. Prou.31,21.

Omni tempore sint vestimenta tua candida, & oleum de capite tuo non deficiat. Eccles.9,8.

In veste enim poderis quam habebat, totus erat orbis terrarum. Sap.18,24.

In vestitu ne glorieris vmquam, nec in die honoris tui extollaris. Eccli.11,4.

Secundùm se vestiuit illum virtute. † 17,2.

Vestimentum tibi est, princeps esto noster. Isa.3,6.

His qui habitauerunt coram Domino erit negotiatio eius, vt manducent in saturitatem, & vestiantur vsque ad vetustatem. † 23,18.

Omnes quasi vestimentum conterentur, tinea comedet eos. † 50,9.

Induere vestimentis gloriæ tuæ Ierusalem, ciuitas sancti. † 52,1.

Induit me vestimentis salutis, & indumento iustitiæ circumdedit me, quasi sponsam decoratam corona, & quasi sponsam ornatam monilibus suis. † 61,10.

Mutauit vestimenta carceris eius, & comedebat panem coram eo. Ier.52,33.

Vestimenta eorum auferunt sacerdotes, & vestiunt vxores suas, & filios suos. Baruch 6,32.

Vestiui te discoloribus, & calceaui te ianthino. Ezech.16,10.

Denudabunt te vestimentis tuis, & tollent vasa gloriæ tuæ. † 23,26.

Ibi reponent vestimenta sua, in quibus ministrant, quia sancta sunt: vestienturque vestimentis aliis, & sic procedent ad populum. † 42,14.

Non sanctificabunt populum in vestibus suis. † 44,19.

Vestimentum eius candidũ quasi nix. Dan.7,9.

Peruenit verbum ad regem Niniue, & surrexit de solio suo, & abiecit vestimentum suum à se, & indutus est sacco, & sedit in cinere. Ionæ 3,6.

Visitabo super principes, & super filios regis, & super omnes qui induti sunt veste peregrina. Soph.1,8.

Et Iesus indutus erat vestibus sordidis. Zachar.3,3.

Auferte vestimenta eius sordida ab eo. 4.

Ipse autem Ioannes habebat vestimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos. Matth.3,4.

Qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt. † 11,8.

Adduxerunt asinam & pullum: & imposuerunt super eos vestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt. † 21,7.

Ami-

Amice, quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? † 22,12.

Si vel vestimentum eius tetigero, salua ero. Mar.5,28.

Proiecto vestimento suo exiliens, venit ad eum. † 10,50.

Illusit indutum veste alba, & remisit ad Pilatum. Luc.23,11.

Cùm crucifixissent eum, acceperunt vestimenta eius, & fecerunt quatuor partes, vnicuique militi partem, & tunicam. Ioan.19,23.

Et ecce vir stetit ante me in veste candida. Act.10,30.

Proiicientibus vestimenta sua, & puluerem iactantibus in aërem. † 22,23.

Si tamen vestiti, non nudi inueniamur. 2.Cor.5,3.

Habes pauca nomina in Sardis, quæ non inquinauerunt vestimenta sua, & ambulabunt mecum in albis quia digni sunt. Qui vicerit sic vestietur vestimentis albis, & non delebo nomen eius de libro vitæ. Apoc.3,4.

Vigintiquatuor seniores sedentes, circumamicti vestimentis albis, & in capitibus eorum coronæ aureæ. † 4,4.

Vestitus erat veste aspersa sanguine, & vocabatur nomen eius Verbum Dei. † 19,13.

Exercitus qui sunt in cælo, sequebantur eum in equis albis, vestiti byssino albo & mundo. 14.

VETERANVS.

Non parcamus viduæ, nec veterani reuereamur canos multi temporis. Sap.2,10.

Quàm speciosa veteranis sapientia, & gloriosis intellectus, & consilium? Eccli.25,7.

Sicut ascensus arenosus in pedibus veterani, sic mulier linguata homini quieto. 27.

VETO.

Qui nihil vetat benefacere, humanus. Sapient.7,22.

Et si ab imbecillitate virium vetetur peccare, si inuenerit tempus malefaciendi, malefaciet. Eccli.19,25.

Est qui vetatur peccare præ inopia, & in requie sua stimulabitur. † 20,23 Luc.18,16.

Vetati sunt à Spiritu sancto loqui verbum Dei in Asia. Act.16,6.

VETVS.

Recedant vetera de ore vestro. 1.Reg.2,3.

Hæc autem vetera verba. 1.Par.4,22.

Veteres literas nouis nuntiis præuenirent. Esth.8,10.

Auxilium eorum veterascet in inferno. Psal.48,15.

In portis nostris omnia poma: noua & vetera, dilecte mi, seruaui tibi. Cant.7,13.

Vetustam fecit pellem meam. Thren. 3,4.

Nemo bibens vetus, statim vult nouum, dicit enim: Vetus melius est. Luc.5,39.

Vetus homo noster simul crucifixus est, vt destruatur corpus peccati, & vltrà non seruiamus peccato. Rom.6,6.

Expurgate vetus fermentum. 1.Cor.5,7.

Si qua ergo in Christo noua creatura, vetera transierunt. 2 Cor.5,17.

Deponere vos secundùm pristinam conuersationem veterem hominem, qui corrumpitur secundùm desideria erroris. Ephes.4,22.

Expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, & induentes nouum. Col.3,9.

Cæcus est, & manu tentans, obliuionem accipiens purgationis veterum suorum delictorum. 2.Pet.1,9.

Non mandatum nouum scribo vobis, sed mandatum vetus, quod habuistis ab initio: mandatum vetus, est verbum quod audistis. 1.Ioan.2,7.

VEXILLVM.

Singuli per turmas, signa, atque vexilla, & domos cognationum suarum, castrametabuntur. Num.2,2.

Super Bethacarem leuate vexillum. Ier.6,1.

VEXO.

Vexatio dat intellectum. Gen.42,21. Exod. 12,30,31. Num.22,53. Iudic.10,10. † 15,1. Psal.77,34.

Vexatio clamorem ad Deum excitat. Exo.2,23.

Causa est conuersionis. Leuit.26,41.

Vexatio dat intellectum Manassi regi. 2. Par. 33,12. Psal.15,4. Baruch 2,30. 2. Mach.9,11.

Hereditatem tuam vexauerunt. Psal.93,5.

Vexatus est Moyses propter eos. † 105,32.

Vexati sunt à tribulatione malorum & dolore. † 106,39.

In paucis vexati, in multis benè disponentur. Sap.3,5.

Vexationes peccatoribus superuenerunt. † 19,12.

Tantummodò sola vexatio intellectum dabit auditui. Isa.28,19.

Dabo eos in vexationem vniuersis regnis terræ: in maledictionem, & in stuporem, & in sibilum, & in opprobrium cunctis gentibus. Ierem.29,18.

Exue te Ierusalem stola luctus & vexationis tuæ. Baruch 5,1.

Filia tua mortua est, quid vltrà vexas magistrum? Mar.5,35.

VIA.

Ibimus viam trium dierum in solitudinem, vt immolemus Domino Deo nostro. Exod.3,18. † 8,27.

Circumduxit per viam deserti. † 13,17.

Dominus autem præcedebat eos ad ostendendam viam, per diem in columna nubis. 21.

Veni vt aduersarer tibi, quia peruersa est via tua, mihique contraria. Num.22,32.

Publica gradiemur via, non declinabimus neque ad dextram, neque ad sinistram. Deut.2,27.

Deseruerunt velociter viam quam demonstra-

sti eis,feceruntque sibi conflatile. † 9,19.
Nosse per quam viam ingrediamini:quia priùs non ambulastis per eam. Iol.3,4
Non dimiserunt adinuentiones suas, & viam durissimam per quam ambulare consueuerunt. Iudic.2,19.
Dominus respicit viam vestram, & iter quo pergitis. † 18,6.
Via hæc polluta est. 1.Reg.21,5.
Quis enim cùm inuenerit inimicum suum, dimittet eum in via bona? † 24,20.
Currens ergo Achimaas per viam compendij, transiuit Chusi. 2.Reg.18,23.
Ingredior viam vniuersæ terræ. 3.Reg.2,1.
Ostende eis viam bonam per quam ambulent. 3.Reg.8,36.
Orauerint te contra viam terræ suæ. 48.
Ambulauitque in via Ieroboam. † 15,34.
Surge, comede: grandis enim tibi restat via. † 19,7.
Ambulauit in omni via Asa patris sui.† 22,43.
Non est hæc via, neque ista est ciuitas. 4.Regum 6,19.
Via plena erat vestibus & vasis, quæ proiecerant Syri cùm turbarentur: reuersique nuntij indicauerunt regi. † 7,15.
Interrupta est ciuitas, & omnes viri bellatores nocte fugerunt per viam portæ, quæ est inter duplicem murum. † 25,4.
Qui defenderent nos ab inimico in via, &c. ieiunauimus autem & rogauimus Deum nostrum per hoc & euenit nobis prosperè. 1 Esd. 8,23.
In captiuitate tamen positus, viam veritatis non deseruit. Tob.1,2.
Omnes viæ tuæ misericordia, & veritas, & iudicium. † 3,2.
Nosti viam quæ ducit in regionem Medorum. † 5,7.
Circuibat vias omnes, per quas spes remeandi videbatur. † 10,7.
Viæ tuæ paratæ sunt, & tua iudicia in tua prouidentia posuisti. Iudith 9,5.
Viro cuius abscondita est via. Iob 3, 23.
Verumtamen vias meas in conspectu eius arguam. † 13,15.
Tenebit iustus viam suam, & mundis manibus addet fortitudinem. † 17,9.
In viis tuis splendebit lumen. † 22,28.
Ipse verò scit viam meam. † 23,10,11.
Deus intelligit viam eius, & ipse nouit locum illius. † 28,23.
Nónne ipse considerat vias meas? † 31,4.
Viam pacis non cognouerunt. Psal.13,3.
Notas mihi fecisti vias vitæ. † 15,10.
Propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras. † 16,4.
Custodiui vias Domini, nec impiè gessi à Deo meo. † 17,22.
Vias tuas Domine demonstra mihi, & semitas tuas edoce me. † 24,4.
Viæ Domini misericordia, & veritas. 10.
Hæc via illorum scandalum ipsis. † 48,14.
In mari via tua. † 76,20.
Ambulans in via immaculata hic mihi ministrabat. † 100,6.
Notas fecit vias suas Moysi. † 102,7.
Viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt. † 106,4.
Deduxit eos in viam rectam. 7.
Considerabo vias tuas. † 118,15.
Vias meas enuntiaui & exaudisti me. 26.
Viam mandatorum tuorum cucurri cùm dilatasti cor meum. 32.
Omnem viam iniquam odio habui. 128.
Omnes viæ meæ in conspectu tuo. 168.
Et omnes vias meas præuidisti. † 138,4.
Ostende mihi viam in qua ambulem.† 142,8.
Via impiorum tenebrosa, nesciunt vbi corruunt. Prou.4,19.
Vias quæ à dextris sunt, nouit Dominus: peruersæ verò sunt quæ à sinistris sunt. 27.
Viæ inferi domus eius penetrantes in interiora mortis. † 7,27.
In viis iustitiæ ambulo, in medio semitarum iudicij. † 8,20.
Nunc ergo filij audite me: Beati, qui custodiunt vias meas. 32.
Initium viæ bonæ facere iustitiam? † 16,5.
Est via quæ videtur homini recta, & nouissima eius ducunt ad mortem. † 16,25.
Lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis, & ambulamus vias difficiles: viam autem Domini ignorauimus. Sap.5,7.
Deduxit illos in via mirabili. † 10,17.
Diuisit illam quæ ad viuos ducebat viam. † 18,23.
In mari rubro via sine impedimento. † 19,7.
Væ his qui perdiderunt sustinentiam, & qui dereliquerunt vias rectas, & diuerterunt in vias prauas: & quid facient cùm inspicere cœperit Deus? Eccli.2,17.
Non eas in omnem viam. † 5,11.
Vias illius quis intelligit. † 16,21.
Viæ illorum coram ipso sunt semper. † 17,13.
Ostendit eis viam æquitatis. † 18,11.
Viator sitiens ad fontem os aperiet, & ab omni aqua proxima bibet, & contra omnem palum sedebit. † 26,15.
Viæ illius viis illorum directæ sunt. † 39,92.
Ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius. Isa.2,3.
Erit via residuo populo meo, qui relinquetur ab Assyriis. † 11,16.
Erit via de Aegypto in Assyrios, & intrabit Assyrius Aegyptum. † 19,23.

Aufer-

Auferte à me viam, declinate à me semitam, cesset à facie nostra sanctus Israel. † 30,11.

Dissipatæ sunt viæ, cessauit transiens per semitam, irritum factum est pactum. † 33,8.

Dominus, qui dedit in mari viam, & in aquis torrentibus semitam. † 43,16.

Qui posuisti profundum maris viam, vt transirent liberati? † 51,10.

Viam facite, præbete iter, declinate de semita, auferte offendicula de via populi mei? † 57,14.

Vias eius vidi & sanaui eum, & reduxi eum, & reddidi consolationes ipsi & lugentibus eius. 18.

Transite, transite per portas, præparate viam populo, planum facite iter, eligite lapides, & eleuate signum ad populos. † 62,10.

Quid tibi vis in via Aegypti, vt bibas aquam turbidam: & quid tibi cum via Assyriorum, vt bibas aquam fluminis? Ier.2,18.

Quid niteris bonam ostendere viam tuam ad quærendam dilectionem, quæ insuper & malitias docuisti vias tuas. 33.

State super vias, & videte, & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea. † 6,16.

Ambulate in omni via quam mandaui vobis vt benè sit vobis. † 7,23.

Non est hominis via eius, nec viri est vt ambulet & dirigat gressus suos. † 10,23.

Quare via impiorum prosperatur: benè est omnibus qui præuaricantur & iniquè agunt. † 12,1. † 14,8.

Qui do vnicuique iuxta viam suam, & iuxta fructum adinuentionum suarum. † 17,10.

Impingentes in viis suis, in semitis sæculi, vt ambularent per eas itinere non trito. † 18,15.

Via eorum erit quasi lubricum in tenebris: impellentur enim & corruent in ea. † 23,12.

Si stetissent in consilio meo, & nota fecissent verba mea populo meo, auertissem vtique eos à via sua mala. 22.

Vt reddas vnicuique iuxta vias suas. † 32,19.

In via sta, & prospice, habitatio Aroër. † 48,19.

Viæ Sion lugent, eò quòd non sint qui veniant ad solemnitatem. Thren.1,4.

Conclusit vias meas lapidibus quadris, semitas meas subuertit. † 3,9.

Secundùm viam eorum faciam eis, & secundùm iudicia eorum iudicabo eos. Ezech.7,27.

Viam eorum super caput eorum reddam. † 9,10.

Vias tuas in capite tuo dedi. † 16,43.

Recordaberis viarum tuarum, & confundêris. 61.

Numquid via mea non est æqua, & non magis viæ vestræ prauæ sunt? † 86,25. † 24,14.

Recordabimini ibi viarum vestrarum, & omnium scelerum vestrorum. † 20,43.

Pone tibi duas vias, vt veniat gladius regis Babylonis. † 21,19.

Viam eorum in caput eorum reddidi. † 22,31.

Iuxta vias tuas & iuxta adinuentiones tuas iudicabo te. † 24,14.

Vnumquemque iuxta vias suas iudicabo de vobis, domus Israel. † 33,20.

Recordabimini viarum vestrarum pessimarum, studiorumque non bonorum, & displicebunt vobis iniquitates vestræ & scelera vestra. † 36,31.

Sepiam viam tuam spinis, & sepiam eam maceria, & semitas tuas non inueniet. Osee 2,6.

Iuxta vias eius & adinuentiones eius reddet ei. † 12,2.

Rectæ viæ Domini, & iusti ambulabunt in eis: præuaricatores verò corruent in eis. † 14,10.

Contemplare viam, conforta lumbos, robora virtutem valdè. Nahum 2,1.

Viam fecisti in mari equis tuis. Habac.3,15.

Ponite corda vestra super vias vestras. Agg.1,5.

Si in viis meis ambulaueris, & custodiam meam custodieris, tu quoque iudicabis domum meam. Zach.3,7.

Ecce ego mitto angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam. Mal.3,1.

Responso accepto in somnis ne redirent ad Herodem, per aliam viam reuersi sunt in regionem suam. Matth.2,12.

Vt nemo posset transire per viam illam. † 8,28.

In viam gentium ne abieritis. † 10,5.

Si dimisero eos ieiunos in domum suam, deficient in via, quidam enim ex eis de longè venerunt. Mar.8,3.

Ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Luc.1,79.

Ego sum via, veritas, & vita: nemo venit ad Patrem nisi per me. Ioan.14,6.

Non desinis subuertere vias Domini rectas. Act.13,10.

Qui in præteritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi vias suas. † 14,15.

Adhuc excellentiorem viam vobis demonstro. 1.Cor.12,31.

Dominus noster Iesus Christus dirigat viam nostram ad vos. 1.Thess.3,11.

Hoc significante Spiritu sancto nondum propalatam esse sanctorum viam. Heb.9,8.

Quam initiauit nobis viam nouam & viuentem, per velamen, id est, carnem suam. † 10,20.

Multi sequentur eorum luxurias, per quos via veritatis blasphemabitur. 2.Pet.2,2.

Melius enim erat illis non cognoscere viam iustitiæ, quàm post agnitionem, retrorsum conuerti ab eo quod illis traditum est sancto mandato. 21.

Iustæ & veræ sunt viæ tuæ, Rex sæculorum. Apoc.15,3.

Euphratem, & siccauit aquam eius, vt præpararetur

raretur via regibus ab ortu solis. † 16,12.

VIATICVM.

Dabis viaticum de gregibus, & de area, & torculari tuo. Deut.15,14.

Panes quoque, quos portabant ob viaticum, duri erant. Iosu.9,5.

VIBRO.

Super ipsum sonabit pharetra, vibrabit hasta & clypeus. Iob 39,23.

Deridebit vibrantem hastam. † 41,20.

Gladium suum vibrabit. Psal.7,13.

Armis aureis hastam vibrans. 2.Mach.11,8.

VICARIVS.

Qui percusserit animal, reddet vicarium, id est, animam pro anima. Leuit.24,18.

VICIA.

Et hordeum & milium, & viciam in finibus suis? Isaiæ 28,25.

Lentem, & milium & viciam, &c. & facies tibi panes. Ezech.4,9.

VICINVS.

Assumet vicinum suum, qui iunctus domui suæ. Exod.12,4.

Melior est vicinus iuxtà, quàm frater procul. Prou.27,10.

Hæc dicit Dominus aduersum omnes vicinos meos pessimos, qui tangunt hereditatem quam distribui populo meo Israel. Ierem.12,14. Lucæ 15,6.

VICIS.

Doluistis vicem meam. 1.Reg.23,21.

Sint nobis vices per noctem, & diem ad operandum. 2.Esd.4,22.

Posui custodes de habitatoribus Ierusalem singulos per vices suas, & vnumquemque contra domum suam. † 7,3.

VICISSITVDO.

Dominus reddat tibi vicissitudinem hanc pro eo quod hodie operatus es in me. 1.Reg.24,20. Iudith 16,17.

Fœneratur Domino qui miseretur pauperis: & vicissitudinem suam reddet ei. Prou.19,17.

Vt sciam dispositionem orbis terrarum, &c vicissitudinū permutationes. Sap.7,18. Isa.59,18.

Tempus vltionis est à Domino, vicissitudinem ipse retribuet ei. Ierem.51,6.

Si vlciscimini vos contra me, citò velociter reddam vicissitudinem vobis super caput vestrum. Ioel.3,4.

Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Iac.1,17.

VICTIMA.

Ecce, inquit, ignis & ligna: vbi est victima holocausti? Gen.22,7.

Mactatis ibi victimis Deo patris sui Isaac, audiuit eum per visionem nocte vocantem se, &c. Descende in Aegyptum. † 46,1.

Victima transitus Domini est: quando transiuit super domos. Exod.12,26.

Ista est religio victimæ quam constituit Dominus. Præcipe filiis Israel vt adducant ad te vaccam ruffam ætatis integræ. Num.19,2.

Vocabis Isai ad victimam. 1.Reg.16,3.

Victimæ solemnes ibi sunt. † 20,6.

Erant cum Dauid septem chori & victima vituli. 2.Reg.6,12.

Cumque immolaret victimas, facta est coniuratio valida. † 15,12.

Ingressi sunt igitur vt facerent victimas & holocausta. 4.Reg.10,24.

Victimas sacrificandas dat Iosias rex populo. 2.Par.35,7.

Immolauerunt in die illa victimas magnas, & lætati sunt. 2.Esd 12,42.

Victimas pro salute deuoui; hodie reddidi vota mea. Prou.7,14.

Qui offert sacrificium ex substantia pauperum, quasi qui victimat filium in conspectu patris. Eccli.34,24.

Quò mihi multitudinem victimarum vestrarum. Isaiæ 1,11.

Victima enim Domini in Bosra, & interfectio magna in terra Edom. † 34,6.

Congrega eos quasi gregem ad victimam, & sanctifica eos in die occisionis. Ierem.12,3.

Victima enim Domini Dei exercituum in Terra Aquilonis. † 46,10.

Deducam eos quasi agnos ad victimam, & quasi arietes cum hœdis. † 51,40.

Gladius, gladius exacutus est & limatus, vt cædat victimas exacutus est: vt splendeat limatus est. Ezech.21,10.

Dic omni volucri & vniuersis auibus, cunctisque bestiis agri: Conuenite, properate, concurrite vndique ad victimam meam, quam ego immolo vobis, victimam grandem super montes Israel. † 39,17.

Victimam & pro peccato & pro delicto ipsi comedent, & omne votum in Israel ipsorum erit. † 44,29.

Hæc est domus culinarum, in qua coquent ministri domus Domini victimas populi. † 48,24.

Victimas declinastis in profundum, & ego eruditor omnium eorum. Osee 5,2.

Afferte manè victimas vestras, tribus diebus decimas vestras. Amos 4,4. Mar.9,48.

VICVS.

Per vicos & plateas quæram quem diligit anima mea. Cant.3,2.

Apprehensa manu cæci, eduxit eum extra vicum; & expuens in oculos eius. Mar.8,23. Lucæ 14,21. Act.12,10.

VIDEO.

Videntes filij Dei filias hominum quòd essent pulchræ, acceperunt sibi vxores ex omnibus quas elegerant. Gen.6,2.

Tu-

Tu Deus qui vidisti me, Gen.16,13.
Puteus viuentis & videntis me. † 16,14.
Appellauitque nomen loci illius, Dominus videt. † 22,14.
Vidi Dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea. † 32, 30.
Vidit Beniamin fratrem suum vterinum. † 43,29.
Videbo illum antequam moriar. † 45,28.
Clarè videre non poterat [Israel.] † 48 10.
Egredietur [Aaron] in occursum tuum, vidensque te lætabitur corde. Exod.4,14.
Nemo vidit fratrem suum, nec mouit se de loco in quo erat. † 10,23.
Non videbo vltrà faciem tuam. 29.
Aegyptios quos nunc videtis, nequaquam vltrà videbitis vsque in sempiternum. † 14,13.
Ne fortè velit transcendere terminos ad videndum Dominum, & pereat ex eis plurima multitudo. † 19,21.
Populus videbat voces. † 20,18.
Viderunt Deũ Israel: & sub pedibus eius quasi opus lapidis sapphirini, & quasi cælum, cùm serenum est. † 24,10.
Non videbit me homo & viuet. † 33,20.
Alij nulla curiositate videant quæ sunt in sanctuario priusquam inuoluantur. Num.4,20.
Quòd facie videaris ad faciem, & nubes tua protegat illos. † 14,14.
Viderunt maiestatem meam & signa quæ feci in Aegypto, & in solitudine, & tentauerunt me iam per decem vices. 22.
Non videbunt terram pro qua iuraui patribus eorum. 23.
Introducam, vt videant terram quæ vobis displicuit. 31.
Cumque videris eam, ibis & tu ad populum tuum, sicut iuit frater tuus Aaron: quia offendistis me in deserto Sin, in contradictione multitudinis, nec sanctificare me voluistis coram ea super aquas. † 27,12.
Vide Terram quam Dominus Deus tuus dat tibi, ascende & posside eam. Deut.1,21.† 3,27.
Vidi enim inter spolia pallium coccineum valdè bonum. Ios.7,21.
Vidi Angelum Domini facie ad faciem. Iudic.6,22.
Morte moriemur quia vidimus Deũ. † 13,22.
Percussitque de viris Bethsamitibus eò quòd vidissent arcam Domini, & percussit de populo septuaginta viros, & quinquaginta millia plebis. 1 Reg.6,19.
State & videte rem istam grandem. † 12,16.
Videte per quem acciderit peccatum hoc hodie. † 14,38.
Non vidit Samuel vltrà Saul vsque ad diem mortis suæ. † 15,35.
Homo enim videt ea quæ patent: Dominus autem intuetur cor. † 16,7.
Vidit Saul castra Philisthiim, & timuit, & expauit cor eius nimis. † 28,5.
Cùm autem vidisset Abigail Dauid, festinauit, & descendit de asino. † 25,23.
Cùm autem vidisset mulier Samuelem, exclamauit voce magna, & dixit ad Saul: Quare imposuisti mihi? tu es enim Saul. 12.
Deos vidi ascendentes de terra. 13.
Viditque mulierem se lauantem. 2.Reg.11,2.
Videam faciem regis. Quòd si memor est iniquitatis meæ, interficiat me. † 14,32.
Vidi tumultum magnum. † 18,29.
Visio Eliæ. 3.Reg 19,11.
Vidi Dominum sedentem super solium suum, & omnem exercitum cæli assistentem ei à dextris & à sinistris. † 22,19.
Visurus es in die illa, quando ingredieris cubiculum intra cubiculum vt abscondaris. 25.
Si videris me, quando tollar à te, erit tibi quod petisti: si autem nõ videris, non erit. 4.Reg.2,10.
Eliseus autem videbat & clamabat: Pater mi, pater mi, currus Israel & auriga eius. 12.
Viderunt se esse in medio Samariæ. † 6,20.
Videbis oculis tuis, & inde non comedes. † 7,2.
Veni & videamus nos. † 14,8.
Colligêris ad populum tuum in pace vt non videant oculi tui mala, quæ inducturus sum super locum istum. † 22,20.
In diebus Zachariæ intelligentis & videntis Deum. 2.Par.26,5.
Ego video Tobiam filium meum. Tob.11,17.
Septem duces Persarum atque Medorum, qui videbant faciem regis. Esth.1,14.
In horrore visionis nocturnæ. Iob 4,13.
Non reuertetur oculus meus vt videat bona. † 7,7.
Terrebis me per somnia, & per visiones horrore concuties. 14.
Si venerit ad me, non videbo eum: si abierit, non intelligam. † 9,11.
Aut sicut videt homo & tu videbis? † 10,4.
In carne mea videbo Deum meum. † 19,26.
Videbit faciem eius in iubilo. † 33,26.
Omnes homines vident eum, vnusquisque intuetur procul. † 36,25.
Auditu auris audiui te; nunc autem oculus meus videt te. † 42,5.
De cælo respexit Dominus, vidit omnes filios hominum. Psal.32,13.
Viderunt te aquæ Deus, viderunt te aquæ, & timuerunt, & turbatæ sunt abyssi. † 76,17.
Videbitur Deus deorum in Sion. † 83,8.
Nõn videbit Dominus, nec intelliget Deus Iacob. † 93,7.
Viderunt omnes termini terræ salutare Dei nostri. † 97,3.
Videbitur in gloria sua. † 101,17.

Ad videndum in bonitate electorum tuorum. † 105,5.

Auerte oculos meos ne videant vanitatem, in via tua viuifica me. † 118,37.

Videas filios filiorum. † 127,6.

Melius est videre quod cupias, quàm desiderare quod nescias. Eccles. 6,9.

Egredimini & videte filiæ Sion regem Salomonem in diademate. Cantic. 3,11.

Quid videbis in Sulamite, nisi choros castrorum? † 7,1.

Quoniam multa sapientia Dei, & fortis in potentia, videns omnes sine intermissione. Eccli. 15,19. † 16,17.

Quis me videt? tenebræ circumdant me, & parietes cooperiunt me, & nemo circumspicit me, quem vereor? † 23,26.28.

Multa vidi errando, & plurimas verborum consuetudines. † 34,12.

Quis videbit eum, & enarrabit, & quis magnificauit eum sicut est ab initio? † 43,35.

Beati sunt qui te viderunt, & in amicitia tua decorati sunt. † 48,11.

Ezechiel qui vidit conspectũ gloriæ. † 49,10.

In anno quo mortuus est rex Ozias vidi Dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum. Isa. 6,1.

Dominum exercituum vidi oculis meis. 5.

Domine exaltetur manus tua, & non videant; videant & confundãtur zelantes populi. † 26,11.

Visio dura nuntiata est mihi, qui incredulus est, infideliter agit. † 21,2.

Qui dicunt videntibus: Nolite videre; & aspicientibus: Nolite aspicere nobis ea quæ recta sunt. † 30,10.

Non videbo Dominum Deum in terra viuentium. † 38,11.

Qui vides multa nónne custodies? qui apertas habes aures, nónne audies? † 42,20.

Leua in circuitu oculos tuos, & vide, omnes isti congregati sunt tibi. † 60,4.

Egredientur, & videbunt cadauera virorum, qui præuaricati sunt in me: vermis eorum non morietur. † 66,24.

Quid tu vides Ieremia. Ier. 1,11.

Vide vias tuas in conualle, scito quid feceris: cursor leuis explicans vias suas. † 2,23.

Visionem cordis sui loquuntur, non de ore Domini. † 23,16.

Si occultabitur vir in absconditis: & ego non videbo eum, dicit Dominus? 24.

Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Baruch 3,38.

Dicunt enim: Non videt Dominus nos, dereliquit Dominus terram. Ezech. 8,12.

Adducam eum in Babylonem in terram Chaldæorum: & ipsam non videbit, ibique morietur. † 12,13.

Videbant eam senes quotidie ingredientem & deambulantem. Dan. 13,8.

Nemo nos videt, & in concupiscentia tui sumus. 20.

Et dixit Amasias ad Amos: Qui vides, gradere, fuge in terram Iuda, & comede ibi panem, & prophetabis ibi. Amos 7,12.

Vidi Dominum stantem super altare, & dixit: Percute cardinem. Amos 9,1.

Omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Matth. 5,28.

Omnia verò opera sua faciunt, vt videantur ab hominibus. † 23,5.

Videbunt filium hominis venientem in nubibus cæli cum virtute multa, & maiestate. † 24,30.

Videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei. † 26,64.

Nihil tibi & iusto illi: multa enim passa sum hodie per visum propter eum. † 27,19.

Videbit omnis caro salutare Dei. Luc. 3,6.

Cùm autem adhuc longè esset, vidit illum pater ipsius, & misericordia motus est. † 15,20.

Quid tibi vis faciam? at ille dixit: Domine vt videam. † 18,41.

Cupiebat [Zachæus] videre Iesum quis esset, & non poterat præ turba, quia statura pusillus erat. † 19,3.

Deum nemo vidit vmquam: vnigenitus filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Ioan. 1,18.

Vidi te sub ficu. 50.

Exceperunt eum Galilæi, cùm omnia vidissent quæ fecerat Ierosolymis in die festo. † 4,45.

Vidistis me, & non creditis. † 6,36.

Non quia Patrem vidit quisquam, nisi is qui est à Deo, hic vidit Patrem. 46.

Abiit ergo, & lauit, & venit videns. † 9,7.

In iudicium ego in hunc mundum veni, vt qui non vident, videant, & qui vident cæci fiant. 39.

Sed vt Lazarum viderent, quem suscitauit à mortuis. † 12,9.

Domine volumus Iesum videre. 21.

Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum, vt non videant oculis, & non intelligant corde, & conuertantur & sanem eos. 40.

Qui videt me, vidit eum qui misit me. 45.

Mundus me iam non videt, vos autem videtis me, quia ego viuo, & vos viuetis. † 14,19.

Nónne ego te vidi in horto cum illo? † 18,26.

Videbunt in quem transfixerunt. † 19,37.

Ecce video cælos apertos, & filium hominis stantem à dextris Dei. † 7,55.

Erat ibi tribus diebus non videns, & non manducauit neque bibit. † 9,9.

Ceciderunt ab oculis eius tamquam squamæ, & visum recepit. 18.

Nesciebat quia verum est quod fiebat per Angelum:

gelum: existimabat autem se visum videre. † 12, 9.

Ego scio quia ampliùs non videbitis faciem meam vos omnes per quos transiui prædicans regnum Dei. † 20,25.

Et cùm non viderem præ claritate luminis illius, ad manum deductus à comitibus. † 22.11.

Aure audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & non perspicietis. † 28,26.

Nónne Christum Iesum Dominum nostrum vidi? 1.Cor.9,1.

Videmus nunc per speculum in ęnigmate, tunc autem facie ad faciem. † 13,12.

Visus est plus quàm quingentis fratribus simul. † 15,6.

Non contemplantibus nobis quæ non videntur; quæ enim videntur temporalia sunt: quæ autem non videntur, æterna sunt. 2.Cor.4,18.

Veni Ierosolymam videre Petrum, & mansi apud eum diebus quindecim. Gal.1,18.

Nocte ac die abundantiùs orantes, vt videamus faciem vestram. 1.Thess.3,10.

Quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest. 1.Tim.6,16.

Inuisibilem enim tamquam videns sustinuit. Heb.11,27.

Videbimus eum sicuti est. 1.Ioan.3,2.

Deum nemo vidit vmquam; si diligamus inuicem, Deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta est. † 4,12.

Qui enim non diligit fratrem suũ quem videt, Deũ quem nõ videt, quomodo potest diligere? 20

Videte vosmetipsos, ne perdatis quæ operati estis. 2.Ioan.v.8.

Ecce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt. Apoc.1,7.

Serui eius seruient illi: & videbunt faciem eius, & nomen eius in frontibus eorum. † 22,4.

VIDENS.

Eamus ad Videntem: qui enim propheta dicitur hodie, vocabatur olim Videns. 1.Reg.9,9.

Ego sum Videns: ascende ante me in excelsum. 19.

O Videns reuertere in ciuitatem in pace. 2.Reg.15,27.

VISIBILIS.

In ipso condita sunt vniuersa in cælis, & in terra, visibilia, & inuisibilia. Col.1,16.

Fide intelligimus aptata esse sæcula verbo Dei, vt ex inuisibilibus visibilia fierent. Heb.11,3.

VISIO.

Vadam & videbo visionem hanc magnam, quare non comburatur rubus. Exod.2,3.

Si quis fuerit inter vos propheta Domini, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum. Num.12,6.

Non erat visio manifesta. 1.Reg.3,1.

Iuxta vniuersam visionem istam, sic locutus est Nathan ad Dauid. 2.Regum 7,17.

Tunc locutus es in visione sanctis tuis. Psalmo 88,20.

Visio quam locutus est vir cum quo est Deus. Prou.30,1.

Verba Lamuelis regis: visio qua erudiuit eum mater sua. † 31,1.

Visiones enim quæ illos turbauerunt, hæc præmonebant, ne inscij quare mala patiebantur, perirent. Sap.18,19.

Visio Isaiæ filij Amos. Isa.1,1.

Videte visionem, & nolite cognoscere. † 6,9.

Visionem mendacem & diuinationem, & fraudulentiam, & seductionem cordis sui prophetant vobis. Ier.14,14.

Vidi visiones Dei. Ezech.1,1.

Quærent visionem de propheta, & lex peribit à sacerdote, & consilium à senioribus. † 7,26.

Adduxit me in Ierusalem in visione Dei. † 8,3.

Non enim erit vltrà omnis visio cassa, neque diuinatio ambigua in medio filiorum Israel: quia ego Dominus loquar. † 12,25. † 13,7.

In visionibus Dei adduxit me in terram Israel. † 40,2.

Visio autem capitis eius in cubili suo. Dan.7,1.

Vidi autem in visione esse me super portam Vlai. † 8,2.

Visionem signa, quia post multos dies erit. 26.

Et adducatur iustitia sempiterna, & impleatur visio & prophetia, & vngatur sanctus sanctorum. † 9,24.

Relictus solus vidi visionem grandem hanc: & non remansit in me fortitudo. † 10,8.

In visione tua dissolutæ sunt compages meæ, & nihil in me remansit virium. 16.

Loquimini verba visionis inutilis, & ferietis fœdus. Osee 10,4.

Visionem multiplicaui, & in manu prophetarum assimilatus sum. † 12,10.

Nemini dixeritis visionem, donec filius hominis à mortuis resurgat. Matth.17,9.

Cognouerunt quòd visionem vidisset in templo. Luc.1,22.

Dicentes se etiam visionem Angelorum vidisse qui dicunt eum viuere. † 24,23.

Iuuenes vestri visiones videbunt. Act.2,17.

Dum intra se hæsitaret Petrus quidnam esset visio quam vidisset. † 10,17.

Visio per noctem Paulo ostensa est. † 16,9.

Dixit autem Dominus nocte per visionem Paulo: Noli timere, sed loquere, & ne taceas, propter quòd ego sum tecum, & nemo apponetur tibi vt noceat te. † 18,10.

Veniam autem ad visiones & reuelationes Domini. 2.Cor.12,1.

VISVS.

Albugo, &c. traxit ab oculis eius, statimque visum recepit. Tob.11,15.

Non reuertetur oculus meus vt videat bona. Nec aspiciet me visus hominis. Iob 7,8.

Non saturatur oculus visu, nec auris auditu impletur. Eccles.1,8.

Visus somniorum malorum turbauerunt illos. Sap.18,17.

Quibus autem apparuerit in visu, diligunt eam in visione. Eccli.1,17.

Non laudes virum in specie sua, neque spernas hominem in visu suo. † 11,2.

Ex visu cognoscitur vir, & ab occursu faciei cognoscitur sensatus. † 19,26.

Conturbatus est in visu cordis sui, tamquam qui euaserit in die belli. † 40,7.

Scribe visum, & explana eum super tabulas, vt percurrat qui legent eum. Quia adhuc visus procul, & apparebit in finem. Hab.2,2. 2. Machab.15,12.

Nihil tibi & iusto illi: multa enim passa sum hodie per visum propter eum. Matth.27,19.

Moyses autem videns, admiratus est visum. Act.7,31. † 9,10. † 10,3. † 12,9.

Vt autem visum vidit, statim quæsiuimus proficisci in Macedoniam. † 16,10.

VIDVA.

Esto vidua, in domo patris tui, donec crescat Sela. Gen.38,11.

Viduæ & pupillo non nocebitis. Exod.22,22.

Virginem ducet [Pontifex] vxorem. Viduam autem, & repudiatam, & sordidam, atque meretricem non accipiet. Leuit.21,13.

Vidua & repudiata, quidquid vouerint, reddent. Num.30,10.

Vidua ego sum. 2.Reg.14,5.

Erant clausæ vsque ad diem mortis suæ in viduitate viuentes. † 20,3.

Præcepi enim ibi mulieri viduæ vt pascat te. 3.Reg.17,9.

Erat autem Iudith relicta eius vidua, iam annis tribus & mensibus sex. Iudith 8,4.

Abstulit à se cilicium, & exuit se vestimentis viduitatis suæ. † 10,2.

Viduas dimisisti vacuas. Iob 22,9.

Benedictio perituri super me veniebat, & cor viduæ consolatus sum. † 29,13.

Si negaui, quod volebant, pauperibus, & oculos viduæ expectare feci. † 31,16.

Patris orphanorum, & iudicis viduarum. Psalmo 67,6.

Viduæ eorum non plorabantur. † 77,64.

Viduam & aduenam interfecerunt, & pupillos occiderunt. † 93,6.

Fiant filij eius orphani, & vxor eius vidua. † 108,9.

Viduam eius benedicens benedicam. † 131,15.

Pupillum & viduam suscipiet. † 145,9.

Domum superborum demolietur Dominus, & firmos faciet terminos viduæ. Prou.15,25.

Opprimamus pauperem iustum, & non parcamus viduæ. Sap.2,10.

Nónne lachrymæ viduæ ad maxillam descendunt, & exclamatio eius super deducentem eas? Eccli.35,18.

Subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam. Isaiæ 1,17.

Vt opprimerent in iudicio pauperes, & vim facerent causæ humilium populi mei: vt essent viduæ præda eorum, & pupillos diriperent. † 10,2.

Non sedebo vidua, & ignorabo sterilitatem. † 47,8.

Causam viduæ non iudicauerunt, causam pupilli non direxerunt, & iudicium pauperum non iudicauerunt. Ierem.5,28.

Multiplicatæ sunt mihi viduæ eius super arenam maris. † 15,8.

Viduam nolite contristare, neque opprimatis iniquè. † 22,3.

Non fuit viduatus Israel & Iuda à Deo suo Domino exercituum. † 51,5.

Nemo gaudeat super me viduam & desolatam: à multis derelicta sum propter peccata filiorum meorum, quia declinauerunt à lege Dei. Baruch 4,12.

Didicit viduas facere, & ciuitates eorum in desertum adducere. Ezech.19,7.

Sed & viduam, quæ fuerit vidua à sacerdote, accipient. † 44,22.

Debilibus & orphanis & viduis diuiserunt spolia. 2.Mach.8,28.

Væ vobis Scribę & Pharisæi & hypocritæ, quia comeditis domos viduarum, orantes longas orationes. Matth.23,14.

Vidua hæc pauper plus omnibus misit. Marci 12,43.

Et hæc vidua vsque ad annos octogintaquatuor. Lucæ 2,37.

Qui deuorant domos viduarum, simulantes longam orationem. † 20,47.

Circumsteterunt illum [Petrum] omnes viduæ flentes, & ostendentes ei tunicas & vestes quas faciebat illis Dorcas. Act.9,39.

Dico autem non nuptis & viduis, bonum est illis si sic permaneant sicut & ego. 1.Cor.7,8.

Viduas honora quæ verè viduæ sunt. 1.Timoth.5,3.

Quæ autem verè vidua est & desolata, speret in Deum, & instet obsecrationibus & orationibus nocte ac die: nam quæ in delicijs est, viuens mortua est. 5.

Vidua eligatur non minus sexaginta annorum, quæ fuerit vnius viri vxor, in operibus bonis testimonium habens. 9.

Visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum. Iac.1,27.

VIGILIA.

Iamque aduenerat vigilia matutina, & respiciens

ciens Dominus super castra Aegyptiorum per columnam ignis & nubis, interfecit exercitum eorum: & subuertit rotas curruum. Exod.14,24.

Vigilia circa tabernaculum. Num.1,54.

Incipientibus vigiliis noctis mediæ, & custodibus suscitatis, cœperunt buccinis clangere. Iudic.7,19.

Ingressus est [Saul] media castra in vigilia matutina, & percussit Amon, vsque dum incalesceret dies. 1.Reg.11,11.

Ad te de luce vigilo. Psal.62,2.

Anticipauerunt vigilias oculi mei. † 76,5.

Vigilaui, & factus sum sicut passer solitarius in tecto. † 101,8.

Beatus homo qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie, & obseruat ad postes ostij mei. Prou.8,34.

Inuenerunt me vigiles qui custodiunt ciuitatem. Cant.3,3.

Ego dormio, & cor meum vigilat. † 5,2.

Qui de luce vigilauerit ad illam, non laborabit. Sap.6,15.

Insaniæ plenas vigilias habentes. † 14,23.

Multa vigilia attuli doctrinam in spatio temporis. Prolog. Eccli.

Vigilia honestatis tabefaciet carnes, & cogitatus illius auferet somnum. Eccli.31,1.

Vigilia, cholera, & tortura viro infrunito. 23.

Cor suum dabit ad versandos sulcos, & vigilia eius in sagina vaccarum. † 38,27.

Vigilia sua perficiet opus. 28.

Cor suum dabit vt consummet linitionem, & vigilia sua mundabit fornacem. 34.

Cor suum tradet [sapiens] ad vigilandum diluculo ad Dominum qui fecit illum. † 39,6.

Virgam vigilantem ego video. Ierem.1,12.

Sicut vigilaui super eos vt euellerem, & demolirer, & dissiparem, & disperderem, & affligerem: sic vigilabo super eos vt ædificem. † 31,28.

Vigilabo super eos in malum & non in bonum: & consumentur omnes viri Iuda. † 44,27.

Vigilauit iugum iniquitatum mearum. Thren. 1,14.

Consurge, lauda in nocte, in principio vigiliarum. † 2,19.

Vigilauit Dominus in malis, & adduxit ea super nos. Baruch 2,9.

Vigil & sanctus de cælo descendit. Dan.4,10.

Non facilem laborem, imò verò negotium plenum vigiliarum, & sudoris assumpsimus. 2.Mach.2,27.

Quarta autem vigilia noctis venit ad eos ambulans super mare. Matth.14,25.

Si sciret pater familias qua hora fur veniret, vigilaret. † 24,43.

Vigilate itaque quia nescitis diem neque horam. † 25,13.

Non potuistis vna hora vigilare mecum? † 26,40.

Et ianitori præcepit vt vigilet. Mar.13,34.

Beati serui illi, quos, cùm venerit dominus, inuenerit vigilantes. Luc.12,37.

Vigilate itaque omni tempore orantes, vt digni habeamini fugere ista omnia quæ futura sunt, & stare ante Filium hominis. † 21,36.

Vigilate, state in fide, viriliter agite, & confortamini. 1.Cor.16,14.

In labore & ærumna, in vigiliis multis. 2.Corinth.11,27.

Per omnem orationem & obsecrationem, orantes omni tempore in spiritu: in ipso vigilantes in omni instantia & obsecratione pro omnibus sanctis. Eph.6,18.

Non dormiamus sicut & ceteri; sed vigilemus & sobrij simus: qui enim dormiunt, nocte dormiunt. 1.Thes.5,6.

Tu verò vigila, in omnibus labora. 2.Timoth.4,5.

Sobrij estote, & vigilate. 1.Pet.5,8.

Esto vigilans & confirma cetera quæ moritura erant. Apoc.3,2.

VIGINTI.

Eruntque dies illius centum viginti annorum. Gen.6,3.

Vendiderunt eũ [Ioseph] Ismaelitis, viginti argenteis. † 37,28.

Recensiti sunt per nomina singulorum, à viginti annis & supra. Num.1,34.

Cùm accederetis ad aceruum viginti modiorum, & fierent decem. Agg.2,17. Luc.14,31.

Ceciderunt vna die viginti tria millia. 1.Corinth.10,8.

Ceciderunt seniores viginti quatuor, & quatuor animalia, & adorauerunt Deum. Apoc.19,4.

VILIS.

Quidquid verò vile fuit & reprobum, hoc demoliti sunt. 1.Reg.15,9.

Ludam & vilior fiam plus quàm factus sum. 2.Reg.6,22.

Quàm vilis facta es nimis, iterans vias tuas? & ab Aegypto confunderis, sicut confusa es ab Assur. Ierem.2,36.

Vide Domine & considera, quoniam facta sum vilis. Thren.1,11.

VILLA.

Sin autem in villa fuerit domus, quæ muros non habet, agrorum iure vendetur. Leuit.25,31.

Ab vrbe murata vsque ad villam quæ erat absque muro. 1.Reg.6,18.

Villam emi, & necesse habeo exire & videre illam. Lucæ 14,18.

VILLICATIO.

Redde rationem villicationis tuæ. Lucæ 16,2.

Vt cùm amotus fuero à villicatione, recipiant me in domos suas. 4.

VINCIO, VINCVLA, VINCTVS.

Tradidit in manu illius vniuersos vinctos, qui in custodia tenebantur. Gen. 39,22. † 40,4.

Non te occidemus, sed vinctum trademus. Iudic. 15,13.

Vincula quibus ligatus erat dissipata sunt & soluta. 14.

Vinxitque eum [Ioachaz] Pharao Nechao in Rebla. 4. Reg. 23,33.

Vinxitque eum [Sedeciam] catenis, & adduxit in Babylonem. † 25,7.

Ceperuntque Manassen, & vinctum catenis atque compedibus duxerunt in Babylonem. 2. Par. 33,11.

Vinctum [Ioakim] catenis duxit in Babylonem. † 36,6.

Qui educit vinctos in fortitudine. Psal. 67,7.

Vinctos in mendicitate & ferro. † 106,10.

Ignorans quòd ad vincula stultus trahatur. Prou. 7,22.

Amariorem morte mulierem, *&c.* vincula sunt manus illius. Ecclef. 7,27.

In vinculis non dereliquit eum. Sap. 10,14.

Vinculis tenebrarum & longæ noctis compediti. † 17,2.

Vincti sunt pariter, procul fugerunt. Isa. 22,3.

Præcipitabit in monte isto faciem vinculi colligati super omnes populos. † 25,7.

Nolite illudere, ne fortè constringantur vincula vestra. † 28,22.

Vt aperires oculos cæcorum, & educeres de conclusione vinctum, de domo carceris sedentes in tenebris. † 42,7.

Vt diceres his qui vincti sunt: Exite; & his qui in tenebris: Reuelamini. † 49,9.

Solue vincula colli tui captiua filia Sion. † 52,2.

Fac tibi vincula, & catenas, & pones eas in collo tuo: & mittes eas ad regem Edom. Ier. 27,2.

Oculos quoque Sedeciæ eruit, & vinxit eum compedibus, vt duceretur in Babylonem. † 39,7.

Et tu fili hominis, data sunt super te vincula, & ligabunt te in eis, & non egredieris de medio eorum. Ezech. 3,25. † 4,8.

Vidit Ephraim languorem suum, & Iuda vinculum suum. Osee 5,13.

Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu in quo non est aqua. Zachar. 9,11.

Vinctum adduxerunt eum, & tradiderunt Pontio Pilato præsidi. Matth. 27,2.

Vt si quos inuenisset huius viæ viros ac mulieres, vinctos perduceret in Ierusalem. Act 9,2.

Damascum pergebam, vt adducerem inde vinctos ad Ierusalem, vt punirentur. † 22,5.

Opto apud Deum, & in modico, & in magno, non tantùm te, sed etiam omnes qui audiunt, hodie fieri tales, qualis & ego sum, exceptis vinculis his. † 26,29.

Vinctus ab Ierosolymis traditus sum in manus Romanorum. † 28,17.

Ego Paulus vinctus Christi Iesu, pro vobis Gentibus. Ephes. 3,1. † 4,1.

Eò quòd habeam vos in corde, & in vinculis meis. Philip. 1,7.

Ita vt vincula mea manifesta fierent in Christo in omni prætorio. 13.

Memores estote vinculorum meorum. Coloss. 4,18.

Noli itaque erubescere testimonium Domini nostri, neque me vinctum eius, sed collabora Euangelio. 2. Tim. 1,8.

Paulus vinctus Christi Iesu. Philem. v. 1.

Mementote vinctorum tamquam simul vincti, & laborantium tamquam & ipsi in corpore morantes. Heb. 13,3.

VINCO, VICTORIA.

Victoriam sequitur canticum laudis. Exo. 15,1.

Victoria contra Amalec. † 17,13.

Victoriam & multa bona tribuit præceptorum obseruatio. Leuit. 26,3. Num. 10,9.

Vincitur Israel à Chananæo; deinde voto facto vincit Chananæum. Num. 21,2.

Clangor victoriæ regis in illo. † 23,21.

Victoria incruenta. Ne vnus quidem defuit. Ob hanc causam offerimus in donariis Domini. † 31,49.

Victoriam non tibi, sed Deo tribue. Deut. 9,4.

Vincetur anathemate pollutus populus. Iosue 7,12.

Victoria obtenta Altare erigit Iosue in monte Hebal. † 8,30.

Victoria de cælo. Lapides grandinis hostes obruunt. † 10,11. † 23,5.

Vincit Othoniel regem Syriæ, & oppressit eum. Iudic. 3,10.

Hac vice victoria non reputabitur tibi, quia in manu mulieris tradetur Sisara. † 4,9. † 5,7.

Victoria ingens. Cæsis centum viginti millibus bellatorum educentium gladium. † 8,10.

Quæ autem Dominus Deus noster victor obtinuit, in nostram cedent possessionem. † 11,24.

Victoria Iephte. In Mennith, viginti ciuitates, & vsque ad Abel, quæ est vineis consita, plaga magna nimis, humiliatique sunt filij Ammon à filiis Israel. 33.

Victoria obtenta canit Samson, gratias agens. † 15,16.

Vincitur Israel, Arca capitur. 1. Reg. 4,2.

Victoria diuinitùs obtenta. Cùm Samuel offerret holocaustum, *&c.* intonuit autem Dominus fragore magno in die illa super Philisthiim, & exterruit eos, & cæsi sunt à facie Israel. † 7,10.

Victoria Saulis. † 11,11.

Victoria concessa Israeli. † 12,8.

Victoriam obtinent duo, Ionathas & armiger eius. † 14,14.

Parta

Parta victoria erigit sibi Saul fornicem triumphalem. † 15,12.

Vincit Dauid Philisthaos. Diuisit Dominus inimicos meos coram me sicut diuiduntur aquæ. 2.Reg.5,20.

Victoria contra Absalom, cæsa duodecim millia. 2.Reg.18,7.

Quòd rex lugeret filium suum. Et versa est victoria in luctum. 2.Reg.19,1. † 23,9. 3.Regum 10,13.

Victoria ingens. Percusseruntque filij Israel de Syris centum millia peditum in die vna. Fugerunt autem qui remanserant in Aphec, in ciuitatem: & cecidit murus super viginti septem millia hominum, qui remanserant. 3.Reg.20,29,32.

Victoriam falsò promittunt pseudoprophetæ. † 22,7.

Victoria diuinitùs data. Dominus sonitum audiri fecerat in castris Syriæ, curruum & equorum, & exercitus plurimi. 4.Reg.7,6. † 8,21.

Victoria Ezechiæ. Rebellauit quoque contra regem Assyriorum, & non seruiuit ei. Ipse percussit Philisthæos vsque ad Gazam, à Turre custodum vsque ad Ciuitatem munitam. † 18,8.

Victoriam dat oratio. Traditique sunt in manus eorum Agarei, & vniuersi qui fuerant cum eis, quia Deum inuocauerunt cùm præliarentur: & exaudiuit eos. 1.Par.5,20.2.Par.26,6. † 27,5.

Victoria Dauidis. Cepit ergo Dauid mille quadrigas eius [Adarezer] & septem millia equitum, ac viginti millia virorum peditum, subneruauitque omnes equos curruum, exceptis centum quadrigis, quas reseruauit sibi, &c. sed & huius [Syri] percussit Dauid viginti duo millia virorũ. † 18,4.

Victoria de cælo. Viri Iuda vociferati sunt: & ecce illis clamantibus perterruit Deus Ieroboam, &c. corruerunt vulnerati ex Israel quingenta millia virorum fortium. 2.Par.13,15.

Asa vincit. Inuocauit Dominum, &c. Exterruit itaque Dominus Aethiopes coram Asa & Iuda: fugeruntque Aethiopes, &c. & ruerunt Aethiopes vsque ad internecionem, quia Domino cædente contriti sunt. † 14,12.

Victoriæ præparatio. Omnis verò Iuda stabat coram Domino, cum paruulis, & vxoribus, & liberis suis, &c. Cumque cœpissent laudes canere, vertit Dominus insidias eorum in semetipsos. † 20,13,22.

Vincit pius exercitus dimissis impiis. Mercede quoque conduxit de Israel centum millia robustorum, &c. O rex ne egrediatur tecum exercitus Israel. † 25,8,11,22.

Victoria Phacee. Occiditque Phacee filius Romeliæ, de Iuda centum viginti millia in die vno, eò quòd reliquissent Dominum. † 28,6.

Vincitur gloriosus Arphaxad à Nabuchodonosor. Iudith 1,5.

Victoria Holofernis. † 2,12. † 3,7.

Victoriam tribuit oratio. † 4,13.

Victoria Israelis. † 5,20.

Victi Israelitæ ob peccata. 22.

Omnis populus post victoriam venit in Ierusalem adorare Dominum: & mox vt purificati sunt, obtulerunt omnes holocausta, & vota, & repromissiones suas. † 16,22.

Dies autem victoriæ huius festiuitatis ab Hebræis in numero sanctorum dierum accipitur. 31.

Perueniat ad victoriam iudicium meum. Iob 23,7.

Et vincas cùm iudicaris. Psal.50,6.

Victricem manum tuam laudauerunt pariter. Sap.10,20.

Vicit autem turbas, non in virtute corporis. † 18,22.

Victoria Salomonis. Salomon imperauit in diebus pacis, cui subiecit Deus omnes hostes. Eccli.47,15.

Congregamini populi, & vincimini, & audite vniuersæ procul terræ. Isa.8,9.

Confusus est Moab, quoniam victus est; vlulate & clamate, annuntiate in Arnon. Ier.48,20.

Leuate signum, prædicate, & nolite celare: dicite: Capta est Babylon, confusus est Bel, victus est Merodach. † 50,2.

Victoria Alexandri. Constituit prælia multa, & obtinuit omnium munitiones, & interfecit reges terræ, & pertransiit vsque ad fines terræ. 1.Mach.1,1.

Victoria Iudæ Machabæi. † 3,11.

Non in multitudine exercitus victoria belli, sed de cælo fortitudo est. 19.

Victoria Romanorum. † 8,5.

Victoria. Ipsi sex millia soli peremerunt centum viginti millia, propter auxilium illis datum de cælo. 2.Mach.8,20.

Victoria Machabæorum. 2.Mach.10,17,28. † 12,16,22,18.

Victoriam inchoat constantia trium virorum fortium. Fugerunt qui erant ex parte Ionathæ omnes, & nemo relictus est ex eis, nisi Mathathias filius Absolomi, & Iudas filius Calphi, princeps militiæ exercitus. Et scidit Ionathas vestimenta sua, & posuit terram in capite suo, & orauit. Et reuersus ad eos Ionathas in prælium, & conuertit eos in fugam, & pugnauerunt. Et viderunt qui fugiebant partis illius, & reuersi sunt, & insequebantur cum eo omnes. † 11,70.

Dato signo suis Dei victoriæ. † 13,15.

Qui non secundùm armorum potentiam, sed prout ipsi placet, dat dignis victoriam. 2.Mach. 15,21.

Victoriam iuuat oratio. † 15,17.

In mundo pressuram habebitis, sed confidite, ego vici mundum. Ioan.16,33.

Noli vinci à malo, sed vince in bono malum. Rom.12,21.

Ab-

Absorpta est mors in victoria. 1.Cor.15,54.

Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Iesum Christum. 57.

Per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam. Heb.11,33.

Hæc est victoria quæ vincit mundum, fides nostra. 1.Ioan.5,4.

Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in paradiso Dei mei. Apoc.2,7, 11,17.

Qui vicerit, non lædetur à morte secunda. 11.

Qui vicerit, & custodierit vsque in finem opera mea, dabo illi potestatem super Gentes. 26.

Qui vicerit, dabo illi sedere mecum in throno meo sicut & ego vici, & sedi cum Patre meo in throno eius. † 3,21.

Vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid, aperire librum. † 5,5.

Exiuit vincens vt vinceret. † 6,2.

Ipsi vicerunt eum propter sanguinem Agni, & propter verbum testimonij eius. † 12,11.

Qui vicerunt bestiam, & imaginem eius, & numerum nominis eius. † 15,2.

Qui vicerit, possidebit hæc, & ero illi Deus, & & ille erit mihi filius. † 21,7.

VINDEMIO.

Vindemiant eam omnes qui prætergrediuntur viam? Psal.79,13.

Qui mittit disciplinam sicut lucem, & assistens quasi Gehon in die vindemiæ. Eccli.24,37.

Super vindemiam tuam & super messem tuam vox calcantium irruit. Isaiæ 16,9.

Vindemia eos sicut vindemiasti me propter omnes iniquitates meas. Thren.1,22.

Si vindemiatores introissent ad te, numquid saltem racemum reliquissent tibi? Abd.v.5.

Vindemia botros vineæ terræ. Apoc.14,18.

VINDICO, VINDICTA.

Vindicta appetitus in Esau. Gen.27,41.

Vindicta in prouocantes alios ad malum. Hostes vos sentiant Madianitæ, & percutite eos, quia & ipsi egerunt hostiliter contra vos, & decepere insidiis per idolum Phogor, & Chozbi filiam ducis Madian sororem suam. Num.25,18.

Vindictam retribuet in hostes eorum. Deuteron.32,43.

Si Deus est, vindicet se de eo qui suffodit aram eius. Iudic.6,31.

Vindicat se Sennacherib de Israelitis captiuis. Tob.1,21.

Memor esto mei, & ne vindictam sumas de peccatis meis, neque reminiscaris delicta mea, vel parentum meorum. † 3,3.

Tu quia pius es, miserere nostri, aut in tuo flagello vindica iniquitates nostras. Iudith 7,20.

Dominus enim omnipotens vindicabit in eis. † 16,20.

Paratos esse Iudæos ad capiendam vindictam de hostibus suis. Esth.8,13.

Versa vice Iudæi superiores esse cœperunt, & se de aduersariis vindicare. † 9,1.

Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam meritò ab inimicis meis inanis. Psal.7,5.

Qui das vindictas mihi, & subdis populos sub me. † 17,48.

Lætabitur iustus cùm viderit vindictã. † 57,11.

Cognoui quia faciet Dominus iudicium inopis, & vindictam pauperum. † 139,13.

Ad faciendam vindictã in nationibus. † 149,7.

Immisisti illis multitudinem mutorum animalium in vindictam. Sap.11,16.

Aut quis in conspectu tuo veniet vindex iniquorum hominum. † 12,12.

Vindex est enim orbis iustorum. † 16,17.

Humilia valdè spiritum tuum: quoniam vindicta carnis impij ignis & vermis. Eccli.7,19.

Impiis & peccatoribus reddet vindictam, custodiens eos in die vindictæ. † 12,4.

Omnem vindictam & non vindictam inimicorum. † 25,20.

Qui vindicari vult, à Domino inueniet vindictam, & peccata illius seruans seruabit. † 28,1.

Sunt spiritus qui ad vindictam creati sunt. † 39,33.

Sicut ad vindictam quasi ad retributionem indignationis hostibus suis, & vicissitudinem inimicis suis: insulis vicem reddet. Isaiæ 59,18.

Vt se vindicaret de filiis Iuda, peccauitque delinquens & vindictam expetiuit de eis. Ezechiel.25,12.

Adducetis ad vos omnes factores legis: & vindicate vindictam populi vestri. 1.Mach.2,67.

Fecit [Iudas] vindictam in viros desertores, & cessauerunt vltrà exire in regionem. † 7,24.

Fac vindictam in homine isto, & exercitu eius, & cadant in gladio. 38.

Amicos Iudæ, &c. & vindicabat in illos, & illudebat. † 9,26.

Vindicauerũt vindictã sanguinis fratris sui. 42.

Vindicabo itaque gentem meam & sancta, natos quoque nostros, & vxores. † 13,6.

Vindica me de aduersario meo. Et nolebat per multum tempus. Lucæ 18,3.

Deus autem non faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte, & patientiam habebit in illis? 7.

Mihi vindicta: ego retribuam, dicit Dominus. Rom.12,19. Heb.10,30.

Dei enim minister est, vindex in iram ei qui malum agit. † 13,4.

Flamma ignis dantis vindictam iis qui non nouerunt Deum. 2.Thes.1,8.

Siue ducibus, tamquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum. 1.Pet.2,14.

Non iudicas, & non vindicas sanguinem nostrum de iis qui habitant in terra? Apoc.6,10.

VINEA, VITIS.

Cœpitque Noë vir agricola exercere terrã, & plantauit vineam. Bibensque vinum inebriatus est & nudatus. Gen.9,20.

Ligans ad vineam pullum suum, & ad vitem, ô fili mi, asinam suam. † 49,11.

Ingressus vineam proximi tui, comede vuas quantum tibi placuerit; foras autem ne efferas tecum. Deut.23,24.

Vineam plantabis & fodies, & vinum non bibes, nec colliges ex ea quippiam, quoniam vastabitur vermibus. † 28,39.

Vinea Sodomorum vinea eorum. † 32,32.

Egressi sunt in agros vineas vuasq; calcantes, & factis cantantium choris, ingressi sunt fanum dei sui, & inter epulas & pocula maledicebant Abimelech. Iudic.9,27.

Cumque venissent ad vineas oppidi, apparuit catulus leonis sæuus & rugiens, & occurrit ei. † 14,5.

Da mihi vineam tuam, vt faciam mihi hortum olerum, quia vicina est, & prope domum meam. 3.Reg.21,2.

Comedet vnusquisque de vinea sua, & de ficu sua, & bibetis aquas de cisternis vestris, donec veniam & transferam vos in terram, quæ similis est terræ vestræ. 4.Reg.18,32.

Plantate vineas, & comedite fructum earum. † 19,29.

Lædetur quasi vinea in primo flore. Iob 15,33.

Vineam eius, quem vi oppresserunt, vindemiant. † 24,6.

Nec ambulet per viam vinearum. 18.

Occidit in grandine vineas eorũ. Psal.77,47.

Vineam de Aegypto transtulisti, eiecisti gentes & plantasti eam. † 78,9.

Plantauerunt vineas. † 106,37.

De fructu manuum suarum plantauit vineam. Prou.31,16.

Posuerunt me custodem in vineis: vineam meam non custodiui. Cantic.1,5.

Vineæ florentes dederunt odorem suũ. † 2,13.

Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas. 15.

Vinea mea coram me est. † 8,12.

Vinea fuit pacifico. 11.

Vos enim depasti estis vineam, & rapina pauperis in domo vestra. Isa.3,14.

Vinea facta est dilecto meo in cornu filio olei. † 5,1.

Quid est quod debui vltrà facere vineæ meæ, & non feci ei? † 5,4.

Suburbana Hesebon deserta sunt, & vineam Sabama Domini gentium exciderunt. † 16,8.

Vinea meri cantabit ei. Ego Dominus qui seruo eam, repentè propinabo ei. † 27,3.

Ego autem plantaui te vineam electam, omne semen verum. Ier.2,21.

Pastores multi demoliti sunt vineam meam, conculcauerunt partem meam. † 12,10.

Adhuc plantabis vineas in montibus Samariæ: plantabunt plantantes, & donec tempus veniat, non vindemiabunt. † 31,5.

Vineas non plantabitis, nec habebitis. † 35,7

De planctu Iazer plorabo tibi vinea Sabama: propagines tuæ transierunt mare. † 48,32.

Creuit in vineam latiorem humili statura, respicientibus ramis eius ad eam. Ezech.17,6.

Mater tua quasi vinea in sanguine tuo super aquam plantata est. † 19,10.

Vineas & arietes temperabit in muros tuos. † 26,9.

Dabo ei vinitores eius ex eodem loco, & vallem Achor ad aperiendam spem. Osee 2,15.

Corrumpam vineam eius, & ficum eius. 12.

Confusi sunt agricolæ: vlulauerunt vinitores super frumento & hordeo, quia periit messis agri. Ioel.1,11.

Posuit vineam meam in desertum, & ficum meam decorticauit. 7.

Vinea confusa est, & vinum elanguit: malogranatum, & palma, & malum, & omnia ligna agri aruerunt. 12.

Vineas plantabitis amantissimas, & non bibetis vinum earum. Amos 5,11.

Plantabunt vineas, & bibent vinum earum. † 9,14.

Plantabunt vineas, & non bibent vinum earum. Soph.1,13.

Malos malè perdet, & vineam suam locabit aliis agricolis. Matth.21,41.

Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? 1.Cor.9,7.

VINVM.

Pulchriores sunt oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores. Gen.49,12.

Vinum & omne quod inebriare potest non bibetis, tu & filij tui, quando intratis in tabernaculum testimonij, ne moriamini. Leuit.10,9.

Et se voluerint Domino consecrare, à vino & omni quod inebriare potest, abstinebunt. Num. 6,3. Ier.35,6.

Vinum ad liba fundenda dabit in holocaustum. Num.15,5.

Vinum meum, quod lætificat Deum & homines? Iudic.9,13.

Caue ergo ne bibas vinum ac siceram, nec immundum quidquam comedas. † 13,4.

Vsquequò ebria eris? digere paulisper vinum quo mades. 1.Reg.1,14.

Vinumque & omne quod inebriare potest non bibi. 15.

Asinum plenum panibus & lagenam vini. † 16,40.

Vinum autem, vt bibat si quis defecerit in deserto. 2.Reg.16,2.

Vinum erat ante eum, & leuaui vinum, & dedi regi: & eram quasi languidus ante faciem eius. 2. Esd. 2, 1.

Inter dies decem vina diuersa, & alia multa tribuebam: insuper & annonas ducatus mei non quæsiui: valdè enim attenuatus erat populus. † 5, 18.

Erant autẽ omnes fatigati à vino. Iudith 13, 2.

Vinum quoque, vt magnificentia regia dignum erat, abundans & præcipuũ ponebatur. Esth. 1, 7.

Postquam vino incaluerat. † 7, 2.

Et non biberim vinum libaminum. † 14, 17.

Potasti nos vino compunctionis. Psal. 59, 5.

Vini meri, plenus mixto. † 74, 9.

Vinum lætificet cor hominis. † 103, 15.

Miscuit vinum, & proposuit mensam suam. Prouerb. 9, 2.

Qui suauis est in vini demorationibus, in suis munitionibus relinquit contumeliam. † 12, 11.

Ne intuearis vinum quando flauescit, cùm splenduerit in vitro color eius: ingreditur blandè, sed in nouissimo mordebit vt coluber, & sicut regulus venena diffundet. † 23, 31.

Noli regibus dare vinum. † 31, 4.

Date siceram mœrentibus, & vinum his qui amaro sunt animo. 6.

Cogitaui in corde meo abstrahere à vino carnem meam. Eccles. 2, 3.

Bibi vinum meum cum lacte meo. Cant. 5, 1.

Dabo tibi poculum ex vino condito, & mustum malorum granatorum meorum. † 8, 2.

Vino pretioso & vnguentis nos impleamus. Sap. 2, 7.

Non altercetis cum illa in vino. Eccli. 9, 13.

Vinum nouum, amicus nouus: veterascet, & cum suauitate bibes illud. 15.

Vinum & musica lætificant cor: & super vtraque dilectio sapientiæ. † 40, 20.

Vinum & mulieres apostatare faciunt sapientes, & arguent sensatos. † 19, 2.

Quàm sufficiens est homini erudito vinum exiguum, & in dormiendo non laborabis ab illo. † 31, 22.

Diligentes in vino noli prouocare: multos enim exterminauit vinum. Ignis probat ferrum durum: sic vinum corda superborum arguet in ebrietate potatum. † 31, 30.

Vinum multum potatum irritationem & iram & ruinas multas facit. 38.

Vinum tuum mistum est aqua. Isaiæ 1, 22.

Væ qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem. † 5, 22.

Vinum in torculari non calcabit qui calcare consueuerat: vocem calcantium abstuli. † 16, 10.

Cum cantico non bibent vinum, amara erit potio bibentibus illam. † 24, 9.

Hi quoque præ vino nescierunt, & præ ebrietate nescierunt videntem, ignorauerunt iudicium. † 28, 7.

Venite, sumamus vinum, & impleamur ebrietate: & erit sicut hodie, sic & cras, & multò amplius. † 56, 12.

Non bibetis vinum vos, & filij vestri, vsque in sempiternum. Ierem. 35, 6.

Vinum de torcularibus sustuli. † 48, 33.

Calix aureus Babylon in manu Domini inebrians omnem terram: de vino eius biberunt gentes & ideò commotæ sunt. † 51, 7.

In vino pingui, in lanis coloris optimi. Ezechiel. 27, 18.

Vinum non bibet omnis sacerdos, quando ingressurus est atrium interius. † 44, 21.

De vino vnde bibebat ipse. Dan. 1, 5.

Memoriale eius sicut vinũ Libani. Osee 14, 8.

Expergiscimini ebrij, & flete, & vlulate omnes, qui bibitis vinum in dulcedine. Ioel. 1, 5.

Vinum damnatorum bibebant in domo Dei sui. Amos 2, 8.

Quomodo vinum potantem decipit: sic erit vir superbus, & non decorabitur. Habac. 2, 5.

Vinum semper bibere, aut semper aquam, contrarium est. 2. Mach. 15, 40.

Neque mittunt vinum nouum in vtres veteres. Matth. 9, 17.

Dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum. † 27, 34.

Erit enim magnus coram Domino, & vinum & siceram non bibet, & Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ. Lucæ 1, 15.

Vinum non habent. Ioan. 2, 3.

Omnis homo primùm vinum bonum ponit; & cùm inebriati fuerint, tunc id quod deterius est. 10.

Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Eph. 5, 18.

Noli adhuc aquam bibere, sed modico vino vtere, propter stomachum tuum & frequentes tuas infirmitates. 1. Timoth. 5, 23.

Anus similiter in habitu sancto, non criminatrices, non multo vino seruientes. Tit. 2, 3.

Vinum & oleum ne læseris. Apoc. 6, 6.

VIOLO.

Violata filia Iacob, rem illicitam perpetrasset. Gen. 34, 7. 2. Reg. 13, 22.

Qui promittunt te violare sancta tua. Iudith 9, 11. Esth. 16, 4.

Sub arbore malo suscitaui te: ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua. Cant. 8, 5.

Vxorẽ proximi sui non violauerit. Ezech. 18, 6.

Et violauerit misericordiam eius. Amos 1, 11.

Vastabuntur domus, & mulieres violabuntur. Zach. 14, 2. Act. 21, 28.

Si quis autem templum Dei violauerit, disperdet illum Deus. 1. Cor. 3, 17.

VIPERA.

Caput aspidum suget, & occidet eum lingua viperæ. Iob 20, 16.

Vipe-

Vipera & regulus volans. Isa.30,6.

Progenies viperarum, quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira? Matth.3,7.

Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui cùm sitis mali? † 12,34.

Vipera à calore cùm processisset, inuasit manum eius. Act.28,3.

VIR, VIRILITER, VIRILIS.

Et patris virilia non viderunt. Gen.9,23.

Vir Aegyptius liberauit nos de manu pastorum. Exod.2,18.

Fuitque Moyses vir magnus valdè in Terra Aegypti coram Pharaone. † 11,3.

Dominus quasi vir pugnator, omnipotens nomen eius. † 15,3.

Viri cum mulieribus præbuerunt armillas, & inaures, annulos. † 35,22.

Viriliter agite, & confortamini: nolite timere, nec paueatis ad consp ectum eorum: quia Dominus Deus tuus ipse est ductor tuus. Deuter. 31, 6.

Parate duodecim viros de tribubus Israel. Ios.3,13.

Vidit virum stantem contra se, euaginatum tenentem gladium, perrexitque ad eum, & ait: Noster es, an aduersariorum? † 5,13.

Qui fuit vir pugnator. Ios.17,1.

Iephte Galaadites vir fortissimus atque pugnator, filius mulieris meretricis. Iudic.11,1.

Vir Dei venit ad me, habens vultum Angelicum, terribilis nimis. † 13,6.

Vir Dei quem misisti, veniat iterùm, & doceat nos. 8.

Festinauit & cucurrit ad virum suum, nuntiauitque ei, dicens: Ecce apparuit mihi vir quem antè videram. 10.

Det vobis inuenire requiem in domibus virorum quas sortituræ estis. Ruth 1,9.

Num vltrà habebo filios in vtero meo, vt viros ex me sperare possitis? Ruth 1,11.

Et dederis seruæ tuæ sexum virilem. 1.Regum 1,11.

Pars magna domus tuæ morietur, cùm ad virilem ætatem venerit. † 2,33.

Confortamini & estote viri, Philisthiim. † 4,9.

Vir Dei est in ciuitate hac, vir nobilis. † 9,6.

Quæsiuit Dominus sibi virum iuxta cor suum. † 13,14.

Quemcumque viderat Saul virum fortem, & aptum ad prælium, sociabat eum sibi. † 14,52.

Date mihi virum, & ineat mecum singulare certamen. † 17,10.

Surrexit ergo Dauid, & viri eius quasi sexcenti, & egressi de Ceila, huc atque illuc vagabantur incerti. † 23,13.

Numquid non vir tu es? & quis alius similis tui in Israel. † 26,15.

Egredere vir sanguinum, & vir Belial. 2.Regum 16,7.

Vnum enim virum tu quæris; & omnis populus erat in pace. † 17,3.

Accidit quoque vt ibi esset vir Belial, nomine Seba, filius Bochri, vir Iemineus: & cecinit buccina, & ait: Non est nobis pars in Dauid, neque hereditas in filio Isai: reuertere in tabernacula tua Israel. 2.Reg.20,1.

Erat autem Ieroboam vir fortis & potens. 3.Reg.11,28.

In isto cognoui quoniam vir Dei es tu.† 17,24.

Vir Dei sanctus est iste, qui transit per nos frequenter. 4.Reg.4,9.

Peperit Virumdecorum. 1.Par.7,18.

Viri de Gabaon & Maspha, pro duce qui erat in regione trans flumen. 2.Esd.3,7.

Confiterentur iuxta præceptum Dauid viri Dei. † 12,24.

Tradita fuerat [Sara] septem viris, & dæmonium nomine Asmodeus occiderat eos. Tobiæ 3,8.

Forsitan viro alij conseruasti me. 19.

Audio quia tradita est septem viris, & mortui sunt. † 6,14.

Esse viros principes ac maiores in domibus suis. Esth.1,22.

Viri cordati audite me. Iob 34,10.

Viriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine Dominum. Psal.26,14

Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos. † 54,24.

Fiat manus tua super virum dexteræ suæ. † 79,18.

Misit ante eos virum, in seruum venumdatus est Ioseph. † 104,17.

Non est enim vir in domo sua, abiit via longissima. Prou.7,19.

Viam viri in adolescentia. † 30,19.

Virum de mille vnum reperi, mulierem ex omnibus non inueni. Eccles.7,29.

In virum suum deliquit. Eccli.23,33.

Vocans ab Oriente auem, & de terra longinqua virum voluntatis meæ. Isa.46,11.

Vidit quia non est vir: & aporiatus est, quia non est qui occurrat. † 59,16.

Conuertimini filij reuertentes dicit Dominus; quia ego vir vester: & assumam vos vnum de ciuitate, & duos de cognatione. Ier.3,14.

An inueniatis virum facientem iudicium, & quærentem fidem, & propitius ero ei. † 5,1. Ezech.12,16.

Viri earum interficiantur morte. Ier.18,21.

Quæsiui de eis virum qui interponeret sepem, & staret oppositus contra me pro terra, ne dissiparem eam, & non inueni. Ezech.22,30.

Video quatuor viros solutos, & ambulantes in medio ignis, Dan.3,92.

Vir vnus vestitus lineis, & renes eius accincti auro obrizo. † 10,5.

Ipsa non vxor mea, & ego non vir eius: auferat fornicationes suas à facie mea. Osee 2,2.

Vadam, & reuertar ad virum meum priorem, quia benè mihi erat magis quàm nunc. 7.

Vocabit me: Vir meus: & non vocabit me vltrà, Baali. 16.

Vir ascendens super equum rufum. Zach.1,8.

Ecce Vir, Oriens nomen eius. † 6,12.

Iacob autem genuit Ioseph virum Mariæ. Matth.1,16.

Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Luc.1,34.

Duo viri steterunt secus illas in veste fulgenti. † 24,4.

Voca virum tuum, & veni huc. Ioan.4,16.

Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cælum? Act.1,11.

Non enim vir ex muliere est, sed mulier ex viro. 1.Cor.11,8.

Neque vir sine muliere, neque mulier sine viro, in Domino. 11.

Quando autem factus sum vir, euacuaui quæ erant paruuli. † 13,11.

Viri diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam. Ephes.5,25.

Viri diligite vxores vestras, & nolite amari esse ad illas. Col.3,10.

Viros suos ament, filios suos diligant, prudentes, castas, sobrias. Tit. 2,4.

Viri similiter cohabitantes secundùm scientiam, quasi infirmiori vasculo muliebri impartientes honorem, tamquam & coheredibus gratiæ vitæ. 1.Pet.3,7.

VIRAGO.

Hæc vocabitur Virago, quoniam de viro sumpta est. Gen.2,23.

VIRATA.

Lingua tertia mulieres viratas eiecit. Eccli.28,19.

VIRECTVM.

Quæ in pastum paludis virecta carpebant. Gen.41,18.

VIRES.

Vltra vires tuas est negotium, solus illud non poteris sustinere. Exod.18,18.

Recorderis Domini Dei tui, quòd ipse vires tibi præbuerit, vt impleret pactum suum, super quo iurauit patribus tuis. Deut.8,18.

Vires Caleb. Octoginta quinque annorum sum, sic valens vt eo valebam tempore quando ad explorandum missus sum. Iof.14,11.

Vnumquemque iuxta vires suas exegit. 4.Reg.23,35. 2.Par.27,6.

Si dixeris: Vires non suppetunt. Prou.24,12.

Melior est sapientia quàm vires. Sap.6,1.

Ante mortem benefac amico tuo, & secundùm vires tuas ex porrigens da pauperi. Eccli.14,13

In visione tua dissolutæ sunt compages meæ, & nihil in me remansit virium. Dan.10,16.

Iudas Machabæus fortis viribus à iuuentute sua, sit vobis princeps militiæ. 1.Mach.2,66.

VIRGA.

Tollens ergo Iacob virgas populeas virides, & amygdalinas, & ex platanis, ex parte decorticauit eas. Gen.30,37.

Dixitq; Dominus: Proiice eam [virgam] in terram. Proiecit, & versa est in colubrum, ita vt fugeret Moyses. Exod.4,3.

Virgam quoque hanc sume in manu tua, in qua facturus es signa. 17.

Proieceruntque singuli virgas suas, quæ versæ sunt in dracones; sed deuorauit virga Aaron virgas eorum. † 7,12.

Eleua virgam tuam, & extende manum tuam super mare. † 14,16.

Accipe ab eis virgas singulas per cognationes suas. Num.17,2.

Inuenit germinasse virgam Aaron in domo Leui, & turgentibus gemmis eruperant flores, qui foliis dilatatis, in amygdalas deformati sunt. 8.

Refer virgam Aaron in tabernaculum testimonij, vt seruetur ibi in signum rebellium filiorum Israel, & quiescant querelæ eorum à me, ne moriantur. 10.

ORIETVR STELLA ex Iacob, & consurget virga de Israel. † 24,17.

Arguam eum in virga virorum. 2.Reg.7,14.

Statim interficiatur: nisi fortè rex auream virgam ad eum tetenderit pro signo clementiæ, atque ita possit viuere. Esth.4,11.

Extendit contra eam virgam auream, quam tenebat manu, quæ accedens osculata est summitatem virgæ eius. † 5,2.

Cumque illa reticeret, tulit auream virgam, & posuit super collum eius, & osculatus est eam. † 15,15.

Auferat à me virgam suam, & pauor eius non me terreat. Iob 9,34.

Non est virga Dei super illos. † 21,9.

Reges eos in virga ferrea, & tamquam vas figuli confringes eos. Psal.2,9.

Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt. † 22,4.

Virga directionis, virga regni tui. † 44,7.

Redemisti virgam hereditatis tuæ. † 73,2.

Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum. † 88,33.

Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion. † 109,2.

Quia non relinquet Dominus virgam peccatorum super sortem iustorum, vt non extendant iusti ad iniquitatem manus suas. † 124,3.

Virga in dorso eius qui indiget corde. Prou. 10,13.

Qui

Qui parcit virgæ, odit filium suum: qui autem diligit illum, instanter erudit. † 13,24.
In ore stulti virga superbiæ. † 14,3.
Noli subtrahere à puero disciplinam: si enim percusseris eum virga, non morietur. † 23,13.
Virga in dorso imprudentium. † 26,3.
Quæ est ista quæ ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris? Cantic. 3,6.
Væ Assur, virga furoris mei & baculus ipse est, in manu eorum indignatio mea. Isa. 10,5.
Noli timere populus meus habitator Sion, ab Assur: in virga percutiet te, & baculum suum leuabit super te in via Aegypti. 24.
Egredietur virga de radice Iesse. † 11,1.
Contriuit Dominus baculum impiorum, virgam dominantium. † 14,5.
Erit transitus virgæ fundatus. † 30,32.
Virgam vigilantem ego video. Ier. 1,12.
Israel virga hereditatis eius: Dominus exercituum nomen est illi. † 10,16.
Quomodo confracta est virga fortis, baculus gloriosus? † 48,17.
Ego vir videns paupertatem meam, in virga indignationis eius. Thren. 3,1.
Arefactæ sunt virgæ roboris eius, ignis comedit eam. Ezech. 19,12.
Nunc vastaberis filia latronis: obsidionem posuerunt super nos: in virga percutient maxillam iudicis Israel. Mich. 5,1.
Nunc conteram virgam eius de dorso tuo, & vincula tua disrumpam. Nahum 1,13.
Assumpsi mihi duas virgas: vnam vocaui Decorem, & alteram vocaui Funiculum. Zach. 11,7.
Ne quid tollerent in via, nisi virgam tantùm. Mar. 6,8.
Cucurrit plebs aduersus eos: & magistratus, scissis tunicis eorum, iusserunt eos virgis cædi. Act. 16,22.
Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in charitate? 1. Cor. 4,21.
Ter virgis cæsus sum. 2. Cor. 11,25.
In qua [arca] vrna aurea habens manna, & virga Aaron quæ fronduerat. Heb. 9,4.

VIRGO, VIRGINITAS.

Si quis seduxerit virginem, &c. dotabit eam, & habebit eam vxorem. Exod. 22,16.
Virginem ducet [Pontifex] vxorē. Leu. 21,13.
Virgines reseruate vobis, & manete extra castra septem diebus. Num. 31,18.
Virginitatis filiæ signa ostendent pater & mater. Deut. 22,17.
Et plangam virginitatem meam cum sodalibus meis. Iudic. 11,37.
Flebat virginitatem suam in montibus. 38.
Virgines autem reseruate. † 21,11.
Cùm esset virgo, difficile ei videbatur, vt quippiam inhonestè ageret cum ea. 2. Reg. 13,2.
Spreuit te, & subsannauit te virgo filia Sion. 4. Reg. 19,21.
Quærantur regi puellæ virgines, ac speciosæ. Esth. 2,2.
Virgines seruabantur. 11.
Adducentur regi virgines post eam. Psal. 44,15
Virgines eorum non sunt lamentatæ. † 77,63.
Virgines, senes cum iunioribus laudent nomen Domini. † 148,12.
Virginem ne conspicias, ne fortè scandalizeris in decore illius. Eccli. 9,5.
Quasi mulier à virginitate suscipiet illũ. † 15,2.
Ecce Virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel. Isa. 7,14.
Numquid obliuiscetur virgo ornamenti sui, aut sponsa fasciæ pectoralis suæ? Ier. 2,32.
Ergo saltem amodò voca me: Pater meus, dux virginitatis meæ tu es. † 3,4.
Lætabitur virgo in choro, iuuenes & senes simul. † 31,13.
Ascende in Galaad, & tolle resinam virgo filia Aegypti. † 46,11.
Virgines eius squallidæ. Thren. 1,4.
Sicut virgini amanti ornamenta; ita accepto auro fabricati sunt. Baruch 6,8.
Viduam & repudiatam non accipient vxores, sed virgines. Ezech. 44,22.
Virgo Israel proiecta est in terram suam, non est qui suscitet eam. Amos 5,2.
Deficient virgines pulchræ & adolescentes in siti. † 8,13.
Quid enim bonum eius est, & quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines? Zach. 9,17.
Sed & virgines, quæ conclusæ erant, procurrebant ad Oniam. 2. Mach. 3,19.
Virgo in vtero habebit, & pariet filium, & vocabunt nomen eius Emmanuel. Matth. 1,23.
Vixerat [Anna] cum viro suo annis septem à virginitate sua. Luc. 2,36.
Huic autem [Philippo] erant quatuor filiæ virgines prophetantes. Act. 21,9.
De virginibus autem præceptum Domini non habeo: consilium autem do, tamquam misericordiam consecutus à Domino. 1. Cor. 7,25.
Mulier innupta & virgo cogitat quæ Domini sunt, vt sit sancta corpore & spiritu. 34.
Despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo. 2. Cor. 11,2.
Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati: virgines enim sunt. Apoc. 14,4.

VIRIDIS, VIROR, VIREO.

Germinet terra herbam virentem. Gen. 1,11.
Portans ramum oliuæ virentibus foliis in ore suo. † 8,11.
Subuertit ciuitates, &c. & cuncta terræ virentia. † 19,25.
Tollēs ergo Iacob virgas populeas virides, &c.

ex parte decorticauit eas. † 30,37. † 41,3.

Lignum habet spem, si præcisum fuerit, rursum virescit. † 14,7. † 39,8.

De spicis adhuc virentibus, torrebis igni. Leuit.2, 14.

Numquid virere potest scirpus absque humore? Iob 8,11.

Qui confidit in diuitiis suis, corruet: iusti autem quasi virens folium germinabunt. Prouerb.11,28.

Gratiam & speciem desiderabit oculus tuus,& super hæc virides sationes. Eccli.40,22.† 43,23.

In cubilibus, in quibus priùs dracones habitabant, orietur viror calami & iunci. Isaiæ 35,7.

Et erit folium eius viride. Ierem.17,8.

Comburam in te omne lignum viride. Ezechiel.20, 47.

In montibus excelsis Israel erunt pascua eorum:ibi requiescent in herbis virentibus.† 34.14.

Dirigam eum ego vt abietem virentem: ex me fructus tuus inuentus est. Osee 14,9. Mar.6,39.

Si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? Lucæ 23, 31.

Omne fœnum viride combustum est. Apocal. 8,7.

Ne læderent fœnum terræ, neque omne viride. † 9, 4.

VIRTVS.

Scit enim omnis populus qui habitat intra portas vrbis meæ, mulierem te esse virtutis. Ruth 3,11.

Virtutes Tobiæ. Filius es optimi viri,& iusti,& timentis Deũ,& eleemosynas facientis. Tob.9,9.

Virtutes quæ sectandæ. Seruite Domino in veritate, & inquirite vt faciatis quæ placita sunt illi: & filiis vestris mandate vt faciant iustitias,& eleemosynas,vt sint memores Dei,& benedicant eum in omni tempore in veritate,& in tota virtute sua. † 14,11, 17.

Quæ etiam sit virtus eorum, vel quis rex militiæ illorum. Iudith 5,3.

Allide virtutem illorum in virtute tua, cadat virtus eorum in iracundia tua. † 9,11.

Da mihi in animo constantiam,vt contemnam illum, & virtutem, vt euertam illum. 14.

Erat etiam virtuti castitas adiuncta. † 16,26.

Virtutes S.Iob. Simplex,& rectus, ac timens Deum,& recedens à malo. Iob 1,1.

Non egredieris Deus in virtutibus nostris. Psal 43,10. † 59,12.

Dominus virtutum nobiscum. † 45,8.

In Deo faciemus virtutem. 14.

In multitudine virtutis tuæ mentietur tibi inimici tui. † 65,3.

Cùm defecerit virtus mea, ne derelinquas me. † 70,9.

Notam fecisti in populis virtutem tuam. † 76,15.

Domine Deus virtutum, quousque irasceris? † 79,5.

Ibunt de virtute in virtutem. † 83,8.

In Deo faciemus virtutem. † 107,14.

Domine Domine,virtus salutis meæ. † 139,8.

Laudate eum omnes virtutes eius. † 148,2.

Laudate eum in virtutibus eius. † 150,2.

Probata autem virtus corrigit insipientes. Sap.1,8.

Virtutis quidem nullum signum valuimus ostendere: in malignitate autem nostra consumpti sumus. † 5,13.

Virtus enim tua iustitiæ initium est. † 12,16.

Firmamentum virtutis, tegimen ardoris & vmbraculum meridiani. Eccli.34,19.

Homines diuites in virtute,pulchritudinis studium habentes: pacificantes in domibus suis. † 44, 6.

Detraxi in terram virtutem eorum. Isa.63,6.

Infirmata est virtus mea. Thren.1,14.

Disce vbi sit prudentia,vbi sit virtus,vbi sit intellectus. Baruch 3,14.

In virtute sua faciebant hæc populo Israel. 1.Mach.1, 61.

Flagellatum eum recipies, si tamen euaserit: eò quòd in loco sit verè Dei quædam virtus. 2.Mach.3,38.

Virtutes Oniæ. Virum bonum,& benignum, verecundum visu,modestum moribus, & eloquio decorum, & qui à puero in virtutibus exercitatus sit. 2.Mach.15,12.

Statuerunt dimicare & confligere fortiter, vt virtus de negotiis iudicaret:eò quòd ciuitas sancta & templum periclitarentur. 17.

Statim Iesus in semetipso cognoscens virtutem quæ exierat de illo. Mar.5,30.

Virtutes cælorum mouebuntur. Lucæ 21,26.

Virtutésque non quaslibet faciebat Deus per manum Pauli:ita vt etiam super languidos deferrentur à corpore eius sudaria. Act.19,11.

Non enim erubesco Euangelium,virtus enim Dei est in salutem omni credenti, Iudæo primum & Græco. Rom.1,16.

Cognoscam non sermonem eorum qui inflati sunt,sed virtutem. 1.Cor.4,19.

Habuimus autem thesaurum istum in vasis fictilibus:vt sublimitas sit virtutis Dei, & non ex nobis. 2.Cor.4,7.

Supra virtutem voluntarij fuerunt. † 8,3.

Sufficit tibi gratia mea,nam virtus in infirmitate perficitur. † 12,9.

Non enim doctas fabulas secuti,notam fecimus vobis Domini nostri Iesu Christi virtutem & præsentiam. 2.Pet.1,16.

Modicam habes virtutem, & seruasti verbum meum. Apoc.3,8.

Accepisti virtutem tuam magnam,& regnasti. † 11,17.

VIS, VIOLENTA.

Iurgantes fortiter propè vim inferentes. Iudic.8,1.

Vim nequit Michas repellere. Iudic.18,24.

Nunc enim dabis, alioquin tollam vi. 1.Regum 2,16.

Cumque vim faceret, penitus non acquieuit. 4.Reg.5,16.

Vim fecerunt deprædantes pupillos,& vulgum pauperem spoliauerunt. Iob,24,9.

Eiulabunt propter vim brachij tyrannorum. † 35,9.

Vim faciebant qui quærebant animam meam. Psal.37,13.

Nec posse resistere eorum violentiæ, cunctorum auxilio destitutos. Ecclesi.4,1.

Vim patior,responde pro me. Isa.38,14.

Violabant me ad populum meum,propter pugillum hordei,& fragmen panis. Ezech.13,19.

Qui violenter tollitis pelles eorum desuper eis, & carnem eorum desuper ossibus eorum? Mich.3,2.

Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Matth.11,12.

Gentiles induxit in templum, & violauit sanctum locum istum. Act.21,28.

Si quis autem templum Dei violauerit, disperdet illum Deus. 1.Cor.3,17.

VISCERA.

Commota fuerant viscera eius[Ioseph] super fratre suo. Gen.43,30.

Commota sunt quippe viscera eius super filio suo. 3.Reg.3,26.

Effudit in terra viscera mea. Iob 16,14.

Filiorum suorum necatores sine misericordia, & comestores viscerum hominum. Sap.12,5.

Venter meus ad Moab quasi cithara sonabit,& viscera mea ad murum cocti lateris. Isa.16,11.

Vbi est zelus tuus,& fortitudo tua, multitudo viscerum tuorum? † 63,15.

Conturbata sunt viscera mea super eum [Ephraim] miserans miserebor eius, ait Dominus. Ier.31,20.

Per viscera misericordiæ Dei nostri. Luc.1,78.

Et suspensus crepuit medius, & diffusa sunt omnia viscera eius. Act.1,18.

Viscera eius abundantiùs in vobis sunt, reminiscentis omnium vestrûm obedientiam. 2.Corinth 7,15.

Testis enim mihi est Deus, quomodo cupiam omnes vos in visceribus Iesu Christi. Phil.1,8.

Viscera sanctorum requieuerunt per te,frater. Philem v.7.

Tu autem illum vt mea viscera suscipe. 12.

VISITO.

Patrem ægrotum visitat Ioseph. Gen.48,1.

Post mortem meam Deus visitabit vos, & ascendere vos faciet de terra ista. † 50,23.

Visitans visitaui vos, & vidi omnia quæ acciderunt vobis in Aegypto. Exod 3,16.

Audieruntque quod visitasset Dominus filios Israel, & quod respexisset afflictionem eorum. † 4,31.

Iethro visitat Moysen, & eum instruit. † 18,1,22.

Visitans iniquitatem patrum in filios,in tertiam & quartam generationem. † 20,5.

Visitabo & hoc peccatum eorum. † 32,34.

Visitas peccata patrum in filios. Num.14,18.

Visitauit ergo Dominus Annam, & concepit, & peperit tres filios, & duas filias. 1.Reg.2,21.

Samuel visitat subditos. 1.Reg.7,16.

Fratres tuos visitabis, si rectè agant, & cum quibus ordinati sunt,disce. † 17,18.

Languorem simula:cumque venerit pater tuus vt visitet te,dic ei: Veniat,oro, Thamar. 2.Regum 13,5.

Ochozias rex Iuda descenderat ad visitandum Ioram. 4.Reg.9,16.

Visitat rex Ioas Eliseum infirmum. 4.Reg. 13,14.

A facie enim regis,& septem consiliariorum eius missus es, vt visites Iudæam & Ierusalem in lege Dei tui,quæ est in manu tua. 1.Esd.7,14.

Visitat summus sacerdos Iudith. Iudith 15,9.

In die Iudicij visitabit illos. † 16,20.

Venientes visitarent eum, & consolarentur. Iob 2,11.

Visitans speciem tuam non peccabis. † 5,24.

Visitas eũ diluculo,& subitò probas illũ.† 7,18

Visitatio tua custodiuit spiritum meum. † 10,12.

Visitasti terram,& inebriasti eam. † 64,10.

Visita vineam istam. † 79,15.

Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum. † 88,33.

Visita nos in salutari tuo. † 105,4.

Non te pigeat visitare infirmum: ex his enim in dilectione firmaberis. Eccli.7,39.

Nisi ab Altissimo fuerit emissa visitatio,ne dederis in illis cor tuum. † 34,6.

Quid facietis in die visitationis, & calamitatis de longè venientis? Isa.10,3.

Visitabo super fructum magnifici cordis Assur. 12.

Visitabo super orbis mala, & contra impios iniquitatem eorum. † 13,11.

Et erit, post septuaginta annos, visitabit Dominus Tyrum, & reducet eam ad mercedes suas. † 23,17.

Visitabit Dominus super militiam cæli in excelso. † 24,21.

Dominus egredietur de loco suo, vt visitet iniquitatem habitatoris terræ. † 26,21.† 27,1.

Ponam visitationem tuam pacem,& præpositos tuos iustitiam. † 60,17.

Vi-

Visitabo super omnem qui circumcisum habet præputium, super Aegyptum, & super Iuda, & super Edom. Ier.9,24.

Visitabo super eos: iuuenes morientur in gladio, filij eorum. † 11,22.

Visitabo super eos quatuor species, dicit Dominus, gladium ad occisionem, & canes ad lacerandum, & volatilia cæli, & bestias terræ ad deuorandum, & dissipandum. † 15,3.

Visitabo super vos iuxta fructum studiorum vestrorum. † 21,14.

Dispersistis gregem meum, & eiecistis eos, & non visitastis eos: ecce ego visitabo super vos malitiam studiorum vestrorum. † 23,2.

Visitabo super regem Babylonis, & super gentem illam, dicit Dominus iniquitatem eorum. † 25,12.

In Babylonem ducet Sedeciam, & ibi erit donec visitem eum. † 32,5.

Visitabo contra eum, & contra semen eius, & contra seruos eius iniquitates suas. † 36,31.

Visitabo super habitatores terræ Aegypti, sicut visitaui super Ierusalem, in gladio, & fame, & peste. † 44,13.

Visitabo super tumultũ Alexandriæ. † 46,25.

Visitabo regem Babylonis, & terram eius, sicut visitaui Assur. † 50,18.

Visitabo super sculptilia eius, & in omni terra eius mugiet vulneratus. † 51,52.

Visitauit iniquitatem tuam filia Edom. Thren.4,22.

Appropinquauerunt visitationes vrbis, & vnusquisque vas interfectionis habet in manu sua. Ezech.9,1.

Sicut visitat pastor gregem suum, in die quando fuerit in medio ouium suarum dissipatarum. † 34,12.

Post dies multos visitaberis, in nouissimo annorum venies ad terram, quæ reuersa est à gladio. † 38,8.

Visitabo super eam dies Baalim, quibus accendebat incensum. Osee 2,13.

Et erit sicut populus, sic sacerdos: & visitabo super eum vias eius, & cogitationes eius reddam ei. † 4,9.

Non visitabo super filias vestras cùm fuerint fornicatæ. 14.

Venerunt dies visitationis, venerunt dies retributionis. † 9,7.

Visitabo super principes, & super filios regis. Soph.1,8.

Nam ipse qui habet in cælis habitationem, visitator & adiutor est loci illius, & venientes ad malefaciendum percutit ac perdit. 2.Mach.3,39.

Visitauit & fecit redemptionem plebis suæ. Luc.1,68.

Quia propheta magnus surrexit in nobis, & quia Deus visitauit plebem suam. † 7,16.

Non relinquent in te lapidem super lapidem eò quòd non cognoueris tempus visitationis tuæ. † 19,44.

Reuertentes visitemus fratres per vniuersas ciuitates, in quibus prædicauimus. Act.15,36.

Religio munda & immaculata apud Deum, & patrem, hæc est: visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum, & immaculatum se custodire ab hoc sæculo. Iac.1,27.

VITALIS.

Adipem qui operit ventrem, & qui tegit vniuersa vitalia. Leuit.3,14.

Et qui insufflauit ei spiritũ vitalem. Sap.15,11.

Anima omnis vitalis denuntiauit. Eccli.16,31.

VITIS.

Videbam coram me vitem, in qua erant tres propagines, crescere paulatim in gemmas, & post flores vuas maturescere: calicemque Pharaonis in manu mea. Gen.40,10.

Locutaque sunt ligna ad vitem: Veni & impera nobis. Iudic.9,12.

Inuenitque quasi vitem siluestrẽ. 4.Reg.4,39.

Vxor tua sicut vitis abundans. Psal.127,3.

Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odoris. Eccli.24,23.

Omnis locus vbi fuerint mille vites, mille argenteis, in spinas & in vepres erunt. Isa.7,23.

Luxit vindemia, infirmata est vitis, ingemuerunt omnes qui lætabantur corde. † 24,7.

Quid fiet de ligno vitis ex omnibus lignis nemorum? Ezech.15,2.

Quomodo lignum vitis inter ligna siluarum, quod dedi igni ad deuorandum, sic tradam habitatores Ierusalem. 6.

Vitis frondosa Israel, fructus adæquatus est ei. Osee 10,1.

Iam non bibam de hoc genimine vitis. Marci 14,25.

Ego sum vitis vera. Ioan.15,1.

VITIVM.

Non immolabis Domino Deo tuo ouem, & bouem, in quo est macula, aut quippiam vitij: quia abominatio est Domino. Leuit.17,1 Iudic.9,19.

Ossa eius implebuntur vitiis adolescentiæ eius, & cum eo in puluere dormient. Iob 20,11.

Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis. Gal.5,24.

VITRVM.

Non adæquabitur ei aurum vel vitrum. Iob 28,17. Prou.23,31. Apoc.15,2. † 21,18.

VITTA.

Ligabis eam [laminam] vitta hyacinthina. Exod.28,37.

Et recurrat vitta aurea. Eccles.12,6.

Sicut vitta coccinea labia tua. Cant.4,3.

Vittæ lineæ erunt in capitibus eorum, & feminalia linea erunt in lumbis eorum. Ezech. 44,18.

VITVLAMEN.

Spuria vitulamina non dabunt radices altas, nec stabile firmamentum collocabunt. Sap.4,3.

VITVLVS.

Vitulum pro peccato offeres per singulos dies ad expiandum. Exod.29,36.

Inaures, &c. & fecit ex eis vitulum conflatilem. † 32,4.19.

Arripiensque vitulum quem fecerant, combussit & contriuit vsque ad puluerem, quem sparsit in aquam, & dedit ex eo potum filiis Israel. 20.

Vitulum efferet extra castra atque comburet. Leuit.4,21.

Tolle de armento vitulum pro peccato, & arietem in holocaustũ, vtrumque immaculatũ. † 9,2.

Si non arassetis in vitula mea, non inuenissetis propositionem meam. Iudic.14,18.

Recludite vitulos earum domi. 1.Reg.6,7. † 16,2. † 28,24.

Excogitato consilio [Ieroboam] fecit duos vitulos aureos, & dixit eis: Nolite vltrà ascendere in Ierusalem: Ecce dij tui Israel, qui te eduxerunt de Terra Aegypti. 3.Reg.12,28.

Circumdederunt me vituli multi, tauri pingues obsederunt me. Psal.21,13.

Comminuet eas tamquã vitulũ Libani. † 28,6

Non accipiam de domo tua vitulos. † 49,9.

Tunc imponent super altare tuum vitulos. † 50,21.

Placebit Deo super vitulum nouellum. † 68,32. † 105,19.

Cor meum ad Moab clamabit, vectes eius vsque ad Segor vitulam conternantem. Isa.15,5.

Vitulum, quem conciderunt in duas partes, & transierunt inter diuisiones eius. Ier.34,18.

Vitula elegans atque formosa Aegyptus: stimulator ab Aquilone veniet ei. † 46,20. † 48,34.

Proiectus est vitulus tuus Samaria: iratus est furor meus in eos. Osee 8,5.

In aranearum telas erit vitulus Samariæ. 6.

Ephraim vitula docta diligere trituram. † 10,11.

Adducite vitulum saginatum. Luc.15,23.

Vitulum fecerunt in diebus illis, & obtulerunt hostiam simulachro, & lætabantur in operibus manuum suarum. Act.7,41.

VITVPERO.

Deuitantes hoc ne quis nos vituperet, in hac plenitudine quæ ministratur à nobis. 2.Cor.8,20.

Audiui vituperationem multorum commorantium in circuitu. Psal.30,14.

Priusquam interroges, ne vituperes quemquam: & cùm interrogaueris, corripe iustè. Eccli.11,7.

Vituperauit eum, propterea quòd concupierat regnum eius. 1.Mach.11,11. Heb.8,8.

VIVIFICO.

Dominus mortificat & viuificat. 1.Reg.2,6.

Virum & mulierem non viuificabat Dauid. † 27,11.

Mensus est autem duos funiculos, vnum ad occidendum, & vnum ad viuificandum. 2.Reg.8,2.

Maria, & omnia quæ in eis sunt: & tu viuificas omnia hæc. 2.Esd.9,6.

Spiritus Dei fecit me, & spiraculum Omnipotentis viuificauit me. Iob 33,4.

Deus tu conuersus viuificabis nos. Psal.84,7.

Viuifica me: & custodiam sermones tuos. † 118,17.

In æternum non obliuiscar iustificationes tuas: quia in ipsis viuificasti me. 93.

Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me. † 137,7.

Corripies me, & viuificabis me. Isa.38,16.

Et in sancto habitans, & cum contrito & humili spiritu: vt viuificet spiritum humilium, & viuificet cor contritorum. † 57,15.

Et cùm caperent animas populi mei, viuificabant animas eorum, &c. vt interficerent animas quæ non moriuntur, & viuificarent animas, quæ non viuunt. Ezech.13,18.

Cùm auerterit se impius ab impietate sua, quam operatus est, & fecerit iudicium, & iustitiam: ipse animam suam viuificabit. † 18,27.

Viuificabit nos post duos dies: in die tertia suscitabit nos, & viuemus in conspectu eius. Sciemus, sequemurque vt cognoscamus Dominum. Osee 6,3.

Domine opus tuum, in medio annorum viuifica illud. Hab.3,2.

Quicumque perdiderit illam [animam] viuificabit eam. Luc.17,33.

Sicut enim Pater suscitat mortuos, & viuificat: sic & Filius quos vult, viuificat. Ioan.5,21.

Spiritus est qui viuificat: caro non prodest quidquam. † 6,64.

Afflixit patres nostros, vt exponerent infantes suos ne viuificarentur. Act.7,19.

Qui viuificat mortuos, & vocat ea quæ non sunt, tamquam ea quæ sunt. Rom.4,17.

Si Spiritus eius qui suscitauit Iesum à mortuis habitat in vobis, &c. viuificabit & mortalia corpora vestra, propter inhabitantem Spiritum eius in vobis. † 8,11.

Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. 1.Cor.15,22.

Quod seminas, non viuificatur, nisi prius moriatur. 36.

Factus est primus Adam in animam viuentem, nouissimus Adam in spiritum viuificantem. 45.

Litera enim occidit: Spiritus autem viuificat. 2.Cor.3,6. Gal.3,21.

Præcipio tibi coram Deo, qui viuificat omnia. 1.Tim.6,13.

Vt nos offerret Deo, mortificatus quidem carne, viuificatus autem spiritu. 1.Pet.3,18.

VIVO, VITA.

Vocauit Adam nomen vxoris suæ, Heua, eò quòd mater esset cunctorum viuentiũ. Gen. 3,20.

Tædet me vitæ meæ propter filias Heth. † 27, 46.

Facite quæ dixi, & viuetis: Deum enim timeo. † 42, 18.

Vita breuitas. Dies peregrinationis meæ centum triginta annorum sunt, parui & mali. † 47,8.

Ad amaritudinem perducebant vitam eorum operibus duris luti ac lateris. Exod. 1,14. † 23,26.

Viuant & non moriantur, si tetigerint sancta sanctorum. Num. 4, 19.

Viuo ego, & implebitur gloria Domini vniuersa terra. † 14,21.

Descenderuntque viui in infernum, operti humo. † 16,31.

Probauimus hodie, quòd loquente Deo cum homine, vixerit homo. Deut. 5,24. † 22,7.

Erit vita tua quasi pendens ante te. † 28,65.

Quòd proposuerim vobis vitam, vt & tu viuas & semen tuum. † 30,19.

Ipse est enim vita tua, & longitudo dierum tuorum. 20.

Viuo ego in æternum. † 32,40.

Viuat Ruben, & non moriatur, & sit paruus in numero. † 33,6.

Fecit Iosue viuere, & habitauerunt in medio Israel. Ios. 6, 25.

Viuit Dominus, quia si seruassetis eos, non vos occiderem. Iudic. 8,19.

Viuit Dominus. Ruth 3, 13.

Viuat rex. 1. Reg. 10,24.

Vita integra Samuelis. † 12,3.

Viuit Dominus saluator Israel, quia si per Ionathan filium meum factum est, absque retractatione morietur. † 14, 39.

Exprobrauit acies Dei viuentis? † 17,26.

Viuit anima tua, rex, si noui. 55.

Quis ego sum, aut quæ est vita mea, aut cognatio mea in Israel vt fiam gener regis. † 18,18

Et si vixero, facies mihi misericordiam Domini: si verò mortuus fuero, non auferes misericordiam tuam à domo mea vsque in sempiternũ 14.

Filius Isai vixerit super terram, non stabilieris tu, neque regnum tuum. 31.

Viuit Dominus, & viuit anima tua, qui prohibuit te ne venires in sanguinem, & saluauit manum tuam tibi. † 25,26.

Viuat rex Adonias. 3. Reg. 1,25.

Viuat dominus meus Dauid in æternum. 31.

Viuat rex Salomon. 34.

En viuit filius tuus. † 17,23.

Viuos eos capite. † 20,18.

Seruus tuus Benadad dicit: Viuat, oro te, anima mea. 32.

Viuit Dominus, & viuit anima tua, quia non derelinquam te. 4. Reg. 2,2.

Capiemus eos viuos, & tunc ciuitatem ingredi poterimus. † 7,12.

Vita prolongata. Addam diebus tuis quindecim annos, & de manu regis Assyriorum liberabo te. † 20,6.

Daret nobis vitam modicam in seruitute nostra. 1. Esd. 9,8.

Rex in æternum viue: Quare non mœreat vultus meus, quia ciuitas domus sepulchrorum patris mei deserta est, & portæ eius combustæ sunt igni. 2. Esd. 2,3.

Melius est enim vt captiui benedicamus Dominum viuentes, quàm moriamur. Iudith 7,16.

Viuit enim Nabuchodonosor rex terræ, & viuit virtus eius, quæ est in te ad correptionem omnium animarum errantium. † 11,5.

Vitam exponit Iudith pro populo. Non recedat laus tua de ore hominum, qui memores fuerint virtutis Domini in æternum, pro quibus non pepercisti animæ tuæ. † 13,25.

Vt absque vllo terrore vitam silentio transigentes. Esth. 13,2.

Vitam illam expectamus, quam Deus daturus est his qui fidem suam numquam mutant ab eo. Tob. 2,18.

Facit [eleemosyna] inuenire misericordiam & vitam æternam. † 12,9.

Postquam illuminatus est Tobias, vixit annis quadraginta duobus. † 14,1.

Reliquum verò vitæ suæ in gaudio fuit, & cum bono profectu timoris Dei perrexit in pace. 4.

Quare misero data est lux, & vita his qui in amaritudine animæ sunt? Iob 3,20.

Memento quia ventus est vita mea. † 7,7.

Vitam & misericordiam tribuisti mihi. † 10,12.

Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miseriis. † 14,1.

Quare ergo impij viuunt? † 21,7.

Vita ipsa putabantur indigni. † 30,2.

Vixit autem Iob post hæc, centum quadraginta annis. † 42,16.

Viuit Dominus, & benedictus Deus meus. Psal. 17,47.

Vitam petiit à te, & tribuisti ei. † 20,5.

Quis est homo qui vult vitam? † 33,13.

Vita impiorum & homicidarum breuitas. Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos. † 54,24.

Vitam meam annuntiaui tibi. † 55,9.

Melior est misericordia tua super vitas. † 62,4.

Posuit animam meam ad vitam. † 65,9.

Quærite Deum, & viuet anima vestra. † 68,33.

Vita mea inferno appropinquauit. † 87,4.

Nos qui viuimus, benedicimus Domino. † 113,27.

Viuet anima mea, & laudabit te, & iudicia tua adiuuabunt me. † 118,175.

Illic mandauit Dominus benedictionem & vitam

vitam vsque in sæculum. † 132, 3.
Relinquite infantiam, & viuite. Prou. 9, 6.
Via vitæ custodienti disciplinam. † 10, 17.
Quid habet amplius sapiens à stulto? & quid pauper, nisi vt pergat illuc vbi est vita? Ecclesi. 6, 8.
Nemo est qui semper viuat, & qui huius rei habeat fiduciam. † 9, 4.
Transibit vita nostra tamquam vestigium nubis. Sap. 2, 3.
Grauis est nobis etiam ad videndum, quoniam dissimilis est aliis vita illius. 15.
Si quidem longæ vitæ erunt, in nihilum computabuntur. † 3, 17.
Aetas senectutis vita immaculata. † 4, 9.
Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam. † 5, 4.
Iusti autem in perpetuum viuent. 16.
Vnus ergo introitus ad vitam, & similis exitus. † 7, 6.
Pro vita rogat mortuum. † 13, 18.
Aestimauerunt lusum esse vitam nostram. † 15, 12.
Confirmentur ad legitimam vitam. Prolog. Eccli.
Qui honorat patrem suum, vita viuet longiore. Eccli. 3, 7.
Omnis potentatus breuis vita. † 10, 11.
Bona & mala, vita & mors, paupertas & honestas à Deo sunt. † 11, 14.
Ante hominem vita & mors, bonum & malum: quod placuerit ei, dabitur illi. † 15, 18.
Vitæ breuitas. Numerus dierum hominum vt multum centum anni: quasi guttæ aquæ maris deputati sunt: & sicut calculus arenæ, sic exigui anni in die æui. † 18, 8.
Qui elucidant me, vitam æternam habebunt. † 24, 31.
Initium vitæ hominis aqua & panis. † 29, 28.
Melior est victus pauperis sub tegmine asserum, quàm epulæ splendidæ in peregrè sine domicilio. † 29, 29.
Melior est mors, quàm vita amara. † 30, 17.
Quid defraudat vitam? mors. † 31, 34.
Vita viri in numero dierum: dies autem Israel innumerabiles sunt. † 37, 28.
Initium necessariæ rei vitæ hominum aqua, ignis, & ferrum, sal, lac, & panis similagineus, & mel, & botrus vuæ, & oleum, & vestimentum. † 39, 31.
Bonæ vitæ numerus dierum: bonum autem nomen permanebit in æuum. † 41, 16.
Nos vita viuimus tantùm. † 48, 12.
Addidit regi vitam. 26.
Vita mea erat appropinquans in inferno deorsum. † 51, 9.
Viuent mortui tui, interfecti mei resurgent: expergiscimini & laudate qui habitatis in puluere: quia ros lucis ros tuus. Isaiæ 26, 19.
Præcisa est velut à texente vita mea. † 38, 12.
Viuens viuens ipse confitebitur tibi. 19.
Hæc dicit Dominus: Ecce ego do coram te viam vitæ & viam mortis: qui habitauerit in vrbe hac, morietur gladio, & fame, & peste. Ierem. 21, 8.
In tabernaculis habitabitis cunctis diebus vestris, vt viuatis diebus multis super faciem terræ in qua vos peregrinamini. † 35, 7.
Viuit Dominus, qui fecit nobis animam hanc, si occidero te, & si tradidero te in manus virorum istorum, qui quærunt animam tuam. † 38, 16.
Lapsa est in lacum vita mea, & posuerunt lapidem super me. Thren. 3, 53.
Et lex quæ est in æternum: omnes qui tenent eam, peruenient ad vitam: qui autem dereliquerunt eam, in mortem. Baruch 4, 1.
Viuens viuet quia annuntiasti ei, & tu animam tuam liberasti. Ezech. 3, 21.
Adhuc in viuentibus vita eorum. † 7, 13.
Omnis anima viuens, quæ serpit, quocumque venerit torrens, viuet. † 47, 9.
Multi de his qui dormiunt in terræ puluere, euigilabunt, alij in vitam æternam, & alij in opprobrium vt videant semper. Dan. 12, 2.
Viuificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos. Osee 6, 3.
Quærite Dominum & viuite, ne fortè comburatur vt ignis domus Ioseph, & deuorabit, & non est qui extinguat Bethel. Amos 5, 6.
Non viues, quia mendacium locutus es. Zachar. 13, 3.
Quò ergo nobis adhuc viuere? 1. Mach. 2, 13.
Quòd parati sunt aut viuere aut mori fortiter. † 4, 35.
Vt inuocaret Altissimum, vt vitam donaret ei, qui in supremo spiritu erat constitutus. 2. Machab 3, 31.
Destinauit non admittere illicita propter vitæ amorem. † 6, 20.
Et vt ipse alios tractauerat, peregrè in montibus miserabili obitu vita functus est. † 9, 28.
Multis precibus postulabat vt viuus dimitteretur. † 12, 24.
Centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Matth. 19, 29.
Ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam. † 25, 46.
Hæc verò de penuria sua omnia quæ habuit misit totum victum suum. Mar. 12, 44.
Quid quæritis viuentem cũ mortuis? Luc. 24, 5.
In ipso vita erat. Ioan. 1, 4.
Qui autem incredulus est Filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum. † 3, 36.
Qui verbum meum audit, & credit ei qui misit me, habet vitam æternam. † 5, 24.
Ego vitam æternam do eis, & non peribunt in æternum. † 10, 28.

Omnis qui viuit, & credit in me, non morietur in æternum. † 11,26.

Hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum. † 17,3.

Auctorem verò vitæ interfecistis, quem Deus suscitauit à mortuis. Act.3,15.

Et indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad Gentes. † 13,46.

Cùm ipse det omnibus vitam, & inspirationem, & omnia. † 17,25.

In ipso enim viuimus, & mouemur, & sumus. 28.

Tolle de terra huiusmodi: non enim fas est eum viuere. † 22,22.

Petentes, & acclamantes, non oportere viuere eum amplius. Act.25,24.

Si autem mortui sumus cum Christo, credimus quia simul etiã viuemus cum Christo. Rom.6,8.

Quod enim mortuus est, peccato mortuus est semel: quod autem viuit, viuit Deo. 10.

Nemo enim nostrûm sibi viuit, & nemo sibi moritur. † 14,7.

Quoniam supra modum grauati sumus supra virtutem, ita vt tæderet nos etiam viuere. 2 Cor.1,8.

Semper mortificationem Iesu in corpore nostro circumferentes, vt & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris. † 4,10.

Vt absorbeatur, quod mortale est, à vita. † 5,4.

Nam & nos infirmi sumus in illo: sed viuemus cum eo ex virtute Dei in vobis. † 13,4.

Viuo ego, iam non ego, viuit verò in me Christus. Gal.2,20.

Alienati à vita Dei, per ignorantiam quæ est in illis. Ephes.4,18.

Et nunc magnificabitur Christus in corpore meo, siue per vitam, siue per mortem. Phil.1,20.

Mihi enim viuere Christus est, & mori lucrum. 21.

Cùm Christus apparuerit vita vestra; tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria. Col 3,4.

Viuimus, si vos statis in Domino. 1.Thess.3,8.

Qui mortuus est pro nobis: vt siue vigilemus, siue dormiamus, simul cum illo viuamus. † 5,10.

Thesaurizare sibi bonum fundamentum in futurum, vt apprehendant veram vitam. 1.Timoth.6,19.

Iesu Christi, qui destruxit quidem mortem, illuminauit autem vitam, & incorruptionem per Euangelium. 2.Tim.1,10.

Viuus est enim sermo Dei & efficax. Heb.4,12.

Secundùm virtutem vitæ insolubilis. † 7,16.

Saluare in perpetuum potest accedentes per semetipsum ad Deum: semper viuens ad interpellandum pro nobis. 25.

Quæ est enim vita vestra? vapor est ad modicũ parens, & deinceps exterminabitur. Pro eo vt dicatis: Si Dominus voluerit, &: Si vixerimus. Iac.4,15.

Deglutiens mortem, vt vitæ æternæ heredes efficeremur. 1.Pet.3,22.

Vita manifestata est, & vidimus, & testamur. 1.Ioan.1,2.

Et hæc est repromissio, quam ipse pollicitus est nobis, vitam æternam. † 2,25.

Et hoc est testimonium, quoniam vitam æternam dedit nobis Deus. † 5,11.

Nomen habes quòd viuas, & mortuus es. Apoc.3,1.

Viui missi sunt hi duo in stagnum ignis ardentis sulphure. † 19,20.

Ceteri mortuorum non vixerunt, donec consummentur mille anni. † 20,5.

VIX.

Vir autem sapiens vix tacitè ridebit. Eccli.21,23.

Adolescens loquere in tua causa vix. † 32,10.

Vix enim pro iusto quis moritur: nam pro bono forsitan quis audeat mori. Rom.5,7.

Et si iustus vix saluabitur, impius & peccator vbi parebunt? 1.Pet.4,18.

VLAI.

Vidi autem in visione esse me super portam Vlai. Dan.8,2,16.

VLAM.

Fueruntque filij Vlam viri robustissimi, & magno robore tendentes arcum. 1.Par.8,40.

VLCISCOR, VLTIO, VLTOR.

Septuplum vltio dabitur de Cain: de Lamech verò septuagies septies. Gen.4,24.

In die vltionis visitabo & hoc peccatum eorum. Exod.32,34.

Non quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum. Leuit.19,18.

Vltio in peccatores grauissima. † 26,16.

Scietis vltionem meam: quoniam sicut locutus sum, ita faciam multitudini huic pessimæ, quæ consurrexit aduersum me: in solitudine hac deficiet & morietur. Num.14,35.

Vlciscere priùs filios Israel de Madianitis, & sic colligêris ad populum tuum. † 31,2.

Nam & in diis eorum exercuerat vltionem. † 33,4.

Mea est vltio, & ego retribuam in tempore. Deut.32,35.

Reddam vltionem hostibus meis. 41.

Sanguinem seruorum suorum vlciscetur. 43.

Numquid vltores estis Baal, vt pugnetis pro eo? qui aduersarius est eius, moriatur antequam lux crastina veniat: si Deus est, vindicet se de eo qui suffodit aram eius. Iudic.6,31.

Vltio in exprobratores. † 8,16. † 9,5.

Adhuc ex vobis expetam vltionem, & tunc quiescam. Iudic.15,7.

Redde mihi nunc fortitudinem pristinam Deus

Deus meus, vt vlciscar me de hostibus meis. † 16,28. † 1.Reg.14,24.

Vlciscatur me Dominus ex te: manus autem mea non sit in te. 1.Reg.24,13.

Quòd effuderis sanguinem innoxium, aut ipse te vltus fueris. † 25,31.

Prohibuisti me hodie ne irem in sanguinem, & vlciscerer me manu mea. 33.

Mortuus est [Abner] in vltionem sanguinis Asael fratris eius. 2.Reg.3,27. † 4,8.

Non multiplicentur proximi sanguinis ad vlciscendum. † 14,11. 3.Reg.2,31. † 14,10.

Vlciscar sanguinem seruorum meorum prophetarum, & sanguinem omnium seruorum Domini, de manu Iezabel. 4.Reg.9,7. † 24,3. 2.Par.24,23.

Vltio in Ioas regem, qui Zachariam occiderat: occiditur ipse in lecto à seruis. 2.Par.24. † 36,17.

Ipse simul vltioni subiaceas. Iudith 6,6.

Contestamur hodie cælum & terram, & Deum patrum nostrorum, qui vlciscitur nos secundùm peccata nostra, vt iam tradatis ciuitatem. † 7,17. † 8,18.

Non vlciscamur nos pro his quæ patimur. † 8,26.

Vlciscatur se de inimicis suis. † 13,27. Esth.8,11.

Reuertente semper anno, solemni celebrarent honore; quia in ipsis diebus se vlti sunt Iudæi de inimicis suis. Esth.9,22.

Vltor iniquitatum gladius est. Iob 19,29.

Vltio sanguinis seruorum tuorum qui effusus est. † 78,10.

Deus vltionum Dominus, Deus vltionum liberè egit. † 93,1.

Vlciscens in omnes adinuentiones eorum. † 98,8.

Omnes gentes circuierunt me, & in nomine Domini quia vltus sum in eos. † 117,10.

Dies vltionis Domini, annus retributionum iudicij Sion. Isa.34,8.

Deus vester vltionem adducet retributionis. † 35,4.

Vltionem capiam, & non resistet mihi homo. † 47,3.

Indutus est vestimentis vltionis, & opertus est quasi pallio zeli. † 59,17.

Vt prædicarem annum placabilem Domino, & diem vltionis Deo nostro. † 61,2.

Dies enim vltionis in corde meo, annus redemptionis meæ venit. † 63,4.

Vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebat. Numquid super his non visitabo, dicit Dominus? & in gente tali non vlciscetur anima mea? Ier.5,9. † 9,9.

Videam vltionem tuam ex eis: tibi enim reuelaui causam meam. † 11,20. † 20,12.

Vltio in reges variorum regnorum. † 25,28.

Vltio in mendacem prophetam. † 29,31.

Vltio in retrahentes liberos ad seruitutem. † 34,17.

Dies autem ille Domini Dei exercituum, dies vltionis, vt sumat vindictam de inimicis suis. † 46,10.

Vltionem accipite de ea, sicut fecit, facite ei. † 50,15.

Vox fugientium, & eorum qui euaserunt de terra Babylonis, vt annuntient in Sion vltionem Domini. † 50,28.

Vltio Domini est, vltio templi tui. † 51,11.

Iudicabo causam tuam, & vlciscar vltionem tuam, & desertum faciam mare eius, & siccabo venam eius. 36.

Vltio grauis. Ergóne comedent mulieres fructum suum, paruulos ad mensuram palmæ: si occiditur in sanctuario Domini sacerdos, & propheta? Thren.2,20. † 3,4.

Dabo vltionem meam super Idumæam per manum populi mei Israel. Ezech.25,14.

Abiit Ephraim ad Assur, & misit ad regem Vltorem, & ipse non poterit sanare vos. Osee 5,13.

Numquid vltionem vos reddetis mihi? & si vlciscimini vos contra me, citò velociter reddam vicissitudinem vobis super caput vestrum. Ioel 3,4.

Faciam in furore, & in indignatione vltionem in omnibus gentibus quæ non audierunt. Mich. 5,14.

Deus æmulator & vlciscens Dominus. Nahum 1,1.

Vltio in pastorem negligentem. Gladius super brachium eius, & super oculum dextrum eius, brachium eius ariditate siccabitur. Zach.11,17.

Vltio in festiuitatem negligentes. Zach.14,17.

Multo tempore non sinere peccatoribus ex sententia agere, sed statim vltiones adhibere, magni beneficij est indicium. 2.Mach.6,13.

Qui in regionibus non intrent in eam, quia dies vltionis hi sunt. Luc.21,22.

Vtique homicida est homo hic, qui cùm euasisset de mari, vltio non sinit eum viuere. Actorum 28,4.

VLCVS.

Factaque sunt vlcera vesicarum turgentium. Exod.9,10.

Percutiat te Dominus vlcere Aegypti, & partem corporis per quam stercora egeruntur, scabie quoque & prurigine: ita vt curari nequeas. Deut.28,27.

Percutiat te Dominus vlcere pessimo in genibus & in suris, sanarique non possis. 35.

Massam ficorum, &c. & posuissent super vlcus eius, curatus est. 4.Reg.20,7.

Egressus igitur satan à facie Domini, percussit Iob vlcere pessimo, à planta pedis vsque ad verticem eius. Iob 2,7.

VLLVS.

Dies mei, &c. & consumpti sunt absque vlla spe. Iob 7,6.

Non contradicas verbo veritatis vllo modo. Eccli.4,30.

Non præterit illum omnis cogitatus, & non abscondit se ab eo vllus sermo. † 42,20.

Dilatauit infernus animam suam, & aperuit os suum absque vllo termino. Isa.5,14. † 54,11.

Ita vt nihil vobis desit in vlla gratia. 1.Cor.1,7.

Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt vllæ. 1.Ioan.1,5.

VLMVS.

Ponam in deserto abietem, vlmum, & buxum simul. Isa.41,19.

VLNA.

Sustentans eam vlnis suis. Esth.15,11.

Afferent filios tuos in vlnis. Isa.49,22.

Ipse accepit eum in vlnas suas. Luc.2,28.

VLTRA, VLTIMVS.

Omnem sapientiam Salomonis, &c. non habebat vltrà spiritum. 3.Reg.10,4.

Nec vltrà intuebitur eum locus suus. Iob 20,9.

Insipienter locutus sum, & quæ vltra modum excederent scientiam meam. † 42,3.

Non memoretur nomen Israel vltrà. Psalmo 82,5.

Homo apostata, &c. subitò conteretur, nec habebit vltrà medicinam. Prou.6,15.

Mortuo homine impio, nulla erit vltrà spes. † 11,7.

De vltimis finibus pretium eius. † 31,10.

Ouium greges, vltra omnes qui fuerunt ante me in Ierusalem. Eccles.2,7.

Mortui verò nihil nouerunt ampliùs, nec habent vltrà mercedem. † 9,5.

Spiritu magno vidit vltima. Eccli.48,27.

Super quo percutiam vos vltrà addentes præuaricationem? Isa.1,5. Ier.2,31.

Non addam vltrà misereri. Osee 1,6. Matth.5,13. Apoc.21,4.

VLTRO.

Primitias, ab omni homine, qui offert vltroneus, accipietis eas. Exod.25,2.

Fili mulieris vltrò virum rapientis. 1.Reg.20,30.

In omnibus in quibus vltrò offerebatur munus Domino. 1.Esd.3,5.

Dentur vobis in deprædationem, pro eo quòd contemnentes vos, noluerunt vltrò tradere seipsos. Iudith 10,12.

Sacrati'que ædibus mulieres se vltrò ingerebant. 2.Mach.6,4.

Vltrò enim terra fructificat, primùm herbam, deinde spicam. Mar.4,28.

Ad portam ferream, &c. quæ vltrò aperta est eis. Act.12,10.

VLVLO.

Vlulatus pugnę auditur in castris. Exod.32,17.

Vlulabit mater eius, & de cœnaculo loquebatur: Cur moratur regredi currus eius? quare tardauerunt pedes quadrigarum illius? Iudic.5,28.

Ascendebat vlulatus vniuscuiusque ciuitatis in cælum. 1.Reg.5,12.

Factus est fletus & vlulatus magnus in Ecclesia ab omnibus. Iudith 9,18.

Tunc vlulauerunt castra Assyriorum, quando apparuerunt humiles mei, arescentes in siti. † 16,13.

Ieiunium, vlulatus & fletus, sacco & cinere multis pro strato vtentibus. Esth.4,3.

Vlulate, quia propè est dies Domini, quasi vastitas à Domino veniet. Isa.13,6.

Respondebunt ibi vlulæ in ædibus eius, & sirenes in delubris voluptatis. 22.

Vlula porta, clama ciuitas: prostrata est Philisthæa omnis. † 14,31.

Expediti Moab vlulabunt, anima eius vlulabit sibi. † 15,4.

Vlulabit Moab ad Moab, vniuersus vlulabit. † 16,7.

Vlulate naues maris, quia deuastata est fortitudo vestra. † 23,14.

Vlulate pastores, & clamate, & aspergite vos cinere optimates gregis: quia completi sunt dies vestri. Ier.25,34.

Sanitas non erit tibi. Audierunt gentes ignominiam tuam, & vlulatus tuus repleuit terram: quia fortis impegit in fortem, & ambo pariter conciderunt. † 46,12.

Vlulabunt omnes habitatores terræ, à strepitu pompæ armorum, & bellatorum eius, à commotione quadrigarum eius, & multitudine rotarum illius. † 47,3.

Vlula Hesebon, quoniam vastata est Hai. † 49,3.

Vlulate, væ, væ diei, quia iuxtà est dies, & appropinquat dies Domini: dies nubis, tempus Gentium erit. Et veniet gladius in Aegyptum. Ezech.30,2.

Et non clamauerunt ad me in corde suo, sed vlulabant in cubiculis suis: super triticum & vinum ruminabant. Osee 8,14.

Deuorabit ædes eius in vlulatu in die belli, & in turbine in die commotionis. Amos 1,14.

Vox clamoris à porta piscium, & vlulatus à Secunda, & contritio magna à collibus. Sophon.1,10.

Vox vlulatus pastorum, quia vastata est magnificentia eorum. Zach.11,3.

VMBILICVS.

Ecce populus de vmbilico terræ descendit. Iudic.9,37.

Fortitudo eius in lumbis eius, & virtus illius in vmbilico ventris eius. Iob 40,11.

Time

Time Deum,& recede à malo: sanitas quippe erit vmbilico tuo. Prou.3,8.

Vmbilicus tuus crater tornatilis. Cant.7,2.

Quando nata es,in die ortus tui non est præcisus vmbilicus tuus. Ezech.16,4.

Qui possidere cœpit & esse habitator vmbilici terræ. † 38,12.

VMBRA, VMBRACVLVM.

Habitabitis in vmbraculis, septem diebus. Leuit.23,42.

Sub vmbra mea requiescite. Iudic.9,15.

Vmbras montium vides quasi capita hominum,& hoc errore deciperis. 36.

Obdormiuit [Elias] in vmbra iuniperi. 3.Regum 19,5.

Bibebat ipse & reges in vmbraculis. † 20,12.

Facile est vmbram crescere decem lineis. 4.Reg.20,10.

Inuocauit itaque Isaias propheta Dominum, & reduxit vmbram per lineas quibus iam descenderat in horologio Achaz. 11.

Obscurent eum tenebræ & vmbra mortis. Iob 3,5.

Sicut seruus desiderat vmbram. † 7,2.

Hesterni quippe sumus, & ignoramus quoniā sicut vmbra dies nostri sunt super terram. † 8,9.

Fugit velut vmbra. † 14,2.

Sub vmbra dormit in secreto calami,& in locis humentibus. † 40,16.

Protegunt vmbræ vmbram eius. 17.

Si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. Psal.22,4.

Cooperuit nos vmbra mortis. † 43,20.

In vmbra alarum tuarum sperabo,donec transeat iniquitas. † 56,2.

Operuit montes vmbra eius,& arbusta eius cedros Dei. † 79,11.

Dies mei sicut vmbra declinauerunt; & ego sicut fœnum arui. † 101,12.

Eduxit eos de tenebris & vmbra mortis,& vincula eorum disrupit. † 106,14.

Sicut vmbra, cùm declinat, ablatus sum. † 108,23.

Dies eius sicut vmbra prætereunt. † 143,4.

Quasi vmbra transeant qui non timent faciem Domini. Eccles.8,13.

Sub vmbra illius,quem desideraueram,sedi: & fructus eius [illegible]is gutturi meo. Cant.2,3.

Vmbræ [illegible] transitus est tempus nostrum. Sap.2,5.

Transierunt omnia illa tamquam vmbra. † 5,9.

Quasi qui apprehendit vmbram,& persequitur ventum, sic & qui attendit ad visa mendacia. Eccli.34,2.

Derelinquetur filia Sion vt vmbraculum in vinea. Isaiæ 1,8.

Tabernaculum erit in vmbraculum diei ab æstu,& in securitatem & absconsionem à turbine & à pluuia. † 4,6.

Vmbra petræ prominentis in terra deserta. † 32,2.

Dereliquit quasi leo vmbraculum suum, quia facta est terra eorum in desolationem à facie iræ columbæ. Ierem.25,38.

In vmbra tua viuemus in Gentibus. Thren. 4,20.

Orate pro vita Nabuchodonosor, &c. vt viuamus sub vmbra Nabuchodonosor. Baruch 1,12.

Cumque extendisset vmbram suam, in ramis eius fecerunt nidos omnia volatilia cæli. Ezechiel.31,6.

Et egressus est Ionas de ciuitate,& fecit sibimet vmbraculum ibi, & sedebat subter illud in vmbra, donec videret quid accideret ciuitati. Ionæ 4,5.

Vt veniente Petro,saltem vmbra illius obumbraret quemquam illorum,& liberarentur ab infirmitatibus suis. Act.5,15.

Quæ sunt vmbra futurorum: corpus autem Christi. Col.2,17.

Cùm essent qui offerrent secundùm legem munera, qui exemplari, & vmbræ deseruiunt cælestium. Heb.8,5.

Vmbram habens lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum. † 10,1.

VNANIMIS.

Vnanimes preces suas Domino effuderunt. Iudith 6,14.

Tu verò homo vnanimis, dux meus & notus meus. Psal.54,14. † 82,6. Eccli.6,12.

Erant perseuerantes vnanimiter in oratione. Act.1,14. † 2,46. Rom.15,6.

Omnes vnanimes, compatientes, fraternitatis amatores. 1.Pet.3,8.

VNCIA.

Cuius ferrum hastæ trecentas vncias appendebat. 2.Reg.21,16.

VNCINVS.

Facies & vncinos ex auro. Exod.28,13.

Et ecce vncinus pomorum. Amos 8,1.

VNDA.

Stetit vnda fluens. Exod.15,8.

VNDECIM.

Stellas vndecim adorare me. Gen.37,9.

Facies & saga cilicina vndecim. Exod.26,7.

Die tertio offeretis vitulos vndecim. Numeror.29,20. Ezech.40,49. Mar.16,14. Apocalyp.21,20.

VNGO, VNCTIO.

Faciesque vnctionis oleum sanctum,vnguentum compositum opere vnguentarij, & vnges ex eo tabernaculum testimonij. † 30,25.

Vnges tabernaculum cum vasis suis. † 40,9.

Vnctio eorum in sacerdotium sempiternum proficiat. 13.

Qui

ex parte decorticauit eas. † 30,37. † 41,3.

Lignum habet spem, si præcisum fuerit, rursum virescit. † 14,7. † 39,8.

Do spicis adhuc virentibus, torrebis igni. Leuit.2, 14.

Numquid virere potest scirpus absque humore? Iob 8,11.

Qui confidit in diuitiis suis, corruet: iusti autem quasi virens folium germinabunt. Prouerb.11,28.

Gratiam & speciem desiderabit oculus tuus, & super hæc virides sationes. Eccli.40,22.† 43,23.

In cubilibus, in quibus priùs dracones habitabant, orietur viror calami & iunci. Isaiæ 35,7.

Et erit folium eius viride. Ierem.17,8.

Comburam in te omne lignum viride. Ezechiel.20, 47.

In montibus excelsis Israel erunt pascua earum: ibi requiescent in herbis virentibus.† 34.14.

Dirigam eum ego vt abietem virentem: ex me fructus tuus inuentus est. Osee 14,9. Mar.6,39.

Si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? Lucæ 23, 31.

Omne fœnum viride combustum est. Apocal. 8, 7.

Ne læderent fœnum terræ, neque omne viride. † 9, 4.

VIRTVS.

Scit enim omnis populus qui habitat intra portas vrbis meæ, mulierem te esse virtutis. Ruth 3,11.

Virtutes Tobiæ. Filius es optimi viri, & iusti, & timentis Deũ, & eleemosynas facientis. Tob.9,9.

Virtutes quæ sectandæ. Seruite Domino in veritate, & inquirite vt faciatis quæ placita sunt illi: & filiis vestris mandate vt faciant iustitias, & eleemosynas, vt sint memores Dei, & benedicant eum in omni tempore in veritate, & in tota virtute sua. † 14,11, 17.

Quæ etiam sit virtus eorum, vel quis rex militiæ illorum. Iudith 5,3.

Allide virtutem illorum in virtute tua, cadat virtus eorum in iracundia tua. † 9,11.

Da mihi in animo constantiam, vt contemnam illum, & virtutem, vt euertam illum. 14.

Erat etiam virtuti castitas adiuncta. † 16,26.

Virtutes S.Iob. Simplex, & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo. Iob 1,1.

Non egredieris Deus in virtutibus nostris. Psal 43,10. † 59,12.

Dominus virtutum nobiscum. † 45,8.

In Deo faciemus virtutem. 14.

In multitudine virtutis tuæ mentietur tibi inimici tui. † 65.3.

Cùm defecerit virtus mea, ne derelinquas me. † 70,9.

Notam fecisti in populis virtutem tuam. † 76, 15.

Domine Deus virtutum, quousque irasceris? † 79,5.

Ibunt de virtute in virtutem. † 83,8.

In Deo faciemus virtutem. † 107,14.

Domine Domine, virtus salutis meæ. † 139,8.

Laudate eum omnes virtutes eius. † 148,2.

Laudate eum in virtutibus eius. † 150,2.

Probata autem virtus corrigit insipientes. Sap.1,8.

Virtutis quidem nullum signum valuimus ostendere: in malignitate autem nostra consumpti sumus. † 5,13.

Virtus enim tua iustitiæ initium est. † 12,16.

Firmamentum virtutis, tegimen ardoris & vmbraculum meridiani. Eccli.34,19.

Homines diuites in virtute, pulchritudinis studium habentes: pacificantes in domibus suis. † 44, 6.

Detraxi in terram virtutem eorum. Isa.63,6.

Infirmata est virtus mea. Thren.1, 14.

Disce vbi sit prudentia, vbi sit virtus, vbi sit intellectus. Baruch 3,14.

In virtute sua faciebant hæc populo Israel. 1.Mach.1, 61.

Flagellatum eum recipies, si tamen euaserit: eò quòd in loco sit verè Dei quædam virtus. 2.Mach.3,38.

Virtutes Oniæ. Virum bonum, & benignum, verecundum visu, modestum moribus, & eloquio decorum, & qui à puero in virtutibus exercitatus sit. 2.Mach.15,12.

Statuerunt dimicare & confligere fortiter, vt virtus de negotiis iudicaret: eò quòd ciuitas sancta & templum periclitarentur. 17.

Statim Iesus in semetipso cognoscens virtutem quæ exierat de illo. Mar.5,30.

Virtutes cælorum mouebuntur. Lucæ 21,26.

Virtutesque non quaslibet faciebat Deus per manum Pauli: ita vt etiam super languidos deferrentur à corpore eius sudaria. Act.19,11.

Non enim erubesco Euangelium, virtus enim Dei est in salutem omni credenti, Iudæo primum & Græco. Rom.1,16.

Cognoscam non sermonem eorum qui inflati sunt, sed virtutem. 1.Cor.4,19.

Habuimus autem thesaurum istum in vasis fictilibus: vt sublimitas sit virtutis Dei, & non ex nobis. 2.Cor.4,7.

Supra virtutem voluntarij fuerunt. † 8,3.

Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur. † 12,9.

Non enim doctas fabulas secuti, notam fecimus vobis Domini nostri Iesu Christi virtutem & præsentiam. 2.Pet.1,16.

Modicam habes virtutem, & seruasti verbum meum. Apoc.3,8.

Accepisti virtutem tuam magnam, & regnasti. † 11,17.

VIS, VIOLENTA.

Iurgantes fortiter propè vim inferentes. Iudic.8,1.

Vim nequit Michas repellere. Iudic.18,24.

Nunc enim dabis, alioquin tollam vi. 1.Regum 2,16.

Cumque vim faceret, penitus non acquieuit. 4.Reg.5,16.

Vim fecerunt deprædantes pupillos,& vulgum pauperem spoliauerunt. Iob,24,9.

Eiulabunt propter vim brachij tyrannorum. † 35,9.

Vim faciebant qui quærebant animam meam. Psal.37,13.

Nec posse resistere eorum violentiæ, cunctorum auxilio destitutos. Eccles.4,1.

Vim patior,responde pro me. Isa.38,14.

Violabant me ad populum meum,propter pugillum hordei,& fragmen panis. Ezech.13,19.

Qui violenter tollitis pelles eorum desuper eis, & carnem eorum desuper ossibus eorum? Mich.3,2.

Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Matth.11,12.

Gentiles induxit in templum, & violauit sanctum locum istum. Act.21,28.

Si quis autem templum Dei violauerit, disperdet illum Deus. 1.Cor.3,17.

VISCERA.

Commota fuerant viscera eius[Ioseph] super fratre suo. Gen.43,30.

Commota sunt quippe viscera eius super filio suo. 3.Reg.3,26.

Effudit in terra viscera mea. Iob 16,14.

Filiorum suorum necatores sine misericordia, & comestores viscerum hominum. Sap.12,5.

Venter meus ad Moab quasi cithara sonabit,& viscera mea ad murum cocti lateris. Isa.16,11.

Vbi est zelus tuus,& fortitudo tua, multitudo viscerum tuorum? † 63,15.

Conturbata sunt viscera mea super eum [Ephraim] miserans miserebor eius, ait Dominus. Ier.31,20.

Per viscera misericordiæ Dei nostri. Luc.1,78.

Et suspensus crepuit medius, & diffusa sunt omnia viscera eius. Act.1,18.

Viscera eius abundantiùs in vobis sunt, reminiscentis omnium vestrûm obedientiam. 2.Corinth 7,15.

Testis enim mihi est Deus, quomodo cupiam omnes vos in visceribus Iesu Christi. Phil.1,8.

Viscera sanctorum requieuerunt per te,frater. Philem.v.7.

Tu autem illum vt mea viscera suscipe. 12.

VISITO.

Patrem ægrotum visitat Ioseph. Gen.48,1.

Post mortem meam Deus visitabit vos, & adscendere vos faciet de terra ista. † 50,23.

Visitans visitaui vos, & vidi omnia quæ acciderunt vobis in Aegypto. Exod 3,16.

Audieruntque quod visitasset Dominus filios Israel, & quòd respexisset afflictionem eorum. † 4,31.

Iethro visitat Moysen, & eum instruit. † 18,1,22.

Visitans iniquitatem patrum in filios,in tertiam & quartam generationem. † 20,5.

Visitabo & hoc peccatum eorum. † 32,34.

Visitas peccata patrum in filios. Num.14,18.

Visitauit ergo Dominus Annam, & concepit, & peperit tres filios, & duas filias. 1.Reg.2,21.

Samuel visitat subditos. 1.Reg.7,16.

Fratres tuos visitabis, si rectè agant, & cum quibus ordinati sunt,disce. † 17,18.

Languorem simula:cumque venerit pater tuus vt visitet te,dic ei: Veniat,oro, Thamar. 2.Regum 13,5.

Ochozias rex Iuda descenderat ad visitandum Ioram. 4.Reg.9,16.

Visitat rex Ioas Eliseum infirmum. 4.Reg. 13,14.

A facie enim regis,& septem consiliariorum eius missus es, vt visites Iudæam & Ierusalem in lege Dei tui,quæ est in manu tua. 1.Esd.7,14.

Visitat summus sacerdos Iudith. Iudith 15,9.

In die Iudicij visitabit illos. † 16,20.

Venientes visitarent eum, & consolarentur. Iob 2,11.

Visitans speciem tuam non peccabis. † 5,24.

Visitas eũ diluculo,& subitò probas illũ.† 7,18

Visitatio tua custodiuit spiritum meum. † 10,12.

Visitasti terram, & inebriasti eam. † 64,10.

Visita vineam istam. † 79,15.

Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum. † 88,33.

Visita nos in salutari tuo. † 105,4.

Non te pigeat visitare infirmum: ex his enim in dilectione firmaberis. Eccli.7,39.

Nisi ab Altissimo fuerit emissa visitatio, ne dederis in illis cor tuum. † 34,6.

Quid facietis in die visitationis, & calamitatis de longè venientis? Isa.10,3.

Visitabo super fructum magnifici cordis Assur. 12.

Visitabo super orbis mala, & contra impios iniquitatem eorum. † 13,11.

Et erit, post septuaginta annos, visitabit Dominus Tyrum, & reducet eam ad mercedes suas. † 23,17.

Visitabit Dominus super militiam cæli in excelso. † 24,21.

Dominus egredietur de loco suo, vt visitet iniquitatem habitatoris terræ. † 26,21.† 27,1.

Ponam visitationem tuam pacem,& præpositos tuos iustitiam. † 60,17.

Vi-

Visitabo super omnem qui circumcisum habet præputium, super Aegyptum, & super Iuda, & super Edom. Ier.9,24.

Visitabo super eos: iuuenes morientur in gladio, filij eorum. † 11,22.

Visitabo super eos quatuor species, dicit Dominus, gladium ad occisionem, & canes ad lacerandum, & volatilia cæli, & bestias terræ ad deuorandum, & dissipandum. † 15,3.

Visitabo super vos iuxta fructum studiorum vestrorum. † 21,14.

Dispersistis gregem meum, & eiecistis eos, & non visitastis eos: ecce ego visitabo super vos malitiam studiorum vestrorum. † 23,2.

Visitabo super regem Babylonis, & super gentem illam, dicit Dominus iniquitatem eorum. † 25,12.

In Babylonem ducet Sedeciam, & ibi erit donec visitem eum. † 32,5.

Visitabo contra eum, & contra semen eius, & contra seruos eius iniquitates suas. † 36,31.

Visitabo super habitatores terræ Aegypti, sicut visitaui super Ierusalem, in gladio, & fame, & peste. † 44,13.

Visitabo super tumultũ Alexandriæ. † 46,25.

Visitabo regem Babylonis, & terram eius, sicut visitaui Assur. † 50,18.

Visitabo super sculptilia eius, & in omni terra eius mugiet vulneratus. † 51,52.

Visitauit iniquitatem tuam filia Edom. Thren.4,22.

Appropinquauerunt visitationes vrbis, & vnusquisque vas interfectionis habet in manu sua. Ezech.9,1.

Sicut visitat pastor gregem suum, in die quando fuerit in medio ouium suarum dissipatarum. † 34,12.

Post dies multos visitaberis, in nouissimo annorum venies ad terram, quæ reuersa est à gladio. † 38,8.

Visitabo super eam dies Baalim, quibus accendebat incensum. Osee 2,13.

Et erit sicut populus, sic sacerdos: & visitabo super eum vias eius, & cogitationes eius reddam ei. † 4,9.

Non visitabo super filias vestras cùm fuerint fornicatæ. 14.

Venerunt dies visitationis, venerunt dies retributionis. † 9,7.

Visitabo super principes, & super filios regis. Soph.1,8.

Nam ipse qui habet in cælis habitationem, visitator & adiutor est loci illius, & venientes ad malefaciendum percutit ac perdit. 2.Mach.3,39.

Visitauit & fecit redemptionem plebis suæ. Luc.1,68.

Quia propheta magnus surrexit in nobis, & quia Deus visitauit plebem suam. † 7,16.

Non relinquent in te lapidem super lapidem eò quòd non cognoueris tempus visitationis tuæ. † 19,44.

Reuertentes visitemus fratres per vniuersas ciuitates, in quibus prædicauimus. Act.15,36.

Religio munda & immaculata apud Deum, & patrem, hæc est: visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum, & immaculatum se custodire ab hoc sæculo. Iac.1,27.

VITALIS.

Adipem qui operit ventrem, & qui tegit vniuersa vitalia. Leuit.3,14.

Et qui insufflauit ei spiritũ vitalem. Sap.15,11.

Anima omnis vitalis denuntiauit. Eccli.16,31.

VITIS.

Videbam coram me vitem, in qua erant tres propagines, crescere paulatim in gemmas, & post flores vuas maturescere: calicemque Pharaonis in manu mea. Gen.40,10.

Locutaque sunt ligna ad vitem: Veni & impera nobis. Iudic.9,12.

Inuenitque quasi vitem siluestrẽ. 4.Reg.4,39.

Vxor tua sicut vitis abundans. Psal.127,3.

Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odoris. Eccli.24,23.

Omnis locus vbi fuerint mille vites, mille argenteis, in spinas & in vepres erunt. Isa.7,23.

Luxit vindemia, infirmata est vitis, ingemuerunt omnes qui lætabantur corde. † 24,7.

Quid fiet de ligno vitis ex omnibus lignis nemorum? Ezech.15,2.

Quomodo lignum vitis inter ligna siluarum, quod dedi igni ad deuorandum, sic tradam habitatores Ierusalem. 6.

Vitis frondosa Israel, fructus adæquatus est ei. Osee 10,1.

Iam non bibam de hoc genimine vitis. Marci 14,25.

Ego sum vitis vera. Ioan.15,1.

VITIVM.

Non immolabis Domino Deo tuo ouem, & bouem, in quo est macula, aut quippiam vitij: quia abominatio est Domino. Leuit.17,1 Iudic.9,19.

Ossa eius implebuntur vitiis adolescentiæ eius, & cum eo in puluere dormient. Iob 20,11.

Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis. Gal.5,24.

VITRVM.

Non adæquabitur ei aurum vel vitrum. Iob 28,17. Prou.23,31. Apoc.15,2. † 21,18.

VITTA.

Ligabis eam [laminam] vitta hyacinthina. Exod.28,37.

Et recurrat vitta aurea. Eccles.12,6.

Sicut vitta coccinea labia tua. Cant.4,3.

Vittæ lineæ erunt in capitibus eorum, & feminalia linea erunt in lumbis eorum. Ezech. 44,18.

VITVLAMEN.

Spuria vitulamina non dabunt radices altas, nec stabile firmamentum collocabunt. Sap.4,3.

VITVLVS.

Vitulum pro peccato offeres per singulos dies ad expiandum. Exod.29,36.

Inaures, &c. & fecit ex eis vitulum conflatilem. † 32,4.19.

Arripiensque vitulum quem fecerant, combussit & contriuit vsque ad puluerem, quem sparsit in aquam, & dedit ex eo potum filiis Israel. 20.

Vitulum efferet extra castra atque comburet. Leuit.4,21.

Tolle de armento vitulum pro peccato, & arietem in holocaustũ, vtrumque immaculatũ. † 9,2.

Si non arassetis in vitula mea, non inuenissetis propositionem meam. Iudic.14,18.

Recludite vitulos earum domi. 1.Reg.6,7. † 16,2. † 28,24.

Excogitato consilio [Ieroboam] fecit duos vitulos aureos, & dixit eis: Nolite vltrà ascendere in Ierusalem: Ecce dij tui Israel, qui te eduxerunt de Terra Aegypti. 3.Reg.12,28.

Circumdederunt me vituli multi, tauri pingues obsederunt me. Psal.21,13.

Comminuet eas tamquã vitulũ Libani. † 28,6

Non accipiam de domo tua vitulos. † 49,9.

Tunc imponent super altare tuum vitulos. † 50,21.

Placebit Deo super vitulum nouellum. † 68,32. † 105,19.

Cor meum ad Moab clamabit, vectes eius vsque ad Segor vitulam conternantem. Isa.15,5.

Vitulum, quem conciderunt in duas partes, & transierunt inter diuisiones eius. Ier.34,18.

Vitula elegans atque formosa Aegyptus: stimulator ab Aquilone veniet ei. † 46,20. † 48,34.

Proiectus est vitulus tuus Samaria: iratus est furor meus in eos. Osee 8,5.

In aranearum telas erit vitulus Samariæ. 6.

Ephraim vitula docta diligere trituram. † 10,11.

Adducite vitulum saginatum. Luc.15,23.

Vitulum fecerunt in diebus illis, & obtulerunt hostiam simulachro, & lætabantur in operibus manuum suarum. Act.7,41.

VITVPERO.

Deuitantes hoc ne quis nos vituperet, in hac plenitudine quæ ministratur à nobis 2.Cor.8,20.

Audiui vituperationem multorum commorantium in circuitu. Psal.30,14.

Priusquam interroges, ne vituperes quemquam: & cùm interrogaueris, corripe iustè. Eccli.11,7.

Vituperauit eum, propterea quòd concupierat regnum eius. 1.Mach.11,11. Heb.8,8.

VIVIFICO.

Dominus mortificat & viuificat. 1. Reg.2,6.

Virum & mulierem non viuificabat Dauid. † 27,11.

Mensus est autem duos funiculos, vnum ad occidendum, & vnum ad viuificandum. 2.Reg.8,2.

Maria, & omnia quæ in eis sunt: & tu viuificas omnia hæc. 2.Esd.9,6.

Spiritus Dei fecit me, & spiraculum Omnipotentis viuificauit me. Iob 33,4.

Deus tu conuersus viuificabis nos. Psal.84,7.

Viuifica me: & custodiam sermones tuos. † 118,17.

In æternum non obliuiscar iustificationes tuas: quia in ipsis viuificasti me. 93.

Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me. † 137,7.

Corripies me, & viuificabis me. Isa.38,16.

Et in sancto habitans, & cum contrito & humili spiritu: vt viuificet spiritum humilium, & viuificet cor contritorum. † 57,15.

Et cùm caperent animas populi mei, viuificabant animas eorum, &c. vt interficerent animas quæ non moriuntur, & viuificarent animas, quæ non viuunt. Ezech.13,18.

Cùm auerterit se impius ab impietate sua, quam operatus est, & fecerit iudicium, & iustitiam: ipse animam suam viuificabit. † 18,27.

Viuificabit nos post duos dies: in die tertia suscitabit nos, & viuemus in conspectu eius. Sciemus, sequemurque vt cognoscamus Dominum. Osee 6,3.

Domine opus tuum, in medio annorum viuifica illud. Hab.3,2.

Quicumque perdiderit illam [animam] viuificabit eam. Luc.17,33.

Sicut enim Pater suscitat mortuos, & viuificat: sic & Filius quos vult, viuificat. Ioan.5,21.

Spiritus est qui viuificat: caro non prodest quidquam. † 6,64.

Afflixit patres nostros, vt exponerent infantes suos ne viuificarentur. Act.7,19.

Qui viuificat mortuos, & vocat ea quæ non sunt, tamquam ea quæ sunt. Rom.4,17.

Si Spiritus eius qui suscitauit Iesum à mortuis habitat in vobis, &c. viuificabit & mortalia corpora vestra, propter inhabitantem Spiritum eius in vobis. † 8,11.

Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. 1.Cor.15,22.

Quod seminas, non viuificatur, nisi prius moriatur. 36.

Factus est primus Adam in animam viuentem, nouissimus Adam in spiritum viuificantem. 45.

Litera enim occidit: Spiritus autem viuificat. 2.Cor.3,6. Gal.3,21.

Præcipio tibi coram Deo, qui viuificat omnia. 1.Tim.6,13.

Vt nos offerret Deo, mortificatus quidem carne, viuificatus autem spiritu. 1.Pet.3,18.

VIVO, VITA.

Vocauit Adam nomen vxoris suæ, Heua, eò quòd mater esset cunctorum viuentiũ. Gen. 3, 20.

Tædet me vitæ meæ propter filias Heth. † 27, 46.

Facite quæ dixi, & viuetis: Deum enim timeo. † 42, 18.

Vita breuitas. Dies peregrinationis meæ centum triginta annorum sunt, parui & mali. † 47, 8.

Ad amaritudinem perducebant vitam eorum operibus duris luti ac lateris. Exod. 1, 14. † 23, 26.

Viuant & non moriantur, si tetigerint sancta sanctorum. Num. 4, 19.

Viuo ego, & implebitur gloria Domini vniuersa terra. † 14, 21.

Descenderuntque viui in infernum, operti humo. † 16, 31.

Probauimus hodie, quòd loquente Deo cum homine, vixerit homo. Deut. 5, 24. † 22, 7.

Erit vita tua quasi pendens ante te. † 28, 65.

Quòd proposuerim vobis vitam, vt & tu viuas & semen tuum. † 30, 19.

Ipse est enim vita tua, & longitudo dierum tuorum. 20.

Viuo ego in æternum. † 32, 40.

Viuat Ruben, & non moriatur, & sit paruus in numero. † 33, 6.

Fecit Iosue viuere, & habitauerunt in medio Israel. Ios. 6, 25.

Viuit Dominus, quia si seruassetis eos, non vos occiderem. Iudic. 8, 19.

Viuit Dominus. Ruth 3, 13.

Viuat rex. 1. Reg. 10, 24.

Vita integra Samuelis. † 12, 3.

Viuit Dominus saluator Israel, quia si per Ionathan filium meum factum est, absque retractatione morietur. † 14, 39.

Exprobrauit acies Dei viuentis? † 17, 26.

Viuit anima tua, rex, si noui. 55.

Quis ego sum, aut quæ est vita mea, aut cognatio mea in Israel vt fiam gener regis. † 18, 18

Et si vixero, facies mihi misericordiam Domini: si verò mortuus fuero, non auferes misericordiam tuam à domo mea vsque in sempiternũ 14.

Filius Isai vixerit super terram, non stabilieris tu, neque regnum tuum. 31.

Viuit Dominus, & viuit anima tua, qui prohibuit te ne venires in sanguinem, & saluauit manum tuam tibi. † 25, 26.

Viuat rex Adonias. 3. Reg. 1, 25.

Viuat dominus meus Dauid in æternum. 31.

Viuat rex Salomon. 34.

En viuit filius tuus. † 17, 23.

Viuos eos capite. † 20, 18.

Seruus tuus Benadad dicit: Viuat, oro te, anima mea. 32.

Viuit Dominus, & viuit anima tua, quia non derelinquam te. 4. Reg. 2, 2.

Capiemus eos viuos, & tunc ciuitatem ingredi poterimus. † 7, 12.

Vita prolongata. Addam diebus tuis quindecim annos, & de manu regis Assyriorum liberabo te. † 20, 6.

Daret nobis vitam modicam in seruitute nostra. 1. Esd. 9, 8.

Rex in æternum viue: Quare non mœreat vultus meus, quia ciuitas domus sepulchrorum patris mei deserta est, & portæ eius combustæ sunt igni. 2. Esd. 2, 3.

Melius est enim vt captiui benedicamus Dominum viuentes, quàm moriamur. Iudith 7, 16.

Viuit enim Nabuchodonosor rex terræ, & viuit virtus eius, quæ est in te ad correptionem omnium animarum errantium. † 11, 5.

Vitam exponit Iudith pro populo. Non recedat laus tua de ore hominum, qui memores fuerint virtutis Domini in æternum, pro quibus non pepercisti animæ tuæ. † 13, 25.

Vt absque vllo terrore vitam silentio transigentes. Esth. 13, 2.

Vitam illam expectamus, quam Deus daturus est his qui fidem suam numquam mutant ab eo. Tob. 2, 18.

Facit [eleemosyna] inuenire misericordiam & vitam æternam. † 12, 9.

Postquam illuminatus est Tobias, vixit annis quadraginta duobus. † 14, 1.

Reliquum verò vitæ suæ in gaudio fuit, & cum bono profectu timoris Dei perrexit in pace. 4.

Quare misero data est lux, & vita his qui in amaritudine animæ sunt? Iob 3, 20.

Memento quia ventus est vita mea. † 7, 7.

Vitam & misericordiam tribuisti mihi. † 10, 12.

Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miseriis. † 14, 1.

Quare ergo impij viuunt? † 21, 7.

Vita ipsa putabantur indigni. † 30, 2.

Vixit autem Iob post hæc, centum quadraginta annis. † 42, 16.

Viuit Dominus, & benedictus Deus meus. Psal. 17, 47.

Vitam petiit à te, & tribuisti ei. † 20, 5.

Quis est homo qui vult vitam? † 33, 13.

Vita impiorum & homicidarum breuitas. Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos. † 54, 24.

Vitam meam annuntiaui tibi. † 55, 9.

Melior est misericordia tua super vitas. † 62, 4.

Posuit animam meam ad vitam. † 65, 9.

Quærite Deum, & viuet anima vestra. † 68, 33.

Vita mea inferno appropinquauit. † 87, 4.

Nos qui viuimus, benedicimus Domino. † 113, 27.

Viuet anima mea, & laudabit te, & iudicia tua adiuuabunt me. † 118, 175.

Illic mandauit Dominus benedictionem & vitam

vitam vsque in sæculum. † 132, 3.

Relinquite infantiam,& viuite. Prou. 9,6.

Via vitæ custodienti disciplinam. † 10,17.

Quid habet amplius sapiens à stulto? & quid pauper, nisi vt pergat illuc vbi est vita? Ecclef.6,8.

Nemo est qui semper viuat, & qui huius rei habeat fiduciam. † 9,4.

Transibit vita nostra tamquam vestigium nubis. Sap.2,3.

Grauis est nobis etiam ad videndum,quoniam dissimilis est aliis vita illius. 15.

Si quidem longæ vitæ erunt, in nihilum computabuntur. † 3,17.

Aetas senectutis vita immaculata. † 4,9.

Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam. † 5,4.

Iusti autem in perpetuum viuent. 16.

Vnus ergo introitus ad vitam,& similis exitus. † 7,6.

Pro vita rogat mortuum. † 13,18.

Aestimauerunt lusum esse vitam nostram. † 15,12.

Confirmentur ad legitimam vitam. Prolog. Eccli.

Qui honorat patrem suum, vita viuet longiore. Eccli.3,7.

Omnis potentatus breuis vita. † 10,11.

Bona & mala,vita & mors, paupertas & honestas à Deo sunt. † 11,14.

Ante hominem vita & mors, bonum & malum:quod placuerit ei,dabitur illi. † 15,18.

Vita breuitas. Numerus dierum hominum vt multum centum anni: quasi guttæ aquæ maris deputati sunt: & sicut calculus arenæ, sic exigui anni in die æui. † 18,8.

Qui elucidant me, vitam æternam habebunt. † 24,31.

Initium vitæ hominis aqua & panis. † 29,28.

Melior est victus pauperis sub tegmine asserum, quàm epulæ splendidæ in peregrè sine domicilio. † 29,29.

Melior est mors,quàm vita amara. † 30,17.

Quid defraudat vitam? mors. † 31,34.

Vita viri in numero dierum: dies autem Israel innumerabiles sunt. † 37,28.

Initium necessariæ rei vitæ hominum aqua, ignis,& ferrum, sal, lac, & panis similagineus, & mel, & botrus vuæ, & oleum,& vestimentum. † 39,31.

Bonæ vitæ numerus dierum: bonum autem nomen permanebit in æuum. † 41,16.

Nos vita viuimus tantùm. † 48,12.

Addidit regi vitam. 26.

Vita mea erat appropinquans in inferno deorsum. † 51,9.

Viuent mortui tui, interfecti mei resurgent: expergiscimini & laudate qui habitatis in puluere:quia ros lucis ros tuus. Isaiæ 26,19.

Præcisa est velut à texente vita mea. † 38,12.

Viuens viuens ipse confitebitur tibi. 19.

Hæc dicit Dominus: Ecce ego do coram te viam vitæ & viam mortis: qui habitauerit in vrbe hac, morietur gladio, & fame, & peste. Ierem.21,8.

In tabernaculis habitabitis cunctis diebus vestris, vt viuatis diebus multis super faciem terræ in qua vos peregrinamini. † 35,7.

Viuit Dominus, qui fecit nobis animam hanc, si occidero te, & si tradidero te in manus virorum istorum, qui quærunt animam tuam. † 38,16.

Lapsa est in lacum vita mea, & posuerunt lapidem super me. Thren.3,53.

Et lex quæ est in æternum: omnes qui tenent eam,peruenient ad vitam: qui autem dereliquerunt eam,in mortem. Baruch 4,1.

Viuens viuet quia annuntiasti ei, & tu animam tuam liberasti. Ezech.3,21.

Adhuc in viuentibus vita eorum. † 7,13.

Omnis anima viuens, quæ serpit, quocumque venerit torrens, viuet. † 47,9.

Multi de his qui dormiunt in terræ puluere, euigilabunt, alij in vitam æternam,& alij in opprobrium vt videant semper. Dan.12,2.

Viuificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos. Osee 6,3.

Quærite Dominum & viuite, ne fortè comburatur vt ignis domus Ioseph, & deuorabit, & non est qui extinguat Bethel. Amos 5,6.

Non viues, quia mendacium locutus es. Zachar.13,3.

Quò ergo nobis adhuc viuere? 1. Mach.2,13.

Quòd parati sunt aut viuere aut mori fortiter. † 4,35.

Vt inuocaret Altissimum, vt vitam donaret ei, qui in supremo spiritu erat constitutus. 2.Machab 3,31.

Destinauit non admittere illicita propter vitæ amorem. † 6,20.

Et vt ipse alios tractauerat, peregrè in montibus miserabili obitu vita functus est. † 9,28.

Multis precibus postulabat vt viuus dimitteretur. † 12,24.

Centuplum accipiet,& vitam æternam possidebit. Matth.19,29.

Ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam. † 25,46.

Hæc verò de penuria sua omnia quæ habuit misit totum victum suum. Mar.12,44.

Quid quæritis viuentem cũ mortuis? Luc.24,5.

In ipso vita erat. Ioan.1,4.

Qui autem incredulus est Filio,non videbit vitam,sed ira Dei manet super eum. † 3,36.

Qui verbum meum audit,& credit ei qui misit me, habet vitam æternam. † 5,24.

Ego vitam æternam do eis, & non peribunt in æternum. † 10,28.

Omnis qui viuit, & credit in me, non morietur in æternum. † 11,26.

Hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum. † 17,3.

Auctorem verò vitæ interfecistis, quem Deus suscitauit à mortuis. Act.3,15.

Et indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad Gentes. † 13,46.

Cùm ipse det omnibus vitam, & inspirationem, & omnia. † 17,25.

In ipso enim viuimus, & mouemur, & sumus. 28.

Tolle de terra huiusmodi: non enim fas est eum viuere. † 22,22.

Petentes, & acclamantes, non oportere viuere eum ampliùs. Act.25,24.

Si autem mortui sumus cum Christo; credimus quia simul etiã viuemus cum Christo. Rom.6,8.

Quod enim mortuus est, peccato mortuus est semel: quod autem viuit, viuit Deo. 10.

Nemo enim nostrûm sibi viuit, & nemo sibi moritur. † 14,7.

Quoniam supra modum grauati sumus supra virtutem, ita vt tæderet nos etiam viuere. 2 Cor.1,8.

Semper mortificationem Iesu in corpore nostro circumferentes, vt & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris. † 4,10.

Vt absorbeatur, quod mortale est, à vita. † 5,4.

Nam & nos infirmi sumus in illo: sed viuemus cum eo ex virtute Dei in vobis. † 13,4.

Viuo ego, iam non ego, viuit verò in me Christus. Gal.2,20.

Alienati à vita Dei, per ignorantiam quæ est in illis. Ephes.4,18.

Et nunc magnificabitur Christus in corpore meo, siue per vitam, siue per mortem. Phil.1,20.

Mihi enim viuere Christus est, & mori lucrum. 21.

Cùm Christus apparuerit vita vestra; tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria. Col 3,4.

Viuimus, si vos statis in Domino. 1.Thess.3,8.

Qui mortuus est pro nobis: vt siue vigilemus, siue dormiamus, simul cum illo viuamus. † 5,10.

Thesaurizare sibi bonum fundamentum in futurum, vt apprehendant veram vitam. 1.Timoth.6,19.

Iesu Christi, qui destruxit quidem mortem, illuminauit autem vitam, & incorruptionem per Euangelium. 2.Tim.1,10.

Viuus est enim sermo Dei & efficax. Heb.4,12.

Secundùm virtutem vitæ insolubilis. † 7,16.

Saluare in perpetuum potest accedentes per semetipsum ad Deum: semper viuens ad interpellandum pro nobis. 25.

Quæ est enim vita vestra? vapor est ad modicũ parens, & deinceps exterminabitur. Pro eo vt dicatis: Si Dominus voluerit, &: Si vixerimus. Iac.4,15.

Deglutiens mortem, vt vitæ æternæ heredes efficeremur. 1.Pet.3,22.

Vita manifestata est, & vidimus, & testamur. 1.Ioan.1,2.

Et hæc est repromissio, quam ipse pollicitus est nobis, vitam æternam. † 2,25.

Et hoc est testimonium, quoniam vitam æternam dedit nobis Deus. † 5,11.

Nomen habes quòd viuas, & mortuus es. Apoc.3,1.

Viui missi sunt hi duo in stagnum ignis ardentis sulphure. † 19,20.

Ceteri mortuorum non vixerunt, donec consummentur mille anni. † 20,5.

VIX.

Vir autem sapiens vix tacitè ridebit. Eccli. 21,23.

Adolescens loquere in tua causa vix. † 32,10.

Vix enim pro iusto quis moritur: nam pro bono forsitan quis audeat mori. Rom.5,7.

Et si iustus vix saluabitur, impius & peccator vbi parebunt? 1.Pet.4,18.

VLAI.

Vidi autem in visione esse me super portam Vlai. Dan.8,2,16.

VLAM.

Fueruntque filij Vlam viri robustissimi, & magno robore tendentes arcum. 1.Par.8,40.

VLCISCOR, VLTIO, VLTOR.

Septuplum vltio dabitur de Cain: de Lamech verò septuagies septies. Gen.4,24.

In die vltionis visitabo & hoc peccatum eorum. Exod.32,34.

Non quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum. Leuit.19,18.

Vltio in peccatores grauissima. † 26,16.

Scietis vltionem meam: quoniam sicut locutus sum, ita faciam multitudini huic pessimæ, quæ consurrexit aduersum me: in solitudine hac deficiet & morietur. Num.14,35.

Vlciscere priùs filios Israel de Madianitis, & sic colligêris ad populum tuum. † 31,2.

Nam & in diis eorum exercuerat vltionem. † 33,4.

Mea est vltio, & ego retribuam in tempore. Deut.32,35.

Reddam vltionem hostibus meis. 41.

Sanguinem seruorum suorum vlciscetur. 43.

Numquid vltores estis Baal, vt pugnetis pro eo? qui aduersarius est eius, moriatur antequam lux crastina veniat: si Deus est, vindicet se de eo qui suffodit aram eius. Iudic.6,31.

Vltio in exprobratores. † 8,16. † 9,5.

Adhuc ex vobis expetam vltionem, & tunc quiescam. Iudic.15,7.

Redde mihi nunc fortitudinem pristinam Deus

Deus meus, vt vlciscar me de hostibus meis. † 16,28. † 1.Reg.14,24.

Vlciscatur me Dominus ex te: manus autem mea non sit in te. 1.Reg.24,13.

Quòd effuderis sanguinem innoxium, aut ipse te vltus fueris. † 25,31.

Prohibuisti me hodie ne irem in sanguinem, & vlciscerer me manu mea. 33.

Mortuus est [Abner] in vltionem sanguinis Asael fratris eius. 2.Reg.3,27. † 4,8.

Non multiplicentur proximi sanguinis ad vlciscendum. † 14,11. 3.Reg.2,31. † 14,10.

Vlciscar sanguinem seruorum meorum prophetarum, & sanguinem omnium seruorum Domini, de manu Iezabel. 4.Reg.9,7. † 24,3. 2.Par.24,23.

Vltio in Ioas regem, qui Zachariam occiderat: occiditur ipse in lecto à seruis. 2.Par.24.† 36,17.

Ipse simul vltioni subiaceas. Iudith 6,6.

Contestamur hodie cælum & terram, & Deum patrum nostrorum, qui vlciscitur nos secundùm peccata nostra, vt iam tradatis ciuitatem. † 7,17. † 8,18.

Non vlciscamur nos pro his quæ patimur. † 8,26.

Vlciscatur se de inimicis suis. † 13,27. Esth.8,11.

Reuertente semper anno, solemni celebrarent honore; quia in ipsis diebus se vlti sunt Iudæi de inimicis suis. Esth.9,22.

Vltor iniquitatum gladius est. Iob 19,29.

Vltio sanguinis seruorum tuorum qui effusus est. † 78,10.

Deus vltionum Dominus, Deus vltionum liberè egit. † 93,1.

Vlciscens in omnes adinuentiones eorum. † 98,8.

Omnes gentes circuierunt me, & in nomine Domini quia vltus sum in eos. † 117,10.

Dies vltionis Domini, annus retributionum iudicij Sion. Isa.34,8.

Deus vester vltionem adducet retributionis. † 35,4.

Vltionem capiam, & non resistet mihi homo. † 47,3.

Indutus est vestimentis vltionis, & opertus est quasi pallio zeli. † 59,17.

Vt prædicarem annum placabilem Domino, & diem vltionis Deo nostro. † 61,2.

Dies enim vltionis in corde meo, annus redemptionis meæ venit. † 63,4.

Vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebat. Numquid super his non visitabo, dicit Dominus? & in gente tali non vlciscetur anima mea? Ier.5,9. † 9,9.

Videam vltionem tuam ex eis: tibi enim reuelaui causam meam. † 11,20. † 20,12.

Vltio in reges variorum regnorum. † 25,28.

Vltio in mendacem prophetam. † 29,31.

Vltio in retrahentes liberos ad seruitutem. † 34,17.

Dies autem ille Domini Dei exercituum, dies vltionis, vt sumat vindictam de inimicis suis. † 46,10.

Vltionem accipite de ea, sicut fecit, facite ei. † 50,15.

Vox fugientium, & eorum qui euaserunt de terra Babylonis, vt annuntient in Sion vltionem Domini. † 50,28.

Vltio Domini est, vltio templi tui. † 51,11.

Iudicabo causam tuam, & vlciscar vltionem tuam, & desertum faciam mare eius, & siccabo venam eius. 36.

Vltio grauis. Ergóne comedent mulieres fructum suum, paruulos ad mensuram palmæ: si occiditur in sanctuario Domini sacerdos, & propheta? Thren.2,20. † 3,4.

Dabo vltionem meam super Idumæam per manum populi mei Israel. Ezech.25,14.

Abiit Ephraim ad Assur, & misit ad regem Vltorem, & ipse non poterit sanare vos. Osee 5,13.

Numquid vltionem vos reddetis mihi? & si vlciscimini vos contra me, citò velociter reddam vicissitudinem vobis super caput vestrum. Ioel 3,4.

Faciam in furore, & in indignatione vltionem in omnibus gentibus quæ non audierunt. Mich. 5,14.

Deus æmulator & vlciscens Dominus. Nahum 1,1.

Vltio in pastorem negligentem. Gladius super brachium eius, & super oculum dextrum eius, brachium eius ariditate siccabitur. Zach.11,17.

Vltio in festiuitatem negligentes. Zach.14,17.

Multo tempore non sinere peccatoribus ex sententia agere, sed statim vltiones adhibere, magni beneficij est indicium. 2.Mach.6,13.

Qui in regionibus non intrent in eam, quia dies vltionis hi sunt. Luc.21,22.

Vtique homicida est homo hic, qui cùm euasisset de mari, vltio non finit eum viuere. Actorum 28,4.

VLCVS.

Factaque sunt vlcera vesicarum turgentium. Exod.9,10.

Percutiat te Dominus vlcere Aegypti, & partem corporis per quam stercora egeruntur, scabie quoque & prurigine: ita vt curari nequeas. Deut.28,27.

Percutiat te Dominus vlcere pessimo in genibus & in suris, sanarique non possis. 35.

Massam ficorum, &c. & posuissent super vlcus eius, curatus est. 4.Reg.20,7.

Egressus igitur satan à facie Domini, percussit Iob vlcere pessimo, à planta pedis vsque ad verticem eius. Iob 2,7.

Time Deum,& recede à malo: sanitas quippe erit vmbilico tuo. Prou.3,8.

Vmbilicus tuus crater tornatilis. Cant.7,2.

Quando nata es,in die ortus tui non est præcisus vmbilicus tuus. Ezech.16,4.

Qui possidere cœpit & esse habitator vmbilici terræ. † 38,12.

VMBRA, VMBRACVLVM.

Habitabitis in vmbraculis, septem diebus. Leuit.23,42.

Sub vmbra mea requiescite. Iudic.9,15.

Vmbras montium vides quasi capita hominum,& hoc errore deciperis. 36.

Obdormiuit [Elias] in vmbra iuniperi. 3.Regum 19,5.

Bibebat ipse & reges in vmbraculis. † 20,12.

Facile est vmbram crescere decem lineis. 4.Reg.20,10.

Inuocauit itaque Isaias propheta Dominum, & reduxit vmbram per lineas quibus iam descenderat in horologio Achaz. 11.

Obscurent eum tenebræ & vmbra mortis. Iob 3,5.

Sicut seruus desiderat vmbram. † 7,2.

Hesterni quippe sumus, & ignoramus quoniã sicut vmbra dies nostri sunt super terram. † 8,9.

Fugit velut vmbra. † 14,2.

Sub vmbra dormit in secreto calami,& in locis humentibus. † 40,16.

Protegunt vmbræ vmbram eius. 17.

Si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. Psal.22,4.

Cooperuit nos vmbra mortis. † 43,20.

In vmbra alarum tuarum sperabo,donec transeat iniquitas. † 56,2.

Operuit montes vmbra eius,& arbusta eius cedros Dei. † 79,11.

Dies mei sicut vmbra declinauerunt, & ego sicut fœnum arui. † 101,12.

Eduxit eos de tenebris & vmbra mortis,& vincula eorum disrupit. † 106,14.

Sicut vmbra, cùm declinat, ablatus sum. † 108,23.

Dies eius sicut vmbra prætereunt. † 143,4.

Quasi vmbra transeant qui non timent faciem Domini. Eccles.8,13.

Sub vmbra illius,quem desideraueram,sedi:& fructus eius [illegible]cis gutturi meo. Cant.2,3.

Vmbræ [illegible]n transitus est tempus nostrum. Sap.2,5.

Transierunt omnia illa tamquam vmbra. † 5,9.

Quasi qui apprehendit vmbram,& persequitur ventum, sic & qui attendit ad visa mendacia. Eccli.34,2.

Derelinquetur filia Sion vt vmbraculum in vinea. Isaiæ 1,8.

Tabernaculum erit in vmbraculum diei ab æstu,& in securitatem & absconsionem à turbine & à pluuia. † 4,6.

Vmbra petræ prominentis in terra deserta. † 32,2.

Dereliquit quasi leo vmbraculum suum, quia facta est terra eorum in desolationem à facie iræ columbæ. Ierem.25,38.

In vmbra tua viuemus in Gentibus. Thren. 4,20.

Orate pro vita Nabuchodonosor, &c. vt viuamus sub vmbra Nabuchodonosor. Baruch 1,12.

Cumque extendisset vmbram suam, in ramis eius fecerunt nidos omnia volatilia cæli. Ezechiel.31,6.

Et egressus est Ionas de ciuitate,& fecit sibimet vmbraculum ibi, & sedebat subter illud in vmbra, donec videret quid accideret ciuitati. Ionæ 4,5.

Vt veniente Petro,saltem vmbra illius obumbraret quemquam illorum,& liberarentur ab infirmitatibus suis. Act.5,15.

Quæ sunt vmbra futurorum : corpus autem Christi. Col.2,17.

Cùm essent qui offerrent secundùm legem munera, qui exemplari, & vmbræ deseruiunt cælestium. Heb.8,5.

Vmbram habens lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum. † 10,1.

VNANIMIS.

Vnanimes preces suas Domino effuderunt. Iudith 6,14.

Tu verò homo vnanimis, dux meus & notus meus. Psal.54,14. † 82,6. Eccli.6,12.

Erant perseuerantes vnanimiter in oratione. Act.1,14. † 2,46. Rom.15,6.

Omnes vnanimes, compatientes, fraternitatis amatores. 1.Pet.3,8.

VNCIA.

Cuius ferrum hastæ trecentas vncias appendebat. 2.Reg.21,16.

VNCINVS.

Facies & vncinos ex auro. Exod.28,13.

Et ecce vncinus pomorum. Amos 8,1.

VNDA.

Stetit vnda fluens. Exod.15,8.

VNDECIM.

Stellas vndecim adorare me. Gen.37,9.

Facies & saga cilicina vndecim. Exod.26,7.

Die tertio offeretis vitulos vndecim. Numeror.29,20. Ezech.40,49. Mar.16,14. Apocalyp.21,20.

VNGO, VNCTIO.

Faciesque vnctionis oleum sanctum,vnguentum compositum opere vnguentarij, & vnges ex eo tabernaculum testimonij. † 30,25.

Vnges tabernaculum cum vasis suis. † 40,9.

Vnctio eorum in sacerdotium sempiternum proficiat. 13.

Qui

Qui vncti sunt, & quorum repletæ & consecratæ manus vt sacerdotio fungerentur. Nu. 3,3.

Lauare igitur, & vngere, & induere cultioribus vestimentis. Ruth 3,3.

Vnges eum ducem. 1.Reg.9,16. † 10,1.

Me misit Dominus vt vngerem te in regem super populum eius Israel. † 15,1,17.

Vnge eum [Dauidem] ipse est enim. † 16,12.

Vnctio in regem quid faciat. Directus est Spiritus Domini à die illa in Dauid, & deinceps. 13.

Clypeus Saul, quasi non esset vnctus oleo. 2.Reg.1,21.

Vnxerunt ibi Dauid, vt regnaret super domum Iuda. 2 Reg.2,4.

Vnxeruntque Dauid in regem super Israel. † 5,3.

Vnxeruntque eum [Salomonem] Sadoc sacerdos, & Nathan propheta regem in Gihon. 3.Reg.1,45.

Vnges Hazael regem super Syriam. † 19,15.

Vnxi te regem super Israel. 4.Reg.9,3.

Vnxerunt eum [Ioachaz] & constituerunt eum regem pro patre suo. † 23,30.

Lauit corpus suum, & vnxit se myro optimo. Iudith 10,3.

Vnxit faciem suam vnguento. † 16,10.

Pro vnguentis variis, cinere & stercore impleuit caput. Esth.14,2.

Ponet quasi cùm vnguenta bulliunt. Iob 41,22.

Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ. Psalmo 44,8.

Sicut vnguentum in capite. † 132,2.

Melius est nomen bonum quàm vnguenta pretiosa. Eccles.7,2.

Muscæ morientes perdunt suauitatem vnguenti. † 10,1.

Meliora sunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis. Cant.1,2.

Vino pretioso & vnguentis nos impleamus. Sap.2,7.

In his curans mitigabit dolorem, & vnguentarius faciet pigmenta suauitatis, & vnctiones conficiet sanitatis. Eccli.38,7.

Qui vngis reges ad pœnitentiam. † 48,8.

Ornasti te regi vnguento, & multiplicasti pigmenta tua? Isa.57,9.

Spiritus Domini super me, eò quòd vnxerit Dominus me. † 61,1.

Et vngatur Sanctus sanctorum. Dan.9,24.

Sed neque vnguento vnctus sum. † 10,3.

Bibentes vinum in phialis, & optimo vnguento delibuti, & nihil patiebantur super contritione Ioseph. Amos 6,6.

Tu autem cùm ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua. Matth.6,17.

Accessit ad eum mulier habens alabastrum vnguenti pretiosi. † 26,7.

Vngebant oleo multos ægros & sanabant. Mar.6,13.

Et recumberet, venit mulier habens alabastrum vnguenti nardi spicati pretiosi, & fracto alabastro effudit super caput eius. † 14,3.

Emerunt aromata, vt venientes vngerent Iesum. † 16,1.

Parauerunt aromata & vnguenta: & sabbato quidem siluerunt propter mandatū. Luc.23,56.

Maria ergo accepit libram vnguenti nardi pistici, pretiosi, & vnxit pedes Iesu, & extersit pedes eius capillis suis: & domus impleta est ex odore vnguenti. Ioan.12,3.

Qui autem confirmat nos vobiscum in Christo, & qui vnxit nos Deus. 2.Cor.1,21.

Vngentes eum oleo in nomine Domini. Iacob.5,14.

Vos vnctionem habetis à sancto, & nostis omnia. 1.Ioan.2,20.

Vnctio eius docet vos de omnibus. 27.

VNGVIS.

Radet cæsariem, & circumcidet vngues. Deut.21,12.

Peccatum Iuda scriptum est stylo ferreo in vngue adamantino. Ier.17,1.

Donec capilli eius in similitudinem aquilarum crescerent, & vngues eius quasi auium. Dan.4,30.

Dentes & vngues eius [bestiæ] ferrei. † 7,19.

VNGVLA.

Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita, mordens vngulas equi, vt cadat ascensor eius retrò. Gen.49,17.

Non remanebit ex eis vngula. Exod.10,26.

Omne quod habet diuisam vngulam, & ruminat in pecoribus, comedetis. Leuit.11,3.

Vngulæ equorum ceciderunt, fugientibus impetu, & per præceps ruentibus fortissimis hostium. Iudic.5,22.

Equorum vngulæ conculcauerunt eam [Iezabel.] 4.Reg.9,33.

VNICOLOR.

Cunctum autem gregem vnicolorem, id est, albi & nigri velleris. Gen.30,35.

VNICORNIS.

Et à cornibus vnicornium humilitatem meam. Psal.21,22.

Aedificauit sicut vnicornium sanctificium suum. † 77,69.

Exaltabitur sicut vnicornis [illegible]nu meum. † 91,11.

Descendent vnicornes cum eis, & tauri cum potentibus. Isa.34,7.

VNICVS.

Cùm sim vnicus parentibus meis, deponam senectutem illorum cum tristitia ad inferos. Tob.6,15.

Vnicus & pauper sum ego. Psal.24,16.

Restitue animam meam à malignitate eorum, à leo-

à leonibus vnicam meam. † 34,17.

Magister, obsecro te, respice in filium meum, quia vnicus est mihi, & ecce spiritus apprehendit eum, & subitò clamat, & elidit, & dissipat eum cum spuma. Luc.9,38.

VNIGENITVS.

Nam & ego fui filius patris mei, tenellus & vnigenitus. Prou 4,3.

Ponam eam quasi luctum vnigeniti, & nouissima eius quasi diem amarum. Amos 8,10.

Plangent eum planctu quasi super vnigenitum. Zach 12,10.

Fide obtulit Abraham Isaac, cùm tentaretur, & vnigenitum offerebat, qui susceperat repromissiones. Heb.11,17.

VNIO.

Vnio. Conuenitque vniuersus Israel ad ciuitatem quasi homo vnus, eadem mente, vnoque consilio. Iudic.20,11. Psal.67,7.

Ecce quàm bonum, & quàm iucundum, habitare fratres in vnum. Psal.132,1.

Tolle lignum alterum, *&c.* & erunt in vnionem in manu tua. Ezech.37,17.

VNIVERSITAS.

Vt cognoscat vniuersitas gentium, quia tu es Deus solus. Tob.8,19.

Lingua ignis est, vniuersitas iniquitatis. Iac.3,6.

VNIVERSVS.

Præsit [homo] piscibus, *&c.* vniuersæque terræ. Gen.1,26.

Licet hæc celes in corde tuo, tamen scio quia vniuersorum memineris. Iob 10,13.

Opus enim manuũ eius sunt vniuersi. † 34,19.

Vniuersæ viæ Domini, misericordia & veritas. Psal.24,10.

Commoueatur à facie eius vniuersa terra. † 95,9.

Odium suscitat rixas: & vniuersa delicta operit charitas. Prou.10,12.

Vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus; impium quoque ad diem malum. † 16,4.

Regem locusta non habet, & egreditur vniuersa per turmas suas. † 30,27.

Suis spatiis transeunt vniuersa sub cælo. Eccles.3,1.

Eminentiores sunt alij, & insuper vniuersæ terræ rex imperat seruienti. † 5,8.

Omnia in futurum seruantur incerta, eò quòd vniuersa æquè eueniant iusto & impio. † 9,2.

Abyssus & vniuersa terra, & quæ in eis sunt, in conspectu illius commouebuntur. Eccli.16,18.

Opera Domini vniuersa bona valdè. † 39,21. Apoc.12,9.

VNVS, VNITAS.

In vna domo comedetur [agnus] nec efferetis de carnibus eius foras Exod.12,46.

Inuoluit eos Dominus in mediis fluctibus, *&c.* ne vnus quidem superfuit ex eis. † 14,28.

Num vno peccante, contra omnes ira tua desæuiet? Num.16,22.

Cuncti reges trans Iordanem, *&c.* congregati sunt pariter, vt pugnarent contra Iosue, & Israel, vno animo eademque sententia. Ios.9,1.

Ille erat vnus homo, atque vtinam solus periisset in scelere suo. † 22,20.

Vnus è vobis persequetur hostium mille viros. † 23,10.

Egressi sunt quasi vnus, *&c.* trecenta millia. 1.Reg.1,7.

Vnum enim virum tu quæris: & omnis populus erit in pace. 2.Reg.17,3.

Tu vnus pro decem millibus cõputaris. † 18,3.

Quòd si non exieris, ne vnus quidem remansurus sit tecum nocte hac. 7.

Venerunt cuncti serui Baal: non fuit residuus ne vnus quidem qui non veniret. 4.Reg.10,21.

Si voluerit contendere cum eo, non poterit respondere ei vnum pro mille. Iob 9,3.

Vnam petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ. Psal.26,4.

Vnus ex eis non remansit. † 105,11.

Si quispiam præualuerit contra vnum, duo resistunt ei. Eccles.4,12.

Virum de mille vnum reperi: mulierem ex omnibus non inueni. † 7,29.

Vna est columba mea, perfecta mea. Cantic.6,8.

Cùm sit vna, omnia potest. Sap.7,27.

Vnus est altissimus Creator omnipotens. Eccli.1,8.

Melior est enim vnus timens Deum quàm mille impij. † 16,3.

Et sic intuere in omnia opera Altissimi. Duo & duo: & vnum contra vnum. † 33,15.

Omnia duplicia, vnum contra vnum, & non fecit quidquam deesse. † 42,25.

Congregabimini vnus & vnus filij Israel. Isa.27,12.

Vnum ex eis non defuit, & alter alterum non quæsiuit. † 34,16.

Vnus erat Abraham, & hereditate possedit terram, nos autem multi sumus. Ezech.33,24.

Faciam eas in lignum vnum: & erunt vnum in manu eius. † 37,19.

Martha, Martha, sollicita es, & turbaris erga plurima: porrò vnum est necessarium. Luc.10,41.

Vt omnes vnum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sint, & credat mundus quia tu me misisti. Ioan.17,21.

Fecitque ex vno omne genus hominum inhabitare super vniuersam faciem terræ. Act.17,26.

Vt vnanimes vno ore honorificetis Deum. Rom.15,6.

Vnus panis, vnum corpus multi sumus, omnes qui de vno pane participamus. 1.Cor.10.17.

Omnes enim vos vnum estis in Christo Iesu. Gal.3,28.
Solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Eph.4,3.
Vnum corpus & vnus spiritus. 4.
Vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma. 5.
Vnus Deus & pater omnium, qui est super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis. 6.

VOBISCVM.

Dominus vobiscum, qui responderunt: Benedicat tibi Dominus. Ruth 2,4.
Cernitis, inquiens, quòd Dominus Deus vester vobiscum sit. 1.Par.22,18.
Dominus vobiscum, quia fuistis cum eo. 2.Paralip.15,2.
Nolite timere à facie regis Babylonis, *&c.* quia vobiscum sum ego, vt saluos vos faciam. Ierem.42,11.
Ego vobiscum sum, dicit Dominus. Agg.1,13.

VOCABVLVM.

Hæc nomina filiorum eius in vocabulis & generationibus suis. Gen 25,13.
Idithun, & reliquos electos, vnumquemque vocabulo suo ad confitendum Domino. 1.Paralip.16,41.

VOCIFEROR.

Ingemiscentes filij Israel, propter opera vociferati sunt: ascenditque clamor eorum ad Deum ab operibus. Exod.2,23.
Viduæ & pupillo non nocebitis. Si læseritis eos vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorum: & indignabitur furor meus, percutiamque vos gladio. † 22,23. Iol.6,5.
Omnis quoque populus vociferabatur clamore magno in laudando Dominum. 1.Esd.3,11.
Vociferabor, & non est qui iudicet. Iob 19,7.
Eò quòd liberassem pauperem vociferantem, & pupillum, cui non esset adiutor. † 29,12.
Immolaui in tabernaculo eius hostiam vociferationis. Psal.26,6.
Benè psallite ei in vociferatione. † 32,3. Isaiæ 42,13.
Vociferare omnia verba hæc in ciuitatibus Iuda & foris Ierusalem, dicens: Audite verba pacti huius, & facite illa. Ierem.11,6.
Vociferans iniquitatem, & vastitatem clamito: & factus est mihi sermo Domini in opprobrium. † 20,8.
Vsquequò Domine clamabo, & non exaudies? vociferabor ad te vim patiens, & non saluabis? Hab.1,2. Act.22,23.

VOCO, VOCATIO.

Vocationis beneficium. Dissimulante illo [Lot] apprehenderunt [Angeli] manum eius, & manum vxoris, & duarum filiarum eius, eò quod parceret Dominus illi. Eduxeruntque eum, & posuerunt extra ciuitatem. Gen.19,16.
Deus Hebræorum vocauit nos, vt eamus viam trium dierum in solitudinem, & sacrificemus Domino Deo nostro: ne fortè accidat nobis pestis aut gladius. Exod.5,3.
Mementote diei huius in qua egressi estis de Aegypto, & de domo seruitutis, quoniam in manu forti eduxit vos Dominus de loco isto. † 13,3, 16.
Moyses autem ascendit ad Deum, vocauitque eum Dominus de monte. † 19,3.
Vocaui ex nomine Beseleel. † 31,1.
Num parum vobis est, quòd separauit vos Deus Israel ab omni populo, & iunxit sibi, vt seruiretis ei in cultu tabernaculi, & staretis coram frequentia populi, & ministraretis ei? idcircò ad se fecit accedere te & omnes fratres tuos. Numeror.16,9. Deut.7,6.
Vos autem tulit Dominus, & eduxit de fornace ferrea Aegypti, vt haberet populum hereditarium, sicut est in præsenti die. Deut.4,20.
Dominum elegisti hodie vt sit tibi Deus, & ambules in viis eius, & custodias cæremonias illius, & mandata atque iudicia, & obedias eius imperio, & Dominus elegit te hodie, vt sis ei populus peculiaris, *&c.* vt sis populus sanctus Domini Dei tui. † 26,17. Iof.24,9.
Vocatus est Gedeon Ierobaal. Iudic.6,32.
Quare vadens ad pugnam contra filios Ammon vocare nos noluisti, vt pergeremus tecum. † 12,1.
Vocauique vos vt præberetis mihi auxilium, & facere noluistis. 2.
Ecce ego, quia vocasti me. 1.Reg.3,8.
Vocauit puerum Ichabod, dicens: Translata est gloria de Israel, quia capta est arca Dei. 1.Regum 4,21.
Vocatusque est Absalom, & intrauit ad regem, & adorauit super faciem terræ coram eo: osculatusque est rex Absalom. 2.Reg.14,33.
Salomonem autem seruum tuum non vocauit. 3.Reg.1,19.
Vocatio Elisæ: promptè obedit. 3.Reg.19,20.
Triginta iam diebus non sum vocata ad eum? Esth.4,11. † 9,15.
Voca ergo, si est qui tibi respondeat, & ad aliquem sanctorum conuertere. Iob 5,1.
Voca me, & ego respondebo tibi. † 13,22.
Vocabis me, & ego respondebo tibi. † 14,15.
Vocatio. Funes ceciderunt mihi in præclaris: etenim hereditas mea præclara est mihi. Psal.15,6.
Misit de summo, & accepit me, & assumpsit me de aquis multis. Eripuit me de inimicis meis fortissimis: & ab his qui oderunt me: quoniam confortati sunt super me. Præuenerunt me in die afflictionis: & factus est Dominus protector meus. Et eduxit me in latitudinem. † 17,17.
Et non dixerunt: Vbi est Dominus, qui ascendere nos fecit de Terra Aegypti: qui traduxit nos per desertum, per terram inhabitabilem & inuiam,

uiam, per terram sitis, & imaginem mortis, per terram in qua non ambulauit vir, neque habitauit homo? Et induxi vos in terram Carmeli, vt comederetis fructum eius, & optima illius: & ingressi contaminastis terram meam. Ierem.2,6.

Quia vocaui & renuistis, extendi manum meã, & non fuit qui aspiceret: despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis, ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsannabo, cùm vobis id, quod timebatis, aduenerit. Prou.1,24.

Vocaui, & non respondit mihi. Cant.5,6.

Quomodo autem posset aliquid permanere, nisi tu voluisses? aut quod à te vocatum non esset, conseruaretur? Sap.11,26.

Vocabo seruum meum Eliacim filium Helciæ, & induam illum tunica tua. Isaiæ 22,21.

Quis hæc operatus est, & fecit, vocans generationes ab exordio. † 41,4.

Vocaui te in iustitia, & apprehendi manum tuam, & seruaui te. † 42,6.

Vocans ab Oriente auem, & de terra longinqua virum voluntatis meæ. † 46,11.

Audi me Iacob, & Israel, quem ego voco, ego ipse, ego primus, & ego nouissimus. † 48,12.

Dominus ab vtero vocauit me. † 49,1.

Quia veni & non erat vir: vocaui & non erat qui audiret. numquid abbreuiata & paruula facta est manus mea vt non possim redimere, aut non est in me virtus ad liberandum? † 50,2.

Vnum [Abraham] vocaui eum, & benedixi ei, & multiplicaui eum. † 51,2.

Gentem quam nesciebas vocabis, & gentes quæ te non cognouerunt, ad te current. † 55,5.

Pro eo quòd vocaui, & non respondistis: locutus sum & non audistis, & faciebatis malum in oculis meis, & quæ nolui elegistis. † 65,12.

Vocabis eos, & non respondebunt tibi. Ierem.7,27.

Vocaui illos, & non responderũt mihi. † 35,17.

Vocabitur Ierusalem Ciuitas veritatis, & Mons Domini exercituum mons sanctificatus. Zachar. 8, 3.

Ex Aegypto vocaui filium meum. Mat.2,15.

Vocauit eos: illi autem statim relictis retibus, & patre, secuti sunt eum. † 4,22.

Multi enim sunt vocati, pauci verò electi. † 20,16. † 22,14.

Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Lucæ 5,32.

Et cùm dies factus esset, vocauit discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis. † 6,13.

Qui vocabatur Iudas, vnus de duodecim, antecedebat eos. † 22,47.

Vocatus est autem & Iesus, & discipuli eius ad nuptias. Ioan.2,2.

Vt autem visum vidit, statim quæsiuimus proficisci in Macedoniam, certi facti quòd vocasset nos Deus euangelizare eis. Act.16,10.

A Mileto autem mittens Ephesum, vocauit maiores natu Ecclesiæ. † 20,17.

Paulus seruus Iesu Christi vocatus Apostolus. Rom.1,1.

Cui credidit, qui viuificat mortuos, & vocat ea quæ non sunt tamquam ea quæ sunt. † 4,17.

Quos autem prædestinauit, hos & vocauit: & quos vocauit, hos & iustificauit: quos autem iustificauit, illos & glorificauit. † 8,30.

Non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei: Quia maior seruiet minori. † 9,13.

Vocabo non plebem meam plebem meã. 25

Sine pœnitentia enim sunt dona & vocatio Dei. † 11,29.

Sanctificatis in Christo Iesu, vocatis sanctis. 1.Cor.1,2.

Fidelis Deus per quem vocati estis in societatem filij eius Iesu Christi Domini nostri. 9.

Videte enim vocationem vestram fratres, quia non multi sapientes secundùm carnem. 26.

Vnumquemque sicut vocauit Deus, ita ambulet, & sicut in omnibus Ecclesiis doceo. † 7,17.

Vnusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat. 20.

Miror quòd sic tam citò transferimini ab eo, qui vos vocauit in gratiam Christi in aliud Euangelium. Gal.1,5.

Cùm autem placuit ei qui me segregauit ex vtero matris meæ, & vocauit per gratiam suam, vt reuelaret filium suum in me. 15.

In quo etiam & nos sorte vocati sumus, prædestinati secundùm propositum eius. Eph.1,11.

Vt sciatis quæ sit spes vocationis eius, & quæ diuitiæ gloriæ hereditatis eius in sanctis. 18.

Obsecro itaque vos ego vinctus in Domino, vt dignè ambuletis vocatione, qua vocati estis, cum omni humilitate & mansuetudine, cum patientia, supportantes inuicem in charitate. † 4,2.

Vt ambularetis dignè Deo, qui vocauit vos in suum regnum & gloriam. 1.Thes.2,12.

Non enim vocauit nos Deus in immunditiam. † 4,7.

Fidelis est, qui vocauit vos: qui etiam faciet. † 5,24.

Oramus semper pro vobis: vt dignetur vos vocatione sua Deus noster, & impleat omnem voluntatem bonitatis, & opus fidei in virtute. 2.Thes.1,11.

In sanctificatione spiritus & in fide veritatis, in qua & vocauit vos per Euangelium nostrum, in acquisitionem gloriæ. 2.Thes.2,13.

Certa bonum certamen fidei, apprehende vitam æternam in qua vocatus es. 1.Tim.6,12.

Collabora Euangelio secundùm virtutem Dei: qui nos liberauit, & vocauit vocatione sua sancta, non secundùm opera nostra, sed secundùm propositum suum. 2.Timoth.1,9.

Vnde fratres sancti, vocationis cælestis participes. Heb.3,1.

Repromissionem accipiant, qui vocati sunt, æternæ hereditatis. † 9,15.

Secundùm eum, qui vocauit vos, sanctum, & ipsi in omni cōuersatione sancti sitis. 1.Pet.1,15.

Vt virtutes annuntietis eius qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum. † 2,9.

Deus autem omnis gratiæ, qui vocauit nos in æternam suam gloriam in Christo Iesu, modicum passos ipse perficiet. † 5,10.

Magis satagite vt per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis. 2.Petri 1,10.

Et qui cum illo sunt, vocati, & electi, & fideles. Apoc.17,14.

VOLO, VOLATILE.

Producant aquæ, *&c.* & volatile super terram. Gen.1,20.

Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans. Deut.32,11.

Ascendit super Cherubim, & volauit: volauit super pennas ventorum Psal.17,1.

Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo, & requiescam? † 54,7.

Volatilia ad sibi similia conueniunt: & veritas ad eos, qui operantur illam, reuertetur. Eccli. 27, 10.

Duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius, & duabus volabant. Isa.6,2.

Et volabunt in humeros Philisthiim per mare, simul prædabuntur filios Orientis. † 11,14.

Qui sunt isti qui vt nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas. † 60,8.

Equites namque eius de longè venient, volabunt quasi aquila festinans ad comedendum. Habac.1,8.

VOLO, VOLVNTAS.

Voluntas pro facto acceptatur. Non extendas manum tuam super puerum, neque facias illi quidquam: nunc cognoui quòd timeas Deum, & non pepercisti vnigenito filio tuo propter me. Gen.22,12. Exod.25,2. Matth.15,8. Luc.21,1.

Non vestro consilio, sed Dei voluntate huc missus sum, qui fecit me quasi patrem Pharaonis. † 45, 8.

Num Dei possumus resistere voluntati? Vos cogitastis de me malum, sed Deus vertit illud in bonum. † 50,19,20.

Separate apud vos primitias Domino: omnis voluntarius & prono animo offerat eas Domino: aurum & argentum. Exod.35,5,29.

Ego faciam omnem voluntatem tuam in lignis cedrinis. 3.Reg.5,8.

Acquieuit voluntati eius: ascendit enim rex Assyriorum in Damascum. 4.Reg.16,9.

Numquid sine Domini voluntate ascendi ad locum istū, vt demolirer eū? Dominus dixit mihi: Ascende ad terrā hanc, & demolire eam. † 18,25.

Custodi in æternum hanc voluntatem cordis eorum. 1.Par.29,18.

Quia hæc fuit voluntas tua, vt ædificares domum nomini meo, benè quidem fecisti huiuscemodi habere voluntatem 2.Par.6,8.

Voluntatis quippe Dei fuit aduersus Ochoziā. † 22,7.

Noluit audire Amasias eò quòd Domini esset voluntas, vt traderetur in manus hostium propter deos Edom. † 25,20.

Cùm essem vobiscum, per voluntatem Dei eram, ipsum benedicite, & cantate illi Tob.12,18.

Dicamus flentes Domino, vt secundùm voluntatem suam sic faciat nobiscum misericordiam suam. Iudith 8,17.

Hoc factum est quod ipse voluisti. † 9,4.

Non est qui possit tuæ resistere voluntati. Esth.13,9.

Cùm expleuerit in me voluntatem suam. Iob 23,14.

Vt scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos. Psal.5,13.

In capite libri scriptum est de me, vt facerem voluntatem tuam: Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei. † 39,9.

Voluntariè sacrificabo tibi. † 53,8.

Notas fecit vias suas Moysi: filiis Israel voluntates suas. † 102,7.

Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine. † 118,108.

Doce me facere voluntatem tuam. † 142,10.

Voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet, & saluos faciet eos. † 144, 19.

Vult & non vult piger: anima autem operantium impinguabitur. Prou.13,4.

Multæ cogitationes in corde viri: voluntas autem Domini permanebit. † 19,21.

Puer autem qui dimittitur voluntati suæ, confundit matrem suam. † 29,15.

Omne quod voluerit faciet, & sermo illius potestate plenus est. Eccles.8,4.

Deseruiens vniuscuiusque voluntati, ad quod quisque volebat conuertebatur. Sap. 16,21.

Post concupiscentias tuas non eas, & à voluntate tua auertere. Eccli.18,30.

Faciet voluntatem suam in Babylone, & brachium suum in Chaldæis. Isa.48,14.

Voluntas Dei in manu eius dirigetur. † 53,10.

In die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra. † 58, 3.

Si auerteris à sabbato pedem tuum, facere voluntatem tuam in die sancto meo, *&c.* & glorificaueris eum dum non facis vias tuas, & non inuenitur voluntas tua, vt loquaris sermonē. † 58,13.

Abierunt in voluntatibus, & in prauitate cordis sui mali. Ier.7,24.

Sicut autem fuerit voluntas in cælo, sic fiat. 1.Mach.3,60.

Quicumque enim fecerit voluntatem patris mei, qui in cælis est, ipse meus frater, & soror, & mater est. Matth.12,50.

Respondens ait: Eo Domine: & non iuit. Quis ex duobus fecit voluntatem patris? † 21,31.

Non sicut ego volo, sed sicut tu. † 26,39.

Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Luc.2,14.

Verumtamen non mea voluntas, sed tua fiat. Luc.22,42.

Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius qui misit me, vt perficiam opus eius. Ioan.4,34.

Vis sanus fieri? † 5,6.

Quia descendi de cælo non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. † 6,39.

Si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoscet de doctrina vtrùm ex Deo sit. † 7,17.

Velle adiacet mihi, perficere autem bonum, non inuenio. Rom.7,18.

Voluntas quidem cordis mei, & obsecratio ad Deum fit pro illis ad salutem. † 10,1.

Non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei. † 9,16.

Vt probetis quæ sit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta. † 12,2.

Paulus Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei. 2.Cor.1,1.

Si enim voluntas prompta est, secundùm id quod habet, accepta est, non secundùm id quod non habet. 2.Cor.8,12.

Vt non quæcumque vultis, illa faciatis. Galat.5,17.

Intelligentes quæ sit volũtas Dei. Ephes.5,17.

Facientes voluntatem Dei ex animo. † 6,6.

Deus est enim, qui operatur in vobis & velle, & perficere, pro bona voluntate. Philip.2,13.

Qui autem facit voluntatem Dei, manet in æternum. 1.Ioan 2,17.

VOLVCRIS.

Herbam afferentem semen, &c. vt sint vobis in escam: & cunctis animantibus terræ, omnique volucri cæli. Gen.1,30. † 6,7. † 9,2.

Descenderuntque volucres super cadauera, & abigebat eas Abram. † 15,11.

Quidquid autem ex volucribus quatuor tantùm habet pedes, execrabile erit vobis. Leuit. 11,23.

Volucres quoque cæli latet [sapientia.] Iob 28,21. † 35,11.

Omnia subiecisti sub pedibus eius, &c. volucres cæli, & pisces maris. Psal 8,9. † 103,12.

Consurgent ad vocem volucris, & obsurdescent omnes filiæ carminis. Eccles.12,4.

De radice enim colubri egredietur regulus, & semen eius absorbens volucrem. Isa.14,20.

Aestate perpetua erunt super eum volucres. † 18,6.

Erit morticinum populi huius in cibum volucribus cæli, & bestiis terræ. Ier.7,33.

A volucre cæli vsque ad pecora transmigrauerunt. † 9,10.

Consumptum est animal, & volucre, quoniam dixerunt: Non videbit nouissima nostra. † 12,4.

Habitabunt sub ea omnes volucres, & vniuersum volatile sub vmbra frondium eius nidificabit. Ezech.17,23.

Commouebuntur à facie mea pisces maris, & volucres cæli. † 38,20.

Dic omni volucri, &c. concurrite ad victimam meam. † 39,17.

Volucres quoque cæli dedit in manu tua. Dan.2,38. † 3,80.

Et in ramis eius conuersabantur volucres cæli. † 4,9,11.

Percutiam cum eis fœdus, &c & cum volucre cæli, & cum reptili terræ. Osee 2,18.

Quasi volucrem cæli, detraham eos. † 7,12.

Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos. Matth.8,20.

Venerunt volucres cæli, & comederunt ea. † 13,4.

Ita vt volucres cæli veniant, & habitent in ramis eius. 32.

Mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum. Rom.1,23.

Alia verò [caro] pecorum, alia volucrum, alia autem piscium. 1.Cor.15,39.

Et volucrum, &c. domita sunt à natura humana. Iac.3,7.

Facta est [Babylon] &c. custodia omnis volucris immundæ. Apoc.18,2.

VOLVMEN.

Assumensque volumen fœderis, legit audiente populo. Exod.24,7.

Non recedat volumen legis huius ab ore tuo. Ios.1,8.

Volumen, ex quo legisti audiente populo, sume in manu tua, & veni. Ier.36,14.

Video volumen volans, &c. hæc est maledictio quæ egreditur super faciem omnis terræ. Zach.5,2.

VOLVO.

Dumque hæc tacitus mecum voluerem, apparuit Rebecca. Gen.24,45.

Voluebatur [Sisara] ante pedes eius, & iacebat exanimis. Iudic.5,27.

Videbatur mihi quasi subcinericius panis ex hordeo volui, & in castra Madian descendere. † 7,13.

Qui voluit lapidem, reuertetur ad eum. Prou.26,27.

VOLVPTAS.

Vt videam voluptatem Domini, & visitem templum eius. Psal.26,4.

Torrente voluptatis tuæ potabis eos. † 35,9.

Nec prohibui cor meum quin omni voluptate frueretur. Eccles.2,10.

Qui vescebantur voluptuosè, interierunt in viis: qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercora. Thren.4,5.

Et à sollicitudinibus, & diuitiis, & voluptatibus vitæ euntes, suffocantur, & non referunt fructum. Luc.8,14.

Proditores, proterui, tumidi, & voluptatum amatores magis quàm Dei. 2.Tim.3,4.

Voluptatem existimantes diei delicias: coinquinationes & maculæ deliciis affluentes. 2.Pet.2,13.

VOLVTO.

Holofernis, & inuenerint eum truncum in suo sanguine volutatum. Iudith 14,4.

A misericordibus omnia hæc auferentur, & in delictis non volutabuntur. Eccli.23,16.

Elisus in terram, volutabatur spumans. Marci 9,19.

Canis reuersus ad suum vomitum; &, Sus lota in volutabro luti. 2.Pet.2,22.

VOMER.

Samgar filius Anath, qui percussit de Philisthiim sexcentos viros vomere. Iudic.3,31.

Vt exacueret vnusquisque vomerem suum, & ligonem, & securim, & sarculum. 1.Reg.13,20.

Conflabunt gladios suos in vomeres. Isa.2,4.

VOMO, VOMITVS.

Sicut canis qui reuertitur ad vomitum suum, sic imprudens qui iterat stultitiam suam. Prouerb.26,11.

Omnes enim mensæ repletæ sunt vomitu, sordiumque, ita vt non esset vltrà locus. Isa.28,8.

Bibite, & inebriamini, & vomite: & cadite, neque surgatis à facie gladij. Ier.25,27.

Allidet manum Moab in vomitu suo, & erit in derisum etiam ipse. † 48,26.

VORAGO.

Fugite, & terga vertite, descendite in voraginem habitatores Dedan. Ier.49,8.

VORO.

Caput cum pedibus & intestinis vorabitis. Exod.12,9.

Ascendit fumus de naribus eius, & ignis de ore eius vorabit. 2.Reg.22,9.

Vt comedat ex eo, sed homo extraneus vorabit illud. Eccles.6,2.

Succensa est enim quasi ignis impietas, veprem & spinam vorabit. Isa.9,18.

Vnusquisque carnem brachij sui vorabit. 20. † 24,6.

Gladius non hominis vorabit eum. † 31,8.

Spiritus vester vt ignis vorabit vos. † 33,11.

Do verba tua in ore tuo in ignem, & populum istum in ligna, & vorabit eos. Ier.5,14.

Ante faciem eius ignis vorans. Ioel.2,3.

Ecce homo vorax, & potator vini. Matth. 11,19.

VORTEX.

Lignum curuum, & vorticibus plenum sculpat diligenter per vacuitatem suam. Sap. 13,13.

VOTVM, VOVEO.

Vouit etiam [Iacob] votum dicēs: Si fuerit Dominus mecum, & custodierit me in via hac per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad vescendum, & vestimentum ad induendum. Genes.28,20.

Si voto vel sponte quispiam obtulerit hostiam, eadem similiter edetur die. Leuit.7,16.

Qui obtulerit oblationem suam vel vota soluens, vel sponte offerens. † 22,18.

Homo qui votum fecerit, & spoponderit Deo animam suam, sub æstimationem dabit pretium. † 27,2.

Vir siue mulier cùm fecerint votum, vt sanctificentur, & se voluerint Domino consecrare, à vino & omni quod inebriare potest, abstinebunt. Numer.6,2.

Vota soluentes vel sponte offerentes munera. † 15,3.

Omne quod ex voto reddiderint filij Israel, tuum erit. † 18,14.

Israel voto se Domino obligans, ait: Si tradideris populum istum in manu mea, delebo vrbes eius. † 21,2.

Hæc offeretis Domino in solemnitatibus vestris, præter vota & oblationes spontaneas in holocausto, in sacrificio, in libamine, & in hostiis pacificis. † 29,39.

Si quis virorum votum Domino vouerit, aut se constrinxerit iuramento, non faciet irritum verbum suum. † 30,3.

Virginum vota quomodo irritentur. 4.

Vidua & repudiata quidquid vouerint, reddent. 10.

Quæ autem sanctificaueris, & voueris Domino, tolles, & venies ad locum, quem elegerit Dominus, & offeres. Deut.12,27.

Cùm votum voueris Domino Deo tuo, non tardabis reddere: quia requiret illud Dominus Deus tuus, & si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum. Si nolueris polliceri, absque peccato eris. Quod autem semel egressum est de labiis tuis, obseruabis, & facies sicut promisisti Domino Deo tuo, & propria voluntate tua, & ore locutus es. † 23,21.

Votum vouit [Iephte] Domino, dicens: Si tradideris filios Ammon in manus meas, quicumque primus fuerit egressus de foribus domus meę, mihique occurrerit reuertenti cum pace à filiis Am-

Ammon, cum holocaustum offeram Domino. Iudic.11,30.

Et fecit ei sicut vouerat, quæ ignorabat virum. 39.

Consecraui & voui hoc argentum Domino. † 17,3.

Cùm esset Anna amaro animo, votum vouit, dicens: Domine exercituum, si respiciens videris afflictionem famulæ tuæ, & recordatus mei fueris, nec oblitus ancillæ tuæ, dederisque seruæ tuæ sexum virilem, dabo eum Domino omnibus diebus vitæ eius, & nouacula non ascendet super caput eius. 1.Reg.1,11.

Vt immolaret Domino hostiam solemnem, & votum suum. 21.

Vouens enim vouit seruus tuus cùm esset in Gessur Syriæ, dicens: Si reduxerit me Dominus in Ierusalem, sacrificabo Domino. 2.Reg.15,8.

Dominus Deus tuus suscipiat votum tuum. † 24,23.

Intulit ea quæ sanctificauerat pater suus & vouerat, in domum Domini argentum, & aurum, & vasa. 3.Reg.15,15.

Lætatusque est populus cùm vota sponte promitterent. 1.Par.29,9.

Decimasque sanctorum, quæ vouerant Domino Deo suo. 2.Par.31,6.

Rogabis eum, & exaudiet te, & vota tua reddes. Iob 22,27.

Vota mea reddam in conspectu timentium eum. Psal.21,26.

Redde Altissimo vota tua. † 49,14.

In me sunt Deus vota tua, quæ reddam, laudationes tibi. † 55,12.

Vt reddam vota mea de die in diem. † 60,9.

Tibi reddetur votum in Ierusalem. † 64,2.

Introibo in domum tuum in holocaustis: reddam tibi vota mea quæ distinxerunt labia mea. † 65,13.

Vouete & reddite Domino Deo vestro omnes qui in circuitu eius affertis munera. † 75,12.

Vota mea Domino reddam coram omni populo eius. † 115,7.

Votum vouit Deo Iacob. † 131,2.

Vota iustorum placabilia. Prou.15,8.

Ruina est homini deuorare sanctos, & post vota retractare. † 20,25.

Quid dilecte mi, quid dilecte vteri mei, quid dilecte votorum meorum? † 31,2.

Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere, displicet enim ei infidelis & stulta promissio: sed quodcumque voueris redde: multoque melius est non vouere, quàm post votum promissa non reddere. Eccles.5,3.

Colent eum in hostiis, & in muneribus, & vota vouebunt Domino, & soluent. Isaiæ 19,21.

Faciamus vota nostra, quæ vouimus vt sacrificemus reginæ cæli, & libemus ei libamina. Ierem. 44,25.

Si quis illis votum vouerit, & non reddiderit, neque hoc requirant. Baruch 6,34.

Victimam & pro peccato & pro delicto ipsi comedent: & omne votum in Israel ipsorum erit. Ezech.44,29.

Et munera vestra non suscipiam: & vota pinguium vestrorum non respiciam. Amos 5,22.

Timuerunt viri timore magno Dominum, & immolauerunt hostias Domino, & vouerunt vota. Ionæ 1,16.

Ego autem in voce laudis immolabo tibi: quęcumque voui reddam pro salute Domino. † 2,10.

Celebra Iuda festiuitates tuas, & redde vota tua. Nahum 1,15.

Maledictus dolosus, qui habet in grege suo masculum, & votum faciens immolat debile Domino: quia rex magnus ego. Mal.1,14.

Heliodorus autem, hostia Deo oblata, & votis magnis promissis ei, qui viuere illi concessit. 2.Mach.3,35.

Qui sibi totonderat in Cenchris caput: habebat enim votum. Act.18,18.

Sunt nobis viri quatuor, votum habentes super se. † 21,23.

Deuouerunt se dicentes, neque manducaturos neque bibituros, donec occiderent Paulum. † 23,12.

Eleemosynas facturus in gentem meam veni, & oblationes, & vota. † 24,17.

VOX, VOCIFEROR.

Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Gen.4,10.

Vociferati sunt ad Pharaonem. Exod.5,15.

Si audieris vocem Domini Dei tui. † 15,26.

Vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorum. † 22,23.

Vocem cantantium ego audio. † 32,18.

Vociferans omnis turba, fleuit nocte illa, & murmurati sunt contra Moysen. Num.14,1.

Vocem verborum eius audistis, & formam penitus non vidistis. Deut.4,12.

Aut vnquam cognitum est, vt audiret populus vocem Dei loquentis de medio ignis. 33.

Conclamabit omnis populus vociferatione maxima, & muri funditus corruent ciuitatis. Ios.6,5.

Agnoscentes vocem adolescentis Leuitæ, vtentesque illius diuersorio. Iudic.18,3.

Vox penitus non audiebatur. 1.Reg.1,13.

Inuocabo Dominum, & dabit voces & pluuias. 1.Reg.12,17.

Quæ est hæc vox gregum, quæ resonat in auribus meis? † 15,14.

Quare ergo non audisti vocem Domini, sed versus ad prædam es, & fecisti malum in oculis Domini? 19.

Vociferati sunt, & persecuti sunt Philisthæos. † 17,52.

Num-

Numquid vox hæc tua est fili mi Dauid? † 24,17. † 26,18.

Quid possum vltrà vociferari ad regem? 2. Regum 19,28.

Non erat vox neque sensus. 4. Reg. 4,31.

Omnis quoque populus vociferabatur clamore magno in laudando Dominum, eò quòd fundatum esset templum Domini. 1. Esd. 3,11.

Cùm inuocantem exaudierit me, non credo quòd audierit vocem meam. Iob 9,16.

Numquid eleuabis in nebula vocem tuam? † 38,34

Immolaui in tabernaculo eius hostiam vociferationis. Psal. 26,6.

Vox Domini super aquas. † 28,3.

Vox Domini in virtute, vox Domini in magnificentia. 4.

Dabit voci suæ vocem virtutis. † 67,35.

Voce mea ad Dominum clamaui. † 76,2.

Vocem dederunt nubes. 18.

Vox exultationis & salutis in tabernaculis iustorum. † 117,15.

Vocem meam audi secundùm misericordiam tuam Domine. 149.

Voce mea ad Dominum clamaui. † 141,2.

O viri ad vos clamito, & vox mea ad filios hominum. Prou. 8,4.

Consurgent ad vocem volucris. Eccles. 12,4.

Vox dilecti mei: Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles. Cant. 2,8.

Sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis. 14.

Quæ habitas in hortis, amici auscultant, fac me audire vocem tuam. † 8,13.

Hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis. Sap. 1,7.

Primam vocem similem omnibus emisi plorans. † 7,3.

Resonabat autem inconueniens inimicorum vox, & flebilis audiebatur planctus ploratorum infantium. † 18,10.

Audiuit enim eum, & vocem ipsius, & induxit illum in nubem. Eccli. 45,5.

Exaltauit vocem suam de terra, in prophetia delere impietatem gentis. † 46,23.

Vox multitudinis in montibus, quasi populorum frequentium. Isaiæ 13,4.

Vox clamantis in deserto. † 40,3.

Vox populi de ciuitate, vox de templo, vox Domini reddentis retributionem inimicis suis. † 66,6.

Vox in viis audita est, ploratus & vlulatus. Ierem. 3,21.

Vox filiæ Sion intermorientis, expandentisque manus suas: Væ mihi, quia defecit anima mea propter interfectos. † 4,31.

Vox in excelso audita est, lamentationis, luctus, & fletus, Rachel plorãtis filios suos. † 31,15.

Audi quæso vocem Domini, quam ego loquor ad te, & benè tibi erit, & viuet anima tua. † 38,20.

Vox eius quasi æris sonabit: quoniam cum exercitu properabunt. † 46,22.

Vox eorum quasi mare sonabit. † 50,42.

Vox clamoris de Babylone, & contritio magna de terra Chaldæorum. † 51,54.

Cùm fieret vox super firmamentum, quod erat super caput eorum, stabant & submittebant alas suas. Ezech. 1,24.

Vox erat ei quasi vox aquarum multarum. † 43,2.

Commota est terra à voce exercituum, & commissum est prælium à manè vsque ad vesperam. 1. Mach. 9,13.

Vox in Rama audita est, ploratus & vlulatus multus. Matth. 2,18.

Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini. † 3,3.

Iesus autem emissa vo[ce] magna, expirauit. Mar. 15,37.

At illi instabant vocibu[s m]agnis postulantes vt crucifigeretur, & inualesc[eb]ant voces eorum. Lucæ 23,23.

Ego vox clàmantis in deserto. Ioan. 1,23.

Spiritus vbi vult spirat, & vocem eius audis, sed nescis vnde veniat, aut quò vadat: sic est omnis qui natus est ex spiritu. † 3,8.

Neque vocem eius vmquam audistis. † 5,37.

Oues illum sequuntur, quia sciunt vocem eius. † 10,4.

Oues meæ vocem meam audiunt. 27.

Vnanimiter leuauerunt vocem suam ad Deum, & dixerunt: Domine, tu es qui fecisti cælum & terram. Act 4,24.

Populus autem acclamabat: Dei voces, & non hominis. † 12,22.

Cuius vox mouit terram tunc. Heb. 12,26.

Vidi, & audiui vocem Angelorum multorum in circuitu throni. Apoc 5,11.

VR.

Ego Dominus, qui eduxi te de Vr Chaldæorum, vt darem tibi terram istam. Gen. 15,7.

VRBANVS.

Salutate V[r]banum adiutorem nostrum in Christo. Rom. 16,9.

VRBS.

Vrbem euertit stuprum. Gen. 34,26.

Aedificaueruntque vrbes tabernaculorum Pharaoni Phithom & Ramesses. Exod. 1,11.

Præcipe filiis Israel vt dent Leuitis de possessionibus suis vrbes ad habitandum, & suburbana earum per circuitum. Num. 35,3.

Vrbes magnæ, & ad cælum vsque munitæ, filios Enacim vidimus ibi. Deut. 1,28.

Sexaginta vrbes, omnem regionem Argob. † 3,4.

Vrbs enim magna erat Gabaon, & vna ciuitatum

tum regalium, & maior oppido Hai, omnesque bellatores eius fortissimi. Ios.10,2.

Vrbes & suburbana data Leuitis. † 14,4.

Vrbs silvarum. † 15,9.

Separate vrbes fugitiuorum. † 20,2.

Vrbem Sichem vastat Abimelech, ita vt sal in ea dispergeret. Iudic.9,45.

Cunctarumque vrbium quas extruxit. 3.Regum 22,39.

Ioas filius Ioachaz tulit vrbes de manu Benadad filij Hazael, quas tulerat de manu Ioachaz patris sui iure prælij. 4.Reg 13,25.

Vrbs illa [Ierusalem] vrbs rebellis est, & nocens regibus & prouinciis, & bella concitantur in ea ex diebus antiquis. 1.Esd.4,15.

Nunc ergo audite sententiam: prohibeatis viros illos vt vrbs illa non ædificetur. 19.

Clamoris plena, vrbs frequens, ciuitas exultans. Isa.22,2.

Vrbs fortitudinis nostræ Sion. † 26,1.

Et ecce Carmelus desertus: & omnes vrbes eius destructæ sunt à facie Domini. Ier.4,26.

Conteret vrbes munitas tuas, in quibus tu habes fiduciam, gladio. † 5,17.

Vrbem hanc dabo in maledictionem cunctis gentibus terræ. † 26,6.

Munitiones extructæ sunt aduersus ciuitatem, vt capiatur, & vrbs data est in manus Chaldæorum, qui præliantur aduersus eam: à facie gladij, & famis, & pestilentiæ. † 32,24.

Veniet prædo ad omnem vrbem, & vrbs nulla saluabitur. † 48,8.

Hæccine est vrbs, dicentes, perfecti decoris, gaudium vniuersæ terræ? Thren.2,15.

Vrbes desertæ erunt, & excelsa demolientur. Ezech.6,6.

Cùm dedero te vrbem desolatam, sicut ciuitates quæ non habitantur. † 26,19.

Vrbes tuas demoliar, & tu desertus eris. † 35,4.

Veniet rex Aquilonis, & comportabit aggerem, & capiet vrbes munitissimas. Dan.11,15.

Vrbs de qua egrediebantur mille, relinquentur in ea centum. Amos 5,3.

VRCEVS.

Scyphos & vrceos in ministerio ad vina fundenda. Eccles.2,8.

Tulerunt [Chaldæi] & hydrias, & thymiamateria, & vrceos, & pelues. Ier.52,19.

Baptismata calicum & vrceorum. Mar.7,4,8.

VREDO.

Spicæ tenues & percussæ vredine oriebantur. Gen.41,6.

VRGEO.

Vrgebantque Ægyptij populum de terra exire velociter, dicentes: Omnes moriemur. Exod. 12,33.

Sermo enim regis vrgebat. 1.Reg.21,8.

VRIAS.

Vriæ fidelitas, patientia laborum 2 Reg.11,11.

Vriam Hethæum percussisti gladio. † 12,9.

Hæc nomina fortium Dauid, &c. Vrias Hethæus. † 23,8,39.

Fuit quoque vir prophetans in nomine Domini, Vrias filius Semei de Cariathiarim: & prophetauit aduersus ciuitatem istam. Ier.26,20,22.

VRINA.

Vt comedant stercora sua, & bibant vrinam suam vobiscum. 4.Reg.18,27.

VRNA.

Missa est sors in vrnam. Esth.3,7. † 9,26.

Arcam testamenti, &c. in qua vrna aurea, habens manna, & virga Aaron, quæ fronduerat. Heb.9,4.

VRO.

Flante vento vehementi, & vrente tota nocte, & vertit in siccum. Exod.14,21.

Dabit enim ignem, & vermes in carnes eorum, vt vrantur, & sentiant vsque in sempiternum. Iudith 16,21.

Vre renes meos, & cor meum. Psal.25,2.

VRSVS.

Veluti si vrsa raptis catulis in saltu sæuiat: sed & pater tuus vir bellator est, nec morabitur cum populo 2.Reg.17,8.

Maledixit eis [Eliseus] in nomine Domini: egressique sunt duo vrsi de saltu, & lacerauerunt ex eis quadraginta duos pueros. 4.Reg.2,24.

Vrsus insidians factus est mihi, leo in absconditis. Thren.3,10.

Occurram eis quasi vrsa raptis catulis, & disrumpam interiora iecoris eorum, & consumam eos ibi quasi leo, bestia agri scindet eos. Osee 13,8.

VRTICA.

Per agrum hominis pigri transiui, & per viam viri stulti: & ecce totum repleuerant vrticæ. Prou.24,30.

Orientur in domibus eius spinæ, & vrticæ, & paliurus in munitionibus eius. Isa.34,13.

Pro saliunca ascendet abies, & pro vrtica crescet myrtus. † 55,13.

VSVRA.

Ne accipias vsuras ab eo, nec amplius quàm dedisti. Leuit.25,36.

Non fœnerabis fratri tuo ad vsuram, pecuniam, sed alieno. Deut.23,19.

Vsurásne singuli à fratribus vestris exigitis? 2.Esd.5,7.

Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram. Psal.14,5.

Non defecit de plateis eius vsura & dolus. † 54,12.

Ex vsuris & iniquitate redimet animas eorum. † 71,14.

Qui coaceruat diuitias vsuris & fœnore, libe-

Tttt ... rali

rali in pauperes congregat eas. Prou.28,8.

Ad vſuram non commodauerit,& amplius non acceperit. Ezech.18,8.

Vſuram & ſuperabundantiã accepiſti.† 22,12.

Recepiſſem vtique quod meum eſt cum vſura. Matth.25,27.

VSVRPO.

Non vſurpabis nomen Domini Dei tui fruſtrà. Deut.5,11.

Vſurpauerunt de anathemate. Ioſ.7,1.

VSVS.

Sic viuant, vt in vſus vniuerſæ multitudinis ligna cædant. Ioſ.9,21.

Non poſſum ſic incedere, quia non vſum habeo. 1.Reg.17,39.

Quæ ſunt omnia in interitum ipſo vſu. Col.2,22.

VTENSILIA.

Funes tabernaculi, & omnia vtenſilia eius. Num.3,26. † 31,20.

Et qui credita habebant vtenſilia ſanctuarij. 1.Par.9,29.

VTER.

Congregans ſicut in vtre aquas maris. Pſalmo 32,7.

Factus ſum ſicut vter in pruina. † 118,83.

VTERINVS.

Vidit Beniamin fratrem ſuum vterinum, *&c.* commota fuerant viſcera eius ſuper fratre ſuo. Gen.43,29.

VTERVS.

Fuiſſem quaſi non eſſem, de vtero tranſlatus ad tumulum. Iob 10,19.

Vterus eius præparat dolos. † 15,35.

In te confirmatus ſum ex vtero: de ventre matris meæ tu es protector meus. Pſal.70,6

Ex vtero ante luciferum genui te. † 109,3.

Audite me domus Iacob, & omne reſiduum domus Iſrael, qui portamini à meo vtero. Iſa. 46,3.

VTILIS.

Facite mecum quod vobis eſt vtile, & egredimini ad me, & comedet vnuſquiſque de vinea ſua,& de ficu ſua. 4.Reg.18,31.

Quæſiuit verba vtilia, & conſcripſit ſermones rectiſſimos. Eccleſ.12,10.

Multigena autem impiorum multitudo non erit vtilis. Sap.4,3.

Quomodo nihil ſubtraxerim vtilium, quò minùs annuntiarem vobis,& docerem vos publicè & per domos. Act.20,20.

Per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi vtile eſt, ſed quod multis, vt ſalui fiant. 1.Cor.10,33.

VTINAM.

Vtinam Iſmael viuat coram te. Gen.17,18.

In hac vaſta ſolitudine vtinam pereamus. Num.14,3.

Vtinam ſaperent & intelligerent. Deut.32,29.

Qui vtinam conſumptus eſſem. Iob 10,18.

Vtinam dirigantur viæ meæ. Pſal.118,5.

Vtinam dirumperes cælos. Iſa.64,1.

Vtinam non eſſem vir habens ſpiritum, & mendacium potiùs loquerer. Mich.2,11.

Vtinam & abſcindantur qui vos conturbant. Gal.5,12.

Vtinam frigidus eſſes, aut calidus. Apoc.3,[illegible]

VTOR.

Abram verò benè vſi ſunt propter illam. Gen.12,16.

Et hanc ratus ſum partem meam, ſi vterer labore meo. Eccleſ.2,10.

Vtamur creatura tamquam in iuuentute celeriter. Sap.2,6.

Ne in altam incidentes obliuionem, non poſſent tuo vti adiutorio. † 16,11.

In filia non auertente ſe, firma cuſtodiam: ne inuenta occaſione vtatur ſe. Eccli 26,13.

Vtere quaſi homo frugi his quæ tibi apponuntur. † 31,19. † 40,4.

Et vti fibula aurea. 1.Mach.14,44.

Alternis autem vti, delectabile. 2.Mach.15,40.

Si potes fieri liber, magis vtere. 1.Cor.7,21.

VTRVM.

Habiturus heredem poſt me, quem ignoro, vtrùm ſapiens, an ſtultus futurus ſit. Eccle.2,19.

Neſcit homo vtrùm amore an odio dignus ſit. † 9,1.

VVA.

Lauabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine vuæ pallium ſuum. Gen.49,11.

Et ſe voluerint Domino conſecrare, *&c.* vuas recentes, ſiccaſque non comedent. Num 6,2.

Vua eorum, vua fellis, & botri amariſſimi. Deut.32,32.

Centum ligaturas vuæ paſſæ. 1.Reg.25,18.

Effloruit tamquam præcox vua. Eccli.51,19.

Non eſt vua in vitibus,& non ſunt ficus in ficulnea. Ier.8,13.

In diebus illis non dicent vltrà: Patres noſtri comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obſtupuerunt. † 31,29. Ezech.18,2.

Ipſi reſpiciunt ad deos alienos, & diligunt vinacia vuarum. Oſee 3,1.

Quaſi vuas in deſerto inueni Iſrael: quaſi prima poma ficulneæ in cacumine eius. † 9,10.

VVLGVS.

Vulgus promiſcuum innumerabile aſcendit cum eis. Exod.12,3.

Non poterit vulgus aſcendere in montem Sinai. † 19,23.

Vulgi mores. Vociferans omnis turba, fleuit nocte illa, & murmurati ſunt contra Moyſen. Num.11,4. † 14,1.

Vulgus arcam ſequebatur. Ioſ.6,9.

Et reliquum vulgus, ſicut arena quæ eſt in litore

litore maris plurima. 1. Regum 13,5.

Omne que terræ vulgus venit in saltum, in quo erat mel super faciem agri. † 14,25.

Apprehendit Agag regem Amalec viuum: omne autem vulgus interfecit in ore gladij. † 15.8.

Redegit [lucum] in puluerem, & proiecit super sepulchra vulgi. 4 Reg.23,6.

VVLNERO, VVLNVS.

Die tertio, quando grauissimus vulnerum dolor est. Gen 34.25.

Tradam omnes istos vulnerandos in conspectu Israel. Ios 11,6.

Percussitque Sisaram, quærens in capite vulneri locum. Iudic 5,26.

Vulneratus est [Saul] vehementer à sagittariis. 1.Reg.31,3.

Educ me de exercitu,quia grauiter vulneratus sum. 3 Reg.22.34.

Vulnerauerant Syri Ioram,qui reuersus est,vt curaretur,in Iezrahel. 4.Reg 8.29.

Propter vulnera, quia percusserant eum [Ioram] Syri,prælia ntem contra Hazael. † 9.15.

Vulneratus [Iosias] à sagittariis, dixit pueris suis:Educite me de prælio, quia oppido vulneratus sum. 2.Par.35,23.

In turbine enim conteret me, & multiplicabit vulnera mea etiam sine causa. Iob 9,17.

Concidit me vulnere super vulnus, irruit in me quasi gigas. † 16,15.

Super dolorem vulnerum meorum addiderunt. Psal.68,27.

Sicut vulnerati dormiẽt sin sepulchris.† 87,6.

Multos enim vulneratos deiecit, & fortissimi quique interfecti sunt ab ea. Prou.7,26.

Meliora sunt vulnera diligentis,quàm fraudulenta oscula odientis. † 27,6.

Vulnerasti cor meum soror mea sponsa. Cantic.4,9.

Vulnus & liuor & plaga tumens, non est circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo. Isaiæ 1,6.

Et tu vulneratus es sicut & nos, nostri similis effectus es. † 14.10.

In die qua alligauerit Dominus vulnus populi sui,& percussuram plagæ eius sanauerit. † 30,26.

Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras,attritus est propter scelera nostra. † 53,5.

Obducam enim cicatricem tibi,& à vulneribus tuis sanabo te. Ierem 30,17.

Erant ergo ambo vulnerati amore eius [Susannæ] nec indicauerunt sibi vicissim dolorem suum. Dan.13,10.

Alligauit vulnera eius,infundens oleum & vinum. Luc.10,34.

Dominatus amborum inualuit contra eos, ita vt nudi & vulnerati effugerent de domo illa. Act 19.16.

Factum est vulnus sæuum & pessimum in homines qui habebant characterem bestiæ. Apocal.16,2.

VVLPES.

Cepit [Samson] trecentas vulpes, caudasque earum iunxit ad caudas, & faces ligauit in medio: quas igne succendens dimisit, vt huc illucque discurrerent. Iudic.15,4.

Aedificent: si ascenderit vulpes, transiliet murum eorum lapideum. 2.Esd 4,3.

Partes vulpium erunt. Psal.62,10.

Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas. Cant.2,15.

Quasi vulpes in desertis prophetæ tui Israel erant. Ezech 13,4.

Vulpes foueas habent,& volucres nidos: filius autem hominis non habet vbi caput reclinet. Matth 8,20. Luc.9,58.

Ite & dicite vulpi illi: Ecce eiicio dæmonia, & sanitates perficio hodie & cras, & tertia die consummor. Luc.13,32.

VVLTVS.

Iratusque est Cain vehementer, & concidit vultus eius. Gen 4,5.

Respiciantque se mutuò [cherubim] versis vultibus. Exod.25,20.

Vir venit ad me habens vultum angelicum, terribilis nimis. Iudic.13,6.

Comedit [Anna] vultusque illius non sunt amplius in diuersa mutati. 1.Reg.1,18.

Ne respicias vultum eius. † 16,7.

Viuit Dominus exercituum,ante cuius vultum sto, quia hodie apparebo ei. 3.Reg.18.15.

Si non vultum Iosaphat regis Iudæ erubescerem,non attendissem quidem te,nec respexissem. 4.Reg.3,14.

Quare vultus tuus tristis est, cùm te ægrotum non videam? non est hoc frustrà, sed malum nescio quod in corde tuo est. 2 Esd.2,2.

Non concidisset vultus tuus. Iudith 6,5.

Quod ille audiens,illicò obstupuit,vultum regis ac reginæ ferre non sustinens. Esth 7,6.

Pones eos vt clibanum ignis in tempore vultus tui. Psal.20,10.

Vultus Domini super facientes mala,vt perdat de terra memoriam eorum. † 33,17.

Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis. † 44,13.

Diligenter agnosce vultum pecoris tui. Prouerb 27,23.

Ab auersione vultus cognati. Eccli.41,25.

Post dies autem decem apparuerunt vultus eorum meliores, & corpulentiores præ omnibus pueris qui vescebantur cibo regio. Dan 1,15.

Qui videbat summi sacerdotis vultum,mente vulnerabatur. 2 Mach.3,16

Vt appareat nũc vultui Dei pro nobis. Heb 9,24.

VVLTVR.

Comedere non debetis,&c. miluum ac vulturem

rem iuxta genus suum. Leuit.11,23.

Semitam ignorauit auis, nec intuitus est eam oculus vulturis. Iob 28,7.

VVLVA.

Benedicet tibi, &c. benedictionibus vberum & vuluæ. Gen.49,25.

Quare non in vulua mortuus sum, egressus ex vtero non statim perij? Iob 3,11.

Alienati sunt peccatores à vulua. Psal.57,4. Prou.30,16.

Qui non me interfecit à vulua. Ierem.20,17.

Da eis vuluam sine liberis. Osee 9,14. Lucæ 2,23. Rom 4,19.

VXOR.

Relinquet homo patrem suum & matrem, & adhærebit vxori suæ: & erunt duo in carne vna. Gen.2,24.

Lamech. Qui accepit duas vxores. † 4,19.

Respiciensque vxor eius [Lot] post se, versa est in statuam salis. † 19,26.

Nunc ergo redde viro vxorem suam. † 20,7.

Non accipias vxorem filio meo de filiabus Chananæorum. † 24,3.

Abraham verò aliam duxit vxorem nomine Ceturam. † 25,1.

Perspicuum est quòd vxor tua sit: cur mentitus es eam sororem tuam esse? † 26,9.

Duxit [Esau] vxores &c. quæ ambæ offenderant animum Isaac & Rebeccæ. 35.

Si acceperit Iacob vxorem de stirpe huius terræ, nolo viuere. † 27,46. † 28,2.

Si afflixeris filias meas, & si introduxeris alias vxores super eas. † 31,50.

Deditque illi vxorem Aseneth filiam Putiphare sacerdotis Heliopoleos. † 41,45.

Accepitque [Moyses] Sephoram filiam eius vxorem. Exod.2,21.

Tulit ergo Moyses vxorem suam, & filios suos, & imposuit super asinum, reuersusque est in Aegyptum. † 4,20 † 18,2.

Nec vxorem de filiabus eorum accipies filiis tuis. † 34,16.

Qui duxerit vxorem fratris sui, rem facit illicitam. Leuit.20,21.

Omnes viri ducent vxores de tribu & cognatione sua, & cunctæ feminæ de eadem tribu maritos accipient, vt hereditas permaneat in familiis. Num.36,7.

Non habebit [rex] vxores plurimas, quæ alliciant animum eius. Deut.17,17.

Vxor alienigena quomodo ducenda. Radet cæsariem, & circumcidet vngues, & deponet vestem in qua capta est. † 21,11.

Non accipiet homo vxorem patris sui. † 22,30.

Vxorem accipias, & alius dormiat cum ea. † 28,30.

Vxor datur expugnanti vrbem, filia Caleb. Iosue 15,16.

Vxorem ducere infidelem perditio est. Iudic.3,6.

Vxorem accipit Samson Philisthæam. † 14,1. 16,20. † 15,6. † 19,2.

Nullus nostrûm dabit filiis Beniamin de filiabus suis vxorem. † 21,1,14.

Ruth quoque Moabitidem, quæ vxor defuncti fuit, debes accipere, vt suscites nomen propinqui tui. Ruth 4,5.

Nomen vxoris Saul, Achinoam. 1.Reg.14,50.

Misit ergo Dauid, & locutus est ad Abigail, vt sumeret eam sibi in vxorem. † 25,39.

Redde vxorem meam Michol. 2.Reg.3,14.

Facta est ei [Bethsabee] vxor, peperitque ei filium, & displicuit verbum hoc quod fecerat Dauid coram Domino. † 11,27.

Et vxores domini tui in sinu tuo. † 12,8.

Det mihi Abisag Sunamitidem vxorem. 3.Regum 2,17.

Fueruntque ei [Salomoni] vxores quasi reginæ septingentæ, & concubinæ trecentæ, & auerterunt mulieres cor eius. † 11,3.

Duxit [Achab] vxorem Iezabel filiam Ethbaal regis Sidoniorum. † 16,31.

Vxores tuæ & filij tui optimi, mei sunt. † 20,5.

Filia enim Achab erat vxor eius [Ioram] & fecit quod malum est. 4.Reg.8,18. 2.Esd.10,30. † 13,23.

Ne darentur in prædam infantes eorum, & vxores eorum in diuisionem. Iudith 4,10.

Vxores Assueri præparantur, ornantur, vnguntur multo tempore. Esth.2,12.

Dixit autem illi vxor sua: Adhuc tu permanes in simplicitate tua? Benedic Deo, & morere. Iob 2,9.

Fiant filij eius orphani: & vxor eius vidua. Psal.108,9.

Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ. † 127,3.

Domus & diuitiæ dantur à parentibus: à Domino autem propriè vxor prudens. Prou.19,14.

Perfruere vita cum vxore quam diligis. Eccles.9,9.

Vt mulierem derelictam & mœrentem spiritu vocauit te Dominus, vxorem ab adolescentia abiectam. Isaiæ 54,6.

Equi amatores emissarij facti sunt: vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebat. Ier.5,8.

Non accipies vxorem, & non erunt tibi filij & filiæ in loco isto. † 16,2.

Fiant vxores eorum absque liberis & viduæ. † 18,21.

Omnes vxores tuæ, & filij tui educentur ad Chaldæos. † 38,23.

Vnusquisque in vxorem proximi sui operatus est abominationem. Ezech.22,11.

Mortua est vxor mea vespere. † 24,18.

Iudicate matrem vestram, iudicate: quoniam ipsa non vxor mea. Osee 2,2.

Vxor tua in ciuitate fornicabitur, & filij tui, & filiæ tuæ in gladio cadent. Amos 7,17.

Dominus testificatus est inter te, & vxorem pubertatis tuæ, quam tu despexisti. Mal.2,14.

Vxorem adolescentiæ tuæ noli despicere; cùm odio habueris, dimitte. 16.

In resurrectione ergo cuius erit de septé vxor? Math 22,28.

Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Mat.6,18.

Vxorem duxi, & ideò non possum venire. Luc.14,20.

Memores estote vxoris Lot. † 17,32.

Ita vt vxorem patris sui aliquis habeat. 1.Corinth.5,1.

Propter fornicationem autem vnusquisque suam vxorem habeat. † 7,2.

Vxorem à viro non discedere: quòd si discesserit, manere innuptã, aut viro suo reconciliari. 11.

Qui autem cum vxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuisus est. 33.

Et vos singuli, vnusquisque vxorem suam sicut seipsum diligat: vxor autem timeat virum suum. Ephes.5,33.

Vnius vxoris virum. 1.Tim.3,2.

XANTHICVS.

Ad diem trigesimum mensis Xanthici. 2.Mach.11,30.

XENIA.

Xenia & dona excæcant oculos iudicum, & quasi mutus in ore auertit correptiones eorum. Eccli.20,31.

ZABVLON.

Zabvlon in littore maris habitabit. Genes.49,13.

Primo tempore alleuiata est Terra Zabulon. Isa.9,1.

Porta Zabulon vna. Ezech 48,33. Mat.4.15.

Ex tribu Zabulon duodecim millia signati. Apoc.7,8.

ZACHAEVS.

Zachæe festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere. Luc.19,5.

ZACHARIAS.

Zacharias pater eius repletus est Spiritu sancto. Luc.1,67.

ZAMBRI.

Irruens ergo Zambri, percussit & occidit eum, *&c.* regnauit Zambri septem diebus in Thersa, *&c.* & incendit se cum domo regia. 3.Reg.16,10,15.

Cunctis regibus Zambri, & cunctis regibus Elam. Ier.25,25. 1.Mach.2,26.

ZARA.

Peperit ei Phares & Zara. 1.Par.2,4.

Egressus est autem contra eos Zara Aethiops cum exercitu suo decies centena millia, *&c.* ruerunt Aethiopes vsque ad internecionem. 2.Par.14,9.

ZEB.

Interfecit Oreb in Petra Oreb, Zeb verò in Torculari Zeb. Iudic.7,25. Psal.82,12.

ZEBEDAEVS.

Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem eius. Math 4,21. † 20,20.

ZEBEE.

Surrexit Gedeon, & interfecit Zebee, & Salmana. Iudic.8,21.

ZEBVL.

Constituit principem Zebul seruum suum. Iudic.9,28.

ZELPHA.

Erat cum filiis Balæ & Zelphæ. Gen.37,2.

ZELVS, ZELOTES, ZELOTYPIA.

Zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem. Exo.20,5.

Zelus Moysis. Proiecit de manu tabulas, & confregit eas ad radicem montis, arripiensque vitulum, quem fecerant, combussit. † 32,20.

Zelotes nomẽ eius, Deus est æmulator. † 34,14.

Zelotypiæ spiritus vt curandus. Num.5,27.

Zeli merces. Ecce do ei [Phinees] pacem fœderis mei, & erit tam ipsi quàm semini eius pactum sacerdotij sempiternum, quia zelatus est pro Deo suo, & expiauit scelus filiorum Israel. Numer.25,12.

Zelus tribuum ad vlciscendum facinus exe-crandum. Iudic.20,2,8.

Zelus indiscretus. 2.Reg.21,2.

Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum tuum filij Israel: altaria tua destruxerunt, prophetas tuos occiderunt gladio, derelictus sum ego solus, & quærunt animam meam. 3.Reg.19,10.

Vide zelum meum pro Domino. 4. Reg.10.16,25.

Zelus populi. Ingressúsque est populus terræ in templum Baal, & destruxerunt aras eius, & imagines contriuerunt validè. Mathan quoque sacerdotem Baal occiderunt corã altari. † 11,18.

Zelus enim Domini exercituum faciet hoc. 4.Reg 19,31.

Zelus Iosiæ Regis. Fœdus percussit coram Domino, vt ambularent post Dominum, *&c.* vt proiicerent de templo Domini omnia vasa, quæ facta fuerant Baal, *&c.* & deleuit aruspices, *&c.* destruxit quoque ædiculas effeminatorum, *&c.* tulit ossa de sepulchris, & combussit ea super altare. † 23,3. 2.Par.14,3. † 19,4.

Zelus Esdræ. Scidi pallium meum, & tunicam, & euelli capillos capitis mei, & barbæ, & sedi mœrens, *&c.* curuaui genua mea, & expandi manus meas ad Dominum. 1.Esd.9,2. 2.Esd.13,8,21. Iudith 4,2.

Omnem prædam in diuisionem seruis tuis, qui zelauerunt zelum tuum. Iudith 9,3.

Noli æmulari in malignantibus: neque zelauens

ueris facientes iniquitatem. Psal. 36,1.

Zelus domus tuæ comedit me. † 68,10.

Zelaui super iniquos, pacem peccatorum videns. † 72,3.

Tabescere me fecit zelus meus, quia obliti sunt verba tua inimici mei. † 118,139.

Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ. Prou. 6,34.

Zelus iusti. Excogitat iustus de domo impij, vt detrahat impios à malo. † 21,12.

Auris zeli audit omnia. Sap. 1,10.

Nolite zelare mortem in errore viæ vestræ. 12.

Accipiet armaturam zelus illius. † 5,18.

Non zeles mulierem sinus tui, ne ostendat super te malitiam doctrinæ nequam. Eccl. 9,1.

Non zeles gloriam & opes peccatoris: non enim scis quæ futura sit illius subuersio. † 9,16.

Qui docet filium suum, in zelum mittit inimicum. † 30,3.

Zelus & iracundia minuunt dies, & ante tempus senectam adducet cogitatus. 26.

Zelatus sum bonū, & non confundar. † 51,24.

Zelus Domini exercituum faciet hoc. Isa. 9,7.

Auferetur zelus Ephraim. † 11,13.

Indutus est vestimentis vltionis, & opertus est quasi pallio zeli. † 59,17.

Vbi est zelus tuus, & fortitudo tua, multitudo viscerum tuorum, & miserationum tuarum? super me continuerunt se. † 63,15.

Vbi erat statutum idolum zeli, ad prouocandam æmulationem. Ezech. 8,3.

Requiescet in lignario mea in te, & auferetur zelus meus à te, & quiescam, nec irascar amplius. † 16,42.

Ponam zelum meum in te, quem exercent tecum in furore. † 23,15.

Faciam iuxta iram tuam, & secundùm zelum tuum, quem fecisti, odio habens eos. † 35,11.

In igne zeli mei locutus sum de reliquis gentibus. † 36,5.

In zelo meo, in igne iræ meæ locutus sum. † 38,19.

Assumam zelum pro nomine sancto meo. † 39,25.

Zelatus est Dominus terram suam, & pepercit populo suo. Ioel. 2,18.

In igne zeli eius deuorabitur omnis terra. Soph. 1,18.

Zelatus sum Ierusalem & Sion zelo magno. Zach. 1,14.

Zelatus sum Sion zelo magno, & indignatione magna zelatus sum eam. † 8,2.

Zelatus est legem, sicut fecit Phinees. 1. Machab. 2,26.

Exclamauit Mathathias voce magna in ciuitate, dicens: Omnis qui zelum habet legis statuens testamentum, exeat post me. 27.

Phinees pater noster zelando zelum legis accepit testamentum sacerdotij æterni. 54.

Zelus domus tuæ comedit me. Ioan. 2, 17.

Repleti sunt zelo, & iniecerunt manus in Apostolos. Act. 5,17.

Videntes autem turbas Iudæi, repleti sunt zelo, & contradicebant his quæ à Paulo dicebantur, blasphemantes. † 13,45.

Zelantes autem Iudæi, assumentesque de vulgo viros quosdam malos. † 17,5.

Cùm enim sit inter vos zelus, & contentio, nonne carnales estis, & secundùm carnem ambulatis? 1. Cor. 3,3.

Quòd si zelum amarum habetis, & contentiones sint in cordibus vestris, nolite gloriari, & mendaces esse aduersus veritatem. Iac. 3, 14, 16. 2. Pet. 2,8.

ZIO.

In anno quarto mense Zio, &c. ædificari cœpit domus Domino. 3. Reg. 6,1.

ZIPH.

Vt quæreret Dauid in deserto Ziph. 1. Reg. 26,2. Psal. 53,2.

ZIZANIA.

Colligite primùm zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum. Matth. 13,30.

ZOMZOMMIM.

Gigantes, quos Ammonitæ vocant Zomzommim, populus magnus, & multus, & proceræ longitudinis, sicut Enacim, quos deleuit Dominus à facie eorum. Deut. 2,20.

ZONA.

Vir pilosus & zona pellicea accinctus renibus. 4. Reg. 1,8.

Et sicut zona qua semper præcingitur. Psalmo 108,19.

Circumcinxit eum zona gloriæ, & induit eum stolam gloriæ. Eccli. 45,9.

Et erit pro suaui odore fœtor, & pro zona funiculus. Isa. 3,24.

Tulit zonam Pauli, & alligans sibi pedes & manus, dixit: Hæc dicit Spiritus sanctus: Virum, cuius est zona hæc, sic alligabunt in Ierusalem Iudæi, & tradent in manus gentium. Act. 21,11.

Similem filio hominis, vestitum podêre, & præcinctum ad mammillas zona aurea. Apocal. 1,13.

Vestiti [Angeli] lino mundo & candido, & præcincti circa pectora zonis aureis. † 15,6.

ZOROBABEL.

Quomodo amplificemus Zorobabel: nam & ipse quasi signum in dextera manu. Eccli. 49,13.

Et audiuit Zorobabel filius Salathiel, & Iesus filius Iosedec sacerdos magnus, & omnes reliquiæ populi vocem Domini. Agg. 1,12.

APPENDIX,

Ex Silua Allegoriarum sacræ Scripturæ F. HIERONYMI LAVRETI *Benedictini: & ex* GEORGII BVLLOCI *Concordantiarum eiusdem Scripturæ sacræ Oeconomia.*

AARON.

AARON, interpres & os Moysis, quia sacerdotem est interpretari legem. Mal.2,b. *Hieron.*

Stetit cum Moyse coram Pharaone, vt ab Aegyptiaca seruitute populum liberaret, quia sacerdos debet stare aduersus principem huius mundi ad liberandum populum à peccatis, precibus, doctrina, exemplis. *Bern.*

Non comedit hircum pro peccato; quia sacerdos non debet acceptare fictam peccatoris pœnitentiam. *Hesych.*

Ascendente in montem Moyse relinquitur Aaron cum populo, quia Christus est cum Ecclesia vsque ad consummationem sæculi, & cum Spiritu sancto quæstiones, quæ in Ecclesia oriuntur, decernit. *Beda.*

Orat Aaron ad iram Dei placandam, stans inter viuos & mortuos; & Christus inter fideles & infideles, seu inter patres veteris & noui Testamenti plagam cessare facit, destructo mortis imperio. *Orig.*

Floruit virga Aaron, & crux Christi floruit in gentibus. *Aug.*

Sustentat Aaron manus Moysis: quia contemplatione cælestium mentis deuotio roboratur. Et Prælati & Prædicatores sua doctrina & exhortatione legem sustentare debent in cordibus auditorum, vt compleant. *Orig.*

Aptant Aaron & filij lucernam, quæ est prædicatio fidei quam Christus instituit, & Apostolis prædicandam tradidit. *Cyril.*

ABARIM.

ABARIM, transitus. Figura eius qui totus in Deum translatus est. Non inuenitur in mundo; quia in nullo actu sæculari, in nulla re carnali, in nullo colloquio vanitatis inuenitur. *Glos. int.*

ABDEMELECH.

ABDEMELECH eunuchus liberat Ieremiam de lacu: ipse à captiuitate liberatur: quia prædicator castrat se propter regnum cælorum; & sua prædicatione & exemplis animas è vinculis peccatorum eripere procurat. Et ipse à periculo & diaboli laqueis liberari meretur.

Item misericordes, & eleemosynas dantes, & qui tribulatos iuuant, misericordiam consequi merentur. *Glos. int.*

ABEL.

ABEL, vanitas, vel luctus, nascitur post Cain, quia vita spiritualis nascitur post carnalem. Interpretatur vanitas, quia spirituales cognoscunt omnem creaturam vanitati subiectam.

Pastor erat ouium, ideò acceptus; quia Deus simplicis cordis est amator.

Abel frater Cain, Christus frater Iudæorum, & pastor bonus, iustitiæ auctori Abel munera grata Deo; & Christus suo munere genus humanum reconciliauit. Per inuidiam occiditur, ita & Christus. In agro Abel, Christus extra portam occisus.

Sanguis Abel vindictam, Christi clamat misericordiam.

Iustos persequuntur impij, qui ad ciuitatem Cain pertinent.

Per Abel martyres laici: per Zachariam intelliguntur martyres ordinis Ecclesiastici. *Tertul. Aug.*

ABIES.

ABIES. Perfecti in Domini seruitute sublimes & fortes mentes electorum, quorum conuersatio est in cælis.

Pro saliuncula ascendit abies, cùm in corde sanctorum pro abiectione terrenæ cogitationis, altitudo supernę contemplationis exoritur. *Greg.*

ABIEZER.

ABIEZER, id est, patris auxilium. Melior racemus Ephraim vindemiis Abiezer: quia vnum opus vitæ contemplatiuæ multis operibus vitæ actiuæ præstat: quia Maria optimam partem elegit, & vnum est necessarium. *Hugo Card.*

ABIGAIL.

ABIGAIL prudentissima & pulcherrima Dauidem placat; & in B. Virgine Maria prudentissima & pulcherrima Deo placuit, cùm in ea factus est

est homo, & generi humano reconciliatus est; eumq; ie nobis quotidie placat. *Amb. Rup.*

ABIRON.

ABIRON & DATHAN. Signant superbos & ambitiosos in Ecclesia & Cœnobiis, qui contra suos Prælatos eriguntur. *Lyr.*

ABISAG.

ABISAG significat sapientiam, quæ sola in senibus viget. Quanto magis eam amplectuntur, tantò magis eos à concupiscentiis reddit alienos. *Hieron.*

ABYSSVS.

GEHENNA. Descendunt vsque ad abyssos, anima eorum in malis tabescebat. Psal.106.c,26. Eccli.16,c,18.

Abyssus vallauit me. Ionæ 2,b,6. Luc.8,d,31.

Data est ei clauis putei abyssi. Apoc.9,a,1.

MYSTERIA FIDEI. Ponens in thesauris abyssos. Psal.32,b,7.

Iudicia tua, abyssus multa. † 35,a.

Abyssum & cor hominum inuestigauit. Eccli. 42,d,18.

ASTVTIA DIABOLI. Abyssus exaltauit illum. Ezech.31,a,4.

Deuorauit abyssum multam, & comedit simul partem. Amos 7,a,4.

Bestia quæ ascendit de abysso, faciet aduersus eos bellum. Apoc.11,b,7. † 17,b,8.

Tenebræ super faciem abyssi, cùm mens est sine gratia, in cæcitate & ignorantia. *Aug.*

Abyssus dedit vocem suam, cùm Patres in Limbo, aduenıente Christo, laudarunt & gratias egerunt. *Rup.*

ACETVM.

ACETVM mordax & graue gustui: mixtum cum aliis suauem præstat gustum: quia correctio si sola sit, sæpè nimium est mordax: si vero aliis blandis verbis temperetur, sæpè grata efficitur. *Beda.*

Acetum offerunt Christo, qui nolunt mutare veterem hominem. *Orig. Aug.*

ACHAN.

ACHAN. Religiosus malè viuens, cuius infamia etiam ad ceteros diffunditur. Malum vnius membri totum quodammodò corpus inficit. *Aug.*

ACHIOR.

ACHIOR malè tractatur liberè dicens veritatem coram Principe; quia prædicatores affliguntur liberè dicentes veritatem. *Lyr.*

ADAD.

ADAD diabolus aduersarius Christi veri Salomonis: & est clamor, quia vt leo circuit quærens quem deuoret. *Lyr.*

ADAM.

ADAM se abscondit, cùm peccator erubescit peccata confiteri. *Beda.*

Extra paradisum formatus Adam, Eua in paradiso, ne quis de loci nobilitate præsumat. *Ambr.*

ADAMAS.

ADAMAS lapis durissimus & indomabilis, quia Sancti à Christo adiuti à nullo superantur. *Orig.*

ADEPS.

DELICIAE SPIRITVALES Obtulit [Abel] de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum. Gen.4,a,4.

Adolebit adipem in odorem suauitatis Domino. Leuit.17,b,6.

Quasi adeps separatus à carne, sic Dauid à filiis Israel. Eccli.47,a,2.

FORTITVDO. Tolles adipem de ariete. Exodi 29,d,22.

A sanguine interfectorum, ab adipe fortium sagitta Ionathæ numquam rediit retrorsum. 2.Reg.1,d,21.

MISERICORDIA. Adolebit adipem pacificorum. Leuit.6,8. Psal.16,c. † 62,b

Pinguissimo adipe stringeretur. Iudic. 3, c,22.

Incrassatus est adipe de sanguine agnorũ, *&c.* & humus eorum adipe pinguium. Isa.34.b,6.

SAPIENTIA. Fecit quippe holocaustum ibi, & sacrificium, & adipem pacificorũ. 3.Reg 8,g,64.

Cibauit eos ex adipe frumenti. Psal.80,d,17.

Stabant in conspectu meo, vt offerant mihi adipem, & sanguinem. Ezech.44,c,15.

CHARITAS, sine qua anima est arida erga Deum & proximum.

Adeps mundorum animalium non comeditur, sed Deo offertur, quia desiderium bonorum operum referendum est ad Deum. *Hesych.*

ADORARE.

COLERE. Consurgere manipulum meum & stare, vestrosque manipulos circumstantes adorare manipulum meum. Gen.37,b,7.

Adorabunt te filij patris tui. † 49,b,8. 3.Regum 1,c,16.

Ierosolymis est locus, vbi adorare oportet. Ioan.4,c,20. Apoc.3,b

ADORARE LATRIA. Adorauit Israel Dominus. Gen.47,g. Exod.33,b

Vt adoraret & sacrificaret Domino exercituum in Silo. 1.Reg.1,a,3. Iob.1,d. Psal.5,b. † 9,g.

Daniel adorabat Deum suum. Dan.14,a,3. Matth.2,a

Dominum Deum tuum adorabis Matth.4,b. Ioan.4,c

Adorent eum omnes Angeli. Heb.1,b. Apoc.22,b

HYPERDVLIA Vultu in terram demisso adorabunt te. Isa.49,g,23.

Videns autem Iesum à longè, cucurrit & adorauit eum. Mar.5,a,6.

DVLIA. Cùm similiter adorassent, extremi Ioseph & Rachel adorauerunt. Gen.33,b,7.

Adorauit [Abigail] prona in terram. 1.Reg. 25,g.

Fle-

Flectebant genua, & adorabant Aman. Esther 3,a,2.

Adorate scabellum pedum eius. Psal.98,a

Nabuchodonosor cecidit in faciem suam, & Danielem adorauit. Dan.2,g,46. Act.10.d.

Ego Ioannes,&c. cecidi vt adorarem ante pedes Angeli. Apoc.22,b,8.

INCLINARE. Duo Angeli,&c. iuit [Lot] obuiàm eis, adorauitque pronus in terram. Gen. 19,a,1.

Inclinauit se homo, & adorauit Dominum. † 24,c,26.

Balaam, & vidit Angelum, &c. adorauitque eum pronus in terram. Num 22,f,31. 1.Reg. 21,c. Dan.6,c

IDOLOLATRIA. Non facies tibi sculptile,&c. non adorabis ea, neque coles. Exod.20,a,4.

Seruiuit [Achab] Baal, & adorauit eum. 3.Regum 16,g,31. Psal.96,b

Opus manuum suarũ adorauerunt. Isa.2,b,8.

Cadentes adorate statuã. Dan.3,a. Apoc.9,d

AER.

ECCLESIA. Obscuratus est sol & aër de fumo putei. Apoc.9,a.2.

PROPHETA. Tenebrosa aqua in nubibus aëris. Psal.17,b

AGAR.

AGAR typus carnis aut sensualitatis, quæ eleuatur contra rationem. *Orig.*

Cùm concepit, despexit dominam, quia subditus imperfectus cùm aliquantum profecerit, despicit Prælatum suum. *Greg.*

AGER.

ECCLESIA. Egrediamur in agrum. Cant.7,d

Seminauit bonum semen in agro suo. Matth. 13,c. † 24,b

Considerate lilia agri, quomodo crescunt. Luc.12,c

Duo in agro, vnus assumetur, & alter relinquetur. † 17,g.35.

SACRA SCRIPTVRA. Agrum non suum demetunt. Iob 24,b,6.

Considerauit agrum, & emit eum Prou.31,8.

Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro. Matth.13,f.

COEMETERIVM. Emerunt ex illis agrum figuli. Matth.27,a

AGNVS.

MANSVETVS. Lac de ouibus, cum adipe agnorum. Deut.32,b

HOSTIA. Tollat vnusquisque agnum per familias. Exod.12,a

In die sabbati sex agnos immaculatos, & arietem immaculatum. Ezech.46,b,4.

CHRISTVS. Emitte agnum Domine, dominatorem terræ. Isa.16,a

Quasi agnus coram tondente se, obmutescet. Isa.53,b.7.

Ecce Agnus Dei. Ioan.1,e,36. 1.Pet.1,d

Beati qui lauant stolas suas in sanguine Agni. Apoc.22,c,24.

AGERE DIEM FESTVM.

Cunctis enim diebus desolationis egit sabbatum, vsque dum complerentur septuaginta anni. 2.Par.36,d,22. 2.Mach.19.b

AGRICOLA.

DEVS PATER. Ego sum vitis vera: & Pater meus agricola est. Ioan.15,a.

PRAEDICATOR. Laborantem agricolam oportet primùm de fructibus percipere. 2. Timoth,2,a

CHRISTIANVS. Aedificauit turrim, & locauit eam agricolis. Matth.21,d.

ALA.

FIGVRA. Portaui vos super alas aquilarum. Exod.19,a

Cherubim expandebant alas. 3.Reg.8,a. 2.Par.5,b

DEI PROVIDENTIA. Sex alæ vni, & sex alæ altari. Isa.6,a. Apoc.4,c

PROTECTIO. In velamento alarum tuarum exultabo. Psal.62,b

Væ terræ cymbalo alarum. Isa.18,a

Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti? Matth.23,d,37.

INANIS GLORIA. Ligauit eum spiritus in alis suis. Osee 4,d

Mulieres,&c. habebant alas quasi alas milui. Zach.5,d

ALABASTRVM.

ALABASTRVM. Corpus castigatione pœnitentiæ fit vas pretiosi vnguenti, nempe animæ Deo placentis. *Aug.*

ALTARE.

CHRISTVS. Vidi subtus altare animas. Apoc.6,c. † 11,a

ECCLESIA. Offeres oblationes tuas carnem, & sanguinem, super altare Domini Dei tui. Deut.12,d,27

Introibo ad altare Dei. Psal.42,a

In ascensu altaris sancti gloriam dedit sanctitatis amictum. Eccli 50,b,12.

In die illa erit altare Domini in medio Terræ Aegypti, & titulus Domini iuxta terminum eius. Isa.19,c,19. Ezech.41,d

Sedebunt filij Israel sine rege, & sine principe, & sine sacrificio, & sine altari. Osee 3,b,4. 1.Cor.9,b

FIDEI PROTESTATIO. Aedificauit Noë altare Domino. Gen.8,d

Abraham ædificauit ibi altare. † 12,d. † 13,a

Altare de terra facies mihi. Exod.20,d. Iudic.6,c. Sap.9,b,8.

Oblatio iusti impinguat altare. Eccli 35,a. Heb.13,b

POPVLI PROPITIATIO. Aedificauit Moyses altare Domino. Exod.17,d

Altare de lapidibus impolitis. Ios.8,f

Altare Domini operuerũt cilicio. Iudith 4,b,9.

HOLOCAVSTORVM. Aedificauit autem Noe altare Domino. Gen.8,d

Extructo altari ad holocaustum. Ios.22,f

Aedificauit ibi Dauid altare Domino, & obtulit holocausta & pacifica. 2 Reg.24,d,25.

Holocausta eorum & victimæ eorum, placebũt mihi super altari meo. Isa.56,c,7. Ezech.43,g

INCENSORVM. Facies quoque altare ad adolendum thymiama, de lignis setim. Exod.30,a,1.

Altare aureum, in quo adoletur incensum. † 40,a,5.

IDOLORVM Aras eorum destrue. Exod.34,b

Aedifica mihi hic septem aras. Num.23,a. 2.Par.1 ,a

Dispergam ossa vestra circa aras vestras. Ezechiel.6,a. Osee 8,c

ALTITVDO.

SVPERBIA. Humiliabitur altitudo virorum. Isaiæ 2,d

Et apprehendere niteris altitudinem collis. Ierem.49,d,16.

Vidit altitudinem suam in multitudine palmitum suorum. Ezech 19,c,11.† 31,c

Arborem quam vidisti sublimem atque robustam, cuius altitudo pertingit ad cælum, & aspectus illius in omnem terram, &c. Tu es rex. Daniel.4,d,18.

Amorrhæum, &c. cuius altitudo cedrorum, altitudo eius. Amos 2,c,9.

Qui non cognouerunt altitudinem satanæ. Apoc 2,g,24.

DEVS Solium gloriæ altitudinis à principio. Ierem.17,b,12.

Altitudo manus suas leuauit. Hab.3,b

CALAMITAS. Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me. Psal.68,a

Ab altitudine inferorum eduxit illos. Sap.10,d

PROFVNDITAS. De altitudine ventris inferi. Eccli.51,a

Non habebant altitudinem terræ. Matth.13,a

O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei. Rom.11,d

Omnem altitudinem extollentẽ se. 2.Cor.10,b

AMALEC.

AMALEC, affectus praui, qui secum trahunt omnes animæ vires; quorum memoriam Deus delet in perfectis. *Georg Ven.*

AMAN.

AMAN, diabolus, qui fideles persequitur, & Christum putans vincere, ipse victus per crucem, & cruci affixus est. *Glos.ord.*

AMARITVDO.

MISERIA. Radix germinans fel, & amaritudinem. Deut.28,c

Amaritudine valdè repleuit me. Ruth 1,d

In amaritudinibus moratur oculus meus. Iob 17,a. † 21,c

Ipsa oppressa amaritudine. Thren.1,b

ADVERSITAS Scribis enim contra me amaritudines. Iob 13,d. Isaiæ 38,d. Thren.3,b

Germinauit quasi amaritudo iudicium. Osee 10,a. Amos 6,d,13.

CORDIS CONTRITIO. Anima eius in amaritudine est. 4.Reg.4,e,g. Esth.4,a

Implet me amaritudinibus. Iob 9,6.

Cor quod nouit amaritudinem animæ suæ, in gaudio eius non miscebitur extraneus. Prouerb. 14,b,10. Eccli.7,b,12.

Non est sensus vbi est amaritudo. † 21,b,15. Isaiæ 38,c,15.

Statue tibi speculam, pone tibi amaritudines. Ierem.31,d,15. Ezech.21,b

MALA COGITATIO. Ne qua radix amaritudinis sursum germinans impediat. Heb.12,d,15

INSIDIAE. Quorum os maledictione & amaritudine plenum est. Psal.13,a,3.

Non erit vltrà domui Israel offendiculum amaritudinis. Ezech.18,f,24. Osee 12,d

AMICVS.

DEVS. Qui negligit damnum propter amicum. Prou.12,d,26.

Quis vestrûm habebit amicum, &c. Amice, commoda mihi tres panes. Luc.11,a,5.

FIDELIS. Abraham, &c. per multas tribulationes probatus, Dei amicus effectus est. Iudith 8,c,22. Iob 36,d

Mihi alienigenæ amici facti sunt. Psalmo 107,b,10.

Omni tempore diligit qui amicus est. Prouerb.17,c. Eccli.6,b

Fidem possidе cum amico. † 22,d

Lazarus amicus noster dormit. Ioan.11,b

AMOR.

AFFECTVS NATVRALIS Seruiuit ergo Iacob pro Rachel septem annis: & videbantur illi pauci dies præ amoris magnitudine. Gen.29,c,20.

Amabilis super amorem mulierum. 2.Regum 1,d,26.

Ita vt propter amorem eius ægrotaret.† 13,a,2.

Ambo vulnerati amore eius. Dan.13,b

AMICITIA. Amorem sequentis priori prætulit. Gen.29,d. 1.Reg.13,c

Melior est manifesta correptio quàm amor absconditus. Prou.27,a,5.

Placitum est spiritui meo, &c. concordia fratrum, & amor proximorum. Eccli.25,a,2.

CHARITAS. Nescit homo, vtrùm amore an odio dignus sit. Eccles.9,a,1.

Amore langueo. Cant.2,a. † 5,c

In obedientia charitatis, in fraternitatis amore. 1.Pet.1,d

CVPIDITAS. Onager, &c. in desiderio animæ suæ

suæ attraxit ventum amoris sui: nullus auertet eam. Ierem.2,e,24. 2 Mach.6,d

AMORRHAEI.

AMORRHAEI, peccatores existentes in hoc mundo, qui sunt amari bonis. *Orig.*

AMYGDALVS.

AMYGDALVS prima florens & diu perdurans, eminentiam & durationem sacerdotij designat. Fructus foris asper, intus dulcis, vita Sacerdotum foris aspera, intus Deo grata esse debet. *Philo.*

Primus cortex amarus, litera legis amata prædicans circumcisionem: secundus cortex, moralis doctrina, quæ corpus castigat: medulla, mysteriorum sapientia & scientia. *Greg.*

Virgæ amygdalinæ, ordo Prælatorum, qui debent esse exemplo iunioribus. Producunt amygdala nuces longas, fructum qui permaneat in vitam æternam.

Frondes eius, verba doctrinæ; flores, exempla vitæ; summus fructus, orationis effectus. *Glos. ord.*

ANATHEMA.

ANATHEMA, conuersatio sæcularis, ceteraque mundana quæ non sunt introducenda cum moribus Ecclesiæ *Orig.*

ANATHEMA. Donarium obtulit Iudith vt suspendatur in templo. Qui consecrantur Deo, non descendant in profanos vsus: attribuantque Deo victoriam de mundo, carne, diabolo. *Lyr.*

ANGELVS.

BONVS. Venerunt duo Angeli Sodomam vespere. Gen.19,a

Angelus autem meus præcedet te. Exod.32,g

Angelus autem Domini locutus est ad Eliam. 4.Reg.1,a

MALVS. In angelis suis reperit prauitatem. Iob4, d

Immissiones per angelos malos. Psal.77,d

Angelus autem crudelis mittetur contra eum. Prou 17,b. Matth.25,d

Solue quatuor angelos, qui alligati sunt in flumine. Apoc.9,c 14.

HOMO. Sacerdotis, &c. quia Angelus Domini exercituum est. Mal.2,b

Angelus testamenti, quem vos vultis. † 3,a

Ecce mitto Angelum meum. Mar.1,a

Debet mulier potestatem habere super caput propter Angelos. 1.Cor.11,b,11.

Vidi septem Angelos stantes in conspectu Dei. Apoc.8,a,2.

IGNIS. In columna ignis per noctem. Numeror.14, c

Post ignem sibilus auræ tenuis. 3.Reg.19,b

FLAMMA In igne flammæ rubi. Act.7,d

SPIRITVS. A septem spiritibus qui sunt in conspectu throni. Apoc.1,a

MINISTER. Ministros suos flammam ignis. Heb.1,c

VIR. Vir stetit ante me in veste candida. Act.10,e,30.

PRINCEPS. Princeps autem regni Persarum restitit mihi. Dan.10,c. † 12,a

EXERCITVS. Exercitus qui sunt in cælo sequebantur eum. Apoc.19,c

MILITIA. Facta est cum Angelo multitudo militiæ cælestis. Luc.2,b

ANIMA.

PERSONA. Animas quas fecerant in Haran. Gen.12,a

Da mihi animas, cetera tolle tibi. † 14,d

Delebitur anima illa de populo illo. † 17,b

Auctores parentes animarum inauxiliatarum. Sap.12,a

Tristis est anima mea vsque ad mortem. Matthæi 26,d

ANNA.

ANNA, gratia, genuit Samuelem, id est, opera perfecta, quæ serò generantur. *Orig.*

Signat Ecclesiam, quæ priùs sterilis erat. Anna prophetissa typum gerit Ecclesiæ. *Glos. int.*

ANNVS.

ANNI SEPTVAGINTA designant remissionem. Tamdiu in huius sæculi confusione versamur, quamdiu requiem septenarij mereamur accipere. *Hieron.*

ANTEMVRALE.

ANTEMVRALE, Prophetæ Euangelicam doctrinam suis vocibus munientes. Vel recta fides, bonis operibus munimentum præstans. Vel patientia, vt inter diuersa tentamenta stemus & perseueremus iugiter inconcussi. *Hieron. Bern.*

Angeli qui priùs muniebant Synagogam, facti sunt antemurale Ecclesiæ. *Glos. int.*

ANTICHRISTVS.

IN MEMBRIS Omnis spiritus qui soluit Christum, ex Deo non est; & hic est Antichristus. 1.Ioan.4,a,3. 2.Ioan.c

ANTICHRISTI PRAECVRSORES PRIMITIVI. Ex his sunt qui penetrant domos. 2.Timoth 3,b,6.

Cypressina laquearia quæ bonum præstant odorem & tectum sustinent, Episcopi & Prælati Ecclesias sua fortitudine sustinentes, & odore doctrinæ, & exemplorum subditos perfundentes. *Georg.Ven.*

DAGON.

DAGON, dæmones qui ceciderunt coram Christo, abscissis manibus & capite, ablatis ab eorum cultu regibus & principibus. *Rup.*

DANIEL.

DANIEL typus continentium, qui dum mundanas voluptates despiciunt,ad altitudinem contemplationis eleuantur. *Orig.*

DAVID.

DAVID Bethleemites, typus Christi, qui de Iudęa in domo panis est ortus,& vnctus in regem. Dauid occidit Goliath, Christus diabolum. Mutauit faciem coram Abimelech, Christus factus gentibus stultitia. *Hieron.*

DAVID decorus,rufus, & Prælatus debet esse feruens in opere,& pulcher aspectu per sublimem contemplationem,& decora facie per ineffabilem charitatis pulchritudinem. *Greg.*

DENARIVS.

BEATITVDO. Nónne ex denario conuenisti mecum? Matth.20,b

SCRIPTVRA. Protulit duos denarios. Luc. 10,f

PECCATVM. Debebat ei centum denarios. Matth.18,c

DENTES.

DENTES, Apostoli & prædicatores, qui præmansum verbum Dei præbent auribus fidelium, panem paruulis frangunt sanctam Scripturam exponendo. *Orig.Ambr.*

DENTES candidi, fortes, carnem non habent, carent corio, nihil intra se pati possunt, non est dolor sicut dolor eorum, clausi sunt labiis ne videantur; & Monachi exuti omnibus rebus mundi, fortes sunt in doctrina & operibus. *Bern.*

PRAEDICATORES SACRI. Dentes eius lacte candidiores. Gen.49,b

Dentes tui sicut greges. Cant 4,a

HAERETICI. Dentes bestiarum immittam in eos. Deut 32,d. Iob 16,b

Filii hominum, dentes eorum arma, & sagittæ. Psal.56,b

Generatio, quæ pro dentibus gladios habet. Prou.30,b,14. Apoc.9,b

DETRACTORES. Dentes peccatorum contriuisti. Psal.3,b Zach 9,b

DESCENDIT DEVS

PER GRATIAM. Quis ascendit in cælum atque descendit? Prou.30,a,4.

Descendi in hortum meum. Cant.6,d

Descendi liberare eos. Act.7,d

PER POENAE EXECVTIONEM. Descendamus & confundamus ibi linguam eorum. Gen. 11,a,7.

In tuba Dei descendet de cælo. 1.Thess.4,d

PER REVELATIONEM. Descenditque Dominus super montem Sinai. Exod.19,d,20.

PER INCARNATIONEM. Vtinam dirumperes cælos & descenderes: à facie tua montes defluerent. Isa 64,a,1. Ioan.3,b

Qui descendit,ipse est & qui ascendit. Eph.4,b

DESCENDIT ANGELVS cum Azaria & sociis eius in fornacem. Dan 3,d,49. Matth.28,a. Ioan.5,a

DESERTVM.

GENVS HVMANVM. Ignis comedit speciosa deserti. Ioel.1,c

PARADISVS. Nónne dimittit nonaginta nouem [oues] in deserto? Luc.15,a

IVDAEA. Vox clamantis in deserto. Isa.40,a. Ioel.2,a

GENTILITAS. Pinguescent speciosa deserti. Psal.64,d. Isa.16,a

Scissæ sunt in deserto aquæ. Isa.35,b. †41,c

SAECVLVM. Quæ est ista quæ ascendit per desertum. Cant.3,c

Quasi vuas in deserto, inueni Israel. Osee 9,c,10.

DEVS.

SPIRITVS. Spiritus est Deus. Ioan.4,d

VERITAS. Redemisti me Domine Deus veritatis. Psal.30,b

VERVS. Hæc dicit sanctus & verus. Apoc.3,b

SPES. Spes mea ab vberibus matris meæ. Psal.21,b

Spes mea tu in die afflictionis. Ier.17,c

Christi Iesu spei nostræ. 1.Tim.1,a

PARS. Ego pars & hereditas tua. Num.18,c

Non est his similis pars Iacob. Ier.10,c

CHARITAS. In charitate perpetua dilexi te. Ier.31,a. 1.Ioan.3,c

REX. Regem sæculorum exaltate. Tob.13,b. Dan 2,g

DVCTOR Dominus Deus tuus ipse est ductor tuus. Deut 31,a

Spiritus Domini ductor eius fuit. Isa.63,c,14.

AMICVS. Quis vestrûm habebit amicum? Lucæ 11,a

LAVS. Fortitudo mea & laus mea Dominus. Exod.15,a

DIGITVS, TRINITAS. Videbo cęlos tuos opera digitorum tuorum. Psal.8,a

Quis appendit tribus digitis molem terræ? Isaiæ 40,c

LVX. Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt vllæ. 1.Ioan.1,b

ALTISSIMVS. Qui nouit doctrinam Altissimi. Num.24,c. Psal.9,a

EXCELSVS. Benedictus Abraham Deo excelso. Gen.14,d

VNVS. Dominus Deus noster, Deus vnus est. Deut.6,b.

SOLVS. Videte quòd ego sim solus, & non sit alius Deus præter me. Deut 32,f,39.

FACIES MISERICORDIA. Deprecare faciem Domini Dei tui. 3 Reg.13,b

TABERNACVLVM, PROTECTIO DIVINA. Circuiui & immolaui in tabernaculo eius. Psalmo 26,c

TERRIBILIS. Terribilis atque laudabilis, & faciens mirabilia. Exod.15,b

MAIESTAS. Sedet ad dexteram maiestatis in excelsis. Heb.1,a

MAGNIFICENTIA. Eleuata est magnificentia tua. Psal. 8,a

NOMEN. Dedisti hereditatem timentibus nomen tuum. Psal.60,b

GIGNERE, AETERNVM. Ego hodie genui te. Psal.1,a

INCOMMVNICABILIS. Incommunicabile nomen lapidibus & lignis imposuerunt. Sap 14,c,21.

INTENTATOR. Intentator malorum est. Iac. 1,b,13.

SANCTVS, SANCTIFICANS. Sancti estote, quia ego sanctus sum. Leuit.11,g

SEDES, DIVINA MAIESTAS. Dominus in templo sancto suo, Dominus in cælo sedes eius. Psal.10,a. Heb.8,a

THRONVS, DIVINITAS. Adeamus ergo cum fiducia ad thronũ gratiæ. Heb.4,d,16. Apoc.7,c

POTESTAS, VIRTVS DIVINA. Potestas eius potestas sempiterna. Dan 4,g. Apoc.12,c

NOMEN, OMNIPOTENS. Inuocauit ibi nomen Domini Dei æterni. Gen.21,d Exod.3,e

VIRTVS, POTENTIA DIVINA, Exaltare Domine in virtute tua. Psal.20,c

BRACHIVM, DEI FORTITVDO. Redimam in brachio excelso. Exod.6,a

Saluauit mihi brachium meum. Isaiæ 63,a

MANVS DOMINI, FLAGELLVM. Manus Domini super eos erat. Iudic.2,c

MANVS DOMINI, TVTELA. Non est qui de manu mea possit eruere. Deut.32,f.

MANVS DOMINI, AVXILIVM Non sunt recordati manus eius. Psal.77,c

ADOPTAT. Vt adoptionem filiorum reciperemus. Gal.4,d,5.

DEXTERA.

FELICITAS Candelabra quinque aurea ad dexteram. 3.Reg.7,g

PROSPERITAS. Deuorabunt ad dexteram & ad sinistram. Zach.12,b. 2.Cor.6,b

POTENTIA. Dextera tua Domine magnificata est. Exod.15,b

Operi manuum tuarum porriges dexteram Iob 14,c. Psal 59,b

Suscepit te dextera iusti mei. Isa.41,c. Act.2,e Apoc.11,d

DIABOLVS.

INIMICVS Cum dormirent homines, venit inimicus. Matth.13,d

PRINCEPS. Venit enim princeps huius mundi. Ioan.14,d

MONS. Dicetis monti huic: Transi hinc. Matt.17,c

BESTIA. Sacramentum mulieris & bestiæ. Apoc.17,b

VOLVCRIS. Volucres cæli comederunt illud. Lucæ 8,a

LEO. Tanquam leo rugiens circuit. 1.Pet.5,c

SERPENS. Serpens antiquus qui vocatur diabolus & satanas. Apoc.12,c,9.

DRACO. Prælialatur cum dracone. Apoc.12,b

AQVILO. Surge Aquilo, & veni Auster. Cantic 4,d

REX. Habebant super se regem angelum abyssi. Apoc.9,c,11.

DICERE.

CREDERE. Nemo potest dicere, Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto. 1.Cor.12,a,3.

COGITARE. Dixi ego in corde meo. Eccles.2,a

IACTARE. Alia multa blasphemantes dicebant in eum. Lucæ 22,g

DICTVM, PRAEDICTVM. Scito prænoscens quòd peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua. Gen.15,13,c

DIES.

VITA AETERNA. Melior est dies vna in atriis tuis super millia. Psal.83,c

Antiquus dierum sedit. Dan.7,c

IVDICIVM DEI. Resuscitem illud in nouissimo die. Ioan 6,f

GRATIAE. Cogitaui in diebus istis vt benefacerem vobis. Zach.8,c

DIES FESTI. Cùm Iubilei venerit dies. Leuit.27,c

Fui in spiritu in Dominica die. Apoc.1,b

VITA PRAESENS. Nihil enim sunt dies mei. Iob 10,d

PROSPERA. In die lætitiæ cordis eius. Cant.3,d

DIGITVS.

TRINITAS. Quando videbo cælos tuos, opera digitorum tuorum. Psal.8,a

Quis appendit tribus digitis molem terræ? Isaiæ 40,c,12.

SPIRITVS SANCTVS. Digitus Dei est hic. Exod.8,d

Si in digito Dei eiicio dæmonia. Luc.11,c

DILIGIT DEVS

PRAEDESTINANS. Qui dilexit me & tradidit seipsum pro me. Gal.2,d

DILIGIT HOMO

BENEVOLENTIA. Cor meum diligit principes Israel. Iudic.5,a

Qui diligit filium suum, assiduat illi flagella. Eccli.30,a

Qui diligit fratrem suum, in lumine manet. Epist.1.Ioan.b

DESIDERIO. Super hominum gloriam diligêris. Eccli.3,c

Quos ego diligo in veritate. Ep.2.Ioan.a

DILVCVLVM.

GRATIA. Adiuuabit eam Deus manè diluculo. Psal.75,a. Thren.3,c

CHRISTI RESVRRECTIO. Exurgam diluculo. Psal.56,c

Quasi diluculum præparatus est egressus eius. Osee 6,a,3.

DINA.

DINA, anima infirma & per exteriora vagans, quæ corrumpitur à diabolo. *Beda.*

DISCIPLINA.

SAPIENTIA. Cor eorum longè fecisti à disciplina. Iob 17,a

Stultas & sine disciplina quæstiones deuita. 2.Tim.2,d,23.

ERVDITIO. Audi fili mi disciplinam patris tui. Prou.1,a

PRAECEPTVM. Cura ergo disciplinæ dilectio est. Sap.6,c. Dan.1,d

CASTIGATIO. Disciplinam Domini fili mi ne abiicias. Prou.3,b. Ierem.5,a

Noli negligere disciplinā Domini. Heb.12,b

DIVINATIO.

AVGVRIVM. Habentes diuinationis pretium in manibus. Num.22,b. Mich.3,b

DIVINVS.

MAGVS. Irrita faciēs signa diuinorū. Isa.44,d

Confundentur diuini. Mich.3,c

DARE DEXTERAS.

PACISCI. Dedit illis dextram, & accepit filios eorum. 1.Mach.11,f

DOMVS.

ECCLESIA TRIVMPHANS. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ. Psal.35,b

In domo Patris mei mansiones multæ sunt. Ioan.14,a

Christus verò tamquam filius in domo sua. Heb.3,b

TEMPLVM DEI. Vt inhabitem in domo Domini. Psal.22,b

Custodi pedem tuum ingrediens domum Dei. Eccles.4,d

CORPVS. Qui habitant domos luteas. Iob 4,d

Quando commouebuntur custodes domus. Eccles.12,b. 2.Cor.5,a

NIDVS. Etenim passer inuenit sibi domum. Psal.83,a,4. † 103,b

DONEC.

NVMQVAM. Donec ponam inimicos tuos. Psal.109,a

Donec peperit filium suum primogenitum. Matth.1,d. Apoc.17,d

DORMIRE.

QVIESCERE. Non enim dormiunt nisi cùm malefecerint. Prou.4,c

LAETARI. Dormiemus in confusione nostra. Ierem.3,g. Osee 2,d

NEGLIGERE. Surge qui dormis, & exurge. Eph.5,c

MORI. Homo cùm dormierit non resurget. Iob 14,b. 2.Pet.3,a

DRACO.

DIABOLVS. Conculcabis leonem & draconem. Psal.90,c

Proiectus est draco ille magnus. Apoc.12,c

TYRANNVS. Duo autem dracones, ego sum & Aman. Esth.10,b

Contribulasti capita draconum in aquis. Psalmo 73,c. Ezech.29,a

DVRVS.

LABORIOSVS. Ego custodiui vias duras. Psalmo 16,a

Durum est tibi contra stimulum calcitrare. Act.9,a

GRAVIS. Sermo durus suscitat furorem. Prouerb.15,a

SEVERVS. Dura est manus eius super nos. 1.Reg.5,b

Ex Ephraim imperare imperium durum. Eccli.47,e

PERTINAX. Populus duræ ceruicis es. Exo.33,a

Cor durum habebit malè in nouissimo. Eccli.3,d,17. Ezech.2,b. Act.7,f

EBVR.

EBVR admodum diuturnum, & Regiæ sedis ornamentū, & id quod pretiosius in elephante, Christi resurrectio & immortalitas, ac gloria quam habet ad dexteram Patris. *Greg.*

ECCLESIA.

COETVS BEATORVM. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Psal.86,b

Para-

Parauit enim illis ciuitatem. Heb.11,b

Ostendit mihi ciuitatem sanctam. Apoc.21,c. † 22,c

COETVS FIDELIVM. Cur eduxistis Ecclesiam Domini in solitudinem. Num.20,a,4.

Filij sapientiæ Ecclesia iustorum. Eccli.3,1

Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Matth.16,c,18.

Ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam. Ephes.1,a,22. Apoc.21,d

PRAELATVS. Si non audierit eos, dic Ecclesiæ. Matth.18,b

TEMPLVM. Sanctificate Ecclesiam, coadunate senes. Ioel 2,d

Sicut in omnibus Ecclesiis doceo. 1.Cor.7,c. Ep.3.Ioan.c

COETVS HAERETICORVM. Odiui ecclesiam malignantium. Psal.25,b

ARCA. Fac tibi arcam de lignis leuigatis. Genes.6,c

REGNVM. Colligent de regno eius omnia scandala. Matth.13,f

ELEPHAS.

ELEPHANTES signant immanes peccatores, quos conuertens Christus vtitur eis ad Ecclesiæ ornamentum. *Euch.for.*

ELIM.

ELIM, vbi 12. fontes & 70. palmæ, nouum Testamentū, vbi magistri spiritalis doctrinæ Apostoli, & discipuli, & consolationes spirituales, ad quas peruenitur post tribulationes amaras. *Hieron.*

ELISAEVS.

ELISAEVS se contrahit, Christus minoratus factus similis nobis, vt nos suscitaret, interioris hominis frontem claris luminaribus ornans, fide & intellectu, inspirans spiraculum vitæ sanctioris. *Orig. Hier. Chrys.*

EPISCOPVS.

ECCLESIA. Si non audierit eos, dic Ecclesiæ. Matth.18,b

PASTOR. Luxerunt speciosa pastorū. Amos 1,a

Qui intrat per ostium, pastor est ouium. Ioan.10,a

SAL. Vos estis sal terræ. Matth.5,b

ARIES. Gallus succinctus lumbos suos, & aries. Prou.30,d

COLVMNA. Ego confirmaui columnas eius. Psal.74,a

DOCTOR. Alios autem Pastores & Doctores. Ephes.4,e,11. 1.Tim.2,b,7

MAGISTER. Magistris non inclinaui aurem meam. Prou.5,b. Eccles.12,d. Isa.30,b. Rom. 2,c. Iac.3,a

EQVVS.

EQVVS qui paratur in diem belli, recta intentio, qua animus contra tentationem se præparat. *Greg.*

EQVI in quadrigis Zachariæ, rufi, Babylonij, cruenti & sanguinarij, *&c. Hieron.*

ESCA.

VERBVM DEI. Cibus eius electus. Hab.1,d,16.

Lac vobis potum dedi, non escam. 1.Cor.3,a. † 10,a

IDOLOTHYTVM. Numquam contaminatus est in escis eorum. Tob.1,d,12. Dan.14,b

De iis autem quæ idolis immolantur, scimus quia omnes scientiam habemus. 1.Cor.8,a,1.

EVCHARISTIA. Vt des illis escam in tempore. Psal.103,c

Angelorum esca nutriuisti populum tuum. Sap.16,c

ESTHER.

ESTHER liberat populum Iudæorum neci addictum, & B. V. Maria victo diabolo liberat peccatores. *Lyr.*

EVANGELIVM.

VERITAS. Rectè tractantem verbum veritatis. 1.Tim.2,b

LABIVM. In labiis sensati inuenietur gratia. Eccli.21,c. Mal.2,b

VIA PACIS. Ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Luc.1,g

REGVLA. In eadem permaneamus regula. Phil.3,c,16.

RIVVS. Super omnem collem eleuatum, riui currentium aquarum. Isa.30,e,25.

REGNVM. Vobis datum est nosse mysterium regni Dei. Luc.8,b

TESTAMENTVM. Hoc autem dico testamentum confirmatum. Gal.3,c

In tantum melioris testamenti sponsor factus est Iesus. Heb.7,d,22.

EVCHARISTIA.

MENSA. Parasti in conspectu meo mensam. Psal.22,b

ESCA. Angelorum esca nutriuisti populum tuum. Sap.16,c

CIBVS. Caro enim mea verè est cibus. Ioan.6,f

PANIS. Venite, comedite panem meum. Prouerb.9,a. 1.Cor.10,d

EVIGILARE.

RESVRGERE. Donec atteratur cælum, non euigilabit. Iob 14,b

Multi de his qui dormiunt, *&c.* euigilabunt. Dan.12,a

EXCELSVS.

DEVS. Benedictus Abraham Deo excelso. Gen.14,d

Vas admirabile, opus Excelsi. Eccli.43,a

Curuabo genu Deo excelso. Mich.6,b

EXCELSA.

MONTES DEO SACRI. Super excelsa statuens me. Psal.17,e

Calcabit super excelsa terræ. Mich.1,a

MONTES DIIS SACRI. Destruam excelsa vestra. Leuit.26,a

Verùtamen excelsa non abstulit.4. Reg.12,a

Laborauit Moab super excelsis. Isa.16,d. Mich.3,d

CAELI. Et conscius meus in excelsis. Iob 16,d

Prospexit de excelso sancto suo. Psal.101,c

Fons sapientiæ verbum Dei in excelsis. Eccli.1,a

Hosanna in excelsis. Matth.21,a

Sedet ad dexteram maiestatis in excelsis. Heb.1,b

EXIRE.

MORI. Exibit spiritus eius, & reuertetur in terram suam. Psal.145,a

Debueratis de hoc mundo exisse. 1.Cor.5,c

EXERCITVS

DAEMONVM. Numerus equestris exercitus vicies millies dena millia. Apoc.9,c,16.† 19,d

EXPECTARE.

SPERARE. Expecta Dominum, & custodi viam eius. Psal.36,f

Beati omnes qui expectant eum. Isa.39,d

Beatus qui expectat & peruenit vsque ad dies mille trecentos triginta quinque. Dan.12,d,12.

Agricola expectat pretiosum fructum. Iac.5,b

EXVRGERE.

RESVRGERE. Exurge gloria mea, exurge psalterium. Psal.56,c

Exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Ephes.5,c

EZECHIEL.

EZECHIEL annorum triginta iuxta fluuium prædicat, & Christus post baptismum prædicat. *Orig.*

Perfodit parietem, quia Prælatus examinat vitam subditorum. *Greg.*

FACIES.

MISERICORDIA. Ne auertas faciem tuam ab egeno. Eccli.4,a

Non sumus deprecati faciem Dñi. Baruch 2,b

VLTIO DIVINA. Fugite ergo à facie gladij. Iob 19,d

Insanient à facie gladij. Ier.25,d. † 46,c

IVDICIVM. Pauebit à facie consilij Domini. Isa.19,c,17.

Silete à facie Domini Dei. Soph.1,b

MANIFESTATIO. Repleta est terra iniquitate à facie eorum. Gen.6,b

Facie ad faciem locutus est nobis. Deut.5,a

Videbis quòd in faciem benedicat tibi. Iob 2,b. Isa.2,d

VINDICTA. Reueritus faciem meam, scidisti vestimenta. 2.Par.34,f

Fugite ergo à facie gladij. Iob 19,b

Non est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ. Psal.37,a

FVROR. Idcircò à facie eius turbatus sum. Iob 23,d

Ignis à facie eius exarsit. Psal.17,b. Ezech.38,f

Montibus, &c. Abscondite nos à facie sedentis super thronum. Apoc.6,d,16.

FLATVS. Erunt sicut puluis ante faciem venti. Iob 21,c. Psal.82,c. Isa.7,a

CORPVS. Et inspirauit in faciem eius. Genes.2,a

Commuto faciem meam, & dolore torqueor. Iob 9,d

FACERE.

CREARE. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Gen.1,d

Quis fecit os hominis? Exod.4,c

Dilige eum qui te fecit. Eccli.7,d

Ecce noua facio omnia. Apoc.21,b

OFFERRE. Eligite vobis bouem vnum, & facite primi: quia vos plures estis. 3.Reg.18,d,25. Ier.44,c

Septem diebus facies hircum pro peccato quotidie. Ezech.43,g,25.

Argentum multiplicaui ei, & aurum, quæ fecerunt Baal. Osee 2,b,8.

Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit. 2.Cor.5,d,21.

FICVS.

SYNAGOGA. Vinea confusa est, & ficus elanguit. Ioel 1,c. Matth.21,b

PECCATVM. Ponam eos quasi ficus malas, quæ comedi non possunt. Ier.29,d,17.

FICVS habens folia sine fructu, sunt ij qui videntur habere veram & sanam doctrinam: quos si cominus inspicias, sine veritatis fructu inuenies. *Orig.*

FIDES.

FIDELITAS. Quid pro hac fide honoris ac præmij Mardochæus consecutus est? Esth.6,a,3.

Omnia opera eius in fide. Psal.32,a

Vir bonus fidem facit proximo suo. Eccli.29,c Apoc.2,c

CONSTANTIA. Qui fidem suam numquam mutant. Tob.2,c

Hic est patiẽtia & fides sanctorũ. Apoc.13,c,10

FILIAE CARMINIS.

AVRES Obsurdescent omnes filiæ carminis. Eccles.12,b,4.

FIMBRIAE.

FIMBRIAE aureæ in vestimentis sponsæ, sunt virtutum & doctrinarum splendores. *Greg.*

FINGERE.

PLASMARE. Aut qui finxit oculum non considerat? Psal.93,b,9.

SIMVLARE. Inclinat faciem suam, & fingit se non videre, quod ignoratum est. Eccli.19,d,24.

Non enim ætati nostræ, inquit, dignum est fingere. 2.Mach.6,f. Luc.24,d

FINIS.

GLORIA. Delectationes in dextera tua vsque in finem. Psal.15,c

Finem vero vitam æternam. Rom.6,d. 1.Petri 1,b

CONSVMMATIO. Finis vniuersæ carnis venit coram me. Gen.6,b,13.

Vniuersorum finem ipse considerat. Iob 28,a. Eccles.7,a

Sed nondum statim finis. Luc.21,b

Omnium autē finis appropinquauit. 1.Pet.4,b

NVMERVS. Faciendi plures libros nullus est finis. Eccles.12,d

Non est finis thesaurorum eius. Isa.2,b

Non est finis cadauerum. Nahum 3,a

STATVS. Aut quis finis meus vt patienter agam. Iob 6,b.

Finis modestiæ timor Domini. Prou.22,a

Et non est finis acquisitionis eorum. Baruch 3,6. Rom.10,a

FIRMAMENTVM.

STABILITAS. Factus est Dominus firmamentum meum. 2.Reg 22,b. Psal.17,a

Erit firmamentum in terra in summis montium. Psal.71,a

Omne firmamentum panis contriuit. † 104,b

Protector potentiæ, firmamentum virtutis. Eccli.34,c

Columna & firmamentum veritatis. 1.Timoth.3,d

FLAGELLVM.

CONTVMELIA. A flagello linguæ abscondēris. Iob 5,c

In muliere zelotypa flagellum linguæ, omnibus communicans. Eccli.26,a,9. † 28,c

FLAMMA.

DONVM SPIRITVS SANCTI. Creabit Dominus, &c. nubem per diem. Isa.4,b

Nubes lucida obumbrauit eos. Matth.17,a. 1.Cor.10,a

ANGELVS. Angelus Domini in flamma ignis ascendit. Iudic.13,d. Act.7,d.

Ministros suos flammam ignis. Heb 1,c

IVDICIVM. Reddere in indignatione furorem suum, & increpationem suam in flamma ignis. Isaiæ 66,e,15.

Thronus eius flamma ignis. Dan.7,c

PECCATVM. Ambulate in lumine ignis vestri, & in flammis quas succendistis. Isaiæ 50,d,11.

POENA. Vox Domini intercidentis flammam ignis. Psal 28,b

Stuppa collecta synagoga peccantium, & consummatio illorum flamma ignis. Eccli.21,b,10.

Crucior in hac flamma. Lucæ 16,f

CONTVMELIA. Non incendas carbones peccatorum arguens eos, & ne incendaris flamma ignis peccatorum illorum. Eccli.8,b,13.

HALITVS. Flammæ ē contrario, corruptibilium animalium non vexauerunt carnes coambulantium. Sap.19,d,10.

FLORERE.

MERITIS. Videamus si floruit vinea. Cantic.7,d,12.

Florete flores quasi lilium. Eccli.39,b

Florebit & germinabit Israel. Isaiæ 27,b,6.

MARTYRIO. Inspicerem si floruisset vinea Cant.7,d

Si floruerunt mala punica. † 7,d

VIRTVTE. Florebunt de ciuitate sicut fœnum. Psal.71,d

Iustus vt palma florebit. † 91,c

In atriis domus Dei nostri florebunt. d

Exultabit solitudo, & florebit sicut lilium. Isaiæ 35.a,1.

PLAGA. Egressa est contritio, floruit virga, germinauit superbia. Ezech.7,c,10.

FLOS.

CHRISTVS. Ego flos campi, & lilium conuallium. Cant.2,a

Flos de radice eius ascendet. Isaiæ 11,a

APOSTOLI. Flores apparuerunt in terra nostra. Cant.4,c

FERVOR VIRTVTIS. Fulcite me floribus, stipate me malis. Cant.2,b. † 7,d

Flores mei fructus honoris. Eccli.24,c

Florete flores quasi lilium. † 39,b. Isa 28,a

GLORIA HVMANA. Omnis gloria eius quasi flos agri. Isaiæ 40,b. 1.Pet.1,d

FRAGILITAS. Quasi flos egreditur & conteritur. Iob 14,a

Sicut flos fœni transibit. Iac.1,b

FRATER.

CHRISTIANVS. Narrabo nomen tuum fratribus meis. Psal.21,e. Matth.28,b. Act.2,c

DISCIPVLVS. Vade autem ad fratres meos. Ioan 20,d. 1.Cor.1,a

AMICVS. Qui seminat inter fratres discordias. Prou.6,c,19.

SOCIVS. Suscitabis eum de medio fratrum suorum. 4.Reg.9,a Heb.2,c

Ego Ioannes frater vester. Apoc.1,b

PROXIMVS. Nemo vidit fratrem suum. Exodi 10,f

Si videris asinum fratris tui. Deut.22,a,4

FRONS.

CONTVMACIA. Frons tua ærea. Isaiæ 48,a. Ierem.3,b

Domus Israel attrita fronte est. Ezech.3,b

FVNDAMENTVM.

PROPHETAE. Lapides pretiosos in fundamentum templi. 3 Reg.5,d. Isaiæ 40,c

FIDEI DOGMA. Ea in corde tuo quasi fundamentum constitue. Tob.4,a

Fundamenta æterna supra petram. Eccli.26,d

SPES. Fundamenta montium conturbata sunt. Psal.17,b

FVNIS.

PECCATVM. Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringitur. Prou.5,d,22.

FVR.

HAERETICVS. Super furem enim est confusio,& pœnitentia. Eccli.5,d,17.

Fur non venit nisi vt furetur. Ioan.10,b

SIMONIACVS. Ille fur est & latro. Ioan.10,a.

† 12,a

MORS. Dies Domini sicut fur in nocte veniet. 1.Thes.5,a.Apoc.3,a

GALAAD.

GALAAD, eiectio & reuelatio; Iudæi qui eiecerunt Christum vt fratres Iephte, quibus in fine mundi Christus reuelabitur. *Aug.*

Hæretici etiam transferunt testimonia Scripturarum in peruersum sensum. *Hieron.*

GAZOPHYLACIVM.

GAZOPHYLACIVM sacerdotum excubantium in custodiis templi, respicit solùm viam Austri, quia sacerdotes maiores solis studiis spiritualibus occupati, semper his quæ amoris Dei sunt, sollicitè intendunt. *Greg.*

GEDEON.

GEDEON typum gerit Christi, qui cum discipulis tubas verbi Dei & lampades gerentibus dæmones superauit. *Greg.*

GEMMA.

GEMMAE in vestibus sacerdotis designare possunt miracula Sanctorum quæ exornant Ecclesiam. *Orig.*

GENS.

NATIO. Ab his diuisæ sunt gentes. Gen.10,d

Lumen ad reuelationem gentium. Luc.2,d

ALIENIGENA. Gentibus missum est hoc salutare Dei. Act.28,9.

GENV.

FIDELITAS. Qui non curuauerunt genua ante Baal. Rom.11,a

ADORATIO. Curuauit genua sua ante Eliam. 4.Reg.1,c. Dan.6,c

Curuabo genua mea Deo meo. Mich.6,b

CORDIS, OPERA. Mihi curuabitur omne genu. Isa.45,d. Ephes.3,b,c

In nomine Iesu omne genu flectatur. Philip.2,b

GIEZI.

GIEZI puerum non suscitauit, quia ministri veteris legis per legem non iustificabant. *Gloss.ord.*

GLADIVS.

DAMNATIO. In gladio morientur omnes peccatores. Amos 9,c

GLORIA.

SALVS. Tu gloria Ierusalem. Iudith 15,c

Humilem spiritu suscipiet gloria. Prou.29,d. Eccli.23,d

Quotidie morior propter vestram gloriam. 1.Cor.15,d

CLARITAS. Manè videbitis gloriam Domini. Exod.16,b

Gloria mea,& exaltans caput meum. Psal.3,a

Implebo domum istam gloria. Agg.2,b

Gloriam quæ à solo Deo est non quæritis. Ioan.5,g

FAMA. Infinitæ diuitiæ & multa gloria. 2.Par.17,a

Super gloriam hominum diligêris. Eccli.3,c

VANITAS. Nosti quia oderim gloriam iniquorum. Esth.14,c,15 Matth.4,b.Rom.4,a.

GLORIARI

IN VIRTVTE. Non glorietur sapiens in sapientia. Ier.9,f. 1.Cor.1,d. 2.Thess.2,b

IN ADVERSIS. Gloriamur in tribulationibus. Rom.5,a. 2.Cor.12,a,c

IN PROSPERIS. Gloriabatur quasi potens in potentia exercitus sui. Iudith 1,b,4

Nemo itaque glorietur in hominibus. 1.Corinth.3,d,21

IN PECCATO. Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate? Psal.51,a. Iac.3,d

IACTARE. Ne glorietur contra me Israel. Iudic.7,a

Ne glorieris in crastinum. Prou.27,a. Rom.11,c. Ephes.2,b

GRADVS.

MERITVM. Per singulos gradus meos pronuntiabo illum. Iob 30,d,37.

Qui enim benè ministrauerint, gradum bonum sibi acquirent. 1.Tim.3,c,13.

GRATIA

CHRISTI. Plenum gratiæ & veritatis. Ioan.1,b Heb.2,c.Act.15,c

CORONA GRATIAE. Vt addatur gratia capiti tuo. Prou.1,a

Accedet tibi bona gratia. Eccli.31,b. 2.Machab.12,g

GRATIS DATA. In me gratia omnis viæ & veritatis. Eccli.24,c. Zach.12,c. Rom.1,a

Et spiritui gratiæ contumeliam fecerit. Heb.10,f. Epist.3.Ioan.a

GRATVM FACIENS. Gratiam & gloriam dabit Dominus. Psal.83,c

Aue gratia plena, Dominus tecum. Luc.1,c

Gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Ioan.1,b. 1.Cor.16,d

Optimum est enim gratia stabilire cor. Heb.13,b

GAVDIVM. Si diligitis eos qui vos diligunt, quæ vobis est gratia? Luc.6,c. Ephes.4,g. Col.3,c.1.Pet.2,d

FAVOR. Domine si inueni gratiam in oculis tuis. Gen.18,a

Inuenies gratiam & disciplinam bonam. Prouerb.3,a. Hebr.4,d

CAV-

Cavsa. Huius rei gratiâ reliqui te Cretæ. Tit. 1,b. 1.Pet.5,a

GREX.

Conventvs hominvm. Obuium habebis gregem prophetarum. 1.Reg 10,b

Pascite qui in vobis est gregem Domini. 1.Pet.5,a

GVSTARE.

Experiri. Gustate & videte quoniam suauis est Dominus. Psal.33,b

Gustauit & vidit quia bona est negotiatio. Prou 31,c

Gvstare mortem, mori. Sunt de hic stantibus qui non gustabunt mortem. Mat.16,d. Ioan.8,g. Heb.2,c

Probare. Aut potest aliquis gustare, quod gustatum affert mortem. Iob 6,a,b

HERMON.

Hermon, lumen exaltatum, designat Christum priùs exaltatum in cruce, deinde in cælum, à quo descendit ros gratiæ in barbam & vestes. *August.*

HESEBON.

Hesebon ciuitas Amorrhæi præcipua, id est diaboli, quia de corde exeunt malæ cogitationes: ideò est igne Spiritus sancti succendenda. *Hieron.*

HEVA.

Heva typus Ecclesiæ de latere Christi in cruce dormientis productæ. De costa, quia Ecclesia in Christo est fortis.

Sensus medius aut indifferens ad bonum & ad malum, eget viro, id est, ratione: à qua si separetur, decipitur. *Ambr.*

HONOR.

Praemivm. Dominus priuauit te honore disposito. Num.24,b. Esth.6,c. Eccli.10,d,31. 1.Tim.5,c

HOSTIA.

Christvs. Per hostiam suam apparuit. Heb.9,g

Pro peccato. Priùs pro suis delictis hostias offerre. Heb.7,d

Pacifica. Deficiet hostia & sacrificium. Dan 9,g. Ephes.5,a

Lethalis. Vt immolarent hostias magnificas Dagon deo suo, & epularētur. Iudic.16,e,23.

Eleemosyna. Tollite hostias, & introite in atria eius. Psal.95,b

Talibus enim hostiis promeretur Deus. Heb.13,c

HVMILITAS.

Vallis. Valles abundabunt frumento. Psalmo 64,c

Cinis. Consperserunt cinere capita sua. Thren.2,c

Deiectio. Vidit Deus humilitatem meam. Gen.29,d

Diues autem in humilitate sua. Iac.1,b

HVMILIARI.

Sedere. Et diuites sedere deorsum. Eccles. 10,b. Thren 1,2. Ionæ 3,c

Cadere. Cecidit Abraham pronus. Gen.17,a. Matth.17,a. Apoc 22,b

HYSSOPVS.

Hyssopvs, fides quæ purgat mentem ab erroribus, cuius radices adhærent petræ, hoc est, Christo: Charitas & humilitas, quibus tingi debet qui accipit vasa Aegyptiorum, id est, scientiam Philosophorum, ne superbiâ infletur. *Aug.*

IACOB.

Iacob relictis parentibus abiens in Mesopotamiam, designat Apostolos & prædicatores, & Euangelistas, transeuntes ad Gentes, relicta Iudæa. *Rup.*

IASPIS.

Iaspis in muris Ierusalem, id est, in propugnaculis Ecclesiæ, fortes in disputando, & in defendendo Ecclesiam. *Hieron. Greg.*

IERICHO.

Iericho typus mundi: sit in infimo loco, quia res huius mundi & terrestres infimum obtinent locum. *Orig.*

IESVS.

Iesvs filius Iosedec, Christus, qui priùs apparuit in vestibus sordidis, indutus mortalitate & laceratus ac crucifixus, posteà verò renouatus est in resurrectione, assumens corpus gloriosum, & indutus decorem. *Tertul.*

IGNIS.

Charitas. Surrexit Elias propheta quasi ignis. Eccli.48,a,1. Luc.12,f

Carbones ignis congeres super caput eius. Rom.12.

Lvxvria. Ignis est vsque ad perditionem deuorans. Iob 31,b. Eccli 40,d

Ira dei. Dominus pluit, &c. sulphur & ignem à Domino de cælo. Gen.19,e,24.

Ignis à facie eius exarsit. Psal.17,c. Luc.9,g

Pvrgatorivm. Dies enim Domini declarabit, quia in igne reuelabitur. 1.Cor.3,c,13.

Gehenna. Deuorabit eum ignis qui non succenditur. Iob 20,d

Vindicta carnis impij ignis & vermis. Eccli.7,b

Paleas comburet igni inextinguibili. Matth. 3,c. † 13,e

Igni reseruati in diem iudicij. 2.Pet.3,b

Missi sunt hi duo in stagnum ignis. Apoc.19,d.

IMAGO.

Simvlachrvm. Aut quam imaginem ponetis ei. Isa 40,d,18.

Rapti citò sibi filij fecit imaginem. Sap.14,b. Apoc.20,b

Conflatile & imaginem falsam? Hab.2,d,18

IMPLERE.

Consecrare. Impleuit vnius filiorum suorum

rum manum. Iudic.17 b. Ezech.3,g

INEBRIARI.

GLORIA. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ. Psal.35,b. Cant.5,a. Zach 9,d

GRATIA. Inebriabo partus mei fructum. Eccli.24,d. Ier 31,c,e

AQVA Cataclysmus aridam inebriauit. Eccli.39,c. Isa.35,c

MISERIA. Inebriabo te lacryma mea Hesebon. Isa.16,c,9.

Inebriauit me absynthio. Thren.3,b

INFANS.

VIRTVTE. Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem. Psal,8,a 1.Ioan.2,b

VITIO. Infantium insensatorum more. Sapient.12,d

INFERNVS.

LIMBVS. Si sustinuero, infernus domus mea est. Iob 17,d

Non derelinques animam meam in inferno. Psal.15,c

Morsus tuus ero inferne. Osee 13,d

SEPVLCHRVM. Veterascent in inferno à gloria. Psal.48,c. Prou.30,b. 2 Mach.6,f

VORAGO. Descenderuntque viui in infernum. Num.16,e,33. Ezech.32,f

GEHENNA. Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima. Deut.32,d

In puncto ad inferna descendunt. Iob 21,b. Sap.5,e

Mors & infernus dederunt mortuos suos. Apoc.20,d.

MORS. Dolores inferni circumdederunt me. Psal.17,a. Dan.3.f

INFERVS.

MORS. Deducit ad inferos & reducit. 1.Reg.2,b. Eccli 48,a. Matth 16,c

LIMBVS. Deducetis canos meos, &c. ad inferos. Gen.42,g. Iob 6,c

SEPVLCHRVM. Vtilis potiùs inferus quàm illa. Eccli.28,d

DIABOLVS. Redimet animam meam de manu inferi. Psal.48,c

GEHENNA. Ad inferos semitę ipsius. Prou.2,d

INIMICVS.

DEVS. Conuersus est eis in inimicum. Isa.63,c. Thren.2.b

MVNDVS. Amicitia huius mundi inimica est Deo Iac.4,a

DIABOLVS. Super omnem virtutem inimici. Luc.10,c

FALSVS FRATER. Inimici hominis domestici eius. Matth.10,d

INIVRIVS. Ne corruatis coram inimicis vestris. Num.14.g. Esth.7.b

INTRARE.

INITIARI. Intrabunt filij Caath vt portent inuoluta. Num.4,b,15.

Non intrabit Ecclesiam Dom. in æternum. Deut.23,a

INVOCARE.

ADORARE. Enos: iste cœpit inuocare nomen Domini. Gen 4,d.26 Act.2,c. † 19,c

IOANNES.

IOANNES Euangelista, cui commendatur Mater Christi, typus est iunioris populi, cui commendata est Ecclesia. *Amb.*

IOB.

IOB dolens, electus, qui dolet de huius vitæ peregrinatione. *Hieron.*

IONAS.

IONAS mittitur in Niniuen, vt eius finem prædicaret, typus est Christi, qui missus est à Patre, vt finem mundi omnibus demonstraret. *Amb.*

Irruit tempestas in mari, perfidia Iudæorum. Data sors super Ionam, designans sortes vestium Christi. Proiectus in mare seruauit nauiculam fluctuantem, sic Christus moriens seruauit genus humanum. Prodiit tertia die viuus, & prædicauit in Niniue, ita Christus resurrexit tertia die, & eius prædicatio per orbem dilatata est: vnde salus collata est mundo. *Hieron. Georg. Ven.*

IOSEPH.

IOSEPH inuisit fratres, Christus inuisit humanum genus, susceptâ nostrâ formâ: ingrati Iudæi miracula facientem occidere conati sunt, & traditum Gentibus crucifixerunt. *Chrysost.*

Mortuo Ioseph Israëlitæ multiplicati, mortuo Christo fideles multiplicati. *Hier. Rup.*

Non consentit dominæ, & libido vincitur per recognitionem beneficiorum Dei. *Philo.*

IOSEPH sponsus B.V. Mariæ circumfert Christum nunc in Aegyptum nunc in Iudæam: & Apostoli prædicarunt Iudæis & Gentibus. *Hil. Bern.*

IRA DEI.

VLTIO Egressa est ira à Domino. Num.16,a

Numquid iniustus est Deus, qui infert iram? Rom.3,a. † 13,b. Apoc.10,c

CONDEMNATIO. Neque in ira tua corripias me. Psal.6,a

Salui erimus ab ira per ipsum. Rom.5,b

Peruenit ira Dei super illos vsque in finem. 2.Thess.2,d

INDIGNATIO. Auertit iram meam à filiis Israel. Num.25,c

Ira Dei manet super eum. Ioan.3,d

ZELVS. Exurge Domine in ira tua, & exaltare. Psal.7,b

CASTIGATIO. Non est auersa ira furoris Domini. Ier.4,c

IRA HOMINIS.

CONTENTIO. Desine ab ira, & derelinque furorem. Psal.36,b

Responsio mollis frangit iram. Prou.15,a

Leuantes puras manus sine ira. 1.Tim.2,b

VL-

VLTIO. Neque fecisti iram furoris eius. 1. Regum 28,c

In iram vos mittam. Rom. 10,d. Iac. 5,a

ISAAC.

ISAAC risus, typus Christi, qui gaudium attulit vniuerso mundo. Isaac natus est ex sterili, Christus ex virgine. Isaac non est passus, sed aries, ita Verbum diuinum non est passum, sed caro Christi. Isaac fodit puteos, Christus tradidit doctrinam mysteriorum. *Tertul.*

Isaac natus per gratiam, Christiani sumus non naturâ, sed gratiâ. *Clem. Alex.*

IVDICIVM.

VERITAS. Omnes viæ eius iudicia. Deut. 32,a

Auferuntur iudicia tua à facie eius. Psal. 9,c. Matth. 12,c. Apoc. 19,a

AEQVITAS. Iudicium Dei est secundum veritatem. Rom 2,a. 2. Thess. 1,b

DISCVSSIO. Sedens super iudicium. Iudic. 4,a

Tyro & Sidoni remissius erit in iudicio. Lucæ 10,c

Ipsi trahunt vos ad iudicia. Iac. 2,b,c

SENTENTIA. Sacerdotis iudicio polluetur. Leuit. 13,c

De vultu tuo iudicium meum prodeat. Psalmo 16,a

CONDEMNATIO. Iudicium mortis est viro huic. Ier 26,c

Amplius accipietis iudicium. Matth. 23,b. 1. Cor. 11,f

OFFICIVM. Rex qui sedet in solio iudicij. Prou. 20,b. 1. Cor. 6,a

COMPARATIO. Regina Austri surget in iudicio. Luc. 11,d

FLAMMA. Thronus eius flammæ ignis. Dan. 7,c,9.

TEMPESTAS. In circuitu eius tempestas valida. Psal. 49,a. Nahum 1,a

STATERA. Appensus es in statera, & inuentus es minus habens. Dan. 5,g

TVBA. Mittet Angelos suos cum tuba. Matth. 24,c

TRIBVNAL. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi. 2. Cor. 5,b

SEDES. In circuitu sedis sedilia viginti quatuor. Apoc. 4,b

IVGVM.

DOCTRINA EVANGELICA. Tollite iugum meum super vos. Matth. 11,d

Iuga boum quinque designare possunt quinque sensus, quibus deprimimur ad res sensibiles & terrenas. Designant etiam curiositatem quæ per sensus habetur, ideò ait: Eo probare illa. *Greger. Aug.*

IVNIPERVS.

IVNIPERVS sub qua dormit Elias, Ecclesiam Gentium significare potest, quæ Sacrarum literarum non fuerat exculta præceptis. Vel crucem Christi, sub qua requiescit peccator conuersus. *Rupert.*

Radix iuniperorum cibus malorum, quia dum totis suæ mentis sensibus auaritiã cogitant, quasi eo alimento vescuntur, de quo nasci sequentium peccatorum punctiones solent. *Gregor.*

IVSTITIA.

DEI IVDICIVM. Ibi narrentur iustitiæ Domini. Iudic. 5,b

Reputatum est ei ad iustitiam. Rom 4,a

MISERICORDIA. Iustitia indutus sum. Iob 29,c

Iustitia plena est dextera tua. Psal. 47,b

Iustitia autem liberabit à morte. Prou. 11,a

Omnis qui facit iustitiam, ex ipso natus est. 1. Ioan. 2,d

LEX NOVA. Repleti fructu iustitiæ. Phil. 1,b

BONITAS. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam. Matth. 5,a

Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? 2. Cor. 6,c,14.

INNOCENTIA. Iustitia verò liberabit à morte. Prou. 10,a

In sanctitate & iustitia coram ipso. Luc. 1,g

Fructus autem iustitiæ in pace seminatur. Iac. 3,d

IVVENTVS.

AVDACIA. Vtamur creatura tamquam in iuuentute. Sap. 2,b

EXERCITVS. Electam iuuentutem armatam. Iudith 15,b

INFANTIA. Sicut dies iuuentutis tuæ. Deut. 33,d

Spes mea à iuuentute mea. Psal. 70,a. Matth. 19,c

RENOVATIO. Ad Deum, qui lætificat iuuentutem meam. Psal. 42,b. Eccli. 51,c

LABIVM.

EVANGELIVM. In labiis sapientis inuenitur sapientia. Prou. 10,b,13. Mal. 2,b

LABOR.

FRVCTVS LABORIS. Alij laborauerunt, & vos in labores eorum introistis. Ioan. 4,c

TRIBVLATIO. Vnxissentque propter laborem. 2. Par. 28,c

Vide humilitatem meam, & laborem meum. Psal. 24,d. Isa. 45,c

MISERIA. In laboribus comedes ex ea. Genes. 3,c,18.

Laborem & dolorem consideras. Psal. 9,g

In labore & ærũna, in vigiliis multis. 2. Cor. 11,f

INIQVITAS. Sub lingua eius labor & dolor. Psal. 9,c

Labor stultorum affliget eos. Eccles. 10,e

LAC.

DOCTRINA MITIOR. Mel & lac sub lingua tua. Cantic. 4,c

Bibi vinum meum cum lacte meo. † 5,a

Tamquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi. 1.Cor.3,a

Facti estis quibus lacte opus sit. Heb 5,d

ABVNDANTIA RERVM. Terram, quæ reuerà fluit lacte & melle. Num.13,a,f,28. Baruch 1,d

INFANTIA. Sine dolo lac cõcupiscite. 1.Pet.2,a

LACTARE.

ALLICERE. Si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis. Prou.1,b,10.

PERSVADERE. Vir iniquus lactat amicum suum. Prou.16,d. Osee 2,c

LACVS.

SEPVLCHRVM. Similis ero descendentibus in lacum. Psal.142,b. Prou.28,c

Lapsa est in lacum vita mea. Thren 2,f

INFERNVS. Saluasti me à descendentibus in lacum. Psal.29,a

Detraheris in profundum laci. Isaiæ 14,c,15. Ezech.32,c

LAMPAS.

Christus lux mundi, prodiit in mundum vt lampas accensa, & contempta apud cogitationes diuitum Iudæorum. *Hieron.*

Lampades militum Gedeonis, quæ splenduerunt lagenis fractis, designare possunt virtutes Martyrum, & lucem operum, quibus animæ splendent. *Orig Hil.*

LANA.

Lanea veste non vtuntur sacerdotes in templo, vbi designari videtur conuersatio carnalis contraria puritati lini. *Hieron.*

LAPIS.

IVSTVS. Ipsi tamquam lapides viui superædificamini. 1.Pet.2,a

VIRTVS. Deaurata estauro & lapide pretioso. Apoc.18,c. †21,e

PECCATVM. Qui voluit lapidem, reuertetur ad eum. Prou.26,d,27.

IDOLVM. Incommunicabile nomen, lapidibus & lignis imposuerunt. Sap 14,c,22. Hab.2,d

LAQVEVS.

HAERETICORVM DOCTRINA. Laqueus facti estis speculationi. Osee 6,a,1. 2.Tim.2,a

DOLVS. Capiatur laqueo oculorum suorum in me. Iudith 9,c,13.

Vt non in opprobrium incidat & in laqueum diaboli. 1.Tim.3,b

INSIDIAE. Præuenerunt me laquei mortis. 2.Reg.22,a. Eccles.9,c

PERICVLVM. Velut si auis festinet ad laqueum. Prou.7,d. 1 Cor.7,f

CALAMITAS. Tenebitur planta eius laqueo. Iob 18,b

SVPPLICIVM. Peccantem virum iniquum inuoluet laqueus. Prou.29,a,6. Matth.27,a

LAVARE.

MARTYRIVM SVBIRE. Lauerunt stolas suas, & dealbauerũt eas in sanguine Agni. Apoc.7,d,14.

POENITERE. Lauabo per singulas noctes lectum meum. Psal.6,b

EXPIARE. Amplius laua me ab iniquitate mea. Psal.50,a. Cant.5,b

LAZARVS.

LAZARVS in monumento latens designat animam existentem in peccato, quæ incognita est, vel non approbata à Deo. *Aug.*

LECTVS, LECTVLVS.

CONSCIENTIA. Lauabo per singulas noctes lectum meum. Psal 6,b

Lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt. Cant.3,c,7

CONTEMPLATIO. Lectulus noster floridus. Cant.1,d. Amos 6,b

BEATITVDO. Si ascendero in lectum strati mei. Psal.131,a

SENSVALITAS. Duo in lecto, vnus assumetur. Matth.24,d

LEO.

IVSTVS. Iustus autem quasi leo confidit. Prouerb.28,a

Cum leonibus lusit quasi cum agnis. Eccli.47,a. 1.Mach.3,a

DIABOLVS. Nequando rapiat vt leo animam meam. Psal.7,a. 1.Pet 5,c

LEPRA.

SIMONIA. Sed & lepra Naaman adhærebit tibi. 4.Reg.5,g

LEVI.

LEVI, hoc est, assumptus, est populus fidelis. vnde eliguntur sacerdotes qui ministrent Domino, & per suam doctrinam copulent sanctos cum Christo. *Greg.*

LIBER VITAE.

PRAEDESTINATIO. Alius liber apertus est, qui est vitæ. Apoc.20,d. †21,g

LIGATVS.

EXCOMMVNICATVS. Quodcumque ligaueris super terrã, erit ligatũ & in cælis. Mat.16,c,19.

LIGNVM.

CHRISTVS. Vincenti dabo edere de ligno vitæ. Apoc.2,b

SAPIENTIA. Ex vtraque parte fluminis lignum vitæ. Apoc.22,a,2

CRVX. Peccata nostra, *&c.* super lignum. 1.Pet.2,d

PECCATVM VENIALE, Si quis superædificauerit, *&c.* lignum. 1.Cor.3,c

IDOLVM. Vt colamus ligna & lapides. Ezech. 20,c,33.

LILIVM.

CHRISTVS. Ego flos campi, & lilium conuallium. Cant.2,a

VIRTVS. Considerate lilia, quomodo crescunt. Luc.12,d 27.

Lilium conuallium Christus corona humilium & ipsius gentilitatis, in qua conuersa multos

tos habuit imitatores. *Orig. Amb.*

Lilia non laborantia, Angeli suam perfectionem habentes à principio, & candorem gloriæ. *Hilar. Amb.*

LITERA.

Intelligentia. Non litera, sed spiritu. 2.Cor. 3,2

Doctrina. Multæ te literæ ad insaniam conuertunt. Act.26,f,24.

LOQVI.

Docere veritatem. Si quis loquitur quasi sermones Dei. 1.Pet.4,5.

Consolari. Loquimini ad cor Ierusalem,& aduocate eam. Isa.40,a,1.

Meditari. Qui loquitur veritatem in corde suo. Psal.14,a

Revelare. Vt viderem vocem quæ loquebatur mecum. Apoc.1,c. † 21,d

Argvere. Tunc loquetur ad eos in ira sua. Psal.2,d

Detrahere. Et possit citò malè loqui de me. Mar.9,f

Docere errorem. Cùm loquitur mendacium,ex propriis loquitur. Ioan.8,f

LOT.

Lot discessit ab Abraham, eligens loca amœna;infirmi,qui à virtute discedentes libidinem & carnalia eligunt. *Amb.Hieron.*

Lot capitur cum Sodomitis, quia incommoda ex societate malorum proueniunt. *Amb.*

LVCERNA.

Praedicator. Ad lumen eius ambulabam in tenebris. Iob 29,a

Nubes spargunt lumen suum. † 37,b

Verbvm Dei. Quasi lucernæ lucentes in caliginoso loco. 1.Pet.1,d

Lampas. Nónne accendit lucernam, & euertit domum? Luc.15,b

Lvcerna corporis est intentio operis, quæ tunc fit tenebræ,cùm intentio ipsa est affecta prauitate. Lumen quoque fit tenebræ, cùm Doctor est ignarus. *Augustl.Orig.*

LVGERE.

Ieivnare. Numquid possunt filij sponsi lugere,quamdiu cum illis est sponsus? Mat.9,b,15.

LVMBVS.

Castitas. Accinxit fortitudine lumbos suos. Prou.31,1. Ephes.6,c

Diligentia. Accinge lumbos tuos & surge. Ier.1,d

Concvpiscentia. Fortitudo eius in lumbis eius. Iob 40,b. Psal.17,b. Luc.12,e

LVMEN.

Christvs. Lumen ad reuelationem gentium. Luc.2,g

Felicitas. Vocauit in admirabile lumen suum. 1.Pet.2,b

Praedicatio. Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio. Matth.5,b,15.

LVX.

Beatitvdo. Lucem habitat inaccessibilem. 1.Tim.6,5.

Sanctvs. Vt filij lucis ambulate. Eph.5,c,9.

Omnes enim vos filij lucis estis, & filij diei. 1.Thess.5,a,5.

Doctrina. Vos estis lux mundi, &c. Sic luceat lucerna vestra coram hominibus. Matth.5, b,14.

MALITIA.

Poena. Reddidit Deus malitiam tuam in caput tuum. 3.Reg.2,g

Feceris me à malitia non opprimi. 1.Par.4,b

Mendacivm. Os tuum abundauit malitia. Psal.49,e

Qui odit loquacitatem, extinguit malitiam. Eccli.19,a

MALOGRANATVM.

Malogranatvm consonantia virtutum. Credentium cor vnum,anima vna. Grana intra vnum corticem sua quęque obtinent loca,ita sunt diuisi singuli gradus, vt tamen omnes eadem compage teneantur. *Hieron.Nyss.*

In rubore, Ecclesiæ significat verecundiam: in granorum ordine, gradus & membra totius corporis per singula officia distributa. *Rup.*

MALVM.

Poena. Ego fingo contra vos malū. Ier.18,b

Si erit malum in ciuitate, quod Dominus non fecerit? Amos 3,b,6.

Pericvlvm. Non timebo mala,quoniam tu mecum es. Psal.22,a. Ionæ 1,b

MALVS.

Invidvs. Venit malus & rapit quod seminatum est. Matth.13,c,19.

MARE.

Mvndvs. Vidi de mari bestiam ascendentem. Apoc.13,a

Impivs. Impij autem quasi mare feruens quod quiescere non potest. Isa.57,d,20.

MARIA VIRGO.

Terra. Terra nostra dabit fructum suum. Psal.84,c

Porta. Porta hæc clausa erit, & non aperietur. Ezech.44,a

Virgo singvlaris. Virgo concipiet & pariet filium. Isa.7,c

Virga. Egredietur virga de radice Iesse. Isa.11,a

MARMOR.

Marmor, quod ponebatur in templo, fortitudinem indefessam significare potest: columnæ marmoreæ, Apostolorum fortitudinem, Sanctos puritatem vitæ habentes. *Amb.Greg.*

MATER.

Terra. Vsque in diem sepulturæ in matrem omnium. Eccli.40,a

MEDITARI.

LVGERE. Meditabor vt columba. Isa.38,c

EXERCERI. Hæc meditare, in his esto. 1.Tim.1,d

MEMORIA.

GLORIA AETERNA. In memoria æterna erit iustus. Psal.111,b. Sap.4,a

Quasi mel indulcabitur eius memoria. Eccli.49,a

FAMA. Periit memoria eorum cum sonitu. Psal.9,b

Nehemias in memoria multi temporis. Eccli.49,d

MENSA.

EVCHARISTIA. Parasti in conspectu meo mensam. Psal.22,b

Sapientia, &c. immolauit victimas suas, miscuit vinum, & proposuit mensam suam. Prouerb.9,a,2.

VITA AETERNA. Saturabimini super mensam meam. Ezech.39,e,20.

Vt edatis & bibatis super mensam meam. Luc.22,c

SACRA SCRIPTVRA. Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum. Psal.68,c

Supra mensam magnam sedisti. Eccli.31,b,12.

ALTARE. Mensa Domini contaminata est. Mal.1,d

MENSVRA.

MERITVM. Vnicuique sicut diuisit Deus mensuram fidei. Rom.1,a

MERCES.

VITA AETERNA. Reddidit iustis mercedem laborum suorum. Sap.10,c,17.

Reddere mercedem seruis tuis. Apoc.11,d

MESSIS.

FIDELIS. Messis quidem multa. Matth.9,d

PERFECTIO. Sinite vtraque crescere vsque ad messem. Matth.13,d

CONVERSIO. Videte regiones, quia albæ sunt iam ad messem. Ioan.4,c,35.

MILITIA.

ASTRORVM CONVENTVS. Solem & lunam, & omnem militiam cæli. Deut.17,a.4.Reg.17,c

ANGELORVM EXERCITVS. Facta est cum Angelo multitudo militiæ cælestis. Luc.2,b

MILVVS.

MILVVS in cælo cognoscens tempus suum, eos pudefacit qui negligunt Deum vocantem. *Gregor.*

MOECHARI.

IDOLOLATRIAM COMMITTERE. Mœchata est cum lapidibus & lignis. Ier.3,c

Saturaui eos, & mœchati sunt. † 5,b

Qui mœchati sunt, in tribulatione magna erunt. Apoc.2,f,22.

MOLERE.

Molit Sampson detractus oculis, quia maligni spiritus postquam tentationū stimulis intus aciem contemplationis effoderunt, foras in circuitum laborum homines mittunt. *Gregor.*

MOLA superior, spes; inferior, timor. *Gregor. Rupert.*

MONS.

SVPERBVS. Fundamenta montium conturbata sunt. Psal.17,b

Omnis mons & collis humiliabitur. Luc.3,b

Septem capita, septem montes sunt, super quos mulier sedet. Apoc.17,c,9.

MONS SANCTVS, CAELVM. Vocabitur Ierusalem Ciuitas veritatis, & Mons Domini exercituum mons sanctificatus. Zach.8,a,3.

MORS.

PECCATVM. Translati sumus de morte ad vitam. 1.Ioan.3,c

PECCATO DETENTVS. Nomen habes quòd viuas, & mortuus es. Apoc.3,a

DAMNATIO. Mortuo homine impio, nulla erit vltrà spes. Prou.11,a,7.

MVLIER.

HAERESIS. Permittis mulierem Iezabel, quæ se dicit propheten, docere, & seducere seruos meos. Apoc.2,f,20. † 17,b

MENS INFIRMA. A muliere iniquitas viri. Eccli.42,c,13.

MYRRHA.

MYRRHA oblata Christo in potum, amaritudinem peccatorum nostrorum designauit, pro quibus patiebatur: secunda, qua vnctus est in sepulchro, futuram corporis nostri incorruptionem designauit. *Ambr. Hieron.*

NAAMAN.

NAAMAN non credit Eliseo loquenti, sed amicis, quia Gentes non crediderunt prædicanti Christo, sed ad prædicationem Apostolorum. *Orig. Amb. Aug.*

NABOTH.

NABOTH significat Christum, qui facit vineam virginum, renens à Patre, & non vult eam dare vt fiat hortus olerum, hoc est, voluptatum. *Ambr.*

NARDVS.

NARDVS herba humilis, odorifera & purgans pectus, typus est humilitatis. Est calidæ naturæ, signans humilitatem ex charitatis affectu procedentem. *Bern. Rupert.*

NASVS.

NASVS animæ, vim eius interiorem, qua diuina haurimus, significare potest: & etiam spiraculum fidei.

NASVS sicut turris Libani, est forte & viuidum indicium. Hic nasus præciditur adulteræ, quia bonæ fragrantiæ odorem in fœtorem mutauit *Ambr. Hilar. Greg.*

NASVS etiam est discretio, per quam virtutes eligimus, delicta reprobamus. *Greg.*

NA-

NATHANAEL.

NATHANAEL sub ficu vocatus, typus generis humani, quod requiescebat sub conditione carnis peccati. Quod vidit Christus, quando eius misertus est. *August.*

NAZARETH.

NAZARETH Iudaicus populus, qui erat flos in extremo..., ex quo flore ortus Christus: sed decidente flore, quia cecidit ille populus. Christus non fuit acceptus in Nazareth, nec eius prædicatio apud Iudæos. *Orig. Bernard.*

NAZARAEVS.

NAZARAEVS Ioseph Christum significauit, qui verè est floridus. Ipse est Pontifex Nazaræus, separatus à turba coinquinata, & à vulgaribus operibus fœdantibus dignitatem suam. *Georg. Ven. Rupert.*

NIHIL.

NIHIL esse dicit Iob dies suos, quia sancti viri quò veriùs summa cognoscunt, eò sublimiùs terrena despiciunt: & idcircò præsentis vitæ dies nihil esse conspiciunt, quia illuminatæ mentis oculos in considerationem æternitatis figunt. *Greg.*

NOE.

NOE typum gerit Christi, qui formauit arcã, hoc est Ecclesiam, in qua saluamur: & qui nos requiescere facit. Per aquam & lignum liberauit suos, ita Christus per crucem & baptismum liberauit Christianos. *Orig. Hieron. August. Rupert.*

NOMEN.

MAIESTAS. Dæmonia subiiciuntur nobis in nomine tuo. Luc.10,c

VIRTVS. Vngentes eum oleo in nomine Domini. Iac.5,c

MISERICORDIA. Remittuntur vobis peccata propter nomen eius. 1.Ioan.2,d

MERITVM. Quorum nomina sunt in libro vitæ. Philip.4,a

GLORIA. Vt annuntietur nomen meum in vniuersa terra. Rom.9,d

FAMILIA. Et nomen melius à filiis & filiabus. Isa.56,b

FAVOR. Discedat ab iniquitate omnis qui nominat nomen Domini. 2.Tim.2,c

NOSSE.

EXPERIRI. Nam ego noui virtutem de me exiisse. Luc.8,f,46.

APPROBARE. Nouit Dominus viam iustorum. Psal.1,b

DISCERNERE. Habens nomen scriptum, quod nemo nouit nisi ipse. Apoc.19,b,13.

NOX.

ADVERSITAS. Deduc, &c. lacrymas per diem & noctem. Thren.2,f

PECCATVM. Si autem ambulauerit in nocte offendit, quia lux non est in eo. Ioan.11,b,9.

IGNORANTIA. Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Rom.13,d

IVDICIVM. Media autem nocte clamor factus est. Matth.25,a

PECCATORVM VITA. Qui ebrij sunt, nocte ebrij sunt. 1.Thess.5,a,7.

NVBES.

COR SVPERBVM. Sicut consumitur nubes & pertransit. Iob 7,b

NVMERVS.

NVMERVS. Centum quinquaginta tres pisces Ioan.21. designant perfectos, qui numerus fit ex ter quinquaginta, & ex decem & septem, sumptis omnibus prioribus numeris. *Aug.*

OBEDIRE.

CREDERE. Non omnes obediunt Euangelio. Rom.10,c

Abraham obediuit in locum exire, quem accepturus erat in hereditatem. Heb.11,b,8.

OBSEQVIVM.

RELIGIO. Rationabile obsequium vestrum. Rom.12,a

OCVLVS.

COGITATIO. Omnium in synagoga oculi erant intendentes. Luc 4,d

INTENTIO. Ad Deum stillat oculus meus. Iob 16,d

DOCTOR. Oculi tui columbarum. Cant.4,a.

CONSILIARIVS. Oculi mei super omnes vias eorum. Ier.16,d

AMICVS. Si oculus tuus scandalizat te, eiice eum. Mar.9,g,46

ODOR.

DEVOTIO. Odoratusque est Dominus odorem suauitatis. Gen 8,d. Amos 5,f

FAMA. Fœtere fecistis odorem nostrum. Exodi 5,d,21. Cant.1,d. 2.Cor.2,d

INCENDIVM. Odor ignis non transisset per eos. Dan.3,g,94.

OLEVM.

GRATIA. Non sumpserunt oleum secum. Matth.25,a

MISERICORDIA. Infundens oleum & vinum. Luc.10,f

FAMA. Oleum effusum nomen tuum. Cantic.1,a

ADVLATIO. Molliti sunt sermones eius super oleum. Psal.54,d.† 140,b

DIVITIAE. Mittam vobis frumentum, vinum & oleum. Ioel.2,c

OLIVA.

IVSTVS. Quasi oliua fructifera in domo Domini. Psal.51,d

OLIVAE paucæ in summitate rami, erant Apostoli ex Iudæis assumpti: & duæ oliuæ erant Paulus & Barnabas: tres, Petrus, Iacobus & Ioannes: quatuor & quinque reliqui Apostoli, legem & Euangelium prædicantes. Vel erunt pauci electi in fine mundi. *Orig.*

ONVS.

ADVERSITAS. Quiescent paulisper ab onere. Osee 8,c

PECCATVM. Vnusquisque enim onus suum portabit. Gal.6,b

OS.

MANDATVM. Quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui. 2.Thess.2,b

MENS. Periit fides, & ablata est de ore ipsorum. Ier.7,f

PRAESENTIA. Os ad os loquemur. Epistola Ioan. 3,d

SVPERBIA. Dissipata sunt ossa nostra secus infernum. Psal.140,c

MALEDICTVM. Aperuerunt super me ora sua. Iob 16,b

VICTVS. Omnis labor hominis in ore eius. Eccles.6,c

HAERESIS. Verba oris eius iniquitas & dolus. Psal.35,a

Lingua eorum fraudulenta in ore eorum. Mich.6,c,12.

OS, OSSIS.

OPVS VIRTVTIS. Contremuerunt omnia ossa mea. Ierem.23,b

FORTITVDO. Ingrediatur putredo in ossibus meis. Hab.3,d

OSTIVM.

FIDES. Quia aperuisset Gentibus ostium fidei. Act.14,d,26.

MENS. Sto ad ostium & pulso. Apoc.3,d

DAEMON. Et ostia tenebrosa vidisti. Iob 38,b

OVIS.

MARTYR. Aestimati sumus sicut oues occisionis. Psal.43,d

INNOCENS. Mitto vos sicut oues in medio luporum. Matth.10,b,16.

GENTILIS. Eratis enim sicut oues errantes. 1.Pet.2,d

PALEA.

PALEAE dicuntur errores hæreticorum, & corrupta doctrina, & ipsi hæretici. *Hieron.*

PALLIVM.

ORNATVS VIRTVTIS. Tulerunt pallium meum mihi custodes murorum. Cant.5,c,7. Mich.2,c

CHARITAS. Pallium breue vtrumque operire non potest. Isaiæ 28,c,20.

PALMA.

CRVX CHRISTI. Ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius. Cant.7,c,8.

IVSTVS. Iustus vt palma florebit. Psal.91,c,13.

VICTORIA. Quasi palma exaltata sum in Cades. Eccli.24,b. 2.Mach.14,a

Palmæ in manibus eorum. Apoc.7,b

PALMES.

CHRISTO ADHAERENS. Ego sum vitis, vos palmites. Ioan.15,a

PALPEBRAE.

INTENTIO. Palpebræ tuæ præcedant gressus tuos. Prou.4,d

PRVDENS. Oculi eius vt palpebræ diluculi. Iob 41,b,9

PRAELATVS. Palpebræ eius in alta surrectæ. Prou.30,b,13.

PANIS.

PANIS LACRYMARVM, FLETVS. Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte. Psal.41,a

Sacrificia eorum quasi panis lugentiũ. Ose.9,a

TRISTITIA. Comedes afflictionis panem. Deut.16,a

PANIS MENDACII, INANIS GLORIA. Suauis est homini panis mendacij. Prou.20,c,17.

PANIS ABSCONDITVS HAERESIS. Panis absconditus suauior. Prou.9,d,17.

PECCATVM. In risum faciunt panem & vinum, vt epulentur viuentes. Eccles.10,d,18.

PARDVS.

PARDVS dicitur diabolus propter crudelitatem: vt autem est maculosus, significat hæreticos maculis errorum respersos. *Amb. Hieron. Chrys.*

PARIES.

HVMANA NATVRA. En ipse stat post parietem. Cant.2,c. Eph.2,c

DVRITIA PECCATI. Destruam parietem quem linistis. Ezech.13,c

PARS.

DAMMNATIO. Hæc est pars hominis impij à Deo. Iob 20,d

Spiritus procellarum pars calicis eorum. Psal. 10,d. Sap.1,d

PARVVLVS.

INNOCENS. Sinite paruulos venire ad me. Mar.10,b

HVMILIS. Facti sumus paruuli in medio vestrũm. 2.Thes.2,b,7.

PASCVA.

VITA AETERNA. In pascuis vberrimis pascam eas, & in montibus excelsis Israel erunt pascua earum. Ezech.34,d,14.

SACRA SCRIPTVRA. In omnibus planis pascua eorum. Isaiæ 49,c

PASSER.

PASSERES DVO, pignora quæ obtulit Christus in expiationem nostram, hominem videlicet spiritualem & animalem: & hic occisus fuit, vt nostram concupiscentiam expurgaret. *Orig. Hesych. Cyril.*

PASTOR.

CHRISTVS. Ego sum pastor bonus. Ioan.10,a

PRINCEPS. Qui dico Cyro, Pastor meus es. Isaiæ 44,d,28.

PRAELATVS. Nónne greges à pastoribus pascuntur? Ezech.34,a. Ioan.10,a

PSEVDOPROPHETA. O pastor & idolum, &c. sume tibi vasa pastoris stulti. Zach.11,d,17.

PECCATVM.

POENA PECCATI. Qui peccata nostra ipse pertulit. 1.Pet.2,d

PERDIX.

PERDIX congregat quæ non peperit: diabolus, hæreticus, auarus, suis fraudulentiis decipiunt simplices. Hæreticus est quasi vox perdicis, per quem diabolus congregat quos hæreticus decipit. *Orig. Amb. Hieron.*

PERIRE.

REPROBARI. Nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti. 2.Pet.3,b,9.

PES.

PRAEDICATOR. Quàm speciosi pedes euangelizantium pacem? Rom.10,c. Apoc.10,a

DOMINIVM. Omnia enim subiecit sub pedibus eius. 1.Cor.15,d,26.

PROXIMVS. Si pes tuus te scandalizat, amputa illum. Mar.9,g.44.

AFFECTVS. Ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Lucæ 1,g. Ioan.13,b

OPVS. Gressus rectos facite pedibus vestris. Heb.12,c

PETRVS.

PETRVS calcat aquas, Ecclesia calcat fluctus huius sæculi auxiliante Domino, inter pericula. *Orig.*

PINGVIS.

LAETVS. Holocaustum tuum pingue fiat. Psal.19,a

DIVES. Omnia pinguia & præclara perierunt à te. Apoc.18,e,14.

SVPERBVS. Tauri pingues obsederunt me. Psal.21,c

PISCIS.

PISCES non pereunt in diluuio, sed natant; spirituales fluctibus rerum terrenarum minimè merguntur, cùm non sint terreni. *Amb. Aug.*

PLAGA.

AFFLICTIO. Adhuc vna plaga tangam Pharaonem. Exod.11,a

CALAMITAS. Plaga dolosa dolosi diuidet vulnera. Eccli.27,d

VINDICTA. Plenas septem plagis nouissimis. Apoc.21,c

VVLNVS. Cuius curata est plaga mortis. Apocal 13,c

CLADES. Cohibita est plaga ab Israel. 2.Regum 24,d

MORBVS. Multos curauit à languoribus & plagis. Lucæ 7,c,21.

PECCATVM. Vulnus, & liuor, & plaga tumens. Isaiæ 1,b

PLANCTVS.

COMPVNCTIO. In ieiunio & fletu & planctu. Ioel.2,c

PLANTARE.

FORMARE. Qui plantauit aurem, non audiet? Psal.93,b

FVNDARE. Plantasti radices eius, & impleuit terram. Psal.79,b

PONERE COR.

CONSIDERARE. Posuerunt omnes qui audierant in corde suo. Lucæ 1,f,66.

POENITENTIA.

IGNIS. Ipse vos baptizabit Spiritu sancto & igni. Matth.3,c.

AROMA. Messui myrrham meam cum aromatibus meis. Cant.5,a

PVLVIS. Mutauit aspersione pulueris os. 3.Reg.2.,g,38.

CINIS. Operui cinere carnem meam. Iob 16,c. Dan.9,a. Matth.11,c

SACCVS. Saccum consui super cutem meam, Iob 16,c

PLANCTVS. Vocabit Dominus, &c. ad planctum, ad caluitium. Isaiæ 22,c

AMARITVDO. Pone tibi amaritudines. Ier.31,d

POLYPVS.

POLYPVS saxis adhæret, quorum colorem sumit vt pisces capiat: fallaces & hypocritæ sub ouina pelle. Polypi mentem habere dicitur, qui se nouit omnibus accommodare. *Bas. Amb.*

POSTVLARE.

FACERE POSTVLARE. Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Rom.8,c

POTARE.

ILLVDERE. A vino iræ fornicationis suæ potauit omnes gentes. Apoc.14,b,8.

ERVDIRE. Aqua sapientiæ salutaris potabit illum. Eccli.15,a

PRIMOGENITVS.

POST QVEM NVLLVS. Donec peperit filium suum primogenitum. Matth.1,d

AETERNVS. Primogenitus omnis creaturæ. Col.1,b

PRIMOGENITVS MORTVORVM. Vt sit primogenitus in multis fratribus. Rom.8,e,29.

OPTIMVS. Primogenita reputata sunt Ioseph. 1.Par.5,a. Mich.6,b

PRIMOGENITA MORS. Consumat brachia illius primogenita mors. Iob 18,c,13.

PRINCIPIVM.

CHRISTVS. Principium, qui & loquor vobis. Ioan.8,c. Apoc 1,b

PROBARE.

SCIRE. Non quasi hominibus placentes, sed Deo, qui probat corda nostra. 1.Thes.2,a

CVRARE. Opus autem suum probet vnusquisque. Gal 6,b

APPROBARE. Vt probetis potiora, vt sitis sinceri. Phil.p.1,b

PROFVNDVS.

SAPIENS. Aqua profunda, verba ex ore viri. Prou.18,a † 20,a

Spiritus omnia scrutatur, etiam profunda Dei. 2.Cor.2,c

GRA-

GRATIOSVS. Campus germinans de profundo nimio. Sap. 19,b

ANXIVS CORDE. De profundis clamaui ad te Domine. Psal. 129,a

INSIDIATOR. Neque absorbeat me profundum. Psal. 68,d

OBSTINATVS. Impius cùm in profundum venerit peccatorum, contemnit. Prou. 18,a,3.

INFERNVS. Numquid ingressus es profunda maris? Iob 38,b

PROPHETIA.

REVELATIO. Si prophetiam tuam veram existimas. Iudith 6,a. 1. Cor. 14,b

DIVINORVM INTERPRETATIO. Prophetias nolite spernere. 1. Thess. 5,d

PROXIMVS.

BENEFICVS. Quis horum videtur tibi proximus fuisse? &c. Qui fecit misericordiam in illum. Luc. 10,g,36

PVLVIS.

POENITENTIA. Humiliata est in puluere anima nostra. Psal. 43,d

Miserũt puluerem super capita sua. Apoc. 18,e

MORS. Dettahet eam vsque ad puluerem. Isa. 26,a

PVTEVS.

ECCLESIA. Puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano. Cantic. 4,d,15.

HAERETICVS. Obscuratus est sol & aër de fumo putei. Apoc. 9,a

OBSTINATIO. Neque vrgeat super me puteus os suum. Psal. 68,d

INFERNVS. Deduces eos in puteum interitus. Psal. 54,d

RADIX.

CHRISTVS. Radix Dauid aperire librum. Apoc. 5,b

CHARITAS. Radix iustorum non commouebitur. Prou. 12,a

PRAEDICATOR. In electis meis mitte radices. Eccli. 24,a

INTENTIO. Germen radicum eius in terra dimittite. Dan. 4,d,20.

OPINIO. Radix eorũ exsiccata est. Osee 9,d

FIRMITAS. Plantasti eos, & radicem miserunt. Ier. 12,a

ORIGO. Non tu radicem portas, sed radix te. Rom. 11,b

DIVITIAE. Radices gentium superbarum arefacit Deus. Eccli. 10,c,18. Ezech. 31,a

AVARITIA. Radix iuniperorum erat cibus eorum. Iob 30,a,4.

RAMVS.

DOCVMENTVM. Rami mei honoris & gratiæ. Eccli. 24,b

DIVITIAE. Et si in ramis in tempore germinauerint, infirmiter posita à vento commouebuntur. Sap. 4,a,4

DOMINIVM. Habitent in ramis eius. Matth. 13,d

RANA.

RANAE Aegypti, Poëtæ loquaces: eorũ carmina, Aduocati falsa loquẽtes, hæretici, Philosophi, magi: loquacitas, inanes opiniones. *Orig. Aug.*

REDIMERE.

SALVARE. Qui redemisti Dauid seruum tuum. Psal. 143,b

LIBERARE. Vt nos redimeret ab omni iniquitate. Tit. 2,d

SATISFACERE. De morte redimam eos. Osee 3,d

DARE AEQVIVALENS. Redemisti nos Deo in sanguine tuo. Apoc. 5,c,9.

REGENERATIO.

RESVRRECTIO. In regeneratione cùm sederit filius hominis. Matth. 19,d

REGNVM.

EVANGELIVM. Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cælorum. Matth. 4,c,17.

IVSTITIA. Virga æquitatis, virga regni tui. Heb. 1,c

FIDES. Et suadens de regno Dei. Act. 19,b

OPERA PIA. Quærite primùm regnum Dei. Matth. 6,d. † 19,b

POTESTAS. Virga directionis, virga regni tui. Psal. 44,b

DIES IVDICII. Scitote quoniam propè est regnum Dei. Luc. 21,f

RELIQVIAE.

FIDELES. De Ierusalem egredientur reliquiæ. 4 Reg. 19,f

MEMORIA. Reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi. Psal. 36,g

RENES.

DELECTATIONES. Vre renes meos & cor meum. Psal. 25,a

AFFECTVS. Ego sum scrutans renes & corda. Apoc. 2,f

CONCVPISCENTIA. Renes mei commutati sunt. Psal. 72,c

IVDAEI. Increpuerũt me renes mei. Psal. 15,b

RESPONSVM.

INSPIRATIO. Responsum accepit ab Angelo sancto. Act. 10,c,22.

INSTRVCTIO. Sicut responsum est Moysi. Heb. 8,b

RESVRGERE

AD GLORIAM. Non resurgent impij in iudicio. Psal. 1,a,5.

AD GRATIAM. In quo & resurrexistis per fidem. Col. 2,b

AD STATVM. Ioannes Baptista resurrexit à mortuis. Mar. 6,b

RESVRRECTIO

PRIMA, ANIMAE. Hæc est resurrectio prima. Apoc. 20,b

SECVNDA, CARNIS. Cùm audissent autem resurrectionem mortuorum. Act.17,g

RETE.

FLAGELLVM. Expandam super te rete meum. Ezech.32,a

DECEPTIO. Frustrà autem iacitur rete ante oculos pennatorum. Prou.1,b,17.

ROS.

GRATIA DEI. Sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion. Psal.132,a,3.

PRAEDICATIO. Nubes rore concrescunt. Prou.9,c

RVBVS.

RVBVS ardens & non combustus significat Ecclesiam, quæ non consumitur tribulationibus. Significat etiam B.V. Mariam, quæ concepit sine virili semine. *Hieron. Nyss.*

Vel quia ex populo Iudæorum exiret, qui in igne Deitatis carnis nostræ dolores, quasi rubi spinas susciperet, & inconsumptam humanitatis nostræ substantiam etiam in ipsa Diuinitatis flamma seruaret. *Greg.*

SACCVS.

POENITENTIA. In triuiis eius accincti sunt sacco: super tecta eius, & in plateis eius omnis vlulatus descendit in fletum. Isa.15,b,3.

MOERROR. Saccum & cinerem sternere. † 58,b

SACERDOS.

DOCTOR. Iussit sacerdotes conuenire. Agg. 21,g

PRIMAS. Sacerdos Dei summi. Heb.7,a

SACRIFICIVM

EVCHARISTIAE. Memor sit Dominus omnis sacrificij tui. Psal.19,a

IVSTITIAE. Sacrificate sacrificium iustitiæ. Psal.4,b

LAVDIS. Sacrificium laudis honorificabit me. Psal.49,c

GRATIARVM ACTIO. Sacrificium salutare est attendere mandatis. Eccli.35,a

CONTRITIO. Sacrificium Deo spiritus contribulatus. Psal.50,d,19.

OPVS PIVM. Adolebitur in sacrificio Domini. Leuit.2,c

MORTVORVM. Comederunt sacrificia mortuorum. Psal.105,d

SAGITTA.

EVANGELISTA. Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadent. Psal.44,b

TENTATIO. A sagitta volante in die. Psalmo 90,a

CALAMITAS. Sagittæ tuæ infixæ sunt mihi. Psal. 37,a

HAERESIS. Sagitta vulnerans lingua eorum. Ier.4,b

SAL.

SAPIENTIA. Omnis victima sale salietur. Mar.9,g

DISCRETIO. Sermo vester semper in gratia sit sale conditus. Col.4,b

PRAELATVS. Vos estis sal terræ. Matth.5,b

SALVARE.

VINCERE. Gigas non saluabitur in multitudine virtutis suæ. Psal.32,c.16.

GLORIFICARE. Vnde & saluare in perpetuum potest. Heb.7,d

LIBERARE. Saluabit animam eius à morte. Iac.5,d

PROTEGERE. Non venit animas perdere, sed saluare. Luc.9,g

ADIVVARE. Domine salua nos, perimus. Matth.8,c

EXAVDIRE. Vociferabor ad te vim patiens, & non saluabis? Hab.1,a,2.

SALVS.

CHRISTVS. Et non est in aliquo alio salus. Act.4,b

GLORIA. Exaltabit mansuetos in salutem. Psal.149,a

VITA. Salus nostra in manu tua est. Gen,47,f

FELICITAS. Duodecim tribubus, &c. salutem. Iac.1,a

VICTORIA. Salus nostra in tempore tribulationis. Isa.33,a,2.

PROSPERITAS. Salus animæ in sanctitate iustitiæ. Eccli.30,c

PAX ANIMI. Quia hodie salus domui huic facta est. Luc.19,b

AVXILIVM. Aptauit arcam in salutem domus suæ. Heb.11,b

REFVGIVM. Iam ablata erat spes omnis salutis nostræ. Act.27,d

SAMPSON.

SAMPSON plures occidit quàm moriens viuens, & Christi fuit excellens victoria in morte habita de dæmonibus, & ceteris hostibus. *Orig.*

In vulpibus figuratum est, vt per dolosos & sanæ fidei inimicos, quorum principatus in caudis est, pars post tergum relicta, pars circa fructus Christo aduersantium vastaretur. *Orig. Amb. Hieron. Greg.*

SANCTIFICARE.

CELEBRARE. Sabbata mea sanctificabunt. Ezech.44,f

CONSECRARE. Sanctifica mihi omne primogenitum. Exod.13,a

DEDICARE. Pro eis ego sanctifico meipsum. Ioan.17,c

INNOTESCERE. Sanctificetur nomen tuum. Matth.6,a

SANCTVM FACERE. Qui sanctus est, sanctificetur adhuc. Apoc.22,c

SANCTVM HABERE. Sanctificabunt sanctum Iacob. Isa.29,g

SANCTVM OSTENDERE. Sanctificabo nomen meum magnum. Ezech.36,e

MVNDARE. Vt illam sanctificaret, mundans eam. Eph.5,f

PRAEPARARE. Sanctificate ieiunium, vocate cœtum. Ioel.1,c

CONFIRMARE. Sanctificatur enim per verbum. 1.Tim.4,b

SAMVEL.

Samuel filius Annæ, hoc est gratiæ, typus est perfectorum operum contemplationis. *Orig.*

SANCTVS.

EXCELSVS. Laudamini in nomine sancto eius. Psal.104,a

CAELESTIS. Adorate in monte sancto eius. Psal.98,b

FIDELIS. His qui secundùm propositum vocati sunt sancti. Rom.8,e

SELECTVS. Si radix sancta, & rami. Rom.11,b

SANCTIFICATVS. Et sortem inter sanctos per fidem. Act.26,d

AQVILA. Vbicumque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ. Matth.24,c

LVX Vt filij lucis sitis. Ioan.12,f

OVIS. Aestimati sumus sicut oues occisionis. Psal.43,b

FLOS. Si floruerunt mala punica. Cant.7,d

SANGVIS.

ECCLESIAE VNIO. In sanguine testamenti æterni. Heb.13,d

PERICVLVM. Sanguinem virorum istorum bibam? 1.Par.11,d

HOMO. Caro & sanguis regnum Dei possidere non possunt. 1.Cor.15,f

PECCATVM. Sanguis sanguinē tetigit. Osee 4,a

CAEDES. Nondum enim vsque ad sanguinem estitistis. Heb.12,b

HOMICIDIVM. Vidi mulierem ebriam de sanguine Sanctorum. Apoc.17,b

Quasi nihil est ante eum sanguis. Eccli.8,d

SANITAS.

DISPOSITIO MENTIS. Synagogæ superborum non erit sanitas. Eccli.3,d

STATVS PLEBIS. Multitudo autem sapientium sanitas est orbis terrarum. Sap.6,d,26.

SAPERE.

DISCERNERE. Qui sapit diem, Domino sapit. Rom.14,a,6.

COMPREHENDERE. Non sapis ea quæ Dei sunt. Matth.16,d

INTELLIGERE. Exhortamini, idem sapite. 2.Cor.13,d.

SVPERBIRE. Præcipe non sublime sapere. 1.Tim.6,d

SAPIENS.

PIVS. Quis sapiens & disciplinatus inter vos? Iac.3,c

PERITVS. Stultus fiat vt sit sapiens. 1.Cor.3,d

PHILOSOPHVS. Perdam sapientiam sapientium. 1.Cor.1,e

SAPIENTIA.

DIVINA SCIENTIA. Secundùm datam sibi sapientiam. 2.Pet.3,d

DONVM SPIRITVS SANCTI. In omni sapientia & intellectu. Col.1,b

DEI FILIVS. Qui factus est nobis sapientia à Deo. 1.Cor.1,d

DOCTRINA. Si quis autem vestrûm indiget sapientia. Iac.1,a

INDVSTRIA. In multa sapientia multa sit indignatio. Eccles.1,d

VERSVTIA. Nónne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi? 1.Cor.1,c,20.

DISCIPLINA. Si qua laus disciplinæ. Philip.4,b

SENSVS. Volo quinque verba sensu meo loqui. 1.Cor.14,d

SAL. Omnis victima sale salietur, &c. Habete in vobis sal. Mar.9,g

ADEPS. Cibauit eos ex adipe frumenti. Psalmo 80,d

AQVA. Dereliquerunt fontem aquæ viuæ. Ierem.2,c. Apoc.7,d

LIGNVM. Lignumque scientiæ boni & mali. Gen.2,b. Prou.3,c

Vincenti dabo edere de ligno. Apoc.2,b

INTELLIGENTIA. Sol intelligentiæ non est ortus nobis. Sap.5,a

PROFVNDVS, SAPIENS. Aqua profunda verba ex ore viri. Prou.18,a

SENIOR, SAPIENTIOR. Quare discipuli tui non ambulant iuxta traditionem seniorum. Marci 7,a,5.

SARDIVS.

SARDIVS in Iudice Christo similitudinem habens ignis, iudicium vniuersale futurum per ignem designat. *Aug.*

SCABELLVM.

CORPVS CHRISTI. Adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est. Psal.98,a,5.

PROPITIATORIVM. Non est recordatus scabelli pedum suorum. Thren.2,a,1.

SVBIECTIO. Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Psal.109,a

TERRA. Scabellum est pedum eius. Matthæi 5, f

SCANDALIZARI.

RVERE IN PECCATVM. Nec scandalizabitur in operibus nequissimis. Eccli.23,a

SCANDALVM.

IMPEDIMENTVM. Vade post me satana, scandalum es mihi. Matth.16,d,23.

DAMNVM. In scandalum & in retributionem illis. Rom.11,b,9.

ERROR. Impossibile est vt non veniant scandala. Lucæ 17,a

LAPSVS. Et sumas scandalum animæ tuæ. Prou.22,d

OCCA.

Occasio rvinae. Ne ponas animæ tuæ scandalum. Eccli.32,d

Haereticvs. Colligent de regno eius omnia scandala. Matth.13,f

SCIENTIA DEI.

Fides. Et crescentes in scientia Dei. Col.1,b

Cvltvs. In scientia autem abstinentiam. 2.Pet.1,b

SCIRE.

Credere. Scient quia ego dilexi te. Apoc.3,b

Discere. Scitote quia propè est in ianuis. Marc.14,c

Experiri. Scient quia manus tua hæc. Psal.108,d

SCRIPTVRA.

Caelvm. Clauditis regnum cælorum. Matth.23,a

Nvbes. Qui ponis nubem ascensum tuum. Psal.103,a

Cibvs. Parasti cibum illorum. Psal 64,c. Heb.5,d

Panis. Non in solo pane viuit homo. Matthæi 4,a,4. Luc.15,d

Denarivs. Protulit duos denarios. Luc.10,f

Arcvs. Suscitabis arcum tuum. Hab.3,b

Rota. Ibát pariter & rotæ iuxta ea. Ezech.10,c

Flvmen. Flumen Dei repletum est aquis. Psal.64,c

SEDERE.

Aeqvari honore. Sedet à dextris Dei. Mar.16,d

Ivdicare. Sedebitis & vos super sedes duodecim. Matth.19,d

Hvmiliari. Quomodo sedet sola ciuitas. Thren.1,a

Regnare. Seditque Salomon super solium Domini. 1.Par.29,f

Consentire. Cum aliena muliere ne sedeas omnino. Eccli.9,b

Praesidere. Qui sedet super gyrum terræ. Isa.40,e

SEMEN.

Christvs. Semini tuo, qui est Christus. Gal.3,c

Verbvm dei. Dabitur pluuia semini tuo. Isa.30,c

Opvs bonvm. Semen ipsius in eo manet. 1.Ioan.3,b

Imitator. Potens in terra erit semen eius. Psal.111,a

SEMINARE.

Praedicare. Beati qui seminatis super omnes aquas. Isa.32,d

Largiri. Qui parcè seminat, parcè & metet. 2.Cor.9,b

SEMITA.

Arctivs praeceptvm. Semitæ meæ exaltabuntur. Isa.49,c

Legis intelligentia. Semita vitæ super eruditum. Prou.15,c.

Consilivm. Erit ibi semita & via sancta. Isa.35,c

Svperbia. Numquid semitam sæculorum custodire cupis? Iob 22,b,15

SENIOR.

Sapientior. Seniores vestri somnia somniabunt. Act.2,c

Senator. Et reprobari à senioribus. Mar.8,d

SENSVS.

Sapientia. Nos autem sensum Christi habemus. 1.Cor.1,d

Secretvm. Quis enim cognouit sensum Domini? Rom.11,d

Intellectvs. Si defecerit sensu, veniam da. Eccli.3,b,15.

Ivdicivm. Obtusi sunt sensus eorum. 2 Corinth.3,c

Conscientia. Vnusquisque in suo sensu abundet. Rom.14,a

Discretio. Sensibus autem perfecti estote. 1.Cor.14,d

SEPVLCHRVM.

Captivitas. Cùm aperuero sepulchra vestra. Ezech.37,d

Concvpiscentia. Qui habitant in sepulchris. Psal.67,b

Haereticorvm dogma. Sepulchrum patens est guttur eorum. Psal.5,c

Infernvs. Data sunt sepulchra in nouissimis laci. Ezech.32,d

SERMO.

Christvs. Iuxtà est sermo valdè. Deut.30,c

Doctrina. Sed non profuit illis sermo auditus. Heb.4,a

Revelatio. Turbata est in sermone eius. Luc.1,c

Praeceptvm. Statimque sermo Domini factus est ad eum. Gen.15,a

Verbvm. Sermo eorum vt cancer serpit. 2.Tim.2,c

Certvm. Fidelis sermo: Si quis Episcopatum desiderat. 1.Tim.1,c

Sententia. Vt doceamini quæ sint elementa exordij sermonum Dei. Heb.5,d,12.

Res gesta. Scripta sunt in libro sermonum. 3.Reg.14,g

Somnivm. Sermo recessit à me. Dan.2,a

SERPENS.

Imago serpentis. Sicut Moyses exaltauit serpentem. Ioan.3,b

Haereticvs. Caudæ eorum similes serpentibus. Apoc.9,d,19.

Diabolvs. Serpentes tollent. Mar.16,d

SERVIRE.

Colere. Et seruient mihi in loco isto. Act. 7,a

SIGNARE.

NOTARE. Qui in manu omnium hominum signat. Iob 37,b

SIGILLARE. Signa librum vsque ad tempus. Dan.12,b

CONFIRMARE. Signauit quia Deus verax est. Ioan.3,d

SIGNVM.

CHRISTVS. Et in signum cui contradicetur. Luc.2,e

MIRACVLVM. Quod signum aduentus tui? Matth.24,a

SIGNIFICATIO. Fac mecum signum in bonum. Psal.85,c

FOEDVS. Erit signũ fœderis inter me. Gen.9,b

EXPERIENTIA. Neque audierint sermonem signi prioris. Exod.4,b

SIMILITVDO. Signis & prodigiis mendacibus. 2.Thess.2,c

VEXILLVM. Super montem caliginosum leuate signum. Isa.13,a

SILERE.

QVIESCERE. Lætati sunt quia siluerunt. Psal.106,c

QVIESCERE A BELLO. Conquieuit & siluit omnis terra. Isa.14,b

EXPAVESCERE. Sileat omnis terra à facie Domini. Zach.2,d

EXPECTARE. Nónne dissimulaui, nónne silui? Iob 3,d

VITA CARERE. Dormiens silerem. Iob 3,b

NEGLIGERE. Silui à bonis, & dolor meus renouatus est. Psal 38,a

REPVDIARE. Deus meus ne sileas à me. Psal.27,a

DISSIMVLARE Vsquequò siletis, & non reducitis regem? 2.Reg.19,b,10.

SIMIA.

SIMIA, hæreticorum falsæ rationes, quæ verisimilitudinem præseferunt; & hæretici Sanctos exteriùs imitantur, vt decipiant. *Hieron.*

SINAPI.

SINAPI, Christus in passionem contritus exeruit virtutem in se latentem. *Hilar. Ambr.*

SINISTRA.

ADVERSITAS. Per arma iustitiæ à dextris & à sinistris. 2.Cor.6,b

MALVM. Cor stulti in sinistra illius. Ecclef.10,a

SINVS.

MENS. Ira in sinu stulti requiescit. Ecclef.7,b

CONSCIENTIA. Reddis iniquitatem patrum in sinum filiorum. Ier.32,c

COGITATIO. Redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum. Psal.78,e

SECRETVM. Reposita est hæc spes mea in sinu meo. Iob 19,c,27.

COMMODVM. Oratio mea in sinu meo conuertetur. Psal.34,b. Luc.6,f

LIMBVS PATRVM. Portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ. Luc.16,e

LATVS. Erat recumbens, &c. in sinu Iesu. Ioan.13,c

SION.

ECCLESIA TRIVMPHANS. Venient in Sion cum laude. Isa.35,d

ECCLESIA MILITANS. Habitationes eius in Sion. Psal.75,a,3.

SYNAGOGA. Pono in Sion lapidem offensionis. Rom.9,g

MONS. Ex Sion species decoris eius. Psal.49,a

SOL.

CHRISTVS. Vobis timentibus nomen meum orietur sol iustitiæ. Mal.4,d

SAPIENTIA. Magis prodest videntibus solem. Eccli.7,b

GRATIA. Electa vt sol. Cantic.6,d

LVMEN VERITATIS. Sol non occidat super iracundiam vestram. Ephes.4,f

PROSPERITAS. Qui dat solem in lumine diei. Ier.31,g

PERSECVTIO. Exortus est enim sol cum ardore. Iac.1,b

TRIBVLATIO. Decolorauit me sol. Cant.1,b

ANTICHRISTVS. Effudit phialam suam in solem. Apoc.16,b

SOLVERE.

LIBERARE. Soluite eum, & sinite abire. Ioan.11,f

REMITTERE. Quodcumque solueritis super terram. Matth.16,c

EXPLICARE. Proponam vobis problema: quod si solueritis mihi. Iudic.14,c,12.

SOMNVS.

QVIES IN BONIS. Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt. Psal.75,a

ECSTASIS. Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph. Matth.1,c

IGNAVIA. Hora est iam nos de somno surgere. Rom.13,c

MORS. Vado vt à somno excitem eum. Ioan.11,b

SONARE.

INSPIRARE. Sonet vox tua in auribus meis. Cant.2,d

COMMOVERE. Sonabant populi quasi sonitus aquarum. Isa.17,d

SONVS.

LAVS SANCTORVM. In voce exultationis & confessionis, sonus epulantis. Psal.41,b

PRAEDICATIO. In omnem terram exiuit sonus eorum. Rom.10,d

SOROR.

ECCLESIA. Vulnerasti cor meum soror mea sponsa. Cantic.4,c,9.

FIDELIS. Ipse meus frater, soror & mater est. Matth.12,g

So-

Socia. Mater mea & soror mea, vermibus. Iob 17,d

SORS.

Status gratiae. In partem sortis sanctorum in lumine. Col.1,b

Hereditas. Et stabis in sorte tua in fine. Dan.12,d

Sors divinatoria. Duas sortes esse præcepit. Esth.10,c

Gehenna. Hæc est pars, &c. & sors diripientium nos. Isaiæ 17,d,14.

SPECVLA.

Ecclesia. Super speculam Domini ego sum. Isaiæ 21,b,8

Poenitentia. Statue tibi speculam, pone tibi amaritudines. Ierem.31,d

SPINA.

Stimulus conscientiae. Sepi aures tuas spinis, linguam nequã noli audire. Eccli.28,d,28.

Temeritas. Quomodo si spina nascatur in manu temulenti. Prou.26,b

Tentatio. Iter pigri quasi sepes spinarum. Prou.15,c

Divitiae. Numquid colligunt de spinis vuas? Matth.7,c

Hostis. Sepiam viam tuam spinis. Osee 2,b

Dolor. Pro frumento, &c. & pro hordeo spina. Iob 31,d

Peccatum. Sicut lilium inter spinas. Cant.2,a

SPIRITVS SANCTVS.

Spiritus Domini ferebatur super aquas. Genes.1,a,2.

Spiritus & Sponsa dicunt, Veni. Apoc.22,d

Digitus. Digitus Dei est hic. Exod.8,d. Lucæ 11,c

Ignis. Apparuerunt illis dispertitæ linguæ tamquam ignis. Act.2,a

Columna nubis et ignis. Descendit Dominus in columna nubis. Num.12,b. Apoc.10,a

Paracletus. Alium Paracletum dabit vobis. Ioan.14,b,16.

Donum Spiritus sancti. Spiritum nolite extinguere. 1.Thes.5,d

Flumina de ventre eius fluent. Ioan.7,f

SPIRITVS.

Dei inspiratio. Spiritu magno vidit vltima. Eccli.48,d

Spiritus vitae, Dei auxilium. Lex enim spiritus vitæ in Christo Iesu liberauit me. Rom.8,a

Intelligentia spiritualis. Spiritu intelligentiæ replebit illum. Eccli.39,a

Intentio spiritualis. Vt cùm spiritu cœperitis, nunc carne consummemini. Gal.3,a

Mens. Orantes omni tempore in spiritu. Eph.6,e

Ratio. Ad diuisionem animæ & spiritus. Heb.4,c

Cogitatio. Spirituum ponderator est Dominus. Prou.16,a

Voluntas. Vnum corpus & vnus spiritus. Eph.4,a

Spiritualis. Omnis spiritus laudet Dominum. Psal.150,a

Anima rationalis. Non enim ad mensuram dat Deus spiritum. Ioan.3,d

Vita. Spiritus meus attenuabitur. Iob 17,a

Cura. Gemẽtes præ angustia spiritus. Sap.5,a

Apparitio. Nolite omni spiritui credere. 1.Ioan.4,a

Ira. Requieuit spiritus eorum quo tumebant. Iudic.8,a

Vindicta. En proferam vobis spiritum meum. Prou.1,c

Elatio. Ante ruinam exaltatur spiritus. Prouerb.16,c

Fictio. Væ prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritum suum. Ezech.13,a

Spiritus mundi. Non enim accepimus spiritum seruitutis. Rom.8,c

Spiritus malus. Eiiciebat spiritus verbo. Matth.8,b

Peccatum. Spiritus autem blasphemiæ non remittetur. Matth.12,d

Sol. In circuitu pergit spiritus, & in circulos suos reuertitur. Eccles.1,a

Ventus. Adduxit spiritũ super terrã. Gen.8,a

Aspiratio. Spiritus oris nostri Christus Dominus. Thren.4,d

STATERA.

Iustitia. Mendaces filij hominum in stateris. Psal.61,c

Iudicium. Verbis tuis facito stateram. Eccli.28,d

STERCVS.

Deliciae. Computruerunt iumenta in stercore suo. Ioel.1,d

Voluptas. De stercore erigens pauperem. Psal.112,a

Peccatorum horror. Dispergam super vultum vestrum stercus solemnitatum vestrarum. Mal.2,a,3.

STILLARE OCVLVM.

Sperare. Ad Deum stillat oculus meus. Iob 16,d

STARE.

Resistere. Nullus stabit contra vos. Deuteron.11,d

STRVTHIO.

Gentilitas. Faciam planctum, &c. & luctum quasi struthionum. Mich.1,c

Hypocrita. Habitabunt in ea struthiones. Ierem.50,f

SVBLIMIS.

Caelestis. Qui facit concordiam in sublimibus suis. Iob 25,a

Beatvs. Fructus terræ sublimis. Isaiæ 4,a

Honorabilis. Postquam eleuatus est in sublime. Prou. 30,d

Prosper. Qui ponit humiles in sublime. Iob 5,b

Svperbvs. Oculi sublimium deprimentur. Isaiæ 2,c

SVBSTANTIA.

Virtvs. Meliorem & manentem substantiam. Heb. 10,g

Fides. Si tamen initium substantiæ eius vsque ad finem firmum retineamus. Heb. 3,14.

Natvra. Substantia mea tamquam nihilum ante te. Psal. 38,b

Stabilitas. Infixus sum in limo profundi, & non est substantia. Psal. 68,a

Divitiae. Reduxitque omnem substantiam. Gen. 14,c

ESSE A DEXTRIS.

Avxiliari. A dextris est mihi ne commouear. Psal. 15,b

SVPERBIA.

Apostasia. Initium superbiæ hominis, apostatare à Deo. Eccli. 10,b

Avctoritas. Hæc & in conuentu superbiæ. Sap. 10,a

SVPERBVS.

Dolosvs. Arma & gladij in via superbi. Prouerb. 22,a

Legis contemptor. Disperge superbos in furore tuo, & respiciens omnem arrogantem humilia. Iob 40,a,6.

Haereticvs. Superba enim vanitatis loquentes. 2. Pet. 2,d

Daemon. Prudentia eius percussit superbum. Iob 26,c

SVRDVS.

Non intelligens. Quis fabricatus est mutum & surdum? Exod. 4,c,11.

Nolens avdire. Surdos fecit audire & mutos loqui. Mar. 7,d,37.

Fingens non avdire. Surdi audite, & cæci intuemini ad videndum. Isaiæ 42,c,18.

SVRGERE.

Resvrgere. Seminatur in corruptione, surget in incorruptione. 1. Cor. 15,e

Nasci. Non surrexit vltrà propheta in Israel sicut Moyses. Deut. 34,c,10.

SVSCITARE.

Resvscitare. Suscita mihi quem dixero tibi. 1. Reg. 28,b. Matth. 10,a

SVSTINERE.

Sperare. Si sustinuero, infernus domus mea est. Iob 17,b. Psal. 129,a

SYCOMORVS.

Sycomorus designat Christi crucem, quæ à mundanis stultitiæ reputatur, & tamen ascendentes in eam humiles vident Christum. *Aug. Greg.*

TABERNACVLVM.

Protectio divina. Abscondit me in tabernaculo suo. Psal. 26,b

Ecclesia militans. Tabernacula iustorum germinabunt. Prou. 14,b. Apoc. 21,a

Domvs Dei. Coædificamini in tabernaculum. Eph. 2,d

Synagoga. Saluabit Dominus tabernaculum Iuda. Zach. 14,b

Corpvs hvmanvm. Velox est depositio tabernaculi mei. 2. Pet. 1,c,14.

Sepvlchrvm. Quis hic? quia excidisti tibi hic sepulchrum, &c. in petra tabernaculum tibi. Isaiæ 22,c,16.

Congregatio impiorvm. Suscepistis tabernaculum Moloch. Act. 7,f

Tabernacvlvm Dauid, quod cecidit, dici potest natura humana, quod tabernaculum suscitauit Christus, quando naturam humanam assumpsit. *Chrysost. Bas.*

TAVRVS.

Sanctvs. Quasi primogeniti tauri pulchritudo eius. Deut. 33,c

Dives. Et tauri cum potentibus. Isa. 34,b,7

TEMPESTAS.

Ivdicivm. In circuitu eius tempestas valida. Psal. 49,a

TEMPLVM.

Christvs. Soluite templum hoc. Ioan. 2,c

Ecclesia trivmphans. Benedictus es in templo sancto gloriæ tuæ. Dan. 3,c

Ecclesia militans. Sic ille effulsit in templo Dei. Eccli. 50,a

Anima ivsti. Nescitis quia templum Dei estis? 1. Cor. 3,c

Fanvm idolorvm. Sed & magnæ Dianæ templum in nihilum reputabitur. Act. 19, c, 27.

TEMPVS.

Afflictio. Instabunt tempora periculosa. 2. Tim. 3,a,1.

TENEBRAE.

Incomprehensibilis. Numquid non tenebræ dies Domini? Amos 5,f

Adversitas. Inimicos eius persequentur tenebræ. Nahum 1,b

Vita praesens. Lux in tenebris lucet. Ioan. 1,a

Ignorantia. Stultus in tenebris ambulat. Eccles. 2,c

Peccator. Qui eruit nos de potestate tenebrarum. Col. 1,b

Peccatvm. Orietur in tenebris lux tua. Isaiæ 58,c

Dvbivm. Tenebris obscuratum habentes intellectum. Eph. 4,d

Timor. Quæ in tenebris dixistis, in lumine dicentur. Lucæ 12,a

Sepvlchrvm. Frustrà enim venit, & pergit ad tenebras. Eccles.6,4.

Limbvs. Illuminare his qui in tenebris & in vmbra mortis sedent. Luc.1,g

Svpplicivm aeternvm. Quibus caligo tenebrarum reseruatur. 2.Pet.2,d

TENTARE.

Manifestare. Tentauit Deus Abraham. Gen.22,a

TERRA.

Homo. Aliud cecidit in terram bonam. Luc.8.a

Imperitvs. Vos estis sal terræ. Matth.5,b

Intentio terrena. Mortificate ergo membra vestra quæ sunt super terram. Col.3,a,5

Sepvlchrvm. Sic erit filius hominis in corde terræ. Matth.12,f

Praesens saecvlvm. Tres sunt qui testimonium dant in terra. 1.Ioan.5,b

TESTAMENTVM.

Christi passio. Hic sanguis testamenti quod mandauit ad vos Deus. Heb.9,f

Lex nova. Hoc autem dico testamentū confirmatum. Gal.3,e

Lex vetvs. Dedit illi testamentum circumcisionis. Act.7,a

TESTIMONIVM.

Lex. Requirentibus testamentum eius, & testimonia eius. Psal.24,b

Memoriale. Quibus in testimonium nequitiæ fumigabunda cōstat terra deserta. Sap.10,b,7

Promissio. Liga testimonium, signa legem. Isa.8,c

Fama. Plurimam hostiam Abel quàm Cain obtulit Deo, per quam testimonium consecutus est esse iustus. Heb.11,a,4

Testis. Lapis iste erit vobis in testimonium. Gen.24,f

Condemnatio. Excutite puluerem, &c. in testimonium illis. Mar.6,b

TESTIS.

Martyr. Sed testibus præordinatis à Deo. Act.10,f,41.

Fidelis. Ecce enim in cælo testis meus. Iob 16,d,20.

Praedicator. Inuenimur falsi testes Dei. 1.Cor.15,b

THRONVS.

Divinitas. Cecidi in conspectu throni. Apoc.7,c

Caelvm. Audiui vocem magnam de throno. † 21,a

Ecclesia. Vidi thronum magnum, candidum. † 20,c

Potestas ivdiciaria. Aspiciebam donec throni positi sunt. Dan.7,c

TIMOR.

Dei cvltvs. Statue seruo tuo eloquium tuum in timore tuo. Psal.118,c

Reverentia. Si Dominus ego sum, vbi est timor meus? Mal.1,b,6.

Filialis. Timor Domini odit malum. Prouerb.8,d

Initialis. Timor non est in charitate. 1.Ioan.4,d

Servilis. Videns verò ventum validum, timuit. Matth.14,d

Horror. Timorem eorum ne timeatis. Isa.8,c

Noctvrnvs. Illic trepidauerunt timore vbi non erat timor. Psal.13,c

TINEA.

Tinea rodens vestes, inuidia rodens animam in qua nascitur. *Orig. Greg.*

Tinea, pœna damnatorum, quæ ex propriis eorum peccatis nascitur, eosdem semper atrodens. *Hieron.*

TORRENS.

Beatitvdo. Torrente voluptatis tuæ potabis eos. Psal.35,b

Praedicatio. Torrens redundans fons sapientiæ. Prou 18,a,4.

Mvndvs. Circumdabunt eum salices torrentis. Iob 40,c,17.

Ignis inferni. Diuidit torrens à populo peregrinante, eos quos oblitus est pes egentis hominis. Iob 28,a,4.

Impetvs belli. Torrentem pertransiuit anima nostra. Psal.123,a

TRANSIRE.

Pvnire. Non transibit super eos vltrà exactor. Zach.9,b,8.

TRITICVM.

Sermo Dei. Venter tuus sicut aceruus tritici. Cantic.7,d

TVBA.

Praedicator. Vox prima quam audiui, tamquam tubæ loquentis mecum. Apoc.4,a,1.

Vocatio ad ivdicivm. In ictu oculi, in nouissima tuba. 1.Cor.15,g

Pvblicatio. Noli tuba canere ante te. Matth.6,a

Vox laetitiae. Buccinate in Neomenia tuba. Psal.80,a

Vox tristitiae. Dies nebulæ & turbinis, dies tubæ & clangoris super ciuitates munitas. Soph.1,d,16.

TVRRIS.

Christvs. Turris fortissima nomen Domini. Prou.18,b

Ecclesia. Aedificauit turrim & locauit eam. Matth.21,c

Perfectio. Quis enim ex vobis volens turrim ædificare? Luc.14,f

Praedicator. Collum tuum sicut turris eburnea. Cantic.7,b

CIRCVMSPECTIO. Narrate in turribus eius. Psal.47,c

TVRTVR.

PRAEDICATOR. Vox turturis audita est in terra nostra. Cantic.2,c

AVIS CASTA. Par turturum aut duos pullos columbarum. Luc.2,d

TVRTVRES, spirituales, eremi cultores, & sublimius viuentes, contemplationeque vacantes significare possunt. *Hesych. Beda.*

VALLIS.

HVMILITAS. Valles scindentur sicut cera. Mich.1,a

POENITENS. Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur. Luc.3,b

VANITAS.

IDOLVM. Nolite declinare post vana. 1.Regum 12,d

VAS.

ECCLESIA. Statim receptum est vas in cælum. Act.10,c

AETERNA BEATITVDO. Vt ostenderet diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ. Rom.9,c,23.

ANIMA. Cor fatui quasi vas confractum. Eccli.21,c

CORPVS HVMANVM. Acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Matth.25,a

ARMA. Ego conuertam vasa belli. Ier.21,a

PECCATOR. Vasa iræ apta in interitum. Rom.9,c,22.

HAERETICVS. Fraudulenti vasa pessima sunt. Isa.32,b

VELAMEN.

CHRISTI CARO. Viam nouam & viuentem per velamen, id est, carnem suam. Heb.10,d,20.

VERECVNDIA. Deb[illegible] mulier velamen habere. 1.Cor.11,b

VELLVS.

VELLVS B.V. Maria, quæ ita concepit Christum, vt toto eum hauriret corpore, nec eius scissuram corporis pateretur, sed esset mollis ad obsequium, solida ad sanctimoniam. Vellus, quia de eius fructu salutaria populis vestimenta texuntur. Vellus, quia de molli sinu eius agnus egressus est, qui & ipse matris lanitium, hoc est, carnem gestans, molli vellere cunctorum operit vulnera populorum. Sicut autem pluuia in vellus descendit sine ipsius velleris corruptione & dolore, ita & ipse Rex Christus nascitur de Virgine, sine vlla ipsius Virginis corruptione. Posteà verò descendit sicut stillicidia stillantia super terram in cognitionem omnium hominum. *Ambr. Serm.13. Bern.*

VENA.

VENAS susurrij aperit Deus, cùm aliquando nos amore, aliquando terrore cōpungit, aliquando præsentia quàm nulla sint, ostendit, & ad æterna diligenda desiderium erigit. *Greg.*

VENTER.

ECCLESIA. Filij, merces; fructus ventris. Psal.126,a

MENS. Verba bilinguis, &c. perueniunt ad interiora ventris. Prou.18,b,8.

MEMORIA. De fructu oris viri replebitur venter eius. Prou.18,c,20.

INTERIORA. Venter eius eburneus, distinctus saphiris. Cantic.5,d

PROFVNDVM. De ventre inferi clamaui. Ionæ 2,a

SENSVALITAS. Omnem escam manducabit venter. Eccli.36,c

AVARITIA. Ventres eorum non implebuntur. Ezech.7,c

GVLA. Sodalis amico congaudet causâ ventris. Eccli.37,a,5.

VENTVS.

SVPERBIA. Ventilabis eos & ventus tollet. Isa.41,d

TENTATIO. Sicut stipulam ante faciem venti. Psal.82,c

MENDACIVM. In ventū verba profertis. Iob 6,d

FALSA DOCTRINA. Fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ. Ephes.4,c,14.

OPVS INANE. Ventum seminabunt, & turbinem metent. Osee 8,b

VITAE LAPSVS. Memento quia ventus est vita mea. Iob 14,a. Eccles.5,d,15.

VERBVM DEI.

GLADIVS. Gladium spiritus, quod est verbum Dei. 6,c.17.

LVCERNA. Lucerna pedibus meis verbum tuum. Psal.118,o

PANIS. Cibabit illum pane vitæ & intellectus. Eccli.15,o

ESCA. Lac vobis potum dedi, non escam. 1.Cor.3,a.

SEMEN. Semen est verbum Dei. Luc.8,b

IGNIS. Eloquia Domini igne examinata. Psal.17,c,31.

TRITICVM. Venter tuus sicut aceruus tritici. Cantic.7,d. Luc.12,c

VERBVM.

VERBVM VITAE, CHRISTVS. Manus nostræ contrectauerunt de verbo vitæ. 1.Ioan.1,a

LEX. Audite verbum Domini principes Sodomorum. Isa.1,c

VERITAS. Verbum reuelatum est Danieli. Dan.10,d

EVANGELIVM. Hi sunt qui verbum Dei audiunt. Luc.8,c

PROPHETIA. Verbum misit Dominus in Iacob, & cecidit. Isa.9,b

REVELATIO. Et erit eis verbum Domini: Manda, remanda. Isa.28,c,13.

PRAEDICATIO. Non potuerunt verbum eius reprehendere. Lucæ 10,c

IV-

IVDICIVM. Audiens Ananias hæc verba, cecidit. Act. 5,a

PROMISSIO. Dimittis seruum tuum Domine, secundùm verbum tuum in pace. Lucæ 2,d

IMPERIVM. Portansque omnia verbo virtutis suæ. Heb. 1,a

MANDATVM. In verbo autem tuo laxabo rete. Lucæ 5,a

RES VERBO DESIGNATA. Verbum quod factum est à Domino. Ierem. 11,a

RES INVTILIS. Dilexisti omnia verba præcipitationis. Psal. 51,a

RES GESTA. Scripta sunt in libro Verborum dierum. 3. Reg. 11,g

FACTVM. Quomodo palàm factum est verbum istud? Exod. 2,c

OPVS. Docuit eam Salomon omnia verba. 3. Reg. 10,a

VERITAS.

EVANGELIVM. Cùm audissetis verbum veritatis. Eph. 1,c

IVSTITIA. Si facitis misericordiam & veritatem cum domino meo. Gen. 24.f

FIDES. Sicut est veritas in Christo Iesu. Eph. 4,c

INTELLIGENTIA. Dabis veritatem Iacob. Mich. 7, d

AEQVITAS. Iudicium Dei est secundùm veritatem. Rom. 2,a

CERTITVDO. Et dixit ei omnem veritatem. Marc. 5,c

OPERATIO VERA. Seruite Domino in veritate. Tob. 14,c

VERITATIS RATIO. In quo erat doctrina & veritas. Leuit. 8,a

PROMISSI IMPLETIO. Annuntiabo veritatem tuam in ore meo. Psal. 88,a

EFFECTVS IVSTITIAE. Veritatem autem facientes in charitate. Eph. 4,d

PVRITAS. Viam Dei in veritate doces. Matthæi 22, a

AVXILIVM. Emitte lucem tuam & veritatem tuam. Psal. 42,a

VERMIS.

CHRISTVS. Ego autem sum vermis & non homo. Psal. 21,b

HOMO TERRENVS. Homo putredo, & filius hominis vermis. Iob 25,b

CVRA TEMPORALIS. Sic comedet eos vermis. Isaiæ 51,c

CARNALIS DELECTATIO. Dulcedo illius vermes. Iob 24,b

PECCATVM. Mater mea, & soror mea, vermibus. Iob 17,d

VERMIS matutinus Christus, qui abstulit umbram Ionæ, hoc est umbram legis. *Orig. Hier.*

VERMIS, conscientia, seu remorsus eius, qui non moritur, sed pungit, & dolorem infert peccantibus, & ipse dolor vermis dicitur: & in malis sera conscientia est vermis, qui non moritur, sed manet semper in inferno. *Orig. Amb. Hieron.*

VERMIS Iacob dicti sunt Apostoli, quia contemptibiles habebantur, & tamen vt vermis terram penetrat, ita sermo Apostolicus Gentium ciuitates & corda durissima penetrauit. *Hieron.*

Carnis natura vitiata & consuetudo peruersa, quia innumeras curas in corde infirmitatis nostræ generant, benè mater & soror vermes vocantur: mordēt enim animū curæ, dum inquietant. *Greg.*

VERTEX.

RATIO. In verticem ipsius iniquitas eius descendet. Psal. 7,d,17.

DOCTOR. Cepitque brachium & verticem. Deut. 33,c

VESTIGIVM.

RATIO CREATIONIS. Forsitan vestigia Dei comprehendes. Iob 11,b,7

DOCTRINA SANCTA. Vt sequamini vestigia eius. 1. Pet. 2,d

INTENTIO. Vestigia pedum meorum considerasti. Iob 13,d

IMITATIO. Non sunt infirmata vestigia mea. Psal. 17,f

IMITATOR. Qui odit correptionem, vestigium est peccatoris. Eccli. 21,a,7.

DOCTRINA PRAVA. Abi post vestigia gregum tuorum. Cant. 1,c

VESTIMENTVM.

INNOCENTIA. Sic vestietur vestimentis albis. Apoc. 3,a

VIRTVS. Induere vestimentis gloriæ tuæ. Isaiæ 52,a

OPERATIO. Omni tempore sint vestimenta tua candida. Eccles. 9,c,8.

CORPVS HVMANVM. In multitudine eorum consumetur vestimentum. Iob 30,c

MALORVM CONVENTVS. Vestimentum mixtum sanguine erit in combustionem. Isaiæ 9,a

VETVS.

CARNALIS. Expoliantes vos veterem hominem. Col. 3,b

VIA.

CHRISTVS. Deus, in sancto via tua. Psal. 67,c

VIA AETERNA, BEATITVDO. Deduc me in via æterna. Psal. 138,d

VIA VITAE, DVCENS AD BEATITVDINEM. Notas mihi fecisti vias vitæ. Psal. 15,c

VIA PACIS, EVANGELIVM. Viam pacis non cognouerunt. Psal. 13,b

VIA PAVPERVM, IVSTITIA. Subuertunt pauperum viam. Iob 24,a

VIA INNOCENTIS, IVSTITIA. Iustitia custodit innocentis viam. Prou. 13,a

VIA VERITATIS, FIDES. Errauimus à via veritatis. Sap. 5,a

